


13 – 25. D. 9.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

13-6-E-25

Digitized by Google

PRAXIS IVRISPATRONATVS ACQVIRENDI, CONSERVANDIQ. ILLVD, AC AMITTENDI MODOS BREVITER CONTINENS.

PLVRIBVS IN LOCIS AVCTA, ET LOCVPLETATA, & Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus firmata, & ornata, & ad singulas materias secundum stylum Romanæ Curiæ accommodata.

EPISCOPIS, VICARIIS, CAETERISQ. IN FORO Ecclesiastico versantibus vtilis, & necessaria.

AVCTORE IVLIANO VIVIANO PISANO I. V. D. Primatialis Pisanæ Ecclesiæ Decano, Protonotario Apostolico, & Illustrissimi, & Reuerendiss. D. D. Joannis Baptistæ S. R. E. Card. Deti Episcopi Portuensis Vicario Generali.

Addito locupletissimo Librorum, Capitum, Decisionum, Rerum, & Verborum Indice.

CVM PRIVILEGIO.

Collegii S[illegible]

Blasii ... Caroli

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ. MDCXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

13 6 E 23

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. Magistro Sacri Palatij Apostolici.

A. Episcopus Hieracen. Vicesgerens.

E*Go Augustinus Barbosa* I.V.D. *Protonotarius Apostol. &c. ex commissione Reuerendissimi Patris* F. Nicolai Rodulfii Sacri *Apost.*Palatij *Magistri diligenter vidi, & accuratè consideraui hanc Praxim* Iurispatronatus, *Auctore Perillustri, & Adm. Reuerendo* D. Iuliano Vitiano I.V.D. *Primatialis Pisanæ Ecclesiæ Decano, &c. nihilq. in ea reperi quod vel bonis moribus, vel Religioni aduersetur, quinimò ob singularem doctrinam & eruditionem in ea contentam, dignam existimo vt ad publicam vtilitatem typis mandetur; in quorum fidem &c. Romæ die* 16. *Iunij* 1627.

Imprimatur. Fr. Paulus Palumbara Socius Reuerendiss. Patris Fratris Nicolai Rodulfij Sac. Pal. Apostolici Magistri Ord. Prædicatorum.

FRANCISCO
S.R.E. CARDINALI
BARBERINO
SANCTISS. D. N. VRBANI VIII. PONT. OPT. MAX.

FRATRIS FILIO PRINCIPI AMPLISSIMO.

Legationibus ad Potentissimos Reges Honorificentissimè Obitis, Rebusque Fœliciter Gestis Clarissimo, Pacis Auctori, ad Aeternitatem, & Gloriam Nato.

IVLIANVS VIVIANVS.
ECCLESIAE PISANAE DECANVS D. D. D.

RVMPIT Praxis hæc inter atramentarias vmbras, & in lucem prodit cupida lucis, atque Tuæ Amplitudini dicare se audet, quę, & dignitatis eminentissimæ, & virtutum omnium miris fulget exornata luminibus. Si munus hoc celsitudinem tuam, quę humanum penè fastigium excedit, exæquare non potest, non tamen idcirco ineptum putem; Quo enim doni maior est tenuitas, eò etiam Tui patrocinij, quo fulcitur, firmitas, & auctoritas elucebit. Verebatur quidem in Tuæ lucis aspectum accedere, quoniam verò à Sole luminis fonte etiam aquarum stagna altissimis detenta conuallibus illustrari cognoscit, se quo-

que licethumile, & depressum Tuis fulgoribus illustrandum fore confidit. Tanta namque est serenitas Tua omnium animis acceptissima, qua vastissimum Terrarum orbem sedare consueuisti, vt possit etiam fiduciam in Te collocantes fœlicitate donare. Tui proprium est, qui Dei in mores, tanquam in exemplar efformare te satagis, demissa dona magnificentia tua subleuare, cum probè teneas Mundi totius Opificem, & Moderatorem sua humilibus munera largius impertiri, nec ita rem oblatam, quàm animum offerentis perpendere, nec tàm hominis censum inspicere, quàm voluntatis stipendia obsequentis. Tuque apud Beatissimum Pontificem Optimum Maximum Patruum Tuum ita sapientissimè assides, vt semper in eligendis, & promouendis, vel dignos inuenias, vel dignos efficias. Sic praxis ista Tuæ claritatis lumine illustrata, tanquam mutum illud simulacrum, tuis radijs percussa, sonos emittet fortasse non inutiles, certè si parum molles, & asperos, tui Nominis dulcedine exasperati condientur. Iusto gaudio lætetur Amplitudo tua, atque ad publicum totius Christiani Orbis ornamentum fœlix diutissimè viuat, dum ego venerabundus tantam Dignitatem tuam Regi Regum Domino Redemptori nostro Iesu Christo piè seruientem, & famulantem colo, & admiror. Vale.

FRAN-

FRANCISCVS ROSSERMINVS PATRITIVS Pisanus Theologus & I. V. D. ad Auctorem.

DVM qua lege patent, et seruent iura Patroni,
Ac demum amittant ô Viuiane refers.
Tàm benè partita moliris qualibet arte,
Ordine vt exponi non meliore queant.
Tàm benè difficiles dissoluis sedule nodos,
Et munis validis dicta probanda modis,
Vt nil, quod firmet dubijs aduersa, supersit,
Siue quod assertis possit obesse tuis.
Denique tàm doctè pertractas cuncta tuo nunc
Astraam in terris vt rear ore loqui.

Leonardi Campilij Patritij Pisani.

ARma per Hetruscas fulgebant Martia Pisas,
Dum Cruce purpureus mœnia lustrat Eques.
Vidit ab astriferi Pallas penetralibus orbis
Credita belligero sceptra regenda Deo.
Nec patitur tanta solum moderarier Vrbis
Sceptra Deum, Pisas agmina docta ciet.
Tu docta vexilla Dea Viuiane subisti,
Nam Cœlo Astraam Palladis arte vocas.

Incerti ad Posteritatem.

QVos olim Pisis dispersit inanibus auris
Gemmarum doctos aurea lingua globos,
Colligit exiguo constrictos limite dextra,
Vnica ne Vrbs alijs inuidiosa foret.
Accipe posteritas, nam tanto ornata decore
Sic aquare solum sæcula nostra potes.

Beneficium ecclesiasticum est ius percipiẽdi fructus ex bonis Deo dicatis, clerico propter officium Diuinum competens mediãte canonica institutione, & requirit quod
- sit fundatum auctoritate Episcopi.
- habeat quid spiritualitatis annexum.
- Clerico conferri debeat.
- & a persona ecclesiastica.
- conferens non possit illud sibi conferre, & purè, & sine conditione conferatur.
- & sit perpetuum.

Beneficium est multiplex, quia aliud est
- maius aliud minus.
- curatum, aliud simplex, & non curatum.
- sæculare, aliud regulare.
- collatiuum, aliud electiuum.
- ecclesiæ collegiatæ, aliud ecclesiæ non collegiatæ.
- duplex, idest, cum dignitate, & iurisdictione, aliud simplex sine dignitate, & iurisdictione.
- sacerdotale, aliud non sacerdotale.
- patrimoniale, aliud magistrale, seu doctorale, aliud præstimoniale.
- consistoriale, aliud non consistoriale.
- de mensa, aliud non de mensa.
- ecclesiæ numeratæ, aliud ecclesiæ non numeratæ.
- monoculare, aliud non monoculare.
- manuale, seu amouibile, aliud perpetuum.
- affectum, aliud reseruatum, aliud deuolutum.
- liberum, aliud iurispatronatus.
- iurispatronatus ecclesiastici, aliud iurispat. laicalis, aliud iurispat. mixti.
- confertur in titulum, aliud in commendam.
- prouidetur præuio concursu, aliud cum simplici examine.
- requirit residentiam, aliud non requirit.
- litigiosum, aliud non litigiosum.
- compatibile, aliud incompatibile.
- vniforme, aliud difforme.
- proprium, aliud improprium.
- nominatum, aliud innominatum.

Beneficium confertur
- habenti clericatum, ordinem, & ætatem requisitam.
- simplex confertur habenti primam tonsuram, & annum decimumquartum.
- curatum habenti annum vigesimumquintum, Episcopatus habenti annum trigesimum.
- canonicatus, & dignitas non habes curam animarum habenti annum vigesimum secundum.

Beneficium confertur
- a Papa, vel eius executore.
- ab Episcopo, seu eius Vicario.
- ab inferiori habente iura Episcopalia.

Bene-

Beneficium acquiritur
- electione.
- collatione.
- postulatione.
- translatione.
- impetratione.
- permutatione.
- renunciatione. &
- institutione ad patroni præsentationem.

Beneficium amittitur, & vacat
- morte naturali.
- professione in religione approbata.
- resignatione, seu cessione.
- contractu matrimonij.
- delicto.
- sententia, &
- vnione.

Digitized by Google

TABVLA IVRISPATRONATVS.

Iuspatronatus est ius honorificum, onerosum, & vtile, quod est, vel
- Ecclesiasticũ
  - Collegij ecclesiastici.
  - personæ ecclesiasticæ.
- seculare, quod est vel
  - familiare, & gentilitium transitorium ad illos de familia.
  - personale, quod cum persona extinguitur.
  - hæreditarium transitorium ad hæredes.
  - priuatarum personarum.
  - Regum, & Principum.
  - antiquum, seu modernum.
  - passiuum. aliud actiuum.
- Mixtum ex ecclesiastico, & seculari.

Iuspatronatus acquiritur cum consensu diœcesani ab omnibus qui non reperiuntur probibiti
- fundatione.
- constructione.
- dotatione.
- reædificatione.
- priuilegio.
- præscriptione.

Iuspatronatus transfertur
- successione hæreditaria.
- permutatione.
- venditione cum vniuersitate bonorum.
- donatione, seu legato cum consensu diœcesani.

Iuspatronatus baberi potest
- in ecclesia Cathedrali, & Collegiata.
- ecclesia curata.
- capellania.
- Altari.
- basilica.
- monasterio.
- hospitali.
- oratorio.
- collegio, &c.

Iuspatronatus conseruatur
- per quasi possessionem procedentem ex præsentationibus quæ fortitæ sint effectum ex institutione, & beneficij possessione.
- per præsentationem, quæ fit intra quadrimestre à patrono laico, qui variare potest. & intra semestre à patrono ecclesiastico, seu mixto à die scitæ vacationis beneficij. & præsentantur habentes qualitates tequisitas.

Iuris-

VI.

Iurispat. probatio
- facilis inter compatronos, si constet de existentia iurispat.
- difficilis, inter ecclesiam vindicantem se in libertatem, & patronum iuspat. habere dicentem. &
- cognitio causæ iurisp. spectat ad iudicem ecclesiasticum.

Iuspatr. probatur respectu
- priuatarum personarum
  - per authentica documenta fundationis, & dotationis.
  - per multiplicatas præsentationes per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, & tres præsentationes sufficiunt.
  - aliasue secundum iuris dispositionem.
- personarum potentium habentium iurisdictionem in loco beneficij
  - per authentica documenta cum præsentationibus continuatis saltē per 50. annos, & regulariter centenaria cum titulo sufficit.

Iuspatr. amittitur
- ad tempus vel
  - per præsentationem scienter factam de indigno.
  - ob lapsum temporis dati ad præsentandum.
  - ob derogationem factam à Papa.
- perpetuo
  - ex destructione ecclesiæ.
  - vnione.
  - non vsu.
  - donatione, seu
  - cessione.
  - delicto patroni, si iuspat. vendat
  - si labatur in hæresim, vel
  - in crimen læsæ maiestatis.
  - si sit proditor patriæ.
  - si occidat rectorem beneficij, vel
  - si vsurpet bona beneficij patronati.

INDEX

INDEX PARTIVM, LIBRORVM, ET CAPITVM PRAXIS IVRISPATRONATVS.

Regulares

Index Capitum.

Quasi

Liber Duodecimus.

Liber Decimus tertius.

Liber Decimus quartus.

Liber Decimus quintus, & vltimus.

AVCTO-

AVCTORIS PRÆFATIO.

Vias tuas Domine demonſtra mihi.

OMINI eſt terra, & plenitudo eius, ideoque in c. omnes, 10.6. quæſt.7. habetur, omnes decimas terræ, ſiue de frugibus, ſiue de po-mis arborum Domini eſſe, & illi ſanctificari, & ibidem in c. maiores. maiores noſtri ideo copijs omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant,& Cæſari cẽſum reddebant,& ibi ex Diuo Auguſtino lib.50.homil.homil.48.à Deo enim data viciſſim Deo reddere debemus, vt vnde exeunt,reuertantur. Hinc Chriſtifideles moti ex proprijs pecunijs, & donis fundare, & conſtruere, dotareque ceperunt Eccleſias, Capellas, & Altaria, & ex eo huiuſmodi Eccleſiarum conditores nullam poteſtatem conſequebantur, vt ex Concilio Toletano IV. habetur in c.nouerint 10.quæſt.1. poſtea verò tales fundatores nihil iuris proprij ibidem habebãt præter proceſſionis aditum, qui omni chriſtiano debetur. c.piæ mentis. 16 quæſt 7.& cap frigentius ibidem,inde ex d. Concil. Tolet.IV. in cap.quicunque 16 quæſt 7 ſtatutum fuit, tales fundatores, aut eorum filios redactos ad inopiam, ab eadem Eccleſia ſuffragium vitæ pro temporis vſu percipere, deinde ex Concilio Toletano nono relato in cap.filijs. 16.q.7. tales fundatores, vt bonæ intentionis ſolertiam habeant, ſi Sacerdotem, vel miniſtrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudare, aut commonitionis honeſtæ conuentione compeſcant, aut Epiſcopo corrigenda denuncient, quòd ſi talia Epiſcopus agere tentet, Metropolitano eius hæc inſinuare procurant, ipſis tamen hæredibus in eiſdem rebus non liceat quaſi iuris proprij poteſtatem referre; poſtea ex eodem Concilio Toletano nono relato in c.decernimus.16.quæſt.7.habetur, quòd quamdiù fundatores Eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, in eiſdem locis curam permittantur habere ſollicitam, vtque Rectores idoneos in eiſdem Eccleſijs, ſeu baſilicis ijdem ipſi offerant Epiſcopis ordinandos, quòd ſi tales forſitan non inueniantur ab eis, tunc quos Epiſcopus loci probauerit Deo placitos, ſacris cultibus inſtituat, cum eorum conniuentia ſeruituros, ſique ſpretis eiſdem fundatoribus Re-

ctores

ctores ibidem præsumpserit Episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam nouerit esse, & ad verecundiam suam alios in eorum loco, quos ijdem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari.

Patet igitur ab initio omnes ecclesias, seu basilicas in Episcopi potestate fuisse, in cuius territorio, seu diœcesi sunt positæ ex cap. omnes basilicæ. 16. quæst. 7. & liberè ab Episcopo conferri solitas. Sed vt Christifideles ad fundandas, construendas, & dotandas ecclesias, cappellas, altaria, & alia, quæ beneficiorum ecclesiasticorum appellatione continentur, facilius inuitarentur, eisdem ex gratia concessum fuit, vt ius honoris quoad Rectoris præsentationem, ius oneris quoad ecclesiæ defensionem, & ius vtile quoad alimenta in eorum inopia, & egestate haberent, indeque sicuti patroni temporale iuspatronatus habent in libertos, ita huiusmodi ecclesiarum fundatores patroni sunt appellati, & in ecclesijs à se fundatis iuspatronatus habere cœperunt tàm ipsi, quàm eorum successores, quibus illud ius reseruauerunt, cuius iurispatronatus, cum laici essent incapaces, ex gratia, Episcopi tamen accedente consensu, fiunt capaces, illudque acquirunt, & ad alios donatione, alioue licito modo transmittunt.

Fundatæ igitur ecclesiæ constructæ, & competenter dotatæ patronus existit fundans, construens, & dotans, si velit, & non renuat, & in ea iuspatronatus habere dicitur, quod communiter definitur esse ius honorificum, onerosum, & vtile, & de quo iurepatronatus acquirendo, illiusque conseruatione, & amissione in hac Praxi pertractatur.

Aggredior equidem materiam subtilem, difficilem, vtilem, necessariam, & frequentem, quam Viri Præclarissimi, & methodo, & eminenti stylo enucleauerunt, ex quorum dictis apum exemplo carpsi quicquid boni hac in Praxi continetur, & quamuis frustra solem facibus adiuuare videar; Fructuosum tamen, & vtile duxi Solis obiectu illuminari, & caliginem meam præbere illius fulgoribus illustrandam. frequens est, videmus etenim fundatores, & ecclesiarum dotatores omni ferè tempore sibi patronatus iura præseruare, & pauca sunt, quæ à fundatoribus libera beneficia relinquantur, quippe in eo potissimum intendunt, vt propria vota implere videantur, dum idoneum Episcopo Rectorem præsentant, neque hoc contenti ad filios, hæredes, & familiam ipsam iuspat. transmittere consueuerũt,

& ipse

& ipse docet rerum vsus, dum assiduè videmus in foro ecclesiastico frequentes circa iurispatronatus existentiam, & pertinentiam, lites, causas, & controuersias suboriri vtilis est, & necessaria, quandoquidem & vtilitatem ex eo patroni interdum percipere possunt, & ab eis præsentati beneficia ipsa, eorumque reditus, & prouentus obtinere. Hinc necessarium fuit circa iuspatronatus decreta, sacrosque canones à Summis Pontificibus, & in Concilijs constitui, & promulgari, quibus enascentes controuersiæ facilius deciderentur. subtilis demum, & difficilis est, cùm & difficultatum multitudine, disputationum varietate, quæstionum, seu articulorum subtilitate, & decisionum copia isthæc materia satis abundet; Itaque difficili in re mea versabitur tractatio; quod profectò alioquin arduum, mihi iucundum erit, si aliqua ex parte tibi; ò Lector gratum factum esse affirmaueris.

Quoniam verò diuisio animum incitat, mentem præparat, & memoriam reformat. vt dicit glos. in §. igitur. in verbo, easdem, in fine in Procemio instit. Ideo materiam huius Praxis tripartitam constitui, Vlpianum Iurisconsultum imitatus, dicentem, totum ius consistere, aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in amittendo, aut enim hoc agitur quemadmodum quid cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem suam, vel ius suum conseruet, aut quomodo alienet, vel amittat. sic habetur in l. vlt. ff de legibus. quem ordinem seruaturus non videor dissentire ab eo, quem sibi præfixit Petrus Rebuffus Iurisconsultus præclarissimus, qui rem beneficiariam triplici hac methodo exposuit. Tres igitur erunt huius Praxis partes.

In prima agetur de modis acquirendi iuspatronatus, & quia iuspatr. sine beneficio non datur, nec sine eo existere potest, cum ipsum beneficium sit causa ipsius, quandoquidem patronus super beneficio ecclesiastico iuspatronatus habere dicitur, & extincto beneficio, ipsum iuspatronatus perit, ideo primo loco explicatur, quid sit beneficium ecclesiasticum quotuplex, cui, & quomodo conferatur, & quando amittatur, deinde quid sit iuspatronatus, quotuplex, quomodo creetur, & acquiratur, & in quibus locis, & quomodo transferatur.

In secunda parte de modis conseruandi iuspatronatus, videlicet

Digitized by Google

licet de præsentatione, quæ, coram quo, vbi, quando, & quomodo fiat, & de probatione iurispatronatus, & iurispræsentandi, & de præsentati institutione.

In tertia parte, de modis amittendi iuspatronatus, idest, de derogatione iurispatr. & qualitatum in fundatione beneficij appositarum, quando amittatur iuspatr. sine delicto, vel ex delicto patroni, & demum, ad quid teneatur clericus beneficiatus ratione beneficij, & sic hæc tripartita Praxis in quindecim libros diuiditur, & quilibet liber in sua capita, & totam hanc materiam Sacræ Rotæ Romanæ nouissimis, & recentissimis Decisionibus illustratam, & auctam nunc denuo editam libenti animo Lector excipere non graueris, nec mireris Decisionum aliquas positas esse in Praxi, aliquas post Praxim, quia ab initio aliquas decisiones in ipsa Praxi dumtaxat inserere cogitaui, deinde et iurisperitissimorum consilio, et amicorum auctoritate motus post post Praxim alias ponere non recusaui.



PRAXIS

13-6-E-25

PRAXIS IVRISPATRONATVS
PARS PRIMA
CONTINENS MODOS ACQVIRENDI IVSPATRONATVS.

Auctore
IVLIANO VIVIANO
DECANO PISANO I. V. D.

Liber Primus.

SVMMARIVM.

1 Homines ad Dei cultum natura excitantur.
2 *Deus est principium rerum omnium.*
3 *Deus cultu latriæ adoratur.*
4 *In* Religione *erga* Deum *quatuor actus spectari possunt.*
5 *Homo ex se nihil est.*
6 Cultus D*eo debitus exercetur per actus internos, & externos.*
7 *Actus interni, deuotio, & oratio externi, adoratio, sacrificium, oblatio primitiarum &c.*
8 *In Lege naturæ* Deo *sacrificia sunt oblata.*
9 *Idque apud omnes gentes seruatum fuit.*
10 *Ad sacrificia peragenda fuerunt electi aliqui pij, & præstantes.*
11 *A sacris administrandis sacerdotes sunt appellati.*
12 *Et in summo bonore semper sunt habiti.*
13 *Militantibus stipendia tribuenda.*
14 *Altari seruiens de Altari viuere debet.*
15 *Sacris ministris certi reditus decreti.*
16 Decimæ *olim sacerdotibus soluebantur.*
17 *Et in lege naturæ ministris in Dei honorem dabantur.*
18 *Et in lege scripta.*
19 Decimæ *sunt de iure Diuino.*
20 Decima *alia personalis, alia realis, alia mixta.*
21 Collectæ, *& eleemosinæ egenis distribuebantur.*
22 *Gradus ordinum ecclesiasticorum quando constituti.*
23 *Et quando Episcopi & Præsules per ciuitates.*
24 *Patriarchæ*, Primates, *& Archiepiscopi constituti fuerunt in vrbibus insignioribus.*

Digitized by Google

Nec

Et

183 *Et de ea fieri debet publicatio.*

184 *Beneficij resignatio duplex, tacita, & expressa, alia pura, alia conditionalis.*

185 *Beneficium confertur habenti clericatum, & Ordinem, & ætatem requisitam, & alia.*

186 *Clericus vt quis fiat, tria requiruntur ætas, habilitas, & forma.*

187 *Prima tonsura requirit septem annos completos, vbi de alijs Ordinibus.*

188 *Aetas in Episcopatu, dignitate, canonicatu, & parochiali quæ.*

189 *Pensio requirit septem annos, quamuis alij dicant 14. inceptos.*

190 *Aetas in Canonico pœnitentiario quæ.*

191 *Dignitas habens annexam curam animarum quam ætatem requirat.*

192 *Beneficium acquiritur per titulum habilem, & canonicum.*

193 *Institutio canonica quæ sit?*

194 *Institutus canonice quis dicatur?*

195 *Beneficium multis modis potest obtineri.*

196 *Possessor beneficij absque institutione est iniustus.*

197 *Papa habet omniũ beneficiorum dispositionem plenissimam.*

198 *Beneficia aliquando conferũtur à Legato, Nuntio, & Ordinario, & ab alijs.*

199 *Pisanum Capitulum confert beneficia, & instituit.*

200 *Beneficia an sint cõferenda digniori.*

201 *Beneficij prouisio gratis fieri debet, & libere, aliaq. requirit.*

202 *Beneficium prouisum nõ seruatis seruandis illicite retinetur.*

203 *Beneficium confertur si vacet, & quando debeat conferri.*

204 *Tempus ad conferendum currit à die scientiæ.*

205 *Quæ scientia debet esse certa, ponitur decisio Rotæ.*

206 *Beneficium multis modis amittitur.*

207 *Beneficium amittitur ob crimen, resignationem, &c.*

208 *Beneficiũ extinguitur vnione, suppressione, &c.*

209 *Beneficium alteratur per dismembrationem, diuisionem &c.*

210 *Beneficium sine reditibus non est beneficium.*

211 *Canonicus sine præbenda dicitur Canonicus in herba.*

212 *Canonicatus quid sit.*

213 *Canonia quid sit.*

214 *Præbenda alia spiritualis, alia temporalis.*

215 *Beneficiũ quando possit conferri non habenti qualitates quisitas.*

216 *Aetas requisita in beneficijs requiritur etiam in coadiutorijs eorundem beneficiorum.*

Quid sit Beneficium Ecclesiasticum, Quotuplex, cui conferatur, & quomodo, & quando amittatur.

CAPVT PRIMVM.

1 Omines cum ad Deum colendum naturæ lumine excitentur, vt in *Psalm.* 4. quo agnoscũt Deum esse, & eum esse Omnipotentem, Sapien-
2 tissimum, Optimum, & eius voluntate cuncta regi, ac gubernari, eumque esse Principium rerum omnium includens omnes perfectiones omnium attributorum, fontem totius esse, & omnis perfectionis, continentem in se omnem rationem essendi, & Deum colen-
3 dum, & adorandum esse cultu latriæ significante nostram subiectionem, & dependentiam ab ipso Primo Principio; atq; in religione erga Deũ quatuor actus spectari possunt, qui quò perfectiores sunt, eò perfectior est huius virtutis functio. Primus est, consideratio infinitæ maiestatis Dei, & omnia ab ipso pendere Secundus est, consideratio
5 nostri nihili idest, nos ex nobis nihil

esse, nihil habere,sed quidquid su-
mus,& habemus Dei esse,& à Deo
assidue pendere. Tertius, profunda
mentis submissio , & inclinatio co-
ram Deo, qua mens hæc ipsa inte-
rius testetur. Quartus, eorundem
professio exterior verbis,gestu cor-
poris,vel alijs modis,
6 Etenim cultus Deo debitus exer
cetur per varios actus internos , &
7 externos,internos, deuotionem , &
orationem,externos adorationem,
sacrificium , oblationem primitia-
rum,donorum , & decimarum, vo-
tum , iuramentum, adiurationem ,
laudem , & gratiarum actionem.
S. Thom. 2.secundæ quæst. 83. art.
vlt.Leonardus Lessius de Iustitia, &
Iure lib. 2. cap. 36. num. 6.& cap.
37. in princ. Et in ipsa lege natu-
8 ræ patet Deo Sacrificia fuisse obla-
ta.*Gen.4.* vbi Enos cępit inuocare
nomen Domini , idq; penes om-
9 nes gentes seruatum fuit, licet in
cognitione veri Dei , & Sacrificio-
rum qualitate pleriq; errauerint,
vt apud *Macrob. lib.1.Saturn. cap.*
5. & 7. & lib. 3. cap. 6. Alex. ab
Alex. dierum genialium lib. 6. cap.
vlt. Hinc est , quod cum ad eadem
sacrificia peragēda hominum ope-
10 ra esset necessaria,apud omnes po-
pulos aliqui fuerunt electi pietate
alijs præstantiores, qui eadem sa-
crificia peragerent , & à Sacris ad-
11 ministrandis Sacerdotes sunt ap-
pellati,vel alio nomine,& in varios
ordines distinguebantur,vt ait *Ari*
stot.polit.lib.6.cap.vlt.& lib.3. cap.
6. & Plato 6. de legibus. Istique in
12 summo honore sunt habiti semper,
vt quibus Rempublicam,patriæ sa-
lutem,domos,& omnia eorum cre-
dita æstimarent , vt refert *Valer.*
Max.lib.1.Dion. Halicarn. lib.2.
& Corn. Tacit.de morib. German.
lib.4. Cumq; æquitas suaderet , vt
13 talibus militantibus stipendia tri-
buerentur , quia nō est alligandum
os boui trituranti, & qui Altari ser-
14 uit de Altari viuere debet , *cap. ex-*
tirpandæ, & cap. cum secundum, de
15 *præbend.* inde certi reditus Sacris
Ministris fuerunt applicati . *Corn.*
16 *Tacit. 4. Annal.* Decimæ etiam à
veteribus soluebantur Sacerdoti-
bus,vt testatur *Plinius lib. 19.cap.*
17 *14.ad finem,* & etiam in lege natu-
ræ decimæ, & alij fructus Ministris
in Dei honorem dabantur. *Gen. 4.*
18 idq; in lege scripta præcipitur, *Exo-*
di 22.& Leuit.27. quæ dantur Deo
in recognitionē supremi dominij ,
19 & ideo decimæ sunt de iure Diui-
no . *Doct. in rubr. & cap. 1. de de-*
cim.Io.Petrus Moneta in tract. de
decimis cap. primo quæst. 2. num. 5.
& sequentibus , & decima est tri-
20 plex personalis, realis seu prædia-
lis, & mixta, vt per *Monetam vbi*
sup.quæst.2.cap.3. & de redecima
per tractat ibidem cap.10. Et quam-
uis Dominus Noster IESVS
CHRISTVS Apostolis dixe-
rit , vt nihil possiderent , non au-
rum , argentum , & c. sed scirent se
nutriēdos esse à Domino. *Matth.*
10. & Luc. 9. promittens eis mer-
cedē copiosam in Cęlis, & tempo-
re Apostolorum, qui cathechiza-
batur in Fide cōmunicabat in om-
nibus bonis ei , qui illum catechi-
zabat . *Paul. ad Galat. 6.* & fie-
bant collectæ , & eleæmosinæ, quæ
21 egenis distribuebantur , atque
tunc essent omnia communia , cre-
scente tamen populo Christiano ,
& publicato Euangelio in vniuerso
terrarum Orbe, vt docet *Ireneus lib.*
1. & Iustin. lib. aduersus Triphoniū
creuit etiā numerus ministrorum ,
22 & Gradus Ordinum Ecclesiastico-
rum constituti , seu verius in vsum
redacti fuerūt,idest,Ostiarij,Lecto-
res, Exorcistæ,Acolithi, Subdiaco-
ni,Diaconi Presbyteri,& per Ciui-
tates Episcopi , vel Præsules distri-
buti sunt. *c. Cleros dist. 21. & dist.*
23 *23. per tot.* & docet Clemens Ro-
manus Diuum Petrum Apostolo-
rum Principem id statuisse *Epist.*
prima ad Iacobum, refert *Illustris.*
Car-

*Cardinalis Baronius Annalium Ec-
cleſ. Tom. primo anno Domini 44.
fol. 324. & ſeq.* & præterea Apoſto-
li, eorumq; ſucceſſores in Vrbibus
24 præcipuis, & inſignioribus conſti-
tuerunt Patriarchas, Primates, &
Archiepiſcopos, qui de cauſis prin-
cipalibus cognoſcerent. *c. vrbes.
diſt. 80. &* Presbyteros in modicis
pagis, *c. Epiſcopi. d. diſt. 80.* Deinde
25 S. Dioniſyus Papa in toto orbe di-
uiſit Parochialium Eccleſiarum
terminos concedens ſingulis Pre-
sbiteris ſua cæmeteria, & decimas
anno Domini 270. vt habetur in *c.
primo 13. q. 1. & cap. paſtoralis, de his
quæ fiunt à Præ. ſine con. Cap.* refert
*Card. Baron. vbi ſup, tomo 2. prædicto
anno 270. fol. 590. Nauar. in c. pla-
cuit. de Pœnitent. diſt. 6. n. 3.* Tēpore
autem S. Vrbani Papæ anno Do-
mini 231. Eccleſia Romana cœpit
26 prædia poſsidere, & prædictus
Papa pœnam excommunicationis
promulgauit contra alienantes bo-
na Eccleſiaſtica *c. videntes 12. q. 1.*
& latiſsime de decimis, & bonis
Eccleſiaſt. *Card. Baron. vbi ſup. tomo
primo anno Domini 57. fol. 448. 49.
50. & 51. & tomo 2. anno Domini
27 233. fol. 357.* refert quod S. Vrba-
nus Papa prædictus fecit omnia mi
niſteria ſacra argentea, & adeo his
abſidaſſe Eccleſias, vt etiam lucer-
nas habere ſolerent argenteas, &
quod pertinet ad Romanam Eccle-
ſiam de factis vaſis argenteis, cer-
tum eſt dum refoderetur crypta il-
la, qua fideles ſacra agentes occlu-
ſi fuerant, inuenta ſunt in ea multa
ſacra miniſterialia vaſa ex argento
confecta, & in rebus geſtis S. Lau-
rentij, quas Prudētius ſacro Hym-
28 no cecinit, non argento tantum,
ſed & auro offerre Romanos Pon-
tifices incruentum ſacrificium con-
ſueuiſſe narratur, & de ampliſſimis
donis Deo, & Eccleſiæ datis à Cō-
29 ſtantino Imperatore tempore S. Sil
ueſtri Papæ latiſſ. *Card. Baron. vbi
ſup. tomo 3. anno Domini 324. fol.
30 228. 229. & ſequentib.* Quia igitur
ad Sacrificium requiritur Sacerdos,
31 & Altare, etenim offerre ſacrificiū
proprium munus eſt Sacerdotis.
Epiſt. S. Pauli ad Hebr. 5. & Altare
ad vſum ſacrificij dumtaxat erigi-
32 tur, *Leſsius vbi ſup. cap. 38. dubit. 2.
num. 7.* ea propter præfato tempo-
re Conſtantinus Eccleſias, & Al-
33 taria, & Capellas ædificauit, orna-
uit, & dotauit, & ſtupēdia miniſtris
Eccleſiarum ex collatis à ſe bonis
diſtribuit, & decreto publico per-
miſit, vt cuilibet licitum eſſet bona
Eccleſijs donare. *c. futuram, cap. vi-
34 dentes. 12. q. 1. l. 1. C. de ſacroſ. Eccl.*
& poſtea ſtatutum eſt ne Eccleſiæ
ædificarentur ſine dote, ex qua
conſeruari poſſint, & victus cleri-
cis præſtaretur, *cap. nemo. de con-
ſec. diſt. 1. & cap. ad audientiam.
de Eccleſ. ædific. & §. ſi quis Auth.
de eccleſiaſt. titul.* deinde ex pietate
fidelium Eccleſiæ fundatæ, & do-
tatæ ſunt, capellæ, & Altaria, & vt
35 facilius ad id inuitarentur fideles,
eiſdem ſuper Eccleſijs, Capellis, &
Altaribus ex gratia, & largitate
Iuſpatronatus conceſſum, & re-
ſeruatum fuit, de quo Iurepatro-
natu latiſsime in hac Praxi eſt per-
tractandum.

36 Ergo ex prędictis bonis Eccleſiæ
tributis conſtituta ſunt beneficia
37 Eccleſiaſtica, quæ diuerſimode
nuncupantur, quandoq. id dicitur
beneficium. *cap. cum in cunctis. de
elect. cap. 1. de Reg. iur. lib. 6.* inter-
38 dum appellatur ſanctuariū Dei *cap.
conſuluit. & cap. vlt. ne præl. vic.
ſuas.* Aliquando Sacerdotium à ſa-
cris tractandis, *cap. pen. ne præl. vic.
ſuas. & l. vitricus, cum ſeq. ff. de
donat. int. vir. & vx.* Reditus au-
39 tem beneficiorum Eccleſiaſticorum
olim ita erant diſtributi in quatuor
partes, prima pro Epiſcopi alimen-
tis, ſecunda pro alimentis clerico-
rum, tertia pro pauperibus, quar-
ta pro fabrica Eccleſiæ. *c. vulterana
& c. de reditibus & c. quatuor,*

12.

Digitized by Google

40 12.q.2.successu vero temporis prędicti reditus sunt magis distincti, & separati, quia Episcopi habent separatos reditus, & sic alij Clerici; & de prædicta dictorum redituum diuisione optime *Nauarrus in tract.de reditib. Ecclesiast. quæst. prima monit.51. num. 1. & seq.* &
41 ex dictis reditibus tenetur beneficiati alere pauperes *c. aurum.& c. gloria Episcopi 12.q.2.* cum bona
42 Ecclesiarum dicantur esse patrimonium Christi *cap.cum ex eo.,circa med. de elect. lib. 6. & c. quoniã quicquid. 16. q. 1.* vbi dicitur quoniam quicquid habent Clerici pauperum est,& domus illorum omnibus debet esse communis, susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent,&c. non enim potest beneficiatus iuste impende-
43 re reditus sui beneficij,nisi in suos, suorumq; necessarios vsus, & in remunerationem de se benemeritorum,& in pauperum alimoniam, intelligendo tamen per pauperes etiam alia opera pia,& consequen-
44 ter peccat mortaliter si in alijs expenderint, *ita S. Thom. 2. 2. quæst. 185.art.7.Innoc.in cap.indecorum, de ætat. & qualit. Nauarr. latiss. vbi sup.monit. 20. & sequentib.* & tenentur ad restitutionem.*Nauarr. vbi sup. quest. 1. monit. prima, & septima* neq; de talibus fructibus,
45 & reditibus Ecclesiasticis Clerici testari possunt. *cap. relatum. 2. de testam.c.Episcopi.& c.sint manifeste 12.q.1.*latè *Nauarr.vbi sup. quæst. 3.monit.prima* nisi facultatem testandi habeant à Summo Pontifice ex priuilegio, vel ex concordia facta inter Cameram Apostolicã, & Clerum alicuius Diœcesis super
46 spolijs Clericorum, vt est in hac Pisana Diœcesi,in qua Clerici possunt testari ex concordia inita super spolijs, pro quibus singulis an-
47 nis soluitur in Festo Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli Cameræ Apostolicæ nomine totius Cleri quædam quantitas pecuniæ in concordia taxata, & constituta;est
48 tamen notandum quod Clericus beneficiatus potest habere triplicia
49 bona, patrimonialia,qualia sunt, quæ per successionem, industriam, donationem,vel alias artes adepti sunt, alia quasi patrimonialia,quæ
50 quęsita sunt ratione Clericalis Ordinis,vel officij,parà ex lucro quęsito ex celebratione Missarum, pro Capellania ex Vicariatus officio,prædicatione,vel Confessiones audiendo, & de his concludit *Nauarr. vbi sup. d.quæst. prima monit.*
51 *19.* Clericos posse ad libitum disponere, & testari, alia autem sunt
52 bona Ecclesiastica, quæ lucrantur Clerici ex reditibus suorum beneficiorum, & in his cõcludit *Nau.* ibidẽ seruanda esse supradicta *ex S. Thom.& Innoc.*ea ratione,quia Cle-
53 ricus non est dominus bonorum Ecclesię,sed administrator, est tamen
54 maior vsuario, quia nudum vsum non habet,est minor vsufructuario quia vsufructuarius de fructibus disponit ad libitum, vide *Cardinal. Seraphinum decisione. 594. numero septimo* Clericus autem tenetur eos dispensare prout supra conclusum est, *Nauarrus vbi supra quæstione prima monit. 21. numero quarto*, & facit quod dicit *Conc.Trident. sess. 25.de reform. cap.primo* vbi hæc habentur, Episcopi,& Beneficiati res Ecclesiasti-
55 cas, quæ Dei sunt, consanguineis non donent,sed si pauperes sint, ijs vt pauperibus distribuant, eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa, immo quam maxime potest, eos Sancta Synodus monet,vt omnem humanum hunc erga fratres,nepotes,propinquosq; carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant.

Quoniam igitur tractatus noster est de Iurepatronatus, quod cadit in beneficio Ecclesiastico, & fine

sine beneficio non datur Iuspatronatus, bene est, vt prius breuiter videamus, Quid sit beneficium Ecclesiasticum, quotuplex, cui confe- ratur,& quomodo,& quando amit tatur.

56 Quoad primum. Beneficium est gratia concessa pręter ius,& sic differt à rescripto, & definitur in *cap. primo quib.mod.feud. amit. in vsib. feu.& à Io.de Silua in tract.de benefic.part.pri.q.1.et à Rebuffo in praxi benefic.tit.* quid sit, & quot modis dicatur beneficium. Igitur benefi-
57 cium est beneuola actio gaudium tribuens capienti, quod dupliciter recipitur primo largè, & compre-
58 hendit rescriptum, mandatum, & omne id, per quod alicui benefit. *Bart. & alij. in l. vlt. ff. de const. Princ.& in l.cum de beneficio.ff. ad legem falcidiam*. Secundo capitur strictè pro Principis liberalitate, seu gratuita concessione, seu gratia *cap.quamuis.de præb. lib. 6. cap.decet.de reg.iur.lib.6.l. beneficium. ff. de Const. Princ.* & quot modis hoc nomen beneficium accipiatur, tradit Moneta in suo doctissimo tractatu,de commutationibus vltimarum voluntatum. *cap. 10. de derogat.qualil.benef. in fundat. apposit. num.11*

Verum de iure Canonico hæc obuentionis Ecclesiasticæ portio,
59 quæ pro seruitio datur, vocatur beneficium Ecclesiasticum, quia à benefactis hominum tempore nascentis Ecclesiæ processit, & quia benefit illi,cui confertur.*Cardin.in clement.2.not.8.de iudicijs*.

60 Quod tripliciter capitur, large pro omni prouentu, & commodo, quod ab Ecclesia percipitur, interdum pro præbenda.*cap.ex parte.de conc. præb.* & interdum pro titulo beneficij.*Card.in clem.causam. not. 5.de elect.*

61 Beneficium igitur Ecclesiasticū ad hoc vt sit tale sex requisita habere debet tradita ab *Abb.cons.47. num.1.p.2.Dec. in rubr.de rescript. num.3.refert Hieron. Gonzalez. in comment.ad Reg. octauam Cancell. gloss.5.num.6.& sequentib.Io. Aloisius Riccius in praxi rerum fori Ecclesiastici,in praxi Sacramenti ordinis.decis.300.* Primum requisitum est,quod sit fundatum auctoritate Episcopi *gloss.in clem.2. de decimis.* in verbo,si beneficiorum *c. quæsitū. 1.q. 3.Gomesius in Reg. de annali quæst.20*.secundum requisitum est,
62 quod habeat quid spiritualitatis annexum, cum ob diuinum officium detur beneficium. *cap. fin. de rescript.lib.6.*

63 Tertium requisitum est, quod sit conferendum Clerico,non autē Laico. *cap. cum adeo de rescript. & ibi gloss. in verb. nec Clericus*.

64 Quartum requisitum, quod con ferri non possit, nisi ab Ecclesiastica persona. *c. si quis deinceps. & c. per Laicos.16.q 7.*

65 Quintum requisitum, quod sit perpetuum, idest, quod non conferatur ad certum tempus,sed perpetuo, & ad vitam illius, cui confertur *c. Sanctorum. dist. 70.*

66 Sextum requisitum est, quod conferens non possit sibi ipsi illud conferre,nec retinere.*cap.fin.de institut.* & pure, & sine conditione conferatur.*c.si quis præbendas. 1.q. 3.*& hæc sunt substantialia requisita in beneficio Ecclesiastico. *Felin. in cap. in nostra.num. 9. de rescript.* & fuit dictū in Firmana Hospitalis 27.Nouemb. 1577. coram Grasso sub his verbis: In proposito dubio Domini duas quæstiones distingue bant, prima,an Ecclesia S. Mariæ, de qua est cōtrouersia,sit benefitiū Eccesiasticū, secunda an sit Hospitale &c. & quod primā quæstionē pro affirmatiua,quod sit beneficiū Ecclesiasticū,allegabatur per Do- minos informātes,quod habet dotem,campanile, percipit decimas, quę non possunt deberi loco Laicali ex allegatis. Hoc fundamen-

tum

tum, secundùm Dominos videtur concludere, quòd hæc Ecclesia non sit oratorium priuatū, sed Ecclesia iuxta *cons. Card. 4. de relig. dom. Butr. cons. 19. num. 19. Abb. in c. patentib. num. 1. de priuileg. Rom. cons. 477. n. 12. & 13.* sed quòd propterea sit beneficiū Ecclesiasticū, non videtur concludenter inferri, quia Ecclesia, & benefitium Ecclesiasticum differunt, vt per *Barbat. in clem. causam. § quod si forsan. num. 24. de elect.* nam beneficium ex sequentibus signis cognoscitur, videlicet, ex ratione personæ conferentis, illius, cui confertur, & modi, quo confertur, & oneris annexi. *Barb. vbi sup. n. 27. cum seq. AEgid. latè in c. super hoc nu. 16. de re iud. & in c. in nostra. nu. 10. de rescript. Abb. cons. 47. col. 1. lib. 2. Gig. de pensionibus q. 86. num. 7. Dec. in rubr. de rescript. num. 3. vers. & ibi concludit.* hic autem non constat de aliqua collatione istius Ecclesię, nisi de vna, de cuius etiam effectuatione adhuc dubitatur; tamen Domini hoc attento non attento per modum inclinationis erant; quòd dicta Ecclesia esset nihilominus beneficium Ecclesiasticum, imò quia cum iste sit locus publicus ex supradictis, & non oratorium priuatum, sed Ecclesia, quæ vt habet dotem præsumitur erecta auctoritate Episcopi, *Card. cōs. 4. AEgid. latè in d. c. super hoc num. 21.* vnde stante erectione huius Ecclesiæ, itē quod habeat dotem, *iuxta not. in c. nemo. de consecrat. dist. 1.* Item quòd habeat onus specialiter annexū, nempe celebrationem continuam diuinorum, vt considerat *AEgid. d. nu. 21. & Barb. in d. §. quod si forsan. n. 30.* videtur omnino iudicandum beneficium Ecclesiasticum.

Concurrit etiam, quòd licèt dicta Ecclesia non conferatur alicui perpetuo, quod est vnum ex signis beneficij Ecclesiastici, *Butr. vbi sup. vers. cognoscitur beneficium Ecclesiasticum. AEgid. sub. n. 21. vers. & quia perpetuum esse debet*, & ibi (hoc enim est proprium ipsorum beneficiorum Ecclesiasticorum, vt sint perpetua) tamen hæc ipsa Ecclesia semper committitur personæ Ecclesiasticæ, vt patet ex dictis testium, ergo reputatur beneficium Ecclesiasticum. *Barb. vbi sup. num. 29.* imo ex eo solo, quòd locus sit erectus auctoritate Episcopi, præsumitur beneficium, vt videtur velle *glo. in clem. si beneficiorum in glo. 1. in fine de decim. Guid. pap. dec. 187. num. 1. Bertran. cons. 379. nu. 1. lib. 6. Ripa in c. decernimus. num. 69. vers. in isto puncto. de iudic. imo Rebuff. in c. quid sit, & quomodo. nu. 8. in fine dicit*, quòd Cappella fundata à seruientibus Deo licèt non appareat de auctoritate Episcopi, tamē præsumitur beneficium Ecclesiasticum *AEgid. tamē quē ipse allegat non ita loquitur in q. 16. in fine vers. Secundo, quia & si testatur* vbi in dubio vult rem debere recipi in casu, in quo est.

Et quamuis non conferatur in titulum, tamen satis videtur esse, quod possit conferri, quando est locus consecratus, & habet dotem, vt sēfit *Abb. in c. auctoritate in fin. de censib.* & ita videtur eriā intelligendus *Sarnen. de infirm. q. 23.* vbi dicit, quòd oratoria veniunt appellatione beneficiorum, quæ dari possunt in titulum, & per omnia tanto magis, quia Ecclesia ponitur pro beneficio, *c. 2. de concess. præb. c. cum non ignores. de præbendis. Rebuff. in tit. qual. sint. institut. benef. num. 9.* & hæc quoad primam quæstionem, an Ecclesia sit beneficium Ecclesiasticum, in qua, vt dixi, pro affirmatiua ex prædictis est inclinatū per Dominos, quoad secundam, &c. vt ibi, & in eadem 14. Martij 1578. coram eodē. Domini dixerunt constare ex deductis, quòd Ecclesia S. Mariæ sit beneficium Ecclesiasticum mo-

tu

ti fuerunt, quia omnia signa de quibus per *Calder.conf.4.de praben.* quod sit Ecclesia, & non oratoriũ priuatum, vel Hospitale concurrũt in hoc casu, vt in alia positione fuit etiam dictum, quo stante sequitur, quod cum sit Ecclesia erecta auctoritate Episcopi, & dotata, dicatur consequenter beneficium Ecclesiasticum *Guid. Pap. dec.* 187. *Bertr. & rip.* alias allegati, & ratio est, quia tunc potest conferri perpetuo, *vt per Abb. in c. auctoritate in fine. de censib. Sarn. de infirm. q.23.*

Nec obstat, quod non constet de aliqua collatione, quia doct. qui exemplo allegantur non requirunt, quod fuerit collata Ecclesia, sed tantum, quod sit talis, quę non possit conferri Laico, & ita loquitur. *Abb. conf.47. lib.2. Gig. de pens. q.86. num.7. & ita loquitur Anch. in c.1. num.3. de reg. in 6.* ad quem se remittit *Dec. in rubr. de rescript. nu.3.* quod in hoc casu procedit ex quo, vt, & supra dictũ est, fuit erecta auctoritate Episcopi, maxime, quia habet onus speciale annexũ; nempe celebrationem diuinorum officiorum, vt in alia positione fuit etiam consideratum.

Et appellatione beneficij com-
67 prehenditur omnia beneficia cuiuscumq; generis. *gloss. in cap. beneficium, et in cap. si gratiose de rescript. lib. 6. Rebuff. in praxi, tit. quid sit beneficium. num.* 10. Nicolaus Gartia in suo doctissimo tractatu de beneficijs Ecclesiasticis. *part. prima cap. 6. num. 37. & Mraescott. Var. resolut. lib. 2. cap. 3.*

68 Quod beneficium Ecclesiasticũ varie à Doctoribus diffinitur, prout refert *Gonzal. dicta glos. 5. nu. 3. & Garz. vbi sup. part. prima cap. 2. nu. primo, & sequentibus*, mihi tamen placet diffinitio allata à *Lelio Zecchio in tract. de benefic. & pensionib. cap.1. num. 8. & ab Illustriss. Card. Toleto in instruct. one Sacerd. lib. 5. cap. 76.* cum aliqua tamen addi-tione, & per tractat etiam *Lessius vbi sup. lib. 2. cap. 34. dubitat. prima de beneficijs.*

Et diffinitur ita. Beneficium Ec-
69 clesiasticum est ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis clerico propter Diuinũ officiũ competens, mediãte Canonica institutione; adduntur hæc verba mediante can. instit. quia beneficium Ecclesiasticum non potest absq. Canonica institutione obtineri *cap. beneficium, de regul. lib. 6.*

70 Est ius, idest spirituale ius. *cap. dilecto 25. de praeb. Felin. in cap. consulere de simonia*, est ius spiritualle principaliter, & habet annexoñ temporale, cum sit ius percipiendi fructus, ius, idest facultas, & potestas; sicut, dicitur, actio est ius, i. facultas à iure proueniens, ex bonis
71 Deo dicatis, ad differentiam rerum secularium, Clerico, quia Laico non potest conferri, propter diui-
72 num officium, quia per hoc datur beneficium. *cap. vlt. de rescript. lib. 6.* mediante Canonica institutione, quia per eam obtinetur beneficium *d. cap. beneficium*, quæ institutio datur ab Episcopo, vel alio inferiore facultatem habente, vt infra dicetur. Potest tamen Laicus,
73 etiam fœmina ex priuilegio Apostolico beneficia conferre. *c. Adrianus. c. in Sinodo. dist. 63. Abb. Coras. et Felin. in cap. dilecto de testib. Gonzal. vbi sup gloss. 22. num. 13. Garz. vbi sup. num. 33.* & quando Laicus potest conferre, per talem colla-
74 tionem acquiritur beneficium, nec requiritur institutio, aut confirmatio Episcopi; alias Laici sunt omnino talis iuris, & facultatis incapaces *Garz. ibidem. num. 35. & fuit dictum in Aquinaten. Monasterij 26. Ianuar. 1601. coram Illustris. Card. Serafino.* in qua Domini sine difficultate censuerunt nullum ius competere Domino Ioanni Zappate ex collatione ei per Proregem facta super monasterio, de quo agi-tur

tur, non quidem ratione titulis; quia talis iuris conferendi Laici sũt incapaces, eisq; ius resistit. *c. si quis deinceps. c. per Laicos, c. Laicis.* 16. *q.* 7. & iam fuit in hac causa resolutum. Nam licet ex priuilegio Papæ, Reges possint aliquando cõferre beneficia. *c. Adrianus il 2. 63. dist. c. dilectus il 3. de præb. c. cum inter. de consuetud.* Io. *Montaygn. de bigam. q.* 5. tamen adhuc requiritur priuilegium. *d. c. si quis deinceps* 16. *q* 7. Rebuff. *de nominat q.* 21. *nu.* 58. *Silua de benef. p.* 2. *q.* 23. *ex traditis per* Io. *Andr. in c.* 2. *in fine. de præb. in* 6. Anch. *in c.* 1. *n.* 3. *vers. circa personã. de reg. iur. in* 6. & ideò tale ius neq; præscriptione, neq; consuetudine quæritur. Abb. *in d. c. dilectus. num.* 6. *de præb.* Alex. *cons.* 74. *num.* 27. *&* 19. *lib.* 4. *Dec. cons.* 134. *nu.* 3. *Felin. in c.* 2. *nu.* 3. *de maior. & obed. & in c. dilecto. num.* 1. *de testib. Balb. de præscript.* 1. *part. q* 7. *num.* 16. & fuit resolutum in causa *Toletan. iuris nomina* *di coram* Illustriss. *Blãchetto* 27. *Aprilis* 1584. vltra quod de præscriptionis interuptione constat, vt bene deducitur in facto; nõ obstat dispositio *c. consultationib. de iurepat.* quia non concurrunt requisita, nempe titulus saltem coloratus: præsentatio coram ordinario, & bona fides, vt per *glos. ibidem, &* Butr. *num.* 8. *vers. quarto casu.* & quod est maxime animaduertẽdũ, textus ille loquitur in terminis iurispatronatus, cuius Laici non sunt incapaces, nos autem sumus in collatione facta à Laico nomine regis, quæ habet manifestam iuris resistentiam, & cum hoc ius conferendi sit spirituale, & spiritualia possideri non possint à Laicis. *c. messana. de elect. non inducitur* ius *aliquod ex collationib.* de facto emanatis aduersus iuris diuini dispositionem. *c. quanto. de consuet.* Anch. *iur. si quãdo. de off. deleg. in* 6. *Card. in clemen.* 2. *in princ. de Magistr. Bald. in* § *si Clericus.* de pace tenenda, & ita conclusum pro informãte.

75 Quoad secundum, Quotuplex sit beneficium ecclesiasticum. Variæ, & plures decisiones beneficiorum ponuntur à *Rebuff. vbi sup. in tit. quotuplex sit benefitium. ab Hoieda in tract. de benefic. compatib. & incompatib. in præfatione num.* 7. *à Gonzal. vbi sup. gloss.* 7. *nu.* 39. *vbi alios refert. à Garc. vbi sup. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. *& sequentib. à Card. Toleto vbi sup. & à Lessio vbi sup. lib.* 2. *cap.* 34. *dubitat.* 2. *& à Moneta vbi sup. nu.* 18. *& sequentib.* ex quorum omnium dictis possunt plures adduci diuisiones, ex quibus breuiter quasi in quodam compendio apparebit, & declarabitur denominatio omnium beneficiorũ.

76 Prima est diuisiò, quia beneficia alia sunt maiora vt Papatus, Cardinalatus, Episcopatus, & Abbatia, & similia. & maiora dicuntur ratione maioris dignitatis, vel maiorum prouentuum, alia & cætera beneficia sunt minora. *Garc. d. cap.* 6. *nu.* 2. *cap. maioribus.* 8. *de præb. Zecchius vbi sup. cap.* 1. *n.* 10.

77 Secunda diuisiò. alia sunt beneficia curata, idest curam animarum habentium, seu parochiam. *extrauagant. execrabilis.* §. *quantum. de præb.* & quæ requirantur ad constituendam ecclesiam parochialem tradit *Staphileus de liter. gratiæ, tit. de qualitate, & statu benefic.* §. *circa secundum à nu.* 1. *Sarnen. in Reg. de idiomate. quæst.* 11. *Hoieda vbi sup. cap.* 13. *à num.* 2. *Gonzal. vbi sup. gloss.* 6. *à nu.* 34. *Marescott. vbi sup. lib.* 2. *cap.* 95. & quæ sit ecclesia parochialis doctissimæ declarat *D. Ioan. Antonius Massobius Archipresbyter Alexandriæ in Praxi habendi concorsum ad parochial. eccles. prælud.* 3. *de ecclesia parochiali.*

Alia sunt beneficia simplicia nõ curata, & in dubio beneficium cen-
78 seatur simplex, & qui dicit curatũ probare debet. *Staphil. vbi sup.* §. 1. *nu.*

1. nu. 1. *Reboff. vbi sup. tit. seculare benef. quæst. nu. 11. Menochius de arbitrar. iudicum lib. 2. casu* 201. *nu.* 62. *&* 75. *Hoieda d. cap.* 13. *n.* 2. & fuit dictum in *Calaguritana congruarum* 16. *Nouemb.* 1571. *coram Oradino*. in qua fuit conclusum per omnes dominos, quòd omnes beneficiati in dictis ecclesijs exerceant simul curam, itaut intret pro eis supradicta decisio ad effectum, de quo agitur, scilicet vt dictis beneficiatis debeatur congrua portio de iure communi, sed quòd cura committatur ab Abbate vni ex dictis beneficiatis, & quòd ille dicitur parochus, siue curatus. & & moti sunt Domini, quia in hoc casu plura concurrunt, primo, conclusio iuris, quod beneficia præsumantur esse sine cura. *Aegid. decis.* 676. *incip. si impetrans. Staphil. in* 2. *par. in tit. de qual. & stat. benef. in princ.* Secundo, quia omnes testes etiam ipsorum beneficiatorum deponunt, quod beneficia in dictis locis sunt simplicia, ergo sequitur, quod sint sine cura. *Staph l. in d. loco. Rebuff. in prax. benefic. in* 1. *par. in tit.* quod duplex sit beneficium. Tertio, quia notorium est tam in Regno Hispaniarum, quàm in curia, & ita attestantur practici in diuersis locis, & dicunt testes examinati, quod in diœc. Calaguritana beneficia non sunt curata duob. exceptis, videlicet, ecclesia de sancta pia, sed cura est apud Episcopum, & apud clericum, cui Episcopus curam demandat. cum ergo hæc beneficia sint in diœc. Calagurit. dicuntur esse sine cura, & in eis videtur Abbas esse loco Episcopi, & ideo ipse demandat curam, vt dicunt plerique testes. Quarto, quia multi testes deponunt, quod Abbas mādat curam vni ex dictis beneficiatis, qui eam exercet, & ille appellatur curatus, & modò rector, & modò parochus, vt de vltima deponunt aliqui testes beneficiatorum, præsertim 26. 27. & 28. de quibus in quarto præsupposito, & de alijs alij testes. vnde sequitur, quod non omnes dicti beneficiati exercent curam, & iste status est attendendus per allegata in princ. duob. fundamentis. *& not. in c. cum non ignores. de præb.* Quinto faciunt verba posita in instrumento compromissi, de quibus in præsupposito 18. in quo clare hæc omnia ab ipsis partib. idest Abbate, & beneficiatis narrantur, & hoc intellexerunt Domini, præsupposito, quod instrumentum sit in forma probante. Sexto, quia beneficiati in articulis, vt in 19. præsupposito, ponunt, quod hæc beneficia sint simplicia, & quod diuiduntur per medias, tertias, & quartas, quod est argumentum, quod beneficia non sunt curata, cum ea non soleant diuidi, vt in *tit. vt ecclesiastica beneficia. not. in c. de maiorib. de præb.* Septimo, accedit, quod vnus ex dictis beneficiatis posuit in articulis remissiue, quod in dictis ecclesijs consueuit cura animarum vni committi, cui vltra ordinarios fructus sui beneficij datur alia portio pro cura, vt in præsupposito 20. ergo apertè fatetur, quod omnes beneficiati non exercent curam, sed ille, cui Abbas illam committit. nec obstat reuocatio confessionum per Garziam Michaelem, tum quia fuit facta post supradictam resolutionem, & sic intempestiuè, & eo magis, quia idem probatur per testes, tum quia non allegatur ista confessio pro fundamento præcipuo, sed pro confirmatione. Octauo, prædicta omnia confirmantur, quia testes beneficiatorū, de quibus in præsupposito 12. & multi alij dicunt, quod Abbas, & monachi percipiunt omnes decimas, ergo consequens est, quod beneficia non sint curata, nec in

eis exerceatur cura principaliter, & naturaliter, quia obtinentes ipsi perciperent decimas, cum decimæ de iure debeātur obtinentibus beneficia curata. *toto tit. de decim.* Nono accedit, quod domini in *d. decis.* considerarunt exercitium curæ, quod non possit conferri, & tum in pluribus præsuppositis expresse constat, quod Abbas committit, & aufert curam vni, vel alijs beneficiatis. Decimo, quia in literis collationis, de qua in 15. præsupposito apparet, quod Abbas confert beneficia, & forsan confert curam, & sic iniungitur cura, & eius exercitium connexe ipsi beneficio, quia sufficeret illud contulisse, in quibus remanet firma conclusio contra beneficiatos. & non obstat quod dd. beneficia sint secularia perpetua, nec etiam secundum multos testes patrimonialia, vt in 2. præsupposito, & alijs, quia ex istis non infertur, quod beneficia habeant curam animarum, & quod ea obtinentes curam exerceant, maxime cum constet, quod ea sint simplicia, vt apparet ex deductis in princ. & cæt. *vt ibi. Gonzal. vbi sup. nu. 91.* & quæ sint beneficia simplicia, & in quo differant, vide *Abb. in cap. de multa, nu. 21. & ibi Doctores. de præb. & Garc. vbi sup. num. 3. & sequentib.*

79 Tertia diuisio. Beneficia alia sunt secularia, alia regularia. secularia sunt, Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Primatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia secularis, Decanatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Primiceriatus, Sacristia, Thesauraria, Præpositura, Prioratus secularis, officium, & personatus, ecclesia parochialis, vicaria perpetua, quæ omnia beneficia regulariter habent iurisdictionem, seu
80 administrationem; deinde sunt alia beneficia secularia sine administratione, vt Canonicatus secularis & præbenda, patrimonia, cappellaniæ, Altaria, Hospitalia, de quibus *L. de Silua de benefic. par. 1. quæst. 2. à nu. 35. ad finem. Petrus Gregorius Tholosanus in nouis instituet. rei benefic. cap. 10. per tot. Gonzal. vbi sup. gloss. 5. per totam. & gloss. 7. nu. 39. & seqq.* & secula-
81 ria sunt, quæ clericis secularibus debent regulariter conferri, quale sunt censenda omnia beneficia,
82 nisi contrarium probetur. *Rot. dec. 2. de præb. in nouis. Staphil. vbi sup. tit. de forma expectatiuarum. in decima forma. nu. 10. Rebuff. vbi sup. tit. quotupl. sit benef. num. 30. Gonzal. vbi sup. gloss. 6. num. 2. & gloss. 7. nu. 1. & gloss. 8. num. 9.* & fuit dictum in *Pampilonen. Prioratus. 21. Iunij 1599. coram Illustriss. Card. Pamphilo. Garc. d. cap. 6. nu. 12.* aliquando tamen regulare
83 beneficium potest conferri seculari clerico, & beneficium seculare regulari viro. *Moneta vbi sup. à nu. 88. ad 100.*
84 Regularia vero beneficia sunt, quæ per regulares regi debent. *cap. cum de beneficio. de præb. lib. 6.* vt Abbatia, prioratus, & canonicatus regulares, & alia posita à *Rebuff. tit. beneficia regularia multiplicia. à Garc. d. cap. 6. nu. 13. & par. 7. cap.*
85 10. & ad præscribendum statum regularitatis, & quod beneficium seculare fiat regulare, requiruntur quadraginta anni. *cap. cum de*
86 *beneficio. de præb. lib. 6.* sed ad præscribendum statum secularitatis decem anni sufficiunt. *Staphil. d. num. 10. & Gonzal. vbi sup. gloss. 7. nu. 8. & 9.* sed si completa sit quadragenaria pro regulari, tunc etiam quadragenaria requiritur ad illud efficiendum beneficium seculare. *Rota decis. 2. de præb. in nouis. nu. 1.* & de beneficio seculari, & regulari tractat *Marius Antoninus variar. resolut. lib. 1. resolut. 20.*

87 Quarta diuisio. Beneficia alia sunt

sunt collatiua, quæ per collationē obtinentur. alia electiua, quæ obtinentur per electionem à Superiore confirmandam, præsertim quando in electione seruatur forma *capituli quia propter. de elect. Rot. decis.1. de elect. in antiquis. gloss. in clem. quia contingit. §. vt autem. verbo, electionem. de relig. domib. & ibi Cardin. Felin. in cap. in nostra. de rescript. Rebuff. vbi sup. tit. de elect. Gonzal. vbi sup. gloss.10.n.11.* beneficia autem, quæ prouidentur per electionem, quæ non eget confirmatione superioris, non sunt electiua, sed potius collatiua, & electio tunc dicitur prouisio. *gloss. Felin. & Rebuff. ibidem. Rot. in Vercellen. Canonicatus 4. Maij. 1598. coram D. Corduba*, & de ecclesia electiua tractat *Massobrius vbi sup. prælud.* 8. & nunquid beneficia electiua veniant in mandatis de prouidendo, nisi de electione fuerit facta mentio specialis. vide *Garc. d. cap. 6. nu. 27. & seqq.*

88 Quinta diuisio. beneficia alia sunt ecclesiæ collegiatæ. & colle-
89 giata ecclesia est, in qua tres, vel plures clerici ita ordinantur, cum auctoritate superioris, vt vnum corpus efficiant, vel collegium cū sigillo, & sindico seu camerario. *Petr. Greg. Tholosanus in partit. iur. canon. lib. 1. tit. 27. cap. 2. nu. 5. Moneta de commut. vlt. vol. c. 11. n. 34. Lambert. de iurepat. lib. 2. part. 1. quæst. 5. art. 1. num. 30. Massobr. vbi sup. prælud. 2.* & fuit dictum in *Pampilonen. beneficij. 11. Maij. 1590. coram Illustriss. Card. Mantica.* & fuit dictum in *Zamoren. Canonicatus de thoro. 12. Ianuar. 1598. coram Card. Seraphino*. in qua fuit resolutum satis constare de incompatibilitate ad effectum iustificationis gratiæ Antonij, nam cum probetur, ecclesiam de thoro esse collegiatam, & habere Canonicos, vt patet ex statuto antiquissimo anni 1493. quod in alijs statutis recentioribus est repetitum, habeatq. arcam & sigillum, quæ sunt signa ecclesiæ collegiatæ. *Alex. cons. 75. num. 2. lib. 4. Tib. Decian. cons. 6. nu. 2. lib. 2.* ex quibus omnibus probatur sufficienter eam esse collegiatam. vt per *Innoc. in c. postulasti. de iurepat. Io. Andr. Host. Abb. & alij in cap. nobis eod. tit.* & fuit dictum coram *Illustriss. Mantica in Placentina Præpositure. 12. Februarij 1596.* vltra testes idem deponētes sequitur huiusmodi Canonicatū requirere personalem residentiam ex decreto sacri *Concil. Trid. sess. 24. c. 12. §. præterea obtinentibus. Alphons. Hoied. de incompat. benef. p. 1. c. 17. n. 3.* cumq. probetur pacificè possidere canonicatum in d. ecclesia, & parochialem S. Mariæ del Portal, vt benè concludunt testes, sequitur eum possidere duo incompatibilia, quia vtrumque requirit personalem residentiam. &c. prout ibi. *& decis. 422. in recentiorib. apud Farinacium.* alia sunt beneficia ecclesiæ non collegiatæ, quæ ecclesia non habet corpus, seu collegium sed beneficia sunt distincta, & omnino separata quoad reditus, seruitia, & rectores.

90 Sexta diuisio. Beneficia alia sunt duplicia, idest, cum dignitate, & iurisdictione, vt Archidiaconatus, Decanatus, Archipresbyteratus, & similia, quia dignitas est quædā
91 prærogatiua in ecclesia. *gloss. in c. quia nonnulli. de cleric. non residentib. in verbo dignitates*. propriè tamen, quando adest facultas ministrandi in ecclesia cum iurisdictione. *gloss. & Archidiac. in cap. 1. de consuetud. lib. 6.* dignitas atta-
92 men, personatus, & officium differunt, vt ait *Garc. vbi sup. par. 1. cap. 9. nu. 9. & 10.* nam dignitas est administratio rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione. *Abb. in cap. de multa. nu. 21. de præb.* per-
93 sonatus est honor, & præcedentia

B 2 in

in ecclesia, qua canonicus alijs etiã ante receptis tam in choro, quàm in Capitulo præfertur, & officium
94 est administratio rerum ecclesiasticarum sine iurisdictione. *Doctores in cap. 1. de consuetud. lib. 6. Massobr. vbi sup. prælud. 15. 16. & 17.* largè tamen dignitas sumitur pro personatu, & sunt synonima, &
95 dignitas sumitur pro personatu itaut iura, quæ videntur exprimere, & ponere ista duo tamquam diuersa, & separata, potius faciant ad tollendas cauillationes, quam vt denotent differentiam inter ista. *Hoieda vbi sup. par. 1. cap. 9. nu. 1. & Massobr. d. prælud. 16. num. 4.*
96 *& 5.* alia sunt beneficia simplicia, idest, sine dignitate, & iurisdictione, vt capellania, & similia, & declarat *Zecchius vbi sup. nu. 10. vers. octauo. Rebuff. vbi sup. tit. benefic. secul. quotup.*
97 Septima diuisio. Beneficia alia sunt sacerdotalia, quando in fun-
98 datione fuit dictum, quod conferri debeant sacerdoti, qui per seipsum celebret tot Missas in qualibet hebdomada, vel quod fuit dictum, quod beneficium sit sacerdotale, vel quod ad illud præsentetur sacerdos, qui sit actualiter sacerdos. *Rocch. de Curte de iurepat. verbo honorificum. nu. 21. Decius cons. 129. nu. 5. Gonzal. vbi sup. glos. 5. nu. 75. & 100.* & de beneficio sacerdotali latè *Mar. Antonin. vbi sup. lib. 1. resolut. 3. & 4. Moneta vbi sup. de comm. vlt. vol. cap. 10. nu. 135. & seqq. & Massobr. vbi sup. prælud. 7. dub. 20. à num. 35.*
99 si autem in fundatione fuit dictum, quod conferri debeant capellano, qui celebret bis in qualibet hebdomada, tunc possunt præsentari clerici non sacerdotes, qui per substitutum celebrari faciant, *Lapus allegat. 35. nu. 2. & allegat. 117. n. 2. Gardin. in cap. de multa. de præb.*
100 quia verba illa non respiciunt ipsum factum celebrationis, neque obligationem sacerdotij, sed potius sunt posita ad denotandum dictum onus, & dictam obligationẽ. *Rot. in Lucana Capellaniæ 12. Decemb. 1593. coram D. Gypsio. Gonzal. vbi sup. gloss. 5. nu. 74. ad 89. & Garc. vbi sup. par. 3. cap. 4. n. 1. & par. 7. cap. 1. nu. 40.* Alia beneficia non sacerdotalia sunt, quæ cuilibet clerico conferri possunt, & nullo modo requirunt in clerico prouidendo ordinem sacerdotalẽ.
101 Octaua diuisio. Beneficia alia sunt præstimonialia, alia patrimonialia, alia magistralia, seu doctoralia. Præstimonium dicitur quasi
102 si præstans munium, quod ab initio fuit introductum pro studentibus, & pro subsidio contra infideles, quod præstimonium si detur in titulum perpetuum, & habeat annexum aliquid spiritualitatis dicitur beneficium, aliàs non dicitur beneficium. *Cassadorus decis. 3. nu. 32. de præb. Mandosius in Reg. de annali. quæst. 12. nu. 3. Menoch. de arb. iud. lib. 2. casu 201. nu. 55. Hoieda vbi sup. par. 2. cap. 8. nu. 11. & seqq. Gonzal. d. gloss. 5. §. 2.*
103 Patrimoniale beneficium est, quod ex Apostolica concessione, vel statutis, seu synodalibus constitutionibus Apostolica auctoritate confirmatis, vel ex immemorabili consuetudine necessariò cõferiur natis, incolis, vel originarijs alicuius patriæ, ciuitatis, oppidi, vel parochiæ, itaut, qui filij naturales, & patrimoniales sint prouideri debeant de beneficio, & non alij forenses. *Cassad. decis. 8. n. 1. de præb. Cauarruuias pract. quæst. cap. 36. nu. 3. Hoieda d. par. 1. cap. 24. nu. 80.* & dicitur patrimoniale,
104 quia venit à paterna hæreditate, & quia à patribus, seu auis fuit institutum, vt detur filijs, & eorum successoribus in infinitum. *Stapbil. vbi sup. in quinta forma expectatiuarum. nu. 3.* vel dicitur patrimoniale, quia datum fuit ordinandis

ab

abaliquo de proprio patrimonio,
vt ad titulum illius ordinaretur, &
postea titulare beneficium remansit,
105 & sic de patrimonijs efficiuntur
tituli perpetui beneficiorum. *Mandos. in reg. 1.9. de infirm. resignant.*
quæst.15. nu. 17. vel dicitur patrimoniale
à patria ex eo, quod sit
conferendum duntaxat natis, vel
oriundis illius patriæ. *Mandos.d.*
nu.17. & Hoieda d.n.86. latè *Gonzal. vbi sup. gloss.9.§.1. num.1. &*
per totum. Maßobr. vbi sup. prælud.4. & ecclesia patrimonialis ea-
106 dem est cum receptiua, quæ receptiua
non habet certum numerum
beneficiatorum, in qua beneficiati
sunt liberi collatores, & Episcopus
examinat tantum prouisum ante
immissionem in possessionem. *Card.*
Serafin. decis.942. nu.2. Massobr.
vbi sup. prelud. quinto.
107 Doctorale, seu Magistrale beneficium
est, quod per concursum
conferri debet vni magistro, vel
Doctori, seu licentiato in Theologia,
vel in iure canonico, aut in
iure ciuili. de quo *Gonzal. vbi sup.*
d. gloss.9.§.2. per totum.
108 Nona diuisio. Beneficia alia
sunt de mensa, quæ sunt incorpo-
109 rata perpetuo mensæ Episcopali,
aut Capitulari, seu Abbatiali, ita
quod nunquam vacent, neque in
talibus beneficijs datur negligentia
in prouisione. *gloss. in clem. 1.*
in verbo, de mensa de suppl. neglig.
præl. vbi Imola nu. 42. & Card. nu.
5. sub §. præmissa. Rot. decis.2.n.3.
de excessibus prælat. in nouis. & sic
110 in istis non datur vacatio, sed consolidantur
in mensa mortuo Prælato.
Geminian. in cap. si propter. n.3.
de rescript. lib. 6. Gonzal. vbi sup.
gloss.5.§.6.nu.63. & 64. vide pulchram
decis. Rota dec. 204. vbi habetur
quando ecclesia dicatur de
mensa in *recentiorib. apud Farina-*
111 *cium. parte 2.* idem est in beneficijs
vnitis, quæ cum non vacent impetrari
non possunt. *Gonzal. d. gloss.*
5.§.7. num.22. & de beneficijs de
mensa vide *Massobr. vbi sup. prælud. 12.* alia beneficia non sunt de
mensa, neque vnita, quæ multipliciter
vacare possunt, vt infra dicetur.
112 Decima diuisio. Beneficia alia
sunt concistorialia, quæ non expediuntur
per supplicationem, sed
113 per cedulam Papa in suo Concistorio
coram Cardinalibus ea proponit;
& de illis in eodem Concistorio
interuenientibus Cardinalibus
prouidet, prout sunt Episcopatus,
Abbatiæ, & quædam aliæ dignitates
tam seculares, quàm regulares,
de quibus per *Lapum allegat. 84.* &
per *Gomesium in Regula de infirm.*
resignant. quæst.14. & in *regula de*
annali. quæst.18. & 19. & hæc omnia
sunt reseruata, de quibus *Gonzal. vbi sup. d. gloss.9. §.1. nu.38.*
& 39. alia beneficia non sunt concistorialia,
quæ extra Concistoriũ,
& per supplicationem expediuntur
secundum stylum communem.
114 Vndecima diuisio. Beneficia
alia sunt ecclesiæ numeratæ, alia
115 ecclesiæ non numeratæ. Ecclesia
numerata est, in qua certus est &
definitus numerus Canonicorum,
ecclesia non numerata est, seu receptiua,
in qua non adest certus numerus
Canonicorum, seu aliorum
beneficiorum, sed secundum supercrescentiam,
vel decrescentiam
fructuum beneficiati crescunt, seu
116 decrescunt, & nihilominus beneficia
ecclesiæ non numeratæ sunt
verè beneficia ecclesiastica *cap. ex*
parte, 10. de conc. præb. & possunt
permutari, & resignari in fauorem
alterius facta tamen expressione
117 quod sint in ecclesia non numerata.
Flamin. Parisius de resignat. benefic. lib. 2. quæst.13. nu.1. & 2. attamen
secundum veriorem opinionẽ
118 beneficia talia nunquam vacant,
sed statim ac titularis decedit, supprimuntur,
expirant, cessant, ac esse
desinunt. *cap. dilecto 25. vbi Abb.*

num. 9. & communiter omnes. *de*
præb. Ancharan. in cap. si gratiose.
de rescript. lib. 6. facit tex. in d. cap.
ex parte. de conceß. præb. latè *Gon-*
zal. vbi sup. d. gloß. 9. §. 3. *per tot.*
& Mascobr. vbi sup. prælud. 5.
& 6.
119 Duodecima diuisio. Beneficia
alia sunt monocularia, alia non;
120 monoculare beneficium est, quan-
do in vna ecclesia vnum dumtaxat
beneficium consistit, vel si alicui
competit tantum collatio vnius be-
neficij, & venit in reseruatione *Re-*
gulæ octauæ Cancell. Gonzal. d. gloß.
9. §. 4. *nu.* 1. *&* 14. non dicitur ta-
121 men monoculare quando habens
collationem illius beneficij dum-
taxat, habet præsentationem ad al-
terum beneficium. *Felin. in cap. in*
nostra. coroll. 24. *de rescript.* neque
122 dicitur monoculare, quando ha-
bens liberam collationem illius be-
neficij tantum haberet etiam si-
multaneam collationem cum alia
persona, vel collegio, vel alio, vel
alijs beneficijs. *Felin. vbi sup. Me-*
noch. de arbitr. iud. casu 201. *nu.* 96.
Rota decis. 40. *de rescript. in antiquis.*
Gonzal. d. §. 4. *num.* 26. *&* 27. *&*
Mascobr. vbi sup. prælud. 9. benefi-
cium autem non monoculare est,
quando in vna ecclesia adsunt plu-
ra beneficia, vel quando collator
habet collationem plurium benefi-
ciorum ex supradictis.
123 Decima tertia diuisio, Benefi-
cia alia sunt perpetua, alia manua-
lia, seu amouibilia; perpetua, sunt
124 beneficia, quæ non conferuntur ad
certum tempus, sed perpetuo, &
ad vitã eorũ, quib. conferuntur, hoc
enim est proprium beneficiorum.
c. sanctorum. dist. 70. *cap. si gratio-*
sè. de rescript. lib. 6. *Rebuff. de paci-*
fico possessore. nu. 287. *Achill. decis.*
1. *nu.* 44. *de off. Vicarij. Gonzal. vbi*
sup. gloß. 5. *nu.* 11.
125 Manualia beneficia sunt, quæ
non conferuntur alicui in perpe-
tuum, sed ad nutum conferentis,

vel alterius, itaut pro libito illius
amoueri possit quandocumque, &
quomodocumque voluerit. *cap. cũ*
ad monasterium. §. *tales. de statu*
monachorum. cap. 1. *§. fin. de priuil.*
lib. 6. *Staphil. de lit. grat. tit. de*
expectat. in 9. *forma expectat. n.* 29.
Cassad. decis. 8. *&* 12. *de præb. Re-*
buff. in praxi tit. de dispensationib.
cum irregularibus. nu. 4. *Garc. par.* 1.
cap. 2. *nu.* 65. *& seqq. Mascobr. vbi*
sup. prælud. 10. & manuale benefi-
126 cium precario comparatur. *Man-*
dos. in reg. 33. *de annal. quæst.* 11. *nu.*
5. & omnia beneficia regularia de
127 sui natura sunt manualia, & talia
præsumuntur nisi sint curata, & ele-
ctiua. *d. §. tales. Garc. vbi sup. nu.*
66. *&* 67. sed beneficia secularia
128 perpetua, & non manualia præsu-
muntur, quia natura seculariũ est,
quod sint perpetua. *c. præcepta.*
dist. 55. *Cassad. decis.* 4. *n.* 2. *de præb.*
Paris. de resignat. benefic. lib. 55.
quæst. 3. *nu.* 92. regularia tamen
129 possunt esse perpetua, & secularia
manualia ex fundatione, aut sta-
tuto à Papa confirmato. *Rebuff. de*
pacifico possessore nu. 280. & ve-
130 rissimum est, quod omnia beneficia
mundi sunt Papæ obedientialia, &
manualia. *Bald. in l. rescripta. n.* 7.
C. de precib. Imperatori offerend.
Gomes. in proœmio Regul. Cancell.
quæst. 2. *nu.* 7. latè *Gonzal. vbi sup.*
gloß. 5. *§.* 7. *per totum.* & in be-
131 neficijs manualibus non intrat re-
seruatio. nec cadunt sub reserua-
tione. *Calder. cons.* 26. *de præb.* &
ista manualia sunt verè beneficia,
& in eis potest committi simonia,
& confidentia. *Paris. de confident.*
quæst. 16. *&* 18. & de beneficio
manuali facienda est mentio in
secundi beneficij impetratione.
Calder. cons. 9. *de rescript. Rebuff. de*
nomination. quæst. 29. *nu.* 25. *&* 27.
& Menoch. de arbitr. iud. casu 202.
nu. 46. non tamen potest quis pro-
moueri ad sacros ordines ad titulũ
capellaniæ ad nutum amouibilis,
nec

nec alterius beneficij manualis. de communi *Parif. de resignat. benefic. lib.2. quæst. 6. nu. 2. & 3. Marcus Ant. Genuensis in Praxi Archiepis. Cur. Neapol. cap.81. nu.2. Satrus de censuris. lib.4. cap.14. nu. 20.* nam
133 titulus, ad quem qui sacris ordinibus ordinatur debet esse perpetuus, tam ex parte dantis, quàm ex parte recipientis, vt colligitur ex *Conc. Trid. sess.21. de reform. cap.2.* nec in beneficio manuali procedit regula de triennali quominus prouisus possit amoueri. *Mandos. in reg.34. quæst.11. Garc. d. cap.2. n.89.* & ibi vsq; ad *n.113.* loquitur de capellanijs fundatis non vt sint beneficia, sed ad nutum patroni constituatur, & remoueatur capellanus, si tamen constet de vna collatione, vel institutione ordinarij, in dubio
134 capellania censetur beneficium. *Rebuff. de pacif. possess. nu.349. Crescent. dec.12. de probat.* sed in claris quando fundator noluit capellaniã esse beneficium, non sufficit fuisse collatum vt beneficium spatio 40. annorum, sed requiritur tempus immemorabile. *ad cap. 1. de. præscript. lib. 6.* contra tamen tenet Azorius relatus à *Garc. d. cap.2. nu. 115. & 116. ex cap. cum de beneficio. de præb. lib. 6.* & ibi notatis. *Garc. par.7. cap.7. à nu.34. & d. c.1.* loquitur vbi est ius commune contrarium, non lex priuata fundatoris.

Quarta decima diuisio. Beneficia alia sunt reseruata, alia affecta, alia deuoluta.

135 Beneficium reseruatum dicitur ex eo, quia reseruatio est prouisionis ecclesiasticorum beneficiorum incertis mensibus vacaturorum per Papam ad se generalis facta auocatio, quæ reseruatio est ita fortis, & potens, quod fit gladio ancipite penetrabilior, eiusq. decretum omnia interiora constringit. *Aeneas de Falconibus in tract. de reseruationib. quæst.4. princ. effectu 1. nu.1. Simonetta eodem tract. de reseruat.* latè *Gonzal. vbi sup. glos. 31.* exemplũ est in reseruationibus, quæ fiunt per Regulas Cancellariæ relatas à Quaranta in summa Bullarij, in verbo, Regulæ Cancellariæ. & reseruationes regulæ octauæ Cãcell. doctissimè, & plenissimè declarat *Gonzal. in suo comment. ad d. reg.8. vbi glos. 51.* ponit casus triginta sex, in quibus beneficia sunt reseruata. & de reseruatione, & affectione beneficiorum *Garc. de benef. par. 5. cap. 1. §.1. vsque ad 12. & Massobr. in d. praxi hab. conc. ad par. eccles. prelud.24. & 25.*

136 Beneficium affectum dicitur ex appositione manus Papæ. *cap. vt nostrum. 56. de appellat. vbi Abb. & Dec. nu. 1. cap. 1. & 2. de confirmat. vtili, vel inutili.* & melius *in extrauag. ad Romani. §. Romani. de præb. in extrauag. communib. Rota dec.25. nu. 1. & 4. de conc. præb. in antiq. Roman. cons.325. Cassad. dec. 1. nu.8. de rest. spoliat. Simonet. vbi sup. quæst.54. & 58. Rebuff. in praxi tit. de reseruat. quæst.10. En. de Falconib. vbi sup. prælud. 3.* & differt à reseruatione, quia reseruatio respicit actum verbalem, & expressum, affectio autem respicit actum realem, & factum, ex quo tacita reseruatio oritur, veluti quando Papa apponit manum super dispositione alicuius beneficij, nam tunc dicitur affectum, itaut omnes inferiores amplius se intromittere non valeant. *Aen. de Falconib. d. prælud. 3.* & ista affectio est maioris efficaciæ quam reseruatio. *Aen. de Falconib. vbi sup. quæst.4. princ. effectu 1. Lancellot. de attentatis par. 2. cap.10. nu. 10.* & ideo ista affectio dicitur reseruatio clausa in corpore iuris. *Probus in cap. præsenti. nu. 41. de off. leg. lib.6.* sicq. facilius tollitur reseruatio, quam affectio. *Simonet. vbi sup. quæst.63. nu. 3. & quæst. 64. nu. 8.* & de his latè *Gonzal. vbi sup. glos. 52.* vbi refert

refert vigintiduos casus affectionis.

137 Beneficium deuolutum est, quādo intra semestre à die vacationis Episcopus non prouidit beneficio de rectore, quæ deuolutio quamuis de iure sit gradatim probanda per semestre lapsum cuilibet inferiori priusquam ad Papam tamquā ad supremum deueniat. *cap. 2. & cap. licet. de supplen. neglig. prælat. cap. 2. de concess. præb. Abb. in cap. cum in cunctis. §. clericis. nu. 5. de elect. Rebuff. in praxi tit. de deuolut. nu. 39.* attamen Papa statim lapso primo semestre prouidere potest iure præuentionis, quia concurrit cum quolibet inferiore, vtpote cū Episcopo, Capitulo, & quocumq; alio. *Rota decis. 3. iuncta addit. nu. 6. de off. leg. in nouis. Rebuff. vbi sup. nu. 46. & 51. Gonzal. vbi sup. §. 3. proœm. nu. 3. 4. & 5. & §. 4. proœm. nu.* 88. quæ deuolutio ab inferiore
138 ad superiorem semper fit cum eisdem qualitatibus, cum quibus inferior prouidere tenebatur. *Silua de benefic. par. 3. quæst. 49. Achill. decis. 13. de iurepatr.* & beneficia deuoluta non sunt reseruata. *Aen. de Falconib. vbi sup. de reseruat. quæst. 2. princ. nu. 12.* sicut è contrario beneficia reseruata non dicuntur deuoluta. *Cassad. decis. 8. nu. 3. & 8. de præb. Verallus decis. 53. nu. 1. & 2. par. 1.* Gonzal. *vbi sup. nu. 60. & 61.* & de deuolutione latè *Garc. vbi sup. par. 10. cap. 3. per totum. Massobr. vbi sup. prælud. 26. dub. 25. & dub. 35. nu. 8. & requisito 1. nu. 23. circa princ.* & quod deuolutio semper fiat cū suis qualitatibus, & oneribus fuit decisum in Rota relata à *Card. Serafin. decis.* 1363. *nu.* 4. neque mutat modum vacandi, sed præsupponit beneficiū vacare cum suis qualitatibus requisitis. *Card. Serafin. decis.* 1309. *num.* 3.

Decima quinta diuisio. Beneficia alia conferuntur in titulum, alia in commendam.

139 In titulum confertur beneficiū, quando in perpetuum, & ad vitam illius, cui confertur, datur. *c. sanctorum. dist. 70.*

140 Commenda alia est temporalis, quæ fit pro vtilitate ecclesiæ, donec eidem sit de rectore prouisum, & in hac nullus adest titulus, neque datur ius in re, seu ad rem, & quandocumque reuocari potest. *Gomes. in regula de non tollen. iure quæsito. quæst. 4. nu. 22.* etenim commendare nihil aliud est quam deponere. *l. commendare. ff. de verb. signif. Put. decis. 25. nu. 2. lib. 1.* Alia est commenda perpetua beneficij, quæ est titulus canonicus. *cap. dudum. il 2. de elect.* Gomes. *in reg. de infirmis. quæst. 13. Hoieda vbi sup. par. 1. cap. 14. nu. 6.* quæ commenda perpetua parum, aut nihil distat ab alijs prouisionibus aliorū beneficiorum. Rebuff. *in praxi. tit.*
141 *de commenda. nu.* 28. & dicitur talis commenda perpetua dispensatio palliata ad obtinendum aliquod beneficium alias obtineri prohibitū; sicut etiam vnio temporalis. *Cassad. decis. 33. nu. 5. super regulis. & decis. 2. nu. 9. de vnionib. & de commenda.* Gonzal. *vbi sup. glosi. 5. 6. 8. per totum. & Garc. vbi sup. par. 4. cap. 4.*

142 Decima sexta diuisio. Beneficia alia sūt libera, alia iurispatronatus. libera sunt quæ liberè ab ipso ordinario & ad libitum conferuntur, vel per electionem eis prouidetur, de quibus sup. & infra. beneficia iurispatronatus sunt, quibus prouidetur ab ordinario non liberè, sed ad præsentationem patroni, seu alterius existentis in quasi possessione præsentandi, de quibus *Massobrius vbi sup. præludio 7.* & latissime infra videbimus in hac Praxi Iurispatronatus, & distinctè.

143 Decima septima diuisio. Beneficia alia sunt Iurispatronatus ecclesiastici, alia Iurispatr. laicalis, alia Iurispatr. mixti ex ecclesiasti-

co, & seculari. Iuspatr. ecclesiasti-
144 cum est, quod competit alicui collegio ecclesiastico, vel Capitulo, vel clerico ratione ecclesiæ, vel quia beneficium fundatum, seu dotatum sit de bonis ecclesiæ, vel quando à laico iuspat. donatur ecclesiæ secundum *gloss. in clem. 1. & 2. de iurepat. cap. dilectus. ubi omnes de off. leg. cap. 1. de iurepat. lib. 6. Paris. de resignat. benef. lib. 2. quæst. 4. nu. 39.* & de quo infra.

145 Iuspatronatus laicale est, quod competit laico ex fundatione, constructione, seu dotatione ab eo facta cum consensu diœcesani, de quo infra.

146 Iuspatronatus mixtum partim laicale, & partim ecclesiasticum est quod participat de vtroque, de quo etiam infra. & tradit *Gonzal. vbi sup. gloss.* 18. & de quo triplici Iurepatronatus tradit *Massobr. vbi sup. prælud.* 7.

147 Decima octaua diuisio. Beneficia alia prouidentur præuio concursu. alia sine concursu.

Concursu præuio prouidetur ecclesia parochialis. iuxta dispositionem *Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap.* 18. & secundum Bullam Pij Quinti sanctæ memoriæ. incip. In conferendis. quam refert Quaranta in d. summ. Bull. in verbo, beneficiorum parochialium collatio. de qua re latiss. *Massobr. in d. sua praxi habendi concursum ad vacantes parochiales ecclesias. requisito 1. & seqq. ad finem. Gonzal. vbi sup. gloss. 6. nu.* 111. latiss. *Garc. vbi sup. par. 9. cap. 2. de forma seruanda in prouisione parochialium. per totum.*

148 qui concursus fit de parochiali ecclesia etiam reseruata, vel affecta, vel vacante in Curia, vel in mensibus reseruatis, sed tunc collatio fit à Papa ei, quem ordinarius magis idoneum iudicauerit in dicto concursu cum examinatoribus in Synodo Diœcesana deputatis, & literæ expediuntur in Vrbe, *Gonzal. vbi sup. gloss. 4. num.* 110. *& seqq.*

149 parochialis autem ecclesia sine cōcursu à Sede Apostolica confertur post lapsum semestre datum ordinario ad conferendum. *Gonzal. d. gloss. 6. nu.* 130. qui concursus debet etiam fieri in parochiali, quæ sit mixti iurispat. *Gonzal. d. gloss. 6. nu.*

150 135. si autē parochialis prouideatur per resignationem factam ad fauorem alterius, vel per permutationem, tunc sine concursu prouidetur, & approbatur prouidendus ab examinatoribus. *Gonzal. d. gloss. 6. nu.* 121. & an, Vicaria per-

151 petua prouideatur præuio concursu vide *Massobr. vbi sup. prælud. 14. vbi dub.* 1. probat in vicarijs perpetuis erectis, vt ibi sit cura animarum, requiri concursum, & ita seruatur Pisis in Vicaria perpetua ecclesiæ Abbatiæ sancti Zenonis, in qua adest cura animarum.

152 Absque concursu prouidentur alia beneficia, sed tamen semper præuio examine facto coram Episcopo, seu eius Vicario, & saltem tribus examinatoribus super idoneitate prouidendi, etiamsi institutio spectet ad inferiorem Episco-

153 po secundum *Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. de reformat.* & ecclesiæ parochiales de iurepat. laicorum prouidentur sine concursu, & data deuolutione ob negligentiam patronorum ordinarius easdem confert sine concursu, quia deuolutio fit cum suo onere, & sua qualitate, & impetrans talem ecclesiam à Papa habet tres menses ad publicationē faciendam *ex constitut. Greg. xiij. de public. resig.* prout declarat idem *Massobr. vbi sup. requisito 1. dub.* 20. ad quem & ad Garciam in hac materia concursus te remitto.

Decima nona diuisio. Beneficia alia requirunt residentiam, alia vero eam non requirunt.

154 Requirunt residentiā beneficium curatum, dignitates, Canonicatus, & similia. vt in *Conc. Trid. sess. 6. de reform.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

reform.cap.1. & sess. 23. de reform. cap.1. & sess. 24. de reform.cap.12. & extat Bulla Pij V. incip. cupientes. quam refert Quaranta vbi sup. in verbo, residentia, vbi ponit causas, ex quibus excusatur aliquis à residentia. *Gonzal. vbi sup.glos.6. nu.270. & 271.* latè *Garc. vbi sup. par. 3. cap. 2. & Massobr. vbi sup. requisito 1.dub.3.* Residentia autem est triplex secundum *Butrium, & Imolam in cap. vlt. de cler. non resid.* alia est residentia continua praecisa sub priuatione tituli, quandoque residentia non continua, sed in certis temporibus, quandoque requiritur residentia continua non tamen simpliciter sed causatiuè, & solum respectu priuationis fructuum, ita quod quamuis non residendo priuetur fructibus, titulo tamen priuari non potest. *Cardin. cons. 3. Rota decis.487.num.1. par. 1. in nouiss. Hoieda vbi sup. par. 1. cap. 17. num. 35. & sequentibus. Gonzal. vbi sup. glos. 15. num. 21.*

156 Residentiam vero non requirũt omnia beneficia simplicia exceptis dignitatibus, canonicatibus, & portionibus in ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis consistentibus, & hoc est ratione vniuersalis consuetudinis. *Imola in dicto cap. vlt. n.9. Fel. in cap. dilectus. il 2. nu.1. de rescript. Rebuff. in praxi, tit. de dispensat. de non residendo, num. 8. Gonzal. vbi sup. d. gloss.15.nu.26.*

Vigesima diuisio. beneficia alia sunt litigiosa, alia non: litigiosum

157 beneficium est, quando super eo pendet lis, adeo quod ea pendente suspenditur potestas Ordinarij, itaut illud conferre non possit, donec futurus litis declaretur euentus. *Clem. 1. §. si vero. vt lite pend. Mandos. in Regula de impetrantib. benef. per obit. Cardin. quaest. 9. num.5.6. & 7. & Gomes. in eadem reg. quaest. 8. nu. 4. Gonzal. vbi sup. in §. 7. prooem. n.118.*

158 litigiosum ergo fit beneficium per commissionem citationis, citationem decretam, & executam, *glos. in clem.2. vt lite pend. Abb. in cap. vlt. col. vlt. de off. leg. Gomes. de subrogand. collitig. quaest. 3. circa princ.* & praeterea datur beneficiũ

159 non pacificum, vt ibi, quando possessor molestatur per citationem nullam, & inualidam. *Gomes. in Reg. de anna' quaest. 45.* nec fit be-

160 neficium litigiosum per edictum factum secundum *cap. vlt. de elect. lib. 6.* quod edictum fit in omni praesentatione facta ad aliquod beneficium. quia vbi certus est contradictor debet citari citatione certa particulari. *Lambert. de iurepat. lib.2. par.2. art.9. 10. & 11.*

161 & lis iniusta, & calumniosa non inducit vitium litigiosi. *Rebuff. in praxi, in Regula de subrog. collitig. glos. 5. & 7. Cassador. decis. 7. de dolo, & contum. Crescent. decis.19. de probat. Mar. Antonin. var. resolut. lib.1. resolut.29. num.2.* alias sequeretur absurdum, quod quilibet mouendo litem calumniosam posset obtinere derogationem tanquã de beneficio litigioso, prout subtiliter considerauit Excellentiss. D. Petrus Roncionus Canonicus Pisanus, & sacrorum Canonum professor in Pisano Gymnasio olim collega meus in suo doctissimo responso pro D. Hieronymo de Vecchiano in causa parochialis Ecclesię S. Luciae de Ricucchis Pisarum.

162 Si autem alter collitigantium cedat, vel decedat, siue possideat, siue non, cum ab Ordinario alius subrogari nequeat, ne multiplicentur collitigantes, neque collitiganti superuiuenti praeiudicium irrogetur. *cap.1. & 2. vt lit.pend.lib. 6. d.clem.1. vt lit. pend. Paris. de resig.benef.lib.2.quaest.3. à nu.97. Lancellot. de attent. par.1.cap.3. à nu.97. ad finem.* solet Sedes Apostolica alium collitigantem subrogare quoad ius defuncti, & sic vt plurimum

rimum subrogatur collitigans superueniens. secundum *Regulam* 18. *Cancell. de subrog. collitigantib.* &
163 Papa potest liberè prouidere de beneficio Iurispatronatus etiam laicorum, quando beneficium est litigiosum. *Gonzal. d. glos.6.num.* 142. *& sequentib. Massobr. vbi sup. de beneficio litigioso, præludio* 22. Beneficium autem non litigiosum est, de quo nulla pendet lis, de quo prouidetur clericus omni lite cessante ab Ordinario, vel ab alio habente facultatem super tali prouisione.

Vigesima prima diuisio. Beneficia alia sunt compatibilia, alia sunt incompatibilia.

164 Incompatibile beneficium dicitur ab incompatibilitate, quæ nihil aliud est, quam concursus rerum, quæ commodè simul stare non possunt, & quoad incompatibilitatem beneficiorum est notan-
165 dum, quod sic diffinitur. incompatibilitas est in vna persona beneficiorum concursus à iure ex causa reprobatus. *Hoieda vbi sup. in tractatu de beneficiorum compatibilitate, atque incompatibilitate. in præfatione, num.*8. *&* 9. vbi in prima parte per totam tractat de in-
166 compatibilitate duarum ecclesiarũ curatarum, duorum Episcopatuum, duarum Abbatiarum, duarum Dignitatum, duorum Canonicatuum & cæt. vt ibi. mediante tamen dispensatione Papæ possunt plura etiã beneficia incompatibilia simul obtineri, & retineri. vt latè per *Hoiedam vbi sup. par.* 2. *cap.* 12. *per totum.* & per *Paulum Piasecium in sua praxi Episcop. par.* 2. *cap.* 5. *tit. quomodo sint beneficia conferenda nu.* 25. Compatibile beneficium
167 est, quod simul cum alio beneficio retineri liberè, & licitè potest. & *glos. in cap. dudum. il* 2. *de elect. in verbo, intitulatam prope finem.* dicit, quod licet habere plura be-
168 neficia simplicia in titulum & intitulari, idest ordinari, vel præfici, si residentiam non requirunt, ita etiam *Innoc. in cap. cum iamdudum. de preb.* sed hodie ex decreto *Conc. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 17. vnicum beneficium est vni clerico conferendum, quod si ad vitam eius honestè sustentandam non sufficit, potest eidem aliud beneficiũ conferri, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat. & *Hoieda vbi sup. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 24. *& seqq.* tenet, quod possunt plura beneficia simul retineri vsq; ad congruam sustentationem, sed melius, & tutius est, & ita serua-
169 tur, quòd duo beneficia simplicia personalem residentiam non requirentia licitè retinentur absque aliqua dispensatione, sed vltra duo super multiplicitate petitur dispensatio à Papa, nisi essent beneficia minima, & exigui reditus, itaut ne-
170 que pro victu duorum mensium, vel parum plus esset sufficiens, quia tunc dici posset, quod quis posset dicta beneficia retinere absque dispensatione. ea ratione, quia Concil. Trident. prætendit, quod beneficiatus habeat congruam sustentationem, *Hoieda d. cap.* 1. *num.* 34. *vide Garc. par.* 11. *cap.* 5. *§.* 3. *n.* 329. & subnotandum est, quod incompatibilitas ratione eiusdem tecti quando adesse dicatur, & quando dicatur beneficium consistere sub eodem tecto. vide *Gonzal. vbi sup. glos.* 16. *nu.* 32. 33. *&* 34. *& seqq.*
171 & post Concil. Trid. omnia beneficia requirentia residentiam sunt incompatibilia, itaut ipso iure vacent per assecutionem secundi. *Gonzal. vbi sup. glos.* 15. *nu.* 18. *cum seqq.* & incompatibilitatem inducit etiam commenda perpetua. *D. August. Barbosa, de offic. & potest. Episcopi. par.* 3. *allegat.* 59. *num.* 4.

172 Vigesima secunda diuisio. Beneficia alia sunt vniformia, alia difformia. Vniforme beneficium

est,

est, seu conforme, quod est eiusdem nominis. *Lapus allegat.* 116. *nu.* 5. *Rebuff. in praxi, tit. de non promotis int. ann. num.* 75. *Paris. de resig. ben. lib.* 3. *quaest.* 5. *nu.* 128.

173 Difforme beneficium est, quod non est conforme, nec eiusdem nominis, vt dignitas, & Canonicatus; seu Canonicatus, & beneficiatus, seu capellania. *Nauarr. cons.* 21. *de praeb. Rebuff. vbi sup. tit. de dispensat. rat. at. num.* 4. *Put. decis.* 441. *num.* 2. *lib.* 1. *Gonzal. vbi sup. glos.* 10. *à nu.* 35. *& Garc. vbi sup. par.* 11. *cap.* 5. *§.* 2. *nu.* 230. *&* 243. *& §.* 3. *nu.* 305.

Vigesima tertia diuisio. alia be-

174 neficia sunt propria, alia impropria, proprium beneficium illud dicitur, quod habet portionem distinctam, & in perpetuum confertur ab Episcopo, seu Ordinario, & habet munera spiritualia adiuncta, & quod prouisus est persona ecclesiastica, idest clericus. & similia. *Anchoran. in cap.* 1. *de iureiur. lib.* 6. *Decius in rubr. de rescript.*

175 Improprium beneficiũ est, quod caret praedictis qualitatibus. at *Hospitale. clem. per literas. de praeb. Lelius Zecchius vbi supra in tract. de benefic. & pensionibus. cap.* 1. *num.* 10.

Vigesima quarta diuisio. alia

176 sunt nominata, alia innominata, nominatum beneficium est, quod habet nomen speciale vltra nomen commune beneficij, vt Archidiaconatus, Decanatus, Archipresbyteratus, & similia, quae sunt beneficia, sed habent praecipuum, & speciale nomen.

177 Innominatum est beneficium simplex carens speciali nomine, & ideo in impetrationibus, appellatione beneficiorum non venit Dignitas, nisi exprimatur, *clem.* 1. *de caus. possess. & propriet. Zecch. vbi sup.*

Vigesima quinta diuisio. Beneficia alia acquirũtur per electionẽ, alia per collationem, alia per postulationẽ, alia per translationem, alia per impetrationem, alia per permutationem, alia per renunciationem, & alia per institutionem factam ad patroni praesentationem.

Beneficia aquirũtur per electionem, collationem, seu institutionem ad praesentationem patroni, vt supra latè dictum est.

178 Beneficia aquiruntur per postulationem, quae est quaedam petitio Capituli supplex facta coram Superiore de promouendo aliquem ad praelaturam, ad quam iure communi ob aliquod impedimentum, vel defectum, non autem ob vitium promoueri non poterat. *Abb. in rubr. de postulat. praelat.* & omnis, qui potest eligere potest & postulare. *cap. bonae.* 2. *de elect.*

179 Beneficia acquiruntur per translationem, quae est de vna Ecclesia ad aliam Ecclesiam translatio, vel mutatio. *c. mutationes.* 7. *q.* 1. *& in rubr. de translat. Episc. Zecchius. vbi sup. cap.* 6.

180 Beneficia acquiruntur per impetrationem, vt quando per rescriptum Apostolicum ex gratia impetrantur à Papa beneficia vacantia, cum expectatiuae ad futura beneficia sint sublatae à *Conc. Trid. sess.* 24. *de ref. c.* 19. *cap.* 1. *de conc. praeb. Zecchius vbi sup. de cap.* 9. vbi declarat praedicta, vel quando beneficia impetrantur certo modo.

181 Beneficia impetrantur per permutationem, quae est beneficij ad beneficium auctoritate superioris facta mutua commutatio, quae debet fieri cum auctoritate Superioris ex causa vtili, & necessaria, & quod vterque ius habeat in beneficio, & cum consensu eorum, ad quos praesentatio, vel electio spectat, & quod permutetur Spirituale cum Spirituali, & cum alijs requisitis à *Zecchio vbi sup. cap.* 10. permutatio autem beneficiorum potest fieri in quo-

quolibet mense anni coram Episcopo loci, & cuilibet permutanti de beneficio permutato,& resignato potest per Episcopum, vel eius Vicarium fieri collatio cessante omni fraude, nisi ex aliquo capite beneficia sint reseruata. *capitulo cum olim.& cap. cum uniuersorum. de rerum permut.cap.unico. de rer. permut.lib.6.ubi omnes.* Rebuff. *in praxi,tit.de permutat. benef. nu.* 36. *Fuscus in tract. de visitat. cap.* 18. *num.* 32. quod firmatur *ex bulla Gregorij XIII. edita super publicat.*
183 *resignat.* §. *de beneficijs autem*. Vbi dicit,quod debet fieri etiam publicatio de beneficijs resignatis ex causa permutationis in manibus ordinariorum. *de hoc latè Gonzal. ubi sup.gloss.*14.*à num.*32.*Garc.ubi sup.par.*5.*num.*543.
184 Beneficia deniq; acquiruntur per renunciationem, quæ renunciatio, seu resignatio est tacita,vel expressa,expressa est dimissio spontanea, & libera beneficij obtẽti facta cum causa coram Superiore; est dimissio,quia renuncians cedit, dimittit, derelinquit, & donat ius suum. *l.hoc iure.*§.1.*ff.de donat.* Fit cum causa, quæ in resignatione requiritur.*cap.super hoc.de renunciat.* & fit coram superiore. *Abb.in cap.audita. num.*3.*de rest. spoliat.* quæ resignatio alia est pura, & libera, alia conditionalis,& in fauorem tertij,quæ renunciatio in fauorem vel est simplex absque vlla reseruatione, vel est qualificata cum reseruatione pensionis ipsi resignanti, vel cum reseruatione omnium fructuum pro resignante, de quibus latiss. *Paris.ubi sup.in tract. de resign. benefic. lib.*1. *&* 2. & per totum tractatum doctissimè dilucidatur materia resignationis beneficiorum. *Et Gonzal.ubi sup. gloss.* 14. *Garc. ubi supr.p.*11.*c.*4.*de resign.benef.& ibidem cap.*3.*tractat de publicandis resignat.Barbosa,ubi sup.par.*2. *allegat.*19. *Massob. ubi supra requisito* *7. dub.*1.2.5.37.21.31.38. & in alijs dubijs d. requisiti.

185 Quoad Tertium, cui beneficium ecclesiasticũ conferendum sit. Beneficium igitur confertur habenti clericatum, & ordinem, itaut saltem sit clericus primæ tonsuræ,per quam clericalis ordo confertur. *cap.cum contingat. de at. & qualit. & ex Conc.Trid.sess.*23.*cap.*6.*de reform.* requiruntur clericatus,& ordo, & ætas annorum quatuordecim saltem inceptorum,& quod sit de legitimo matrimonio, non irregularis,non excommunicatus,neq. habens aliud impedimentum.*Card. Tolet. ubi sup.in instruct.confess.lib.*5.*cap.*79. & infra latè dicemus, *& hodie ex constitutione Sixti V.de habitu,& tonsura per clericos, &c.relata à Quaranta ubi sup. in sum. bull. in uerbo habitus clericalis*. requiritur, quod tempore collationis beneficiorũ prouidẽdi sint actu clerici incedentes in habitu clericali, & tonsura, aliàs collatio est nulla.*Garc.ubi sup.par.*7.*cap.*1.*numer.*15. nisi ex fundatione beneficij requiratur, quod quis sit sacerdos,vel diaconus, vel aliam qualitatem requirat,quia tunc sacerdos, & habẽs illas qualitates debet assumi, & non aliter.

186 Clericus autẽ vt fieri possit, tria requiruntur,ætas,habilitas, & forma. Aetas, quia clerici fieri non possunt ante septem annos.*cap.ult. de temp.ordin.lib.*6. tunc enim primam tonsuram sumere possunt.*cap.*
187 *ult.de cler.coniu.*& iste annus septimus debet esse cõpletus. *teste Præpos.in cap. de his. in princ. dist.* 28. *Card. Tolet. ubi sup. lib.*1. *cap.* 56. *Abbas Raguccius in sua lucerna parochorum. de sacramento ordinis. quæst.*9.*de ætate ordinandorum*, dispensatur tamen quis à Papa interdum vt in sexto anno possit insigniri prima tonsura.*Rebuff.in praxi.tit. de clericis, & à quib. & quomodo creentur.& decretum fuit in Conc* *Trid.*

Trid. sess. 24 *cap.* 4. *de reform.* quod prima tonsura non initientur, qui sacramentum confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quiq; legere, & scribere nesciant, & de quibus probabilis coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse. ad primam tonsuram igitur requiruntur septem anni completi, ad alios tres minores ordines à septimo vsque ad duodecimū, ad accolithatum duodecimus annus completus, ad subdiaconatum vigesimus secundus, ad diaconatum vigesimus tertius, ad presbyteratum vigesimus quintus, & satis est quod in his annus
188 sit inceptus *Conc. Trid. sess.* 23. *cap.* 12. *de ref.* ad episcopatum requiritur trigesimus annus complectus. *Conc. Trid. sess.* 7. *de reformat. cap.* 1. *Garc. vbi sup. par.* 7. *cap.* 6. *Paulus Piasecius in sua praxi episcopali. par.* 1. *cap.* 1. *de conferendis ordinibus. in tit. de requisitis ætatis, confirmationis, natalium.* ad dignitates, & Canonicatus in cathedralibus requiritur ætas viginti duorum annorum. *Concil. Tridentin. sess.* 24. *de reform. cap.* 10. ad parochialē ecclesiam vigesimus quintus inceptus, & quod infra annum ad presbyteratum promoueatur.
189 *Conc. Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 10. & ad obtinendam pensionem super beneficijs ecclesiasticis requiritur septimus annus completus, cum tunc possit recipere primam tonsuram, quæ ad obtinendam pensionem necessaria est. *Garc. vbi sup. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 127. *& ibi nu.* 129. *dicit ex Emanuele Sa in aphorism. confess. in verbo beneficium. nu.* 30. talem ætatē requiri ad pensionem, quæ ætas requiritur in beneficio simplici. in praxi tamen clerico septenni solet reseruari pensio dummodo talis ætas in supplicatione
190 exprimatur. in canonico autem pœnitentiario in cathedrali requiritur ætas quadraginta annorum completorum, quòd sit doctor, aut licentiatus in iure canonico, vel theologia. *Garc. vbi sup. par.* 7. *cap.* 4. & est notandum, quod si
191 dignitates in cathedralibus habēt annexam curam animarum, & requirant ordinem presbyteratus, tunc in prouidendis requiritur annus vigesimusquintus inceptus. *Garc. vbi sup. par.* 7. *cap.* 4. *nu.* 69. & in beneficijs simplicibus requiritur ætas annorum quatuordecim inceptorum; *Conc. Trid. sess.* 23. *de ref. c.* 6. ita, & in canonicatibus in ecclesijs collegiatis, cum *Conc. Trid. in his nihil innouauerit Gonzal. vbi sup. glos.* 5. *num.* 5. *Piasecius vbi sup. par.* 2. *cap.* 5. *de iurisd. volunt. tit. quomodo sint beneficia conferenda*. ex quibus habetur quæ ætas, & habilitas requirantur ad clericatum, & ordines, forma autem est, qua vtitur episcopus in ordinibus conferendis, de qua in Pontificali Romano.
192 Quoad Quartum, quomodo conferuntur beneficia ecclesiastica: dicendum est ea conferri, & acquiri per titulum habilem, & canonicum, *de quo in cap. beneficium. de reg. iur. lib.* 6. vbi beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione obtineri non potest, ergo cum canonica institutione iustè obtine-
193 tur, quę institutio sumitur pro quacunq; prouisione, vt declarant. *Panorm. & alij in rubr. & in cap. auctoritate. de institut. post Dynum, & alijs in dict. cap. beneficium.* & canonica institutio dicitur, quæ facta est secundum canones teste *Io. Andr. in cap. non potest. in princ. de preb. lib.* 6. & canonicè institu-
194 tus dicitur qui iure prouisus est; *cap. extirpanda. §. qui vero. de preb.* & canonice dicitur quis obtinere beneficium, quando illud ab eo habuit, qui iure conferre poterat. *cap. si gratiosè. de rescript. lib.* 6.

lib.6.& cap. statutum.de preb. lib.6. obtinetur autem beneficium iure per collationem, electionem, & institutionem ad præsentationem patroni, per translationem, permutationem, postulationem, & resignationem, de quibus supra in vltima diuisione beneficiorum, & latè *Rebuff. in praxi tit. quot modis acquirantur beneficia* cum multis sequentibus. *Garc. vbi sup. p.8.9.& 10. Lessius vbi sup. de iust. & iure lib.2.c.34.*
196 *dubit.3.* & quicumque nō habet canonicam institutionem iniustè possidet, & si per simoniam, vel per vim vsurpauit, vel aliàs auctoritate propria intrauerit in possessionem beneficij, quo casu dicitur intrusus. *Rebuff. vbi sup. in forma prouisionis. versiculo postea dicitur, per se, vel per alium.* Conferuntur autem
197 beneficia à Papa, ad quem suæ potestatis plenitudine pertinet plenissima omnium beneficiorum dispositio. *cap.2. de preb. lib.6. Gonzal. vbi supr. in §.1. proem.* & concurrit cum quolibet ordinario, cum sit ordinarius ordinariorum. *c. cuncta per mundum. nona. q.3. Garc. vbi sup. par.5.*
198 *cap.1.* item conferuntur à legato, Nuntio, & ordinario. *Garc. vbi sup. cap.3.* & ab alijs, qui ex consuetudine, præscriptione, seu priuilegio conferunt, vel ad præsentationem patronorum præsentatos instituunt,
199 vt est Capitulum Pisanæ Primatialis ecclesię quod confert quedam beneficia dum vacant in mensibus non reseruatis; & instituit rectores tam simplicium, quam curatorum beneficiorum ad præsentationem patronorum à tempore antiquissimo vltra tercentum annos, & de præsenti est in tali pacifica possessione talis iuris conferēdi, & instituendi. & quis conferre possit beneficia, & quomodo quis dare beneficia alteri tradit etiā *Card. Tolet. vbi sup. cap.77. & 78.* &
200 an beneficia sint cōferenda digniori, an satis sit digno conferre tradit. *Garc. vbi sup. par.7. cap.16. per to-*

201 *tum.* & prouisio beneficij debet fieri gratis, libere, sine pacto, modo, conditione, ac sine diminutione. *Garc. vbi sup. par.8. cap.1. per totum.* pure non conditionaliter, nec alternatiue, nec copulatiue. *Garc. d. par.8. cap.2.* & quod non sit subreptitia. *Garc. d. par.8. cap.3.* & quod fiat publice, & palam, non clandestine. *Garc. d. p.8. c.4. idest coram testibus.* & regulariter in tali prouisione seruanda est forma à iure, statuto, consuetudine, vel fundatione præscri-
202 pta, aliàs nulla est. *Put. decis. 338. lib.1.* & contra dicta formam prouisus non est tutus in foro conscientiæ, nec beneficium retinere potest. *Couarr. in reg. peccatum. par.2. §.3. num.9. de reg. iur. lib.6. Molina de iust. & iure tomo 1. tractat. 2. disputat. 81. circa finem. versic. ad dictum Innocentij. Garc. vbi sup. parte 9. cap.1. num.1.2. & 3.*
203 Beneficium autem non potest cōferri nisi vacet, & ideo beneficium nondum vacans non potest conferri, vel promitti, ne inducatur votum captandæ mortis. *cap.2. & 3. de concess. preb. Garc. vbi sup. par.10. cap.1. num.1. & seq.* dictaq. beneficia quando vacant conferri debent infra sex menses. *capit.2. de concess. preb. cap. licet. de suppl. negl. prælat. Rebuff. in praxi tit. de deuolut.* quod habet locum nedum in collatione, sed etiam in electione. *Abb. in cap. dilectus. num.2. de concess. preb.* nisi sit cathedralis, vel regularis ecclesia, quæ intra tres menses de prælato prouideri debent. *cap. ne pro defectu. de elect.* in cæteris autem beneficijs habet locum semestre. *Abb. in d. cap. ne pro defectu.* & d. semestre habet locum in prouisione parochialium etiam stante *Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18.* quando earum collatio spectat ad Episcopos, nam quando spectat ad Papam, Episcopi præuio concursu debēt eligere personam idoneam infra quadrimestre, & electam significare Pa-

pæ, vt illi beneficium conferat *ex d. constit. Pij V. incip. in conferendis.* & intra semestre debent conferri hospitalia quæ dantur in titulum. *Rebuff. in concordat. tit. de regia ad pralat. nominat. §. 1. verbo, intra sex menses.* item habentes à Papa indultum intra sex menses conferre debent. *Cassad. dec. 8. de prab. Crescent. dec. 15. de prab.* Papæ autem nullus terminus est præfixus. *Rebuff. d. verb. intra sex menses. Mandos. in reg. de annali. quæst. 90. num. 51.* & d. semestre

104 currit à die scientiæ vacationis. *cap. quia diuersitatem. in fin. de conc. præb.* & dictum semestre non currit impedito siue fuerit impedimentum iuris, siue facti. *Abb. in d. cap. quia diuersitatem. num. 3.* vnde durante lite super iure conferendi, seu eligendi non currit tempus. *Federic. cons. 232. Rebuff. in d. verbo, intra sex menses.* & d. semestre habet locum in præsentatione facienda à patrono ecclesiastico, in laico autem habet locum quadrimestre. *cap. vnico. §. verum. de iurepat. lib. 6. & ibi gloss. & Doctores.* & dictis patronis currit d. tempus à die scientiæ vacationis. *Rot. decis. 7. de præb. in antiquior. & decis. 13. de iurep. in ant. Verall. decis. 248. par. 3.* & fuit dictum in legionen. parochialis. 7. Octob. 1577. coram *Blanchetto*, in qua domini in dec. præpositi dubij, an ex lapsu temporis collatio beneficij de quo agitur, sit deuoluta ad Sedē Apostolicam difficultatem restrinxerunt, an à die notitiæ, vel potius vacationis currat tempus patrono ad præsentandum. & concordes fuerunt, quod quadrimestre datum patronis laicis ad præsentandum. *c. vnico. §. 1. de iurepat. lib. 6.* incipiat à die scientiæ, non aūt vacationis, pro qua plures vrgent auctoritates, veluti *Host. Aegid. Io. Andr. in c. 2. de suppl. negl. Bero. in c. quacunq. num. 4. & c. quoniam. num. 40. de iurepat. Rebuff. de deuolut. num. 10. in fine. Simonet. de iurepat. q. 35.* & hanc amplexa fuit *Rota in vna Barchinonen. 8. Antonij. corā Peregrino d. anno 1553. vel 54.* quæ auctoritates vltra allegatas pro *Alfonso maximi* fuerunt ponderis apud Dominos, nec ab hac opinione discrepat. *Abb. in cons. 28. lib. 2. in fine.* & pro illa videtur esse ratio, quod vbicunq; à lege præfigitur certus terminus, necesse est, vt præcedat notitia, cum sine illa, negligentia dari non possit. *Bart. in l. genero. num. 6. ff. de his, qui not. infam. Abb. in c. nos quidem. & ibi Couar. de testam. non obstat dec. vota 38. in antiquis, alias 1. de iurepat. quæ allegat clem. 6. de conc. præb.* quia fundatur super vera, & præscripta scientia expectantis.

Minus etiam obstat ratio *Lambert. fol. 117.* in nouis videlicet, quòd sicut patrono impedito currit tempus, ita & ignoranti, quia non procedit hæc regula in omnibus casibus, sed tantum, si duo patroni controuertant ius ipsum præsentandi, quod est fauore ecclesiæ, vt studio conseruandi ius suum, eius liti finem imponant, & ne ecclesia careat pastore, qui minori temporis spacio fieri potuerit, secus autem, si iudicium agatur inter præsentatos super idoneitate, vel cum episcopo super libertate beneficij. *Abb. in c. quoniam. num. 6. & 7. de iurepat. vbi & Bero. num. 43. & idem Abb. in c. cum Papæ vers. 2. eod. tit.*

Nec refragatur, quod iuspat. sit mera gratia, quia gratia hęc conuersa est in ius commune. *Goffred. in summa, tit. de iurepat. num. 12.* & gratia nemo priuari debet absque culpa. & hæc exceptio allegari potest per *Alphonsum*, cum ex ea inducatur validitas sui tituli. *Cassad. de except. decis. 2. Lapus allegat. 78. numer. 12. vbi Mandos. lit. T.* qui ait hoc intelligi de scientia certa, & non interpretatiua, & qui se fundat in deuolutione causata ob negligentiam patronorum debet probare scientiam dd. patronorum sufficienter.

Digitized by Google

ter. *Rebuff. in praxi tit. de deuolut. nu.*12. & fuit dictum in *Firmana altaris coram D.Blanchetto.* 5.*Decemb.* 1594. de his vide *Garc. vbi sup.par.* 10.*c.*2. de tempore, intra quod debet de beneficio prouideri.

Ad Quintum, & Vltimum, quando amittatur beneficium, dico mul-
206 tis modis amitti beneficia relatis à *Rebuff. in praxi par.* 3. beneficia amittendi modos continente. hic agitur de amissione non de vacatione simpliciter per obitum, vel assecutionem alterius, de quibus *Garc. par.*11. *c.*2. *&* 5. beneficium amittitur ex iuris dispositione, ob ali-
207 quod crimen, cui pœna amissionis ipso facto à iure est constituta, per resignationem, per translationem, per professionem emissam in aliqua religione approbata. *Lessius de iust. & iur.lib.*2. *cap.*34. *dubitat.*34. per contractum matrimonij. *cap.* 1. *& cap. diuersis fallacijs. de cler. coniug. & ibi gloss.Garc.d.par.*11.*c.*8.*& per priuationem. Garc. ibi cap.*10. *&* 9.
208 item vnione, suppressione & extinctione extinguitur beneficium *vt in c. cum accessissent. de constit.* & sic eo extincto beneficiatus illud amisisse dicitur. *Garc. vbi sup. par.* 12.*c.*1.
209 *in princ.* etiam per dismembrationē licet non extinguatur beneficium alteratur tamen,& diminuitur in bonis, fructibus, seu reditibus. *Garc.d. par.*12.*c.*2. idem est in diuisione beneficij. *Garc.ibi c.*4. alteratur etiam beneficium, vt per erectionem in alium statum superiorem, vt cum ecclesia collegiata erigitur in cathedralem, & Episcopalis in metropolitanam, quod solus Papa facere potest. *cap.*1. *ne Sed.vac.* vel quando ecclesia simplex erigitur in curatam, quod ex causa Episcopus facere potest. *Rebuff. vbi sup. tit. de erectione in curatam & parochialem,* vel quando ecclesia erigitur in collegiatam, quod videtur id fieri posse ab Episcopo, licet semper soleat fieri auctoritate Papæ. *Rebuff.in tit. de erectione in collegiatam. Mandos. de signat.grat.tit.de erectionib.Garc. d.par.*12. *c.*5. & in praxi vidi ecclesiam in diœcesi Bergomensi fuisse hoc anno 1627. erectam in Collegiatam, & ecclesiam Liburni diœcesis Pisanæ esse nunc erigendam in Collegiatam auctoritate Sanctiss. D. N. Vrbani Papæ VIII. & Adno-
210 tes, quòd beneficium sine reditibus non dicitur beneficium. *Abb.in cap. de multa. de conc. præb.* sicut enim corpus sine anima non dicitur homo sed cadauer, ita beneficium sine reditibus non potest dici beneficium. *c.siquis obiecerit.*1.*q.*3.nam tunc etymologia nominis non est vera, quia dicitur beneficium quoniam bene facit. *Gomes. in reg.de annali.quæst.* 47.*vers. præterea.* & ideo Canoni-
211 nicus sine præbenda dicitur Canonicus in herba. *Io. And. in c. dile-*
212 *ctus. de præb.* & canonicatus est ius habendi stallum in choro ad cantandum & legendum, & locum & vocē in Capitulo prouenie̅tia ex electione & receptione in fratrem. *Hoied. vbi sup. par.* 1. *c.* 12. *nu.*1. quæ receptio in fratrem fit per Capitulum. *Paris. de resig.benef.lib.*6.*quæst.*5.*nu.*
213 32. & canonia est ius prouenieus ex eadem electionē, & receptione in fratrem. *gloss. in c. cum M. Ferrariensis. verbo, receperunt. de constit.* & ibi *Abb.nu.*22. quod ius canoniæ est spirituale, præbenda verò oritur sicut filia à canonia, sicut à matre. *Card. in Clem.vlt. quæst.*20. *de præb.*
214 & præbenda alia est temporalis annexa beneficio consistens in mera temporalitate, alia est spiritualis annexa canonicatui, seu beneficio, & ideo Canonici habent præbendas. *Hoied. vbi sup.* vbi ait præbendam quinque sumi modis. *Massob. vbi sup. drelud.*19. *& dub.* 1.
215 . Et adde quando possit beneficiū alicui conferri non habenti qualitates in fundatione beneficij appositas *Monetam vbi sup. de commut. vlt. volunt.c.*10.*de derog.qualit. in fund. benefic.*

benefic.apposit. à nu. 76. vbi nu. 100, & seqq. & 187. tractat de ætate requisita ad beneficia, de qua ætate tractat *Leonius in sua Praxi Archiepisc.par.2.c.18. de collat. benef. nu,*
216 14. & ætas requisita in beneficijs requiritur etiam in coadiutorijs eorumdem beneficiorum. *Garc. vbi sup.par.7.c.4.nu.90.* & quoad canonicos vide elegantem tractatum D. Abbatis Ragucij, de voce Canonicorum in Capitulo, officio in choro, & Missa in ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus triplex, libertorum respectu aduocatorum, & respectu iuris ad præsentationem in ecclesia competentis.*
2 *Iuspatronatus definitur cadens in ecclesia, & beneficio, & est ius honorificum, onerosum, & vtile.*
3 *Iuspatronatus est ius, & quid incorporale.*
4 *Iuspatronatus est ius partim spirituale, partim temporale.*
5 *Iuspatronatus est concessum ex gratia.*
6 *Iuspatronatus est ius ad spiritualia ordinatum.*
7 *Iuspatronatus est indiuiduum, sed diuiduum quoad præsentationem.*
8 *Iuspatronatus est triplex, ecclesiasticũ, laicale, & mixtum.*
9 *Iuspatronatus ecclesiasticum quid sit.*
10 *Iuspatronatus laicale quid sit.*
11 *Iuspatronatus mixtum quid sit.*
12 *Patronus recipit honorem ex præsentatione, & honorari debet in ecclesia, & in processionibus.*
13 *Patronus quando, & quomodo honorari debet.*
14 *Tempus datum patronis ad præsentandum abbreuiari non potest.*
15 *Patronus habet onus defendendi ecclesiam.*
16 *Aliàs punitur, & commodis priuatur.*
17 *Patronus tenetur magis idoneum præsentare in foro conscientiæ.*
18 *Patronus tenetur prouidere, vt intentio fundatoris seruetur.*
19 *Patronus debet ieiunare die præcedenti ante consecrationem.*
20 *Patronus egenus est alendus de bonis ecclesiæ. & ponitur decisio* Rotæ.
21 *Alimentorum appellatione quæ veniant.*
22 *Patronus egenus tunc est alendus quando ecclesiæ superest.*
23 *Patronus aliquod annuum potest exigere ab ecclesia, si in fundatione cum Episcopi consensu id fuerit factum.*
24 *Iuspatronatus & masculo, & fœmina competit.*
25 *Illegitimis etiam competit.*
26 *Pupillo, & infanti.*
27 *Filijfamilias quando habeant vocem in iurepat. competente vniuersitati.*
28 *Iuspatronatus quando competit patri, patre viuente filius non habet vocẽ.*
29 *Iuspatronatus potest haberi in ecclesia Cathedrali.*
30 *Iuspatronatus potest haberi in ecclesia Collegiata.*
31 *Iuspatronatus an possit haberi in ecclesia conuentuali regularium.*
32 *Iuspatronat. haberi potest in Hospitali.*
33 *Iuspatronatus in sepulchro haberi non potest.*
34 *Iuspatronatus non acquiritur nisi Episcopo consentiente.*
35 *Vicarius Episcopi sine speciali mandato non potest alicui reseruare iuspatronatus.*
36 *Vicarius Episcopi non potest consensum præstare super donatione iurispat. sine speciali commissione.*
37 *Episcopi consensus quando requiratur casu, quo iuspatronatus de vno in alium transfertur.*
38 *Inferioris habentis iura Episcopalia consensus requiritur in translatione iurispat.*
39 *Pisanum Capitulum tamquam Ordinarius instituits, & consensum præstat in quibusdam beneficijs.*
40 *Consensus in translatione iurispatronatus potest interuenire etiam ex post facto.*
41 *Ordinarius si renuat consensum præstare super trãslatione iurispat. quid agendum.*

Epi-

42 *Episcopi consensus si dubitetur an interuenerit. quando præsumatur interuenisse.*

43 *Episcopus loci, in quo fundatur ecclesia, consensum præstare debet.*

44 *Capitulum sede Episcopali vacante consensum præstat super reseruatione, & translatione iurispatronatus.*

45 *Episcopus non potest aliquem facere patronum ex priuilegio.*

46 *Fundare ecclesiam quis dicatur.*

47 *Ecclesia destructa si alibi edificetur, dominus primi fundi non erit patronus.*

48 *Fundi, & dotis assignatio fit cum Episcopi consensu.*

49 *Patronus quis efficitur si post factum consentiat fundationi.*

50 *Iuspatronatus acquiritur etiamsi fundans, vel dotans iuspatronatus sibi non reseruauerit. & ponitur Rotæ decisio.*

51 *Iuspatronatus sibi reseruans, suis hæredibus reseruasse censetur.*

52 *Construere quis dicatur ecclesiam.*

53 *Iuspatronatus acquiritur ex constructione.*

54 *Iuspatronatus quando acquiratur ex refectione, vel reparatione ecclesiæ.*

55 *Hæres intra annum respectu operis inchoandi debet ecclesiam construere à die monitionis ei factæ per Episcopũ, si testator mandauit construi sine præfinitione temporis.*

56 *Ecclesia si ex relicto testatoris sit in certo loco construenda, si postea fieri nequeat, alibi construetur.*

57 *Ecclesia an construi debeat ex relicto facto in testamento imperfecto.*

58 *Ecclesia constructa censetur ex fidelium oblationibus si aliter non constet.*

59 *Iuspatronatus hodie interdum ex sola dotatione acquiritur.*

60 *Iosephus Mazzolius fundator Capellæ S. Dominici in ecclesia Pisana.*

61 *Iuspatronatus ex dotatione cum Episcopi consensu acquiritur.*

62 *Iuspatronatus non acquiritur ex augmento dotis.*

63 *Iuspatronatus non acquirit relinquens aliquid ecclesiæ.*

64 *Dotatio facienda est ante consecrationem ecclesiæ.*

65 *Dos quanta sit ecclesiæ assignanda.*

66 *Dotans insufficienter non fit patronus.*

67 *Dotantes plures fiunt omnes patroni.*

68 *Iuspatronatus quatuor modis de vno in alium transfertur.*

69 *Iuspatronatus transfertur successione.*

70 *Iurispatronatus successio fit in stirpes, aliquando in capita.*

71 *Patronorum maior pars minorem absorbet.*

72 *Iuspatronatus quando ex fundatione transire debet ad hæredes sanguinis, non transit ad extraneus.*

73 *Iuspatronatus non transit in fideicommissarium.*

74 *Iuspatronatus si competat collegio, seu familiæ, præsentatio fit per capita.*

75 *Iuspatronatus trãsfertur permutatione.*

76 *Iuspatronatus transfertur donatione.*

77 *Donatarius an possit donantem præsentare.*

78 *Iuspatronatus transfertur translatione vniuersitatis.*

79 *Vniuersitas quæ dicatur.*

80 *Iuspatronatus an veniat in locatione vniuersitatis.*

81 *Vniuersitas si pignori data sit, in qua sit iuspat. creditor pignoris præsentare non potest.*

82 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate data in dotem.*

83 *Iuspatronatus an ex bonorum confiscatione transeat in fiscum.*

84 *Patronus in præiudicium descendentiũ potest à se abdicare iuspat.*

85 *Iuspatronatus vtrum ex præscriptione acquiratur.*

86 *Patronus solus est, si solus fundet, & dotet, secus si plures.*

Ponitur definitio Iurispatronatus.

CAPVT SECVNDVM.

RIMO igitur loco, quæritur, quid sit Iuspatronatus, & vt rectè definiatur, opus est videre de quo iurepatronat. loquamur, Iuspatronatus enim

Digitized by Google

1 enim est terminus æquiuocus, cum triplex sit; *Abb. in rubr: nu. 1. de iurepat.* primum namq. est iuspatr. libertorum, quod prouenit ex manumissione *c. liberti. & c. seq. 12. q. 2. & toto tit. ff. de iurepat.* & de hoc nihil ad nos. Secundum est iuspatronatus respectu Aduocatorum, qui dicuntur patroni causarum. *cap. vlt. ne cleric. vel monac. vbi gloss. in verbo, audiantur. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic.* Tertium est iuspatronatus, quod sumitur pro iure competente in ecclesijs quoad Rectoris præsentationem, & alia, & de hoc tertio nos loquimur, & de hoc habetur in toto *tit. de iurepat. in Decretalib. in lib. 6. Decretal. & in Clementinis.*

2 Communis definitio iurispatronatus, de quo loquimur ponitur ab *Abb. vbi sup. nu. 3.* & ponitur etiam à *Roccho de Curte de iurepat. in princ. nu. 3. vbi nu. 4.* addit in fine definitionis quædam verba. Ergo iuspatronatus est ius honorificum, onerosum, & vtile alicui competens in ecclesia pro eo, quod de Diœcesani consensu ecclesiam fundauit, construxit, vel dotauit ipse, vel is, à quo causam habuit, solus, vel alio concurrente.

3 Iuspatronatus est ius, idest, quid incorporale, & intellectuale, quod oculis corporeis videri non potest, vt habetur in *tit. de reb. corpor. & incorpor. in Institut.* & ibi Io. Oinotomus eleganter declarat quòd incorporalia sola animi cogitatione, & intellectu percipiuntur, & à iure creãtur, substantiantur, & nominantur secundum Fabrum, & Aretinum ibidem. vel est ius, idest facultas quædam, sicut dicimus vsusfructus est ius, idest facultas alienis rebus vtendi fruendi. *Institut. de vsufructu. in princ. l. 1. ff. de rer. diuis. & l. 1. ff. de vsufructu. & ibi Doct. Marius Viuianus in suo rationale institut. in d. tit. de vsuf. nu. 1.* & actio est ius, idest, facultas persequendi in iudicio quod sibi debetur. *Institut. de actionib. in princ.* est autem iuspatrona-

4 tus ius partim spirituale, partim temporale; spirituale, quia vendi non potest. *cap. de iure. 16. de iurepat.* est temporale, quia possidetur à laicis. *cap. primo de iurepat.* & melius dicitur huiusmodi ius temporale annexum spirituali. *c. quanto. de iudic. d. cap. de iure.* & regulariter regulatur, prout alia iura

5 spiritualia *d. c. quanto.* & est ius gratiosum, & ex gratia concessum. *Abb. in cap. 1. nu. 4. de præb. per textum in cap. 3. vers. sustinuit. de iurepat. Lambertinus* in suo elegantissimo, & copiosissimo tractatu, *de iurepat. lib. 3. quæst. 9. Illustriss. Cardin. Thuscus Pract. conclus. iuris. lit. 1. conclus. 596.* & vt ait *S. Thomas Doctor Angeli-*

6 *cus in 4. sentent.* iuspatr. est ius ad spiritualia ordinatum. *Scbardius in suo lexico, in verbo, iuspatronatus. in fine.* & iuspatronatus laicis conceditur, vt alij inducantur, & alliciantur ad fundandas, & dotandas ecclesias. *c. nobis. de iurepat. Cassad. decis. 3. nu. 6. de iurep. Card. Mantica de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 20. n. 28.*

7 & hoc iuspatronatus est indiuiduũ. *c. 1. de iurep.* & ratio est, quia iuspatronatus est quid incorporale, & incorporalia diuidi nequeunt. *l. 1. §. si vsusfructus. ff. ad l. gem falcid.* & sic est indiuiduum in substãtia, & apud vnumquemque hæredem est insolidum. *gloss. in d. c. 1. verbo, non debeat. de iurepatr. Garc. de benefic. par. 5. cap. 1. nu. 591. prope finem.* vt fuit dictũ in *Firmana Beneficij* 13. *Maij.* 1596. *coram Card. Pamphilio.* & in *Aretina Capellaniæ* 24. *Ianuar. & 9. Maij coram eod.* sed est diuiduum quoad ius præsentandi, præsentatio enim est penes hæredes pro rata, vt est simile de iurisdictione, quæ aliquando est apud plures insolidũ, sed exercitium est pro parte. *c. prudentiam. in princ. de off. deleg.* ita *Cardin. in clement. plures. nu. 3. vers. quia vero ad hæc. de iurepat.*

Et

8 Et hoc iuspat. est triplex, ecclesiasticum, laicale, & mixtum. de qua diuisione *Gonzal. in comment. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 18. *à nu.* 4. *& Garc. vbi sup. par.* 5. *c.* 1. *nu.* 553. *& seqq. Moneta in tract. de commut. vlt. volunt. c.* 10. *de derogat. qualit. in fund. benef. apposit. nu.* 220. *& sequ. Aug. Barbosa, de off. & pot. Episc. par.* 3. *alleg.* 72. *nu.* 128.

9 Iuspatronatus ecclesiasticum est, quando clericus illud habet nomine ecclesiæ suæ, seu quando ipsa ecclesia, vel aliqua vniuersitas, vel collegium religiosorum, seu clericorum habet iuspat. *Rot. Rom. decis.* 8. *de iurepat. in antiquis.* est etiam iuspat. ecclesiasticum illud, quod licet ortum habuerit à laici patrimonio, tamen fuit fundatione testamento, donatione, aut alio quouis titulo translatum in ecclesiam, capitulum, seu collegium ecclesiasticum canonicorum secularium, seu regularium, vel in aliquam ecclesiasticam personam ratione ecclesiæ, dignitatis, aut beneficij. *Rebuff. in praxi. tit. de præsentat. nu.* 5. *&* 7. *& in par.* 3. *signatura. nu.* 8. *Couarru. pract. quæst. c.* 36. *nu.* 2. *&* 5. *Io. Aloys. Riccius in praxi rerum fori ecclesiast. decis.* 152. *Paris. de resignat. benef. lib.* 2. *quæst.* 4. *nu.* 39. *Mar. Antonin. var. resol. lib.* 1. *resolut.* 8. *nu.* 14. *Gonzal. & Garc. vbi sup.*

10 Aliud est iuspatronatus laicale, seu laicorum, quod est, quando laicus, vel clericus ratione patrimonij sui habet iuspat. *gloss. in d. clem. plures. in verbo, præsentare*, & quod alij dicantur patroni ecclesiastici, alij laici dicit *text. in c. vnico. in fine. de iurepat. lib.* 6. & si ecclesia, & lai-

11 cus simul habeant iuspatronatus, tale iuspatronatus erit mixtum, & regulabitur vt ecclesiasticum. *glos. vlt. d. cap. vnico.* & de his latè in cap. sequenti.

12 Honorificum. id importat honorem, quem habet patronus in præsentando rectorem, quia sine patroni præsentatione non potest Episcopus institutionem dare regulariter in beneficio iurispat. aliàs institutio est nulla. *c. decernimus.* 16. *q.* 7. Item importat honorem, quem habet patronus in ecclesia, quia præ alijs debet honorari. *c. nobis de iurepat.* debet enim patronus non solum præsentare rectorem, sed debet honorari in processione, & prælatione. *d. c. nobis*, rector enim debet patrono ad

13 ecclesiam venienti obuiam ire, & in processione post Prælatum ante omnes laicos debet patronus incedere, & in pace, & thuribulo alijs præferri; & extra ecclesiam debet rector patronum honorare, illi assurgendo, illum salutando, neque debet patronum absque venia ad ius vocare. *argum. text. in l. vlt. ff. de in ius vocando. & in l. qui manumittit. C. de oper. libert. Paul. de Citadinis de iurepat. par.* 6. *quæst.* 2. & tenetur rector pro patrono orare. *Ludouic. Roman. cons.* 339. non tamen per hęc patronus dicetur dominus ecclesiæ, nisi abusiuè loquendo. *Paul. de Citad. vbi sup. quæst.* 12. & quando patrono auferretur talis honor, potest ab eo vindicari. *cap. Pisanis. de restitut. spol.* vbi Innoc. & de his latè *Lambert. vbi sup. lib.* 3. *quæst.* 1. per omnes articulos dictæ quæstionis. est tamen aduertendum, quod textum in *d. c. decernimus*. sex modis limitat *Felin. in c. cum Bertoldus. nu.* 8. 9. *& seqq. de re iudic.* & limitatur etiam, quando præsentatus per patronum est scandalo populo. *c. quoniam. de iurepat.* vel quando non constat de iurepatronatus legitimè; vel quando patronus est ecclesiasticus, vt infra dicetur. nec potest per

14 ordinarium tempus quadrimestre, vel semestre concessum patronis ad præsentandum abbreuiari, præsertim quando patronus comparet, & vult vti tali beneficio. *Felin. vbi sup. nu.* 18. & ob talem honorem nihil fieri poterit in præiudicium patroni ab Episcopo sine dicti patroni consensu,

sensu, neque ab alio Inferiore. *Abb. in cap. cum accessissent. num.* 5. *de constitut.* quod tribus modis limitat *Rocch. de curte ubi supra in uerbo, honorificum. num.* 10. 11. *&* 12.

15 Onerosum. & sic ex iurepatronatus prouenit honor, & onus, patronus enim tenetur defendere ecclesiam, & sollicitudinem, & diligentiam adhibere, ne bona ecclesiæ dilapidentur, & potest episcopo denunciare rectorem dilapidatorem, vel inhonestum. *c. filijs. & c. decernimus.* 16. *q.* 7. *Rocch. de curte vbi sup. verbo, onerosum. num.* 2. & si

16 patronus hæc negligat, & non faciat, punitur, & remanet priuatus commodis, & fructibus prouenientibus ex iurepatronatus. *Paul. de citad. vbi sup. quæst.* 1. *in fine.* Insuper

17 super patronus habet onus præsentandi magis idoneum quoad forum conscientiæ. *Abb. in c.* 3. *de iurepatr. num.* 12. & habet onus præsentandi pauperem potius, quam diuitem. *Hostiens. in summa. tit. de iurepat. §. in quibus differant. nu.* 11.

18 *in fine.* item tenetur patronus prouidere, vt rectè ecclesiæ prouideatur, & ordinata per fundatorem seruentur. *Abb. in d. cap. nobis. col.* 3. *de iurepat. Paul. de Citad. vbi sup. quæst. vlt. quinti articuli.* & si-

19 militer patronus debet ieiunare præcedenti die ante consecrationem ad *text. in cap. quod à patribus. dist.* 75. *& notatur in cap. cum sicut. de consecrat. eccles. vel altar.* & quamuis patronus habeat onera supradicta, non tamen potest compellere rectorem ad sibi reddendum rationes, nec habet custodiam ecclesiæ vacãtis, nec eius consensus requiritur in alienatione bonorum ecclesiæ patronatæ; & quamuis patronus teneatur ecclesiam defendere proprijs suis sumptibus, non tamen concurrere debet cum rectore ad solutionẽ collectæ, seu decimæ Papalis, & de his latè *Lambert. vbi sup. lib.* 3. *quæst.* 2. per omnes articulos dictæ quæstionis.

20 Et vtile. consistit in hoc vtilitas, quia si patronus deueniat ad inopiã est alendus de bonis ecclesiæ. *c. quicunque. il secondo. iuncta gloss.* 16. *quæst.* 7. *Hostiens. vbi supr. §. quid competat patrono. num.* 3. *cap. nobis. §. vlt. vbi Abb. & alij. de iurepatr. Rocch. de Curte vbi supra in verbo, & vtile. in princ. Cardin. Serafin. decis.* 668. *num.* 5. & fuit dictum in Neapolitana alimentorum. 31. Maij 1613 coram Reuerendissimo Manzanedo. in qua monasterium montis Olioeti Neapolitan. nõ teneri ad alimenta præstanda domino Equiti Ianuario Olitiæ domini resoluerunt, quia quamuis Gurellus olitia fundauerit hoc monasterium de anno 1411. & ecclesia teneatur patronis ad inopiam vergentibus succurrere per *text. in c. quicunque* 16. *quæst.* 7. *& in c. nobis. de iurepatr.* Nihilominus dominus Eques Ianuarius non probat descendentiã à d. fundatore, & licet illam probasset, non constat de requisitis à iure ad hoc, vt à monasterio alimẽta sint illi ministranda. requiritur namque, quod patronus ad ægestatem peruenerit, & quod Ecclesiæ supersit, nempę quod primo ministri ecclesiæ alantur, & necessaria ad seruitium ecclesiæ suppeditentur, quibus ministratis, si bona ecclesiæ supersint, ab illa patronus erit alendus iuxta *gloss. fin. in d. c. quicunq. & Abb. in d. c. nobis. num.* 6. *& ibi Butr. num.* 22. *Lambert. de iurepat. lib.* 3. *art.* 2. *tertiæ quæst. princ. num.* 2. *Paul. de citadin. eod. tract.* 6. *part. art.* 4. *num.* 3. *&* 5. *cum seq. Rocch. eod. tract. in uerbo, & utile. num.* 1. *&* 2. *Roland. consil.* 2. *num.* 33. *lib.* 3. *Castador. decis.* 3. *num.* 2. *de iurep. Surdus de aliment. tit.* 7. *q.* 32. *num.* 1. *&* 2. *cum seq.* sed sic est, quod dedicta ægestate Domini Ianuarij non constat, cum aut habeat annuos ducatos 360. sibi

Digitized by Google

ſibi à fratre Carolo aſſignatos, aut habeat bona ſibi ab eodem Carolo retroceſſa, vtcunque ſit, non poteſt dici ita egenus, vt prædicta alimenta à monaſterio habere debeat, ad tradita in *d. gloſſ. fin. in d. cap. quicunq. quam ſeq. Bald. in l. fin. C. de reu. donat. & ad tradita à Lambert. d. lib. 3. art. 3. tertiæ quæſtionis princ. num. 2. cum ſeq. & à Citadino vbi ſup. num. 5. & à Surd. vbi ſup. tit. 1. quæſtion. 54. à num. 15.* tum etiam, quia detractis impenſis neceſſarijs pro alimentis 24. monachorum, & familiæ, eidem monaſterio ſeruientium, & pro cultu diuino, & reparatione eccleſiæ neceſſarijs, non conſtat ſupereſſe bona, ex quibus monaſterium poſſit Dom. Ianuarium alere.

Tum etiam, quia eccleſia non tenetur patronum alere, ſi ipſe aliàs habeat, à quo ali debeat. *Surd. d. tit. 1. queſt. 54. num. 16.* Dominus autem Ianuarius quamuis eſſet patronus habet dictum fratrem, qui D. Ianuario in egeſtate conſtituto tenetur alimenta miniſtrare *gloſſ. fin. in l. qui filium. ff. vbi pup. educ. deb. Cinus in l. 2. nu. 2. de alen. liber. & ibi Alberic. iſtum dicens cõmunem n. 1 latè Surd. vbi ſup. tit. 2. quaſt. 25. in princ.* vlterius, cum dominus eques Ianuarius ſit eques S. Ioannis Hieroſolymitani, quam ingredientes tria vota ſubſtantialia emittunt, & per conſequens dicuntur veri religioſi ex *Mohed. dec. 10. de cau. poſſ. & propr. & Rota dec. 436. num. 2. p. 3. lib. 3. diuerſ.* vnde religio, quæ illum admiſit, tenetur ad alimenta eidem præſtanda, cum monaſterium teneatur alere monachum, quẽ ad religionem admiſit. *Caſtren. conſ. 76. nu. 1. lib. 1.* qui mouetur duabus rationibus quas refert, & ſequitur *Surd. vbi ſupra tit. 1. quaſt. 75. num. 1. & tit. 9. quaſt. 27. num. 10. licentiatus de Piſa in tractat. de curia Piſana, ſiue de origine decurionum. lib. 2. caput 18. num. 32. & ibi additio Alphonſi de Azeuedo, & fuit dictum in Imolen. confidentiæ, 4. Febr. 1594. coram Card. Pamphilio, 4. 20. Maij 1594. coram penia. & regien. prioratus* 19. Ianuar. 1598. *coram penia.* quod procedit, quando patronus ad ſummam egeſtatem deuenit, & quando eccleſiæ ſupereſt. *§. vlt. 25. quaſt. 2.* eo enim caſu libertus tenetur alere patronum. *l. ſi quis à liberis. §. ſolent iudices. ff. de liberis agnoſcen.* & ſic patronus eſt alendus de fructibus beneficij patronati remanentibus detractis neceſſarijs ſeruitijs, & expenſis, & victu benficiati, & eſt alendus in domo ſua. *Ioannes Andr. & Card. in dicto cap. nobis.* eique ſunt mittenda alimenta ſumptibus eccleſiæ, & debentur alimenta patrono, eiuſque familiæ egeſtate laboranti, quod ſi rector alimenta non præſtabit, poterit patronus agere actione proueniente ex *d. capit. nobis. vbi hec dicit Io. Andr. Card. & Abb.* & in tali cauſa procedetur Summariè, & ſi patronus moriatur, eo quia rector ei alimenta denegauit, rector tenetur de homicidio, ſicut, & pater negando alimenta filio. *per text. in l. necare. vbi gloſ. ff. de liber. agnoſcend. malum enim committit, qui malo debet, & poteſt obuiare, & non obuiat. c. paſce. diſt. 86. Paul. de citadin. vbi ſupra parte 6. quaſtione 8. princip. artic. 4.*

21 & appellatione alimentorum veniunt victus, potus, cibaria, veſtimenta, calciamenta, domus, cubile, ſeu ſtratum, & omnia neceſſaria pro victu, & conſeruatione hominis, quæ omnia veniunt alimentorum appellatione. *vt latè per Surdum in ſu tractat. de alimentis. titul. 4.* non tamen ſunt vendenda bona ſtabilia eccleſiæ pro dictis alimentis. Si autem patrona ſit vniuerſitas, ſtante inopia omnes illi de vniuerſitate non ſunt alendi, quia iuſpatronatus quando ſpectat ad vniuerſitatem, ſinguli

guli dedicta vniuersitate non sunt patroni. *Geminian. in dicto capitul. vnico. de iurepat. lib. 6.*

22 Adde, quod patronus ecclesiæ ab illius rectore est alendus licet non sit in summa egestate, sed solum ad inopiam vergat, nisi aliquid possideat, quo mediante ali modestè possit, & dummodo rector tot fructus percipiat, qui superfint suis, & ecclesiæ necessitatibus. *Marescottus variar. resolut. libro 2. capitulo 83. num. 58. & sequent. Sued. vbi supra tit. 7. quæst. 32. Augustin. Barbosa in collectar. ad dict. capit. nobis. num. 7. & sequenti.*

23 Est vtile, quia potest patronus aliquid annuatim exigere ab ecclesia patronata in recognitionem iurispatronatus si ita in fundatione ordinatum sit cum Episcopi consensu. *capitulo præterea. il secondo. vbi Abbas numero 3. & 4. de iurepatronat.* non tamen potest patronus pecuniam pro præsentatione recipere, alioquin simoniam committit. *cap. quæsitum. de rerum permut.* est vtile, quia potest patronus præsentare filium suum, vel suos consanguineos, & affines, dummodo sint idonei, & de his videas *Lambert. vbi sup. lib. 3. quæst. 3.* per omnes articulos dictæ quæstionis. & iura supradicta honoris, oneris, & alimentorum debentur patronis etiam inæqualiter fundantibus, cōstruentibus, & dotātibus & procedūtin patronis, & in eorum heredibus, & qui plus contulit pinguius ius habet, & in his attenditur locorum consuetudo. *Lambert. vbi sup. quæst. 4. per omnes articulos dictæ quæstionis* nec nouus hæres, seu patronus postquam ecclesia est ordinata potest aliquid immutare. *Lambert. vbi sup. quæst. 5. Moneta vbi sup. dicto cap. 10.*

24 Competens alicui. hoc iuspatronatus competit ita feminæ sicut masculo, ratio est, quia iura concedunt iuspatronatus fundatoribus, constructoribus, & dotatoribus ecclesiarum *c. quoniam. cap. nobis. de iurepatronat. Rocch. de curt. vbi sup. in verbo, competens alicui. num. 1.*

25 item iuspatronatus competit etiam illegitimè natis. *Rocch. ibidem. numero 8.* cū iuspatronatus omni christiano competere possit. *c. pia mentis. c. frigentius. 16. quæst. 7.* & hoc est intelligendum, quando iuspatronatus ex fundatione est ad feminas, & ad illegitimos transmissibile. *Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. numer. 49. ff. ad Trebellianum.*

26 item competit pupillo, vel infanti, qui si sit intra septem annos non potest præsentare, sed tutor eius nomine præsentabit. *Abb. in cap. vlt. num. 9. de concess. preb.* & quando iuspatr. competit vniuersitati, puta populo, in filij familias habeant vo-

27 cem: distinguas cum. *Rocche vbi prox. sup. num. 19.* si filij familiās habeant domicilium in domo patris non habent vocem in præsentando, secus si habeant domicilium alibi, idque probatur per doctrinam *Innoc. in cap. cum ex iniuncto. in fine. de oper. nou. nunciat.* qui dicit, quod in gerendis ab vniuersitate filij familias sunt vocandi, si alibi quàm in domo patris habent domicilium, sed vbi cum patre domicilium habent, pater tantum est vo-

28 candus; & generaliter quando iuspatronatus patri cōpetit, nunquam patre viuente filius habet vocem. *Card. in clem. 2. num. 8. de iurepat.* alia circa quasi possessionem, quæ competit alicui circa præsentationem pertractabuntur infra suo loco.

29 In ecclesia. Iuspatronatus enim potest haberi in ecclesia Cathedrali. *dicto cap. nobis. de iurepat. Roch. vbi sup. in verbo, ecclesia. nu. 1.* sed patronus non præsentabit Episcopum in dicta ecclesia, sed bene alios clericos ad alia beneficia particularia.

30 Item Iuspat. haberi potest in ecclesia collegiata. *dicto capit. nobis.* sed

sed Prælatus nõ præsentabitur à Pa-
trono, sed eligetur à Collegio, &
electioni factæ patroni postulabitur
assensus. *d.c.nobis.quod.fallit*, quan-
do patronus in fundatione sibi reser
uasset præsentationem Prælati, sibiq.
fuisset concessa. ita *Card. in d. clem.*
plures. §.quibus.nu.3. in fine. de iure-
pat. & ad alia beneficia in ecclesia
collegiata existentia præsentabit pa-
tronus. *Rocch. ibidem.nu.4.* & an ius-
31 pat. possit haberi in ecclesia cõuen-
tuali religiosorum, & regularium vi-
deas *Rocchum ibidem nu.7.* & *Card.*
Thuscũ pract. concl. lit.I. conclus.615.
item iuspatronatus haberi potest in
32 Hospitali publico de consensu Epi-
scopi constructo. *§.siquis ædificationẽ.*
Auth. de ecclesiast. tit. Abb. in cap. de
Xenodochijs. nu.2. de religios. domib.
Rocch. ibid.n.8. sed in sepulchro ius-
pat. haberi non potest, sed appella-
33 tur ius funerandi. vt per *Rocch. ibid.*
n.13. de quib. infra latè videbimus.
34 Pro eo, quod de Diœcesani con-
sensu. ex hoc patet, quod iuspat. nõ
acquiritur, nisi Episcopo, vel diœce-
sano consentiente, quinimo non di-
citur esse beneficium, ecclesia vel ca-
pella, nisi secuta approbatione Epi-
scopi, & ita consensus diœcesani de-
bet interuenire in fundatione, con-
structione, vel dotatione. *c.pia men-*
tis. c. frigentius. & c. considerandum.
16.q.7. & cap. nobis. de iurepat. Vica-
35 rius autem Episcopi sine speciali cõ-
missione, seu concessione habita ab
Episcopo non potest alicui fundãti,
construenti, vel dotanti reseruare
iuspat. *Garc. vbi sup. de benefic. par.5.*
36 *cap.9.nu.75.* nec etiam potest in do-
natione iurisp. decretum interpone-
re, vel consensum præstare sine spe-
ciali commissione. *Io. Aloys. Riccius in*
praxi rer. fori eccles. decis.469. Azo-
rius instit. moral. par.2. lib.3. cap.45.
in princ. Aug. Barbosa vbi sup. de off.
& pot. Episc. par.3. allegat.54. nu.74.
& 75.
37 An autem consensus Episcopi, seu
diœcesani interuenire debeat, quan-
do iuspatronatus transfertur de vno
in alium dicas cum *Abb. in c. illud.*
de iurepat. nu.3. & seqq. quando ius-
pat. transit in alium cum vniuersita-
te puta cum hæreditate, & tunc Epi-
scopi consensus non requiritur. *cap.*
ex literis. de iurepat. si autem iuspat.
transferatur inter viuos ex cõtractu
in ecclesiam, vel locum religiosum,
valet translatio sine Episcopi cõsen-
su. *d.c. illud. & c. vnico. de iurep. lib.6.*
si autem fiat translatio in laicum ex
contractu, non valet sine Episcopi
consensu. *d.c. vnico. in princ.* à cõtra-
rio sensu. & idem est quando trans-
latio fit de vno patrono in cõpatro-
num, idem est si iuspatr. ex vltima
voluntate transferatur puta ex lega-
to, quod est donatio, tunc enim non
valet nisi cum consensu Episcopi.
Abb. in c. cum seculum. n.6. de iurepat.
& de his *Rocch. de Curt. vbi sup. in ver*
bo, pro eo. n.4.5.6. & 7. & ponit ra-
tiones prædictorum. potest etiã con-
38 sensus alterius Prælati interuenire, si
habeat iura Episcopalia, & Episcopa-
lem potestatem. *Abb. cons.59. col. vlt.*
& cons.89. par.2. vt est in Capitulo
39 Illustrium, & admodum Reuerendo-
rum DD. Canonicorũ Metropolita-
næ, & Primatialis ecclesiæ Pisanæ, in
quo residet ordinaria potestas circa
altaria, & capellanias d. ecclesiæ, &
circa alia beneficia d. Capitulo sub-
40 iecta: qui consensus potest interue-
nire etiam post factam donationem,
& legatum. *c. cura. de iurepat. Rota*
Rom. decis. vlt. de iurepat. in antiqu.
latè *Rocch. n.9. vbi sup.* & si Ordina-
41 rius ex legitima causa nolit consen-
tire translationi, si non possit cogi,
tunc vel beneficium liberum rema-
nebit Ordinario, vel remanebit apud
eũ, qui donauit, vel legauit, vel apud
eius hæredem, ex quo legatum, vel
donatio non valuit. *Card. in d. c. cum*
seculum. nu.3. de iurepat. vel si Ordi-
narius nolit consentire, poterit adiri
Summus Pontifex, qui verisimiliter
consentiet, si nihil obstat petitioni
factæ. ita *Rocch. ibid. n.10.* & si dubi-

42 tetur, an in constructione ecclesiæ interuenerit Episcopi consensus, si ecclesia sit in forma ecclesiæ, præsumitur dictus consensus interuenisse; *Felin. in c. de quarta. n. 12. de præscrip.* maxime ex diuturnitate temporis, & consensus tacitus Episcopi aliquando sufficit, de quo vide *Rocch. vbi sup. nu. 20.* & si quæratur, cuius

43 Episcopi consensus requiratur, an Episcopi loci, vbi sita est ecclesia, an Episcopi loci illius, qui vult cōstruere, vt si Pisanus velit Senis ecclesiam construere, & dicas, quod requiritur consensus Episcopi loci, in quo fundatur ecclesia. *Card. in c. nobis. in princ. de iurepat. & Rocch. vbi sup. nu. 21.* & Sede Episcopali vacante

44 potest Capitulum consensum prædictum præstare. *Gemin. in cap. vnico. de maiorit. & obed. lib. 6. q. 23. nu. 5.* nec

45 potest Episcopi consensus facere patronum vnius capellæ, vel ecclesiæ ex priuilegio aliquem, qui non fundauerit, nec construxerit, neque dotauerit ecclesiam ipsam, vel capellam. *Abb. in cons. 106. n. 4. par. 2.* quia non potest Episcopus rei sacræ sine legitima causa hanc seruitutem iurispatronatus imponere, quod non procedit quando verus patronus cum consensu Episcopi vult in alium iuspatronatus transferre, vt patet ex supradictis.

46 Ecclesiā fundauit. Fundare quis dicitur ecclesiam, quando assignat fundum, vbi construi debet ecclesia. *cap. nobis.* & ibi *Doct. de iurepat.* vulgo tamen dicuntur fundatores, qui ecclesiam construxerunt, vel in esse deduxerunt; sed ex sola fundi assignatione non efficitur quis patronus in totum, & ideo si quis dat fundum pro ecclesia construenda, & alter eā cōstruit, alter autē eam dotet, omnes erunt patroni. *Abb. in rub. de in-*

47 *repat. n. 6.* & ecclesia destructa, si alibi ædificetur, dominus primi fundi non erit amplius patronus. *Innoc. in d. rub. de iurepat. n. 2. in fine.* & si ipse, qui fundum dedit, velit etiam ecclesiam construere, & dotare Episcopus non debet alium admittere, vt euitetur dissensio. *Card. in d. c. nobis. nu. 6. quæst. 7.*

48 Et fundi, constructionis, & dotationis assignatio fieri debet cum consensu Episcopi ad hoc, vt acquiratur iuspat. *Card. in d. cap. nobis in princ.* qui consensus requiritur tam in casibus supradictis, quam in translatione ipsius iurispatronatus. *Steph. Gratianus disceptat. forens. cap. 297. nu. 8.*

49 & si ecclesia sit constructa in fundo meo me inscio, si postea sim contentus dominium fundi in ecclesiam transferre, efficior patronus. *Card. in d. cap. nobis. nu. 3. opposit. 4.* & acquiritur iuspatronatus etiam quan-

50 do quis simpliciter assignauit fundū pro ecclesia construenda, ipsamq. construxit, & dotauit, nec dixit se velle esse patronum, dummodo expressè illud non remiserit. *Rot. Rom. decis. 5. de iurepat. in antiquis. cap. significauit. vbi Abb. Card. & Felin. de testib.* vt fuit dictum in *Imolen. Iurispatronatus. 7. Iunij. 1577. coram Cantuccio;* Domini cum duobus præsuppositis, vno quod Abbas monasterij ecclesiæ Sanctæ Mariæ in regula Imolensis diœcesis iurisdictionem habeat ordinariam, altero, quod non constet, capellam Sancti Sigismundi in dicta ecclesia existentem, habuisse dotem tempore, quo Nicolettus de Tartagnis senior in eius testamento reliquit dictæ capellæ pro dote tot bona, quæ ascenderent ad summam quingentarum librarum Bonon. Domini (inquam) cum istis duobus præsuppositis dixerunt constare de iurepatronatus illorum de Tartagnis ad dictam capellam ex dotatione, vigore dicti legati dotis, ita vt prouisio Apostolica Scipionis de Calderinis non intret. non obstat. quæ pro parte Scipionis deducuntur, & in primis non obst. quod Alexan. & Nicolettus iunior ex consignatione certorum bonorū per eos Abbati, &

Com-

& Commissario d. ecclesiæ S. Mariæ facta, non potuerint iuspat. acquirere, attento quod huiusmodi consignatio fuit facta pro solutione & satisfactione legati dotis per Nicolettum seniorem d. Capellæ S. Sigismundi simpliciter, & sine vlla reseruatione iurispat. relicti;& talis consignatio debet tribui Nicoletto seniori leganti,non autem Alexandro, & Nicoletto iuniori hæredibus soluentibus, cum actus ordinanti, non autem exequenti tribuatur. *c. super litteris. de rescript. Roman.cons.366. sub nu. 1. Butrius cons.74.nu.4. Dec. cons.381.ad fin.*benè *Aym.cons.144. nu.2. ad fin. & nu. 3.* siquidem pro responsione dicitur iuspatr. quæsitum fuisse ex dote per Nicolettum seniorem relicta, quia licet ex simplici donatione, legato, & largitione bonorum non acquiratur iuspat. tamen secus est, si hæc fiant pro dote,quia simpliciter donans,vel legãs videtur potius benefactor,quàm dotator, & acquisitor iurispatr. iura enim indulgent iuspat. non benefactori, sed dotanti. *cap. filijs. 16.q.7. ita Abb. in cap. quoniam. num. 10. de iurepat. & cons.59.nu.2. post medium. versic. quinimo. lib.2. & cons. 106. sub nu. 2. vers. primo enim requiritur. eod. lib.* hoc idem voluit *Io. Andr. in cap. 1. circa medium. vers. ideo dictum est. de iurepat. Roc. de iurepat. in verbo, & dotauit. nu. 9. vers. contrarium tamen. Summ. Ang. in verbo, iuspatronatus. nu. 4. vers. & not. Paul. de Cittadin. de iurepat. par. 3. cau. 2. quæst. 13. nu. 77. in fine.* & latissimè *Lambert. de iurepat. art.1. quæst.6. par.1. lib. 1. nu.9. vsque ad 17. fol. 50.* secundum vltimam impress. & hanc esse magis cõmunem opin. inquit *Bero.d.cap.quoniam. nu.89. post princ.* & licet Nicolettus senior in prædicto dotis legato non reseruauerit iuspat. tamen sat est eum expresè illud non remisisse.est enim receptissima conclusio, vt fundans, construens, vel dotans ecclesiam acquirat iuspatr. etiamsi illud non reseruauerit, dummodo expresè illud non remiserit. *Ioan. And. Card. Butr. Bald. Imol. Abb. Aret. & Feli. in c. significauit. de testib. Arch. Io. And. Gemin. & Fran. in c.1. de iu rep. lib.6. Rot. dec.5. de iurep. in antiq. Rocch. de iurep. in verbo, ecclesiã fundauit. quæst. 8. nu. 12.* latè *Lambert. eod. tract. lib. 1. p. 1. q. 2. art. 4. fol. 12. vbi sup. num. 14.* testatur hanc esse communem opin. eamq. ab omnibus teneri. Secundo, non obstat, quod prædicta bonorum consignatio non potuerit operari acquisitionem iurispat. quia facta fuit ab Alexandro, & Nicoletto iuniore non sponte, & ex mera liberalitate, sed ex necessitate, quia astringebantur propter aditionem hæreditatis Nicoletti senioris, vnde intrat regula, quod explicans actum non sponte, sed ex necessitate, vel pro exercitio officij sui premium consequi non debet. *l. 3. §. vtrum. ff. ad Syllanian. Nell. de bannit. 2. par. 2. temp. q. 12.* nam respondetur, Alexandrum, & Nicolettum iuniorẽ grauatos à Nicoletto seniore ad consignanda tot bona pro dote d. capellæ,nõ coactè, & iussu iudicis, sed voluntariè hanc consignationem fecisse. & propterea intrantq. scribit *Paul. de Cittadin. de iurepat. 3. p. cau. 1. quæst. 17. nu. 55.* quem refert, & sequitur *Lambert. in lib. 1. par. 1. quæst. 4. artic. 7. fol. 30.* quòd hæres grauatus à testatore fundare ecclesiam,si cogeretur à iudice non haberet iuspat., secus si voluntariè fundaret. Tertio non obstat, quod ad impediendam prouisionem apostolicam,non sufficit quẽ habere iuspatr. sed oportet eum habere quasi possessionem præsentãdi, cum præsentatio sit fructus quasi possessionis, ideo valet collatio Papæ de beneficio iurispat. si patronus non est in quasi possessione præsentandi,vt post Innoc. tradit *Card. cons. 69. nu. 4. vers. sufficit.* dicens, quod quando adsunt veri patroni non exi-

D 2 stentes

stentes in quasi possessione præsentandi, & alij non patroni existentes in quasi possessione, in litteris apostolicis non est opus facere mentionem de veris patronis, sed de existētibus in quasi possessione, quia p litteras apostolicas nō præiudicatur veris patronis quoad possessionē, quando non ipsi, sed quasi possessores facere debent, & *Card.* referunt, & sequitur *Felin. tract. quan. lit. ap. no. pa. col. antep. in 9. lim. Dec. cons. 117. n. 2. ante med. vers. & quantū ad propositum. cons. 124. n. 1. circa med. & cōs. 126. n. 3. circa med. cons. 129. n. 2. vers. & propterea. cons. 134. n. 1. ante med. vers. ideo nos. voluit Lamber. de iurep. art. 1. q. 3. p. 1. lib. 2. n.* 8. & latius *art. 23. q. 9. p. 3. lib. 2.* & propterea præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi præfertur præsentato à vero patrono. *But. in c. consultationib. n. 9. circa med. vers. per hoc.* & ibi *Abb. n. 6. de iurepat.* idem Abb. *cons. 54. n. 2. ante med. vers. quinimo. lib. 1. Dec. cōs. 112. n. 2. ante med. vers. & ideo præsentatio. cons. 124. n. 1. post med. vers. & ideo dicunt. cons. 126. n. 3. vers. & adeo quod præsentatio. cons. 129. nu. 1. cons. 134. sub nu. 1. vers. et adeo ista quasi possessio. Crauett. cons. 322. nu. 5. vers. imo præsentatus ab eo.* Lambert. post alios *art. 6. q. 3. p. 1. lib. 2. a. 1. & 2. fol. 19.* Rip. dicēs hāc esse communem conclusionem *in c. cum ecclesia sutrina. n. 130. de caus. poss. & propriet.* Vnde licet cōstaret de proprietate iurispatr. istorum de Tartagnis, tamen cum ipsi tempore vltimę vacationis d. capellæ non essent in quasi possessione præsentandi, sed Ordinarius in quasi possessione liberè conferendi, sequitur, vt collatio d. capellæ spectaret ad Episcopum, non autem præsentatio ad patronos. *Rot. dec. 14. de iurepat. in antiq.* Doct. sup. citati cum multis alijs congestis per *Menoch. cons. 90. nu. 124.* sed pro responsione dicitur præmissa procedere, quando fuit processum ad institutionem, & antequam constaret de iurispat. proprietate. at secus si prius constiterit de proprietate, quia tunc proprietas absorbet causam possessionis. *c. cum dilectus. de caus. poss. & prop.* & ita declarat *Abb. in d. c. consultationib. n. 9. vers. quod ego intelligerem.* sequitur *Paul. de Citadin. de iurepat. p. 6. art. 3. q. 7. n. 16. Dec. cons. 127. n. 1. & cons. 149. nu. 2. post med. vers. & retenta ista conclusione. Lambert. de iurepat. art. 6. q. 3. p. 1. lib. 2. n. 4. vers. tertius est casus. fol.* 19. sed in casu nostro antequam Ordinarius, immo executor litterarum apostolicarum faceret collationem d. capellaniæ Scipioni de Calderinis, habēti mandatum de prouidendo in forma dignum, constitit eidem Ordinario de proprietate iurispatr. istorum de Tartagnis, merito &c. & fuit dictum in *Salernitana iurispat. 2. dec.* 1587. *coram Card. Seraph.* & in *Lucana plebis.* 11. *Martij.* 1591. *coram Gipsio.* & in *Romana iurispræsentandi.* 10. *Martij.* 1595. *coram Card. Millino.* in *Lucana Capellania.* 27. *Maij* 1598. *corā Penia,* & in *Gerunden. beneficij.* 14. *Decemb.* 1598. *coram Corduba,* & in *Iacen. portionis.* 16. *Decemb.* 1591. *coram Card. Pamphil.* de communi *Berous in rub. de iurep. n.* 81. & 82. & iusp. dicitur quędā seruitus, & onus & in dubio non præsumitur, sed ecclesia præsumitur libera. *Innoc. in c. cum venerabilis. in fin. de except. Put. dec. 192. nq. 3. lib. 1. Verall. dec.* 130. *p. 2.* & fuit dictum in *Compostellam parochialis.* 29. *Ianuar.* 1590. *coram Card. Mant.* & in *Aquinat. beneficij.* 22. *April.* 1600. *coram Card. Seraph.* & siquis reseruet sibi iuspat. censetur
51 etiam reseruasse suis hæredibus. *Calderin. cons. 4. de iurepat.* & siquis habeat aliquod ius super fundo, super quo ecclesia construitur, si consentiat cōstructioni efficitur compatronus, vt siquis vtile, alter directum dominium fundi habeat. *Rocch. vbi sup. in verbo, ecclesiam fundauit, nu. 19. Aug. Barbosa vbi sup. de off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 70. nu. 3.*

Con-

52 Construxit. construere dicitur is, qui facit expensas in construẽdo ecclesiam, non autem faber, qui eam construit. *Card. in d. c. nobis. nu.* 6. 8. *&* 9. ille enim dicitur facere, cuius nomine fit. *cap. qui facit. de reg. iur. lib.* 6. nisi faber operam suam gratis ponat vt sit patronus. *Card. in d. cap. nobis. quæst.* 4. *in princ.* nec ex sola constructione acquiritur iuspatronatus, sed vt supra dictum est, requiritur, quod quis prius fundum dederit, alius construxerit, & alius dotauerit, & omnes erunt patroni, & si quis ecclesiam construxerit, potest cogi ab Episcopo, vt eam dotet. *Abb. in c. cum sicut. nu.* 3. *de consecrat. eccl. vel alt.* & omnia hæc fieri debent cũ dicto consensu Episcopi. an autem
54 ex refectione, vel reparatione ecclesiæ quis patronus efficiatur, dicendũ est, quod si ecclesia non est funditus destructa, tunc reficiens non efficitur patronus. *gloss.* 1. *in c.* 3. *de iure-pat.* reficiens enim non dicitur propriè facere, si vero ecclesia sit funditus destructa, tunc reficiens efficitur patronus accedente cõsensu Episcopi. *gloss.* 1. *in d. c.* 3. & qui primo construxit præferendus est alijs in reficiendo, hoc enim est æquum. *Card. in d. cap.* 3. *num.* 3. *Azorius vbi sup. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *quæst.* 10. *Riccius vbi sup. decis.* 123. *Garc. vbi sup. par.* 5. *cap.* 9. *à nu.* 51. *Steph. Gratian. vbi sup. c.* 177. *nu.* 26. *August. Barbosa vbi sup. de off. & potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 70. *nu.* 6. *&* 7. & si testator
55 mandauit ecclesiam construi sine præfinitione temporis, tunc per hæredes construenda erit infra annum computandum à die monitionis faciendæ per Episcopum. *cap. nos quidem.* & ibi *Doct. de testam.* respectu operis inchoandi datur annus, sed respectu operis complendi considerãda est qualitas operis. *Abb. in*
56 *d. cap. nos quidem.* & si testator mandet ecclesiam construi in certo loco, in quo postea construi non possit, hæres cogetur construere in alio secundum voluntatem Episcopi. *d. cap. nos quidem. & ibi Doctores.* & si testator mandet construi ecclesiam, nec dicat in quo loco, eo casu locus eligetur de consensu Episcopi. *Rocch. vbi sup. nu.* 20. & si testator mandet
57 ecclesiam construi, sed testamentum sit imperfectum, an hoc sit adimplendum fauore piæ causæ. de hoc *Rocch. vbi sup. nu.* 27. *Bart. in l. in testamento. ff. de fideicomm. libertat. & Doctores in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam.* & si ec-
58 clesia sit constructa, & non constet quisnam construxerit, præsumitur constructa ex oblationibus fidelium, qui non intendebant in ea acquirere iuspat. & sic quod ecclesia sit libera, præsumitur, non autem quod sit patronata. *Abb. in c. querelam. nu.* 9. *in fine. de elect.*

59 Et dotauit. Acquiritur ergo iuspatronatus ab eo, qui fundauit, ab eo, qui construxit, & ab eo, qui dotauit, quamuis hodie de consuetudine aliquando aliud seruetur; si enim in Altari, vel Capella fundata sub nomine alicuius Sancti, vel Sanctæ, in qua iam sit creatum iuspatronat. per vnum, si alter ordinet alium capellanum, & dotem, dicendo se ibi fundare vnam capellam sub vocabulo alterius Sancti, quod talis nouus fundator & dotator admittitur tanquam patronus ad præsentandum capellanum, & rectorem, nec est cõpatrona ecclesia ratione fundi, vel constructionis, & in prouisione beneficiorum maximè cõsuetudo præfertur iuri communi. *cap. cum ecclesia Vulterrana. vbi Abb. col. vlt. nu.* 10. *de elect.* & id seruatur in ecclesia Primatiali Pisana, in qua adsunt capellæ sexaginta septem, & si quis de nouo Capellam fundet, & dotet, nihil noui construit, sed tantum ad aliquod vetus Altare ordinat cum dote nouum Capellanũ sub titulo alicuius Sancti, & ipse dotans est solus
60 patronus, vt fecit carissimus auunculus meus D. Iosephus Mazzolius

Ciuis Pisanus, qui ex testamento mediante persona suorum heredum fundauit, & dotauit in dicta ecclesia Primatiali Pisana nouam Capellaniam sub titulo S. Dominici ad Altare Gloriosissimæ Virginis Mariæ nuncupatæ sub organo ex Ordinarij approbatione, & dictis hæredibus solis fuit reseruatum totum iuspatronatus, hæredesq. prædicti præsentauerunt rectorem, qui fuit prævio edicto institutus, & nunc est in
61 pacifica possessione, & si ecclesia sit fundata, & constructa sine dote, ex dotatione postea cum consensu Episcopi acquiritur iuspatronat. tam si dotetur ante consecrationem ecclesiæ. *gloss. in c. piæ mentis. 16. q. 7.* quam post consecrationem. *Innoc. Card.* & alij *in Rub. ext. de iurepat.* & *Roccb. in hoc verbo, & dotauit, nu. 4.*
62 si autem ecclesia ab initio sit dotata, & postea diminuta sit dos, si alius dotem suppleat, & augeat non acquirit iuspatronatus. *Card. in cap. 3. num. 2. quæst. 1. de iurepat.* si tamen primus patronus consentiret augumento dotis & esset contentus augentem dotem esse compatronum suum, id facere posset Episcopo cõsentiente. *Roccb. vbi sup. num. 5.* si quis autem nõ in pœnam delicti per iudicem cogatur ecclesiam dotare, vt quia eam construxit efficitur patronus. *Card. in d. rub. nu. 3. de iurepat.*
63 quamuis *Roccb. hic. nu. 7.* contrarium sentiat; si quis autem ecclesiæ aliquid relinquat ex legato, donatione, vel relicto, non tamen acquirit iuspatronat. ea ratione, quia iste nõ dicitur dotator, nec fundator, sed benefactor, iura autem indulgent iuspatr. dotanti, non benefactori. *c. filijs. 16. q. 7. Abb. in d. cap. 3. n. 10.*
64 *de iurepat.* dotatio autem regulariter fieri debet ante constructionem ecclesiæ. *cap. nemo. 9. de consecr. dist. 2.* si autem ante non sit constituta dos, debet post constructionẽ constitui. *gloss. in c. pia mentis. in verbo, collata. 16. q. 7.* quanta autem dos sit ec-
65 clesiæ assignanda dicitur in *d. c. nemo*; quod scilicet tantum debet assignari ecclesiæ, quod sufficiat ad necessaria ministrorum, & ad luminaria, tradit *Abb. in c. cum sicut. nu. 5. de consecrat. eccl. vel alt. & gloss. in cap. vt quisque. verbo, clericum. de vita, & honest. cleric.* & si in rei veritate
66 dos ecclesiæ assignata non sit congrua, & Episcopus consentiat, tamẽ talis insufficienter dotans non fit patronus. *gloss. 1. in c. quicumque. il 2. 16. q. 7.* & argumento eius, quod dicit *Abb. in cap. 1. not. 1. de censib.* & in dotatione quamuis congrua semper requiritur consensus Episcopi. *Doctores in cap. nobis de iurepat.* & si
67 plures dotent ecclesiam, omnes erũt patroni. *Abb. in d. rub. ante finem. de iurepat.* & si plures dotent, & vnus plus conferat quam alius, omnes sunt æqualiter patroni. *Hostiens. in summa. tit. de iurepat. §. qualiter trãsfratur. vers. quid si plures. num. 7. Roccb. vbi sup. nu. 21. & 22.* nisi aliter esset expressè inter eos dispositum; & qui dat precium pro emenda dote fit patronus. *Io. Andr. in d. cap. nobis. super verbo, construxit. de iurep.* & efficitur quis patronus præbendæ Cathedralis, vel collegiatæ ecclesiæ, si dotem asignet pro præbenda cum consensu Episcopi, & Capituli. *Abb. in cap. suggestum. nu. 3. de iurepat.*

Ipse, vel is, à quo causam habuit,
68 Agendum est hic quot modis iuspatronatus de vno in alium transferatur, quod fit quatuor modis, successione, donatione, permutatione, & translatione vniuersitatis, in qua vniuersitate fit iuspatr. ita dicit, & probat *gloss. in c. piæ mentis. in verbo, fundatione. 16. q. 7. & in c. cum seculum. in verbo, emptorum. de iurepat.* quæ dicit, iuspatronat. transire facit nouus hæres, res permutata, donatio, venditioq., & ita communiter alij, & infra latius.
69 Primo transfertur iuspat. successione, quæ fit in stirpes, non in capita,

pita, & ideo si plures vni succedant,
70 habentur loco vnius. *clement. plures*, & ibi *Doctores. de iurepat.* & ideo si duo patroni decedant, vnus relinquat decem hæredes, alios duos, ita porens, erit vox illorum duorum, sicut illorum decem; si autem vnus solus sit ecclesiæ patronus, & decedat pluribus relictis hæredibus, tunc isti hæredes succedunt in capita, si tamen postea vnus ex his hæredibus, vel omnes decedant, & quilibet eorum relinquat hæredes, tunc successio fit in stirpes, & hæredes vnius hæredis habentur pro vno. *Card. in d. clem. plures*. idq. procedit tam in hæredibus ex testamento, quam ab intestato. *& d. clem. plures*. dictaq. declaratio procedit quando iuspat. descenderet ad plures per viã contractus, puta ex donatione, procedit etiam idem, si sint hæredes sui, vel extranei, masculi, seu fœminæ; cum ergo plures hæredes patroni in casu supradicto habeantur pro vno, si in præsentando sint discordes inter
71 se, tunc maior pars omnium minorem absorbet, non autem maior pars comparatione minoris. *Card. in d. clem. plures. col. 4. vers. item per hæc dicta. Rocch. bic. nu. 6. in verbo ipse, vel is, à quo*. & si quatuor sint patroni, & vnus patronus sit hæres alterius patroni duas voces habebit,
72 quod iuspatronat. non transit ad hæredes extraneos quando in fundatione fuit expressum quod transiret tantum ad hæredes sanguinis cum consensu Episcopi. *Rocch. bic. nu.* 18.
73 neque transit iuspatronat. in fideicommissarium vniuersalem, sed remanet apud hæredem grauatum, quia in talem fideicommissarium ea transeunt, quæ concernunt commodum pecuniarium. *Bart.* & alij communiter *in l. quia perinde. ff. ad trebell.* & potest hæres præsentare etiã si non sit in possessione hæreditatis, quia in puris incorporalibus sufficit habere ius. *Innoc. in c. cum nostris. num. 3. vers. item nonne peccaret. de concess. preb. Card. vbi sup. nu.* 6. si
74 autem iuspat. comperat collegio, seu familiæ, vt ad vniuersos, tunc præsentatio fit per capita, non per stirpes, quia conueniunt non vt diuersa corpora, sed tantum vt vnum corpus, idq. cognosci potest ex circunstantijs facti, idest, an conueniant tanquam diuersa corpora, an tanquam vnus corpus. docet *August. Barbosa in sua collectan. super cap. 1. nu. 8. de iurepat.* qui refert hæc contineri *in decis. Rot. Romanæ in vna Taurinen. iurispat.* 10. *Ianuarij.* 1595. *coram Illustriss. Card. Pamphilio.*
75 Secundo transfertur iuspat. permutatione, quæ fieri potest tantum cum alio iure spirituali. *Hostien. vbi sup. §. qualiter transferatur. vers. res permutata*. aliàs esset simonia si dicta permutatio fieret de iurepatr. cũ re temporali, ideoq. in dicta permutatione requiritur Episcopi consensus, idem etiam est, si quis habeat compatronum, illiq. relaxet iuspat., tunc enim etiam requiritur Episcopi consensus. *Abb. in cap. ex insinuatione. nu. 5. de iurepat.*
76 Tertio transfertur iuspat. donatione, in qua requiritur Episcopi consensus si donatio fit facta laico, secus si facta sit loco religioso. *Hostiens. vbi sup. in uersic. donatio*. & hæc est communior, & verior opinio. *Abb. in d. cap. illud. nu. 5. de iurepatr.* potest etiam fieri donatio præsentationis faciendæ retento iurepatronatus *d. clem. plures*. an autem
77 donatarius iurispatr. posit donantem præsentare, dicas, quod si concessio facta sit donatario tanquam procuratori, non potest præsentari donans, si autem concessio sit facta tanquam donatario, tunc potest donans à donatatio præsentari. *Rocch. vbi sup. nu.* 37.
78 Quarto modo transfertur iuspat. translatione vniuersitatis, vt in venditione hæreditatis euenit, vel alterius vniuersitatis *ad text. in l. qui sibi. C. de hæred. uel act. vend. Doct.* com-

communiter in cap. ex litteris. de iurepat. & vniuersitas in proposito no-
79 stro ea dicitur, quæ absque alia expressione iura vniuersitatis in se continet, sicuti est Villa, vel Castrum, & similia; vel aliter vniuersitas est, quæ continet iurisdictionem, honorem, districtum, & similia, vel vniuersitas dicitur quæ continet in se corporalia, in locatione etiam vni-
80 uersitatis transit iuspatronat. & præsentatio spectat ad conductorem, si ecclesia vacet locatione durante, dummodo locatio sit perpetua, vel talis, per quam dominium vtile in conductorem sit translatum, nisi in locatione fuerit exceptum iuspatr. secus in locatione ad modicũ tempus. casus est in *d. cap. ex litteris. & ibi Doct.* & hæc est magis communis opinio teste *Rocc. bo vbi sup. nu.* 58.

81 Si autem vniuersitas sit pignori data, & vacet ecclesia, creditor pignoris nomine dictæ vniuersitatis præsentare non potest, ita secundum communem intellectum, vt per *Abb. ibi in not.* 1. *in cap. cum Bertoldus.* & ibi *gloss. vlt. de re iud.* quæ gloss. reddit rationem communem, scilicet, quia creditor tenetur restituere omnem fructum, vel quasi, quem capit ex pignore, vel in sortem computare, sed si iuspatronat. transiret in creditorem, qui præsentatet, non posset restitui ipse fructus, idest, ipsa præsentatio, nam si præsentatus sit institutus non debet postea remoueri. *cap. consultationibus. de iurepat.* non posset etiam dari æstimatio, quia præsentatio est inæstimabilis vti res annexa spiritualitati; transit etiam
82 iuspatronat. cum vniuersitate data in dotem. *Rot. Rom. decis.* 10. *de iurepat. in nouis.* ex confiscatione etiam
83 bonorum alicuius transit iuspatronat. in fiscum. *Rocc. hic num.* 65. quamuis alij velint, quod tali casu iuspatronat. redeat ad ecclesiam patronatam, & sic ecclesia remaneat libera, quæ opinio æquior est, vt ibidem per Rocch. & potest patro-
84 nus in præiudicium descendentium, & suorum legitimorum hæredum renunciare iuspatronat. *Rot. Rom. decis. vlt. nu.* 4. *de iurepatronat. in antiquis.* secus si iuspatronatr. competit illis de parentela tantum. *Rocch. hic nu.*
85 73. an autem iuspatronat. transferatur de vna persona in aliam per præscriptionem, & sic an iuspatronat. præscribi possit, latè id examinat *Rocch. hic. nu.* 81. *vsque ad* 90. & infra latè dicemus.

86 Solus, vel alio concurrente. ex hoc patet, quod siquis solus fundet, construat, & dotet, solus est patronus; si autem vnus fundet, alias construat, & alter dotet, tunc omnes erunt patroni, vt supradictum est.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus triplex, ecclesiasticum, laicorum, & mixtum.*
2 *Iuspatronatus ecclesiasticum quid sit.*
3 *Iuspatronatus ecclesiasticum est competens Episcopo ex dominio temporali suæ ecclesiæ.*
4 *Et competens laicis religiosè viuentibus &c.*
5 *Iuspatr. ecclesiasticum est spectans ad Magistros, & equites, seu milites ordinum, & Militiarum Calatraua, & similia.*
6 *Et competens operarijs ecclesiæ deputatis ab Episcopo.*
7 *Iuspat. competens confraternitati laicorum ab Episcopo approbatæ est ecclesiasticum.*
8 *Iuspat. ecclesiasticum est, quando ecclesiastici præsentant nominatũ à laico.*
9 *Iuspat. laicale est, quando ecclesiasticus præsentat de consensu laici.*
10 *Iuspatronatus ecclesiasticum est competens clerico ratione suæ ecclesiæ, vel collegio clericorum, seu religiosorum.*
11 *Iuspatronat. laicorum est competens laico, vel clerico ratione sui patrimonij. & ponitur Rotæ decisio.*
12 *Iuspat. laicale est, si Episcopus fundet Capellam, & habeat indultum testandi. & ponitur Rota decisio.*

Iuspat.

13 *Iuspat. competēs operarijs ecclesiæ semper est ecclesiasticum, id declaratur.*
14 *Iuspat. competens Hospitalario est ecclesiasticum.*
15 *Iuspat. competens laicorum confraternitatibus non cadit sub reseruatione.*
16 *Neque iuspat. competens collegijs studentium pauperum.*
17 *Iuspatronatus mixtum quid sit.*
18 *Iuspat. mixtum stante alternatiua inter compatronos, in turno laici erit laicale, & in turno ecclesiastici erit ecclesiasticum.*
19 *Iuspatronatus an sit ecclesiasticum, vel laicale, inspicitur quis sit in quasi possessione præsentandi.*
20 *Iuspatronatus quamuis transeat in ecclesiam, quando laicale maneat, & quare.*
21 *Iuspatronatus quæsitum à clerico ex bonis beneficij est ecclesiasticum.*
22 *Iuspatronatus ecclesiasticum, & laicale differunt in quadraginta, & octo casibus.*
23 *Laici ex gratia sunt capaces iurispatronatus.*
24 *Patronus ecclesiasticus potest in fundatione cum Episcopi consensu apponere, quod non requiratur institutio.*
25 *Patroni ecclesiastici, & laici in decem, & quinque casibus differunt.*
26 *Iuspatronatus beneficiorum, & libertorum differunt in sex casibus.*
27 *Iuspatronatus aliud familiare, aliud hæreditarium.*
28 *Iuspat. hæreditarium quid sit.*
29 *Iuspat. familiare quid sit.*
30 *Iuspatronatus aliud passiuum, aliud actiuum.*
31 *Collatorem, vel patronum esse aliud est, quàm habere ius conferendi, & præsentandi.*
32 *Ius præsentandi habens non per hoc habet iuspatronatus.*

Quotuplex sit Iuspatronatus.

CAPVT TERTIVM.

Iuspatronatus autē, quod in capite præcedenti est definitum, Triplex
1 est, aliud enim est ecclesiasticū, aliud laicorum, & aliud mixtum competens ecclesiasticis personis, & laicis, quæ diuisio probatur in *cap. vnico de iurepat. lib. 6.* & declarat *Gonzal. in comment. ad regulam octauam Cancellariæ. gloss. 18. nu. 5. & seqq. Garc. de beneficijs, par. 5. cap. 1. nu. 553. & seqq. Io. Petr. Moneta de commutat. vlt. volunt cap. 10. de derogat. qualit. in fundat. benefic. apposit. nu. 120. & seqq. Aug. Barbosa de off. & pot. ep. par. 3. alleg. 72. nu. 128. & seqq.*
2 Iuspatronatus ecclesiasticum est, quod vel de bonis ecclesiasticis fundatum & creatum fuit iuxta *cap. dilectus de off. leg. & cap. cum dilectus. de iurepat.* & facit *d. c. vnic.* vel competit clerico ratione suæ ecclesiæ eidem à laico datum quamuis ab initio esset laicale, & à laico fundatum. *d. cap. vnico. Couarruu. pract. quæst. cap. 36. nu. 2. & 5. Gonzal. vbi sup. nu. 5. & Garc. vbi sup. nu. 553. & nu. 555.* ait iuspatr. fieri ecclesiasticum, si patronus profiteatur in aliqua Religione approbata, & si sit iuspat. familiæ spectat ad d. religionem durante tantum vita naturali illius professi ex *Probo ad Monachū in rub. nu. 2. de iurepat. lib. 6.* est etiā
3 iuspat. ecclesiasticum, quod competit Episcopo ratione dominij temporalis dicto Episcopo ratione suæ ecclesiæ competentis, vt est Episcopus Lucæ, qui est Comes, nam si in d. Comitatu habeat iuspat. illud est ecclesiasticum. *Garc. vbi sup. nu. 555. vbi nu. 556.* dicit esse iusp. ecclesia-
4 sticum, quòd competit laicis vtriusque sexus religiosè viuentibus, & habi-

habitum religiosorum deferentibus, & gaudentibus priuilegio fori, & canonis, vt sunt illi tertij ordinis S. Francisci, & beguinæ, si iuspatronat. spectet ad dictas personas non vt singulas sed vt vniuersas. *Mascard. de probationib. conclus. 960. nu. 2. 6. & 8.* & facit quod tradit *Suarez tomo 5. de censuris, disputat. 22. sect. 1.* &
5 inde iuspatronatus spectans ad Magistros, seu Milites Ordinum, & Militiarum, vt D. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & sim. etiam coniugatos ratione magistratuum, præceptoriarum, aut commendarum erit ecclesiasticum. *Mascard. vbi sup. nu. 3. 4. & 5.* & facit declaratio S. Congregat. relata à *Garz. vbi sup. par. 9. cap. 2. nu. 263.* est etiam iuspatronat.
6 ecclesiasticum, quod competit æditu is, seu operarijs ecclesiæ deputatis ab Episcopo, & competens deputatis à laicis est laicale. *Massobr. in praxi hab. conc. ad vac. par. eccl. requisito 8. dub. 4. Gambarus, de potest. legati. lib. 3. nu. 382. Garc. vbi sup. d. cap. 1. nu. 598. & 599.* competens
7 autem Confraternitati laicorum est laicale, si tamen Confraternitas sit ab Episcopo approbata, & affixa alicui ecclesiæ, in qua confratres coadunantur, tunc iuspat. d. Confraternitati competens est ecclesiasticum. *Garc. ibidem. nu. 604. 605. & 606. Massob. vbi sup. dub. 5.*
8 Est etiam iuspatronat. ecclesiasticum, quando ecclesiastici præsentant quem laici nominant plures nominando. *Gambar. vbi sup. de pot. legati. lib. 3. nu. 392. Massobr. vbi sup.*
9 *dub. 6.* & est laicale iuspatr. quando ecclesiasticus non potest præsentare nisi de consensu laici, secus si de consilio. *Garc. vbi sup. dicto cap. 1. num. 616.*
10 Et sic est iuspatr. ecclesiasticum, quando clericus illud habet nomine suæ ecclesiæ, vel aliqua vniuersitas, siue collegium religiosorum, seu clericorum. *Rot. Rom. decis. 8. de iurepat. in antiquis.* idem est, si iuspat. ortum habuerit à patrimonio laici, fundatione tamen, testamento, donatione, aut alio quouis titulo translatum fuit in ecclesiam, Capitulum, seu Collegium ecclesiasticum religiosorum, seu clericorum, vel in aliquam personam ecclesiasticam, quæ receperit pro sua ecclesia, dignitate, aut beneficio. *Rebuff. in praxi, tit. de præsentat. nu. 5. & 7. & par. 3. signaturæ. nu. 8. Couarruu. vbi sup. Riccius in Praxi rer. fori eccles. decis. 152. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 4. num. 39. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 4. resolut. 8. nu. 14. Gonzal. vbi sup. Garc. d. nu. 553. & seq. Aug. Barbosa de off. & pot. ep. par. 3. allegat. 72. n. 128. & Moneta vbi sup.*
11 Iuspatronatus laicorum est, quod laico, seu clerico ratione sui proprij patrimonij competit. *gloss. in Clem. plures. verbo, præsentare. de iurepat. Rebuff. vbi sup. in par. 3. signaturæ nu. 7. Hosteda de benefic. compatib. & incompatib. cap. vlt. nu. 113. c. decernimus. cum seqq. 16. q. 7. cap. 1. 2. & 3. & fere per totum tit. de iurepat. d. cap. cum dilectus. de iurep. facit Conc. Trid. sess. 14. de reform. cap. 12. Mobedan. dec. 9. de iurep.* & fuit dictum in *Auximana iurispat. 7. Febr. 1586. coram Card. Seraph.* & in *Valentina benefic. 15. Dec. 1577. coram Penia. Moneta vbi sup. num. 220.* & similiter *Garc. d. c. 1. p. 5. nu. 594.* refert, in vna Pisana, in qua Archiepiscopus Pisanus reliquerat quædam prædia Capellæ positæ in ecclesia Pisana, referens ea prædia empta de proprijs pecunijs, & relinquens iuspat. hæredibus suis de anno 1526. fuit pro maiori parte resolutum esse iuspat. laicale ex fundatione, vt apud *Gambarum decis. 53. in manuscript.* & refert *Mandos. reg. 1. q. 10. & tit. de derogatione iurispat. à versic. pro præmissorum declaratione.* & ibi *in vers. quintus casus est.* in fine dicit, Domini de Rota pro maiori parte tenuerunt esse iuspat. laicale, licet per

per errorem dicatur ibi clericale, quod etiam videtur militare in Episcopis habentibus indultum, & facultatem testandi à Papa, fundantibus ecclesias cum reseruatione iurispat. ex bonis acquisitis ex Episcopatu, & iuspatronatus reseruantibus eorum consanguineis. *Garc. vbi sup. num.* 595. vt est Pisis, vbi Illustrissimus Dominus Carolus Antonius Puteus Archiepiscopus Pisanus bonæ memoriæ fundauit capellam dicatam S. Hieronymo, reseruato iurepatronatus suis hæredibus, stante facultate testandi sibi à Papa concessa. & *Garc. ibidem. num.* 596. si Episcopus inter viuos, etiam sine
12 indulto fundet capellam ex prædictis bonis stante consuetudine, prout est in Hispania. & quando nec verè, nec præsumptiuè constat ex quibus sit fundatum iuspatronatus tunc tale præsumitur, qualis est persona illud possidens, vnde si laici reperiantur in quasi possessione præsentandi, dicitur iuspatronatus laicale. vt habetur apud *Mohedanam decis.* 9. *de iurepatron.* & apud *Puteum decis.* 228. *num.* 2. *lib.* 2. & fuit etiam dictum, & resolutum in causa *Valentina beneficij.* 15. *Decembris.* 1597. *coram Domino Penia*. & facit id, quod fuit resolutum in *Pistorien. Decanatus de anno* 1554. *coram D. Montisflasconen.* quam adducit *Guidobonus dec.* 118. in manuscriptis, in qua fuit resolutum, quòd erecto beneficio de iurepat. laicorum in titulum dignitatis Decanatus, reseruato iurepat. ipsius decanatus pro quatuor vocibus patronis beneficij, & pro quinta parte fratri laico ipsius possessoris beneficij consentientis erectioni, & dotem augentis de proprijs bonis sibi à Deo collatis, istud iuspat. non est mixtum, sed purè laicorum ex fundatione, & dotatione, nam quoad quatuor voces, domini dixerunt, sæpius esse tentum, quòd si constat beneficium esse de iurepat. prout in isto casu, semper præsumitur ex fundatione, & dotatione, secus si de illo non constet, sed patroni sunt in quasi possessione præsentandi, & inhærendo huiusmodi quasi possessioni præsentauerũt, quia tunc præsumitur ex vsurpatione, vel priuilegio, nisi talis quasi possessio sit vltra centum annos, quia eo etiam casu præsumitur ex fundatione, & dotatione; quoad quintam vocem, quamuis clericus dotasset etiam de bonis quæsitis intuitu ecclesiæ, ex quo in erectione iuspatr. reseruatur laico fratri ipsius clerici, non potest dici clericorum, nec est curandum, vnde proueniat dos, quando iuspat. datur laico, secus si daretur ipsi clerico, quo casu intrasset dubium, an dotasset de bonis proprijs, vel ab ecclesia prouenientibus, vt per *Rocch. in verbo. ius. q.* 7.

13 Iuspat. autem spectans ad operarios, vel œconomos ecclesiæ, de quo sup. dixi, quamuis *Felin. in tractat. quando lit. Apost. &c. limit.* 3. teneat esse laicale, tamen verior est opinio illud esse indistinctè ecclesiasticum. *Hieronym. Paulus, in pract. Cancell. versic. in causa mea Maioricen. & Lambert. de iurepat. par.* 1. *lib.* 1. *q.* 1. *art.* 10. *nu.* 6. quia licet sint laici, tamen eis competit ratione officij, & dictæ administrationis. *Rebuff. in praxi tit. de præsentat. nu.* 6. *Garc. vbi sup. nu.* 599. & ita fuit dictum in vna *Salamantina Capellania del voto.* 5. *Iulij* 1593. *coram Card. Pamphilio.* idem est in iurepatron. spectante ad
14 Hospitalarios etiam laicos fundatũ, seu approbatum Episcopi auctoritate. *Gambar. de off. leg. lib.* 3. *nu.* 413. attamen *Garc. vbi sup. nu.* 602. probat idem esse etiam si Hospitale non sit erectum, neque approbatum auctoritate Episcopi, cum semper sit locus pius ex *Conc. Trid. sess.* 22. *de reform. cap.* 8. *&* 9. est autem notandum, quod iuspat. ecclesiasticum
15 competens confraternitatibus laicorum causa pietatis institutis, & ab

Epi-

Episcopo approbatis, & gaudentibus tanquam locis pijs priuilegijs ecclesiarum, & fori, non cadit sub reseruatione regulæ octauæ Cancell. idq. ex quadam æquitate. *Garc. d. cap. 1. nu. 608. & nu. 612.* probat
16 idem esse in iurepat. competente collegijs institutis pro sustentatione studentium pauperum, vel aliorum egenorum, quæ sunt loca pia, & iurisdictioni ecclesiasticæ subiecta. *Gironda de Gabellis par. 7. nu. 42.*
17 Iuspatronatus autem mixtum est, quod pertinet partim ad ecclesiasticum, & partim ad laicum. *Felin. in d. tract. quando lit. apost. &c. ampliat. 6. Gonzal. vbi sup. gloss. 18. num. 8. Moneta vbi sup. nu. 220.* & si tunc sit facta concordia de alternis vi-
18 cibus præsentando *iuxta d. clem. plures. §. vt facilius de iurepat.* in turno laici censebitur totum laicale, & in turno ecclesiastici censebitur totum ecclesiasticum, & vacans in turno ecclesiastici in mense Apostolico erit reseruatum. *Io. And. in c. cum in illis §. fin. in fine. de præb. lib. 6.* & tunc ecclesiasticus consumeret suum turnum; è contra si beneficium vacet in turno laici non caderet sub reseruatione, & si prouideretur tunc à Papa cum derogatione iuspat. mixti, non haberet locum derogatio ad. *decis. Achill. 315. seu 2. de iurepat.* & *Putei decis. 107. lib. 3.* nec obstat, quod prouisiones Apostolicæ non consumant turnum. *Rot. dec. 21. de præb. in antiquis.* & fuit dictum in *Salamantina portionis. 16. Maij. 1603. coram* D. *Iusto. Gonzal. vbi sup. gloss. 45. §. 1. n. 31.* nam id procedit data æqualitate, idest quando respectu vtriusque potest intrare reseruatio, vt in turno Episcopi, & Capituli, secus vbi reseruatio intrat respectu vnius, & non respectu alterius, vt in proposito de turno patroni ecclesiastici, & laici, nam si prouisio tunc locum haberet, magnum laico fieret præiudicium. *Cosmus in pragmat. sanctione. tit. de collat. §. item, quod omnia, verbo, faciendis. in fine. Garc. d. cap. 1. n. 614. & 615.*
19 Item subnotes, quòd ad cognoscendum, an beneficium sit iurispat. ecclesiastici, vel non, an sit fundatum ex bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, vel de bonis patrimonialibus, est inspiciendum, an laicus sit in quasi possessione præsentandi, quia tunc præsumitur laicale, si vero ecclesia, vel ecclesiastica persona sit in dicta quasi possessione, iudicabitur ecclesiasticum. *Puteus decis. 282. lib. 2. & decis. 90. lib. 3. Crescent. decis. 9. de iurepat. Mascard. de probation. conclu. 860. nu. 12. Gonzal. vbi sup. gloss. 5. nu. 5. & 51. & gloss. 18. nu. 10. & seq. & gloss. 45. §. 2.* & tamen in facto vidi quemdam Nobilem existentem in quasi possessione per spacium centum & quatuordecim annorum, mediante quasi possessione suorum ascendentium, iuris præsentandi ad quoddam beneficium situm in quadam ecclesia Cathedrali non obtinuisse, & fuit collatum tanquam liberum ea ratione, quia fuit fundatum ex testamento clerici, qui in exordio testamenti dixit se velle reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, & in quo testamento nominauit patronos dicti beneficij quosdam suos consanguineos, qui, eorumq. descendentes semper absque aliqua contradictione tanquam patroni præsentauerunt rectorem ad d. beneficium, & ego fui constans semper, quod d. iuspatr. esset laicale ex supradictis auctoritatibus, & pro veritate.
20 Item est aduertendum, quod iuspat. quamuis de laico transeat in ecclesiam, seu clericum aliquando non fit ecclesiasticum, vt est, quando fuit relictum ecclesiæ, vel clerico ratione suæ ecclesiæ, vel beneficij à laico cũ natura iuspat. laicalis tantum, & non aliter, nam tunc semper erit laicale, vt exemplificat *Massob. vbi sup. prælud. 7. dub. 21. nu. 39.* nisi esset iuspat.
21 acquisitum ex priuilegio, vel ex fundatione

datione facta à clerico de bonis acquisitis ex beneficio, quo casu esset ecclesiasticum. *Gonzal. d. gloss. 18. nu. 5.* vel ex præscriptione, quod est sublatum per *Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 9.*

Cum autem hic tractetur de iure-
22 patronatus ecclesiastico, & laicali, benè est videre de differentijs, quæ sunt inter d. iuspatr. ecclesiasticum, & iuspar. laicale, & differentias quadraginta & octo refert *Lambertin. vbi sup. de iurepat. lib. 3. quæst. 10. princ. artic. 1.*

23 Prima est differentia, quia patroni ecclesiastici erant, & sunt capaces dicti iurispat. laici vero non, qui ex gratia fiunt d. iurisp. capaces.

24 Secunda, quia patronus ecclesiasticus si velit beneficium esse iurispatr. ecclesiastici, in limine fundationis potest apponere conditionem cum consensu Episcopi, quod nulla requiratur institutio, sed quod per solam electionem, seu præsentationem plenum ius prouiso acquiratur; patronus autem laicus id nō potest.

Tertia, quia laicus non potest acquirere iuspat. ex priuilegio Episcopi, ecclesiasticus autem potest.

Quarta, laicus non potest præscribere iuspat. contra ecclesiam liberam, ecclesiasticus autem potest.

Quinta, iuspatronat. si transferatur de laico in laicum debet id fieri cum cōsensu Episcopi, secus si transferatur in ecclesiasticum.

Sexta est differentia, quia patronus ecclesiasticus potest cum electoribus eligere, seu præsentare recto rem ecclesiæ Collegiatæ, laicus autem id non potest.

Septima, *cap. 1. vt lite pend. lib. 6.* disponens, quod pendente lite inter duos electos, vno præmoriente, vel cedente, non possit alius eligi, procedit in ecclesiastico, non in laico.

Octaua, *cap. 2. ibidem vt lit. pend. lib. 6.* disponens, quod beneficiato in possessione existente cedente, vel decedente lite pendente, electores nequeunt alium eligere, vt cum collitigante superstite litiget, procedit in ecclesiastico, non in laico.

Nona, *cap. 2. de preb. lib. 6.* disponens, quod beneficia in Curia sunt reseruata, procedit, si beneficia sint iurispar. ecclesiastici, non laicalis.

Decima, quia patronus laicus nō potest se ipsum præsentare, neque etiam per interpositum patronum, ecclesiasticus autem præsentari potest.

Vndecima, *cap. per inquisitionem. de elect.* puniens eligentem indignū procedit in ecclesiastico patrono, non in laico.

Duodecima, ecclesiasticus patronus præsentans indignum scienter, vel ignoranter priuatur illa vice iure præsentandi, laicus autem patronus si ignoranter id fecerit, non priuatur iure præsentandi.

Decimatertia, quia patronus laicus habet quadrimestre ad præsentandum à die scitæ vacationis, ecclesiasticus autem habet semestre, & idem si sit mixtum iuspat.

Decimaquarta, si lis sit inter patronus laicos super iurepat. cum præsentaro debet terminari intra quadrimestre, alioquin fit deuolutio ad Episcopum, secus si sit inter patronos ecclesiasticos, quia tunc terminari debet intra semestre.

Decimaquinta, si præsentatus à patrono ecclesiastico intra semestre non consensit præsentationi, dictus patronus habet aliud semestre ad præsentandum; si autem sit præsentatus à patrono laico, & non consentit, & transeat quadrimestre, fit deuolutio ab Episcopum.

Decimasexta, si præsentatio patroni ecclesiastici non teneat ob crimen occultum præsentati, non potest alius ab eodē ecclesiastico præsentari, si autem tali casu sit facta præsentatio à laico secus est, quia intra quadrimestre poterit alium præsentare.

Decimaseptima, patronus eccle-

 siasticus

siasticus habet custodiam ecclesiæ vacantis, patronus autem laicus non habet.

Decimaoctaua, præsentatio laici ita facta, si dicat Episcopo. præsento quem talis præsentabit, valet; ab ecclesiastico autem si ita fiat, non valet.

Decimanona, patronus laicus potest plures præsentare, vt habens instituere instituat quem vult. *clem. plures. §. vlt. de iurepat.* ecclesiasticus autem id efficere nequit.

Vigesima, patronus laicus potest alternatiuè præsentare. *per d. clem. plures. §. vlt.* ecclesiasticus autem non potest.

Vigesimaprima, præsentatio facta à patrono laico conditionalis, incerta, dubia, seu obscura, sed verificanda valet, secus si facta esset ab ecclesiastico, quia non valet.

Vigesimasecunda, terminus datus electo ad acceptandum electionem secundum *text. in cap. quam sit. de elect. lib. 6.* procedit in patrono ecclesiastico, non autem in patrono laico.

Vigesimatertia. *cap. vt quis duas. de elect. lib. 6.* potest habere locum in præsentatione patroni ecclesiastici in certis casibus, non autē in præsentatione patroni laici.

Vigesimaquarta, præsentatus à patrono laico habet ius ad rem, præsentatus autem à patrono ecclesiastico dicitur habere ius in re, ex quo variare non potest, vel verius præsentatus ab ecclesiastico habet ius ad rem, sed pinguius, & magis certum.

Vigesimaquinta, præsentatus ab ecclesiastico potest ex vi consuetudinis ante institutionem administrare bona ecclesiæ, non autem præsentatus à laico.

Vigesimasexta, patronus laicus potest variare duos cumulatiuè præsentando, ecclesiasticus autem variare non potest.

Vigesimaseptima, in concursu patronorum si æqualiter diuiderēt eorum vota; dignior & pinguior est vox ecclesiastici, quam laici, & ideo præsentatus ab ecclesiastico esset præferendus.

Vigesimaoctaua, legatus de latere potest conferre beneficia iurispat. ecclesiastici, non autem laici.

Vigesimanona, Papa potest conferre omnia beneficia tā iurispatronat. ecclesiastici, quam laicorum, attamen si disponat de iurepat. laici, numquam intelligitur præiudicare laico nisi expresè de iurepat. laici faciat mentionem, & illi deroget, secus si sit iurispat. ecclesiastici, cui præsumitur cum quacumque generali derogatione præiudicare.

Trigesima, *Extrauagans execrabilis. de præb. & dignit. Ioann. 22.* includit beneficia iurisp. ecclesiastici, non autem laicalis.

Trigesimaprima, si clericus beneficiatus & depositus à Papa restituatur ad suum beneficiū iurispat. non præsumitur derogatum iurpat. laici in tali restitutione, nisi illi expresè deroget, iuripatr. autem ecclesiastico sic.

Trigesimasecunda, patroni ecclesiastici possunt habere temporalia ecclesiæ secundum *cap. de monachis. cap. auaritiæ. & cap. in Lateranensi. de præbend.* laici autem non.

Trigesimatertia, patronus ecclesiasticus potest à beneficiato petere sibi reddi rationem administrationis redituum ecclesiæ, laicus autem non.

Trigesimaquarta differentia, in alienatione bonorum ecclesiæ patronatæ requiritur consensus patroni ecclesiastici, laici vero non.

Trigesimaquinta, rector ecclesiæ iurispat. ecclesiastici solus nō potest repudiare legatum rei immobilis factum ecclesiæ, rector autem ecclesiæ iurisp. laicorum solus aliquando potest.

Trigesimasexta, rector ecclesiæ iurispat. ecclesiastici nō potest agere in iudicio absque consensu dicti patroni

troni

troni ecclesiastici, secus si sit iurisp. laicorum.

Trigesimaseptima, ecclesiasticus patronus tenetur ad onera cum rectore, idest procurationis Episcopi, consecrationis, seu reconciliationis ecclesiæ patronatæ, & simil. laicus autem non tenetur.

Trigesimaoctaua, ecclesiasticus patronus tenetur concurrere ad solutionem collectæ à Papa impositæ, laicus vero non tenetur.

Trigesimanona, rector ecclesiæ iurispat. laicorum potest aliquem ordinari facere ad titulum dictæ ecclesiæ inuito patrono, secus autem si sit iurisp. ecclesiastici.

40. rector ecclesiæ iurisp. laicorum potest in ea vicarium, & quos voluerit clericos seruientes sine consensu patroni ponere, id tamen non potest si sit de iurepat. ecclesiastico.

41. Ius destituendi beneficiatum licet possit patrono ecclesiastico cõpetere ex priuilegio, vel præscriptione, laico tamen non potest competere nisi ex priuilegio Papæ.

42. Patronus ecclesiasticus tenetur ad fabricam ecclesiæ, & domus sacerdotis, laicus autem non.

43. Iuspat. ecclesiasticum dicitur merè spirituale, sed iuspatr. laicorũ non dicitur merè spirituale, sed annexum spirituali.

44. Patroni laici succedunt in iurepat. iure hæreditario per stirpes, non in capita, sed iuspat. ecclesiasticum transit iure successionis in ecclesia per capita, non per stirpes.

45. In iurepat. laicorum sufficit præsentatio facta singulariter, & non simul conueniendo, sed in iurepatr. ecclesiastico, in quo succeditur per capita debet fieri omnibus vocatis, simul conuenientibus, quod idem est si iuspat. pertinear ad vniuersitatem laicorum, quia tunc omnes sunt vocandi.

46. In iurepatr. ecclesiastico ad hoc vt præsentatio valeat, debet fieri à maiori parte respectu omniũ, non autem respectu minorum partium; at præsentatio patronorum laicorum valet etiã non facta à maiori parte omnium, sed à maiori parte respectu minorum partium.

47. Laici fiunt patroni fundatione, constructione, & dotatione, sed clerici fiunt patroni ex concessione temporalium alicuius ecclesiæ eis facta. *Abb. per illum text. in cap. de monachis. in versic. quarto modo. de præb. Rocch. de iurep. in verbo, competens alicui. quæst.* 25.

48. Episcopus si sit patronus in diœcesi aliena potest præsentare quem vult etiam non illius diœcesis. *c. si quis Episcoporum.* 16. *q.* 5. secus est in patrono laico, qui debet præsentare de clero, & de diœcesi, idem in patrono ecclesiastico. sed hoc de stylo non seruatur, quia quilibet patronus præsentat quem vult dummodo idoneum.

Et de his differentijs aliquæ ponuntur ab *Hostiens. in summa tit. de iurepat. §. in quibus differant*, & ab *Abb. in cap. ex literis. col. pen. in cap. cum propter. in fine.* & in *cap. cum dilectus. in 2. not. de iurep.* & à *Felin. in cap. cum Bertoldus. col. 3. de re iud. Rocch. de Curt. vbi sup. in verbo, ius. col. vlt.* & *Paul. de Citadin. de iurep. par.* 13.

25 Differentias autem, quæ sunt inter patronos ecclesiasticos habentes bona temporalia cum iurepat. & patronos ecclesiasticos non habentes bona temporalia, sed tantum iuspatronatus ponit vsque ad quindecim. *Lambert. vbi sup. lib. 3. quæst. 10. princ. art.* 2. & ibi *quæst. 11. princ. artic.* 1.

26 ponit sex differentias inter hoc iuspatr. & iuspatr. libertorum: Prima, quia hoc nostrum iuspat. acquiritur ex fundatione, constructione, & dotatione, iuspat. libertorum ex sola manumissione.

Secunda, iuspat. hoc transfertur gratuitò, iuspat. autem libertorum potest transferri alio titulo.

Tertia, hoc iuspat. potest diuidi

quoad suos effectus, iuspat. autem
liberti non recipit diuisionem. *l. quædam. in fine. ff. famil. ercisc.*

Quarta, quia iuspat. libertorum
non potest aliqua remissione tolli;
quin semper cogatur prestare reuerentiam, & potestatem reuocandi in
seruitutem. *l. si quis in posterum. ver. reuerentiam. C. de bon. libert.*
hoc autem iuspat. beneficiorum sic.
cap. illud. de iurepat.

Quinta, iuspat. libertorum transit
in suos etiam non hæredes. *l. filij. ff. de iurep.* iuspat. autem nostrum transit ad hæredes.

Sexta est differentia inter iuspat.
liberti ecclesiæ, & laici, quia si est
ecclesiæ & recedens non reuerteretur ad ecclesiam vt ingratus reuocaretur ad seruitutem, secus in liberto
laici. *gloss. in c. liberti. 12. q. 2.* & hoc
iuspat. conuenit in sex cum iurepat.
libertorum, de quibus *Lambertin. vbi sup. quæst. 11. princ. art. 2.*

27 Secunda est diuisio, quia aliud
est iuspatronatus familiare, aliud
28 hæreditarium; hæreditariū est, quod
transit ad quoscunque hæredes etiā
extraneos, nisi vocati sint ad iuspat.
tantum hæredes sanguinis, qui nascuntur ex masculis, vel etiam fœminis quamuis non sint eiusdem fami-
29 liæ. Familiare iuspat. est illud, quod
competit & relictum est tantum illis
de tali familia, vt si sit reseruatum
familiæ Nobilium de Spina, qui volunt præsentare debent esse descendentes de d. familia. de quibus *Mas sobr. vbi sup. prælud. 7. dub. 21. n. 54.*

30 Tertia est diuisio, quam ponit
Moneta vbi sup. d. cap. 10. nu. 200.
iuspatronatus aliud est passiuum,
aliud actiuum. passiuum est, per
quod certi de tali familia sunt præsentandi, aliud actiuum, per quod
fit, ne quis beneficium conferat,
nisi ad præsentationem talis personæ, quæ declara vt ibi per eum.

31 Prædictorum occasione est notádum, quod aliud est esse collatorem,
vel patronum; & aliud habere ius
conferendi, vel præsentandi, quia
primum respicit petitorium, & alterum, hoc est, habere ius conferendi,
& præsentandi respicit possessorium.
Franch. in cap. unico. de iurepat. lib. 6. Cassador. decis. 2. nu. 3. in fine. de probat. Rota decis. 349. num. 3. & decis. 1178. lib. 3. diuers. sicut nec se-
32 quitur, habeo ius præsentandi, ergo
mihi competit iuspatronatus, cum
ex alia ratione possit competere dictum ius præsentandi præterquam
ex iurepatronatus; vt latè tradit
Rocch. de Curt. vbi sup. in verbo, competens. quæst. 25. num. 57. 58. & 59. Lambert. vbi sup. lib. 1. quæst. 10. art. 8. num. 1. & per totum. Gonzal. vbi sup. gloss. 45. §. 2. nu. 27. & 28. & gloss. 18. nu. 90. & seqq.



LIBER

13-6-E-13

LIBER SECVNDVS CONTINET, QVOMODO IVSPATR. CREETVR, ET ACQVIRATVR.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronat. est ius artificiale, & creatur hominis opera.*
2 *Fundare quis dicatur ecclesiam.*
3 *Construere quis dicatur ecclesiam.*
4 *Dotare quis dicatur ecclesiam.*
5 *Fundantes construentes, & dotantes fiunt patroni.*
6 *Iuspatronatus consideratur aliud in abstracto, aliud in concreto.*
7 *Iuspatronatus acquiritur, si accedat Episcopi consensus.*
8 *Iuspatronatus ut acquiratur licet non requirantur copulatiuè fundatio, constructio, & dotatio, tamen non acquiritur, nisi accedat episcopi consensus.*
9 *Fundans, construens, & dotans non reseruantes sibi iuspatr. tamen fiunt patroni.*
10 *Episcopus solus consensum dat super reseruatione iurispat. non eius Vica*rius*, nisi habeat speciale mandatum.*
11 *Consensus episcopi quare requiratur in acquirendo iurepatronatus.*
12 *Consensus episcopi in reseruatione iurispat. debet esse expressus.*
13 *Consensus episcopi quando præsumatur interuenisse. & ponitur* Rota *decisio.*
14 *Consensus episcopi loci, in quo fundatur ecclesia, requiritur.*
15 *Capitulum sede episcopali vacante cōsēsum præstat super reseruatione iurispatronatus.*
16 *Consensus Episcopi requiritur, siue laicus, siue clericus ecclesiā fundet, vel dotet.*
17 *Iuspatronatus ortum ducit à die præstiti consensus ab episcopo.*
18 *Consensus ex post facto potest interuenire.*
19 *Iurispatranatus in creatione potest interuenire consensus inferioris.*
20 *Ordinarij appellatione venit quilibet Prælatus habens potestatem episcopalem, & ponitur decisio* Rotæ.
21 *Consensus episcopi, non Capituli requiritur in reseruatione iurispatr.*
22 *Episcopus si nolit consentire reseruationi iurispat. quid agendum.*
23 *Ecclesia fundata sine episcopi consensu, eius iussu demoliri potest.*
24 *Iuspatronatus olim acquirebatur priuilegio, præscriptione, seu cōsuetudine.*
25 *Iuspatronatus acquiritur ex multiplicatis præsentationibus.*
26 *Constructio venit sub nomine fundationis.*

Quomodo creetur Iuspatronatus.

CAPVT PRIMVM.

NVNC videndum est quomodo iuspat. creetur, & acquiratur. 1 Iuspatronatus ergo est ius artificiale, non naturale, nam creatur, & inesse deducitur mediante hominis opera, seu artificio, videlicet, quando aliquis dat fundum pro ecclesia construenda, seu construit; vel dotat ecclesiā, capellā, siue Altare, & sic artificialiter deducit rem de non esse ad esse. *Card. Abb. & alij in* Rubr. *de iurep.* fundare quis

Digitized by Google

2 dicitur ecclesiam, quando assignat fundũ vbi construi debet. *cap. nobis. & ibi Doct. de iurepat.* ita fuit dictum *in Hispalen. iurisp.* 22. *Martij* 1591. & 13. *Maij* 1593. *coram Cardin. Pamphilio, quæ fundatio probatur ex assertione Papæ ad clem.* 1. *cum ibi not. de probat. Gabriel eodem tit. concl.* 2. & fuit dictum *in Albanen. prioratus* 8. *Iunij* 1588. *coram Orano. & in portuen. iurisp.* 9. *Maij*. 1594. *coram Corduba*. construere is dicitur,
3 qui facit impensas inconstruendo ecclesiam, nõ faber, qui eam construit, nisi id gratis faciat vt sit patronus
4 *Card. in d. c. nobis. n.* 6. 8. & 9. & dotare quis dicitur ad effectũ cõsequendi iusp. qui ecclesiã fundatã, & constructam sine dote, dotat sufficienter tam ante ecclesiæ consecrationem *gloss. in c. piæ mentis.* 16. *q.* 7. quam post consecrationem. *Recch. de curte, de iurep. in verbo, & dotauit. n.* 4.
5 Iuspatronatus itaque creatur ex collatione fundi, ex constructione, seu dotatione, ideoq. prædicta facientes acquirũt iuspatr. *c. filijs.* 16. *q.* 7. *vnde versus*. Patronum faciunt dos, ædificatio, fũdus, ita demũ acquiritur iuspat. ex fundatione, dotatione, & cõstructione, si hæc fiãt proprijs expensis, secus si facta sint iuxta terminos capituli ad audientium. *il* 1. *cum ibi not. de ecl. ædific.* & cum protestatione recuperandi expensas ab ipsa ecclesia, tunc enim iuspatronatus acquiritur ecclesiæ, ex cuius bonis fuit ecclesia constructa, & dotata *gloss. in c. apostolicos. in verb. construxisse.* 17. *quæst.* 2. *Felin. in c. cum venerabilis. num.* 37. *post medium. de except.* & fuit dictum in *Toletana Iurispat.* 18. *Martij* 1602. *coram Corduba vide Cardinalem. Tuscum practicar. conclus. iuris. litera* 1. *conclus.* 600. *Praxim Archiepisc. Leonis part.* 2. *c.* 21. *num.* 35. *de iurepat.* Rot. Rom. *decis.* 269. *num.* 2. *part.* 2. *diuersor. Cassadorum decis.* 6. *nu.* 2. *de iurepat. Gonzalez in comment. ad regulam octauam Cancell. gloss.* 18. *num.* 33. *Garciam de beneficijs par.* 5. *cap.* 9. *à n.* 36. & *Camillum Borellum in summa omnium decisionum tit.* 32. *à numer.* 1. *Augustinum Barbosam de off. & pot. episc. par.* 3. *allegat.* 70. *num.* 1. & *sequentibus. Monetã in tract. de comutationib. vltim. volunt. cap.* 10. *de derogat. qualit. in fundat. benef. appositi. nu.* 202. & *seqq.* & qui fundum tradit fit patronus si transtulit dominium fundi in ecclesiam. *Lambertin. de iurepat. lib.* 1. *par.* 1. *quæst.* 2. *art.* 2.
6 *num.* 1. & 2. & iuspatronatus aliud fuit creatum in abstracto quatenus est ius, & sic quid incorporale, quando fuit inuentum à legislatore; aliud est iuspatronatus in concreto, quod creatur; & inesse deducitur, quando ecclesia, Capella, Altare, seu quodcunque beneficium creatur, ne-
7 que sufficit fundatio, constructio, & dotatio, sed requiritur consensus episcopi, & diœcesani in ædificationæ, fundatione, & dotatione, & in reseruatione iurispatronatus, *ad textum in c. placuit.* 1. *quæst.* 2. & *ibi gloss. Lambert. vbi supra art.* 3. *num.* 5. & *seqq. Card. Tusc. vbi supra*, & diœcesanus is est, in cuius diœcesi fundatur, construitur, & dotatur ecclesia. *Lambert. d. art.* 3. *in fine*.
8 Est tamen notãdum, quod quamuis non requirantur copulatiue illa tria media ad acquirendum iuspat. nempè vt fundatio, constructio, & dotatio simul ab vno fiant, sed possint à pluribus non solum dotari, sed etiam construi, & fundari ecclesiæ, ita vt ex qualibet cõcurrentia per se possint omnes, & singuli acquirere iuspat. & quilibet modus fundationis, constructionis, seu dotationis possit siue ab vno, siue à pluribus perfici, attamen non potest acquiri iuspatr. nisi ad prædicta accedat concensus diœcesani. *Massobr. in praxi haben. conc. ad vac. paroch. eccles. prælud.* 7. *dub.* 6. *num.* 3. & *seq.* & si fundans, construens, & dotans
9 nihil dixerint de reseruatione iurispatronatus, tamen acquirunt iuspa-

ſpattonatus, dummodo expreſſe il-
lud non remiſerint. ita eſt commu-
nis opinio, de qua *Lambert. vbi ſup.*
art. 4. num. 12. Doct. in d. cap. no-
bis. de iurep. & ibi August.*Barboſa in*
collectan. n. 5. & d.allegat.70.nu.20.
Io. *Aloiſius* Riccius *in praxi rer. for.*
eccleſiaſt. deciſ. 123. num. 21. & in
collectan. deciſ. parte 5. deciſ. 1646.
Campanil. in diuerſario iuris canoni-
ci rubr. 11. cap. 13. num. 335. Garc.
dicto cap. 9. num. 68. & a num. 71.
Bart. Vgolinus de poteſtate Epiſcopi.
cap. 51. in princ. & ad ſolos epiſco-
10 pos ſpectat dictum conſenſum præ-
ſtare, & creare ſeu confirmare iuſpa-
tronatus non autem ad eius Vicariũ
niſi ad id habeat ſpeciale mãdatum.
Aug. Barboſa allegat.54. num.74. &
dicta allegat.70.numer.33. & Sbroz-
zius de offic. Vicarij lib.2.quæſtion.31.
Calderi. conſ. 3. de offic. Vic. Garc.
dicta parte 5. cap.9. nu. 75. Gratian.
diſceptat. Forenſium. cap.303.n.12.
11 ratio autem, quare dictus conſenſus
requiratur eſt, quia cum ius iſtud ſit
ſpirituale, non poſſunt laici propria
auctoritate ſpiritualia tractare. *Lam-*
bertin. vbi ſup.art.5. cap.2. de iudic.
12 & iſte cõſenſus debet eſſe expreſſus,
nec ſufficit tacitus, præſumitur tamen
interueniſſe, maximè cũ diu eccleſia
pro eccleſia fuerit habita, & in ea ſint
13 celebratæ Miſſæ, & ad ſunt campanæ,
Lambert. vbi ſupra articulo 6. & 7.
num.2. Card. Seraph. deciſ. 871. Rot.
Rom. deciſ. 674. par.2. in recentiori-
bus apud Farinacc. Garc. dicto cap.9.
num.7. Barboſa dicta alleg. 70.n.22.
& fuit dictum in *Auximanna. Iuriſp.*
Ven.26. April. 1613. coram Illuſtriſſ.
Card.Sacr. in qua fuit reſolutũ cõſta-
ret de iurepatr. niſi obſtet defectus
conſenſus ordinarij, quod reſerua-
runt domini particulariter videre.
ad firmandum iuſpat moti ſunt Do-
mini, quia conſtat de dotatione Al-
taris, de quo agitur, qui eſt vnus ex
modis acquirendi iuſpat. *c. filijs. 16.*
quæſtion.7. gloſ. in c. piæ mentis 16.
quæſt.7. innoc. in rubr. num.2. de iu-
repat. & ibi Abbas num. 6. Lambert.
de iurepat. libro 1. parte 1. quæſt. 2.
princip.art.2. num.1. quod procedit
etiam ſi eccleſia, ſeu Altare eſſet iam
ędificatum, dummodo non eſſet do-
tatum, prout nunc erat iſtud, de quo
agitur *Rocch. de Curte de iurepatron.*
verbo, & dotauit. quæſt. 2. num. 3.
Rota *in lucana Decanatus deciſ.528.*
num. 2. par. 1. in nouiſſ. & prædicta
habent locum etiam ſi eccleſia, vel
Altare iam reperiatur conſecratũ.
Innoc.*vbi ſup. & ibi Card.nu.3.Hoſt.*
*num.4.*Abb.*conſ.59. n.3. lib.* 2. Roc-
ch.dicta quæſt.2.num.4. vbi de com-
muni *Berous in cap. 3. n.69. de iurep.*
vbi de magis cõmuni. *Rota deciſ.99.*
*num.13.par.2. in nouiſſ.*Lambert.*vbi*
ſup.quæſt.6.art.1.n.6. vbi pariter de
communi, & ibidem poſt Rocchũ, &
alios reſpondet ad obiectum *gloſſ. in*
c.piæ mentis 16.q.7. quòd ſcilicet rei
ſacræ non poteſt imponi ſeruitus, vt
eſt iuſpatronatus, dicit enim retro-
trahi dotationem, & fingi prout ab
initio. Addi poteſt, multa ſpecialia
eſſe conſtituta in hac materia, vt ho-
mines alliciãtur ad fundãdas, vel do-
tandas eccleſias; qua ratione laici
aliàs incapaces rerũ eccleſiaſticarum
poſſunt obtinere iuſpat. vt animad-
uertit. *Archid.in d.c.piæ mentis. n.8.*
Butrius in c.quoniam.n.8. & ibi An-
char.n.2.de iurep. Boich in c. cum di-
*lectus.n.4.de iurep.*Lambert.*vbi ſup.*
q.2.ar.9. n.12. vnde nil mirũ ſi pro-
pter eandem rationem poſſit ſuper
eccleſia cõſecrata prout ex nunc im-
poni ſeruitus iuriſpatr. non obſtat,
quò teſtator ſimpliciter mandaue-
rit dotari Altare nulla facta men-
tione iuriſp. vnde nõ potuerit hæres,
qui dotauit imponere nouum onus
reſeruationis iuriſpat. *ad Calder.cõſ.*
5.in fine.de iurep. quia iuſpat. non eſt
nouũ onus, cum veniat ipſo iure, niſi
dotans illi expreſsè renũciet. *Abb.in*
c.ſignificauit.n.1.Felin. n.2. de teſtib.
Roch.vbi ſup. in ver.eccleſiã fundauit.
n.12.in fi.Rot. dec.5.de iurep. in anti-
quis.& dec.167.n.4.p.2. in nouiſſ. &
in

Digitized by Google

in cordub.angiportus. 16. *Iunij* 1600. *coram bo.me.Iusto*,& perinde sicut si testator dotasset, & superuixisset ipso iure habuisset Iuspat. ex quo illi non renunciauit, ita illud debet habere hæres, qui est eadē persona cum defuncto. *§. 1. Auth. de iureiur. à mar. præst. Lambert. vbi sup. q. 2. artic.* 12. *n.* 7. & proinde exprimendo reseruationem iurisp. nihil noui egit, cū talis reseruatio tacitè inesset, & hoc in puncto tenuit *Paul. de citadin. de iurep. p. 3. causa* 1. *n.* 31. *versic. per hæc etiā. Lamb. vbi sup. q. 4. ar. 7. n. 2. Rot. d. dec.* 167. *num.* 5. *&* 6. Minus facit, quod hęres minime expresserit, quod dabat ꝑ dote, prout requiritur aliàs donans ecclesiæ, vel altari iam cōsecratis videtur potius benefactor quā dotator. *Io. Andr. in d. c. 3. n. 2. & Bero.* qui de magis com. *n.* 89. quia fuit responsū, quod ex quo testator ordinauerat, quod daretur pro dote, datū præsumitur iuxta obligationē pręcedētem ad *l. quædam mulier. ff. de re iud. cum ibi notat. Felin. in c. si cautio, n. 17. de fid. instr. Ruin. conf.* 61. *nu.* 9. *lib. 1. Franc. cōs.* 158. *n.* 13. *Cephal. cons.* 156. *n.* 13. cum pluribus seqq. & cessare difficultatē, quia cum hæres eodem contextu dederit bona, seu cenū altari, & ad illud præsentauerit rectorem, satis declarauit, quòd intendebat bona dataseruirē pro dote, quia aliàs non potuisset præsentare ad regulam, qui vult consequens vult necessarium antecedens, de qua in *l. illud. ff. de acq. hęred. in l. 2. ff. de iurid. omn. iud. l. ad rem mobilium. ff. de procurat.* Non etiā facit, quòd hæres dotauerit coactè, quia commissarius fabricæ S. Petri sibi dixerit, quòd nisi dotaret infra annum, ipse declararet legatum acquisitum d. fabricæ iuxta suas facultates ad tradita per *Signor. conf.* 83. *n.* 9, *Paul. de citadin. vbi sup. p. 3. causa 1. q. 22. n.* 31. *Lambert. dict. ar. 7. n. 1. cum concordan.* quia domimini intelligebant dictas doctrinas de coactione præcisa non autem de ista, quæ potest dici simplex admonitiō ad faciendum ea, quæ alias de sui natura afferunt reseruationē iurispat. vt supra probatū est.

Ex quibus videbatur tota difficultas reduci ad consensum ordinarij, nam quod illud adesset, deducebatur, quia interuenit consensus Vicarij in absentia, vt prętendebatur, episcopi, vnde dicebatur illud sufficere ex doctrina Archid. in *c. reatina.* 63. *dist. Sarnen. super reg. de impet. benef. per ob. fam. Cardin. q.* 22. vbi de com. *Lābert. vbi sup. q. 9. n.* 93. & facit, quia pręstare consensū, vbi interuenit dotatio, videtur actus necessarius ad tradita in *c. nullus. vbi gl. & Abb. n.* 1. *iurep. Felin. in c. ex parte. n. 1. vers. nō obstat. & vers. alia declaratio. de iurepat.* vnde videtur, quòd Vicar. possit expedire ea, quæ sunt necessitatis ad tradita per *Rocchum vbi sup. in verb. competens. q. 31. n. 66. Rot. dec. 5. nu. 3. de off. vic. in nouis.* In contrariū conclusio videbatur pati difficultatem in iure ex tradit. in *Pientina Iurisp.* 22. *Aprilis* 1611. *&* 23. *Martij* 1612. *coram* R.P.D. *Decano*. & in applicatione facti, quia dicebatur, iura prædicta loqui quando episcopus est in longinquis partib. quo casu militat ratio, ne interim, donec consulitur episcopus, pæniteat laicum dotare ecclesiam. In proposito autem casu Illustris. Card. Gallus Episcopus Auximanus erat in curia, & sic infra octo dies poterat haberi responsum. Vltra quod hoc casu non poterat cadere pænitentia, cum hæres stante ordine testatoris teneretur omnino dotare, de quibus suo loco requiritur autem

14 consensus illius diæcesani, in cuius diæcesi fundatur ecclesia. *Card. in d. c. nobis. de iurep. n. 1. Lambert. vbi sup. ar.* 8. & sede episcopali vacante po-

15 test Capitulum dare licentiam, & consensum præstare ad fundandam, construendā, & dotandam ecclesiam vt talibus acquiratur iuspatronat. & est cōmunis opinio, de qua *Lambert. vbi sup. art. 9. n. 6. Pauin. de potest. capituli sede vacāte. p. 5. q. 2. n. 5. Garc. d. c. 9.*

d.c.9.nu.79. & prædictus consensus
16 requiritur siue sit laicus, siue sit clericus, qui ecclesiam fundat, cõstruit, vel dotat. *Lambert. vbi sup. art. 10.* & dictus cõsensus etiam requiritur in Capella fundanda ex iussu testatoris, & tunc cũ d. consensus interuenerit, post eius mortẽ iuspatr. ortum
17 duxisse dicitur à die d. præstiti consensus, & ideò d. iusp. nõ dicitur esse in hæreditate testatoris. *Lambert. vbi sup. ar. 11. n. 2.* qui consensus põt etiã
18 ex post facto post fundationẽ, cõstructionẽ, & dotationẽ interuenire. *Lambert. vbi sup. ar. 12.* & fuit d. in *Aquen. iurisp. 7. Nouemb. 1601. corã Illustriss. Card. Lancellotto. Garc. d. tract. de benefic. par. 12. cap. 2. nu. 209. Riccius d. decis. 123. nu. 3.* cum ergo semper requiratur dictus Episcopi consensus, si hæres fundet alibi ecclesiam, quam iusserat testator, Episcopo sic iubente, in pœnam à testatore comminatam non incidit. *arg. c. nemo. il 1. de consecrat. dist. 1. Lambert. vbi sup. art. 13.* & in creatione iu-
19 rispat. potest interuenire consensus inferioris Episcopo, dummodo habeat potestatem Episcopalem, quia
20 nomine Ordinarij in hac materia venit quilibet prælatus etiam inferior, dummodo habeat potestatem Episcopalem, fuit dictum in *Imolen. iurispatr. 18. Nouembr. 1578. coram Camuccia.* pro parte Dominorum de Tartagnis prætendentium iuspatronatus ad capellaniam S. Sigismundi existentem in ecclesia S. Mariæ in regula ciuitatis Imolen. dicebatur, iuspatronatus fuisse ab eis acquisitũ auctoritate, & consensu Abbatis d. ecclesiæ S. Mariæ. pro parte verò Domini Scipionis de Calderinis prouisi Apostolici respondebatur, iuspatronatus de iure non acquiri, nisi de consensu Ordinarij. *c. nobis.* & ibi omnes. *de iurepat. Calder. de iurepatr. cons. 2. li. ver. in contrarium videtur. Lambert. de iurepat. lib. 1. p. 1. q. 2. art. 3. nu. 1.* nec aliter constare, Abbatem S. Mariæ habere ordinariam iurisdictionem ad effectum, de quo agitur, qui est præstatio auctoritatis, & consensus super creatione, & acquisitione iurispatronatus. & rursus pro parte illorum de Tartagnis replicabatur, de tali ordinaria iurisdictione prædicti Abbatis satis constare ex Bulla Innocentij Quarti, vbi inter alia voluit, vt nullus possit ædificare aliquam ecclesiam inter parochiam d. Abbatis sine licentia Summi Pontificis, vel ipsius Abbatis. propterea die Veneris 28. Nouembris. 1578. dubitaui, an stante Bulla Innocentij Quarti dicatur constare, d. Abbatem habere ordinariam iurisdictionem in casu, & ad effectum, de quo agitur. quod dubium Domini affirmatiuè resoluerunt, quia cũ d. Abbas vigore bullæ Innocentij Quarti habeat potestatẽ dandi licentiam ædificandi ecclesias intra suam parochiam, vtique in quandam consequentiam habebit etiam facultatem præstandi auctoritatem, & consensum creationi, & acquisitioni iurisp. cũ regulariter, & à communiter accidentibus, non soleant ecclesiæ ædificari sine acquisitione iurispat. & sic potestas dandi licentiam construendi ecclesiam trahit secum, tamquam quid consecutiuum, potestatem consentiendi acquisitioni iurispatr. nam ex ædificatione ecclesiæ cum consensu Ordinarij prouenit, & acquiritur iuspat. *c. nobis, & ibi Doct. de iurepat. Host. Abb.* & alij, de quibus per *Lambert. vbi sup. sub nu. 4.* & potestas dandi licentiam ædificandi ecclesiam videtur concedi ad finem, vt ædificans acquirat iuspatronatus, vt post *Calder. de iurepat. cons. 3. in princ.* tradunt *Gemin. in c. vniso. col. pen. vers. 23.* & ibi *Fran. nu. 9. post medi. vers. 21. de maior. & obed. lib. 6.* ex quibus cessant deducta pro parte Scipionis. *Barbos. d. allegat. 70. nu. 30.*
21 & in tali fundatione solus Episcopi consensus requiritur, nec est necessarius consensus Capituli. *Lambert. vbi*

vbi sup. art. 14. *&* 15. *Barbosa d. allegat.* 70. *nu.* 24. & si Episcopus diœcesanus nolit consentire, potest ad
22 d. consensum præstandum compelli à superiore, videlicet Archiepiscopo, vel Primate, vel Superior ipse potest consentire. *Card. in d. cap. nobis. q.* 6. *de iurepat. Abb. cons.* 59. *col.* 3. *versic. tertio principaliter considero. par.* 2. *Lambert. vbi sup. art.* 16. *&* 17. *Azorius instit. moral. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæst.* 10. *Barbosa d. alleg.* 70. *nu.* 26. *Massobr. vbi sup. prælud.* 7. *dub.* 7. *&* 8. *&* 10. & si ecclesia sit fundata
23 sine diœcesani consensu poterit per dictum diœcesanum demoliri, & reuocari, non autem per fundantem maximè nolente, & contradicente diœcesano. *Lambert. vbi sup. art.* 18. est nunc subnotandum, quod olim
24 iuspatronatus acquirebatur non solum ex causis supradictis, sed etiam ex priuilegio Papæ, ex præscriptione, seu consuetudine. vt per *Barbos. de off. & pot. Episc. par.* 1. *cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 33. quod est sublatum à *Concil. Trident. sess.* 25. *de reform. cap.* 9. *Garc. vbi sup. par.* 5. *cap.* 9. *n.* 117. 124. *& seqq. Gonzal. vbi sup. gloss.* 9. *§.* 2. *num.* 67. *& gloss.* 18. *nu.* 18. 19. 20. *& seqq. & à nu.* 93. *ad num.* 106. *Massobr. vbi sup. prælud.* 7. *dub.* 3. *per totum*. & ideo *Leonardus Lessius de iustitia & iure. lib.* 2. *cap.* 34. *de beneficijs. dubitat.* 5. ait quinque modis acquiri iuspatrona-
25 tus, idest fundatione, constructione, dotatione, multiplicatis præsentationibus, & Papæ priuilegio, quod tamen à *Concil. Trident. d. cap.* 9. est sublatum, cum ibi tantum faciat
26 mentionem fundationis, & dotationis, sub quibus constructio venit, & ius multiplicatarum præsentationũ: ita habetur apud *Monetam vbi sup. de comm. vlt. volunt. cap.* 10. *nu.* 206.

Et aduertendum est, quod communis doctorum conclusio est, quod pro ecclesia construenda, vel ampliãda, fauore religionis, cogi potest quilibet ad vendendum domum suam. ita *Bald. & Ang. in l.* 1. *ff. solut. matr. Cæpoll. de seruitutib. vrb. præl. cap.* 82. de communi *Couar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 7. & ibi contrarium tenet, sed verior est d. communis opin. vt per *Vinc. de Franch. dec.* 223. quia fabrica, & ornamenta ecclesiæ pertinent ad cultum Diuinum. *cap. vlt. de testam.* qui cultus præfertur cuilibet publicæ vtilitati temporali. vt in *§. sed etiam hoc præsent. auth. de sanctiss. Episcopis. l. sancimus. C. de sac. eccl.* tanto magis debet præferri vtilitati priuatę soluto pretio, quia regulariter vtilitas publica præfertur priuatæ. *auth. res, quæ in fin. C. comm. de leg.* vide *Marc. Ant. Genuen. in suis practicabil. ecclesi. tricenario* 9. *quæst.* 242. & in simili qui construit palatium potest cogere vicinos ad vendendum domunculas coherentes, sicut potest officialis domum priuati destruere pro decore ciuitatis. vt tradit *Paris. de Puteo in tract. de sindicatu. §. Iudicis suprema potestas. Rom. singul.* 710. & eiusdem ecclesiæ fauore meretrix expellenda est de vicinia, & à propria domo. *Luc. de Penna in l. si qua in publicis. C. de spectaculis, & scenicis. lib.* 11. *per l. non aliter. ff. de vsu, & habit.* & omnia, quæ aduersantur reuerentiæ ecclesiarũ prohiberi debent. *c. de certo. de immunit. eccles. lib.* 6. sic & malleatores, & similia. *Doct. in rub. ff. sol. matr.* multò magis meretrices expelli debent ob scandalum. *Marc. Ant. Genuen. vbi sup. quæst.* 243. ita etiam ecclesiæ fauore, vicinus non potest extollere domum suam, seu facere fenestras, ex quibus habeatur prospectus ad monasterium monialium. de communi *Doct. in l. altius. C. de seruit. & aqua. Carolus Tapia in pragmatica de monialib. Marc. Ant.* Genuen. *vbi sup. quæst.* 244.

SVMMARIVM.

1 *Fundans, construens, & dotans ecclesiam sunt patroni insolidum.*

Idq.

2 Idq. *procedit alternatiuè vnum, vel alterum faciendo.*

3 *Patroni plures fiunt, si plures simul fundent.*

4 *Patroni etiam plures fiunt, si plures simul construant.*

5 *Fabri, & murarij dantes operam ad ecclesiæ constructionem, fiunt patroni.*

6 *Patroni plures fiunt, si plures simul dotent.*

7 *Patronus vnicus erit si ipse tantum fundet, construat, & dotet cum consensu diœcesani.*

6 *Iuspatronatus est indiuiduum, sed quoad executionem diuiduum.*

9 *Ecclesia vbilibet ædificari potest, nisi sit prohibitum.*

10 *Patronus quis efficitur, si det domum pro ecclesia ædificanda.*

11 *Iuspatronatus acquirit fundi dominus, si eo Inscio in suo fundo ædificetur ecclesia, si ratificet.*

12 *Et si construens bona fide construxit in fundo alieno, remanet patronus ratione constructionis.*

13 *Ecclesia fundata in fundo inscio domino, iussu domini dirui non potest.*

14 *Ecclesia pro ædificatione aliquãdo quis cogitur fundum vendere.*

15 *Ecclesia potest ædificari intra fines matricis ecclesiæ inuito plebano.*

16 *Ecclesia, seu Altare potest construi inuito rectore.*

17 *Altare potest construi in ecclesia patronata inuito patrono.*

18 *Iuspatronatus ecclesiæ acquiritur, si ecclesia in fundo ecclesiæ fundetur.*

19 *Ecclesiam construens in suo fundo ex aliena pecunia quomodo iuspatr. acquirat.*

20 *Patroni fiunt domini fundi habentes directum, seu vtile dominium.*

21 *Ecclesia ædificari potest in fundo subiecto fideicommisso.*

22 *Ecclesia si fundanda sit in fundo communi, socius cogitur partem suam vendere.*

23 *Ecclesia alibi cum diœcesani consensu potest ædificari, si ædificari nequeat vbi testator iussit.*

24 *Ecclesia ab Ordinario erit designanda, si testator non designauerit.*

Quomodo acquiratur Iuspatronatus per fundantes, construentes, seu dotantes.

CAPVT SECVNDVM.

1 DANS fundum, construens, seu dotans ecclesiam cum consensu Diœcesani, quilibet istorum erit patronus insolidum, *c. piæ mentis. c. frigentius. 16. q. 7. cap. nobis. de iurep. Abbas in rub. de iurep. Zecchius de benefic. & pens. cap. 12. in princ.* cum iuspatronat. sit indiuiduum in substantia, vt dixi sup. lib. 1. cap. 2. nu. 6.

Ampliatur primo dicta conclusio, vt procedat alternatiuè, idest, si quis
2 dederit fundum, vel construxerit, siue dotauerit, & non cumulatiuè, & sic quod sufficiat vni fundasse, vel construxisse, vel dotasse, & sic vnum ex his fecisse, quamuis alia facta nõ fuerint. *Lambertin. de iurepat. par. 1. lib. 1. quæst. 3. art. 1.*

Ampliatur secundo, vt non solum
3 omnes illi supradicti sint patroni insolidum, sed etiam si plures simul darent fundum, omnes erunt patroni insolidum cum construente, & dotante. *Abb. in rubr. vt sup. de iurepat. Lambert. vbi sup. art. 2.* dummodo dent fundum pro ecclesia sufficientem.

4 Ampliatur tertio, vt procedat, si plures simul ecclesiam cõstruxerint, omnes erunt patroni insolidum cum fundante & dotante. *Abb. vbi sup. in d. rubr. ante finem. Card. in d. cap. nobis. col. vlt. de iurepat. Lambert. vbi sup. art. 3.* dummodo isti sufficienter construxerint ecclesiam, nam si vnus nunc parum daret, nunc alter, dicerentur benefactores, non constructores. & fundatio, & dotatio probatur ex assertione Papæ ad *clem. 1. de probat.*

bat. & fuit dictum in *Albanen. prioratus. 8. Iunij. 1588. coram Orano*. & in *Portuen. iurisp. 9. Maij. 1594. corā Corduba*. non tamen probatur ex instrumento reseruationis iurisp. facto ab Episcopo cum narratiua fundationis, & dotationis, vt fuit dictum in *Albanen. iurisp. 17. Maij. 1595. coram Penia*.

5 Ampliatur quarto, vt procedat etiamsi faber, seu murarius dederit operam suam absque pretio, & mercede, alter ligna, alius cæmēta, alius pretium, si enim ita conuenerint omnes erunt patroni insolidum cū fundante, & dotante. *Card. in d. c. nobis. quæst. 9. Lambertin. vbi sup. art. 4.*

6 Ampliatur quinto, vt procedat in pluribus dotantibus æqualiter, vel inæqualiter, si simul conuenerint dotare sufficienter, omnes erunt insolidum patroni cum fundante, & construente. *Abb. in cap. 3. de eccles. ædificand. nu. 4. & in d. rub. de iurepat. Lambertin. vbi sup. art. 5.* & si
7 vnus voluerit, siue velit fundare, construere, & dotare ecclesiam, non admittitur alius, nisi eo volēte, quia expedit ecclesiæ, magis habere patronum vnum, quam plures. secundum *Card. in clem. plures. col. 3. de iurepat. Lambert. vbi sup. art. 6.* & semper, quando vnus implet omnia prædicta, vel plures, semper in quolibet ipsorum, qui velint esse patroni, ad tale iuspat. acquirendum diœcesani consensus requiritur. *Lambert. vbi sup. art. 7.* & si plures sint, vt supra, omnes erunt patroni insolidum, eo, quia iuspatronatus est in-
8 diuiduum, seu indiuisibile in abstracto, sed quoad executionem est diuiduum, & diuisibile, vt dixi sup. *lib. 1. cap. 2. nu. 6.* & ideo si vnus fundauit, & construxit, habebit duas voces, & si alius dotauit habebit vnam vocem. *Lambertin. vbi sup. art. 8. nu. 8. & 10.* Ecclesia autem
9 debet, & potest ædificari in omni loco, nisi reperiatur expresse prohibitus aliquis locus. *c. ecclesias. 1. de consecrat. dist. 1.* dummodo locus sit liber ab omni seruitute, & onere. *Lambert. vbi sup. art. 9.*

10 Acquirit etiam iuspat. qui domū suam pro ecclesia ædificanda relinquit, & sic vt sit ecclesia, & si sit apta sine noua constructione ad sacrorum administrationem, erit patronus quia dedit fundum, & quia construxit, alias si eget constructione, erit tantum patronus pro fundo dato. *Lambert. vbi. sup. art. 10.* & si super fun-
11 do alieno scienter fundetur, & ædificetur ecclesia inscio domino fundi, dominus fundi acquiret iuspatr. respectu fundi, & constructionis. *Cardin. in d. cap. nobis. opposit. 4.* ea ratione, quia ædificans scienter ex suo in alieno solo perdit ædificium. *§. ex diuerso. Instit. de rerum diuis.* vbi doctissime D. *Marius Viuianus nobilis Vrbinas in summ. Rationali Instit. iur. ciuil.* dū modo dominus fun-
12 di ratum habuerit, & diœcesanus consenserit, secus si construens bona fide fecit, & dominus fundi ratū habuit, tunc enim dominus fundi erit patronus ratione fundi, & constructor erit patronus ratione constructionis. *Lambert. vbi sup. art. 12.* & quamuis ecclesia sit fundata in
13 fundo alieno inscio domino, non tamen potest dirui iussu domini. *gloss. in c. Apostolicos. verbo construxisse. 12. q. 2. Lambert. vbi sup. art. 13.* quia tunc fauore ecclesiæ solū cedit ædificio. *Specul. de empt. vend. §. tertio loco. versic. quid si clericus.* soluto tñ ab ecclesia pretio soli quod declara vt per *Marc. Ant. Genuen. in practicab. eccl. tricenario 9. q. 250. Ferdinand. Vasq. de success. resolut. lib. 1. §. 9. nu. 64.* Et potest quis cogi vende-
14 re fundum pro ecclesia ædificanda, quando ex aliqua necessitate populi pro Sacramentis administrandis ecclesia sit ædificanda. *Lambert. vbi sup. art. 14.* & inuito Plebano potest intra fines illius matricis ecclesiæ fundari altare, capella, & ecclesia de consensu tamen diœcesani. *Lambert. vbi*

vbi sup. art. 15. & taliter fundans acquirit iuspat. & ita etiam acquiri-
16 tur iuspat. per constructionem altaris in ecclesia contradicente illius rectore, cum consensu tamen diœcesani. *argum. c. omnes basilicæ.* 16. q. 7. *Lambert. vbi sup. art.* 16. & idē
17 est, si quis construat, & dotet capellam in ecclesia patronata, quia non requiritur cōsensus patroni, sed diœcesani. *Lambert. vbi sup. art.* 17. &
18 si Episcopus pro noua ecclesia ædificanda assignet fundum alicuius ecclesiæ, tunc iuspatronatus acquiritur ratione dicti fundi illi ecclesiæ, cuius antea erat fundus. *Lambert. vbi sup. artic.* 18. si quis au-
19 tem in fundo proprio construat ecclesiam ex aliena pecunia acquirit iuspat. tam ex datione fundi, quam ratione constructionis. *Lambert. vbi sup art.* 19. nisi esset pecunia priuilegiata, scilicet ecclesiæ, militis, vel pupilli, & ratum habeat id, quod factum est à domino fundi, tunc enim dominus pecuniæ ratione constructionis, & dominus fundi ratione fundationis erunt patroni; & si plu-
20 res sint domini fundi, puta, quia vnus directum, alter vtile dominium habeat, omnes erunt compatroni. *Abb. in d. rubr. de iurepat. Lambert.*
21 *vbi sup. art.* 20. potest etiam ædificari ecclesia in fundo subiecto fideicommisso, si hæres ex eo quartam detrahere debeat, nam tunc fauore ecclesiæ condominus tenetur pro re precium recipere, vel habere iuspat. pro sua rata. per doctrinam *Baldi in l. 2. §. vlt. per illum textum. C. de commun. seru. manumiss. Lambert. vbi sup. art.* 21. & si testator mandet per hæredem ecclesiam construi in fundo communi cum alio, socius cogi debet vendere partem suam hæredi. *Lambert. vbi sup. art.* 22. ea-
23 demq. ratione, si testator mandet ecclesiam construi in certo loco, & ibi construi non possit, construetur in alio loco cum diœcesani consensu, & hæres erit patronus; atque si testator non designet ecclesiæ longi-
24 tudinem, vel latitudinem, diœcesanus arbitrabitur, quid agendum fuerit. *Lambert. vbi sup. art.* 24. & 25. vide *Card. Seraphin. decis.* 1149. & ad materiam huius capitis videas *Aug. Barbos. de off. & pot. Episc. p.* 3. *alleg.* 70. *Garc. de benefic. par.* 5. *c.* 9. *à nu.* 45. & *Massobr. in praxi hab. conc. ad vac. paroch. eccles. prælud.* 7. *dub.* 13. *nu.* 3. & *prælud.* 7. *dub.* 11. *num.* 3.

Sed pulchra suboritur quæstio, numquid ecclesiæ construendæ donari possit, & quod ei non possit donari *est tex. in c. Abbate sanè. de sent. & re iud. lib.* 6. sed ei legari potest, vnde potest testator mandare ecclesiã construi, & illi legare. *c. nos quidem. de testam. l. seruos. ff. de alim. & cib. leg.* & ibi Bart. ponit rationem diuersitatis, dicens non posse donari, quia donatio est contractus, qui requirit personam veram, vel fictam, cum qua contrahatur, & cum qua quis loquatur, non sic in legato vnde dicit ibi Bart. quod ecclesia construenda potest institui posthumus alienus, vt in *l. gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth.* hæc autem regula quod ecclesiæ non possit donari limitatur si fieret donatio alij, qui promitteret restituere ecclesiæ ædificandæ. ita *Bart. in d. l. seruos.* itē limitatur vt sufficiat stipulatio notarij pro ecclesia construenda. ità *Berous cons.* 21. *vol.* 2. vbi latè *Marc. Ant. Genuen. Episc. Isernen. in practicab. eccles. tricenario 9. quæst.* 247. & si sit factum legatum ecclesiæ cōstruendæ, debet tradi cum fructibus medij temporis, si ecclesia sit constructa post sex, vel decem annos. ita *l. si ita relictum. §. pegasus. ff. de leg.* 2. & ratio est, quia dies imposita est fauore ecclesiæ, non hæredis, quia si ecclesia fuisset constructa tempore testamenti, testator reliquisset de præsenti, non in diem. facit *tex. in c. nos quidem. de testam.* & ibi *Abb. & Card.* vide *Genuen. vbi sup. qu.* 248.

& Steph. Gratian.discept.forens.cap. 358. idem existimo in legato relicto altari, seu capellæ construendæ, vt debeantur fructus medij temporis in augumentum beneficij, & ne hæres morosus in solutione legati diues fiat de alieno, quia mora sua cuilibet debet nocere, non prodesse. *cap. mora.de reg.iur.lib.6.*

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus acquiritur perfecta re.*
2 *Iuspatronatus non acquiritur ecclesia, quæ nondum est.*
3 *Iuspatronatus incepta ecclesia ædificari acquiritur, sed non quoad exercitium.*
4 *Iuspatronatus non incipienti, sed perficienti acquiritur.*
5 *Iurispatronatus exercitium cadere videtur si ecclesia non adhuc integrè constructa in limine fundationis sit dotata.*
6 *Et tunc rector præsentari poterit.*
7 *Ecclesiam ædificare incipiens, eam perficere cogitur.*
8 *Ecclesiæ ædificatio intra quinquenniũ est complenda.*
9 *Ecclesiam construere promittens, id implere cogitur.*
10 *Et à quo cogi possit, & qua actione.*
11 *Patronus quis efficitur etiamsi coactus ecclesiam perficiat.*
12 *Hæres coactus ædificare ecclesiam à testatore fit patronus.*
13 *Philippus Decius hæredibus non credidit.*
14 *Episcopi sunt executores piorum relictorum.*
15 *Ecclesiam quis aliquando cogitur ædificare.*
16 *Ecclesiam ædificare quæ persona compelli possint.*
17 *Dotans incompetenter non fit patronus, nisi ex priuilegio.*
18 *Iuspatronatus reseruari potest hæredibus, & extraneis.*
19 *Hæres hæredis tenetur ædificare ecclesiam, si prædecedat primus hæres.*
20 *Relictum pro ecclesia ædificanda si sit insufficiens in alium pium vsum conuerti potest.*
21 *Ecclesiam tenetur ædificare hæres ex testamento imperfecto si probari potest.*
22 *Hospitale si construi debeat, aliud eius vice non potest construi.*
23 *Ecclesiam ædificans eam dotare tenetur.*
24 *Ecclesiæ versus Orientem ædificari solent.*
25 *Episcopus in ecclesia ædificatione primum lapidem ponit.*
26 *Ecclesia materialiter sumpta est domus orationis publica.*
27 *Ecclesia materialis spiritualem designat.*
28 *Ecclesia spiritualis triplex.*
29 *Ecclesia est vocabulum græcum, latinè congregatio.*
30 *Ecclesia varias habet significationes.*
31 *Ecclesia dicitur mater clerici.*
32 *Clericus ob ingratitudinem factam in suam ecclesiam, ea priuari potest.*
33 *Ecclesia dicitur vxor clerici.*
34 *Ecclesia dicitur sponsa beneficiati.*
35 *Beneficium omne ecclesiasticum potest dici ecclesia.*
36 *Ecclesia non semper potest dici beneficium ecclesiasticum.*

Iuspatronatus acquiritur re perfecta.

CAPVT TERTIVM.

1 Iuspatronatus non acquiritur, nisi res sit perfecta, & perfectum quid non dicitur donec aliquid remanet addendum, non enim sufficit fundare, & construere Ecclesiam, sed requiritur dotatio, & illius perfectio ab ipso fundatore, vel ab alijs, non enim statim acquiritur Iuspat. sed omnib. adimpletis cum consensu diæcesani. *Abb.cons.106.par.2. Rocch. de curte de iurep.in princ.num.3. & in verbo fundauit. quæst.2.& Lambert.de iurep.*

rep.par.1. lib. 1.quest. 4.art.1. Garc.
de benefic.par.5.cap.9.num.44. Aug.
Barbosa de off.& pot.Episc.par.3.alle-
gat. 70. num. 8. Zecchius de benef. &
pens.cap.12.num. 2. & ratio est,quia
non potest quis dici patronus Ec-
2 clesiæ,quæ nondum est,& forte futu
ra non est.*cap. ad audientiam. il 2.*
de Eccles.ædific. & ibi gloss. in verbo,
3 *non possumus*: Ecclesia tamen, seu
Capella incepta ædificari, seu posito
primo lapide cum consensu ordina-
rij diœcesani statim etiam ante per-
fectionem videtur acquiri iuspat. li-
cet non eius exercitium, & effectus
stabilis procedet ex adimpletione, &
rei perfectione *Lambert. d. quest. 4.*
4 *art. 9.* si enim pœnituit, & reliquit
ædificium, non ei acquiritur iuspa-
tronatus,sed perficienti.*Paul.de cita-*
din.de iurep.par.3. causa prima quest.
14.*Garc.vbi sup.num.* 45.
5 Sciendum est attamé,quod si do-
tatetur Ecclesia in ipso limine fun-
dationis, vel post ante consecratio-
nem, vel ante perfectionem ædificij
adhuc tamen diceretur cadere exer-
citium iurispat. vt præsentetur re-
6 ctor saltem pro dicta dote admini-
stranda,licet non quoad alia, nam
Ecclesia incepta statim est capax do-
tis. *Lambert. d. art. 9. Garc. vbi sup.*
num.47. & 48. & siquis incepit, &
morte impeditus,vel alio iusto impe-
dimento destitisset,& alius perficiat,
perficienti acquiritur iuspat. ex su-
7 pradictis. Et si quis cæpit Ecclesiam
ædificare potest cogi, vt illam perfi-
ciat. *§. si quis autem voluerit. Auth.*
Ecclesiast. tit.c.nemo il primo de cons.
erat.dist. prima Lambert. vbi sup. art.
2. & tenetur quis ædificationem
8 prædictam complere intra quin-
quennium à die exordij si sit Eccle-
sia, si autem locus pius intra annum,
tam ipse,quam eius hæres. *§. si quis*
ædificatione.d. Auth. de Ecclesiast.tit.
vbi loquitur de hærede,qui cum sit
eadem persona cum defuncto, idem
de defuncto videtur dicendum, vel
hoc totum arbitrabitur Episcopus.
d.c.nemo,vbi gloss.verbo; donii gloss.
in cap.ad audientiam. il primo verbo,
honor. de Eccles. ædific. Lambert. vbi
sup.art.3. Idem est, si quis promittat
9 Ecclesiam construere,quia id imple-
re compellitur. *Lambert.vbi sup. art.*
4. potest autem quis compelli per
10 diœcesanum ex officio suo,vel potest
cogi actione in factum ab eo, cui fa-
cta est promissio,vel à quolibet de po
pulo fauore Ecclesiæ, quæ actio in
factum datur vbicũque æquitas sua-
det talem actionẽ dari, & vbi actio
non est expressa.*l.quia 11.& ibi Bart.*
ff.de præscript. verb. Lambert. art. 5.
vbi sup.& quamuis coactus quis Ec-
11 clesiam perficiat, tamen acquirit ius-
patronatus. *Lambert. art. 6. num.7.*
vbi sup. quamuis alij teneant hoc
casu talem non acquirere iuspat. Idẽ
12 est in hærede, qui ex iussu testatoris
tenetur fundare Ecclesiam, quamuis
enim talis hæres coactus illud fa-
ciat (prout ferè omnes hæredes fa-
cere solent, & ideo Philippus Decius
13 I.C.Excellentiss.in amplissimo Cam
po Sancto Pisarum sibi sepulchrum
viuens construi fecit, & in eius in-
scriptione posuit hæc verba, ne suis
hæredibus crederet, & vt negligen-
tię hæredum remedium adhiberet
14 *Sacrosanctum Conc.Trid.sess.22.cap.*
8.*de reformat.* constituit executores
omnium piarum dispositionum, tàm
in vltima voluntate, quam inter vi-
uos relictarum Reuerendiss. Episco-
pos tamquam ipsius Sedis Apostoli-
cæ delegatos, & quot hæredes sper-
nunt implere relicta à testatore, tàm
circa fundationem, & dotationem
beneficiorum, Altarium, & Capella-
rum, & de die in diem differunt, &
nihil adimplent, væ miseris, impiè se
gerunt vbi piè testatores disposue-
runt) tamen talis hæres coacte fa-
ciens acquirit iurispat. *Lambert. vbi*
sup.art.7. & ita fuit dictum in Au-
ximana iurispatronatus Veneris 26.
Aprilis 1613.*coram Illustriss.Cardin.*
Sacrato.sup.relata in cap. 1. huius li-
bri,& aliquãdo qui nec incepit, neq;

15 promisit ædificare Ecclesiam potest
cogi ad Ecclesiam ædificandam ex
causa necessitatis, vt in casu *cap. 3.
de Eccles. ædific.* vbi Alexander III.
Papa mandat Archiepiscopo eboracensi,
vt nouam Ecclesiam ædificet
in quadam villa, quæ nimium distabat
ab Ecclesia Parochiali, itaut tẽpore
hyemali cum pluuiæ inundant,
non poterant Parochiani sine magna
difficultate ipsam Ecclesiam
16 adire. aliquando enim Episcopus,
aliquando populus, interdum cutatus
cogi potest ad Ecclesiã ædificandam,
vt per *Lambert. vbi sup. art. 8.* &
per eos acquiritur iuspatronatus.
nunquam autem competit iuspa-
17 tronatus, nisi re perfecta, scilicet,
Ecclesia fundata constructa, &
dotata competenter, nam si dos non
sit competens, tunc iuspat. non dicitur
ex dotatione competere, sed ex
priuilegio. *Illustriss. D. Card. Mantica
decis. 320. num. 3.* etiam si sit consecrata,
quod & in Altari procedit, secus
in Hospitalibus, & aliis piis locis,
in quibus non cadit consecratio.
Lambert. art. 9. vbi sup. & potest ille,
18 qui fundat, construit, & dotat Ecclesiam,
reseruare sibi iuspat. & suis hæredibus,
& alteri extraneo de consen
su tamen Episcopi. *Lambert. vbi sup.*
19 *art. 10.* & si testator mandet construi
Ecclesiam per suum hæredem
intra certum tempus, aliàs sit priuatus
hæreditate, si intra dictum tempus
moriatur hæres, tenetur hæres hę
redis ad illam pænam. *Lambert. art.
11. vbi sup.* si autem testator leget
20 centum pro Ecclesia, vel Capella
construenda, & illa centum non sufficiant,
hæres non tenetur supplere,
sed illa centum conuerti possunt per
hæredem in alium pium vsum cum
consensu Episcopi. *Abb. in cap. nos
quidem. de testam. vbi num. 6. & 14.
de hoc distinguit. Lambert. art. 12.
vbi sup.*
21 Accedit, quod si testator mandet
Ecclesiam construi in testamento
imperfecto, voluntas illa est seruanda,
& venientes ab intestato ad hoc
tenentur, si id probari potest fauore
piæ causæ, *Bars. per illum textum in
l. in testamento. ff. de fideicomm. l. libertatib.
faciunt dicta per Felinum in cap.
cum venerabilis. col. 7. num. 27. de exceptionib.
tradit Lambertin. vbi sup.
22 art. 13.* si autem testator mandet per
hæredem construi Hospitale, hæres
vice illius non poterit construere
monasterium. *Cardin. in clemen. quia
contingit. quæst. 4. nu. 11. in princ. de
religios. domib. Lambertin. vbi sup.
23 art. 14.* & regulariter ædificans ecclesiam,
eandem dotare tenetur.
alioquin Episcopus permittens ædificari
sine dote de proprio obligare
tur ad dotandum. *cap. cum sicut. iuncta
gloss. in verbo, consecranda. de
consecrat. eccl. vel alt.* & antiqua
24 consuetudine seruatum fuit, vt versus
Orientem ecclesiæ ædificarẽtur.
de qua consuetudine testatur *Clemẽs
in 2. lib. Apost. const. cap. 61.* & *Durandus
in rationali lib. 1. cap. 4.* & *Cardin. Baron. Annal. Ecclesiast. tomo
primo Anno Domini 57. fol. 457. lit.
25 E.* Ecclesiæ autem ædificari non possunt
sine consensu Episcopi, qui locum
ædificationis assignat, Crucem
figit, lapidemq; primarium ponit. *d. c.
nemo Ecclesiam. de consecrat. dist. 1.*
& potest Episcopus impositionẽ primarij
lapidis alteri subdelegare *v
gloss. ind. c. nemo verbo veniat. Paulus
Piasecius in sua Praxi Episcopali par.
prima cap. 5. de consecrat. eccl. altar. &
parament. eccl. num. 1. & 2.*
26 Et est notandum, quòd hic capitur
Ecclesia materialiter, quę est domus
publica materialis, Episcopi
auctoritate fundata per primi lapidis
cruce signati impositionem, &
consecrata, seu benedicta, in qua fideles
conueniunt ad offerenda sacrificia,
Sacramenta percipienda,
Deumq; Summum Creatorem orãdum,
& benedicendum *Nic. gimont.
de grat. expect. cap. 1. num. 34. Alex.
peregrin. de immunitat. Eccl. cap. 1. n.
8.* & quia plerumq; nomen signati
at-

attribuitur signanti, & ideò ecclesia materialis spiritualem designat, tradit *Io. de Silua, de beneficijs. part. 1. quaest. 5. nu. 30. & seq.* etenim eccle-
28 sia spiritualis est triplex, nimirum triumphantium in Paradiso, purgantium in Purgatorio, & militantium in hoc mundo. & hoc nomen eccle-
29 sia est vocabulum Graecum, quod Latinè idem sonat, conuocatio, seu congregatio, *Abb. in rubr. nu. 2. de consecrat. ecclesia*, quia ecclesia omnes publicè vocat, & conuocat, & ecclesia, vox haec varias habet signifi-
30 cationes. vt obseruat *gloss. in c. cum clerici 19. de verb. signif.* in verbo, ecclesiae. & regulariter designat cógregationem Christifidelium. *c. ecclesia. de consecrat. distin. 1.* ecclesia igitur
31 materialis, quae constituit ipsum beneficium ecclesiasticum dicitur mater clerici. *c. ad Romanam 2. quaest. 6.* ideò clericus ecclesię tãquam matri debet honorificentiã, & gratitudinẽ,
32 & ideò qui contra ecclesiam, à qua beneficium habet pro extraneis sit aduocatus, seu procurator tamquam ingratus potest tali beneficio spoliari *capit. si clericus. de postulando. Specul. de aduoc. §. 1. num. 16. & 17.* Diaz. *in praxi crim. can. c. 65.*
33 cum ibi traditis à *Salcedo*. item ecclesia dicitur etiam vxor clerici *capit. sicut. 7. q. 1. & gloss. in cap. cum per bellicam. in verbo, in coniugiorum. 34. quaest. 2.* & ideò tanquam vxor debet habere dotem competentem, nam ecclesia sine dote nõ dicitur ecclesia. *Lamb. vbi sup. lib. 1. par. 1. quaest. 1. art. 2. d. cap. nemo 1. de cons. dist. 1.*
34 dicitur vero ecclesia sponsa beneficiati, quia ecclesia dicitur sponsa Christi, aequidem coniungitur in matrimonium Sacerdoti repraesentanti Christi personam. *Lamber. vbi sup. quaest. 5. artic. 1. num. 4.* & scias, quod omne beneficium ecclesiasti-
35 cum potest appellari ecclesia. *Anastasius Germonius in tract. de indultis S. R. E. Cardin. in §. regularia. num. 53.* non tamen è contra omnis
36 ecclesia potest dici beneficium ecclesiasticum, sunt enim aliquae ecclesiae, quae non conferuntur perpetuo, quod est contra naturam beneficij ecclesiastici, quod perpetuo debet conferri. *c. praecepta dist. 55. Calder. cons. 4. de praeb. de his vide Massobr. in praxi. hab. conc. ad vac. par. eccl. praelud. 1. à num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Dos sufficiens, & perpetua est ecclesiae assignanda.*
2 *Dos dicitur à dando.*
3 *Dos ecclesiae in immobilibus, & mobilibus consistere debet.*
4 *Dos si detur in mobilibus; ea vendantur, vt bona emantur.*
5 *Dos ecclesiae si detur à minore, nullum iudicis decretum requiritur.*
6 *Dos ecclesia constitui potest in re emphiteutica, seu feudali.*
7 *Dos ecclesiae non potest dari in vsufructu alicui relicto, nisi ex eo praciũ haberi possit.*
8 *Dos ecclesia, sicut mulieri constituitur.*
9 *Dos sponte, non coactè assignatur.*
10 *Dos quibus modis constituatur.*
11 *Dos ecclesia habet priuilegia dotis mulierum.*
12 *Dotis octo priuilegia, referuntur.*
13 *Dotare coactus debet restituere expensas litis facta super tali conctione.*
14 *Dos constitui debet ante constructionẽ ecclesia.*
15 *Episcopus antequam consentiat aedificationi ecclesia, debet dotis assignationem habere.*
16 *Episcopus consecrans eccesiam indotatam, eam dotare tenetur.*
17 *Dotis in assignatione requiritur diaecesani consensus.*
18 *Dotans insufficienter non efficitur patronus.*
19 *Dos si sit pinguis, potest dotans in limine fundationis aliquid reseruare.*
20 *Dans pro emenda dote pracium acquirit iuspatronatus.*

21 *Iuspatronatus acquiritur ex sola dotatione alij concurrentibus.*
22 *Dotatione sola aliquando acquiritur iuspatronatus.*
23 *Episcopus de bonis ecclesiæ suæ aliam ecclesiam dotare potest.*
24 *Clericus si construat ecclesiam in suo fundo, & dotes de bonis sua ecclesiæ, ambo fiunt patroni.*
25 *Fundans, & construens cogi possunt dotare ecclesiam.*
26 *Patronus qui tenetur dotare si non sit solvendo quis pro eo teneatur.*
27 *Altare, seu Capellam construens cogitur etiam dotare.*
28 Dos *sufficiens assignari debet ecclesiæ.*
29 D*os competens ecclesiarum Cathedralium, parochialium, simplicium, Capellarum, & similium quæ sit.*
30 *Dos sufficiens, & competens quæ.*
31 D*os ecclesiæ cathedralis talis, quæ in quatuor partes diuidi possit.*
32 D*os ecclesiæ collegiatæ quæ sit competens.*
33 R*egularium monasteria mendicantium erigi debent, vbi eleemosinis ali possint.*
34 D*os ecclesiæ parochialis quæ sit.*
35 D*os ecclesiæ simplicis quæ sit.*
36 D*os Capellæ, seu Altaris quæ sit.*
37 *Altari seruiens de Altare viuere debet.*
38 D*iœcesanus debet examinare de dotis sufficientia.*
39 *Ecclesiæ præter dotem aliquod assignatur pro fabrica ecclesiæ.*
40 *Pisana Primatialis ecclesia habet redditus distinctos pro Archiepiscopo, Capitulo, Capellanis, Seminario, & opera, seu fabrica.*
41 *Vrbeuetanæ ecclesiæ fabrica.*

Quæ dos ecclesiæ assignanda sit, & quando tradi debeat.

CAPVT QVARTVM.

1 OS de necessitate debet assignari ecclesiæ, vel pio loco sufficiens, & perpetua, quæ tradi debet in limine fundationis, & acquisitionis iurispatronatus. *c. nemo. il. 1. de consecrat. dist.* 1. *Zecchius. de benefic. & pension. cap.* 12. *num.* 3. quæ dos dicitur à dando,
2 quia communiter datur, & ecclesiæ datur (quamuis dos in alijs casibus constituatur) propter onera matrimonij spiritualis supportanda, idest, datur ecclesiæ dos ad custodiendum ipsam, ad luminaria, & ad dicendum Diuina officia. *d. c. nemo.* & tradit latè *Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *parte* 1. *quæst.* 5. *art.* 1. & quamuis in matrimonio carnali dos possit consistere tam in bonis mobilibus, quam
3 immobilibus, tamen dos ecclesiæ partim debet cōsistere in bonis mobilibus, vt sunt illa, quæ sunt necessaria pro ecclesia, scilicet, sacerdotum vestes, ornamenta Altaris, Calices, Patenæ, Cruces, & alia, quæ requiruntur de necessitate, vt per *Doct. in d. c. nemo. & in c. placuit.* 1. *quæst.* 2. & partim debet dicta dos consistere in bonis immobilibus, vt ex illorum fructibus Sacerdotes, & rectores possint sustentari, cum dos danda sit pro clericorum ibi seruientium sustentatione; possunt bene dari pro dote mobilia, vt illis venditis
4 ex precio emantur immobilia. *Lambert. art.* 2. *vbi sup.* quæ dos si à minore pubere tamen ecclesiæ datur,
5 nullum requiritur decretum Iudicis, etiam quod cōsistat in bonis immobilibus, siue fiat inter viuos, siue in vltima voluntate, præsertim cum in tali datione dotis sit necessarius cōsen-

sensus Diœcesani, qui tanquam Iu-
dex ordinarius consentiendo suum
videtur aliquo modo decretum in-
terponere. *Lambert. vbi sup. art. 3.*
6 dos autem constitui potest etiam in
re emphitheutica, seu feudali, dum-
modo dominus directus etiam remit
tat dominium, quo casu vterque, &
vtilis, & directus dominus erit pa-
tronus, vel potest dari res emphiteu-
tica pro dote etiam sine consensu do-
mini directi cum hoc, vt vendatur
vtile dominium, & de præcio eman-
tur alia bona. *Lambert. vbi sup. ar. 4.*
& art. 6. non potest autem dicta dos
7 cōstitui in vsufructu, qui multis mo-
dis extinguitur, vt habetur in *tit. de*
vsufruct. in Instit. & dos debet es-
se perpetua. si vero aliquod præcium
dicti vsufructus haberi possit, vt ex
illo emantur pro dote aliqua bona,
valet. *Lambert. vbi sup. art. 5.* Dos
8 verò ecclesiæ ferè eisdem modis
constituitur, quibus mulieri consti-
tuitur propter omnimodam simili-
9 tudinem; constituitur autem dos
ex voluntate, quando quis sponte
dat dotem, vel quandò eam dat ex
necessitate, vt quia ecclesiam fun-
dauit, & construxit, quo casu cogi-
tur eam dotare, & dicta dos con-
10 stituitur pollicitatione, stipulatione,
traditione, & delegatione debitoris,
& aliter, vt per *Lambert. vbi supra*
11 *art. 7.* Dos autem quæ ecclesiæ con-
stituitur, fruitur eisdem priuilegijs,
quibus dos mulierum, & etiam ma-
ioribus.
12 Primum priuilegium est, quia
sicut pater cogitur dotare filiam,
& etiam iudæus filiam Christianam,
ita qui fundauit ecclesiam licet esset
iudæus tenetur eam dotare sufficien-
ter.
Secundum priuilegium. qui pro-
misit dotem siue masculus, siue fæ-
mina, eam dare tenetur, nulloque
beneficio iuuari potest.
Tertium priuilegium. dos pro-
missa ecclesiæ peti potest certi con-
dictione.

Quartum priuilegium, quia ec-
clesia pro dote præfertur in hypo-
theca cuicunq. creditori.
Quintum priuilegium. pro tali
dote fingitur actio ex stipulatu pro
maiori vtilitate.
Sextum priuilegium. pro dote
inducitur tacita hypotheca bonorū
ipsius dantis etiam pro euictione.
Septimum priuilegium. bona
minoris etiam immobilia vendi pos-
sunt pro dicta dote.
Octauum priuilegium. dos præ-
fertur omnibus creditoribus tàm in
in actione reali, quàm personali etiā
prioribus tempore, & habentibus ta-
citam hypothæcam in bonis, & tri-
ginta septem priuilegia dotis cum
multis illationibus ponit *Lambert.*
art. 8. vbi sup. si autem quis coactus
13 sit dotare, debebit etiam expensas
litis factæ super tali dote restituere
Prælato agenti, si fuit in expensis
condemnatus, vel si nullum adsit
remedium, Prælatus recuperabit ex-
pensas ex fructibus bonorum in do-
tem datorum, ne dos diminuatur.
Lambert. art. 9. vbi supra.
14 Dos itaque constitui debet ante
constructionem ecclesiæ. *d. c. nemo.*
de consec. dist. 1. gloss. in cap. cum
sicut in verbo, consecranda. *& ibi*
Abb. de consecrat. eccl. vel alt. &
15 Episcopus antequam præstet con-
sensum super ecclesiæ ædificatione,
debet ex necessitate requirere, quod
fundans assignet cum effectu suffi-
cientem dotem pro ipsa ecclesia
16 per publicum instrumentum, & si
Episcopus ecclesiam consecret non
accepta dote, de suo eam dotare
tenetur *d. capit. cum sicut. Lambert.*
art. 10. vbi sup. in cuius dotis datio-
ne, & assignatione requiritur Diœ-
17 cesani cōsensus, sicut in fundatione,
& constructione, qui diœcesanus an-
tea qualitates dotantis exquirat, &
quomodo velit dotem constituere,
& an sit dos congrua, & sufficiens,
aliàs si dos sit insufficiens taliter do-
18 tans non acquireret iuspatronatus,
sed

sed dos libere remaneret ipsius ecclesiæ. *Io. Andr. in cap. nobis. col.* 1. *de iurepat.* **Lambert.** *art.* 11. *vbi supra.* & quod dans dotem insufficientem non acquirat iuspatr. probatur in *d. c. nemo.* & dicit *Abb. in rubrica de iurepat. circa finem.* **Lambert.** *vbi sup. art.* 12. & si in datione dictæ dotis insufficientis consenserit Diæcesanus, attamen taliter dotans non acquirit iuspatron. secundum vnam opinionem, sed secundum aliam opinionem acquiritur dotanti iuspatronat. sed ab eo peti poterit supplementum. *Lambert. vbi supra art.* 3.

19 & si sit dos exuberans, potest dotans de consensu Diœcesani in limine fundationis sibi censum reseruare, vel aliquod seruitium. *cap. praterea. il* 2. *de iurepat. vbi gloss. in verbo, à locorum Episcopis.* & qui

20 dat præcium pro emenda dote acquirit iuspatronat. si accedat consensus Diæcesani. *Io. Andr. d. capit. nobis, vbi sup.* qui enim vtitur præcio, intelligitur vti re principali. *l. quia qui præcio ff. de vsufructu.* **Lambert.** *vbi sup. art.* 14. & ex sola dotatione

21 acquiritur iuspatronatus ipsi dotanti concurrente simul fundatione, & constructione ecclesiæ, vel si ad Altare iam fundatum, & dotatum cōstituatur alius Capellanus nouus, eidem sufficientem dotem assignan-

22 do, ex tali sola dotatione de consuetudine dotanti acquiritur totum iuspatr. in eo casu. *Lambert. vbi supra art.* 15. quæ omnia procedunt, si interueniat Diæcesani consensus, & non aliter. & *dixi sup. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 59.

23 Potest autem Episcopus dotare aliam ecclesiam, vel Capellam de bonis propriæ ecclesiæ secundum declarationem *text. in cap. Apostolica. vbi Doct. de donationibus.* **Lambert.** *vbi supra art.* 16. & in casu necessitatis si parochialis ecclesia sit à populo distans, potest alia commoditati populi ædificari, & dotari de bonis ecclesiæ parochialis, si id commode fieri possit ita habetur in

24 *cap.* 3. *de eccles. ædific.* si vero clericus in suo fundo construxerit ecclesiam, eamq. dotauerit de pecunia alterius suæ ecclesiæ, ambo erunt patroni, ille ratione fundi, ecclesia ratione dotis per notat. in *d. cap.* 3. *de eccl. ædific.* **Lambert.** *art.* 17. *vbi supra.*

25 Et quamuis regulariter in principio constructionis debeat dos assignari, attamen si quis sine dote ecclesiam fundauit, & construxit cogi potest eam dotare. *d. c. nemo.* Et dato, quod ecclesia sit constructa sine dote, tamen constructor potest directè compelli officio Iudicis ecclesiastici, & aliter ad eam dotandam. *Abb. in d. cap. cum sicut. num.* 3. *de consec. eccl. vel alt.* potest etiam indirectè cōpelli, scilicet, quod non consecretur ecclesia, nisi prius data dote, si autem sit fundata, & consecrata, non tamen dotata, & tunc similiter patronus qui fundauit cogi po-

26 test pro dote, & eius supplemento; si autem eo casu patronus, vel eius hæres non est soluendo, sed tempore consecrationis fuit cautè prouisū per instrumentum, & tunc ille tenetur, cuius culpa non fuit dos erecta, si vero non fuit cautè prouisum, tunc tenetur consecrator, dummodo id fiat sine ænormi læsione ecclesiæ, & fiat de bonis patrimonialibus Consecratoris, vel de fructibus suę ecclesiæ. *Lambert. art.* 18. *vbi supra.*

27 idem procedit in Capella, vel Altare, si enim construatur Capella, vel Altare, constructor tenetur, & compellitur etiam ad assignandam congruam dotem, & sufficientem. *ita Lambert. vbi supra art.* 8. *nu.* 7. *versiculo sublatis igitur.* nisi altare fieret duntaxat ad ornatum ecclesiæ; & licet coactus quis dotet, attamen acquirit iuspatronatus vt dixi supra *hoc secundo lib. cap.* 3. *num.* 6. quamuis non desit, qui dicat non acquiri iuspatronatus ex dotatione facta ex necessitate, & coactè, non voluntariè,

tariè, vt per *Rotam decis. 167. nu. 5. & 6. par. 2. in nouiss. Annotat. ad Ludouisium, qui fuit Gregorius XV. Summus Pontifex fel. record. decis. 397. num. 5. vide Aug. Barbosam de off. & pot. Episc. par. 3. alleg. 70. nu. 9. & 10. & Garciam de benefic. par. 5. cap. 9. nu. 52. & 53.* Et est notandū,
28 quod non sufficit ecclesiam fundare, construere, & dotare, sed opus est eam competenter, & sufficienter dotare, vt dicitur in *d. c. nemo de consec. dist. 1.* vbi dicitur, quod nullus ædificet ecclesiam, nisi ante assignet dotem, quæ sufficiat ad luminaria, ad custodiam, & ad dispendia custodum, & quod dos debeat esse sufficiens est *text. in c. placuit. 1. q. 2.* & de hoc latè pertractat *Lambert. vbi sup. art. 21.* vbi *nu. 12. & seqq.*
29 ponit octo casus, in quibus apparet, quando, & qualiter dos dicatur, & sit competens, & sufficiens, vbi ponendo dictus casus, dicit, quæ sit dos competens ecclesiarum cathedralium, parochialium, simplicium, capellarum, & similium; & isti omnes tam fundans, quàm construens, & dotans ecclesiam sunt æqualiter patroni. vt latè per *Lambert. vbi sup. art. 22. versic. in contrarium tamen faciunt. num. 1.* & supra dictum est.
30 Vt autem melius liqueat, quæ sit dos competens, & sufficiens cum *Lambert. d. art. 21. cum Abb. in cons. 57. nu. 3. par. 1. cum Io. Aloysio Riccio in praxi rerum fori ecclesi. decis. 181.* & nouissimè per *Maffobr. in praxi hab. conc. ad vac paroch. eccl. prælud. 7 dub. 14.* constituendi sunt infrascripti casus.
31 Primus est casus in dotatione ecclesiæ cathedralis, quæ tot debet pro dote habere bona ita quadripartita, videlicet. prima pars sit pro alimentis habentium in ea dignitates, canonicatus, & pro alijs clericis. secunda pars pro alimentis Episcopi, suæq. familiæ. tertia pars pro pauperibus. quarta pars pro fabrica ecclesiæ. *c. Episcopus. & seq. 12. q. 2.* hodie autem ex decreto *Conc. Trid. sess. 24. cap. 13. de reform.* congrua pro solo Episcopo est scutorum mille, & pro parocho scut. centum illarum partium, vbi sunt ecclesiæ. *Ludouisius decis. 507. nu. 6.*
32 Secundus est casus in monasterio, vel ecclesia collegiata, & tunc tot debent habere reditus, quot sufficiant pro monachis, vel Canonicis, ac alijs ministris necessarijs, & vt possit seruari hospitalitas, & iura
33 Episcopalia solui, in monasterijs autem regularium mendicantium, & eorum qui nequeunt bona immobilia possidere nulli redditus desiderantur, sed is numerus religiosorum constituitur, qui verisimiliter secundum loci qualitatem ex piorum eleemosynis sustentari valeat.
34 Tertius est casus in ecclesia parochiali, si cura animarum sit in collegiata, assignatur congrua pro curato, quæ dependet ex quantitate redituum, qualitate personarum, & loci. si cura animarum sit in simplici ecclesia parochiali, tunc tot reditus requiruntur pro ea, qui sufficiant pro rectore, & vno ministro, necnon pro hospitalitate seruanda, & procuratione visitatorum, & Episcopalium iurium solutione; & in *Concil. Trid. sup. alleg.* saltem scut. centum pro parocho deberet esse.
35 Quartus est casus in ecclesia simplici & sine cura, & tunc tot debet habere reditus, quot sufficiant pro sustentatione rectoris & vnius clerici addictorum seruitio ipsius ecclesiæ, & ad ornatum, custodiam, & luminaria.
36 Quintus est casus in capellis, & altaribus in aliqua ecclesia existentibus. quæ si ordinata sunt, vt proprium rectorem habeant, & tunc reditus esse debent sufficientes pro ipso rectore, & pro satisfaciendo oneribus, vel debent habere reditus æquales aliorum beneficiorum ibidem existentium. *Abb. d. cons. 57. nu. 3.*

37 *nu.* 3. & ratio prædictorum est, quia qui altari seruit, de altari viuere debet. *cap. cum secundum. de preb. c. sacerdos. vers. qui in sacrario.* 1.*q.*2. nemo enim cogitur suis stipendijs militare. *cap. de monachis. cum ibi*
38 *not. de preb.* & ad diœcesanum spectat examinare de quantitate dotis sufficientis in supradictis omnibus casibus. *Calder. cons.* 20. *de iurep. Lambert.d.art.*21.*nu.*20. optimè au-
39 tem prouidetur ecclesiæ, si vltra dotem pro clericis, & ministris, pro fabrica ecclesiæ aliquid certum con-
40 stituitur, vt est in primatiali ecclesia Pisana, in qua adest mensa Archiepiscopi reditus annui scut. ferè decem millium.

Mensa Capituli cum suo reditu. Massa Capellanorum cum suo annuo reditu.

Seminarium cũ suo reditu, quod de nouo erectum est hoc anno 1626. ex pietate, & liberalitate Illustrissimi, & Reuerendiss. D. Iuliani Medices Archiepiscopi Pisani, qui in d. Seminariũ 12. clericos immisit, vbi aluntur, & literis dant operam, adest opera, quæ alibi vocatur fabrica, quæ haber annuos reditus scutorum ferè sex millium, & honorificè, & magnificè per Dominum operarium, (qui de Nobilibus ciuitatis Pisanæ eligitur, & nunc est Illustr. D. Curtius Ceulus) expenduntur tam pro conseruatione, & reparatione ipsius ecclesiæ, quàm ecclesiæ S. Ioannis Baptistæ, Campi sancti, & Campanarum, pro Sacristia, sacris vestibus, & sacta supellectile, pro sacris imaginibus, vasis argenteis multis factis pro includẽdis Sanctorum reliquijs, sex candelabris argenteis cum cruce pro altare, sex alijs candelabris magnis argenteis magnæ altitudinis ante altate, tribus lampadibus magnis, & pulcherrimis argenteis ante d. altare ardentibus. & adsunt magna impensa factæ, mirabiliq. attificio portæ tres nouæ ex ære figuratæ, & magnificæ, & vna antiqua ex ære. in dictoq. altari maiore adest Sanctissimi IESV CHRISTI Domini Nostri Redemptoris Crucifixi imago ex ære confecta, & in lateribus duo Angeli similes tenentes in manibus candelabra, opus insignis viri Ioannis Bolognæ. ita adest ma-
41 gnifica fabrica insignis Cathedralis ecclesiæ Vrbis veteris, quæ habet magnos reditus, & ipsam ecclesiam speciosissimam reddit; ita conseruantur ecclesiæ, si pro earumdem conseruatione, restauratione, & reparatione certi reditus constituuntur, aliàs labuntur, & destruuntur, vt sæpè hisce temporibus accidisse videmus.

SVMMARIVM.

1 *Dotans ecclesiam indotatam cum Ordinarij consensu, fit patronus.*
2 *Ditans ecclesiam cum primo dotante fit patronus.*
3 *Benefactor dicitur tradens aliquid ecclesiæ iam dotatæ, & non fit patronus.*
4 *Iuspatronat. plurib. modis acquiritur.*
5 *Reædificans ecclesiam funditus destructam fit patronus.*
6 *Ecclesia tunc dicitur destructa, quando reædificata est consecranda.*
7 *Patronus antiquus ratione dotis est patronus etiam ecclesiæ reædificatæ.*
8 *Idem est in patrono ratione fundi si ibidem reædificetur.*
9 *Sed quid in patrono antiquo ratione constructionis.*
10 *Patronus Monasterij non fit patronus alterius monasterij, quod primo vnitur.*
11 *Redotans ecclesiam acquirit iuspatronatus.*
12 *Supplens autem dotem non acquirit iuspatronatus.*
13 *Disposita in fundante, construente, & dotante procedunt in refundante, reædificante, & redotante.*
14 *Dotans de nouo altare, vel aliud in ecclesia iam perfecta in totum fit patronus.*

Iuspa-

15 *Iuspatronatus competens ex priuilegio est sublatum.*

16 *Iuspatronatus competens ex priuilegio, sed ex causa onerosa non est sublatum.*

17 *Iuspatronatus competens ex augmento dotis subycitur reuisioni.*

18 *Iuspatronatus competens ex aucta dote, sed non pro medietate, est sublatum.*

19 *Iuspatronatus ob augumentum tertiæ partis nil prodest.*

20 *Dotem augens ad medietatem acquirit iuspatronatus, si id exprimat.*

21 *Patronus non priuatur possessione, dũ per ordinarium reuidetur iuspatronatus.*

22 *Iuspatronatus non potest competere ex Episcopi priuilegio.*

23 *Possessio centenaria non prodest quando constat de inualido priuilegio.*

24 *Episcopus non potest concedere iuspat. super ecclesia libera.*

25 *Ecclesia gaudet priuilegijs fisci, militum alimentorum, dotis, pupillorum, reipub. & iure imperij.*

26 *Merum, & mixtum imperium an transeat in ecclesiam ex donatione castri ei facta.*

27 *Princeps potest alienare ciuitates, & regalia, dando ecclesiæ.*

28 *Bona ecclesiæ reuersa quando dicantur effecta de mensa.*

29 *Prælatus nouus non tenetur soluere releuium pro feudo.*

30 *Solita infeudari quando dicantur, & ex quot concessionibus, & tunc quando consensus apostolicus præsumatur.*

31 *Dominus directus potest donare feudum ecclesiæ in præiudicium vasalli, non autem vasallus.*

32 *Legitimatus ad beneficia ecclesiastica non censetur legitimatus ad feuda.*

33 *Decimæ non possunt concedi in feudum, nisi ex Papæ priuilegio.*

34 *Ecclesia destructa de Papæ assensu, feudum eius euanescit, secus si ex bello destructa sit.*

35 *Prælatus quando possit infeudare alij rem adhuc non reuersam, & non tenetur inuestire consanguineos defuncti.*

36 *Ecclesia decepta in feudi concessione habet priuilegium. l. 2. C. de resc. vendit.*

37 *Feudum ecclesiæ 40. annis præscribitur, & per solam inuestituram transit in ecclesia.*

38 *Locatio perpetua quando censeatur contracta.*

39 *Ecclesiastica bona possunt emphiteuticari aliquando cum diminutione sextæ partis.*

40 *Pensio vera quæ dicatur in ecclesiastica emphiteusi, vt ecclesia non dicatur læsa.*

41 *Emphiteusi concessa pro se, & persona nominanda, quid agendum, & quid si persona nominata obierit.*

42 *Emphiteusis recepta pro se filijs, &c. intelligitur ordine successiuo.*

43 *Emphiteusis an finiatur, si vnus ex comprehensis non soluerit canonem.*

44 *Emphiteuta alienans partem rei non cadit à toto, & in ea habet locum ius accrescendi.*

45 *Ecclesiæ datur restitutio aduersus præscriptionem 30. vel 40 ann., quæ restitutio semper competit data iusta ignorantia.*

46 *Ecclesia quando restituatur contra præscriptionem centenariam.*

47 *Quadriennium ad petendam restitutionem non currit ignoranti.*

48 *Ecclesia restituitur semper, quando læsio est enormissima, & aduersus alienationem factam cum decreto Commissarij.*

49 *Legatum factum ecclesiæ pro celebratione missarum annuatim cum pacto resolutiuo, quomodo intelligatur & tria requiruntur.*

50 *Mora purgari potest, vbi est pœna adiecta, & incerta dies.*

51 *Donatio facta ecclesiæ sub modo reuocari nequit. & tunc modus adiectus censetur causa impulsiua.*

52 *Procurator ecclesiæ non potest vendere, & habere fidem de pretio.*

53 *Hipotheca tacita in bonis construentis eccle-*

ecclesiā inducitur pro dote ecclesiæ.
54 Et in bonis Prælati malè administrantis.
55 Priuilegia dotium competunt doti ecclesiæ.
56 Ecclesiæ non obligatur ex mutuo, & quando.
57 Dominium transfertur in ecclesiam sine traditione.
58 Prælatus non potest mutuam dare pecuniam ecclesiæ.
59 Ecclesia habetur loco filij.
60 Legatum factum filiæ maius si nupserit, ei debetur si fiat religiosa.
61 Donatio facta ecclesiæ absenti non potest reuocari etiam ante acceptationem.
62 Ecclesiæ si legetur calix intelligitur de aureo, & quando.
63 Ecclesiæ priuilegium non perditur per non vsum.
64 Priuilegium à Principe concessum ecclesiæ reuocari non potest.
65 Ecclesia hærede instituta, & vxore relicta vsufructuaria, vxor ali debet.
66 Ecclesia relicta vsufructuaria, & filio hærede instituto, filio legitima cum fructu debetur.
67 Ecclesia vulgariter substituta per tacitam pupillarem excludit matrem.
68 Anima cunctis rebus est præferenda.
69 Filius per tacitam pupillarem excludit matrem.
70 Ecclesia gaudet priuilegio l. 2. C. de repud. hæredit.
71 Legata facta ecclesiæ diminuunt legitimam filij.
72 Si testator mandet solui debitū, quando debeat solui, etiamsi sit præscriptum.
73 Confessio facta pro exoneratione conscientiæ probat debitum, & quando.
74 Confessio quando in testamento habeat vim legati.
75 Confessio facta de vsuris reuocari non potest.
76 Ecclesia si construi debet in fundo, non censetur donatus totus fundus.
77 Ecclesiæ fauore tenetur quis contra se arma edere.
78 Hipotheca tacita fauore animæ inducitur in bonis debentis restituere ablata.
79 Ecclesiæ fauore seruanda est æquitas, non rigor.
80 Ecclesiæ si fiat legatū mobilium quid comprehendat.
81 Ecclesia si recipiat feudum in pignus à vasallo quando non computat fructus in sortem.
82 Legata pecunia pro missis celebrandis, si augeatur eleemosyna, quid agendum.
83 Sententia lata contra ecclesiam indefensam nulla est.
84 Ecclesiæ fauore, amisso instrumento testes non periti possunt examinari.
85 Legatum ecclesiæ relictum ab hærede vno, potest ab alijs peti.
86 Ecclesiæ fauore valet pactum futuræ successionis.
87 Ecclesiæ re aliena legata scienter, non debetur æstimatio.
88 Donatio non præsumitur in ecclesia ex taciturnitate, & redditione rationum.
89 Ecclesiæ fauore potest quis perpetuo locare operas suas.
90 Filio non debetur legitima in bonis patris viuentis effecti religiosi.
91 Ecclesiæ succurritur, si dominus non colit agrum, vt decimam non soluat.
92 Clericus quando teneatur ecclesiam reparare.
93 Ecclesiæ acquiritur per alluuionem.
94 Ecclesiæ fauore, si filia in fauorem fratrum cessit bonis paternis, eis defunctis, potest repetere.
95 Et si sit facta monialis, succedit monasterium.
96 Ecclesiæ si legetur cum certo onere missarum, auctare, an augeatur missarum numerus.
97 Ecclesia secularis facit deficere conditionem, & si sine liberis decesserit.
98 Ecclesia si construenda est post mortem substitutorum, omnium mors attendi debet.
99 Ecclesia non potest exigere pœnam conuen-

conuentionalem vltra interesse.

100 *Ecclesia potest exigere pœnas legales.*

101 *Ecclesiæ construendæ si dos legetur, quando debeatur.*

102 *Filij in conditione positi, fauore ecclesiæ censentur positi in dispositione.*

103 *Fideicommissum vniuersale trăsit ipso iure in ecclesiam.*

104 *Ecclesiis pro ædificanda quando quis cogatur vendere rem suam.*

105 *Donatio omnium bonorum facta ecclesiæ reuocatur per superuenientiam liberorum.*

106 *Ecclesia victa in lite non condemnatur in expensis.*

107 *Prælatus per constitutum non transfert possessionem rerum ecclesiæ.*

108 *Filius detrahit duas quartas, sed non ex fideicommisso ad pias causas.*

109 *Donatio facta ecclesiæ non reuocatur ob ingratitudinem.*

110 *Ecclesia potest agere sine cessione.*

111 *Donatio omnium bonorum facta ecclesiæ valet.*

112 *Appellatio à præcepto de residendo non datur.*

113 *Promissio facta ecclesiæ non redditur nulla ob incertitudinem.*

114 *Ecclesiæ etiam regularium incapacium legari potest.*

115 *Sindicus Apostolicus pro regularibus incapacibus est medium habile ad acquirendum.*

116 *Vsusfructus legatus ecclesiæ durat centum annis, secus in annuis legatis.*

117 *Bona alienari prohibita à testatore, post quartum gradum alienari possunt.*

118 *Ecclesia potest construi super fundo subiecto fideicommisso.*

119 *Minor potest fundare ecclesiam sine decreto iudicis, ita & mulier, & mandatum de ecclesia construenda non potest reuocari.*

120 *Legata res ecclesiæ si alienetur non censetur extinctum legatum.*

121 *Bona dotantis ecclesiam sunt hypothecata pro euictione.*

122 *Comes fundans ecclesiă, & acquirens iuspat. priuata persona reputatur.*

123 *Ecclesiæ necessitas præfertur egestati patroni.*

124 *Ecclesia possidens pro dote sibi legata, lucratur fructus.*

126 *Episcopus si expendat in ædificatione ecclesiæ plus quam reliquit testator, an possit illud exigere.*

127 *Legatum factum ecclesiæ in testamento imperfecto quando debeatur.*

128 *Thesaurus inuentus in loco ecclesiæ, ipsius ecclesiæ est.*

129 *Transactio facta cum ecclesia quando sit inualida.*

130 *Legatum factum ecclesiis alicuius Ciuitatis, non continet ecclesias post constructas.*

131 *Literæ Apostolicæ super beneficio vacaturo non comprehendunt beneficium postea erectum.*

132 *Legatum factum ecclesiæ parochiali debetur ei, in qua moritur testator.*

133 *Legatum factum Canonicis non censetur factum ecclesiæ.*

134 *Falcidia, quæ non detrahitur de legato facto ecclesiæ, an detrahatur de legato alteri facto, & distinguuntur tres casus.*

135 *Ecclesia si rem emat, quando valeat pactum super hypotheca.*

136 *Ecclesia si petit restitutionem contra tres conformes, impedit earum executionem.*

137 *Ecclesia quando petitur, dicitur iudicium vniuersale.*

138 *Libellus generalis recipitur regulariter.*

139 *Ecclesiæ ob necessitatem potest quis ordinari ad titulum alterius.*

140 *In causa beneficiali non defertur iuramentum suppletorium.*

141 *Ecclesiæ prædiolum quando alienari possit.*

142 *Ecclesia quando non restituatur aduersus licitationem.*

143 *Ecclesiæ fauore in contractibus innominatis non est locus pœnitentiæ.*

144 *Ecclesia præfertur possessori, & in eă transfert onus probandi.*

145 *Ecclesiæ fauore tempus est modus inducendæ obligationis.*

146 *Indebitum ecclesiæ solutum non repetitur, & quando.*

147 *Legatum relictum piæ causæ sub conditione mixta quando debeatur, item quando deficit conditio potestatiua.*

Ecclesia indotata, si dotetur, an dotans tunc efficiatur patronus, & de ecclesiæ priuilegijs.

CAPVT QVINTVM.

1 OTANS Ecclesiam fundatam, & constructam sine dote repertam, de consensu diæcesani in ea acquirit iuspatronatus; & si ecclesia sit fundata, constructa, & consecrata, sed indotata, si dotetur cũ dicto consensu, dotans fit patronus, dummodo dotans det sua bona ecclesiæ titulo dotis, nõ simplicis donationis, dũmodo etiã ille, qui fundauit, & cõstruxit, id permittat, vel is, qui eam cõsecrauit non sit soluendo, & hæc procedunt, quando nunquam dos aliqua fuit ecclesiæ assignata. & de his latè *Lambertin. de iurepat. lib. 1. par. 1. quæst. 6. art. 1. nu. 5. & seqq.* vt fuit dictum in Lucana Decanatus. 8. Iunij 1576. *coram Clemente Octauo sel. rec.* sub his verbis. domini dixerunt subesse hic plures difficultates. prima est, an versemur in prima vel secunda parte reg. Adriani. secunda, an simus in iurepat. ex dotatione, vel ex eo, quia cum dote duorum millium à dominis Gilijs datorum, vt Collegiata de nouo erigatur, vel ex eo, quia tale augumentum fuit omnino necessarium. tertia, an verba d. regulæ applicentur huic casui, ex quo ea videtur præsupponere, beneficia, ad quæ fuerant concessa iurapatronatus, quæ Papa reuocare intendit, antea præstitisse, non autem præsupponere videtur ea tunc oriri, & creari simul cum hac seruitute iurispatr. & quoad

& quoad primam, nihil firmatum fuit, licet aliquibus ex dominis videretur, quod cum Decanatus in collegiata sit dignitas electiua. *Abb. in c. cum venerabilis. num. 45. de except. Caßad. dec. 22. de præb. in fi.* versarentur consequenter in prima, non autem in secunda parte.

Quo vero ad secundam difficultatem, similiter nihil firmare potui, licet nonnullis ex dominis hoc fundamentum videretur pati, magnam difficultatem, nam licèt dotans ecclesiam iam ædificatam de iure communi acquirat iuspat. hoc tamen intelligitur de ecclesia prorsus indotata. & ita loquitur *Rocch. de iurepatronat. in. verbo. & dotauit. q. 2. & Abb. cons. 28. lib. 2.* quod adeò verum est, quod, & si dos esset depauperata si tamen in totum sublata non esset, illam supplens non efficeretur patronus. *Rocch. vbi supra quæst. 3.* vbi in specie reprobat. opin. & *Host. & Abb.* Vnde cum ambę ecclesię, ex quibus erecta fuit collegiata haberent reditus notabilis quantitatis, non poterant dici indotatæ. & addebant aliqui ex Dominis ex eo etiam demonstrari hoc iuspatr. esse merè ex priuilegio, quia dos hæc fuit pro maxima parte assignata ex redditibus aliorum beneficiorum, quo casu nec Episcopus potest iuspat. ex hac causa concedere. vt post *Innoc. Io. Andr. Imol. & alios tradit Rocch. in d. verb. & dotauit. quæst. 16. circa finem.* & quamuis illa duo millia, quæ erogarunt isti domini Gilij, essent data in dotem collegiatæ, cum tamen non esset congrua dos pro erigenda tali collegiata, ex huiusmodi dote de iure communi non potest queri iuspat. *Rocch. vbi sup. quæst. 8. & 9.* quod autem hoc augumentum fuerit necessarium, & propterea locum non habeat regula, vt per *Put. dec. 331. in vna concben. Accbill. dec. 13. de reg. cancell.* patitur etiam difficultatem, quia non videtur posse considerari necessitas, cum iam istæ ecclesiæ essēt in rerum natura cū suis dotibus, & id, quod dicitur, cum dote necessaria, videtur procedere, quando ecclesia deducitur de non esse ad esse. *Rocch. vbi supra quæst. 6. versicul. non est.* vel quando ecclesia, quæ nunc reperitur constructa, amisit dotem totaliter, vel ab initio fuit indotata. *Rocch. vbi supra versic. si autem, & tertio.*

Quo autem ad tertiam difficultatem, ad quam domini dixerunt, quod me restringerem, aliquibus ex dominis videbatur fundamentum magnæ considerationis. aliqui verò considerabant contra hoc fundamētum, quod hic non deducitur ecclesiam de non esse ad esse; Licet de regulari fiat secularis, & erigatur in collegiatam. negari enim non potest, quin' existeret ecclesia, eaq. considerabiles redditus haberet, & consequenter non videtur posse dici, quod ecclesia deducatur ad esse, sed potius mutari videtur status beneficij, & forma seruitij in ecclesia. & licet particularia beneficia in dicta ecclesia de nouo creari videantur, non tamen deducuntur in esse ex nō præexistenti, sed ex iam præexistente ecclesia notabiles fructus habent, quos per huiusmodi suppressiones non amittunt, alioquin cum regula velit reuocare omnia iura patronatus ex priuilegio non auctis fructibus vsque ad medietatem durum videbatur aliquibus ex dominis, quod cum hic non adsit constructio, nec fundatio, nec vera dotatio, & ipsa collegiata, & particularia ipsius beneficia ex maxima parte dotentur ex fructibus earumdem ecclesiarum antea præexistentium, posset dici, quod regula non applicetur. & considerabant, quod licet tollatur iuspatronatus remanebit fortasse nihilominus collegiata, & ita tolleretur *dec. Crescent. 141.* & dum in regula dicitur, quod beneficia redeant ad primam naturam, intelligi poterit de prima natura li-

bertatis,cum beneficia in dubio præsumantur libera. quæ si vera essent, tollerent fundamentum,quod fit super augumento cultus diuini, quia etiam quod tolleretur iuspatronatus remanet collegiata, nec dimineretur prædictus diuinus cultus. quæ omnia fuerunt à dominis dicta, vt maturius considerentur, quando particulariter dubium disputabitur, quod secundum dominos erit, an in casu, de quo agitur, applicentur verba regulæ Adriani.& fuit dictum in *Imolen.Iurispatronatus.23.Martij 1579.corã Cantuccio.*domini pro maiori parte dixerunt, resolutionem vltimo loco factam in casu de quo agitur intrare non obstantibus deductis pro parte Scipionis Calderini,quæ ad duo potissimum rediguntur. vnum est quod ille consensus Abbatis, sine quo nemo potest construere Capellam intra confines parochiæ ipsius Abbatis Iuxta bullam Innocentij Quarti, debet intelligi pro interesse eiusdem Abbatis ne sibi præiudicetur in constructione alicuius Capellæ intra limites suæ parochiæ quoad concursum, oblationes, & alia: non autem debet intelligi pro authoritate siue consensu præstando in reseruatione iuris patronatus, qui residet penes Episcopum *c. nobis. de iure patr.* Alterum quando prædicta bulla loquitur de consensu Abbatis in Capella construenda, & ideò non debet trahi ad cappellam iam constructam prout erat ista, de qua agitur, quia non fit extensio de actu ad actum. *Paris. cons.17. num. 151. lib.1. Aym.consil. 55. in princ. Mohed. decis.224.* Et in terminis tradit *Lambert. de iurepat. lib.1. part. 1. quæst. 6. art. 1. num. 8. in fin. fol. mihi 50.* tenens, Vicarium, qui potest dare iuspatronatus ex constructione, non posse dare ex donatione in ecclesia prius constructa. Quoad primum fuit dictũ cõsensum Abbatis requiri etiam pro auctoritate in reseruatione iurispatronatus, tum quia qui vult consequens, vult etiam suum necessariũ antecedẽs. Vnde si Papa voluit Abbatẽ posse cõsentire ædificationi nouæ cappellæ, voluit etiam in necessariam antecedentiam, eum posse consentire reseruationi iurispatronatus, sine quo ędificans non ædificaret; tum etiam quia aliàs Papa præbuisset occasionem retrahendi laicos ab ædificatione ecclesiæ, quia potuisset contingere, quòd Episcopus nollet consentire reseruationi iurispatronatus, & Abbas nollet consentire ædificationi. Tum etiam, & tertio, quia in casu nostro in persona Abbatis militat ratio, cur authoritas, siue consensus Episcopi in creatione iurispatronatus requiratur: nam siue illa sit, quia ad Episcopum spectat examinare locum erectionis ecclesiæ, & dotem, & disponere qualiter sit regenda, vel gubernanda secundũ *Card. cons.vlt. uersic.sed ratio de iurepatron.* siue sit illa,quod Episcopi consensus requiratur fauore ecclesiæ, ne contingat opus inchoari, & non consummari, vel non sufficienter postmodum dotari quia fortè vires patrimonij ędificantis minimè sufficiant secundum *Abbas consil. 89. numero 2. versiculo tamen illud. lib. 2.* siue etiam ea sit quod ista spiritualia non possunt à laicis propria authoritate tractari, secundum eundem *Abbas consilio 59. sub numero 3. ante medium versiculo satis enim, lib. 2.* quas rationes refert, & sequitur. *Roch. de iurepatronatus in verbo. pro eo, quòd de diœcesani consensu quæst. 3. numer. 7. vers. tunc ratio est.* Omnes istæ rationes bene conueniunt ei, qui debet cõsentire ædificationi ecclesiæ iuxta *text.in c. nemo de cõsecr. dist. 1.* Quo vero ad secundum domini dixerunt, quòd Papa dando Abbati facultatem consentiendi ędificationi, censetur etiam dedisse facultatem consentiendi dotationi cũ sine dote ecclesia ædificari nequeat.

d.cap.

d. cap. nemo. Præsertim quia hoc casu viget eadem ratio cur consensus Episcopi in assignatione dotis requiratur, vt scilicet videat, quomodo dos sit constituta, & an sit congrua, vt post *Cald.d.cons.vlt.not. Rocch. in ver. & dotauit. quæst. 10. num. 18. versiculo præterea dignum*. Non obstat si dicatur, id procedere in dotatione facta ab initio, non in dotatione facta post consecrationem, prout in casu nostro. quia respondetur fauore ecclesiæ dotationem retrotrahi, & fingi ecclesiam dotatam ante consecrationem vt quis inducatur ad dotandum propter acquisitionem iurisp. ita *Io.And.in c.1. col.vlt.in princ.vers.&tunc fauore ecclesiæ fingamus.de iurep.Card.ad rubr. eod.tit.q.6.vers.dic primū verius.Abb. in c.3.n.9. in fi.& ibi Bero.n.71.vers. nō obstat quod res sacra.eod.tit.Abb.d. cons.59.n.3. vers. quod tamen limitauit lib.2.Rocch.in verb.& dotauit n.4. ad fi.vers.nō obstat igitur Paul. de Cittadin.de iurepat.p.3.caus.2.q.1.n.77. versicul. & fauore ecclesiæ. Lambert. lib. 1. quæst. 6. art. 2. num. 6. vers. nec obstat fundamentum fol. mihi* 50. & omnes mouentur per simile *c.tanta, qui fil. sint legit.* vbi fauore matrimonij genitii ante cōtractum matrimonium finguntur geniti post. Minus obstat quod scribit *Lambert.lib. 1. p. 1. q.6. art.1. num.8. in fi.versic. dicerem, & aliud*; nam eius opinio non videtur de iure subsistere. In primis enim non est verum consensum Episcopi super dotatione facta post constructionem,& consecrationem ecclesiæ, esse priuilegiatiuum, ita vt dotās efficiatur patronus quasi ex priuilegio, quia huiusmodi cōsensus nō potest esse priuilegiatiuus, cum de iure communi liceat dotare ecclesiam iam constructam, & consecratam quando dotem non habuit vel quando dos habita perierit. & ista est communis opinio, de qua testatur *Rocch. in verb. & dotauit n.4. circa med.*& magis communis secundum *Ber. in c. 3. num. 69. de iurep.* deinde ratio, qua mouetur *Lamber.* quia scilicet agitur de præiudicio Episcopi non videtur magis mili-

1 tare in casu dotationis ecclesiæ iam consecratæ, quam in casu ædificationis. Et si dicatur ecclesiam iam constructam liberam esse, & pertinere ad collationem Episcopi, respōdetur illam esse sine dote, & consequenter sine ministris; & ex hac responsione introductum esse fauore ecclesiæ, vt fingatur dotata ob ipso initio. Prætera in casu nostro obseruātia subsecuta id declarauit. *tradit Riccius in praxi rerum fori eccles. in praxi iurispat.dec.140.n.3. & Garc. de benef.p.5.c.9.n.55.* Ditans aūt ecclesiā cū primo dotāte acquirit iusp. de consensu diæcesani, & patroni, si

2 vero eccl.sit sufficienter iam dotata & cōsecrata, siue nō consecrata, tunc

3 si aliquis eidem det,& cōferat bona, dicitur benefactor, & sic non acquirit iuspat. *Lambert. vbi sup. art. 2. num.* 9. quia iura indulgent iuspatr. dotanti, non benefactori. *cap. filiis. 16. quæst.7. Riccius vbi supra numero 3.* & fuit dictum in *Nolana beneficij. 19. Ianuarij* 1594. *coram Card. Arigono.quamuis Paulus de Citadin. in suo tractatu de Iurepat. part. 3. in princ.* simpliciter ponat has causas esse acquirendi Iuspatronatus, scilicet, fundationem, constructionem,

4 dotationem, ditationem, reparationem, & vltimo priuilegium. *de quibus Lambertin. vbi supra num.* 2. ex reparatione, vel reædificatione, seu restauratione non acquiritur iuspatronatus. *Lambert. vbi. supra art. 3. in princi. & num. 11. & Card. Tusc. pract.conclus.iuris.lit.1.conclus.601. & Cardin.Serafin. decis.555.& 907.* quod procedit, quando ecclesia non est omnino destructa, tunc enim ræedificans non efficitur patronus, ve-

5 rum si ecclesia sit funditus destructa, si aliquis velit eam reædificare cum consensu Episcopi acquirit iuspatro-

6 natus, & tunc dicitur destructa,

quando si reædificetur indiget noua consecratione secundum *textum* in *c. de fabrica. vbi gloss. in verbo innouata. de consec. distin.* 1. si autem antiquus patronus velit eam reædificare non eget Episcopi consensu. *gloss. in capit. 3. de iurepatr. quam Doct. sequuntur. Staphil. de liter. gratiæ. tit. de modo & forma impetrandi. §. iurispatronatus prærogatiua. num. 6. & 7. Mandos. tit. de reseruat. iurispatr. versiculo magna est disputatio. Garc. vbi supra dicto capit. 9. num. 51. vbi refert plures Rotæ decisiones. Riccius vbi supra dicta decis.* 140. *numer. 3. vers. declaratur sexto. Massobr. in praxi hab. conc. ad vac. paroch. eccl. præludo 7. dubio 3. num. 17. August. Barbosa de off. & pot. Episc. par. 3. allegat. 70. num. 7.* & fuit dictum in *Senen. beneficij*. 17. *Iunij* 1588. *coram Orano. & in Patauina Iurispatr.* 29. *Ianuar.* 1590. *coram Card. Seraph. quæ est d. dec.* 907.

7 qua stante reædificatione, tamen primus patronus ratione dotis est patronus in ecclesia diruta, & reædificata, & si super antiquo fundo

8 sit reædificata, patronus antiquus, qui dedit fundum erit adhuc patronus; Sed dubium est in illo, qui erat

9 patronus ratione constructionis, in quo ita est dicendum, quod sicut cũ plures simul ecclesiam construunt, simul etiam ratione constructionis fiunt patroni, ita in hoc casu tàm ille, qui primus construxit, quàm ille, qui reædificat ratione constructionis fiunt simul patroni, à primo enim constructore lapides, cæmenta, & fundamenta proueniunt. ita latè *Lambertin. vbi supra articul.* 4.

10 *num.* 8. Item sciendum est, quòd patronus alicuius monasterij, quod quia desolatum est, vnitur alteri Monasterio, non efficitur patronus secundi Monasterij, sed tantum primi remanet patronus, si primum dotauit, si tamen primum monasterium sit ditatum, & secundum; cui sit vnio sit omnino sine dote, tunc, quia ista vnio est loco dotationis, patronus primi erit etiam patronus secundi ratione dictæ dotationis. *Lambert. vbi sup. art.* 5. Adde, quod

11 redotans ecclesiam cum consensu diœcesani, quæ in totum dotem amisit, acquirit iuspat. ratione dictæ redotationis, & primus patronus, idest ille, qui eamdem antiquitus dotauit, nullum causa dictæ dotationis iuspat. in tali ecclesia habebit; verum si ecclesia dotem amisit, sed non in totum, tunc supplens do-

12 tem non acquirit iuspatr. quia tunc dicitur benefactor, sed volente primo patrono, & consentiente Diœcesano efficietur compatronus dictæ ecclesiæ cum primo dotante. ita latè *Lambert. vbi sup. art. 6. num. 1. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap.* 177. *nu.* 24. & omnia disposita in

13 fundante, construente, & dotante habebunt locum in nouo dante fundum, reædificante, & redotante, cum hoc tamen, quod accedat Diœcesani consensus, & quod non admittatur alius inuito primo fundante, & perficere volente, vel primo construente, vel dotante volente reædificare, & redotare, & alia quæ in primo fundante construente, & dotante procedunt ponit *Lambert. vbi sup. art.* 7. Item si in ecclesia

14 fundata, constructa, & dotata, & etiam consecrata erigatur aliqua dignitas, vel præbenda, altare, seu aliud beneficium ab aliquo, & dotaretur cum consensu Diœcesani si sit in ecclesia Cathedrali, vel si sit præbenda in ecclesia Collegiata cũ consensu Capituli dictæ ecclesiæ, tali casu dotans acquirit iuspatronatus. *Lambert. art. 8. vbi supra*.

15 Quo autem ad iuspatronatus cõpetens ex priuilegio cum quibusuis clausulis concesso est sublatum, si erat illud, quod competit ex præscriptione à *Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. de reform.* dicit *Cardin. Seraph. decis.* 1395. *nu.* 4. *Rota decis.* 88. *nu.* 2. & 3. *par.* 1. *in recentiorib. apud Farinacium*

cium. Ludouis. qui fuit Sanctiss. Gregorius XV. decis. 307. *num.* 3. & ibi *annotat. num. 6. Flamin. Parisius in tract. de confidentia. quæst.*28. *num.* 239. *&* 240. *Gonzal. in comment. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 18. *num.*18. *& seqq. Garç. de benefic. vbi supra par.* 5. *cap.* 9. *nu.* 115. secus si priuilegium fuisset concessum ex causa onerosa. *Card. Seraph. decis.*499.*nu.* 4. *annot. add. decis.* Ludouis. *Latiss. Garc. ibidem . nu.* 120. *Riccius vbi sup. decis.* 168. *nu.* 99. & ante in *d. decis.* loquitur de iurep. competente ex priuilegio, quòd si sit concessum itaut esset eiusdem naturæ, ac si ex fundatione, & dotatione competeret, cum sit ad instar, & non propriè ex fundatione, & dotatione, est sublatum *Gonzal. d. gloss.* 18. *n.*262.*Garc. vbi sup. n.*117. *&* 118. neq; suffragatur quasi possessio, neque immemorabilis.*Garc. ibi n.*119.

16 Ratio autem, quare iuspat. ex priuilegio competens si sit concessum ex causa onerosa non sit sublatum à Concilio est, quia talis concessio nō potest dici merè priuilegium, vt sæpe decisum fuisse per Rotam refert *Garc. d. nu.* 120. & faciunt dicta à *Gonzal. vbi sup. gloss.* 28. *à nu.* 22. *& gloss.* 36. *nu.* 36. quòd est verum si in totum ecclesia dotetur, non si pars dotis suppleatur.*Gonzal. d. glos.* 18. *nu.* 53. *Garc. d. nu.* 122. *&* 123.

17 & si ex augumento dotis per Papæ priuilegium competat iuspat. à 40. annis citra, subijcitur reuisioni, & examini Ordinarij. *ex d. cap.*9.*Conc. Trid. Hieron. Gabriel cons.*195. *lib.*1. & ita plures decisiones Rotæ refert *Garc. vbi sup. nu.* 115. 126.*&* 127. & tale iuspatr. competens ex priuilegio cadit sub reseruatione. *Gonzal. d. gloss.* 18. *nu.* 6. *&* 18. *Massobr. vbi sup. prælud.* 7. *dub.* 2. *nu.*3. nisi dotis augumentum ascendat saltem ad medietatem. *annot. ad decis.* 197.*Ludouisianam* secundū constit. Innoc. VIII. & Adriani VI. reuocantur iurispat. concessiones, si dos non fuit aucta ad medietatem, quas cōstit. refert *Massobr. vbi sup. prælud.* 7. *dub.* 3. *num.* 82. *& seqq.* & quòd

18 iuspat. competens ex priuilegio ratione dotis non auctæ vsque ad medietatem sit sublatum, & cadat sub reseruatione probat latissimè *Massobr. vbi sup. dub.* 3. *nu.* 27. *ad nu.* 82. vbi refert *decis. in Compsana iurisp.*3. Decemb.1604.*coram Litta.*& in alia *Paduana iurispat.*1.*Iul.*1601. *coram Corduba. quæ est in recentiorib. apud Farinac. decis.*46.*n.* 98. *par.* 2. & in causa *Cesaraugustana coram Illustrissimo* D. *Coccino Decano* 14.*Nouembris* 1616. *& die* 6. *Nouembris.* 1617. *& die* 31. *Ianuarij* 1618. *in eadem. & die* 13. *Nouemb.* 1620. & adeo iuspat. competens ex priuilegio subijcitur regulæ reseruatoriæ, quod alia derogatione non sit opus *Massobr. d. dub.*3. *nu.* 38. *&* 89. & ad probandum valorem augumenti tertiæ, vel alterius partis dotis beneficij, necessarium est probare illum valorem de tempore reseruationis. *Massob. d. dub.* 3. *nu.*40. *&* 89.

19 Est etiam notandum, quòd beneficia iurispat. ex priuilegio ob augumentum tertiæ partis non cadūt sub alternatiua, neque quasi possessio patronorum suffragatur contra regulam octauam, nunc nonam Cancell. *Massob. vbi sup. d. dub.* 3. *nu.* 45. *&* 92. & ad acquirendū iuspat. ex dotatione, seu ex redotatione requiritur dotatio formalis, aut augumentum tale, quod habito respectu ad dotem ecclesiæ, adeo superet, vt dos sit nullius considerationis, itaut priuilegium operetur magis concessionem ex iustitia, quam ex gratia, quod euenit, quando fructus beneficij augentur saltem ad medietatem, alioquin si sit minus augumentum, semper iusp. dicetur ex gratia, non ex causa onerosa. *Massob. d. dub.* 30. *nu.* 48. *&* 94.

20 & talis augens dotem etiam ad medietatem debet exprimere se velle acquirere iuspat. alioquin diceretur be-

benefactor, quippe qui nemo potest
acquirere iuspat. ex augumento do-
tis sine priuilegio Apostolico, neque
potest induci ex obseruantia. *Put.*
decis. 355. *lib.* 2. *in nou. Rot. dec.* 179.
par. 2. *in nouiss. Massobr. d. dub.* 3.
nu. 56. quamuis aliàs sufficiant con-
iecturæ ad probandum quod fun-
dans, & dotans voluerit reseruare
sibi iuspat. *Lambert. vbi sup. lib.* 1.
par. 1. *quæst.* 6. *art.* 1. *num.* 16. *Be-*
rous in c. 3. *nu.* 90. *de iurepat.* Rocch.
de Curte de iurep. verbo, & dotauit.
quæst. 6. *nu.* 11. *in fine*, dum tamen
cognoscitur super validitate iurisp.
in casu, quo potest per Ordinarium
reuideri secundum terminos *Concil.*
Trid. in d. cap. 9. patronus interim
21 non est priuandus sua quasi posses-
sione quando vacauit in mense non
reseruato, & possunt stare simul,
quod iuspat. non possit reuideri, &
tamen sit ex priuilegio. *Massobr.*
d. dub. 3. *nu.* 65. & 79. & 100. &
101. vide Riccium *vbi sup. dec.* 167.
num. 93.
22 Notandum est etiam, quòd ius-
pat. non potest competere ex con-
cessione, & priuilegio Episcopi. *cap.*
2. *de reb. eccl. non al. lib.* 6. *Staphil.*
vbi sup. nu. 3. & 4. *Rebuff. in praxi*
par. 3. *signaturæ. verbo, necnon iu-*
rispatronatus. num. 3. *Lambert. vbi*
sup. quæst. 10. *art.* 4. *Garc. d. cap.* 9.
23 *nu.* 128. neque prodest etiam cen-
tenaria possessio cum constet de in-
ualido priuilegio concesso ab Epi-
scopo, quod iuspat. est sublatum
per *Conc. Trid. d. cap.* 9. *Parisius vbi*
sup. quæst. 28. *nu.* 240. neque potest
24 Episcopus concedere iuspat. super
ecclesia libera sine authoritate Pa-
pæ. *Calderin. cons. vlt. de iurepatr.*
quia nō potest eam redigere in ser-
uitutem. *Abb. cons.* 106. *par.* 2.
Garc. d. cap. 9. *nu.* 130. *Riccius vbi*
sup. decis. 190. eadem ratione non
potest episcopus ecclesiam patrona-
tam liberam effectam propter extin-
ctionem iurispatronatus iterum re-
ducere in seruitutem, & alteri super

eam iuspatronatus concedere absq.
auctoritate Papæ. *Calderin. consil.*
vlt. de iurepat. Rota in vna Nolana
Cappellaniæ seu benef. 19. *Ianuarij.*
1594. *coram Card. Arigono*. vbi fuit
resolutum Episcopum per suam do-
nationem non posse redigere in ser-
uitutem iurispatronatus capellam
reuersam ad pristinam libertatem.
Abb. cons. 106. *par.* 2. *Rocch. de Curt.*
de iurepat. verbo, pro eo. num. 34. *Be-*
rous cons. 44. *num.* 33. *lib.* 1. *Lam-*
bert. vbi sup. lib. 1. *par.* 1. *quæst.* 10.
art. 4. *num.* 4. & fuit dictum in *Al-*
banen. iurispatronatus. 17. *Maij.*
1595. *coram Penia. & in Lunen. Sar-*
zanen. beneficij. 15. *Iulij.* 1599.
coram Card. Mellino.

Et cū hactenus sit de fundatione,
constructione, & dotatione ecclesiæ,
dictum necessarium duxi etiam ec-
clesiæ priuilegia adducere vt clerici
ecclesiarum rectores facile in hac
praxi inueniant quid vigore dictorū
priuilegiorum peragere possint.

Igitur ecclesia gaudet multis pri-
25 uilegijs, & Primo gaudet omnibus
priuilegijs fisci temporalis ita quod
valeat argumentum de Fisco ad ec-
clesiā, vel tantum ei æquiparetur in
omnib⁹ iure expressis. ita *Vasquius*
de success. resol. lib. 2. §. 18. *num.* 10.
Marc. Ant. Peregrin. de iure fisci. lib. 3.
num. 2. & valet argumentum de fisco
ad ecclesiā subsistente tamen iden-
titate rationis, & dummodo non re-
periatur contrarium in iure expres-
sum tenet *Euerard.* in loco, à fisco
ad ecclesiam per *l. fin. C. de sacr. eccl.*
vbi fiscus, & ecclesia sunt exequati.
gloss. in cap. auditis. vbi Abb. de in int.
rest. Tiraquell. de priuileg. C. piæ causæ.
priuileg. 143. *Doct. communiter in c.*
1. *de probat. Marc. Ant. Genuen. ep.*
isernien. in suis practicab. eccles. tri-
cenario 9. *quæst.* 252. immo ecclesia
est magis priuilegiata quam fiscus,
qui dicitur vltimus priuilegiatorum,
& cōtra quem in dubio est iudican-
dum iuxta *l. non puto. ff. de iure fisci.*
Card. Seraph. dec. 594. & priuilegia
fisci

fisci emunerat *Bald..in l.1.C.de hereveldu.act.vend.& Peregrin.vbi sup.* Secundo gaudet ecclesia priuilegijs militum. *gloss. & doct. in l.si vt proponis. C. de rei vendit. & in c. inquirendum. de pec. cleric. Bald. in l. fin.C.de pact.Euerard.in loco militum ad ecclesiam* vbi militet eadem ratio item omnia disposita in fauorem libertatis applicabilia ecclesię,habent locum in ea stante identate rationis. *Bald.in l.2.C.de fideicom.libert. Euerard.in loco,de libertate ad piam causam.*

Tertio gaudet priuilegijs alimentorum quando casus est applicabilis, & militat eadē ratio. quia causa alimentorum est pia, & fauorabilis. *l. mela.vbi gloss.Bart.& alij.ff.de alim. & cib.leg.Euerard.in loco,ab alimentis ad piam causam.*

Quarto gaudet omnib.priuilegijs dotis, quia dos, & pia causa æquiparantur *c.1. §. donare. qualiter olim feudum alienari poterat. in vsib.feud. Bart. in l.2.§.fin.ff.de donat.& in l.si ego.ff.de iur. dot. Euerard. in loco, à dote ad piam causam.*

Quinto gaudet omnibus dispositis in fauorem pupillorum, & minorū.*gloss.in l.libertos.C.de excusat.tut. & in l.respublica.in fin. & ibi Bart.& alij.C.ex quib.caus.maior. Euerard. in loco,à pupillo ad ecclesiam.*

Sexto gaudet omnibus dispositis in fauorem reipub. quia æquiparātur. *d.l. fin. C. de sacr. eccl. Euerard. in loco.à rep.ad ecclesiam.* quæ procedunt stante idenitate rationis, quando casus est applicabilis, & contrarium non reperitur in iure decisum.

Septimo gaudet priuilegijs,& iure imperij. *Abb.in c. audi tis.de praescript.*& priuilegia piæ causæ ponit. *Tiraquell.in d.tractatu.*

26 Ideòque in donatione castri, vel terrę à Principe facta ecclesiæ trāsit, etiam merum, & mixtum imperium. non solum propter Principis personam, cuius liberalitas freno non subiacet, *l.donationes,quas.C.de donat. int.vir. & vx.* sed etiam ob personā donatarij, quæ est ecclesia. *arg. l. vt inter diuinum. C. de sac. eccl. & ita est communis op. quam tenet Bald. in c. 1. de capit. qui cur. vendi in vsibus feud.& in l.cū multa. C. de bonis quæ lib. Rom.cons.*44.*Boer.dec.*50.Potest enim Princeps alienare ciuitates,castra, iurisdictiones, & regalia, & donare ecclesiæ,quia domini est terra, & plenitudo eius, neq. dicitur Con-

27 stantinus donasse, quin potius reliquisse vel dimisisse.*c.ego. Ludouicus. dist.*63.*Alex.& Aret. in rubr. ff. de verb. obl. Luc. de penna in l. quicunq. C.de omni ag.des. lib.* 11. quod aliàs Princeps facere nequit. *Andr.de isernia in rubr.quæ sunt regalia.& ibi Afflict.* quinimo feudum factum potest alienari in ecclesiam. *Bald.in l.si plures.C.de cond.ins.quem secuti sunt Fel. in c.quæ in ecclesiarum.col.*3.*de const. Dec.in præsentia col.pen. de prob. Capic.dec.*64.*Franc. Curt. de feud. p.* 1. *q.*8.*num.*29.*Rota dec.*41.*nu.*4.*p.*1.*in nouiss.vide Card.Seraph.dec.* 1505.& si res feudalis ecclesiæ reuertatur ad

28 ecclesiam, si describatur inter bona mensæ efficitur de mensa. *Bart.in l. si vacātia.C.de bon.vac.lib.*10.*Curt.vbi sup.de feud.p.*2.*q.*5.*num* 5.*& Card.in c.*2.de feud.& si non describatur,sed per annū prælatus d. rem possideat dicitur effecta de mensa,nec tanquā solita infeudari poterit sine nouis solemnitatibus,de nouo concedi *Ar. ebid.in c.*1.35.*q.*8.*Abb.in c.vt super. de reb.eccl.nō al.*vide alios contrariū tenentes relatos à *Marc.Antonio genuen.ep. isern.in pract. eccles. tricenario* 1. *quæst.* 12. nec nouus prælatus

29 habens feudum nomine suæ ecclesiæ à Rege, tenetur soluere releuium, quod est solutio fructuum vnius anni in Regno, quādo moritur feudatarius, seu dominus vtilis,& hæres petit cōfirmationem,vt per *And. de isern. in c.*1.*§.similiter.de lege Corradi.*quia prælatus non est dominus rerum ecclesiæ,& feudū semper fuit, & remanet penes ecclesiā *l. iubemus. §.scientes.*

tes.C.de sac.eccl. & si legetur ecclesiæ
feudum,debetur æstimatio.Io.Faber.
in §.non solum.Instit.de legat.Bald.in
c.1.de succ.feu.in vs.feu.And.de isern.
in c.1.§.fin.de inu.de re al.fac. Mar.
frec.de subinf.lib.3. diff.12. vbi de
cõm.Card.Mãt.de con.vlt.vol.lib.9.
tit.12.& quia in cap.1. qui feud. dar.
poss. habetur, quod prælatus eccle-
siæ potest concedere in feudum bona
ecclesiæ si ab antiquo consueuerunt
concedi,dubium est, per quot actus
30 inducatur istud solitum, & relictis
allegatis per Marc.Ant. genuen. vbi
supra quæst. 25. dico cum Rota apud
Card.Seraph. dec. 1451. quod ad hoc
vt res dicatur solita cõcedi in feudũ,
seu in emphiteusim,debet præcedere
vnica concessio solemnis, & valida
cum beneplacito sed.apostolicæ, vel
adsint duæ concessiones non solem-
nes cum cursu 40.ann. & in d.dec. te-
statur de communi. & allegatur Ias.
cons.155.nu.2.& Balb. de præscript.
p.1 .p.2.princ.quæst.20.& ab hac op.
in iudicando non est recedendum; at-
men And.de isern.in d.c.1.ait suffice-
re 30.ann.cum duobus actibus quia
assensus Sedis Apostolicæ est om-
nino necessarius. extrauag. ambitio-
sè.de reb.ecc.non al.& præsumitur in-
teruenisse per cursum 30.an.etiamsi
non ennnuncietur Imola post gloss. in
c.peruenit.de empt.& uẽd.fel.in c.cum
albericus.in fine. de testib. & hanc sen-
tentiam perpetuo seruat Rota vt tradit
Card.Seraph.decis.1042. est enim so-
lemnitas, quæ ex cursu lõgi tempo-
ris præsumitur l.sciendum.ff.de verb.
obl. Adde prædictis, quod dominus
directus feudi in præiudicium vassal-
31 li potest donare ecclesiæ, vel legare
pro anima sua feudum c.1.de allod.in
vsib.feud.sed vassallus non potest re-
linquere feudum,nec de eo testari.d.
c.1.de success.feud.c.1.§. donare. rub.
qual. feud. al. pot. & legitimatus ad
ben ef.eccles.non censetur legitima-
tus ad feuda eccles.fel.& alij in c.po-
32 stulasti.de rescript. Doct. in c.1. de fil.
presb.lib. 6.decimæ autem nullo pos-
33 sunt modo cõcedi in feudum ab Epi-
scopo laicis,quarum sunt incapaces,
c.ad hæc.de decim.& c.prohibemus.eo-
dem Doct.in c. cum apostolica. de his
quæ fi. à præ. nisi adsit priuilegium
Papæ, & tunc satis est probare pos-
sessionẽ immemorabilẽ cũ fama pri-
uilegij.Card. Seraph. decis.1102.& si
ecclesia destruatur cum Papæ aucto-
ritate, feudũ ecclesiæ reuertitur ad
34 dominum,sed si destruatur ex bello,
retinet omnia iura.Andr. de isern. in
c.1.§.fi.d.c.fi. corrad. vel indistincte
feudum remanebit sub dispositione
Papę.Genuen.vbi sup.tricenar.2.q.42.
35 potest autem Prælatus feudum soli-
tum concedi, infeudare alij viuente
vasallo, itaut post eius mortem con-
cessio sortiatur effectum.c.1. quando
successor teneatur feudum confirmare.
vbi And. de Isern. Genuen. vbi sup.
quæst.47. vbi habetur quando suc-
cessor prælati teneatur habere ratã
huiusmodi inuestituram. & feudum
ecclesiasticum si sit reuersum ad ec-
clesiã ob lineam finitam non tenetur
Prælatus de illo inuestire consangui-
neos defuncti. cap. 2. de feud. & ho-
die in concessione simili præsertim
emphiteotica solet in literis apponi
clausula, quòd renouatio peti ne-
queat. vide Genuen. vbi sup. quæst.
36 55. & si ecclesia sit decepta in con-
cessione feudi habet beneficium.l.2.
C. de resc. vend. per textum in c. ad
nostram. de reb. eccl. non al. & quã-
uis feudum regulariter 30.ann. præ-
scribatur, vt habetur in c. siquis per
triginta. si de feud. def. cont. fuer.
int. dom. & cogn. tamen in ecclesia
37 40. anni requiruntur. Card. Alex.
in d. c. si quis. & per solam inuesti-
turam feudi abusiuam, quæ fit ver-
bis transfertur dominium in ecclesiã
ipsius fauore, quia ex solo titulo in
eam transfertur dominium. l. vltim.
& ibi Doct. C. de sac. eccl. & est no-
38 tandum, quòd per solutionem vni-
formem pensionis annuæ factam
per 30. ann. à colonis ecclesiæ, cen-
setur cõtracta perpetua locatio, ita-

ut

ut colonus soluendo dictam pensionem non possit expelli. *Afflict. dec. 365. Card. Mant. de tac. & amb. lib. 5. tit. 2. nu. 18.* quando non constat de titulo. vt ibi. res autem ecclesiæ
39 potest etiam hodie concedi in emphiteusim cum diminutione sextæ partis veri valoris reddituum ob periculum sterilitatis, & aliorum casuum fortuitorum ad emphiteutam pertinentium iuxta *auth. perpetua. C. de sac. eccl.* & *Pet. Caball. cons. 172.* dicit id fieri non posse, cum requiratur euidens vtilitas, quæ etiam potest esse cum dicta diminutione, si solueretur magna quantitas pro intratura. vide *Genuen. vbi sup. tricen. 3. quæst. 70.* & pensio vera in
40 ecclesiastica emphiteusi, ad hoc vt ecclesia non dicatur læsa secundum *§. quia vero. in auth. de non al.* & in *d. auth. perpetua.* si sit res preciosa, & modici reditus, & tunc pensio 20. ann. simul collata veram æstimationem rei constituit, sed si res sit talis, cuius reditus sunt diminuti propter inundationem, vel aliter, tunc potest dari pro canone, qui reperiri potest. *Bero. cons. 85. lib. 1.* & remittitur arbitrio iudicis, vt ibi. & si ec-
41 clesiæ emphiteusis sit cōcessa pro se, & persona nominanda, si non nominetur, hæres eam nominare non potest. ita est communis opinio. *gloss. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obl.* de communi *Cagnol. in l. edita. C. de edend. Mar. Freccia de subinfeud. lib. 2. quæst. 44. Card. Mant. de tac. & amb. lib. 14. tit. 29. nu. 18.* & si persona nominata mortua sit ante ipsum recipientem, potest ipse recipiens aliam nominare, quia in conditionib. primum locum obtinet mens disponentis. *l. in conditionib. primum locum. ff. de cond. & demon. Bart. in l. 1. ff. ad l. iul. maiest. Abb. & Fel. in c. de tregua, & pac. Card. Seraph. dec. 589. Bursatt. cons. 378.*
42 *lib. 4.* & si emphiteusis ecclesiastica sit recepta pro se, & filijs, & cæt. in talib. contractib. intelligitur stipulatio facta ordine successiuo. *Cardin. Mant. de tac. & amb. lib. 22. tit. 17. num. 18. Card. Seraph. dec. 89.* & fuit tentum in Romana *domus 6. Martij. 1595. coram Card.* Pamphilio. *Hier. Gabr. cons. 76. lib. 1. Alex. cons. 129.*
43 *lib. 4.* & si vnus ex hæredibus non soluerit suam partem canonis ecclesiæ, res cadit in commissum secundum communem, sed contra eam tenet *Card. Mant. vbi sup. lib. 12. tit. 17.* inspecta æquitate canonica, quæ seruanda est in re ecclesiæ ad *not. in cap. 1. de op. no. nunciat.* ita si
44 emphiteuta alienauit partem irrequisito domino non cadit à toto, sed à parte vendita. *Cardin. Mant. vbi sup. lib. 22. tit. 18. nu. 13.* & si emphiteusis ecclesiastica sit concessa duobus vsque ad tertiam generationem, habet locum ius accrescendi. *Bart. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. num. 6.* & ibi *Alex. num. 15.* Decian. *cons. 73. lib. 2. Card. Mant. vbi sup. lib. 22. tit. 34. nu. 30.*
45 Est insuper notandum, quod ecclesiæ datur restitutio aduersus præscriptionem 30. vel 40. ann. *Clem. vnica. de in integ. rest.*, quia verior opinio est, & communiter recepta, quod data iusta, & probabili ignorantia, & ex omni parte excusabili datur restitutio in integrum contra præscriptionem 30. vel 40. annos. *Bart. in l. 1. §. si quis autem. ff. de itin. actuq. priu.* & ibi *Alex. Abb. in cap. vigilanti de præscript.* & ibi *Felin. Afflict. dec. 37. & 329.* Rota *dec. 387. par. 1. in nouiss. diuers.* sic
46 ecclesia restituitur contra præscriptionem centenariam, & etiam alij, quando intra quadriennium datum ad petendam restitutionē. *ex c. 1. de in int. rest. lib. 6.* considerari potest ignorantia. idq. probatur ex doct. *Baldi in l. falsam. C. si ex fals. inst.* vbi ait quadriennium non currere
47 durante impedimento ignorantiæ, etiamsi per centū annos læsus esset dicto impedimento detentus. idq. sequitur *Sf. Oddo de rest. in int. p. 2. q. 89.*

q. 89. *art.* 6. *&* 7. *Ias. in auth. quas actiones. nu.* 35. *C. de sac. eccl. thesaur. dec.* 133. *Abb. in c.* 1. *de præscr.*
48 & etiam post quadriennium data scientia læsionis datur restitutio in integrum ecclesiæ quando læsio est enormissima. *cap.* 1. *in fin. vbi gloss.* communiter recepta. *de rest. in int. lib.* 6. & ibi omnes. *Crauetta de antiq. temp. par.* 4. *num.* 71. *Oddo vbi sup. p.* 1. *q.* 19. *art.* 7. & quanta debeat esse ista læsio tradit *Soc. cons.* 266. *lib.* 2. *col.* 1. & consequenter ecclesia restituitur aduersus alienationem factam cum decreto Cōmissarij Apostolici continente illam cedere in euidentem vtilitatem, si potest probare se lęsam ex illo cōtractu per *l. siquidem. C. de præd. min.* quæ & si loquatur in minore, tamē ecclesia & minor in materia restitutionis æquiparantur. *c.* 1. *de rest. in int.* vide *Card. Mant. vbi sup. lib.* 4. *tit.* 6. *nu.* 55. *& Cardin. Seraph. dec.* 508. *&* 1125.

49 Adde etiam, quod si legatum sit factum ecclesiæ pro celebratione anniuersarij quolibet anno, cum pacto resolutiuo, quòd In casu negligentiæ transeat ad aliam ecclesiam, quæ requirantur vt fiat resolutio. de qua re *Doct. in c. verum. de cond. appos. & Felin. cons.* 34. tria dicit requiri, primo vt concurrat negligentia Prælati, & Capituli. ita *Abb. d. c. verum.* secundo requiritur monitio, quando dicitur, quod fiat aliquid quolibet anno, & non exprimitur dies *per glo. not. in clem. quia contingit. verbo, annis singulis. de relig. domib.* tertio quando rectores ecclesiæ purgauerunt moram offerendo pecuniam pro anniuersario non facto adimplendo, & obtulerunt separatos om-
50 ni anno, quia vbi est apposita pœna, & tempus non certæ dici, sed annuatim, potest mora purgari ex *Bart. in l.* 1. *ff. de penu leg.* & si donatio facta sit ecclesiæ sub modo,
51 vt Titio præstentur alimenta, non reuocatur, etiam si modus non fuerit adimpletus, sed contra eam potest agi, vt modus adimpleatur *glos. Host. Card. & Abb. in d. c. verum. vbi Fel. num.* 13. *Card. Mant. vbi sup. lib.* 13. *tit.* 44. *num.* 10. & ratio est, quia in d. donatione facta ecclesiæ, liberalitas collata in pium vsum, censetur causa finalis propter Deum, & in remissionem peccatorū. *Tiraquell. in tract. cessante causa, limit.* 1. *num.* 58. & modus adiectus præsumitur causa impulsiua, sicut de libertate in *l. meuia. ff. de manumiss. test.* & hoc est speciale fauore ecclesiæ.

52 Insuper fauore ecclesiæ, eius procurator non potest vendere, & habere fidem de precio etiam si mandatum non fuerit limitatum *ad l. si procurator. in fin. ff. de iur. fisci. Bart. in l. à diuo pio. §. sed si emptor. nu.* 3. *ff. de re iud.* & tunc non transfert dominium. *Bald. in l. inciuile. C. de rei uend. Card. Mant. vbi sup. lib.* 4. *tit.* 21. *nu.* 4.

53 Fauore etiam ecclesiæ pro eius dote inducitur tacita hypotheca in bonis construentis, sicut pro dote matrimonij carnalis. *ad l.* 1. *C. de rei vx. act.* vt latè *Euerard.* in loco, de matrimonio carnali ad spirituale. *Io. de Imola cons.* 50. *de cons. eccl.* ita com-
54 petit tacita hypotheca in bonis prælati malè administrantis. *gloss. sing. in c. ex literis. de pignor.* & ibi *Abb.* quia pręlatus ęquiparatur tutori. *Negusant. de pign. & hypot. p.* 2. *memb.* 4. *nu.* 139. & omnia priuilegia concessa
55 doti carnali competunt doti ecclesiæ. *Paul. de Citad. de iurep. p.* 3. *q.* 12.
56 *causa* 2. similiter priuilegium ecclesiæ est, vt non obligetur ex mutuo, nisi probetur pecunia versa in eius vtilitatem exemplo ciuitatis *ad l. si ciuitas. ff. si cert. pet. prob. in c. penult. de fideiuss. in auth. hoc ius porrectū. ubi Bald. n.* 9. *C. de sac. eccl. Card. Mant. vbi sup. lib.* 8. *tit.* 12. & onus probandi pecuniam versam esse in vtilitatem ecclesiæ incumbit creditoribus d. auth. hoc ius porrectum. ibi, ver-

sam

ſam eſſe probauerit. idẽ eſt in depoſito. Dec.cõſ.96.Card.Seraph.dec.338 & ita fauore eccleſię dominiũ trans-
57 fertur in eccleſiã abſque traditione. l. vlt. C. de ſac. eccl.& Prælatus non poteſt pecuniam eccleſiæ mutuo da-
58 re per l. vlt. C. de his, qui ex public. rat. lib. 10. ſed indigentibus dare nõ prohibetur per c. quoniam.16.q.1.& eccleſiæ fauore præſumitur donatio. Menoch. de arbit. iud. caſu 88.nu.7. Abb. & Felin. in c. ſi cautio. de fid. inſtrum.

59 Eccleſia inſuper habetur loco filij. c. in præſentia. de prob.1. § ſed & hoc præſenti. Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. & eccleſia regularis ita habetur loco filij, vt faciat deficere conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit. vt per Caſtrenſ. & Salic. in auth. niſi rogati. C. de fideicomm. & ſi filiæ pater lega-
60 uit mille, ſi nupſerit, & ducenta ſi fiat religioſa, ſi tamen fiat religioſa, debentur mille. Ioan.And.in add. ad ſpecul. in rubr. de ſtat.mon. circa med. Butr. Card. & Fel. in d. c. in præſentia. Card.Mant. de con. vlt.vol.lib. 11. tit.18. nu. 30. & probatur per l. Titia ſi non nupſerit. ff. de cond. & dem. vbi ſi plus relinquatur filiæ, ſi non nupſerit, quàm ſi nupſerit, ſi nubat conſequitur quod ei fuit relictum, ſi non nupſerit, idem dicendum in caſu noſtro fauore religionis.

61 Similiter quamuis regulariter donatio facta abſenti non valet. l. abſenti. ff. de donat. attamen donatio facta eccleſiæ abſenti ante acceptationem non poteſt reuocari, ſicut in ſimili valet donatio facta mulieri abſenti ex cauſa dotis. l.vnica.§.accedit. cum gloſſ. de rei vx.act.l.fin.C. de iur. dot. hanc opin tenet Cinus in l.illud.C.de ſac.eccl.nu.4. & ibi Alberic.nu.2.Tiraquell. de priuil.piæ cauſæ.priuileg. 115. Card. Mant.de tac. & ambig. con. lib.3.tit.7. nu.15. & ſi
62 eccleſiæ legatus ſit calix, intelligitur de meliori, & honorabiliori fauore eccleſiæ, & ſic de aureo. per l.Titia.§.Semproniæ.ff.de aur.& arg. leg. & ibi Bart. idem eſt de planeta, quia fauore religionis intelligitur legatum quod eſt maius. Bald. in l. 3.C.de furt. attamen hæc procedunt conſideratis conſuetudine eccleſiæ, & facultatibus teſtatoris, quia in relictis ad pias cauſas attendi debet arbitrium boni viri. arg.d.l. Titia.§. fin. & l.fideicommiſſaria.46.ff.de fideicom.libert.

63 Pariter priuilegium eccleſiæ non amittitur per non vſum, niſi longiſſimi temporis, quòd ſecus eſt in priuatis. de qua re in c.cum acceſſiſſent. de conſtit. & c. accedentib. vbi Innoc. & alij. de priuileg. & priuilegium à
64 Principe conceſſum eccleſiæ reuocari non poteſt. Innoc. & alij communiter in c. nouit. de iudic. Dec. in c. eccleſia S. Mariæ. de conſt. Ant. Gabr. de iure quæſito non tollendo. concl. 7.

65 Notandum eſt etiam, quòd ſi eccleſia ſit inſtituta hæres, & vxor teſtatoris ſit relicta vſufructuaria omnium bonorum, fauore eccleſiæ vxor tantũ alimenta habere debet. Corn. conſ.112.nu.16.vol.2. Paul.de monte pico in l.Titia.§.Titia. ff. de leg.2. faciunt dicta per Bart. & alios ibidẽ, vbi vxori relictæ vſufructuariæ (filijs hæredibus inſtitutis) tantum alimenta debentur; & ſi eccleſia ſit relicta vſufructuaria, filio hærede inſtituto,
66 habebit integrum vſumfructum, excepta legitima filij, dummodo filius ex legitima tantum percipiat, vnde ſe alere poſſit. Paul. de monte pico in d.§.Titia.nu.57.

67 Eccleſia inſuper ſi ſit vulgariter ſubſtituta per tacitam pupillarem matrem excludit, quia relictum eccleſiæ cenſetur relictum pro anima. c. Pontifices. 12. q. 3. & anima cun-
68 ctis rebus præferenda eſt. c. cum infirmitas. de pœn. & rem. quia in
69 ſimili filius ſubſtitutus per tacitam pupillarem excludit matrem. Bart. & communiter alij in l.2. ff. de vulg. & pup. Alex. & alij in l. precib.C.de impub.

Digitized by Google

impub. hanc opin. tenent. *Angel. Castren. Alex. in d. l. præcib.* de communi *Ripa in d. l. 2. Dec. conf.* 182. *Card. Mant. de con. ult. vol. lib. 5. tit.* 15. *nu.* 34. & hæc est verior opinio, & pro bono animæ. pari ratione
70 ecclesia gaudet priuilegio *l. ult. C. de repud. hæredit.* & habetur loco filij, vt exemplo filij ad repudiatam hæreditatem intra triennium redire possit. Ecclesia enim gaudet aliorum priuilegijs ex identitate rationis, etiam in casibus non expressis à iure. tradit singulariter *Vasq. de succ. progress. lib. 3. §. 29. nu. 7.* vide *Marc. Ant. Gen. in pract. eccl. tricenario 6. quæst. 166. & ibi quæst. 167.* tenet legata facta
71 ecclesiæ diminuere legitimā filij tāquam relicta pro anima, eiusq. refrigerio, quia impensa funeris, quæ respicit corporis honorem, deducitur ante legitimam. *auth. nouissima, C. de inoff. testam.* tantò magis relicta pro animæ auxilio. *auth. multo magis. C. de sac. eccl.* & si testator man-
72 det debitum restitui ecclesiæ pro exoneratione conscientiæ, si fuit præscriptum, hæres non potest opponere de præscriptione. *Card. Mant. de con. ult. vol. lib.* 10. *tit.* 1. *num.* 8. vbi ait, quòd si testator mandet solui debita, si alia debita non sint, nisi præscripta, soluenda sunt, ne legatum reddatur inutile. *arg. l. quib. dieb. §. dominus. ff. de cond. & demon.*
73 similiter confessio facta parte absente pro exoneratione cōscientiæ prodest absenti, & probat debitum. ita *Io. And. & Butrius in c. si cautio. de fid. instr. Rota diuers. dec.* 685. *nu.* 7.
74 & si talis confessio fiat in testamento habet vim legati, & reuocari potest. *Butr. in c. fin. de succ. ab intest. Aret. cons.* 64. vbi de magis communi. nisi esset iurata in testamento, & nisi notarius stipulatus esset, & eā recepisset nomine alterius, & nisi fa-
75 cta fuisset parti præsenti, & acceptāti, si tamen confessio sit vsurarum extortarum valet irreuocabiliter. vide de his *Felin. in c. cum olim. de rescript. nu.* 8. & si testator mandet ec-
76 clesiam construi in fundo suo non censetur, donasse totum fundum. *Franc. in c. abbate. de re iud. lib. 6.* similiter legata annua quantitate ecclesiæ super aliqua domo non intelligitur legatum dominium domus. *Card. Mant. de con. ult. vol. lib. 9. tit.* 11. *nu.* 46.
77 Notandum est iā super quòd fauore ecclesiæ tenetur quis edere arma contra se. *Bald. Abb. Butr. in c.* 1. & ibi Doct. testatur de communi. *de probat.* quia in simili fauore fisci tenetur quis edere arma contra se. *l. prima. vbi Doct. ff. de edendo.* ecclesia autem fisco æquiparatur quoad priuilegia. *l. ult. C. de sac. eccl.*
78 & ex æquitate iuris canonici fauore animæ & ecclesiæ, cui facienda est restitutio, inducitur tacita hypotheca in bonis debentis restituere res ablatas, itaut si bona essent apud hæredes, possunt peti à damnificato tamquam hypothecata. ita *Bald. in l. furti.* & ibi *Salicet. C de furt. arg. c. parochiano. de sepult. Negusant. de pig. & hyp. par. 2. memb. 4. num.* 143.
79 & fauore ecclesiarum, & ecclesiasticorum æquitas seruanda est, & non rigor scriptus, dummodo non fiat alij præiudicium quoad interesse. ita in *cap. 1. de dolo & contum.* & ec-
80 clesiæ fauore legatum mobiliū comprehendit etiam mobilia quesita post testamentum. vide *Card. Mant. de con. ult. vol. lib. 3. tit.* 11. *nu.* 23. & ec-
81 clesia directa domina feudi, si recipiat feudum in pignus ab eius vasallo, non computat fructus in sortem, si vasallus abstineat ab eius seruitio. *cap. 1. de feud. & ibi gloss.* ait id esse fauore ecclesiæ. & ibi Abb.
82 Accedit, si sit legata pecunia pro tot missis celebrandis, si augeatur eelemosyna danda sacerdotib. quia augumentum est intrinsecum, tenetur hæres supplere ex verisimile mēte testatoris, secus si augumentum sit extrinsecum, vt si augeretur numerus missarum. ita ex *Bald. in l. nō modus.*

modus.C.de serui.& aqua. vide *Card. Mãt.de con.vlt.vol.li.3.tit.*11.*n.*21.

83 Insuper si sententiá lata sit contra ecclesiam indefensam ob absentiam procuratoris, & aduocati, nulla est ipso iure. *Castrens. in l. velamento. C. de postulando. Euerard.* in loco, à fisco ad ecclesiam, sicuti eadem ratione retractatur sententia lata contra ecclesiam per instrumenta de nouo reperta. *l. Imperatores. ff. de re iud. Felin.in c. cum dilectus.nu.*18. *de fid. instrum.* ita etiam fauore ec-

84 clesiæ, instrumento deperdito, testes non periti possunt deponere super tenore instrumenti. *Euerard. vbi sup.* prout & fauore fisci; & legatum

85 relictum ecclesiæ ab vno hæ ede nominatim potest peti ab alijs cohæredibus si ecclesia cedat illis iura contra dictum hæredem. *arg.l.4. §.Lucius. ff.de alim. & cib. leg. Dec. cons.* 182.*nu.*3. *Euerardo* in loco, ab alimentis ad piam causam.

86 Pariter fauore ecclesiæ valet pactum futuræ successionis, in vim vltimæ voluntatis. *Bald. in l. vlt. C. de pact. Alexand. in l. pactum, quod dotali. C. de collat. Euerard.* in loco à milite ad ecclesiam. si tamen

87 legetur ecclesiæ res aliena etiam scienter, de benignitate canonica nõ debetur æstimatio *c. filius noster. de testam.* de qua te vide Doct. ibidem. & *Mar.Ant.Genuen. vbi sup. tricen.*7.*quæst.*188. ita licèt ex tacitur-

88 nitate per longum tempus, & computatione rationum sæpius facta, præsumatur remissio, siue donatio eius, quod debetur. *l.proculus. ff.de probat.* secus tamen est in ecclesia. *Ias. in l.cum quid. nu.* 19. *ff. si cert. pet.* de communi *Paris.cons.*8.*vol.*4.

89 Fauore etiam ecclesię potest quis perpetuò locare operas suas, quod interpretatur, vt non cogatur cõductus præcisè operari, sed possit vel per substitutum seruire, vel soluendo interesse liberari. *gloss. Bart. Bald. Salicet.in l. cum antiquitas.C.de vsufruct.* immo fauore ecclesiæ potest cogi præcisè seruire. *Inn. in c. inter dilectos. per illum text. de donat.* & ibi *Abb. nu.*11. *Rom.singul.*629.

90 Similiter non debetur filio legitima in bonis patris religionẽ ingressi nisi post mortem patris, & interim ali debet. ita est communis opinio. *Bart. in auth. si qua mulier. C. de sac. eccl. vbi Ias.* de communi. *Surd. cons.*298.*lib.*2.*& Butr. in c. in præsentia. nu.* 19. *de prob.* vbi *Felin. nu.* 5. *& Dec. nu.* 67. *per c. cum simus. de regular.*

91 Et ecclesiæ succurrendum est, si dominus agri non colit illum ne soluat decimam ex *c. in aliquibus. de decim.* vide latè *Genuen. vbi sup.tricen.*7.*quæst.*198. & si clericus sit di-

92 ues ex patrimnnio suo, & reditus ecclesiæ non sufficiunt ad reparandam ecclesiam, tenetur de suo reparare illam, aliàs peccat mortaliter. *S.Tho.* 2.2.*q.*181.*art.*7.*per c.de his.de eccles. ædific.*

93 Et quamuis *Bart. in tract. de fluminib. in princ.§.nostro.* dicat, quod si flumen addat per alluuionem ecclesiæ, vel cœmeterio, dominium ex d. alluuione ecclesiæ non acquiritur, tamen veritas est in contrariũ, quia ecclesia habet rectorem, reditus, ius agendi, & exigendi, & succedendi. *l.Deo nobis.C.de ep.& cler. Genuen. vbi sup. quæst.*206.

94 Item fauore ecclesiæ, & religionis, si filia fauore suorum fratrum paternæ hæreditati renunciauit, defunctis fratribus potest eãdem petere. ita *Bald. in l. pactum quod dotale. C. de collat. & ibi Doct. Couarr. in c. quamuis. de pact. lib.*6.*p.*3.*§.*3.*n.*4.

95 idem enim est, si filia quæ renunciauit, effecta sit monialis, quia tali casu succedit monasterium. *ex §.sed & hoc præsenti.auth.de sanctiss.Episc.* vide *Couarr. var. resol. lib.*1.*cap.*19. & *Card. Mant.de con.vlt.vol.lib.*11. *tit.*7.*nu.*21. & *Genuen. vbi sup. tric.* 8.*quæst.*212.

96 Quid si sit legata res ecclesiæ cũ certo onere missarum, & augeatur

res, an augeri debeat numerus missarum. & in hoc cum *Andr. de Isern. in §. & siquidem dominus. de controuers. feud.* dicas, quòd augmentum est magnum, debet imponi maius seruitium, secus si sit augmentũ modicum. *arg. l. quod dicitur. ff. de impensis &c. & l. vtrum. ff. de don. int. vir. & vx.*

97 Item ecclesia secularis facit deficere conditionem, si sine liberis decesserit, sicut monasterium vt in *§. sed & hoc præsenti. Auth. de sanctiss. episc. vt si filius fiat clericus.* ita est communis opin. *Oddo de compend. subst. par. 6. vlt. art. tit. an legitimi tantum. Menoch. de præsumpt. p. 1. lib. 4. præsumpt. 83. num. 61.* de communi *Dec. in d. c. in præsentia. de prob.* & probatur per *text. in d. §. sed & hoc præsenti.* ibi monasteria ingrediantur, aut clerici fiant. idq. procedit in clerico constituto in sacris, & quòd bona ecclesiæ acquirantur, & quòd clericus in domo ecclesiæ habitet. ita *Fel. Dec.* & alij in *d. c. in præsentia. Card. Mant. de con. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. nu. 22.*

98 Et si substitutio fideicõmissaria sit facta pluribus simpliciter sub conditione, si sine liberis decesserint, post mortem construatur ecclesia, mors omniũ expectãda est. *Bart. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebell. & ibi Ripa* de communi. *Card. Mant. de con. vlt. vol. lib. 11. tit. 5. nu. 17.*

99 Item notandum est, quod ecclesia non potest exigere pœnam conuentionalem vltra interesse ex *c. suã de pœnis. Abb. in c. vnico. de plus petit. Card. Seraph. dec. 794. & dec. 279. p. 1. diuers. Menoch. de arb. iud. casu 260. nu. 14. Afflict. dec. 135.* potest tamẽ

100 ecclesia exigere pœnas legales. *cap. procurationes. de censib. Card. Seraph. dec. 279. & 819.*

101 Insuper si fuit legata dos ecclesiæ construendæ debetur à principio quando mittitur primus lapis non expectata constructione. *Innoc. in c. nos quidem. de test.*

102 Similiter filij positi in conditione censentur positi in dispositione, quãdo ecclesia est substituta. *Ias. in l. si quis id quod. nu. 22. ff. de iur. om. iud. Prim. iur. con. 661. n. 29. Decian. resp. 44. nu. 52. vol. 3.* item fideicommis-

103 sum vniuersale transit ipso iure in ecclesiam, & statim ei competit actio ante realem, seu verbalem restitutionem. *Bart. in l. vlt. C. de sac. eccl.* & ibi *Bald. Innoc. in c. cum tibi. de testam. Peregrin. de fideicom. art. 2. nu.*

104 *61.* similiter fauore ecclesiæ si habens domum communem, mandet in ea construi ecclesiam, tenetur socius inuitus vendere partem suam. ex doctrina *Bald. in l. 1. C. de comm. seru. man. Vasq. de success. progress. lib. 3. §. 29. nu. 4. & seq.*

105 Donatio etiam omniũ bonorum facta ecclesiæ in totum reuocatur per superuenientiam liberorum donatoris. ex *l. si vnquam C. de reuoc. don. Vasq. vbi sup. lib. 3. §. 26. nu. 7.* & in donatione facta ecclesiæ non requiritur insinuatio, *arg. l. pen. C. de donat.* hanc esse communem testatur *Ruin. cons. 182. vol. 1. Tiraquell.*

106 *de priuil. piæ causæ. priuil. 124.* & fauore ecclesiæ si succumbat in lite, & victa sit, non est condemnanda in expensis. *Boer. dec. 224.* eadem ratione prælatus non transfert posses-

107 sionem rei ecclesiæ per constitutum, seu præcarium. *Alex. in l. 1. ff. de acq. poss.* & ibi *Ripa nu 69. Tiraquell. de iur. constit. limit. 16.* nisi cum Episcopo Capitulum alienet, *Mathesilan. singul. 167. Tiraquell. vbi sup. Card. Seraph. dec. 567.* vide *Genuen. vbi sup. tricen. 11. quæst. 303.*

108 Item est notandum, quia filius grauatus fideicommisso detrahit duas quartas, legitimam, & trebellianicã. *c. Rainutius. de testam.* trebellianica tamen non detrahitur ex fideicommisso ad pias causas. *Bart.* & alij in *l. Marcellus. ff. ad trebell.* legitima autem detrahitur à filio ex *l. quoniã in priorib. C. de inoff. testam.* hæres tamen filij potest grauati in legiti-

ma.

ma. *l. si fundum per fideicommissum. §. fin. & l. seq. ff. de leg. 1.* ita *Alex. in l. cert tio. ff. de vulg. & pup.* & ibi *Ias.* & *Ripa* de communi testatur,
109 item donatio facta ecclesiæ non reuocatur ob ingratitudinem. *Ripa in l. generaliter. C. de reuoc. don. nu. 170.* nisi in donatione sit appositum pactum, quòd ob ingratitudinem reuocetur. vide *Genuen. vbi supra. quæst.* 308.

110 Similiter ecclesia potest agere sine cessione. *Bald. in c. vigilanti. de præscript.* quamuis regulariter soluens pro alio non possit agere sine cessione. *Bart. & Castrens. in l. modestinus. ff. de solut.*

111 Valet etiam donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum facta ecclesiæ. *Bald. in c. in præsentia. col. pen. de prob.* & ibi *Abb. Felin. & Dec.* testatur de communi. *Tiraqu. de priu. piæ causæ. priu.* 100. & pariter fauore ecclesiæ non datur appel-
112 latio à sententia, seu præcepto de residendo. *c. peruenit. il secondo, de appell.* & tanto magis quando beneficiu n est curatum. vt in *c. relatum. de cler. non resid.* & promissio facta
113 ecclesiæ non redditur nulla propter incertitudinem, sed debet certificari arbitrio boni viri. *arg. l. quidam testamento. ff. de leg. 2. Abb. in c. ex parte. de decim. Fel. in cap. 1. de pact. Genuen. vbi sup. quæst.* 325.

114 Et potest fauore ecclesiæ, ei legari, etiamsi sit regularium incapacium, vt Fratrum minor. de Obseruantia. *clem. exiui. de verb. sign. c. exijt. de verb. sig. lib. 6. Bart. in tract. minoritarum.* quia ecclesia minorum licèt non sit ecclesia Romana, tamen
115 adest sindicus Apostolicus nomine Papæ constitutus, qui est medium habile ad acquirendum ecclesiæ Romanæ, quæ est capax, & pari ratione si legetur iuspat. tali ecclesiæ, valebit legatum, & patronata ecclesia fiet libera ad collationem Papæ, cui ex tali legato acquiritur. faciunt dicta per *Genuen. vbi sup. quæst.* 328.

116 Insuper legatum vsusfructus factum ecclesiæ non adiecto tempore non durat nisi per centum annos, ac proprietas apud hæredes sit semper inutilis, secus in annuis legatis. *Dinus in l. in singulos. ff. de ann. leg. Couar. var. resol. lib. 1. c. 9.*

117 Et si prohibita sit alienatio à testatore, vt bona perpetuò maneant in familia, post quartum gradum potest fieri alienatio. *§. nos igitur. in auth. de rest. fideicomm.* & multò magis potest alienari in ecclesiã. *Tiraquell. de priu. piæ causæ. priu.* 148.

118 Et fauore ecclesiæ pôt cõstrui ecclesia super fundo subiecto fideicom *Paul. de* Citadin. *de iurep. p. 3. q. 12.* missa. *secunda causa. Euerard. in loco, de dote ad piam causam.* & super tali re dos constitui. *Bart. in l. si locus. ff. de rel. & sumpt. fun.* & potest
119 minor 25. ann. fundare ecclesiã absque decreto iudicis ex *c. si annum. de iudic. lib. 6.* & ibi *gloss. & Doct.* & idem est in muliere. vide *Genuen. vbi sup. quæst.* 335. & si testator mãdet ecclesia construi cum consensu Ordinarij cum iurepat. non potest talis dispositio reuocari, & potest disponens in vita compelli ad executionem. *Lambert. de iurep. lib. 1. par. 1. quæst. 5. princ. art. 8. num.* 45. ea ratione, quia cum testator in abstracto creat beneficium in ecclesia cum consensu Ordinarij, negocium, siue beneficium est perfectum, & ideo non potest reuocari. vide *Genuen. vbi sup. quæst.* 336.

120 Et si res sit legata ecclesiæ, si post alienetur non censetur extinctũ legatũ sed remanet hypothecata pro legato. *gloss. in l. Caius. ff. de ann. leg. Euerard. in loco de alimentis ad piam causam.*

121 Et bona dotantis ecclesiã sunt tacite hypothecata pro euictione. *Paul. de citadin. vbi sup. par. 3. quæst. 17. secunda causa. Lambert. vbi supr. nu. 9.* sed non ad duplum, quod venit loco pœnæ, quæ de iure canonico non habet locum.

122 Item notandum, est, quod si baro, vel comes fundet, & dotet ecclesiã, & acquirat iuspat. videtur id fecisse tanquam persona priuata, non tanquam comes, *Andr. de isern. in cap. 1. in fine. de controuers. int. masc. & fam.* quia præsumitur acquisiuisse ex sua industria, non ex rebus feudalibus, nisi expresse dicat se dotare vt comitem talem. *vide Afflict. decis. 167. & 123. Genuen. vbi sup. quæst. 351.* & ecclesiæ necessitas præfertur alimentis patrono præstandis, sicut in simili habetur de liberto, qui tenetur alere patronũ. *l. si quis à liberis. §. alimenta. ff. de lib. agnosc. Abb. in c. nobis. de iurep.* & de dote ecclesiæ non est defalcanda portio canonica episco-
124 palis, quia est assignata ad perpetuũ cultum diuinum, quo casu non detrahitur. *c. vlt. de testam. Abb. in c. 1. de censibus. Petrus de perus. in tract. canonica episcop. c. 7.* & dos ecclesiæ non potest præscribi. *addict. per Rotam diuers. dec. 454. p. 1. Paul. de Citadin. vbi sup. p. 3. q. 12. causa secunda Lambertin. vbi supr. d. art. 8.* & si ecclesia missa sit in possessionem ratione le-
125 gatæ sibi dotis seruandæ, fructus lucratur *l. penult. ff. vt leg. no. cau. Lambert. vbi sup.*

126 Etiam est res notanda, si episcopus in ædificatione ecclesiæ expendat plus quàm reliquit testator, an possit illud exigere ab hæredibus, & quãdo; & videtur quod possit argumento. *l. cũ testamento. C. de testam. manumiss. sed in contrarium facit text. in l. qui aliena. §. 1. ff. de neg. gest. & Host. in c. nos quidem. de testam.* dicit ex qualitate, & dignitate defuncti consuetudine, effectu, & qualitate eius id esse metiendum, & ibidem *Card. vide Genuen. vbi sup q. 389.*

127 Item sicut ex *l. 1. C. de fideicommiss.* si legētur alimenta in testamento imperfecto ratione solemnitatis, & hæres sciens inualiditatem testamenti, ea præstiterit per triennium, cogitur etiã præstare in futurum. ita etiam procedit si sit legatum factum ecclesiæ, vel alteri piæ causæ. *Bart. & Ang. in l. si certis annis C. de pact. Butr. in c. peruenit de censib. Tiraquell. de priuileg. piæ causæ priuileg. 6. & Alciat. in dict. l. si certis annis.* ait idem etiam procedere si sit legatum dotis.

128 Etsi thesaurus sit inuentus in loco ecclesiæ, remanet ecclesiæ, & non acquiritur rectori, quia thesaurus non pertinet ad vsufructuarium. *l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. matrim. & ibi Bartol. Boer. decis. 51. vide Genuen. vbi sup. q. 394.* & fauore eccle-
129 siæ transactio facta cũ illa est inualida, nisi res, de qua agitur, apud eam remaneat. *Abb. in c. cõtingit. de trãsact. quod ampliat Bar. in l. nulli. ff. de transact.* vt procedat non solum quando ecclesia possidet, sed etiam quando possidet aduersarius. *Tiraquell. de retract. lign. §. 1. gloss. 14.*

130 Notandum est etiam, quod si fuerit legatum ecclesijs alicuius ciuitatis, puta Pisarum, non intelligitur relictum ecclesijs postea constructis, ex magis communi, de qua *Bal. Imol. Alex. & Cuman. in l. qui filiab. in princ. ff. de leg. 1. Card. Mant. de con. vlt. vol. lib. 8. tit. 6. n. 9. clem. literas. de rescript.* vbi litteræ Apostol. super
131 beneficio vacaturo nõ extenduntur ad beneficium creatum post datam litterarum, nisi aliud ex coniecturis esset dicendum. vt ibi per *Mant.* & si testator legauit ecclesię parrochia-
132 li, & testator tempore testamenti habitabat in vna parochia, & tempore mortis in alia, debetur illi, in qua morabatur tẽpore mortis, si testator in totum mutauit domicilium. *Ancharan. in c. cum quis. de sepult. lib. 6. quoniam tempus mortis spectandum est argumento. l. placet. cum seq. ff. de lib. & posth. Boer. dec. 176.* nisi aliud appareat ex mente testatoris. *Card.*
133 *Mantic. de con. vlt. vol. lib. 8. tit. 6. num. 18.* & legatum factum Canonicis non censetur factum ecclesiæ. *gloss. in cap. requisisti. de test. Cardin. Manic. vbi sup. n. 11.*

Quid

134 Quid si detrahenda sit falcidia, quæ non detrahitur de legato facto ecclesiæ, an tota detrahatur de legato defalcabili facto alteri etiam pro parte ecclesiæ Roman. in auth. similiter. C. ad l. falcid. dicit primo quòd vbi legatum defalcabile, & nō defalcabile fit vni personæ, tunc de defalcabili deducitur duplex falcidia l. plane. & l. sed si non seruus. §. si solus. ff. ad l. falcid. & si ecclesia sit hæres instituta, non detrahet falcidiam de legato facto alteri ecclesiæ. Roman. vbi sup. Tiraquell. de priuil. piæ causæ. priu. 26.

Secundo vbi legatum defalcabile, & non defacabile fit duabus personis, quæ ambç reputantur pro vna, tunc de legato defalcabili detrahitur falcidia pro vtroq. l. cum quo. ff. ad l. falcidiam.

Tertio vbi legatum defalcabile, & nondefalcabile fit diuersis personis omnino, tunc de legato defalcabili non detrahitur, nisi vna falcidia, & quomodo sit detrahenda falcidia de legatis non pijs concurrētibus cū pijs, quando ecclesiæ legātur decem soluenda singulis annis vide Bart. Socc. in l. 5. §. item si respublica. & ibi Castrens. ff. ad l. falcid.

135 Accedit, quòd fauore ecclesiæ, si emat rem, non valet pactum obligationis, seu specialis hypothecæ rei venditæ, donec soluatur præcium, sicut si emit minor. c. 1. c. auditis. de rest. in int. Euerard. in loco de minore ad ecclesiam. secus si minor emat ab ecclesia. vt in l. 1. §. fin. ff. de reb. eor. Menoch. de adipisc. poss. remed. 3. num. 75. Stef. Gratian. discept. 136 for. c. 242. num. 15. & similiter si ecclesia petat restitutionem in integrū aduersus tres sententias conformes, eius executio impeditur ecclesiæ fauore Salic. in l. 1. C. ne lic. ter. prou. quia clem. 1. de sen. & re iud. loquitur de petitione nullitatis, non de restitutione in integrum. vide Genuen. vbi supra quæst. 421.

137 Sciendum est insuper quòd quando petitur ecclesia, dicitur iudicium vniuersale. gloss. in c. cum ad sedem. de rest. spol. ex quo sequitur, quòd licèt libellus nimis generalis non sit 138 recipiendus, nisi res petitæ declarentur c. 2. de libell. oblat. l. si in rem. ff. de rei vend. tamen quando petitur ecclesia cum possessionibus, & pertinentijs suis, non est necesse exprimere res particulares, quia iudicium est vniuersale, quo casu sustinetur talis libellus, & Abb. in d. c. 2. ait ex eo venire omnia pertinentia 139 ad ecclesiam. & ob ecclesiæ necessitatem potest quis ordinari subdiaconus ad titulum beneficij. alterius clerici per c. per tuas. il 3. & ibi Doct. de sim. si reditus sint sufficientes pro 140 vtroq. Et fauore ecclesię in causa beneficiali nō defertur iuramentū suppletorū. Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. quod declara, vt per Genu. vbi sup. q. 427. & quamuis prædiolum ecclesiæ possit sine solemnitate alie-141 nari. c. terrulas. 12. q. 1. tamē ibi Cardin. à Turrecren. ait id nō procedere in bonis cohęrentibus eccl. quæ non possunt alienari sine solemnitate; quia sequuntur naturam sui principalis, neq. eccl. restituitur in lucro aduersus licitationem factam oppor-142 tuno tempore, si post aliquot dies alienationis aliquis plus offerat, nisi de sorde, vel fraude doceretur. Alberic. in l. & si sine. §. quæsitum. ff. de minorib. vide Afflict. & ibi add. dec. 340.

143 Successiuè sciendum est, quòd fauore ecclesiæ in contractibus innominatis nō est locus pęnitentiæ. Bal. in l. si pecuniā. ff. de cond. cau. data, & in l. sicut. C. de act. & oblig. Tiraq. de priuil. pia cau. priuil. 133. Card. Mā-144 tic. de tac. & ambig. lib. 1. tit. 18. nu. 13. & fauore ecclesiæ in dubio ecclesia præfertur possessori, vt trāsferat in eum onus proband. Dec. in l. fi. in fin. C. de ed. d. adr. toll. Card. Mant. de con. ult. uol. lib. 6. tit. 5. n. 52. per c. ult. de re iud. & pariter fauore eccle-

siæ

145 siæ tempus est modus inducendæ obligationis. *C. ad apostolicam. de sim. Abb. in c. veniens. el 1. de testib. Thesaur. decis.* 99. & indebitum
146 solutum ecclesiæ non repetitur. communiter Doct. relati à *Gomes. in §. ex maleficijs. Instit. de action. Vasqu. de success. progress. lib. 3. §. 21. nu. 6. per textum in §. vlt. Instit. de oblig. quæ ex quas. cont. Tiraq. de priu. piæ cau. priu.* 119. nisi soluens ex tali solutione ad pauperratem reduceretur. *Genuen. vbi sup. quæst.* 483.

147 Sciendum est etiam, quòd legatum relictum in piã causam sub conditione mixta, quæ non fuerit impleta ob aliquem casum fortuitum, debetur, & si non steterit per hæredem, arguendo de libertate ad piam causam per *l. liberta. e. cum gloss. ff. de manumis. testam. & l. 2. C. de cond. insert. Euerard. in loco, à libertate ad piam causam. Roman. in d. auth. similiter. C. ad l. falc. Tiraq. vbi sup. priuil.* 57. præterea quando deficit conditio verè potestatiua ob casum quelibet impedientem, deficit & legatum. *l. centesimis. §. vlt.* & ibi *Bart. ff. de verb. oblig.* hoc tamen fallit fauore ecclesiæ, vel alterius piæ causæ. *gloss. in l.* 1. & ibi *Ang. C. de inst. &*
148 *substit.* Insuper licèt aliàs in legatis conditio existens non retrotrahatur. *l. 1. § serui. ff. ad syllanian.* tamẽ fauore ecclesiæ, vel alterius piæ causæ retrotrahitur *arg. l. neratius. ff. de manumiss. testam. Rom. in d. Auth. similiter*. & demum licet aliàs pluribus
149 conditionibus disiunctim, diuersisq. partibus testamẽti eidem legato adscriptis, vltima conditio debeat adimpleri pro legati consecutione. *l. quod traditum. ff. de cond. & demon.* tamen fauore piæ causæ non est attendenda vltima conditio, non prima, nec alia, sed tamen leuior. *l. sub diuersis. ff. de cond. & demon. Tiraqu. ibidem. priu.* 61. vide *Card. Mant. de con. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. nu.* 48. ita legatum relictum ecclesiæ à substituto sub conditione, si institutus hæres non erit, debetur purè ab instituto, si hæres erit, fauore ecclesiæ, vel alterius piæ causæ. *arg. l. 1. ff. de manumiss. testam. Roman. in d. auth. similiter. C. ad l. falc. Dec. cons.* 182. *Tiraquell. vbi sup. priuil.* 62. *Card. Mant. vbi sup. lib. 6. tit.* 3.

151 Et legatum relictum ecclesiæ pro exoneratione conscientiæ à damnato ad mortem, valet, & debetur quia id non est propriè relinquere, sed potius reddere debitum. *Tiraq. in l. si vnquam. in verbo, liberis, post. nu.* 88. *C. de reuoc. donat.* & fauore
152 ecclesiæ, consueta dari ecclesiæ pro eleemosyna, vel alimentis ex statuto ciuitatis singulis annis, contrario statuto auferri nequeunt. *Bart. in l. priuilegia. C. de sac. eccles. Rom. singul.*
153 433. Ita etiam fauore ecclesiæ, prælatus non potest compromittere in aliquem tamquam in arbitratorem de iure, & de facto concernentia ecclesiam. *Ang. in l. Imperatores. ff. de pact. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 26.*
154 *nu.* 52. & fauor ecclesiæ exigit, tamquam publicam continens vtilitatẽ. *c. ius publicum. dist.* 1. vt nihil circa eam construatur, vel toleretur, quod ei præiudicium afferat, etiamsi opus pium contineat. *c. pridem.* 18. *q.* 2. *Felin. in c. vlt. in fine, de iudic. c. 1. de op. no. nunc. c. ad audientiam. de eccl. ædif.* vide *Genuen. vbi sup. q.* 507.

155 Et sicuti in præscribendis seruitutibus continuis, vt aquæductus. & similes, non requiritur titulus, sed sufficit solus vsus, dummodo non vi, nec clam, nec precario, sciente domino, & non, contradicente. *Innoc. in c. de quarta. de præscript.* & sufficiunt decem anni inter præsentes, & 20. inter absentes. attamen contra ecclesiam requiruntur 40. anni. *d. c. de quarta.* vbi *Abb.* & alij. & debet doceri de titulo. *Bald. in l. seruitutes. la grande.* quem ibi sequitur *Castrens.* & alij. *ff. de seruitutib.*
156 Et fauore ecclesiæ in anno bissextili non computantur duo dies pro vno, quia fauore libertatis non computa-

putatur. *l. 4. §. sticbus. ff. de statu liber.*
157 & bonę fidei possessor rei ecclesiæ nō facit fructus suos consumptos, sed eos tenetur restituere. *§. quia vero. il secondo.* & ibi *gloss. & Ang. auth. de non al. reb. eccl.*

158 Et quamuis quęsibile priuilegio sit quęsibile consuetudine. *c. duo simul. de off. ord. c. cum contingat. de for. comp. Abb.* & alij in *c. accedentes. de præscript.* secus tamen est quando cōsuetudo esset onerosa ecclesiæ. *c. 1. de consuet. Felin. in d. c. accedentes.* &
159 fauore ecclesiæ distributiones quotidianæ non sunt dandæ infirmis ex propria culpa, vt si laboret morbo gallico. *Filipp. probus in c. vnico. de cler. non resid. lib. 6.* licet contrarium teneat *Couarr. var. resol. lib. 3. c. 13. num. 8.* vide *Genuen. vbi supra. quæst. 519.*

160 Et quamuis regulariter nemo possit alteri stipulari. *l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig.* tamen fauore ecclesiæ, & piæ causæ, potest quilibet illi stipulari, & acquire iuxta *gloss. in c. quoties. 1. q. 7.* & hæc est magis communis opinio quam tenet *Ias. in d. § alteri. Bald. in l. illud. C. de sac. eccles. Felin. in c. si cautio. nu. 27. de fid. instr.* & masculinum
161 non concipit femininum, si redundet in damnum ecclesiæ. *Ant. Gab. de verb. sig. concl. 6. nu. 102.* & *Alex. cons. 61. lib. 1.*

162 Et si legatum factum ecclesiæ, reperiatur cancellatum in testamento, & non constet de voluntate testatoris, præsumitur casu deletum & debetur *arg. de legato libertatis in l. proxime. ff. de his. quæ in test. del.* & ibi *Bart. Tiraquell. vbi sup. priu. 16.*
163 & in legatis relictis ecclesijs, vel ad pias causas habet locum ius accrescendi. *Bald. in l. 1. num. 48. C. de sac. eccles.* nisi sit legatum pro alimentis, vel nisi posita sit dictio taxatiua. *l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad*
164 *trebell.* similiter creditor ecclesiæ, qui tempore suo differt ab ea accipere annuas præstationes, si infra annum non petit, non potest amplius petere. *arg. l. fortissimi. C. de erogat. mil. ann. lib. 12.* & ibi *Io. de Platea.* de communi *Dec. in c. 1. de probat.* po-
165 test etiam ecclesia creditrix conuenire debitorem sui debitoris non excusso prius principali debitore, prout dicitur in fisco, si debitor debitoris factus sit debitor ex pecunia fiscali ad *l. 3. §. multa. ff. de iur. fisci.* sed regulariter vt agatur contra debitorem debitoris hæc requiruntur. Primo, quòd principalis sit conuentus. *l. 1. C. de conu. fisc. debit. lib. 10.* & debitum sit liquidatum, vel quod debitor sit condemnatus. *l. 2. C. quando fisc. vel priuat.* Secundo, quòd sit facta discussio, & pateat debitorem non esse soluendo. *gloss. in d. l. 1.* Tertio, quòd debitor debitoris confiteatur suum debitum, expressè, vel tacitè. vide *Genuen. vbi sup. quæst. 536.* & ecclesiæ fauo-
166 re, ne deseratur seruitium, clerici non sunt litibus inquietandi, sed celerrimè eorum lites sunt expediendæ. *arg. l. colonos. C. de agric. & censi. lib. 11. l. omnes. & l. generaliter. C.*
167 *de ep. & cler.* & similiter ecclesia habet priuilegium *l. 1. C. de debit. ciuit. lib. 11.* nempe priuilegium prælationis in actione personali, vide *Genuen. vbi sup. quæst. 540.* & repre-
168 saliæ contra ecclesiam, vel ecclesiasticas personas fieri nequeant. *cap. vnico. de iniur. & damno dato. lib. 6.*

169 Et fauore ecclesiæ odia non restringuntur, sed ampliantur, quando ex tali ampliatione, & extensione magis ei prouidetur. *gloss. in cap. sciant cuncti. de elect. lib. 6. Io. Andr. in c. odia. de reg. iur. lib. 6.* & ecclesiæ
170 fauore quandoque pro futuris culpis fertur excommunicatio vt in decimis persoluendis. *c. peruenit. de decim. gloss. in clem. dispendiosam. in verbo, præmoniti. de iudic.* & eccle-
171 siæ legari possunt res hostium, si de manibus eorum euaserint. *Ias. in l. id, quod apud. ff. de leg. 1. per c. Abbate*

bate sanc. de re iud. lib.6. & l. generaliter.§.1.ff.de fideicomm. libert. &
172 legatum factum ecclesiæ, vel alteri piæ causæ, his verbis, quisquis mihi hæres erit, non censetur conditionale, nec impeditur transmissio, quia debetur etiam hæreditate non adita, quæ tunc debentur ex dispositione legis, non ex dispositione testatoris. *Bart. in l.3.ff.de leg.1.*
173 Et procurator ecclesiæ recipiendo pensionem ab emphiteota non remittit caducitatem. *Berous cons.* 116. *num.* 8. & 10. *vol.* 1. *Afflict. dec.* 129.*num.*10. *Surd. dec.*181.*n.*9. *Corbulus de caus. priuat. ob can. non sol. limit.* 21. *num.* 14. *Rota diuers. dec.*280. *part.1.* nisi procurator, vel factor habeant facultatem renouandi inuestituras. *Rimin.cons.*22.*n.*11. *Corb. vbi sup.* & per obitum Prælati,
174 seu rectoris fauore ecclesiæ reuocatur procurator ab eo pro ecclesia constitutus etiam quoad incepta, ita
175 in *clem.vlt.de procurat.* & legatum factum ecclesiæ si non petatur per 40. ann. præscribitur *Ancharan.in c. sine possessione, de reg.iur. lib. 6. Stef. gratian.discept.for.cap.*118. sed contrariũ videtur verius, cum sit relictũ pro anima, vt probat *Genuen.vbi supra quæst.*587.& fauore ecclesię do-
176 natio dubia intelligitur inter viuos, vt sit irreuocabilis non causa mortis. *Bald. cons.* 29. & 107. *vol.* 2. & ecclesia diligit sapientes, literatos, &
177 virtuosos. *c. de multa.de præb.*& appellantur doctores ecclesiæ, lucernæ ardentes super candelabrum in do-
178 mo domini. vide *Genuen. vbi supra q.* 623. & demum beneficiatus ecclesiã non reparans potest compelli
179 ad reparandum, & puniri. *vide Felin.in c. irrefragabili de off.ordin.vide Genuen.vbi supra q.*748.

SVMMARIVM.

1 *Edictum de iurepatronatus est prohibitorium.*
2 *Mulier potest acquirere iuspatronat.*
3 *Masculinum concipit femininum.*
4 *Mulier non fit patrona quoad ius. processionis.*
5 *Iuspatronatus hæreditarium transit in feminas hæredes.*
6 *Iuspatronatus relictum familiæ quando feminis competat.*
7 *Iuspatr. si contineatur in villa data in dotem, præsentat ne vir, an mulier.*
8 *Iuspatronatus si spectet ad vxorem tanquam hæredem, vel ratione maioratus, ipsa debet præsentare, non vir.*
9 *Christiani sunt capaces iurispatronatus.*
10 *Iuspatronatus acquirere potest qui potest contrahere matrimonium, & in ecclesia orare.*
11 *Iudæi, turcæ, & infideles sunt incapace iurispatronatus.*
12 *Hæretici non possunt acquirere iuspatronatus.*
13 *Hæretici porci appellantur.*
14 *Hæretici quis dicatur.*
15 *Hæretici sunt lupi capaces, & infames.*
16 *Hæretici omnino extirpandi.*
17 *Schismatici non possunt acquirere iuspatronatus.*
18 *Apostatæ nequeunt iuspatroatus. acquirere.*
19 *Infames iuspatronatus acquirere nequeunt.*
20 *Excommunicati ante factum sunt incapaces iurispat.*
21 *Iudæus si fiat Christianus an recuperet iuspat. ecclesiæ à se fundatæ dum erat iudæus, & quid in hæretico conuerso.*
22 *Iudæus factus Christianus interdum recuperet iuspat.*
23 *Simoniaci nequeunt iuspatronatus acquirere.*
24 *Meretrix an sit capax iurispatronatus.*
25 *Meretrix aliquando acquirit iuspatronatus quoad habitum tantum.*
26 *Decimæ non sunt exigendæ ex illicitè acquisitis.*
27 *Iuspatronatus ab Antonio queri potest, si ædificet ecclesiam ex bonis sibi dona-*

donatis ab infami, excommunicato, & sim.

28 *Illegitimi sunt capaces iurispatronatus.*

29 *Pupilli, & infantes sunt capaces iurispatronatus.*

30 *Vniuersitas, collegium, & cætera personæ fictæ sunt capaces iurispatronatus.*

Omnes possunt acquire iuspatronatus, qui non sunt prohibiti.

CAPVT SEXTVM.

1 EDICTVM de Iurepatronatus est prohibitorium, itaut omnes ex fundatione, constructione, & dotatione acquirere possint iuspatronatus qui non sunt à iure specifici prohibiti, idque ex gratia procedit, & ratio est, quia in iure omnia licent, quæ non repe-riuntur expressa prohibita. *l. statuas, C. de relig. & sumpt. fun.* maximè in hoc opere pio. *Lambert. de iurepat. lib. 1. p. 1. quæst. 7. art. 1. Zecchius de benefic. & pens. c. 12. nu. 3. vers. an*
2 *vero omnes.* & ideò etiam mulier ex prædictis causis potest acquirere iuspatronatus. vt probatur ex *cap. nobis. de iurepatronatus. cap. vltim. de concess. preb.* & ibi *Io. Andr. in verbo, si quis. & Aug. Barbosa in suis collectan, ad cap, ex literis. 7. de iurepat. num. 12. Garc. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 142. & sequentibus. Cassador. decis. 1. de iurep.* quando enim dicitur, si quis, tàm masculus, quàm fæmina continetur. *l. 1. ff. de verb. signif. vbi glos. dicit id esse quoad mentem le-*
3 *gislatoris, cum masculinum concipiat femininum. not. in c. si quis suadente. 17. q. 4. in cap. generali. de elect. lib. 6. vbi glos. in verbo, vniuersos.* maximè cum profertur à lege. *Iason in l. si quis id quod. nu. 1. ff. de iurisd. omn. iudicum. latis. Decius in l. 2. ff. reg. iuris. à num. 90. vsq. ad finem. & ibi Cagnolus. Card. Mantica, de tacit. & ambiguis conuentionibus lib. 12 tit. 14. & de coniecturis vlt. volunt. lib. 7. tit. 14. num. 2. 13. & 19. Gonzalez ad regulam primam Cancell. glos. 22. num. 2. 3. 9. & 10. & Garc. de benef. par. 5. cap. 1. num. 622. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. à num. 177. Antonius Gabriel conclus. 6. de verb. signif. Menochius de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 84. num. 1. cum sequentibus. Peregrin. de fideicommissis. art. 25. nu. 2. Valasc. de iure emphyt. quæst. 51. num. 2. Aug. Barbosa in collectan. ad cap. significauit. num. 5. de rescriptis. latè Franc. molina. de ritu nuptiarum. lib. 3. q. 16.*
4 *num. 1. & seqq.* non tamen mulier acquirit iuspatronatus quoad ius processionis, nisi esset mulier Illustris. *Lambertin. vbi sup. art. 2. n. 30. & 48.* quinimo iuspatronatus hære-
5 ditarium transit etiam in fæminas hæredes. *Rocch. de Cur. de iurepatr. verbi, ipse, vel is. quæst. 6. Lambert. vbi sup. par. 2. lib. 1. quæst. 2. art. 14.*
6 *& inspat.* relictum consanguineis, seu his, qui sunt de genere, parentela, domo, seu familia competit fæminis etiam nuptis, & descendentibus ex illis, præsertim in Hispania ad tradita per *Molinam de Hisp. primogen. lib. 3. cap. 4. Cassador. d. decis. 1. de iurepat.* nisi fæmina sit expressè exclusa. *Couarru. pract. quæst. cap. 38. num. 13. Molina de iust. & iure. tomo 3. disput. 627. num. 13. Garc. d. cap. 9. num. 143. & sequentibus.* quid
7 si villa in dotem data contineat iuspatronatus præsentabit ne maritus, an vxor, & cum ex communi, & recepta doctorum sententia maritus sit verè, & propriè dominus rei dotalium. *Bart. in l. in rebus. nu. 3. C. de iure dot. vbi Bald. num. 6. & Salicet. num. 5.* testatur de communi. *Aretin. in princ. Institut. quibus alien. lic. vel non. Iason in §. fuerat. num. 2. de actionibus. Bald. nouell. de*

dotib.

dotib. par.8. priuileg.6. num. 1. Pinellus in l. 1. C. de bon. mater. p.3. à num. 12. & diuersas opin. refert, & confutat Garc. d. cap. 9. à num. 148. ad numer. 177. ideò consequenter etiam iuspatronatus rei dotali annexum transibit in maritum. *cap. cum secundum. de iurepat.* & maritus adueniẽte vacatione præsentabit. *Rocch. vbi sup. quæst. 28. Rebuff. de nomination. quæst. 17. num. 56. Tiraquell. post leges connubiales. gloss. vlt. à num. 5. Io. Gutierez de tutelis. p.3. cap.29. num.3. Garc. d. cap. 9. n.177. Riccius in praxi rer. for. ecclesiast. decis. 223. quamuis Imola, & Butrius in d. cap. vlt. de concess. preb.* teneant tunc præsentationẽ spectare ad vxorem, quia talis fructus non confert ad onera matrimonij. attamen ve-
8 rissimum est, quod si iuspatronatus spectet ad vxorem non ratione rei dotalis datæ in dotem, cui sit annexum, sed ratione maioratus, aut successionis hæreditariæ, vel alio titulo, ad ipsam pertinet præsentare, neque maritus poterit se intromittere, nisi vxor ex vrbanitate velit maritum simul præsentare. *Gutierez d. cap. 29. num. 4. Garc. d. cap. 9. numero 185.*

9 Nunc consequenter est videndum qui sunt incapaces iurispatronatus, & pro regula sciendum est, quemlibet Christianum esse capacem re ipsa iurispatronatus *d. c. pia mentis.*
10 *& c. frigentius. 16. quæst. 7.* & qui potest matrimonium contrahere, & in ecclesia orare, potest & iuspatronatus acquirere, refert *Riccius in praxi rer. for. eccles. decis. 166. n. 91. ex Io. Andr. Butrio, & Panorm. ideo.*

11 Primo Iudei nullo modo possunt acquirere iuspatronatus ecclesiæ, capellæ, vel Altaris, & sim. de quo Iurep. nos loquimur. *d. c. pia mentis. d. c. frigentius. & c. quicumque fidelium. 16. quæst. 7.* latè *Lambert. vbi supra lib. 1. par. 1. quæst. 7. art. 3. & præsertim. num. 21:* sed tunc ecclesia, seu altare reiecto omni iurepatron. erit liberæ collationis. *Lambert. ibid. art. 9:* eadem ratione Turcæ, & alij infideles omnes sunt incapaces talis iurispatronatus.

12 Secundo. Hæretici nullo modo possunt ex causis supradictis aliquid faciendo acquirere iuspat. ecclesiarum, neque etiam iure successionis, vel quouis alio titulo. *d. c. pia mentis. & c. sequenti.* est enim infidelis, & extra ecclesiam. *cap. 1. & 2. de hæreticis. cap. firmissimè. eod. tit. de hæret.* & hæretici a iure appellan-
13 tur porci. *c. in mandatis. dist. 43.* & quis dicatur hæreticus declarat latissimè *Arnaldus Albertinus in suo tract. de agnoscendis assertionibus catholicis, & hæreticis. quæst. 2.* & habetur in *Directorio Inquisit. par. 2. fol. 138. in gloss. super decretalib. de hæreticis. & fol. 144. & 167. & quæst. 30. fol. 318.* & secundum *S. Thom. 4. dist. 13. art. 1.* hæreticus est, qui à communi fide, quæ catholica est, discedit, contrariæ opinioni vehementer inhærens per electionem. & *S. Bonauentura in d. dist. 13.* dicit, quòd hæreticus est, qui diuinæ legis ignorantia, vel contemptu pertinax, inuentor proprij erroris, aut alicuius sectator, catholicæ veritati mauult aduersari, quam subijci, & hæc definitio fundatur in *c. qui in ecclesia.*
15 *24. q. 3.* & hæretici appellantur, & sunt lupi rapaces, filij prauitatum à patre nequitiæ, & fraudis auctore destinati, colubri, & serpentes. vt in fine *Directorij Inquisit. inter liter. Apost. pro officio Sanctissimæ Inquisitionis. in litera Frederici Imperatoris. fol. 14. & 46.* sunt infames, banniti, & diffidati. *d. lit. Freder. vbi sup. fol. 15. 29. & 47.* item & eorum fautores, & qui ad preces hæreticorum beneficia habuerunt, tenentur illa dimittere. *cap. quicumque. de hæretic. lib. 6. direct. inquisit. par. 2. fol. 104.* vbi referuntur *Decretal. tit. de hæreticis. lib. 6.* & hæreticis vtitur demon ad animas decipiendas. doctissimus *Martinus del Rio disquisit. magic.*

magic. in princ. in proloquio. lit. F.
16 & in istis prauis hominibus omnino extirpandis omnis Christianus laborare enixè debet, denunciando, accusando eosdem Sanctissimo Tribunali Inquisitionis, in quo tribunali iam per annos quindecim & vltra sum Consultor, & minimus in hac Ciuitate Pisarum.

17 Tertio. Schismatici strictissimè sumpti, qui diuidunt se ab vnitate Romanæ Ecclesiæ, constituendo sibi ecclesiam, & sacerdotes. vt per *Abb. in princ. in rubr. de schismaticis.* & tales tamquam verè hæretici, & infideles non acquirunt iuspatronatus, si tamen à schismate reuertantur, & redeant, & admittantur ad vnitatem Ecclesiæ, recuperant iuspatronatus ecclesiæ ab eis fundatæ, dum erant in schismate. ita *Lambert. vbi sup. art. 5. num. 3 & 6.* idem in
18 Apostata à fide. *Lamb. ibid. art. 6. & art. 11.* quamuis largè accipiendo etiam hæreticus dici posset apostata, tamen apostata grauiùs est puniendus, qui fidem Christi omninò reliquit. *Bart. in rubr. C. de apostatis. Albertinus vbi sup. quæst. 2. nu. 3.*

19 Quarto. Infames quamuis habitu possint acquirere iuspatronatus, actu tamen nequeunt. *Lambert. vbi sup. art. 8.* ea ratione, quia iuspatr. est ius honorificum, quod non competit infamibus. *Dinus in cap. infamibus. de reg. iur. lib. 6.* & infames à dignitatibus, & honoribus remouentur. *l. 2. C. de dignitatib. lib. 12.*

20 Quinto. Excommunicatus ante factum non acquirit iuspatronatus, idest, non est habilis ad acquirendũ iuspatr. neque debet ad id admitti, & malè facit Episcopus admittendo talem excommunicatum, sed post factum, idest postquam ædificauit ecclesiam, vel alia fecit cum consensu Episcopi, qui illum admisit, benè efficitur patronus, sed exercitium non habet, idest, non exercebit, donec erit excommunicatus, ea, quæ pertinent ad patronum, ante absolutionem ab ipsa excommunicatione. *cap. nobis. de iurepat.* & ibi *Cardin. quæst. 5. nu. 6. & Abb. nu. 3.* & alij Doctores communiter. *Lamber. vbi sup. art. 10. & 11.* vbi quærit,
21 quid si Iudæus fiat Christianus, an recuperet iuspatr. ecclesiæ, quam fundauit dum erat Iudæus, & quid de hæretico conuerso, hæreticus conuersus numquam recuperat iuspat. ecclesię ab eo fundatę, dum erat in hæresi, quia non habebat dominium rerum suarum. neque Iudæus factus Christianus recuperat iuspat. quia dum venit ad fidem perdit omnia bona sua, & sunt distribuenda pauperibus. *ad not. per Abb. & Doct. in cap. Iudæi. il 2. de Iudæis.* quia eorum bona illicitè acquisita præsumuntur ex vsuris; si verò Iudæus ex
22 bonis licitè acquisitis, de quibus potest disponere, fundauit ecclesiam, & tunc si Iudæus fiat Christianus antequam aliquis sit in d. ecclesia institutus, vel ante consecrationem, potest effici patronus accedente consensu Diœcesani, idem est in pagano turca, & saraceno conuersis, qui si conuersi sint postquam Ordinarius ecclesiam in suam meram dispositionem assumpsit, & tunc nullo modo recuperabunt iuspat. cum ecclesia libera non possit effici serua. *Lambert. d. quæst. 7. art. 11. num. 4. & sequentib.*

23 Sexto. Simoniacus pari ratione non potest acquirere iuspatronatus. *Hostiens. §. 1. de hæreticis. in summa.* vbi dicit simoniacum esse hæreticũ. *Paul. de Citadin. de iurepat. par. 7.* & hoc potest procedere saltem quoad exercitium iurispatronatus, quia simoniacus largè dicitur hæreticus, sed quoad proprietatem sic, quia talis fit patronus. vt per *Lambertin. d. q. 7. art. 12. nu. 4.*

24 Septimo. Meretrix non videtur esse capax iurispat. cum sit infamis & iuspat. sit ius honorificum secundum *gloss. in cap. nobis. de iurepat.* attamen *Riccius vbi sup. decis. 166.*

I con-

concludit contrariū, quia licet meretrix turpiter faciat, non tamen turpiter accipit, neque tenetur ad restitutionem. *l. idem §. quoties. ff. de cond. ob turpem causam*. *Alex. cons.* 190. *lib.* 2. *Rocch. de* Cur. *in verbo, competens alieni*. *quæst.* 1. *col.* 2. *vbi sup.* ideo si meretrix de meretricio quæstu facit eleemosynam, seu ecclesiam construit acquirere dicitur iuspat. vt per *gloss. in c. non est putanda*. & ibi *Archid.* 1. *q.* 1. sed hoc dicas proce-
25 dere quoad habitum, non quoad actum durante vita meretricia. vt in simili dicitur de decimis personalibus, quæ debentur ex illicitè acquisitis restitutioni non obnoxijs, vt in meretrice, & in histrione, tamen sa-
26 cerdos non debet ab illis decimam accipere, ne eis videatur immunitatem præstare, & in eorum peccatis communicare, poterit tamen ea recipere, cum isti pœnitentiam egerint. *S. Thom.* 2. 2 *quæst.* 87. *art.* 2. *nu.* 42. *& seqq.*

27 Si autem Infames, excommunicati, & similes donent bona sua Antonio, potest iste Antonius donatarius ecclesiam ex dictis bonis construere, & dotare, & acquirere iuspatronatus, nisi dicta bona restitutioni subiaceant, prout in simili dicit *gloss. in cap. vnico. de iurepatr. lib.* 6.

28 De illegitimè natis nulla est dubitatio, isti enim omni casu sunt capaces iurispat. *Lambert. d. quæst.* 7. *art.* 13. *Doctores in cap. cum secundum. de iurepat. Præpos. Geminian. & Card. in c. lege imperatorum. dist.* 10. *Rocch. vbi sup. quæst.* 2. *Cardin. Paleotus in tract. de nothis, & spurijs. quæst.* 61. *per totum*. *Ricc. d. decis.* 196. *num.* 89.

29 Item pupillus, & infans sunt capaces iurispatronatus. *cap. nobis. de iurepat.* qui textus loquitur generaliter.

30 Personæ etiam fictæ sunt capaces, & acquirere possunt iuspatronatus, & Vniuersitas, Ciuitas, Capitulum, Collegium, Confraternitas, & sim. *gloss.* 1. *in d. c. pia mentis.* 16. *q.* 7. & est communis opinio, de qua *Archidiacon. in c. si plures.* 16. *q.* 7. *& Cardin. in clement. plures. §. finali. quæst.* 3. *nu.* 3. *de iurepatr.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia matrix quando fiat patrona ecclesiæ de nouo fundatæ intra suos limites.*
2 *Episcopus quando fiat patronus ecclesiæ fundatæ in sua diæcesi.*
3 *Papa est supra omne iuspatronatus.*
4 *Parochiani quando ecclesiæ iuspat. acquirant.*
5 *Parochialis ecclesia quæ sit, & quæ requisita habere debeat.*
6 *Parochia dicitur quasi pars curæ.*
7 Diœcesis *dicitur parochia Episcopi.*
8 Parochus *quid denotet olim.*
9 Diœcesis*, seu diæcesæ quid significent.*
10 *Parochus more ecclesiastico quid significet.*
11 *Diœcesis est diuisio ab ecclesia, & Episcopatu alterius.*
12 Diœcesis *multipliciter sumitur.*
13 Diœcesis*, idest territorium, vbi habetur iurisdictio.*
14 *Diœcesani locorum qui dicantur.*
15 Diœcesanorū *appellatione non veniunt hi qui sunt in ciuitate.*
16 *Parochialis ecclesia est, ad quam conuenit populus ad recipiendum sacramenta, &c.*
17 *Parochialis ecclesia nō dicitur, quæ caret populo actu, licet habitu sit talis.*
18 *Ecclesiam parochialem quatuor requisita faciunt.*
19 *Parochus habet potestatem fori pœnitentialis in suum populum.*
20 *Parochialis ecclesia certos limites habere debet.*
21 *Parochialem ecclesiam habens debet curam exercere nomine suo ad hoc vt dicatur parochus.*
22 *Parochus, vt sit talis solus ad regimen parochiæ assumi debet. & ponitur decisio* Rotæ.

Paro-

23 *Parochialis ecclesia est, etiamsi fontem baptismalem non habeat.*
24 *Ecclesia quæuis potest habere aliquã-do ius in ea sepeliendi.*
25 *Ecclesia non dicitur parochialis si percipiat decimas, & alia signa habeat, nec è conuerso, quia talia ex alio accidenti habere potest.*
26 *Curatum beneficium non dicitur si habeat potestatem fori contentiosi in foro exteriori.*
27 *Cura animarum largè, & strictè sumitur.*
28 *Cura largè sumpta continet etiam potestatem fori contentiosi in spiritualibus.*
29 *Cura propriè dicitur potestas soluendi, & ligandi in foro pœnitentiali.*
30 *Parochialis in diœcesi adesse non dicitur, quando Episcopus solet alicui curam animarum committere, & Episcopus est rector solus.*
31 *Collegiata ecclesia si habeat curam animarum, cura illa ad collegium, non ad singulos spectat.*
32 *Episcopus quando solus est curator in diœcesi, deputati ab eo ad curam animarum non debent percipere decimas ecclesiæ debitas.*
33 *Episcopus iure exigit decimas, quando non sunt diuisæ parochiæ.*
34 *Ecclesia maior quãdo in ciuitate est sola parochialis, decimas oẽs habet.*
35 *Episcopus est rector ecclesiæ Cathedralis stante diuisione parochiarum.*
36 *Episcopus in parochijs suæ diœcesis habet ius circa quartam partem decimarum.*
37 *Curatum beneficium non est, quod non est actu tale.*
38 *Beneficium in dubio curatum non præsumitur.*
39 *Ecclesia parochialis dicitur beneficiũ curatum, non è contra.*
40 *Ecclesiam parochialem melius est exprimere, quam beneficium curatum.*
41 *Curatum beneficium non dicitur quã-do ad tempus curam habet.*
42 *Curatum beneficium non dicitur, si de facto habet requisita ad beneficium curatum.*
43 *Conc. Trid. decretum sess. 24. de refor. c. 13. procedit quando verè est ecclesia parochialis.*
44 *Prioratus non dicitur beneficium curatum, si in eo Vicarius perpetuus deseruiat.*
45 *Rector in sua ecclesia dicitur prælatus.*
46 *Rectores in proprijs ecclesijs funguntur vice Apostolorum.*
47 *Beneficium vtrum sit curatum, vel non, est vtile.*
48 *Parochiam decẽ personæ constituunt.*
49 *Ecclesia non fit patrona capellæ in ea de nouo fundatæ.*
50 *Ecclesia fit patrona, si de eius redditibus alia ecclesia construatur.*
51 *Ecclesiæ de bonis acquisita omnia per prælatum præsumuntur.*
52 *Vassallus construens ecclesiam de bonis feudi non hæreditarij patronus non fit.*
53 *Constituti sub alterius potestate, vt filijfam., serui, & sim. si ædificent ecclesiam non fiunt patroni.*
54 *Meretrix potest acquirere iuspat. sed durante meretricio præsentare nequibit.*
55 *Ecclesia fundari & dotari potest de malè quæsitis restitutioni non subiectis.*
56 *Ecclesia ædificata de malè quæsitis subiectis restitutioni non debet destrui.*

Ecclesia Matrix an efficiatur patrona nouæ Ecclesiæ fundatæ intra limites ipsius ecclesiæ Matricis.

CAPVT SEPTIMVM.

1 ECCLESIA matrix, seu parochialis non efficitur patrona ecclesiæ de nouo fundatæ intra limites ipsius parochiæ ex eo tantum, quia sit intra eius limites, nisi dederit fundũ, construxerit, vel ecclesiam dotauerit.

rit. *Abb. in cap. 3. num. 8. de ecclef. ædific*. vbi de communi. *Card. Tusc. practic. conclusion. iuris. lit. I. concl.*
2 598. pari ratione Episcopus non erit patronus ecclesiæ fundatæ in sua dioecesi, nec Legatus de latere in ecclesia fundata intra limites suæ legationis, nisi alia fecerint, dando fundum, vel construendo, seu dotando, si tamen Episcopus ædificet ecclesiã in aliena dioecesi acquiret in ea iuspatronatus. *cap.* 1. 16. *quæst.* 3. Papa
3 verò ad libitum confert quascunque ecclesias vbicumque fundatas, tam liberas, quam iurispat. cum habeat omne ius plenissimum in quibuscũque beneficijs, & est supra omne iuspatr. ex mero iure, ratione supremi dominij vniuersalis ecclesiæ. *Abb. in c.* 3. *nu.* 2. *de iurepat.* & est ordinarius ordinariorum, & totius mundi, cum totus mundus sit Papæ territorium. *cap. cuncta per mundum. & cap. per principalem.* 9. *quæst.* 3. *Marcus Mantuanus ante rubr. de constitution. verbo*, Papa.
4 Plebs autem, populus, seu parochia non possunt acquirere iuspatronatus ecclesiæ, eò quia intra propriam parochiam fundata sit, ex supradictis.

Cum autem hic de parochia tractetur videamus quæ requirantur ad
5 hoc, vt ecclesia sit, & dicatur parochialis. & plura requiruntur posita à *Hieron. Gonzalez in comment. ad regulam octauam Cancell. gloss.* 6. *nu.* 35. *& seqq. à Garc. de beneficijs. p.* 1. *cap.* 6. *nu.* 3. *& seqq. a Riccio in praxi rer. fori eccles. decis.* 739. *à Massobr. in sua praxi hab. conc. ad vac. paroch. eccles. prælud.* 3. *ab Aug. Barbosa de off. & pot. episc. par.* 3. *allegat.* 53. *nu.* 66. *& seq. & alleg.* 57. *nu.* 162. *à Stephano Gratiano discept. forensium, cap.* 298. *nu.* 42. *& seqq. à Staphileo, de lit. grat. tit. de qualit. & statu benefic. §. circa secundum. nu.* 1. *& seq. Sarnen. in reg. de idiomate. quæst.* 11. *à Rebuffo in concordatis. tit. de collationib. §. statuimus.* 2. *verbo, parochiales ecclesia. à Cucchio Institut. maior. lib.* 2. *tit.* 15. *à Hoieda de benef. compatib. & incompatib. c.* 13. *nu.* 2. *& seqq. à Mascardo, de probationib. conclus.* 469. *à Zecchio de republica ecclesiast. cap.* 28. *de parocho. nu.* 2. *& ab Archid. in d. c. licèt canon. de elect. lib.* 6.
6 Parochia ergo dicitur quasi pars, seu diuisio, & partitio curæ. *gloss. in d. c. licèt canon. in verb. parochialibus.* sicut enim cura totius dioecesis spectat ad Episcopũ, sic dioecesis diuiditur in plures partes, ex quibus constituuntur parochiæ, & tota dioecesis
7 dicitur parochia Episcopi. *Marc. Ant. Genuen. in praxi Archiepisc. cur. Neapol. c.* 57. *nu.* 7. *Aug. Barbosa de off. & pot. episc. par.* 3. *allegat.* 53. *& in collect. ad cap.* 1. *de raptoribus. nu.* 2. ideo aliquando parochia dicitur dioecesis. *cap.* 2. *de tempor. ordin. lib.* 6. *& Alciat. lib.* 1. *prætermissorum. col.* 8. in fine ait, cum Magistratus Romani in prouincias ibant, siue alij accepto diplomate, dispositis equis cursu publico vterentur, hi, qui eos hospitio suscipiebant, & qui equos dabant, salgamumq. præstabant, parochi dicebantur. idem apud Horatium, vertère pallor rum parochi faciem, & alibi, proxima Campano ponti, quæ villula tectum præbuit, & parochi quæ habent ligna, salemq.; hinc dictæ parochiæ; & ex recentioribus Pomponius lætus in Constantino, qui Comitibus, inquit, & Ducibus, qui pro augendo Imperio consenuerant, dabantur agri, villæq., vt necessaria suppeterent, quoad viuerẽt, parochias vocabant; parochus au-
8 tem significat eum, qui in currum vti paranymphus ascendat, scribit Pausanias, cum noua nupta ad ædes mariti deduceretur, in currum ascendere ipsam solitam, & in eius medio collocatam, ab vna parte maritum, ab alia parochum, qui sibi affinitate proximus esset, accipere. Dioecesis *ex constit. Archigerontes. C. de episcopali audientia.* ibi Archi-
9 gerontes, dioecetæq., vbi Accursius expli-

explicat istos esse sacerdotes,quibus
delicta sua confitentur in metallum
damnati; sed *Alciat. lib. 3. dispu-
ctionum cap.* 18. explicat illa verba
ex græco sermone, idest principes
seniorum,seu summi senes, diœcetæ
verò procuratores, dispensatoresq.
demonstrat. ex quibus etiam potest
elici significatio, vt diæcetæ, idest
diœcesani sint dispensatores ministe
riorum Dei,vt ait S. Paulus Aposto-
10 lus. & parochi, qui fideles suscipiũt,
eisq. sacramenta ministrant; & verè
sunt paranymphi,quia hi debent an-
teire, & oues ducere ad Ecclesiam,
& ad Dominum, & ideo in casu no-
stro vt prædixi, sumitur parochia
pro diuisione, & partitione curæ.
11 Diœcesis autem similiter notat di-
stinctionem, diuisionem, seu parti-
tionem ab ecclesia alterius Episco-
patus. *c. Episcopum.7.q.1.c.quicum-
que.* 16.*q*.3. quandoque tamen pro-
12 uincia sumitur pro diœcesi.*c.studeat.
dist.*50. quandoque è contra. *c.Epi-
scopi.9.q.2.* quandoque diœcesis no-
mine continetur ciuitas.*c.sacrorum.
dist.63.* & diœcesis pro patriarchatu.
§. illud etiam. Auth. quom. op.Episc.
aliquando pro districtu Præfecti Præ-
toris Aphricæ. *Alberic. in rub.de off.
præf.præt.aph.* quandoque pro distri-
ctu cuiuslibet ciuitatis. *l. 1. circa
prin.C.vt omnes tàm ciui.quàm milit.
iud.* quandoque pro parochia. *gloss.
in c.1.13. q.1.* & diœcesis, idest ter-
13 ritorium vbi habetur iurisdictio in
temporalibus,vel sumitur pro admi-
nistratione, & iurisdictione, quæ ha-
betur in spiritualibus.*not.in §.nō ali-
ter. Auth.quom.oport.Episc.* & diœce-
sis dicitur vbi est Episcopus, & Epi-
scopatus. *c.cum pro vtilitate.16.q.1.
& c. licèt. 16.q.3.* & diœcesani loco-
14 rum dicuntur Episcopi, & Superio-
ris. vt habetur in *clemen. vnica. de
suppl. negl. prælat.* Archiepiscopus
tamen non est diœcesanus loci Epi-
scopi, sed Episcopus. *c.in apibus. 7.
q. 1. & ibi not.* quandoque diœcesa-
nus dicitur ille, qui habet in diœcesi
domicilium. *gloss. in c. statutum.
de rescript. lib. 6.* & diœcesano-
15 rum appellatione non continentur
hi, qui sunt in ciuitate. *Bart. in
cons. incip. Ciuitati Camerini*. verum
an, & quando appellatione diœcesa-
ni, vel Ordinarij solum intelligatur
de ipso Episcopo. vide *Felin.in cap.
cum olim.in princ.de rescript.*

His præmissis pro intelligentia di-
cendorum, concludo, quòd paro-
16 chialis ecclesia est illa, ad quam cō-
uenit populus ad recipienda Sacra-
menta, & ad audienda sacra diebus
festis, vbi sunt sepulturæ, & vbi pa-
rochiani audire debent verbum Dei,
ac rudimenta Fidei, ac ei decimas,&
oblationes soluere. *Aug.Barbosa de
off. & pot.episc.par.3.allegat.* 53. *nu.
66. Doct. in c. cum in cunctis. §.in-
feriores.de elect. Stapbil. vbi sup.n.1.
& seq. Card.Seraph.decis.*1227.*Ric-
cius in d. praxi rei for.eccles.dec.*739.
*nu.1.Massobr.vbi sup.num.6.Cardin.
Mantica decis.* 48. & melius eccle-
sia parochialis dignoscitur, eo quod
habeat populum certis limitibus, ac
finibus distinctum, quasi non suffi-
ciat, si sacri baptismatis fontem ha-
beat, & sepeliendi actum exerceat.
*Rebuff. in praxi, tit. de dispensat. su-
per ætate. versic. etiam si curam ha-
beat animarum. & in concordat.tit.de
collat.§.statuimus.il 2.fol.*666. *Ma-
scard. de probat. concl.*888. *Azorius
instit.moral. par.2.lib.3.cap.12.qu.3.
Gonzal.d.gloss.6.nu.37. Steph. Grat.
discept.forens.d.c.298.nu.42.& seqq.*
17 non dicitur tamen parochialis eccle-
sia, seu curata, nec tamquam talis
regulatur illa, quæ non est actu cu-
rata, sed tantum habitu, vt quia po-
pulus sit destructus, licet remaneat
semper parochialis. *Rebuff. d.versic.
etiamsi curam &c. Gonzal.d.gloss.6.
nu.89. & 90. Azor.vbi sup.quæst.9.
Barbosa d. allegat.* 53. *nu.* 68. & si
parochiani reuertantur erit actu &
habitu parochialis. *gloss.* communi-
ter approbata *in d. cap. licèt canon.
in verbo,parochia.de elect.lib.6.*quam

ibi sequitur *Anchoran. nu.*5. & *Geminian.nu.6.Franch.nu.*22.

Ad hoc autem, vt ecclesia dicatur parochialis, & beneficium curatum hæc requiruntur.

18 Primum, potestas fori pęnitentialis, id est, potestas ligandi, & soluendi in foro pęnitentiali, quæ non cadit nisi in sacerdotem. *c. in nouo. dist.* 21. *cap. omnis. de pœn. & remiss.* & talem potestatem habet ille sacer-

19 dos, qui necessitate adstringitur ministrare ecclesiastica Sacramenta, & fideles, quibus administrat, ad eum accedere coguntur. *gloss. in clem. dudum. verbo, impediant. de sepult.* quam ibi sequitur I*mola nu.*32. *Abb. nu.*24. & *Anchoran. nu.* 20. *Dec. in c. ad aures. de rescript. nu.*6.

20 Secundum requisitum est, quòd sit certa parochia, seu locus certis finibus, & limitibus constitutus, & designatus, in quo populus alicui ecclesiæ deputatus degit. *c. ecclesias.* 13. *q.* 1. *in princ. & Conc.* Trid. *sess.* 24. *de ref. cap.* 13.

21 Tertium requisitum est, vt obtinens parochialem ecclesiam exerceat curam nomine suo, non alieno ad hoc vt dicatur curatus. *cap. extirpandæ. §. qui vero. de præb. Milis, in repertorio, verbo, ecclesia parochialis quæ dicatur.* & si quis est principalis dignitas in Collegiata, & pro cura eligatur in rectorē & prælatum, tunc semper est curatum beneficium. *Milis vbi sup. verbo beneficium. nu.*22.

22 Quartum requisitum est, vt talis, vt dicatur curatus, tamquam rector exerceat curam nomine suo, & non cum alijs, & ad regimen parochialis ecclesiæ assumatur. nā in vna ecclesia vnus debet esse sacerdos, spōsus, & rector. *d. c. in capibus.* 7. *q.* 1. *c. sicut in vna.* 21. *q.* 2. latè *Oldrad. cons.* 67. *Felin. in capit. in nostra. decimo corollario propè finem. de rescript.* & fuit dictum in *Recanaten. parochialis.* 20. *Maij.* 1577. *coram* Cantuccio. *vt infra.*

Conclusum fuit, ecclesiam S. Michaelis, de qua agitur, non esse beneficium simplex, sed parrochialem curatam, quia in ea concurrunt illa omnia, quæ ad constituendam ecclesiam parrochialem concurrere debent, quæ quidem quatuor sunt, de quibus per Staphil. *de. lit. grat. tit. de qualit. & stat. benef. §. circa secundum. num.* 7.8.9. & 10. *fol.* 127. *cum seq.* & sequitur *Sarnen. in regula de idiomate. q.* 11. *fol.* 126. *in lit.* C. *D.* E. *F.* asserens ita R*otam* tenuisse corā eo in vna *Virdunen. parochialis, de mense Octob.* 1539. Primum autem requisitum est potestas fori pænitentialis, hoc est, potestas ligandi, & soluendi, quæ non cadit nisi in Sacerdotem. *c. in nouo.* 21. *dist. c. omnis. de pænit. & remiss.* & licèt etiam potestas fori contentiosi, seu iudicialis beneficium reddat curatum, vt per *Innoc. in c. dudum il* 2. *num.* 11. *vers. nam modus agendi.* & ibi *Abb. nu.* 7. *in fine. de elect.* latè Capra *reg.* 90. *nu.* 12. *Dec. in c. ad aures. num.* 6. *de rescript. cum simil.* nihilominus strictè, & propriè beneficiū curatum dicitur illud, quod habeat potestatē fori pænitentialis. cura enim animarum dupliciter consideratur, largè, & strictè, siue propriè, vel impropriè, secundum I*nnoc. in c. cum satis. n.*2. & ibi *Butr. n.* 8. & *Abb. n.* 2. *vers. circa primum. de off.* Archid. *Card. cons.* 48. *num.* 9. & *Sarnen. d. fol.* 126. *in lit. E. vers. & ideò.* & hoc idem latius voluit Abb. *in d. cap. dudum. il* 2. *num.* 6. *in* 9. *not. de elect. & in c. de multa. num.* 24. *vers. quoad primum. de præbend. Ferret. cons.* 255. *num.* 11. & Capra *d. reg.* 90. *num.* 11. largè, siue impropriè cura dicitur potestas fori contentiosi, siue iudicialis, quæ versatur circa exercitium iurisdictionis spiritualis, prout est, suspendere, excommunicare, absoluere, visitare, & alia huiusmodi, quæ ad correctionem morum spectant. *c. dudum ecclesia. de elect.* & hanc curam possunt habere Archidiaconi, & alij infe-

inferiores Prælati. *c. 1. de off. Archid. Doct. en capit. cum contingat. de foro compet.* Strictè vero, siue propriè cura dicitur potestas ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali, cuius nemo est capax, nisi Sacerdos. *dicto c. in nouo. 21. dist. & d. c. omnis. de pœn. & remiss.* non tamen omnis Sacerdos hanc curam habere dicitur, sed is tantum, qui necessitate astringitur ecclesiast. administrare Sacramenta, & fideles, quibus administrat, ad eum accedere coguntur. vt per *gl. in clem. dudum. in verbo, impediant. de sepult.* quam vltra *Paul. & Zenzelin.* sequitur ibi *Imola n. 32. Abb. in d. c. dudum. il 2. n. 7. in 9. not. & in d. c. de multa. nu. 24. Dec. in d. c. ad aures. num. 5. vers. & curatum. Ferret. d. cons. 255. num. 11. Rebuff. denominat. quæst. 19. num. 10. Stapbil. vbi sup. fol. 128. num. 8. Sarnen. dict. q. 10. fol. 126. in lit.* C. & tanto magis in casu nostro debet intelligi cura fori pœnitentialis, quia agitur ad effectum priuationis beneficij ob non promotionem ad Sacerdotium infra annum iuxta *c. licèt canon. de elect. lib. 6.* quo casu necessario requiritur cura fori pœnitentialis, nec sufficit cura iudicialis, siue contentiosi, quia talis cura non requirit Sacerdotium, vt *not. Card. d. clem. 1. q. 2. & ibi Vital. q. 12. num. 61. de off. vic. Mil. in repert. in verbo curatum beneficium obtinens. ad finem.* & probatur secundum eos exemplo Archidiaconi, qui habet curam animarum in foro contentioso. *c. 1. de off. archid.* & tamen in Archidiacono non requiritur Sacerdotium, sed sufficit Diaconatus. *c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect.* Secundum requisitum est, certa parochia, hoc est, locus certis finibus constitutus, in quo populus alicui ecclesiæ deputatus degit, dicitur enim parochia quasi partitio curæ. *c. ecclesias. 13. q. 1.* nam rector talis ecclesiæ dicitur populũ regere. *c. 1. de cappell. monac. vt de his per Rom. cõs. 356. n. 1. & 2. Doct. omnes in rubr. de parochijs Arcbid. & Io. Andreas in cap. licèt canon, in princ. in verbo, parochia,* & ibi *Gemin. q. 2. & Butr. sub num. 3. de elect. lib. 6. Staphil. de lit. grat. tit. de var. mod. vacat. §. quartus principalis. num. 3.* latè *Rebuff. sup. concordat. tit. de collat. §. statuimus. il 2. in verbo, parochialis.* Tertium requisitum est, vt obtinens ecclesiam parochialem ad hoc, vt dicatur curatus, exerceat curam nomine suo, & non alieno. vt in *c. extirpandæ. §. qui verò. & ibi Doct. de præb. Arcbid. in clem. 1. num. 4. versic. in non annexis. de off. vic. Mil. in repert. in verbo, ecclesia parochialis quæ dicatur. Staphil. d. fol. 128. numero 9. Sarnen. d. fol. 126. in lit.* C. *vers. requiritur etiam. Robuff. in sua prax. benefic. tit. de non promot. int. ann. num. 36.* Quartum, & vltimum requisitum est, vt parochialem habens dicatur curatus, quod tamquã rector suo nomine singulariter, & non cum alijs ad regimen parochialis ecclesiæ assumatur, ita vt si illi duo, vel plures præficiantur, qui confessiones audiant, baptizent, & alia ad curam spectantia faciant, non tamen dicuntur curati, quia quemadmodum vna sponsa non potest duos, vel plures sponsos habere. *c. 1. de sponf. duor.* sic nec ecclesia duos, vel plures curatos. *c. cum. non ignores. de præbend.* & in vna ecclesia vnus debet esse Sacerdos, sponsus, & rector, qui curam habeat. *c. in apibus. 7. q. 1.* & melius. *c. sicut in vna. 21. q. 2.* ibi, sed vnum tantummodo habeat Sacerdotem, qui eam castè, & sincerè regat, vt latè per *Oldrad. cons. 67. Staphil. d. fol. 128. num. 10. vers. requiritur. & num. seq. Sarnen. d. fol. 126. in lit.* D. *Feltn. in c. in nostra. in 10. corol. propè fin. vers. scias etiam. de rescript.* latè *Rebuff. in d. tit. de non promot. intra annum. n. 36. cum alijs seqq.* Quòd autem in ecclesia, de qua agitur, hæc quatuor requisita simul concurrant, deducitur, nam quoad primum, de potestate fori

fori pœnitentialis, illud patet ex cõfessionum anditione tempore Paschatis, quam probant testes Horatij, quartus, iuxta quintum, & vltimus, iuxta quintum, & octauum. Item, ex administratione Sacramenti Eucharistiæ eodem tempore Paschali, quam probãt testes curiæ episcopalis, videlicet primus super secundo, & super quarto, & iuxta septimum, tertius super primo, & super quarto, & iuxta quartum, quintus super secundo, & super quarto, sextus super primo, & secundo, & testes Horatij, quartus iuxta quintũ, & vltimus iuxta quintum, & octauũ. Item, ex administratione Sacramenti extremæ vnctionis, quam probant testes dictæ curiæ, quintus iuxta tertium in fin. sextus super primo, & quarto. Item ex benedictione domosum cum aqua benedicta die Iouis Sancti, de qua deponunt testes d. curiæ, videlicet primus, super secundo, & iuxta septimũ, tertius super secũdo iuxta septimũ, quintus super secũdo, sextus super primo, & iuxta septimũ quæ quidẽ benedictio ex cõsuetudine non nisi ad parochũ pertinet. de secundo requisito distinctionis limitum constat per testes d. curiæ, videlicet, secundnm, tertium, quartum, quintum, & sextum omnes super tertio. Quoad tertium requisitum exercij curæ nomine proprio, non alieno, illud per testes satis probatur, excepto tempore Paschatis, puo fratres Dominicani, & alij Presbyteri à rectoribus in eorũ auxilium assumpti audiebant confessiones, & administrabant Sacramentum Euchareстiæ; quod quidem nihil obstat, cum de iure presbyter parochialis possit in suum adiuoriũ alium presbyterum, vel religiosum, ad tempus etiam sine licentia superioris assumere, vt puta tempore quadragesimæ pro audiendis confessionibus, vel pro administranda Eucharistia die Paschatis, vel pro Missis celebrandis, dum tamen sibi constet de sufficientia assumpti, vt post *Laud.* tradit *Card. in clem. 1. in princ. q. 21. de priuil. Domin. in cap. perfectis. ad finem. 25. dist. 10. Andr. in c. cum ex eo. num. 3. de elect. lib. 6. idem Cardin. in clem. 1. q. 15. & ibi Imol. num. 8. in fine, & num. 9. Anchar. num. 4. vers. sed hic queritur, & Vital. num. 61. cum seqq. de off. vic. Abb. in c. extirpandæ. §. qui verò. n. 2. vers. hoc intellige. de preb.* Quoad quartum, & vltimũ requisitum nulla est inter partes cõtrouersia, quin rectores suo nomine singulariter, & non cum alijs ad regimen parochialis, de qua agitur, assumpti fuerint. Accedit, quòd etiam si hæc duo posteriora requisita in casu nostro deficerent, tamen ex quo respiciunt personam obtinentis ecclesiam, an sit curatus, vle non, idcirco ecclesia non desineret esse parochialis curata, cum satis sit eam habere. & curam fori pœnitentialis, & distinctionem limitum, Prçterea præmissa secundum dominos cõfirmantur ex prouisione Episc. Ricabellæ, ex visitatione Episc. Melchionis, ex prçsentatione facta ab Horatio, & eius fratre, & ex cõfessione eiusdem Horatij, quç nõ fuit sublata per reuocationẽ, ex quo de errore non constat, imò potius de contrario, non obstant exempla deducta, & in primis, quod in ecclesia, de qua agitur, non ad sunt sepulturæ, nec ibi mortui sepeliuntur, quia sepultura, siue actus sepeliendi non arguit ecclesiam curatam, cum sine cura possit ecclesia habere cæmeterium ex consuetudine, vel ex concessione Episcopi. *Federic. de Sen. cons. 135. n. 2. Staphil. d. fol. 127. num. 4. Sarnen. d. fol. 126. in lit. E. Gambar. de off. & pot. leg. de lat. fol. 148. num. 18. Hostien. in c. quia nonnulli. col. penult. vers. quid si aliquis. & ibi Io. Andr. pariter col. penult. eod. vers. quid si aliquis. Butr. num. 10. Card. quæst. 11. de cler. non resid.* Secundo non obstant, quod in ecclesia S. Michaelis. de qua agitur, desi-

deficiat fons baptismalis, quia ex actu baptizandi non colligitur cura, cum baptisma possit exerceri etiam à laico. *c. ad limina.* 30. *q.* 1. & valet omni casu, dummodo fiat forma debita, cum intentione baptizandi, & sic actus baptizandi non spectat ad curam, neque pęnitentialem, neq. iudiciálem, cuius quidem laicus, sicut & mulier est incapax. *c. omnes. & c. noua quædam. de pænit. & remiss. c. dilecta. de maior. & obed. c. bene quidem.* 90. *dist.* ita post *Paul.* cõcludit *Card. in clem.* 1. *de baptism. q.* 4. *nu.* 5. *& Imol. nu.* 6. *Anch. in* 2. *not. circa med. & Vital. nu.* 66. *&* 67. *Hostien. Io. Andr. Butr. & Card. in d. c. quia nonnulli. in locis supracitatis. Feder. de sen. cons.* 80. *num.* 3. *& cons.* 135. *in fine. Mil. in repert. in verbo, curatum non dicitur. Dec. in d. c. ad aures. ante num.* 7. *de rescript. Staphil. d. fol.* 127. *num.* 5. *Sarnen. d. fol.* 126. *lit. E. vers. nec etiam. Gambar. vbi supra nu.* 19. Tertio non obstat *cons. Rom.* 356. *nu.* 1. 2. 3. *&* 4. quem sequitur *Rebuff. de nominat. q.* 16. *n.* 10. quia quatenus *Rom. sub num.* 3. dicit, ecclesiam parochialem curatam colligi ex probatione plurium, nempe, vt parochiani diebus festiuis Missam in ecclesia parochiali audiant, vt Sacramenta ecclesiastica ibi percipiant, ac etiam ibi sepeliantur, & soluantur decimæ personales, & fiant oblationes, & Sacramentum baptismatis ministretur, vtiq. Roman. loquitur contra cõmunes Doctorum traditiones, quia quoad sepulturam, & baptisma, cura ex illis non infertur, vt supradictum est. Quo verò ad decimas, & oblationes, illarum perceptio nõ efficit ecclesiam curatam. vt per *Host. Io. Andr. Card. & Butr. in d. c. quia nonnulli. in locis supracitatis. & licèt Host.* quem cęteri sequuntur, moueat quæstionẽ de rectore nullos habente parochianos, quia omnes mortui sunt, tamen in fine quæstionis concludit generaliter propter perceptionem decimarum, oblationũ, primitiarũ, & aliarum rerũ, de quibus ibi, non dici ecclesiã habere curam, & sic patet *Romanum d. cons.* 356. *num.* 4. non bene respondère *ad not. per Host. in d. c. quia nonnulli.* Præterea enumerata per Romanum quibus probatis, inquit colligi ecclesiam parochialem, atq. curatam, non sunt ea, quæ necessario requiruntur pro constituenda ecclesia parochiali curata, sed sunt ea, in quibus ius parochiale consistit, inter quæ duo, longa est differentia, nam actus baptizandi, & sepeliendi, item perceptio decimarum, oblationum, & primitiarum, vt supra dictum est, non denotant curam, & tamen sunt iura parochialia. Quod autem enumerata per Rom. sint iura parochialia, ex eo ostẽditur, quod *Rom. allegat Io. Andr. in rubr. de paroch. vbi post Inno. & Host.* Inquit ius parochiale consistere in quibusdam ibi enumeratis, quæ sunt illa eadem. qui recenset *Rom. d. cons.* 356. *numero* 3. & idem voluerunt *Card. Butr. Abb. et alij in d. rubr. de paroch. Host. Goffred. in eorum sum. tit. de paroch. post princ. et sum. Angel. et sum. Tibern. in verbo, parochia.* Quarto non obstat, quod deducta pro parte Io. Baptistę demonstrant ecclesiam, de qua agitur, esse parochialem, non autem parochialem curatam. quia respondetur, omnem parochialem ecclesiam dici curatam, licèt non omne beneficium curatum dicatur ecclesia parochialis, vt per *Io. And.* & alios in *c. super eo. de præb. in* 6. *Rebuff. sup. cõc. tit. de collat. §. statuimus. il* 2. *in verb. parochiales, et in form. mand. apost. in verb. paroch. ecclesi. fol.* 164. & ecclesia parochialis eo ipso, quòd est parochialis, dicitur curata, vt tradit *Vital. in clem.* 1. *num.* 1. *de off. vic.* & probatur, quia parochialis dicitur à parochia, quæ nil aliud est, quã partitio curæ, vt supradictum est, ergo qualitas parochialis necessariò implicat curam. & hinc est, quod in iure Canonico, & in *Concil. Trident.*

passim

passim fit mentio simpliciter de ecclesijs parochialibus absque expressione qualitatis curæ. Quinto, & vltimo non obstat, quòd ad hoc, vt ecclesia censeatur parochialis, requiritur auctoritas Superioris constituentis eam parochialem. *cap. nullus omnino. 16. quæst. 7. c. sicut. de excessib. prælat.* Io. *And.* Imol. *Butr.* & alij. in *c. quia nonnulli. de cler. non resid. Alex. cons. 74. nu. 2. lib. 4. Rebuff. super concord. tit. de collat. §. statuimus. il 2. in ver. parochialis ecclesia, circa med.* quia auctoritas Superioris in casu isto ex cursu temporis præsumitur interuenisse, vt latè per *Gabriel.* post alios, *lib. 1. de præsumpt. conclus. 1. num. 9.* ex quib.

23 Primo infertur, quod non desinit esse ecclesia parochialis, si non habeat fontem baptismalem. *Card. in clem. 1. de baptismo. nu. 7. & 16. Imola num. 6. & Anchar. in 2. not. & Bonifat. de vitalinis num. 66. & 67. Dec. in d. c. ad aures nu. 6. in fine.*

24 Secundo infertur, quòd idem est dicendum si in ea nõ sint sepulturæ, quia quælibet ecclesia, quæ non sit parochialis potest habere ex consuetudine, vel ex Episcopi concessione cœmeterium, & ius in ea sepeliendi. *Federic. cons. 135. nu. 2. Host. Io. And. Card. & Butrius in c. nonnulli. de cler. non residentib. Mascard. de probat. conclus. 469. nu. 10.*

25 Tertio infertur, quòd non sequitur, hæc ecclesia non percipit decimas, neque primitias, vel in illa diebus festiuis Christifideles non audiunt missam, vel alia Sacramenta (excepto sacramento Pœnitentiæ) non percipiunt, ergo non est parochialis. neque è contra, hæc ecclesia habet prædicta iura, ergo est parochialis, quia quamuis hæc sint iura, & quædam signa ecclesiæ parochialis, ac non læuem præsumptionem inducant, vt ait *Roman. consil. 356. nu. 3. & 4. Mascard. de probat. conclus. 589. nu. 6.* non tamen ex illis infertur necessariò, quòd sit parochialis, cum ex aliquo accidenti esse possint. *Butrius in d. cap. quia nonnulli. nu. 10.*

26 Quarto infertur, quòd potestas fori contentiosi, seu iudicialis, idest quod quis habeat iurisdictionem in spiritualibus in foro tantum exteriori non facit strictè, & propriè beneficium curatum. vt per *Innoc. in c. dudum. il 2. nu. 11. & ibi Abb. nu. 8. de elect. Dec. in d. cap. ad aures. nu. 6. Panuinus de visitatione. par. 1. q. 2. nu. 28. & 48.* nam cura animarum

27 dupliciter consideratur, largè & impropriè, strictè & propriè secundum *Innoc. in c. non satis. nu. 2. Butr. nu. 8. & Abb. nu. 2. de offic. Archidiac.* lar-

28 gè enim, & impropriè cura dicitur etiam potestas fori contentiosi, seu iudicialis, quæ versatur circa exercitium iurisdictionis spiritualis, prout est, suspendere, excommunicare, absoluere, visitare, & alia huiusmodi spectantia ad motum conectionem. *cap. dudum ecclesia. de electione.* & talem curam possunt habere Archidiaconi, Decani, & alij inferiores Prælati. *cap. 1. de off. Archid. Doctores in c. cum contingat. de for. comp. Mascard. concl. 469. nu. 2.* strictè ve-

29 ro & propriè cura dicitur potestas soluendi, & ligandi in foro pœnitentiali. *Dec. in d. c. ad aures. num. 17. Mandosius cons. 20. nu. 6.* & fuit resolutum in *Conchen. Archipresbyteratus. 28. Ianuarij. 1594. coram D. Pegna.*

30 Quinto infertur, quòd in Diœcesi, in qua nullus adest rector, sed adsunt plures beneficiati in qualibet ecclesia, & Episcopus solet committere alicui ex illis exercitium curæ animarum, quòd tunc nullum beneficium adest curatum, sed solus Episcopus est rector omnium parochialium totius diœcesis, & penes illum solum residet cura animarũ. vt fuit resolutum in *Calaguritana iurispronidendi, de mense Maij. 1591. coram Card. Seraphino. & Rot. decis. 17. par. 1. nu. 1. & 3. diuers.* & tales clerici, quibus

quibus Episcopus demandat exercitium curæ non sunt rectores, sed potius coadiutores ad participationem oneris Episcopi. *cap. vlt. de off. archipresbyt. Abb. in cap. apostolicæ. in princ. de donat.* nullo enim apparente rectore, Episcopus est curatus totius diœcesis. *cap. nullus de parochijs.* & tota diœcesis est sub eius cura. *gloss. in c. in capite. dist.* 50.

31 Sexto infertur, quòd quando ecclesia collegiata habet curā animarum, talis cura non spectat ad singulos Canonicos illius, sed ad Collegium, seu Capitulum repræsentans vnicam personam rectoris. *Oldrad. d. conf.* 67. *nu.* 1. *in fine. Mandos. d conf.* 20. *nu.* 9. *Put. dec.* 290. *lib.* 1. & totum Capitulum mandat exercitium curæ alicui vicario ad hoc approbato.

32 Septimo infertur, quòd quando cura non residet penes aliquem particularem rectorem, sed penes Episcopum, tunc beneficiati ipsarum ecclesiarum non habent intentionē fundatam de iure communi, in iure percipiendi decimas debitas eidem ecclesiæ, sed solus Episcopus, qui verè est rector, & ad rectorem spectant de iure. *cap. cum contingat.* & ibi *gloss.* 2. & *Doct.* & *cap. cum in tua. de decimis. Doct. in cap. de quarta. de præscript. Put. decis.* 371. *nu.* 2. *lib.* 1. sicut etiam Episcopus habet

33 fundatam intentionem super recipiendis decimis, quando non sunt diuisæ parochiæ suæ diœcesis. *cap. fin. vbi gloss. fin. de parochijs.*

34 Et quando in Ciuitate sola ecclesia maior est parochialis, & sustinet onera parochialia, tunc dicitur ciuitas habere vnicam parochiam, & per consequens ad eam pertinent decimæ. *Capicius decis.* 23. *num.* 5. quando autem sunt distinctæ parochiæ, & in qualibet adest proprius re-

35 ctor, tunc Episcopus est rector ecclesiæ Cathedralis, & Prælatus super omnes rectores suæ diœcesis, & isti rectores habent fundatam intentionem de iure in perceptione decimarum. *Bonifac. de Vitalin. in clem.* 1. *nu.* 112. *de decimis.* & tunc Epi-

36 scopus habet fundatam intentionem in omnibus parochijs suæ diœcesis circa solam quartam partem decimarum. ita *tex. in cap. conquerente. de off. ord.* vbi *Host. nu.* 15. *Io. Andr. nu.* 4. *Cardin. not.* 11. *Butrius. nu.* 44. *Imola nu.* 8. & 27. *Abb. nu.* 2. & 60. idem *Abb. in d. cap. de quarta. nu.* 2. & quoad decimas vide *Monetam in suo tract. de decimis.*

37 Octauo infertur, quòd non dicitur curatum beneficium, nec tamquam tale regulatur, quod non est actu curatum, sed habitu. *Abb. in cap. de multa. nu.* 24. *de præb. Syluester in summa verbo, beneficium.* 4. *quæst.* 4. *vers.* 2.

38 Nono infertur, quòd in dubio beneficium non præsumitur curatum, sed quòd sit simplex, & qui dicit beneficium esse curatum habet onus probandi esse tale. *Bellamera decis.* 676. *Staphil. vbi sup.* §. *vt sciri possit. Rebuff. in praxi. tit. quotuplex sit beneficium seculare. nu.* 11. *Rot. d. dec.* 17. *diuers. p.* 1.

39 Decimo infertur, quòd eo ipso, quòd ecclesia est parochialis, erit cōsequenter beneficium curatum, non è contra, quia potest esse beneficium curatum absque eo, quòd sit ecclesia parochialis, vt si ex commoditate in villa homines accedant ad aliquam nouam ecclesiam. *Io. And.* & alij *in cap. super eo. de præb. lib.* 6. & ideo

40 melius est exprimere, quod sit ecclesia parochialis, quàm quòd sit beneficium curatum. *Hoieda vbi sup. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 2. *Rot. decis.* 52. *nu.* 37. & 38. *par.* 1. *diuers.*

41 Vndecimo infertur, quòd non dicitur beneficium curatum, quando non habet curam perpetuam, sed ad certum tempus. *Io. Andr. in cap. de liberatione. nu.* 1. *de off. leg. lib.* 6. *Abb. in d. c. de multa. n.* 23. *Hoieda d. c.* 13. *num.* 52.

42 Duodecimo infertur, quòd tan-

tum

tum de facto, & non de iure habet essentialia requisita ad tale beneficium curatum; vt si rector exerceret curam de facto, & vsurparet iurisdictionem, vt post *Doct. in d.cap. de multa.* tenet *Capra in reg.90.nu.8.* tamen tunc non dicitur beneficium curatum.

43 Decimotertio infertur, ad *Conc. Trid.sess.24.de ref.cap.13.* vbi decernitur quòd parochiales ecclesiæ nō vniantur, quòd decretum istud locū habet, quando verè est ecclesia parochialis, & habet certos fines. *Gonzal.d.gloss.6.nu.76.*

44 Decimoquarto infertur, quòd Prioratus per Vicarium perpetuum solitus deseruiri non dicetur beneficium curatum. *Probus in additionib. ad Monachum in cap. super eo. num. 17. de præb. lib. 6.* cum actualis cura transferatur in vicarium perpetuum.

45 Decimoquinto infertur, quòd rector in sua propria ecclesia parochiali dicitur prælatus. *d. cap.in apibus. 7.q.1. Abb. in c. decernimus. nu. 16.* & ibi *Dec. nu.34.de iudic.* & tantam habet potestatem, quantam habet Prælatus cum Capitulo in ecclesia Collegiata. *Abb.in cap.1. nu.28. de dol. & contum.* inde rector in propria ecclesia debet præcedere omnes aliàs maiores in dicendis Missis solemnibus, & alijs præeminentijs cōcernentibus ipsius rectoris officium. *Cassaneus in catalogo gloriæ mundi. par.4. consid. 81.* nam maior debet cedere minori, dum est in domo minoris. *Lucas de penna, & Io.de platea in l.nihil. C.de palat.lib.12.* & re-

46 ctores in proprijs ecclesijs funguntur vices Apostolorum. *Rom.in cons. vlt. seu sermone incip. Vos estis sal terræ.nu.11.* cura enim animarum est est tanto preciosior, quanto est periculosior. *Bonif. de Vitalin.in clem.1. nu.30. de præb.*

47 Decimosexto infertur, quod est vtile, & necessarium cognoscere, vtrum beneficium sit curatum, vel non, quia si est curatum quamuis sit reseruatum, tamen licèt vacet in mensibus apostolicis, debet prouideri per concursum, ita quòd Ordinarius proponet edicta, & coram illo fiet examen, & magis idoneo approbato ecclesia conferenda est. *Cōc. Trid. sess.24. de ref.cap.18. & const. Pij V. incip. In conferendis.1566.* de quo concursu ad ecclesias parochiales latè *Gonzal.vbi sup.d.gloss.6.à n. 111. ad num. 242.* vbi ponit casus duodecim, in quibus cessat dictus concursus. & de hac re latissimè *Massobr.in d. praxi habendi conc. ad vacantes parochiales eccles.per totam.* & infra etiam latius de hac materia

48 videbimus. & ad constituendam parochiam quod decem personæ sufficiant probat *Ricc. vbi sup. d. decis. 739. in fine.*

Illud tamen verum est, quòd si ædificetur Capella, seu Altare in ecclesia parochiali, & dotetur, tunc ipsa ecclesia ratione fundi erit patrona cum ædificante, & dotante. *Abb. in c.3.nu.14. de eccles. ædifican.* quamuis contrarium hodie ex gene-

49 rali consuetudine seruetur, idest, quod ecclesia ratione fundi nullum acquirit iuspatronatus, sed totum iuspatr. est construentis, & dotantis, vt dixi sup. *lib.1. cap.2. nu.59.* & dicit *Gonzal. vbi sup. gloss.10.num.8. & seqq.*

50 Sed si Prælatus, vel Rector alicuius ecclesiæ aliam ecclesiam, siue capellam ædificauit de reditibus, vel bonis ecclesiæ, tunc ecclesia, cuius construens erat rector, erit patrona. *cap.Apostolicos.in fine.* & ibi *Archid.*

51 *12.q.2.* omnia enim acquisita per Prælatum præsumuntur acquisita de bonis ecclesiæ. *cap.1. de peculio clericorum.* sed si credi possit, quod ex patrimonio rectoris partim sit fundata, tunc fiet diuisio iurispatronatus inter ecclesiam, & hæredes rectoris pro rata, vt per *Abb.in cap.3. nu.3. de pecul. cleric.* Eàdem ratione

52 vasallus construens ecclesiam ex faculta-

cultatibus feudi non transitorii ad suos hæredes, nón acquirit iuspatr. de quibus videas *Felin. in cap. cum venerabilis. nu.33. & seqq. de exceptionib.* vel dicas iuxta tradita per *Lambert. vbi sup.lib.1.par.1.quæst.8. princ.art.8.nu.6.*

52 Item constituti in alterius potestate, vt filijfamilias, serui, monachi, & regulares professi in aliqua religione approbata si fundent, construent, & dotent ecclesias, seu capellas non acquirunt iuspatronatus, quia isti non habent liberam rerum administrationem. *l. placet.ff.de acquir.hæredit. Authen.ingressi.C.de sacros. eccles.* nisi filiusfamilias haberet peculium castrense, vel quasi, in quo habetur tamquam paterfamilias, & de eo potest disponere ad libitum. §.1.*Institut. qui testam.fac.poss.* tunc enim acquireret iuspat. sed regulariter quicquid acquirit filius acquirit patri, seruus domino, monachus monasterio.

54 Meretrix autem potest ædificare, & dotare ecclesiam ex malè quesitis ex meretricio, & iuspatronatus acquirit, sed durante meretricio tamquam infamis, & excommunicata carebit illius exercitio, quia non poterit præsentare, prout dicitur de alijs criminosis. *Lambert. vbi supra. artic.* 10. & dixi in cap. præcedenti.

55 Et sic ecclesia fundari, & dotari potest de malè quesitis, quorum dominium absque obligatione restitutionis translatum est in accipientē, sed de malè quesitis, & restitutioni obnoxijs minimè, neque etiam de fructibus quesitis ex ijsdem rebus. *gloss. in cap. non est putanda. in verbo, ex illicitis rebus.* 1. *quæst.* 1. & *glos. summa.*14.*q.*5. si autem eccle-

56 sia fuerit constructa, & dotata ex malè quesitis obnoxijs restitutioni, non per hoc debet destrui *glos. in d. c. non est putanda.* Sed Episcopus, qui illam consecrauit tenetur restituere dominis æstimationem bonorum in ecclesiam translatorum. *c.comperimus.*14.*q.*6.*c.aurum.* 12.*q.* 2. & ibi *glos.* & *Archidiac.* quod procedit, si non possit haberi recursus ex alio capite ad construentem, & dotantem, vt det bona non subiecta restitutioni, quo casu acquirit iuspatronatus ecclesia illa, cui facta est iniuria, sicuti in simili præcium iurispatronatus venditi applicatur illi ecclesiæ, cui facta est iniuria. ad notata *in cap. de iure.* & *in cap. quia clerici.* & ibi *glos. vltima de iurepatronat.*

SVMMARIVM.

1 *Fundantes, construentes, & dotantes ecclesiam possunt sibi aliquid reseruare, vel conditionem apponere cum consensu Ordinarij.*
2 *Ecclesia fundari potest cum reseruatione alicuius rei temporalis, dummodo ius Episcopi non minuatur.*
3 *Institutio in beneficijs hodie Episcopis, non inferioribus reseruanda est.*
4 *Beneficium si ex fundatione consanguineis sit conferendum, id seruari debet.*
5 *Dispositio generalis ad habilia restringitur.*
6 *Conditio non potest imponi post factam fundationem.*
7 *Fundator in limine fundationis potest multa facere.*
8 *Pacta in limine fundationis apposita seruanda sunt.*
9 *Pœna apposita in casu, quo contrafiat reseruationi in fundatione appositæ, seruari debet.*
10 *Patronus vtrum aliquando post fundationem possit conditiones apponere.*

Fundantes, construentes, & dotantes Ecclesias, seu Capellas an possint sibi aliquid reseruare, & in limine fundationis conditionem apponere.

CAPVT OCTAVVM.

1 FORMA fundationis, & dotationis beneficiorum semper est attendenda, cum possint fundantes, construentes, & dotantes ecclesias, vel capellas in limine fundationis, constructionis, & dotationis, sibi reseruare aliquid pecuniæ, vel seruitij, vel aliquam conditionem apponere, seu pacta, dummodo sint rationi, & iuri communi consona, & non disponant de spiritualibus, & si contra fiant, semper fiant cum consensu, & auctoritate Diœcesani ad *cap cum dilectus. vbi glo. in verbo, constitutum, de consuetud. & cap. nobis. de iurepatr. vbi gloss. in verbo, nisi aliter. cap. verum. de cond. appos.* Rota Rom. *decis. 4. de testament. in antiquis. et declarat Cardin. in clem. quia contingit. num. 5. de relig. domib. Zecchius de beneficijs, et pensionibus. cap. 12. num. 3. vers. an vero fundantes. Garc. de beneficijs. parte 7. cap. 15. num. 3. Gonzal. in commen. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. numero 42. et sequentib. Riccius in praxi rer. for. eccles. decis. 163. Lambert. lib. 1. par. 1. quæst. 9. princ. art. 1. nu. 2. et Conc. Trid. sess. 25. de ref. cap. 8. dictas conditiones seruari vult. Aug. Barbosa de off. et pot. Episc. par. 1. tit. 2. gloss. 17. num. 30. et par. 3. allegat. 60. num. 77. Laderchius consil. 116. Francisc. Marcus. decis. 473. et 493.*

2 & fundari potest cum reseruatione alicuius rei temporalis. *Abb. in cap. 1. num. 2. in cap. grauis. num. 1. et in cap. quamquam, de censibus.* non potest tamen apponi conditio, qua ius Episcopi minuatur, potest tamen cum Episcopi consensu conditio apponi, quod institutio in beneficij spectet ad inferiorem, puta ad Capitulum, Decanum, vel alium. *Rocch. de Curte, de iurep. verbo, pro eo, quod de diœcesani consensu. num. 25. Lambert. ubi supr. num. 55. et 96. Riccius vbi*

3 *sup. hodie autem ex Concil. Trid. sess. 14. de reformat. cap. 12.* nullus potest impetrare, aut obtinere iuspatronatus nisi ecclesiam, beneficium aut Capellam de nouo fundauerit, & construxerit, seu iam erectam sine sufficienti dote de suis bonis competenter dotauerit, & in casu dictæ fundationis, seu dotationis huiusmodi institutio Episcopo, & non alteri inferiori reseruetur. De his latissimè, & doctissimè *Ioan. Petrus Moneta in tractatu de commutationib. vlt. volunt. atum, cap. 10. de derogat. qualitat. in*

4 *fundat. benefic. appos.* & si in limine fūdationis sit apposita cōditio, quòd beneficium conferri debeat vni ex consanguineis fundatoris, seruanda est. *Garc. vbi sup. num. 4.* & fuit resolutum in *Cæsaraugustana Capellaniæ. 16. Maij. 1587. coram Illustriss. Card. Seraphino.* quæ est impressa *dec. 774. relata à Garc. ibid. nu. 5.* aliter facta prouisio nō tenet. *Cardin. cons. 48.* quòd procedit data habilitate dicti cōsanguinei ad *l. vt gradatim. vers. & si lege. ff. de muneri b. & honorib.* quia quælibet dispo-

5 sitio quantumuis generalis recipit interpretationem de habilitate *l. 2. §. prætor. & ibi Bart. & Iason nu. 4. ff. qui satisd. cogantur Azorius instit. moralium p. 2. lib. 6. cap. 4. q. 25. vers. obijciens.* & ita fuit decisum in *Salamantina integra portionis. 14. Aprilis. 1582. coram Aldobrandino,* qui fuit *Clemens VIII. Pontifex Maximus Felic. recordat. Gonzal. vbi sup. gloss. 34. num. 60. et à num. 71.* & hæc supradicta procedunt, si in limine ipsius fundationis apponatur

tur cum prædicto consensu diæcesani, non autem post factam, & completam fundationem, cum non possit diæcesanus tunc seruitutem beneficio imponere. *Abb. in c. præterea 23. nu. 3. de iurepat. Cardin. in d. clement. quia contingit. nu. 5.* quod est verum, etiamsi patronus esset persona ecclesiastica. *cap. significatum. vbi Abb. nu. 1. de præbend.* & supra-
7 dicta adeo vera sunt, vt possit fundator in ipso fundationis limine decernere, vt beneficium conferatur tantum illis de sua consanguinitate, vt supradixi, vel quod tot Missæ celebrentur, aut quod abbreuiaretur, vel prorogaretur tempus concedi solitũ ad præsentandum, vel quòd possit præsentare in ecclesia Collegiata, & quod semel præsentatos, & institutos mutare possit quoties ei, & suis successoribus videbitur, & aliter vt per *Lambert. vbi sup. d. quæst. 9. art. 1. per totum*: & per *Gonzal. d. gloss. 5. nu. 42. & seqq.* similiter pa-
8 cta in limine fundationis apposita seruari debent, neque mutari debent, etiamsi fuerit pactum appositum, tale beneficium possideri posse absque institutione, & quòd prædecessor tantum eligat successorem, neque aliud requiratur. *Lambert. vbi sup. art. 3.* facit *Cardin. Seraphin. dec. 774. Moneta vbi sup. d. cap. 10.* &
9 si in limine fundationis sit facta reseruatio cum cõsensu Episcopi Diœcesani, & in casu, quo contra fieret, esset imposita pœna, talis pœna seruanda est, si res sacra ad aliam rem sacram pro pœna reuertatur. *d. cap. verum. de condit. apposit.* & circa hæc omnino videatur doctissimus *Felin. in c. cum venerabilis. nu. 39. de exceptionib.* & *Riccius vbi sup. decis. 174.* & quòd patronus in limine fundationis possit pacta, & conditiones apponere, cum consensu Episcopi fuit dictum in *Toletana, iuris nominandi. 28. Ianuarij. 1583. corã Blanchetto.* & in *Lucana Decanatus. 1. Decemb. 1581. coram Sanctiss. Clem. viij.* vt in *dec. 695. nu. 3. p. 1. diuers.* vnde potest apponere conditionem, quòd possit præsentari habens aliud beneficium sub eodem tecto. vt in *Cesaraugustana Capellaniæ. 16. Maij. 1587. coram Card. Seraph. & 11. Martij 1588. coram Bubalo.* tamen ex interuallo patronus non potest nouam legem, vel conditionem beneficio apponere, *gloss. in d. c. cum dilectus.* & ibi *Abb.* & fuit dictum in *Toletana Capellaniæ. 15. Decemb. 1591. coram Card. Pamphilio.* etiamsi concurrat Episcopi consensus, quando conditio est contra iuris dispositionem, secundum *gloss. & Abb. in d. cap. cum dilectus.* & vide in *Vlixbonen. prioratus. 28. Octob. & 14. Decemb. 1601. coram Card. Seraphino.* vnde, quòd beneficiũ detur vni de gremio, quia non est conditio contra ius, *c. nullus. dist. 61.* potest apponi ex interuallo cum Episcopi consensu. *gloss. & Doct. in d. c. cum dilectus.* & fuit dictum in d. Vlixbonen. conditiones autem appositæ in fundatione sunt seruandæ. *cap. decernimus. 16. q. 7. c. illud. vbi gloss. & Doct. de iurep.* nec possunt alterari per hæredem fundatoris, *Card. cons. 48.* & fuit dictum in *Rauennaten. iurispat. 23. Iunij. 1589. coram Penia.*

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus quibus modis acquiratur.*
2 *Ius præsentandi aliquando non patrono competit.*
3 *Iuspatronatus ex priuilegio, & præscriptione acquiritur, quòd hodie non habet locum.*
4 *Laici aliquando habent facultatem eligendi, & conferendi.*
5 *Iuspatronatus acquiritur etiam in ecclesiis Cathedralibus.*
6 *Patronus ex priuilegio an reputetur ecclesiasticus.*
7 *Episcopus non potest aliquem patronum facere ex priuilegio.*
8 *Iuspatronat. competit laicis ex gratia.*

9 *Iuspatronatus à Papa dumtaxat extendi potest ad alium.*
10 *Ecclesia libera non potest à laicis praescribi, & effici patronata.*
11 *Ecclesia fit patronata per tempus immemorabile.*
12 *Ecclesia, quae ab initio fuit libera, numquam ex cursu cuiusuis temporis fit patronata.*
13 *Priuilegium Papae potest allegari, quando ex cursu temporis ecclesia patronata dicitur.*
14 *Praescribit iuspatronatus qui praescribit vniuersitatem bonorum, in qua sit iuspatronatus.*
15 *Ecclesia potest aliam praescribere spatio 40. annorum.*
16 *Populus & si non possit ecclesiam liberam praescribere, potest tamen aliquod ius acquirere.*
17 *Iuspatronatus non acquirit populus, si ad eius praeces Episcopus rectorem ecclesiae fecerit.*
18 *Rector ecclesiae debet praefici gratus populo.*
19 *Episcopus debet rectorem parochianis constituere gratum.*
20 *Princeps potest recusare Episcopum sibi suspectum.*
21 *Episcopus si exosus sit populo, potest induci ad renunciandum.*
22 *Episcopi saepe eliguntur confidentes Principi loci.*
23 *Capellanus praesentatus à patrono ad regimen ecclesiae monialium potest reijci per monialium oppositionem.*
24 *Ius praesentandi habens non dicitur per hoc habere iuspatronatus.*
25 *Ordinarius circumspectus sit quando parochiani praesentant.*
26 *Laicus praescribit iuspatronatus quoad illius pertinentiam, non quoad illius existentiam.*

Quando Iuspatronatus, seu Ius praesentandi competat ei, qui non est patronus, etiamsi non fundauerit, construxerit, vel dotauerit.

CAPVT NONVM.

1 ACTENVS visum est, Iuspatronatus causari, & acquiri ex fundatione, constructione, & dotatione, & ita ex tribus causis supradictis, & alij addunt interdum acquiri ex ditatione, reparatione, seu reaedificatione, seu redotatione, de quibus dixi hoc eodem lib. 2. cap. 5. & quando ex
2 reaedificatione acquiratur iuspatronatus. vide *Card. Seraph. decis.* 555. & 907. quae causae sub alijs supra dictis comprehenduntur. Competit nihilominus aliquo casu interdum ius praesentandi illi, qui nunquam fuit, nec nunc est patronus. vt per *Stephanum Gratianum disceptat. forensium. cap.* 177. *nu.* 7. veluti quando ex concessione temporalium alicuius ecclesiae facta religiosis personis, in tales personas transfertur ius praesentandi ad dictam ecclesiam. *Abb. in cap. de monachis. num.* 1. 2. & 3. *de praebend.* quae praesentatio eo casu non competit ratione iurispatronatus, sed ratione alterius iuris, quod habet monasterium in ecclesia subiecta.

3 Bene verum est, quod iuspatronatus aliquando competit ex priuilegio Apostolico, & Summi Pontificis. *Abb. cons.* 28. *par.* 2. *Card. Seraphin. decis.* 1395. quod iuspatronatus competens ex priuilegio fuit sublatum à *Conc. Trid. sess.* 25. *de reform. cap.* 9. & dixi sup. in cap. 5. hoc lib. 2. con-
4 ceditur etiam plus laicis aliquando, scilicet, facultas eligendi, & conferendi. *in synodo. vbi gloss. in verbo, ac per hoc. & c. Adrianus. dist.* 63.

Docto-

*Doctores in c.cum bertoldus.de re iud. Card.in clement.plures.nu.*5. *in fine. de iurepat.* faciunt adducta per *Felin. in cap.*1 *nu.*24. *& seqq. de constitut.*
5 quod iuspatronatus etiam in ecclesijs Cathedralibus competere potest ex Papæ priuilegio. *Præpositus in c. hortamur.col.*1.*dist.*71. an autem talis patronus ex priuilegio reputetur
6 laicus, aut ecclesiasticus videas *Abb. in d. cons.*28. *& Card. in clem. per literas. nu.*4. *de preb.* Episcopus
7 autem non potest ecclesiam liberam efficere patronatam, & sic non potest aliquem efficere patronum ex priuilegio etiam cum consensu Capituli. *Abb. in cons.*106.*nu.*4.*par.*2. *& d.cons.*28. Etenim iuspatronatus competit ex gratia ipsis laicis, vt in-
8 uitentur ad benefaciendum ecclesijs ex dictis tribus causis in iure expressis, scilicet, fundatione, constructione, & dotatione. *cap.*3. *& cap.nobis. de iurepat. c. piæ mentis*. 16. *q.*7. si
9 hoc eis competit ex gratia, ergo nō potest extendi nisi à Papa, qui est legislator, secus si ecclesia esset indotata, tunc enim dans dotem competentem cum consensu Episcopi acquirit iuspatronatus. *Abb. d. c.*3.
10 *nu.* 9. sed ecclesia libera fundata, constructa, & dotata, & quæ semper libera fuit, & permansit, non potest per laicos aliquos, seu clericos, vel parochianos illius præscribi in eādē iuspatronatus adeo, vt non sit amplius libera. ita *Arcbid. in d. c. hortamur. dist.*71. *Abb. in c. querelam. nu.*9. *de electione. Felin.in c.causam. nu.* 7. *de præscriptionib.* sed si cum
11 præscriptione allegaretur, & concurreret tempus, cuius initij memoria non extat, tunc quia ex tali, & tanto tempore præsumitur titulus iurispatronatus, ecclesia non diceretur libera, sed verè patronata. ita procedit opinio *Io. Andr. in c. quod alicui.de reg.iur.lib.*6. ita *Felin.in d. cap. causam*. vide *Cardin. Thuscum practic. conclus.iuris.lit.*I.*concl.* 604.

12 quod nunquam procederet, nec locum haberet, si expressè per authentica documenta constaret, ecclesiam ab initio fuisse liberam, tunc enim ex cursu cuiusuis temporis non potest in ea acquiri iuspatronatus. *Card. in d. clem. plures.nu.*5.*in fine.*
13 *de iurepat.* potest tamen in tali casu allegari priuilegium Papæ, cuius priuilegij vigore dicatur, & asseratur facta semper in casu vacationis quęlibet præsentatio, quæ conclusio de præscriptione supradicta potest ampliari, & restringi, prout per *Lambert.d.quæst.*30.*art.*5.*nu.*47.*vbi sup.*
14 Insuper præscribens vniuersitatem bonorum præscribit etiam iuspatronatus, & ius præsentandi ad ecclesiam patronatam existentem in eadem vniuersitate. *Felin. in d.c.causam.nu.*8. *de præscription.* qui testatur hanc esse magis communem. ve-
15 rum ecclesia potest præscribere aliā ecclesiam etiam liberam spatio quadraginta annorum & stante bona fide. *cap. cura.* vbi *Abb.* & alij. *de iurepatronat.*
16 Quamuis autem populus non possit præscribere iuspatronatus in ecclesia libera, potest tamen populo competere ex vi præscriptionis quędam præsentatio per viam simplicis petitionis, veluti quando populus præces porrigit Episcopo, & Ordinario loci, vt instituat in Ecclesia vacante talem, puta Rainutium rectorem populo carum, & gratum. *ad text. in cap. quod Dei timorem. de statu monachorum. c.* 1. *dist.* 23. *c.*1. *dist.*61.*c.de petro.dist.*47.*c.*1.*dist.*24. *& Arcbid. in d. c. hortamur. dist.*71. *Decius in cons.*117.129. *&* 134. quo
17 casu quamuis Episcopus solitus fuerit prouidere ecclesiæ de rectore ad præces, supplicationes, & satisfactiones populi, & parochianorum eiusdem ecclesię ex mera ipsius Episcopi gratitudine, & liberalitate, attamen non ex hoc competit dictis parochianis aliquod iuspatronatus,

sed duntaxat est quædam honorantia nominandi sibi rectorem beneuolum, & gratum, quæ nullum tribuit ius dictis parochianis. ita consuluit *Geminian. consil.* 45. *num.* 8. & *Dec. d. consil.* 129. *num.* 2. *versiculo, tertio responderi potest. Ferretus cons.* 33. *num.* 4. & *consil.* 212.
18 *num.* 4. etenim semper quantum fieri potest est animaduertendum, quòd nouus rector, qui prouidendus est, sit persona grata ecclesiæ, cui præficitur, & parochianis illius. *d. cap. quod Dei timorem*. vbi notat *Abb. num.* 1. & *Anton. de Butrio num.* 2. *de statu monach. Philippus Probus in cap. cum in illis. nu.* 34. *de præbend. lib.* 6. ac propterea collator
19 curare debet, quantum possit fine sui ipsius præiudicio ponere rectorem ad populi, seu parochianorum beneplacitum, & voluntatem, data tamen in omnibus idoneitate & habilitate in persona à populo nominata. *cap. nullus. dist.* 61. *Io. Selua in tract. de beneficijs. part.* 2. *quæst. vltima. num.* 35. & 36. *Gonzal. in comment. ad regulam octauam Cancell. gloss.* 4. *num.* 164. & 165.
20 Hinc Episcopus debet esse amicus, non inimicus Principis, ne fortè reuelet aduersarijs, & inimicis secreta sui Regni, suiq. Principatus. *Innocent. in cap. super his. num.* 8. *in fine. de accusationib. Abb. in cap.* 1. *num.* 9. & *in cap. cum terra. num.* 2. & *in cap. quod sicut. num.* 7. *de electione. Hostiens. in summa. titulo, de electione. §. quis possit eligere. num.* 5. *versic. sed & electione iam facta. Ioan. Andr. in cap. nobis. nu.* 11. *de iurepatr. Ioan. Selua vbi sup. num.* 65. *Palatius Rubeus in rubr. de donationib. inter vir. & vxorem. in præfatione. §. decretalis. nu.* 29. & 30. *Gonzal. d. gloss.* 4. *num.* 166.
21 & 167. Ideoq. si Episcopus est exosus populo, ita vt graue immineat scandalum, potest induci ad renunciandum Episcopatum. *Innocent. in cap. nisi cum pridem. num.* 4. *versiculo, & ideo quod diximus. de renunciat. Franciscus Marcus decis.* 944. *nu.* 1. *vol.* 1. & benè est, quòd
22 qui ecclesijs præficiendi sunt, sint confidentes, non inimici Principi loci, & Ciuitatis, vbi residere debent, vt vnanimes adiuuent fideles, & in pace custodiant. His accedit,
23 quòd si Patronus alicuius monasterij Monialium præsentat Capellanum ad ecclesiam illius monasterij, qui Capellanus non sit gratus, sed iuuenis, quòd possunt Moniales se opponere, & impedire, ne instituatur. vt tradit *Federicus de Senis, cons.* 95. *in* 4. *dubio. Lambert. de iurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 5. *princ. artic.* 5. *num.* 8. *Gonzal. d. gloss.* 4. *num.* 167. vtinam tam ecclesijs parochialibus, quam ecclesijs Monialium semper præficerentur viri irreprænhensibiles, & vigilantes.

Et ideo eo in casu prædictis parochianis nullum ius præsentandi competit, nisi aliter legitimè doceant de eorum iurepatronatus. vt post *Innocent. Ioan. Andr.* & alios tradit *Abb. in cap. querelam. nu.* 2. *ante finem. de electione.* & secundum ista esse intelligendam consuetudinem Mediolanensem, vbi ad petitionem parochianorum rectores ad ecclesias vacantes instituuntur. dixit *Roccbus de Curte, de iurepatr. verbo, competens. quæst.* 15. *num* 90. & *Lambertin. vbi supra. par.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 10. *art.* 5. *num.* 22. & 47. *Gonzal. vbi sup. gloss.* 18. *num.* 90. & 91.
24 Nec sequitur, competit mihi ius præsentandi, ergo habeo iuspatronatus, vt dixi supra. & docet *Gonzal. vbi sup. gloss.* 45. §. 2. *num.* 18. præsertim quando reditus ecclesiæ, & beneficiorum consistunt in decimis, & primitijs de iure Diuino debitis, ex his, quæ post alios tradit *Lambertin. vbi supra. dicta par. prima. lib.* 1. *quæst.* 5. *articulo* 21.

numero

numero 14. *& libro primo, parte* 1. *quæstione* 10. *articulo* 1. *numero* 2. *Gonzal. dicta gloss.* 18. *numero* 92. *& dicta glos.* 45. *in principio*. *nu-*
25 *mero* 26. *&* 27. & ordinarius debet esse circumspectus, quando ad vacantem Ecclesiam presentant parochiani, & videre quo titulo, & quo iure præsentent, quia multoties ex gratitudine fuerunt instituti rectores ad præces parochianorum, & postea viso vltimo statu de nouo admittuntur ad præsentandum, & sic maximum infertur præiudicium ipsarum ecclesiarum libertati.

26 Adde prædictis quoad præscriptionem Iurispatronatus quod quãdo non agitur contra ecclesiam, & sic de præscribenda existentia iurispatronatus, sed agitur cõtra patronum laicum de præscribenda pertinentia iurispatronatus, tunc laicus potest illico præscribere. Io. *Andr. in c. quod alicui gratiose. de reg. iur. lib.6.Card.in clem.plures. q.* 5. *de iurep. Fel. in c. quanto. num.* 2. *de iudic.vbi d.comm.* Couarr.*in regula possessor. part.* 2. *quæst.* 11. *art.* 1. & fuit dictum in *Auximana Iurispatronatus.*10. *Ianuar.* 1586.*coram Card. Seraph. & in Oueten. Abbatiæ.* 3. *Aprilis*. 1595. *coram Penia.* & tunc quando agitur de præscribenda pertinentia iurispatronatus contra patronum,non est necessaria præscriptio immemorabilis,sed sufficit quadragenaria. *c. de quarta. de præscript.* Corn. *consi.* 47. *num.* 5. *libr.* 3. & fuit dictum in *Florentina iurispatronatus quæ est dec.* 229. *numero* 1.*part.* 1. *diuers. & dec.* 407. *num.* 1. & *in bracharen. parochialis* 18. *Febr.* 1591. *coram Cardin. Mantica. in Salernitana Rectoris.* 20. *Maij.*1591. *coram Card. Pamphilio, & in Lucana iurispatron.* 10. *Maij*. 1599. *coram Litta*. Secus quando agitur de præscribẽda existentia iurispatronatus cõtra ecclesiam, quia tunc requiritur immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo. *Fed. de Senis. cons.* 239. *numero* 10. *Felin. in c. causam, numero* 2. *de præscript.* & fuit dictum in *Pamplonen. iurispatr.* 26. *Martij.* 1586.*quæ est dec.*403.*par.*1.*diuers.* & in præscribenda pertinentia iurispatronatus requiritur quadragenaria cum titulo puta donationis, vel legati saltem putatiuus. *Geminian. cons.*103. *nu.* 3. & fuit dictum in d. *Lucana iurispatr.* 10. *Maij*. 1599. *coram Litta*, sed quod non requiratur tunc titulus tenet *Fed. de Senis cons.* 234. *col.* 2. *in fine*. *Dec. cons.* 134. *col. penult* Couarr. *in d. regula possessor. par.* 2. *quæst.* 10. *versic. iterum in specie. Rota dec.* 229. *nu.*1. *par.*1. *diuers.* in qua fuit resolutum tunc sufficere quadragenariam sine titulo, aliàs requireretur immemorabilis iuxta *c.*1.*cum ibi not. de præscript. lib.*6.

Accedit quod laicus in ecclesia conuentuali non potest præscribere ius præsentandi, seu eligendi etiam per tempus immemorabile, ex quo laicus est incapax iuris eligendi. *gloss. in c. nobis. ver. nisi aliter. de iurepatronatus. Abb. in c. de hoc. numero* 10. *de simon. & in c. mesiana. numero* 4. *de elect.* & fuit dictum in *d. Oueten. Abbatiæ. coram Penia.* vbi dicitur, quod tàm in Congregatione Concilij, quàm in Rota fuit resolutum ad probandum iuspatronatus in ecclesia conuentuali non sufficere immemorabilem, sed requiri etiam famã priuilegij faciũt tradita,per Io. *Andr. & alios in c.*2.*de de præb. & per Siluam de benef. p.* 2. *quæst.*23. & in iurepatronatus laicorum ad effectum præsentationis rectorum ad nutum amouibilium requiritur immemorabilis cum fama priuilegij. vt in Toletana, iuris nominandi. 27. *Febr.* 1584. *coram Bu-*

Bubalo. & *in Burgen. beneficij*. 16. *Octobr*. & 3. *Nouembris*. 1592. *coram Penia*. Fuit dictum in Burgen. *parochialis*. 23. *Febr*. 1587. *coram Seraph*. & *in praescript. iurispatronat*. demẽdum est tempus, quo possedit prouisus Apostolicus, vt fuit dictum in *Tirasonen. iuris praesentandi*. 21. 1594. *coram Litta*, & *in Bracharen. parochialis*, 20. *Aprilis*. 1596. *coram Penia*.

LIBER

LIBER TERTIVS CONTINET IN QVIBVS ECCLES. CAPELLIS, BENEFICIIS, VEL ALIIS PIIS LOCIS CADAT IVSPATR.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus haberi potest in Ecclesiis, Altaribus, Capellis, pijsque locis.*
2 *Iuspatronatus haberi potest in ecclesiis Cathedralibus ex Papae priuilegio.*
3 *Papa Episcopos creat.*
4 *Patronus praesentat clericos ab beneficia ecclesia cathedralis.*
5 *Laici non possunt Episcopos eligere.*
6 *Episcopi nomen graecum est, & quid denotet olim.*
7 *Episcopus graecè, latinè speculator, & Praesul in ecclesia.*
8 *Episcopus est summus Sacerdos.*
9 *Episcopatus est maior ordo, quàm sit in ecclesia.*
10 *Episcopus dicitur Pontifex, & Antistes, & sanctissimus.*
11 *Robertus Cardinalis Bellarminus S. memoriae.*
12 *Episcopus habet baculum pastoralem insignum officij pastoralis.*
13 *Papa Episcopos vocat fratres, quasi aequalis sibi.*
14 *Episcopatu nulla maior dignitas in ecclesia.*
15 *Papa aliquando se Episcopum vocat.*
16 *Episcopus est persona egregia.*
17 *Episcopus dicitur praeco, sal, lucerna, Angelus, dux, &c.*
18 *Apostoli à Domino missi sunt in mundum ad praedicandum Euangelium.*
19 *Apostoli in eorũ locum elegerunt episcopos.*
20 *Episcopi tenent Apostolorum locum.*
21 *S. Petro à Domino summa potestas data est.*
22 *Episcopalis dignitas lege Diuina instituta fuit.*
23 *Diaecesum, & plebium diuisio facta est ab Apostolis, eorumq. successoribus.*
24 *Episcoporum electio diuersimode facta fuit.*
25 *Episcopus eligebatur à Clero, & populo.*
26 *Episcopus postea eligi cepit à Clero.*
27 *Episcopum interdum Principes eligebant propria auctoritate.*
28 *Ecclesiae Romanae auctoritate aliquãdo Episcopi eligebantur.*
29 *Laicis concessa licẽtia eligendi Episcopos fuit abrogata.*
30 *Episcopi eligi soliti à Clero vniuersae diaecesis.*
31 *Episcopi à Capitulo Cathedralium, Abbates à collegio religiosorum eligi soliti sunt.*
32 *Episcopi electio ad Capitulum Canonicorum spectat.*
33 *Episcopi electio ad Canonicos habentes vocem in Capitulo spectat.*
34 *Episcopi eligendi consuetudo à Capitulo quamdiu durauerit.*
35 *Papa hodie sibi reseruat ecclesias Cathedrales, Episcopales, &c.*
36 *Episcopi in Germania eliguntur etiam hodie à Capitulo.*

Re-

Iuspatronatus haberi potest in Ecclesijs Cathedralibus Monasterijs, in ecclesijs curatis, in Capella, Altari, & Basilica.

CAPVT PRIMVM.

ACTENVS quo modo, qualiter, quando, & à quibus personis acquiratur iuspatronatus satis dictũ, & demonstratum fuit. Nunc autem videndum est, vbi, idest, in quibus locis cadat, & acquiratur iuspatronatus, & Regulariter.

1 Iuspatronatus haberi, & acquiri potest in ecclesijs omnibus, Capellis, Altaribus, & omnibus pijs locis. *gloss. in c. piæ mentis. & c. filijs. 16. quæst. 7. et toto tit. de iurepatr. in decretalibus sexto et clementinis,* & vt ipsa definitio iurispatronatus designat, quam declaraui *sup. lib. 1. c. 2. per totum. et tradunt Cardin. et alij in cap. postulasti. de iurepatronat. idem Card. in clement. secunda. quæst. 11. de iurepatr. Zecchius de benefic. & pensionibus cap. 12. num. 2. vers. an vero iuspatronatus.*

2 Primo iuspatronatus haberi potest in ecclesijs Cathedralibus à laicis ex Papæ priuilegio dumtaxat. Præpositus *in c. hortamur. dist. 71.* qui patronus ex dicto iure patronatus non poterit Episcopum præsentare, quia solus Papa Episcopos
3 creat, & eligit secundum Apostolicas constitutiones, & coram Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis S.R.E. Cardinalibus in concistorio secreto præuio examine quoad doctrinam, & præuio processu quoad vitam, & mores promouendi, prout latè refert *Flamin. Parisius in tractatu de resignat. benefic. lib. 8. quæst. quinta. per totam. tomo 2.* præ-
4 sentabit nihilominus patronus eo

casu

casu clericos ad alia beneficia exi-
stentia in dictis ecclesijs Cathedra-
libus. *Præposit. in c. imperium. dist.*
10. & habebit alios fructus omnes
iurispatronatus excepta dicta præ-
sentatione Episcopi. *cap. venerabi-
lem.de electione. & cap. nobis. de iu-
repatronat.* & ea est ratio, quia ius
eligendi Episcopum non cadit in lai-
5 cum. vt decidit textus expressus in
*c. sacrosancta. 11. versic. attendentes.
de elect.* & contraria consuetudo ir-
rationabilis censenda est, cum sit cō-
tra ecclesiasticam libertatem, & in
grauem ecclesiarum perniciem ce-
deret iuxta *textum in cap. 1. de con-
suetudine.* & ex hac ratione talem
consuetudinem improbarunt Ponti-
fices, & sacri Canones: vt habetur
in *cap. cum terra. 14. in cap. quisquis.
44. & in cap. Massana. 50. de ele-
ctione. Balbus de præscription. 1. par.
quintæ partis. quæst. 7. n. 17. & quæst.
10. n. 4. Selua de benefic. par. 2. quæst.
23. nu. 12. & 21. Bertacchinus siue
Firmianus in tract. de Episcopo. lib. 1.
par. 3. quæst. 60. & lib. 2. par. 1. q. 31.*
Prædictorum occasione breuiter, &
perfunctoriè dicamus aliquid de
Episcopo, eiusq. electione.

6 Episcopi nomen græcum est, &
apud ethnicos fuit nomē Magistra-
tus, cuius erat officium curam habe-
re panis, & aliarum rerum ad cibū,
& victum pertinentium. *vt in l. mu-
nerum. 2. §. irenarchæ. ff. de munerib.
& honorib.* Hodie vero est nomen
7 in Ecclesia Catholica pertinens ad
sacros Præsules, & Antistites, eo
quòd illorum præcipuum munus sit
gregis sibi commissi mores, & vitam
explorare, & inspicere, & ideò Epi-
scopus græcè dictus est, qui latinè
dicitur Speculator. *c. cleros. §. Epi-
scopus. distinct. 21. Hieronym. Gigas
in tract. de residentia. Episcoporum.
cap. 1. à num. 1. Anastas. Germon. de
sacrorum immunitat. lib. 3. cap. 8.
Durand. in rationali Diuinorum lib.
2. cap. 11. à nu. 1. Azorius Instit. mo-
ral. par. 2. lib. 3. cap. 27. quæst. 1. Gon-
zal. vbi sup. gloss. 42. nu. 18. S. Am-
bros. de dignitate sacerdotali, cap. 5. &
S. August. lib. 1. de Ciuitate Dei. c. 4.*
8 & Episcopus summus Sacerdos vo-
catur. *cap. 1. §. perfunctoriè. de sacra
vnct. & c. vltimo. 3. q. 1. & c. viden-
tes. 12. q. 1. Ioseph. Ludouic. Perusin.
decis. 74. nu. 11.* & summus dicitur,
quia vltra eum nullus est ordo. *c. de
his. & c. manus. de consecrat. dist. 5.*
9 quia Episcopatus est maior ordo,
quàm sit in Ecclesia Dei. *gloss. in
proœm. lib. 6. decretalium. in verbo,
Episcopus, & in cap. quia periculo-
sum. in verbo, de Episcopis. de sent.
excomm. lib. 6. Cassan. in Catalogo
gloriæ mundi. par. 4. consid. 23.*
10 Episcopus dicitur etiam Pontifex.
c. Pontifices. 7. q. 1. Azor. vbi sup. itē
vocatur Antistes, quia ante alios
stat, & populo præeminet. *Durand.
d. cap. 11. nu. 5.* insuper Sanctissimus
appellatur. *in Auth. de sanctissimis
Episcopis. coll. 9. & in clem. 1. §. nec
super. de pœnis.* & aliquando vocatur
Legatus Christi. *in cap. accusatio
quoque. in fine. 2. q. 7. & in d. clem.
1.* item vocatur Pastor, vt in *Concil.
Trid. sess. 6. de reform. cap. 1. & sess.
23. de reform. cap. 1. Sotus de iustitia,
& iure. lib. 10. quæst. 3. art. 1. Fuschus
de visita. lib. 1. cap. 4. à nu. 23. & lib.
2. cap. 33. nu. 20.* Illustriss. D. Rober-
tus Cardinalis Bellarminus Societa-
tis Iesu singulare ornamentum, &
æternæ, sanctæq. memoriæ, qui de
Episcopo, & Pastore multa dicit *to-
mo 1. de Roman. Pontif. lib. 3. cap. 15.*
12 & in signum officij pastoralis datur
Episcopo baculus pastoralis. *c. vnico.
in fine. de sacra vnctione.* Durand.
*vbi sup. lib. 3. cap. 15. Guido Pan-
zirola in thesauro variar. lect. lib. 1.*
13 *cap. 19.* fratres vocat Episcopus Pa-
pa, quasi sibi æquales. *cap. quam gra-
uis. 6. de crimine falsi. Felin. in proœ-
mio decretal. num. 1.* & cum nulla
14 maior dignitas sit in ecclesia ipso
Episcopatu. *cap. 1. de priuileg. & cap.
penult. de præbend.* Papa hoc nomi-
15 ne vocari aliquando non dedigna-

tur

tur cum vel vrbis Romæ, vel Catholicæ Ecclesiæ se Episcopum appellat. vt habetur in *proœm. Decretalium, & Sexti, in principio. & Card. Baron. annal. ecclesiast. tomo* 8. *anno Domini*.545. *fol*.64. & 68. *August. Barbosa in suis collectan. in dicto proœm. Decretalium. nu.* 7. & *seqq.* dicitur Episcopus illustris. *Bart. l. omnes populi. quæst*.4. *ff. de iust. & iur.* &
16 ad Episcopum tamquam ad egregiam personam mitti debet, vt in domo sua si velit, testimonium reddat. *glos. in l. ad egregias. ff. de iureiur. Azorius d. cap*.27. *quæst*.1. *prope*
17 *finem*. Episcopus vocatur etiam præco. *c. si rector. dist*.43. dicitur sal, vt condiat aliorum mores sapientissimis institutis, & præceptis. dicitur lucerna posita super candelabrum, dicitur Angelus, quia debet prædicare verbum Dei, habet officium ducis, vt rectum iter subditis demõstret, dicitur custos, leo, & aliter etiam à S. Gregorio Nazianzeno, à S. Ignatio, & ab alijs Sanctis Patribus, vt optimè refert D. *Aug. Barbosa in d. tract. de officio, & potestate Episcopi. par*.1. *tit*.1. *cap*. 2. de Episcopi nominis ethymologia, & significatione.

Quo vero ad Episcopi electionem.
18 Sciendum est, quòd Apostoli à Iesu Christo Saluatore Nostro missi sunt in vniuersum Orbem ad prædicandũ Euangelium, & baptizandum omnes gentes, & de illis Sancta canit Ecclesia, in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. deinde Apostoli au-
19 ctoritate accepta à Christo Domino Nostro in eorum locum elegerunt, & crearunt Episcopos, & idoneos præfecerunt ecclesiarum Pastores, qui in *c. quorum vices. dist*.68. dicun-
20 tur tenere Apostolorum locum, postea mortuis illis Episcopis creatis ab Apostolis, totum ius eligendi, & creandi Episcopos ad Romanum Pontificem tanquam ad successorẽ S. Petri Apostolorum Principis pertinuit. *c. omnes. dist*.22. nam à Chri-
21 sto Domino S. Petro summa potestas in totam ecclesiam data fuit. *d. c. omnes. & S. Petri successoribus*. vt in *c*. 1. *dist*.22. Episcopalis enim di-
22 gnitas lege diuina instituta fuit distincta à presbyteris inferioribus, vt definit *Concil. Trid. sess*. 23. *cap*.4. & *can*.6. & 7. diuisio tamen plebium,
23 & diœcesum, & erectio, & distinctio beneficiorum facta fuit ab Apostolis, eorumq. successoribus. *d. c*.1. *dist*. 22. & à S. Dionysio Papa, vt dixi
24 *lib*.1. *cap*.1. successiuis deinde temporibus diuersimodè Episcoporum electio à Papa facta fuit, & à Papa alijs ius eligendi Episcopos concessa fuit.
25 Namque primis illis temporibus totius Cleri, & populi auctoritate Episcoporum electiones fiebant. vt in *c. vlt. dist*.79. *c. nosse. c. cleri. & cap. vota. cum seqq. dist*.63. & *est in c. vlt. §. sed nec. dist*.51. & *c. cum longè. d. dist*. 63. hanc rem latè pertractat *Franciscus Bursat. cons*.126. *à num*.8. *Azorius vbi sup. par*.2. *lib*.3. *cap*.17.
26 *quæst*.3. deinde autem constitutum fuit, vt Clerus Episcopum eligeret, populus verò consentiret. *d. c. nosse. & d. cap. vota*.

Quoad præsumptam auctoritatẽ Principum secularium in electioni-
27 bus Episcoporum fuerunt multæ varietates, nam interdum ipsi propria auctoritate Episcopi electionem, & nominationem faciebant. aliquando aliquibus fuit potestas eligendi,
28 & nominandi Episcopus, *c. Adrianus*.2. *dist*.63. & *c. hinc est*, 16. *q*.1.
29 verum talis potestas laicis etiam Principibus concessa abrogata fuit. quoad populum patet ex *cap. non est permittendum. dist*. 63. & quoad Principes ex *cap*.1. & 2. & *cap. si per ordinationem. dist*. 63. & contraria consuetudo damnatur. *d. c. eum terra. c. quisquis. & cap. Massana. de elect*. deinde abrogata laicis, & Principibus prædicta potestate eligendi
30 Episcopos, primum talis potestas remansit

mansit

mansit apud omnes clericos, & religiosos cuiusuis diœcesis. vt in *c. obeuntibus. dist.63. Bursat.d.cons.126. nu.16. ad finem. Petrus Gregor. in tract.de elect. cap.6.nu.1. & 2. Azorius d.quæst.3.vers.quæ quidem*. postea autem clerici à religiosis separati sunt, vt dicti Doctores asserunt,
31 & constitutum fuit, vt religiosi eligerent suos Abbates, Priores, seu Præpositos, Canonici vero suos Episcopos eligerent. vt constat ex *d. c. 1. & ex d. c. cum terra. & per totũ tit.de electione*. Nouissimè autem ista
32 potestas eligendi Episcopos ad solũ Collegium in Collegiatis, & ad solum Capitulum in Cathedralibus redacta fuit. *c. congregato. 16.q.7. c. cum ecclesia. 3.de causa possess. & propriet. d. c. cum terra. c. cum inter. c. auditis. c. quia propter. c.in Genesi. c. congregato. & per totum de elect. Bertacchin. in tract. de Episcopo. lib. 1.par.3. d princ. Petr.Greg d.c.6.nu.9. Zecchius de repub.ecclesiasti.cap.24. Garciat in tractatu de beneficijs. p.5. cap. 4. à nu. 6.*

33 Et istæ constitutiones statuentes, vt soli Canonici Cathedralium ecclesiarum suos eligant Episcopos, omnium sunt nouissimæ, & soli Canonici, qui vocem habent in Capitulo sunt admittendi ad electiones Episcoporum. *gloss.in c.Cumana. in verbo, consuetudine. de elect.* quam ibi omnes sequuntur. *Bertacch. vbi sup. par.3. à nu. 2.post Abb. in cap. scriptum. num.4. de elect.* & habetur expressum in *d.c.quia propter*.

34 Quæ consuetudo eligendi Episcopos à Canonicis Cathedralium ecclesiarum durauit vsque ad tempora Bonifacij VIII. & Clementis V. vt constat ex *titulis de elect. lib.6.* & in *Clementinis*. etenim ad tollendas magnas discordias, quæ quotidie oriebantur in huiusmodi electionibus à Capitulo, & Canonicis factis, vt dicit *Lancellot. in suis Institution. Canonicis, in tit. qui eligere, eligiue possunt. in princ.* ideo cæpit Sum-
35 mus Pontifex sibi reseruare omnes ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales, vt habetur in *extrauagant. ad regimen. de præben.* cum clausula tunc addita, nunc apud Sedem vacantes, vel in futurum vacaturas. quæ reseruatio deinde semper fuit facta simpliciter, & generaliter quoad omnes prædictas ecclesias tam apud d. Sedem, quàm extra curiam vacantes, & vacaturas, vt habetur in *2. Regula Cancell.* relata à *Quaranta in Summa bullarij. in verbo, Regulæ Cancell.Apost.* quæ nnnc est *3. reg. in nouissimis Regulis Sanctissimi D. N. Vrbani Octaui*.
36 solum in Germania antiqua consuetudo canonicæ electionis faciendæ à Capitulo Canonicorum seruari testatur *Azor.d.quæst.3.*

37 Hæc tamen potestas nominandi Episcopos ex concessione Summorũ Pontificum concessa est, & consuetudo tolerata asseritur, Regibus Galliæ, Hispaniæ, Lusitaniæ, & alijs, vt per *August.Barbos. vbi sup. de off. & pot. Episc. d.par.1.tit.1. c.3. de Episcopi electione. nu.27. & seqq.* & per *Garc.par.5.c.1.nu.214. ad 219.* vbi latissimè, & doctissimè pertractant supradictam materiam de Episcoporum electione.

38 Et quòd in Metropolitanis, & Cathedralibus ecclesijs etiam quoad electionem, & præsentationem Archiepiscoporum, & Episcoporum haberi possit iuspatronatus probatur ex relatis à *Quaranta in d. Summa bullarij, in verbo, Concilium Prouinciale. vbi nu. 16.* describit ecclesias
39 Metropolitanas, & Cathedrales Regni Neapolitani, & postea dicit, quod sedes Archiepiscopales numero octo, & sedes Episcopales decem & septem sunt ad Regiam præsentationem, & in casu vacationis Potentissimus, & Inuictissimus Rex Catholicus præsentat Episcopum, qui prouidetur à Summo Pontifice in Concistorio præuio examine, & præuio processu, de quibus supra dixi, &

Digitized by Google

ita audiui seruari.

40 Et huic iuripatronatus Regio non censetur derogatum per dictam reseruationem *d. Regulæ secundæ, seu tertiæ Cancell. Apost.* etiamsi d. iuspatronatus competat ex priuilegio, seu consuetudine. *gloss. ad reg.* 40. *Cancell. Palat. rubius in lib. de benefic. in curia vacantib.* §. 11. *Rebuff. in praxi. in 3. par. signaturæ. verbo, necnon iuripatronatus. n.*64.*Couarru. pract. quæst. c.* 36. *nu.* 2. & 6. & facit decretum *Conc.Trid. sess.* 25. *de ref. c.* 9. & tradit *Gonzalez vbi sup. gloss.* 51. *nu.* 49. & *Garc. vbi sup. d. par.* 5. *c.* 1. *nu.* 219. & 220. & *Flamin. Paris. de resignat. benefic. tom.* 2. *lib.* 8. *d. quæst.* 5. *nu.* 36. & *seq.* refert prouisionem Narbonensis ecclesiæ in Gallia factã in personam D. Raimundi nominati à Rege Christianissimo. & num. 59. refert prouisionem ecclesiæ de Cuzco in Indijs, ad quam Hispaniarum Rex Catholicus, cui ius præsentandi ad eamdem ecclesiam pertinet, nominauit, & præsentauit ad illam vacantem per obitum Sebastiani illius vltimi Episcopi, R. D. Gregorium de Montaluo.

41 Et Episcopus electus, & confirmatus, qui hodie est, postquam Summus Pontifex in Concistorio proposuit talem in Episcopum alicuius Cathedralis ecclesiæ, eidem illum præficiendo tenetur infra tres

42 menses ex tunc consecrationis munus recipere sub pęna amissionis fructuum, & si per alios tres menses negligens extiterit est ipso iure ecclesia prædicta priuatus. *cap. quoniam, dist.* 75. & *c. quoniam. dist.* 100. habetur in *Conc. Trid. sess.* 23. *de refor. cap.* 2. *Aug. Barbosa d. p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *de consecratione Episcopi. n.* 1. & *seqq.* & *cap.* 6. tractat de Episcopalium graduum diuisione. & *cap.* 7. *de Episcopatuum diuisione.* vbi ponit descriptionem omnium Episcopatuum, Archiepiscopatuum, & Patriarchatuum, vt post eum *Massobrius in praxi hab. conc. ad vac. par. eccl. prælud.* 1. *à nu.* 76. *ad finem.* & latissimè *Aubertus Miræus in suo libro inscripto notitia Episcopatuũ orbis Christiani.*

44 Secundo principaliter iuspatronatus haberi potest à laico in ecclesia Collegiata. *dicto cap. nobis. de iurepatronat.* excepta tamen præsentatione Prælati, nisi hæc fuerit expressè concessa in fundatione. *gloss. in d. cap. nobis. in verbo, nisi aliter.*

45 & ex Papæ priuilegio, & ad probationem iurispatronatus quoad præsentationem Prælati, & Superioris in ecclesia collegiata, seu conuentuali non sufficit etiam expressa reseruatio in fundatione, sed requiritur priuilegium Papæ. *gloss. in d. cap. nobis.* vel satis est immemorabilis

46 cum fama priuilegij, vel ostendi debent tot præsentationes validæ, & per authentica documenta per tantum temporis spacium, ex quo præsumi possit priuilegium Papæ; & ita fuit resolutum in vna Regien. Prioratus. coram Illustrissimo Cardin. Pamphilio, prout refert *Marescottus variarum resolutionum lib.* 2. *cap.* 52. *Aug. Barbosa in collectan. ad d. cap. nobis. num.* 3. & *sequentibus. de iurepatr.* non intelligo hic de cathedrali, quæ de iure communi est collegiata. vt in *cap. ne pro defectu.* 12. *de elect. Abb. in d. cap. nobis. nu.* 8. & ibi *Ioan. Andr. nu.* 25. & *Henric. Boich. num.* 5. *de iurepat.* quamuis è contra non omnis collegiata sit cathedralis. *Cardin. in clem. vt ij. quæst.* 2. *de æt.* & *qualit.* & om-

47 nis ecclesia collegiata est curata. *c. cum ab ecclesiarũ. de off. ordin.* & *cap. cum in ecclesijs. de maiorit.* & *obedientia.* ecclesia nãq. simul potest esse collegiata, & parochialis, quia vnus status non est alteri contrarius. *cap. statutum. de elect. lib.* 6. *Felin. in cap. in nostra. num.* 14. *de rescript.* & fuit dictum in vna Cremonen. *Præpositurræ.* 20. *Februar.* 1622. *coram Remboldo.* & quando ecclesia dicatur, & sit Collegiata dixi

dixi *sup. lib. 1. cap. 1. num. 89. et tradit Massobr. in sua praxi hab. conc. ad vac. paroch. eccles. praeludio 2. Gōzal. vbi supra glos. 19. numero 15.* sed intelligo de mera collegiata ex-
48 tra Cathedralem, & eueniente vacatione alicuius ecclesiæ non obstante, quòd alioquin collegiata sit nuncupata, nisi verè sit collegiata, & de fundatione, seu erectione in collegiatam constet, vel ex alijs signis, tunc poterit Episcopus statim edictum pro concursu proponere, & si ecclesia in suo mense, & extra curiam vacauerit, neq. alia obstet reseruatio, poterit etiam illam præuio dicto concursu liberè conferre, vel aliter si reseruata sit, vel collatio ad alium pertineat, eligere ex approbatis in concursu, quem cæteris magis dignum reputauerit, qui collationem à Sede Apostolica, vel ab alio cui de iure competit, recipere debet. *Massobr. d. prælud. 2. num. 31. & 32.* & in facti contingentia dum vacaret de anno 1623. in Diœcesi Tudertina Prioratus Collegiatæ, & parochialis ecclesiæ S. Ceciliæ Insignis
49 Oppidi Aquespartæ, cuius, & aliorū castrorū est Dux Illustriss. & Excellē-
50 tiss. D. Federicus Cæsius Nobiliss. Romanus, ex cuius famila plures S. R. E. Cardinales eminentissimi extiterunt, alijque viri Principes, Præsules, Marchiones, & Comites fuerunt, & nunc viuunt, & inter eos omnium virtutum genere ornatissimi excellentissimus D. Federicus dicti D. Ducis filius Princeps S. Angeli, eiusq. Illustriss. & Reuerendiss. Frater Germanus D. Angelus Sacræ Consultæ Prælatus, & olim Vicelegatus Bononiæ, & nunc Episcopus Ariminensis; dum vacaret d. Prioratus, qui erat prima Dignitas in d. Collegiata; & perconsequens reseruatus dicebatur vigore regulæ tertię Cancell. Apostol. in qua reseruantur dignitates principales in collegiatis, & quod ipsa esset ecclesia collegiata adducebatur, quia per certum temporis spacium ita denominata fuit, & in ea adsunt tres Clerici in Sacerdotio constituti, qui communiter appellantur Canonici; attamen re maturè considerata, & visis scripturis, & documentis in archiuio Episcopali Tudertino existentibus, cum non constaret de aliqua erectione ipsius ecclesiæ in Collegiatam, neq. concurrerent alia signa sufficientia ad collegialitatē inducendam, dum in d. Ciuitate, & Diœcesi essem Vicarius Generalis Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. Marcelli tit. SS. Quirici, & Iulittæ Card. Lantis Episcopi Tudertini de eius mādato edictū apponi feci pro cōcursu, quo peracto fuit d. prioratus collatus à d. Illustrissimo D. Cardinali D. Seraphino de Oddis tanquam magis digno; stante tamen d. denominatione ecclesię Collegiatæ.

51 Tertio iuspatron. in ecclesijs conuentualibus haberi potest à laicis ex Papæ priuilegio in limine fundationis, seu dotationis concesso, quod priuilegium intelligitur habere originem à fundatione, vel dotatione. *Put. dec. 392. num. 3. lib. 2.* & fuit dictum in *Regien. prioratus. 24. Maij. 1595. & 9. Maij, & 23. Iunij. 1596. coram Card. Pamphilio nec tale iuspatron. est sublatum à Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 9.* vt fuit dictum in *Caputaquen. iurispatron. 6. Maij. 1587. coram Rubeo.* & ex cursu longissimi temporis iuncta obseruantia præsumitur tunc priuilegium Apostolicum etiam quòd non sit enunciatum. *Abb. in c. cura. num. 4. de iurepatr. Dec. cons. 135. Put. dec. 365. num. 4. lib. 2.* si cesset præsumptio vsurpationis, & fuit dictum in *d. Regien. & in Agaten. iurispatr. 4. Martij 1602. coram Card. Pamphilio ergo iuspatr.* haberi potest etiam in Monasterijs regularium, excepta tamen præsentatione. *c. monasterium. 16. quæst. 7. d. c. nobis. & c. cum dilectus. de consuetud. Abb. in cons. 59. num. 3. par. 2.* si tamen de iuspatro-

natus fuerit in fundatione reseruatū. *Card. Seraph. dec. 1305.*

Ideoq. iuspatronatus in ecclesijs conuent. & regular. intelligitur de iure honorifico citra præsentationē. *Doct. in d. c. nobis, vbi Abb. nu. 10. Rocch. de Curt. iurepat. verbo, in ecclesia, quæst. 2.* & habetur in d. regien. prioratus. nisi ex obseruantia, & alijs coniecturis aliud sit dicendum ad not. per *Rom. cons. 271. num. 4. & dicitur d. Regien. prioratus.*

Intelligitur etiā de iure vtili, quia patronus egenus debetur à dictis regularibus alimentari, vt habetur in Neapolitana alimentorum. *31. Maij. 1623. coram Manzanedo, quam retuli supr. lib. 1. cap. 2. num. 20.* & alia signa honoris tali patronono solent exiberi, vt oblatio candelæ benedictæ, & oliuæ, & frequens pro eo oratio.

Nec vnquam intellexi quendam casum. in quo antiquitus extabat quoddam monasterium ord. Cistertiensis, & ob bella desolatum remansit, sed cum pingui reditu, & quidam vt patroni ceperunt ad illud præsentare, seu potius in resignationibus consensum præstare per centum annos, & sine vllo alio titulo, nec priuilegio continuant dictum assertum ius, & priorem præsentant, quia ius præsentandi non pōt à laico præscribi in ecclesia conuentuali, si eam fundauit, etiam per tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, ex quo laicus est incapax iuris eligendi. *gloss. in d. c. nobis, verbo, nisi aliter. Abb. in c. massana. num. 4. de elect. Dec. in c. decernimus. num. 28. de iudic.* & fuit dictum in *Oueten. Abbatiæ. 3. Aprilis. 1595. coram Penia,* quia tunc requiritur cum immemorabili fama priuilegij. & idem est in iure præsentandi rectores ad nutū patroni amouibiles, quia nec hoc in casu ob incapacitatem sufficit immemorabilis. vt fuit dictum in *Toletana iurispatronatus. 2. Ianuar. 1584. coram Bubalo. & in Burgen. beneficij. 16. Octob. & 3. Nouemb. 1592. coram Penia.*

Et tale ius honorificum dumtaxat posset dici reseruatum, & competens fundatoribus ecclesiarum fratrum, seu clericorū Regularium, vt tales fundatores extiterunt Illustrissimus Alexander Farnesius Pauli I I I. nepos, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Vicecancellarius, qui ecclesiam fundauit, & construxit dicatam Sanctissimo Nomini I E S V in Vrbe pro clericis Societatis I E S V, vbi requiescit Corpus Sancti Ignatij eiusdem Societatis Fundatoris, ita etiam Illustrissimus Alexander Perettus S. R. Eccles. Cardinalis Montaltus Vicecancellarius fundauit Ecclesiam S. Andreæ Apostolo dicatam in Vrbe pro Clericis Regular. Theatinis.

Sic etiam nunc de anno 1627. Illustrissimus Ludouicus Cardinalis Ludouisius Vicecancellarius ecclesiam fundat, & construit in Vrbe dicatam Sancto Ignatio Fundatori Societ. IESV, & Illustriss. Petrus Donatus Card. Cæsius, & Angelus Cæsius Episcopus Tudertinus ecclesiam S. Mariæ, & S. Gregorio dicatam pro Clericis Congregationis Oratorij Fundauerunt, & construxerunt.

52 Quarto prædicti laici habere possunt Iuspatr. in Plebanatu, & in Ecclesia Parochiali per supradicta, & cum pleno fructu Iurispatronat. quādo in eisdem non adest collegium. *d. cap. nobis.* à contrario sensu. & in Ciuitate, & Diœcesi Pisarum adsunt Plebanatus, & Ecclesiæ parochiales de iurepatronatus laicorum multæ, quarum rector occurrente vacatione à patronis laicis præsentatur, vt est Plebanatus S. Christinę de Auanæ de iurepatronatus Nobilium de Roncionibus, & Plebanatus Sancti Marci de Riguli de iurepatr. Nobilium de Lanfranchis, & aliorum, parochialis ecclesia S. Petri ad Hiltiā

in

in Ciuitate Pisarum de iurepatronatus Nobilium de Gallettis,&ecclesia S.Eufrasiæ de iurepatronatus Nobilium de Sancascianis.

53 Quinto competit cuilibet iuspatronatus in Capellis. *d. c. nobis. de iurepatronat. Abb. in d. conf.* 59. *numero* 3. exceptis capellis fundatis in ecclesijs Regularium,Monachorum, seu Mendicantium, aut non Mendicantium; in quibus nihilominus tales fundatores erunt patroni tantum quoad ius honoris, scilicet processionis, & prælationis, in capella, seu ecclesia. vt in *d. cap. nobis.* & erũt patroni quoad ius oneris. *vt in*
54 *c.filijs.*16.*quæst.*7. si tamen in aliqua ecclesia sint Capellæ de iurepatronatus laicorum, & postea in d. ecclesia ceperint habitare Regulares constituendo ibi monasterium, seu conuentum, attamen patroni dictarum Capellarum erunt patroni, vt prius,& præsentabunt Capellanum, & rectorẽ ad prædictas Capellas more solito,vt in praxi videmus; nam Pisis in ecclesia Monialium S.Martini in Chinsica ordin.S.Frãcisci adsunt plures Capellæ de iurepatron. laicorum, & ita in ecclesia Monialium S. Matthei, & patroni præsentant rectorem; ita ecclesia, & Præpositura S. Torpetis, quamuis ibi hodie conuentum habeant fratres S. Francisci de Paula ord. Minimorum,attamen Præpositura dictæ ecclesiæ prout est, & antea erat beneficium confertur à Sanctissimo D. N. Papa, apud quem residet plenissima omnium beneficiorum dispositio.

55 Sexto etiam cuilibet cõpetit iuspatronatus in Altari immobili ex fundatione, constructione, seu dotatione ædificato in aliqua ecclesia, vt ibi semper, & perpetuò maneat: aliquando enim Capella pro Altari, & Altare interdum pro Capella ponitur. *c. si quis. il primo.* 17. *quæst.* 4. *cap. quæsitum.* 1. *quæst.* 3. *Abb. in conf.* 89. *parte* 2. quod est verum, dummodo Altare, seu Capella construatur cum ordinarij consẽsu, & alterius ius habentis in ecclesia, in qua altare, seu Capella ædificatur, Altaris autem portatilis non
56 datur, neque acquiritur iuspatronatus, cum tale Altare non sit perpetuum, nisi aliter per priuilegium Papæ fuisset concessum, & in persona ecclesiastica. vt per *Lambertinum, de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 11. *princip. art.* 9.

57 Septimo competit laicis Iuspatr. Basilicæ,idest ecclesiæ non consecratæ, quamuis Ecclesia, & Basilica hodie sint synonima, & vna pro alia accipiatur. *Abb. in Rubr. de conf. eccl. vel Altaris. num.* 3. & ante consecrationem etiam acquiritur iuspatronatus in Basilica. *c. nemo. de consecrat. dist.* 1. *& d. cap. nobis. de iurepatronat.*

58 Et est notandum, quod in iurepatronatus est locus iuri accrescẽdi, seu potius non decrescendi, vt alibi diximus. *Calder. conf.* 8. *de iurep. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.*4. *art.* 5. & fuit dictum in *Parmen. beneficij.* 19. *Ianuarij. &* 19. *Martij.* 1590. *coram Penia.*

Vnde iuspatronatus ab initio relictũ titio pro dimidia, & Caio, & eius descendentibus pro alia dimidia,defunctis descendentibus tirij,non trãsit ad hæredes extraneos,sed per ius accrescendi,vel non decrescẽdi transit ad heredes caij, ex quo non solum titius, & caius, sed etiam eorum descendẽtes respectu cuiuslibet ex descendentibus sunt verbis coniuncti, quia compræhẽsi sunt sub eadem oratione. *l. re coniuncti. ff. de leg.* 3. vt fuit dictum in *dicta decis. Parmen.*

Quòd tamen non procedit,quando pluribus est simpliciter relictum iuspatronatus, quia tunc licèt sint verbis cõiuncti,tamen postquam eis fuit quesitum, cessat ius accrescendi. *l.* 1. *§. interdum. ff. de vsuf. accresc. Bart. in d.l. re coniuncti.nu.*43. & ibi

Iaf. nu. 220. & fuit dictum in d. Parmen. idem est si relinquatur pluribus vocatis sub diuersa ratione, & sic non coniunctis verbis, tunc enim non est locus iuri accrescendi, quia partes sunt diuersæ, & nō adest coniunctio, quamuis iuspatr. sit indiuiduum, & sic portio vnius deficientis transeat ad hæredes extraneos. vt in d. Parmen. & in *Aretina Capellaniæ* 1. *Iunij* 1584. *coram Bubala*.

Item quando portio vnius deficientis non accrescit alijs compatronis, non tamen vadit ad Episcopum, quia pro ea portione deficiente ecclesia non acquirit libertatem, sed iuspatronatus remanet respectu aliorum superstitum. *Bald. consil.* 431. *nu.* 1. *in fin. lib.* 2. sed reuera si iuspatronatus pro dicta portione non est penes aliquem, clarum est, quòd pro ea portione ecclesia acquirit libertatem, itaut beneficium illud erit pro d. portione liberum, pro alia patronatum, neque per erectionem in collegiatam censetur sublatum iuspatronatus, vt si ecclesia simplex, seu curata iurispatr. laicorum fiat collegiata, nisi exprese dicatur, quia Papa non censetur velle præiudicare patronis laicis. *Lambert. de iurep. lib.* 1. *p.* 3. *q.* 9. *art.* 3. & fuit dictum in *Tirasonen. iurispat.* 23. *Maij.* 1588. *coram Bubalo.* sed quoad electionem Prælati dicit esse sublatum tunc iuspat. *Didac. Perez in ordinat. reg. lib.* 1. *tit.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus haberi potest in Hospitali fundato cum* Episcopi *cōsensu.*
2 *Hospitale, & ecclesia in multis æquiparantur.*
3 *Hospitalium nomina varia.*
4 *Hospitale erectum cum Episcopi consensu dicitur locus pius.*
5 *Hospitale sine consensu Episcopi erectum non gaudet priuilegio ecclesiæ.*
6 *Hospitale an sit erectum cum Episcopi consensu ex pluribus cognoscitur.*
7 *Hospitale erectum præsumitur cum Episcopi consensu, si sit in forma ecclesiæ, habeat campanile, & nomen Sancti, in eo seruetur hospitalitas, ibiq. sint sepultura, & in eo baptizetur, & recipiat decimas, & non soluat collectas.*
8 *Hospitale Charitatis* Tuderti *nobile.*
9 *Hospitale Conualescentium Pisarum.*
10 *Hospitale si per laicos regitur in dubio præsumitur prophanum.*
11 *Hospitalis bona alienari nequeunt, sicut res ecclesiarum.*
12 *Hospitale regulariter non est beneficium.*
13 *Hospitale est officium ad instar tutorum, seu edituorum.*
14 *Hospitale unitum ecclesiæ est beneficium.*
15 *Hospitale est beneficium quando clericis in titulum conceditur.*
16 *Hospitale conferatur in titulum, quando id sit ex fundatione, vel quando per electionem prouidetur.*
17 *Beneficium datur in titulum, quando legitimo modo alicui confertur, vt sit suum.*
18 *Titulus beneficij sumitur pro legitimo modo obtinendi beneficia.*
19 *Titulus multis modis sumitur.*
20 *Titulus verus, & iustus quis dicatur.*
21 *Titulus coloratus quis sit.*
22 *Titulus coloratus ad præscribendum non sufficit.*
23 *Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus.*
24 *Titulus melior præsumitur data possessione, & ponitur Rotæ decisio.*
25 *Hospitale quando confertur in titulum, venit appellatione beneficij.*
26 *Hospitale, quod datur in administrationem, est manuale.*
27 *Hospitale si est beneficium, debet exprimi quòd sit hospitale.*
28 *Hospitale potest resignari, atque permutari, non vendi.*
29 *Hospitale S. Bartholomæi* Apostoli *ad balneum Pisarum est beneficium iurispat. laicorum.*
30 *Balnei Pisani mirabilia.*

Hospi-

31 *Hospitale etiam in commendā datur.*
32 *Commenda alia perpetua, alia temporalis.*
33 *Commenda temporalis etiam ab Ordinarijs confertur.*
34 *Inferior Episcopo non potest ecclesiam commendare.*
35 *Hospitalia iuxta Concil. Trident. hodie sunt gubernanda.*
36 *Hospitalia si non possunt seruare hospitalitatem, quid agendum.*
37 *Hospitale quando ad triennium concedatur alicui.*
38 *Iuspatronatus competit in Oratorio.*
39 *Oratorium gaudet immunitate ecclesiastica.*
40 *Oratorium priuatum non gaudet immunitate ecclesiastica.*
41 *Missa in Oratorijs priuatis quando celebrari possit.*
42 *Oratoria priuata ad Missæ celebrationem de licentia Papæ hodie constituuntur.*
43 *Iuspatronatus non cadit propriè super sepulchris.*
44 *Sepulchrum fundatum auctoritate Episcopi vendi non potest.*
45 *Locus religiosus vendi non potest.*
46 *Locus religiosus fit de Episcopi licētiā.*
47 *Sepulchrum vel est familiare, vel hæreditarium.*
48 *Sepulchri pretium licitè potest recipi.*
49 *Sepulchrum quoad proprietatem vendi potest.*
50 *Iuspatronatus non cadit propriè in collegio scholarium.*
51 *Collegium Riccium Politianum Pisis ereptum.*
52 *Collegium Puteanum Pisis ereptum.*
53 *Campi Sancti Pisarum miranda.*
54 *Imago B. Mariæ magnæ deuotionis in ecclesia Pisana.*
55 *Iuspatronatus cadit impropriè in sedilibus & banchis.*
56 *Archiepiscopi Pisani Primatis Sardiniæ, & Corsicæ dignitas.*
57 *Primatiæ Pisanæ multi mentionem faciunt.*
58 *Vrbanus ij. Theobertum Archiepiscopum Pisanum, & Legatum in Sardinia fecit.*
59 *Innocentij iij. epistola ad Archiepiscopum Turritanum.*
60 *Honorij iij. epistola Archiepiscopis, & Episcopis Sardiniæ, & Capitulo, & Clero Pisano.*
61 *Donatio Archiepiscopi Turritani.*
62 *Innocentij ij. priuilegium circa Primatum Pisanum.*
63 *Corsica Insula Archiepiscopo Pisano subiecta.*
64 *Eugenij iij. priuilegium circa Primatum Pisanum.*
65 *Adriani iiij. priuilegium circa Primatum Pisanum.*
66 *Alexandri iij. priuilegium circa Primatum Pisanum.*
66 *Alexandri iij. aliud priuilegium circa idem.*
67 *Lucij iij. priuilegium circa Primatum Pisanum.*
68 *Vrbani iij. priuilegium circa Primatum Pisanum.*
69 *Celestini iij. priuilegium circa Primatum Pisanum.*
70 *Innocentij iij. priuilegium circa Primatum Pisanum.*
71 *Honorij iij. priuilegium circa Primatum Pisanum.*
72 *Gregorij ix. confirmatio, & restitutio Primatiæ Pisanæ.*
73 *Federicus Visecomes Archiepiscopus Pisanus Sardiniam visitauit.*
74 *Archiepiscopus Pisanus confert ecclesiam in Sardinia.*
75 *D. Augustini Barbosæ assertio declaratur.*
76 *Aliæ rationes super dicta Primatia afferuntur.*
77 *Pisæ Romanorum Colonia.*
78 *Pisæ vrbe potentissima, & antiquissima.*
79 *Theobertus Archiepiscopus Pisanus electus Patriarcha Hierosolymitanus.*
80 *Pisani Baleares Insulas sublecerunt.*
81 *Pisani Templum magnificum construxerunt.*
82 *Innocentius ij. Pisis Concilio celebrato Hugonem Episcopum Grationopolitanum in Sanctorum numerum ascripsit.*

Euge-

83 *Eugenius iij. antea Canonicus Pisanus.*
84 *Alexander iij. antea Canonicus Pisanus.*
85 *Gregorius viij. obijt* Pisis.
86 *Clemens iij. Pisis creatus fuit.*
87 *Vrbanus vi. origine* Pisanus.
88 *Alexander v. Pisis creatus in Concilio* Pisano, *&* Nicolaus *v. Pisis est ortus.*
89 *S. Bernardus Abbas præsens in Concilio* Pisano.
90 *Paulus iij. origine* Pisanus.
91 *Sanctissimus D.N. Vrbanus viij. Pisis literis operam dedit.*
92 *Pisanum Gymnasium professores celeberrimos habuit semper.*
93 *Auctor in studio* Pisano *professor.*
94 *Marcellus Lantes S. R. E. Cardinalis* Pisanus *origine.*
95 *S. Torpes Martyr* Pisanus.
96 *S. Rainerius de Scaccerijs confessor* Pisanus.
97 *Ecclesiæ* Pisanæ *reliquiæ Sanctorum plurimæ.*
98 *B. Guido confessor* Pisanus.
99 *Beati Laurentius. Lambertus.* Iordanus. Agnellus. *Petrus Gambaturtius.* B. Vbaldescha. B. *Bona.* B. *Christiana.* B. *Clara. & alij* Pisani.
100 *Spina ex Corona D. N.* Iesu *Christi* Pisis.
101 *S. Petri ad gradus templum, vbi sanguis S. Clementis asseruatur.*
102 *Frater Bartholomæus de Spina Ord. Præd.* Pisanus.

Iuspatronatus haberi potest in Hospitali, Oratorio, Collegio, & Sedilibus.

CAPVT SECVNDVM.

1 OMPETIT Iuspatronatus in Hospitali, in quo etiam à laicis haberi potest. *Felin. in cap. de quarta. num.* 14. *de præscriptionib.* & habetur in *c. inter dilectos.* vbi *Abb. de donationib.* latissimè *Rota* Rom. *decis.* 725. *nu.* 6. *par.* 1. *diuers.* dummodo, tale Hospitale sit fundatum, & dotatum cum auctoritate, & consensu Episcopi, vt per *Card. Hostiensem in sua aurea summa in titulo, de* Religios. *domib.* §. *quis dicatur locus religiosus. Gonzalez in commentar. ad Regulam octauam Cancellariæ. gloss.* 5. §. 4. *nu.* 22. *&* 23. &
2 ecclesia, & Hospitale in decem, & nouem casibus æquiparantur, vt per *Felinum in d. cap. de quarta. à nu.* 3. *vsque ad nonum.*
3 Hospitalium autem varia sunt nomina, & variæ sunt species, de quibus in *l. illud. & in l. sancimus. ii.* C. *de sacros. eccles. & in c. in qualibet.* §. *sancimus.* 23. *q.* 8. *& in c. si quis omnem. ad finem.* 1. *q.* 7. *& in Authen. de alienatione, & emphyteusi. in princ. & in Authen. de ecclesiast. titulis.* §. *vltimo.* & de materia Hospitalium pertractant latissimè *Felin. in c. causam, quæ. à nu.* 13. *de rescript. & in c. in nostra. coroll.* 22. *&* 23. *eod. tit. de rescript.* Pauinus *de off. & potest. capit. sede vac. par.* 2. *quæst.* 1. *Pet. de Vbaldis, de canonica* Episcopali. *c.* 4. *quæst.* 13. *per totam. Selua de benefic. par.* 1. *quæst.* 3. *nu.* 9. *& quæst.* 7. *nu.* 5. *&* 6. Lambertin. *de iurepat. par.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 11. *art.* 11. Rebuff. *de nominat. quæst.* 15. *à nu.* 12. *& de pacific. possess. nu.* 94. *&* 95. 81. *&* 82. *Anton. Gabriel de pia causa. conclus.* 2. *Mandos. reg.* 1. *Cancell. quæst.* 10. *& reg.* 26. *quæst.* 5. *& reg.* 34. *quæst.* 10. *Sfortia de Oddis, de restit. in integrũ. par.* 3. *quæst.* 3. *art.* 6. *Flamin. Parisius de resignat. benefic. lib.* 1. *quæst.* 14. *& lib.* 7. *quæst.* 6. *& lib.* 11. *quæst.* 3. *à nu.* 38. *Gonzal. d. gloss.* 5. §. 4. *Garcia de beneficijs. par.* 1. *cap.* 4. *& par.* 10. *c.* 2. *Aug. Barbosa de off. & pot. episc. par.* 3. *alleg.* 57. *nu.* 148. *alleg.* 73. *nu.* 3. *alleg.* 75. *nu.* 2. *& seqq. alleg.* 77. *& alleg.* 58. *nu.* 4. *&* 87. *nu.* 55. *& Ioan. Aloisius Riccius in praxi rerum fori ecclesiast. decis.* 40. *per totam illam decisionem.*

Hospi-

4 Hospitale igitur erectum cum Episcopi auctoritate dicitur locus pius, & venit appellatione ecclesiæ, & gaudet ipsius ecclesiæ priuilegijs. *cap. ad hæc. de relig. domib. c. 2. de for. compet. Felin. in d. c. de quarta. nu. 4. & 14. de præscript. Lambert. d. art. 11. Gabriel. d. conclus. 2. Mascard. de probationib. conclus. 869. nu. 9. & seq.*

5 Quando autē Hospitale fuit erectum absque d. auctoritate Episcopi non dicitur nec locus pius, nec beneficium. *Mohedan. decis. 18. de cau. poss. & propriet. Crescent. decis. 1. de priuileg. Puteus. decis. 161. par. 1. Rot. Rom. decis. 725. num. 7. & decis. 739. nu. 5. par. 1. & decis. 114. par. 2. diuersorum.* & tali casu Hospitale erit locus profanus, & nullo gaudebit ecclesiæ priuilegio. *Gloss. in clem. quia contingit. de religios. domib. Bald. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccles. Roman. cons. 477. nu. 3. Lamber. d. art. 11. Felin. in d. c. de quarta. nu. 1. & 5. Redoan. de reb. ecclesi. non alien. in rubr. sed quid de bonis hospitalium. nu. 1. & seq.*

6 Ex pluribus autem cognoscitur vtrum Hospitale fuerit erectum cum Episcopi auctoritate.

7 Primo, si Hospitale fuit ædificatum in forma ecclesiæ.

Secundo, si in eo fuerit campanile erectum cum campana, ibiq. diuina celebrantur. *Archidiac. in cap. nemo. de consecrat. dist. 1. Roman. d. cons. 477. nu. 13. Mascard. d. concl. 869. Rot. d. decis. 725. nu. 1. 2. & 5. in nouiss. diuers.*

Tertio, si haberet nomen Sancti sibi appropriati. *Felin. in d. cap. de quarta. nu. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 3. nu. 52.*

Quarto, si in eo fuerit seruata hospitalitas per tempus antiquissimum. *Ant. Gabr. d. concl. 2. nu. 6.*

Quinto, si in eo essent sepulturæ, vel cœmeterium. *gloss. in d. clem. quia cōtingit. & Roman. d. cons. 477. n. 12.*

Sexto, si in eo baptizaretur. *Roman. ibid. nu. 11.*

Septimo, si reciperet decimas. *Roman. ibi. nu. 12.*

Octauo, si non solueret collectas. *Roman. ibid. & Valascus decis. 105.* & ex his dicitur Hospitale locus pius erectus cum auctoritate Episcopi, vt

8 est Tuderti Nobile Hospitale appellatum Charitatis pro infantibus expositis. & Pisis Hospitale Conualescentium erectum, & fundatum cum

9 consensu, & auctoritate Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Caroli Antonij Putei Archiepiscopi Pisani Insularū Corsicæ, & Sardiniæ Primatis, & in eisdem Sedis Apostolicæ Legati nati propè, & contiguum, & vnitum cum ecclesia S. Leonardi, de anno Domini 1603. non existentibus autem prædictis signis, hospitale in dubio præsumitur profanum, quamuis in eo pium opus exerceatur. *gloss. in clem. per literas. verbo, ecclesias. de præb. vbi Ancharan. nu. 10. & Abb. nu. 5. Gonzal. gloss. 5. §. 5. nu. 24. Roman. d. cons. 477. nu. 13.* præsertim si per laicos regeretur, licèt hæc ratio

10 non videatur tuta secundum *Rotam decis. 275. n. 6. & decis. 106. & 122. par. 2. diuers. Caualcan. decis. 17. n. 70. par. 2.* & in alienationibus rerum ho-

11 spitalis auctoritate Episcopi erecti requiritur eadem solemnitas, & causa, quæ in alienatione rerum ecclesiæ. *Felin. in d. c. de quarta. nu. 5. Gabriel d. conclus. 2. nu. 9. Abb. cons. 104 par. 1. Puteus decis. 519. par. 2. Magon. decis. 19. Rot. Florent. Riccius d. decis. 40.*

12 Hospitale autem regulariter non est beneficium, neque beneficij nomine venit, etiamsi habeat annexas ecclesias, vel capellas, decimas, & alia iura spiritualia. *dicta clem. per literas.* quando pro administratione committitur cuilibet. *d. clem. quia contingit. §. vt autem. de religios. do-*

13 *mib.* & hospitale non beneficiū, sed officium, tunc & administratio est ad instar tutorum, curatorum, seu edituotum. *l. orphanotrophos. C. de episc. & cleric. & d. §. vt autem. Selua de bene-*

benefic.d.quæst.3.nu.9. Corasius de benef.par.1.cap.3.nu.1. Rota Rom.d.dec. 106. num. 6. & decis. 114. par. 2. diuers.

14 Quòd tamen non procedit, Primo quando hospitale esset vnitum ecclesiæ, seu ecclesiastico beneficio, nam tunc sortitur naturam sui principalis, illudq. sequitur cum ei sit accessorium. *d. clem. per literas*. vbi *Cardin.quæst.17. Abb. nu. 5. Imola à nu.14. & Bonif. de vital. à num. 20.* nisi vnio esset facta æque principaliter. *Gonzal. d.glo.5.§.4.nu.16.*

15 Secundo non procedit, & limitatur, quando clericis, & religiosis personis hospitale esset concessum, eisq. solitum in titulum conferri; quia tunc cum conferatur in titulũ, & in perpetuum prout alia beneficia, est beneficium ecclesiasticum. *d.clem. quia contingit.§.præmissa.& ibi glos.de religios.domib.Coras.d.c.3. nu.1.Gonzal. d.§.4.num.14.* & cadit sub reseruatione.*Selua vbi sup.par.2. quæst.12.nu.13.ad finem. Pauin.vbi sup.par.2. quæst.1. Rebuff. in praxi. tit. de deuolut.nu.73. Gomes.siue Sarnen. in regula de triennali. quæst. 7. per totam. Hoieda de beneficiorum compatibilit. & incompatibil. in præfat.nu.4. in fine. Simoneta de reseruat. nu.6. iuncta additione Mohedan. d. decis. 18. de causa possess. & proprietat.* si enim est beneficium, ergo venit in reseruatione. *Mandos. in reg. de annali.quæst.10. num.2. Rota Rom.decis.739.num.9. par.1. diuers. Gonzal.d.§.4.nu.14.*

16 Tunc autem Hospitale confertur in titulum perpetuum, & ad vitam illius cui confertur, quando in fundatione ita cautum est, vel quando per electionem prouidetur.vt disponitur in dicta *clement.quia contingit. §.vt autem*. ibi. nisi in illorum fundatione. *Rebuff. de pacific. possess. num. 81.*

17 Confertur autem, & conceditur alicui beneficium in titulum, quando ordinario modo, & legitimo obtinendi beneficia conceditur, & assignatur alicui, vt sit suum, vnde

18 titulus hoc in casu accipitur pro quolibet modo legitimo obtinendi beneficia. *Rebuff. vbi sup. de pacific. possess. nu.67. seu 53. Coras.vbi sup. par.1.c.6.nu.1. Petrus Gregor. Tolosan.de benef.c.49.n.19.Garc.vbi sup. de benef.par.4.c.4.nu.1. & 2.* quam-

19 uis aliàs multis modis sumatur titulus, vt per *glos. in l. non est.C.famil. ercisc. & in Authen.de ecclesiast.titul. in rubr. & in c. dudũ.2.verbo,intitulatam. de elect.* & post alios *Mandos. in regul.Cancell.quæst.2.*

20 Titulus autem verus, & iustus dicitur, si nihil vitij habet (alioquin quando colorem, figuram, & appa-

21 rentiam tituli habet, dicitur titulus coloratus,) vt quando processit ab Ordinario collatore, siue ab illo, qui habet potestatem disponendi de beneficio, licèt sit inualidus ob aliquẽ defectum recipientis, seu aliquod impedimentum. *Doctores in c. cum nostris.de concess. præbendæ.Rebuff.de pacif.possess.nu. 42. seu 32. Cassad. decis.7.& decis.11.super reg.Gomes. seu Sarnen. in reg. de triennali.q.27. cum seq. Corasius vbi sup. d. cap. 6. nu.2.& Mandosius in reg.16.quæst. 27. & Petrus Gregor. vbi sup.d.cap. 40. nu. 19.* & præter supradictos de titulis coloratis tradunt *Pontanus in tract.de spolio.lib.2.c.15.* & latißimè *Mascard. vbi sup. de probation.conclus.1380.nu.9. & seq.* & titulus co-

22 loratus ad præscribendum non suffragatur, quando quis ignorat se illum habere. *Bald. in l. 1. post princ. vers. nunc venio.C.per quas personas. Felin. in c. illud. nu.1. post medium. vers dixit etiam* Baldus.*de præscript.* & cum alijs multis latißimè tradit *Balbus in tract. de præscriptionib. 2. part.3.partis.quæst.9.nu.1. & per totam. Tiraq. in tract. de iure constituti.par.3.limit.30.per totam.Menoch. de arbitr.iud.lib.3.casu 185. à nu.30. ad 50. Rot.Rom. decis.14. per totam. par. 2. diuers. Conzal. vbi supra. in §.5.*

§. 7. proœmiali. num. 135. & scien-
23 dum est, quod in beneficialibus datur titulorum multiplicatio. *cap. post electionem. de concess. præbendæ, lapus allegat.* 132. *in fine. vbi additio litera* 1. *Cassador. decis.* 21. *nu.* 5. *super* Regulis. *et decis.* 3. *num.* 8. *de causa possess. et propriet. Felin. in cap. in nostra. num.* 2. *de rescript. Verallus decis.* 339. *num.* 4. *part.* 1. *Selua vbi supra de benefic. part.* 3. *quæst.* 19. *per*
24 *totam.* dato enim vno titulo licèt inualido, vigore tamen possessionis præsumitur alius melior. *Puteus decis.* 356. *num.* 2. *lib.* 1. & potest possessor beneficij iuuari possibilitate alterius tituli. *Lapus allegat.* 89. *n.* 16. *post principium, et num.* 17. *ad finem. Crescent. decis.* 21. *num.* 4. *de probationibus.* Et fuit resolutum in vna Cæsaraugustana de *Merla.* 8. *Nouembris.* 1599. *coram Illustrissimo* D. *Cardin.* Pamphilio. *et in vna Romana parochialis.* 25. *Ianuarij.* 1600. *coram* R. P. *D. Corduba.* Gonzal. *vbi supra dicto §. 7. proœmiali, nu.* 129. 130. *et* 131. & quando quis possit sibi mutare causam possessionis suæ, & de multatione, & multiplicatione titulorum fuit dictum in Alexandrina Archipresbyteratus. *Lunæ.* 28. *Iunij.* 1627. *coram* D. *Merlino sub his verbis.*

Massobrius fuit præsentatus ab Arnutio, &, ab Episcopo obtenta institutione, appræhendit capitulariter possessionem Archipresbyteratus, pluresq. actus concernentes officium huiusmodi Dignitatis, necnon etiam Curam animarum illi annexam exercuit: Verùm monitus assertum iuspatronatus non subsistere; imò, cum vacatio contigerit de mense Augusti, illius collationem spectare ad Sanctissimum, ab eo impetrauit prouisionem cũ solito tamen Decreto quòd renunciaret d. præsentationi, prout his verbis Decreto paruit: *Renunciauit Præsentationi, & Institutioni, ac Possessioni exindè secutæ, & d. Archipresbyteratum, vti reseruatum, & non aliter, in futurum possidere velle declarauit:* Et continuando in reali possessione, post huiusmodi renunciationem, interfuit Choro, Processionibus, & alijs Functionibus capitularibus. Vndè fuit dubitatum: An eidem Massobrio dandum esset mandatum de manutenendo: Et DD. ter, ac maturè discusso articulo, affirmatiuè responderunt.

De possessione enim illius non potest dubitari; Et constat de prima appræhensione solemniter, & capitulariter facta; Et post renunciationem dantur testes, qui deponunt de visu, quòd Massobrius tamquam Archipresbyter interuenit publicis functionibus cum alijs Canonicis: Et constat quòd congregato Capitulo pro tradenda possessione alteri Canonico, idem Massobrius recepit iuramentum ab eo, ex quibus actibus factis præsentibus alijs Canonicis probatur possessio capitulariter capta, *Rot. decis.* 17. *de præb. in nou. Cassad. decis.* 8. *de cau. poss. & decis.* 5. *nu.* 3. *de inrepatr. Verall. decis.* 27. *lib.* 1. *in manuscr. & coram Reuerendissimo* D. *meo Decano dec.* 235. *num.* 12. *in eius impressis.*

Nec obstare visum fuit, quod pro Scipione adducebatur; scilicet primam possessionem Massobrij capitulariter captã non esse attendendam, nec manutenibilem; cum illi renunciauerit; nec etiam secundam postquam renunciauit, quia non fuit appræhensa capitulariter, & actus illi, quamuis gesti præsentibus Canonicis, non tamen sunt gesti cum scientia eorumdem, quòd scilicet Massobrius possideret in vim prouisionis Apostolicæ, cum potuerint credere ipsum continuasse tamquàm præsentatum à patrono. Quoniam & vtramque possessionem Rota credidit validam esse, ac manutenibilem.

Et quoad primam, aduertendum est Massobrium non renunciasse possessioni reali, & illi, quæ de facto est,

est, vt apparet ex illis verbis *Renunciat Præsentationi, & Institutioni, ac possessioni indè secutæ, & declarat se velle possidere d. Archipresbyteratum tamquam reseruatum*, vndè non possessioni in totum, & absolutè renunciauit, sed possessioni tàmquàm ex antecedente præsentatione prouenienti, & sic solummodò renunciauit titulo, & causæ possidendi, quæ causa possidendi est quid diuersum ab ipsa possessione *l. 3. §. ex plurib. ff. de acquir. possess.*

Et iure merito Massobrius, superueniente sibi nouo titulo, scilicet prouisione Apostolica, potuit continuare possessionem ipsam de facto, mutato solùm primo iure, & titulo possessionis, *l. non solum, §. quod vulgo, ff. de vsucap. l. 3. §. illud, l. qui bona, §. 1. cum ibi not. ff. de acquir. possess. Rot. apud Achil. decis. 4. de caus. possess. & propr.* Put. *decis.* 165. *num.* 3. *lib.* 1. *& decis.* 441. *eod. & in recent. decis.* 200. *num.* 8. *par.* 1. Gabr. *cons.* 51. *num.* 1. *& 28. lib.* 1. Quæ mutatio ipso iure statim facta intelligitur, data notitia secundi tituli, etiam absque alia declaratione, *iuxta cons.* Decij 400. *quē sequitur Rota, vt per Achil. d. dec. 4. Put. d. dec. 441. lib. 1. Crescen. dec. 168. aliàs 5. de rest. spol. Rota dec. 224. n. 2. part. 1. diuers. & decis. 601. num. 3. par. 3. diuers. Card. Mant. decis. 71. num.* 1. neque opus erat, vt exiret de possessione, & postea iterum ingrederetur *ad l. cum nemo, & ibi gloss.* in verbo *extrinsecus, C. de acquir. possess.* Put. *d. decis.* 441. *lib.* 1. *&* Achil. *d. decis. 4. vbi quod hæc opinio est magis æqua, & consona iuribus, & semper seruatur à* Rota, *vt in decis. 345. numero 4. & dec. 613. nu. 5. par. 1. & decis. 143. num. 4. part. 2. diuers. & in* Tuden. *Parochialis 4. Nouembris 1592. coram bon. mem. Card.* Pamphilo, *in quibus fuit reprobatum cons. 131. lib. 1. Soc. Sen. contrarium sententiis.*

Et in puncto dixit Baldus *in l. 2. nu. 63. vers. sed pone, C. de seru. & aqua*. Quòd si falsus Canonicus diù stetit in possessione, & deindè à Papa obtinuit prouisionem, non est necessaria noua appræhensio, & installatio, quia ipso iure fit quædam conuersio ex nouo titulo superueniente, & Baldum sequitur Crauetta *cons. 171. num. 1. vers. secundò pro hac*, & licèt sub *num. 19.* declaret Baldi sententiam non procedere quando ante prouisionem Papæ ius tertio fuerit quæsitum, & Crauettam sequatur Rimin. Iun. *cons.* 100. *num.* 25. attamen non applicatur casui nostro hæc limitatio, quia ante prouisionē Apostolicam Massobrij nullum ius erat quæsitum Scipioni; & propterea si Massobrius retinuit possessionem de facto, mutauitq. sibi solummodò ius, & titulum possidendi, adhuc ei manutentio danda est ad statum suæ possessionis *c. querelam cum ibi not. de elect. l. Aquilius, vbi Castr. num. 5. ff. de donat. Cassad. decis. 14. num. 8. super reg. et* Rota *coram sanct. mem. Greg. XV. decis.* 560. In manutentionem enim nudum factum, & sola detentio consideratur *Castr. in d. l. Aquilius sub num. 5. de donat. Cephal. cons. 16. sub num. 5. lib. 1. Card. Scraph. decis. 582. num. 5.* Rota *diuers. decis. 50. num. 29. et decis. 64. num. 2. par. 2.*

Hæcq. videntur certiora euadere, quia Massobrius sibi prouidit, & conseruauit suam primam possessionē de facto per declarationem; quòd volebat possidere ex titulo prouisionis Apostolicæ Archipresbyteratū, quē prius possidebat ex titulo præsentationis, & in eodem instanti renunciat, & declarat; & sic renunciatio est correspectiua ad declarationem: eatenus enim renunciauit, quatenus credidit esse consultū suæ possessioni, & continuationi. Siq. hæc declaratio non suffragaretur, renunciatio quoque ex defectu consensus non operaretur, & consequenter primam Possessionem à se non abdicasset Massobrius: Ad dimittendum enim

enim possessionem à se non abdicasset Massobrius; Ad dimittendū enim possessionem requiritur animus *l. 3. §. in amittenda, vbi Alex. ff. de acq. poss. Cassad. decis. 4. num. 3. de restit. spoliat. Paris. cons. 114. num. 7. lib. 4. Rota apud Achil. decis. 11. de pens.* & renunciatio strictè est interpretanda, vt minus lædat renunciantem quàm fieri possit *l. si domus, ff. de seru. vrb. præd. Becc. cons. 111. sub nu. 31. Surd. cons. 446. num. 22.* & propterea renunciatio restrictiuè ad præsentationem, & possessionem indè secutam, non est trahenda ad omnem possessionem *ad Clem. quod circà de electione, Bald. in l. 2. nu. 2. C. de leg. Roland. cons. 86. num. 33. lib. 2.* Et hæc duo, scilicet quòd quis renunciet præsentationi, & possessioni indè secutæ, & quòd velit possidere ex prouisione Apostolica, non inuicem repugnant, quia vult insistere in possessione de facto, & reijcere primum titulum possessionis.

Secunda quoque possessio (scilicet postquam renunciauit) est manutenibilis, quia etiam liberè cedens, & renuncians, licèt dicatur perdere dominium, & possessionem, saltem de iure; attamen si posteà incumbat de facto, & realiter inhæreat possessioni, adhuc ad statum est manutenendus; imò, & reintegrandus si spolietur *Inn. in c. super hoc de renunciat. Calder. cons 4. eod. tit. & sequitur Rota decis. 1. num. 2. in nou. eod. tit. & Cassad. decis. 4. de restit. spolat. nu. 2. & 4. versic. credit tamen*, vbi firmat dictū Innocentij procedere etiam in beneficialibus, si incumbens possessioni de facto habeat titulum præsumptum; vndè multo magis quādo habet verum, & canonicum ex prouisione Apostolica, & sequitur Gomes. *super reg. de ann. q. 57. in princ. Paris. de resign. lib. 1. q. 5. nu. 28.*

Neque obstat quòd renunciatio Massobrij fuerit in executionem Decreti literarum Apostolicarum, in quibus committitur Executori, vt Massobrium introducat in possessionem; quia acquisitio nouæ possessionis de manu executoris non contradicit retentioni primæ possessionis naturalis: Et menti Papæ aliquibus ex Dominis satisfactum videbatur, si intelligatur dictum Decretum ad cumulandum possessionem possessioni *ad trad. per Cassad. d. decis. 4. num. 12. & seq. de restit. spol. Menoch. de adipisc. Rem. 4. q. 43. n. 317. & seq. Gabr. concl. 7. nu. 6. de acquir. poss.* vbi quòd vtraque possessio de per se est considerabilis: Et demum in hoc summarijssimo iudicio retinendæ attendi debet quod Massobrius fecit, non quod facere debebat.

Nec obstat quòd Canonici ignorauerint, vel ignorare potuerint huiusmodi mutationem tituli in Massobrio, quoniam, quidquid sit an requiratur talis scientia, &c. ex tot actibus, & ex ipsa facti serie, scientia hæc benè inferri, & præsumi potest *Abb. in c. cum ecclesia, nu. 25. de caus. poss. Rot. dec. 179. n. 2. p. 1. diuers. & decis. 685. nu. 4. p. 1. recent.* Præsertim quia non agitur de appræhensione de nouo facienda, sed de cōtinuanda possessione, mutato solùm titulo *Inn. in c. benè il 2. nu. 6. vers. pro prima de postul. prælat. Ripa in c. cum ecclesia Sutrina, num. 64. vers. tertiò declara de caus. poss. & prop.* & agitur ad effectū manutentionis, quæ datur ad statum vt dixi, quo casu nec scientia videtur necessaria, *iuxta Rot. decis. 17. num. 7. p. 2. diuers.* à qua nec recessit *in recēt. d. decis. 685. num. 3. p. 1.* Et in plenario possessorio poterit Massobrius docere de scientia Capituli.

His etiam intelligimus non obstare quòd capitulariter non fuerit appræhensa possessio per Massobrium, *iuxta dec. 8. Cassad. de caus. poss.* Quoniam si attēdimus primam possessionem, illa fuit capitulariter appræhensa, & in mutatione tituli non est opus noua appræhensione, & installatione, vt supra ex Baldo, & Crauetta dictum est: Si verò actus posterio-

res consideremus tamquam inducẽtes secundam, & nouam appræhensionem possessionis, non autem continuatiuè ad primam possessionem capitulariter obtentam; tunc fat est quòd Massobrius petierit manuteneri, & quatenus opus sit admitti capitulariter, ipsiq. Canonici nulla vrgente ratione denegauerint huiusmodi capitularem receptionem, hoc enim casu habetur pro capitulariter capta *Rota coram sanctæ mem. Greg. XV. decis.364.nu.2.* & in *Pistorien. Canonicatus* 16. *Iunij* .1625. *coram Illustriss.* D. *Card. Caualerio*, & in *Leodien. Canonicatus*, 3.*Iulij*. 1617. *coram eodem*. quas secuta etiam fuit in *Cæsaraugustana onerum* 3. *Iulij*.1623.*coram R. P. D. meo Pirouano*. Et ex actis supra ponderatis, quę coram Canonicis capitulariter congregatis gesta sunt, resultat etiam appræhensio capitulariter facta, vt supra in principio dictum fuit. Et ità conclusum, &c.

25 Hospitale igitur quando datur, & confertur in titulum, est beneficiũ; & appellatione beneficij comprehenditur. *Flamin.Paris.de resignat.benefic. vbi sup. lib.*11.*quæst.*3. *nu.*44. *&*
26 76. *vbi nu.*41. ait hospitalia quæ dantur in administrationem dumtaxat sunt manualia, & amouibilia.
27 Quando autem Hospitale est beneficium, est semper exprimendum, quòd sit Hospitale. *Paris. vbi sup.*
28 *lib.*10.*quæst.*2.*nu.*33. & potest resignari. *Paris. ibidem* . *lib.*2.*quæst.*14. *nu.* 2. & potest etiam permutari. *d. quæst.*14.*nu.*3. *vbi nu.*5. ait contineri sub constitutione de publicandis resignat. neque potest tale hospitale vendi absque labe simoniæ. *Paris. vbi sup. d.q.*14.*nu.*7.
29 Ita in titulum semper fuit collatũ hospitale sub titulo S. Bartholomæi Apostoli ad balneum propè montẽ Pisanum, quod hospitale est de iurepatronatus Nobilium Pisanorum de Gualandis, & hodie eiusdem est Rector Reuerendiss. D. Ioannes Petrus Lantes Nobilis Pisanus vtriusque Signaturæ Referendarius. & de bal-
30 neo prædicto, & quas infirmitates assiduè cum magna omnium admiratione curet breui temporis spacio, videas præclarissimum virum Hieronymum Mercurialẽ Forolíuien. supraordinarium Medicinæ Professorem in hac florentissima Pisana Academia in suo libro de Balneis, vbi latissimè de vi, & efficacia prædicti Balnei disertissimè more suo pertractat.
31 Hospitale autem, & quodcumque aliud beneficium conceditur etiam alicui in commendam, in custodiam seu administrationem, commendare enim nihil aliud est, quam deponere. *l. commendare. ff.de verb.signific.ne quis arbitretur*. 22.*q*.2.*gloss.in c. nemo. verbo,commendare. de elect.lib.* 6. *& Corasius vbi sup. d. c.*6. *nu.*4. *& Gonzalez vbi sup. gloss.*5. §.8.*nu.* 38. & est duplex, alia commenda
32 perpetua cum facultate disponendi de fructibus sicut verus beneficiatus, alia autem temporalis, & ad tẽpus propter vtilitatem ecclesiæ. & solus Papa potest perpetuò commendare beneficium. secundum *Gomes. seu Sarnen. in regula, de triennali. quæst.*5.*ex d.cap.nemo.Aeneas de Falconibus in tract. de reseruation.quæst.* 3.*nu.*11.*Cucchus in institutionib.maior.lib.*3.*tit.*6.*nu.*4. *& Zecchius de benefic. & pensionib. ecclesiast.c.*7.*nu.*2.
33 commendæ tamen temporales pro ecclesiarum vtilitate etiam hodie ab ordinarijs fieri possunt. *c.qui plures.*21.*q.*1.*c.dudum.de elect.Rebuff.de pacific. possess. nu.*45. *seu* 58. *Hoteda vbi sup. p.*2.*c.*4.*nu.*7.exceptis ecclesijs parochialibus, & curatis, in quibus adueniente vacatione Episcopus debet deputare Vicarium cum congrua fructuum assignatione iuxta decretum *Conc.Trid.sess.*24.*c.*18.de quo pertractat latè *Garc. vbi supra p.*9.*c.*2. *à nu.*21.
34 Inferior autem Episcopo non potest ecclesiam, seu beneficium commenda-

mendare. *Geminian. in d.cap.intmo. nu.14. & ibi Francus nu.8. Felin. in cap.auditis. nu.12. de præscriptionib. Corasius d. cap.6.nu.3. Gambarus de officio legati.lib.4. in rubr. de potestate legati in commendando beneficia.quæst. 21. à nu.165. Cucchus vbi sup.n.46. Parisi. vbi sup.de resignat.benefic.lib.7. quæst. 16.nu. 23.* nisi talis inferior habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, quia tunc poterit ad tempus pro ecclesiæ vtilitate commendare sicut Episcopus, exceptis tamen parochialibus, in quibus solus Episcopus potest constituere Vicarium, & de his, & de commendis vide *Garc. vbi sup. par.4. c.4. nu.1. & seqq.*

35 Hodie autem seruari debet circa hospitalia decretum *Concil.Trid.sess. 25. de reform.cap.8.* quo decernitur, & præcipitur illis, qui hospitalia vulgò nuncupata, seu alia pia loca ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumue vsum præcipuè instituta, in commendam, administrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam ecclesijs suis vnita, obtinent, vel si ecclesiæ parochiales hospitalibus forte vnitæ, aut in hospitalia erectæ, earumq. patronis in administrationem concessæ sint, illis inquã præcipit omnino, vt impositum illis onus, & officium administrent, atque hospitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis, actu exerceant iuxta constitutionem Concilij Viennensis, aliàs in hac eadem Synodo innouatam, quæ est *d.clement. quia contingit. de relig.domib. & in d.Concil.Trid.sess.7. cap.vlt.* & si vbi

36 hospitalia sunt, non possit seruari hospitalitas, quia non adsit populus, tunc Ordinarius cum duobus de Capitulo potest fructus dictorum hospitalium in alium pium vsum, qui eorum institutioni proximior sit conuertere. & si hospitalitatem vbi seruari potest, non seruauerint, perpetuò cura, & administratione dictorũ hospitalium prædicti possint priuari, & in foro conscientiæ teneantur etiã ad fructuum restitutionem. & in futurum administratio, seu guberna-

37 tio talium locorum vni, & eidẽ personæ vltra triennium non committatur, nisi aliter in fundatione cautum reperiatur, hæc in decreto d. Conc. Trid. si ergo in fundatione aliter fit cautum, illud est seruandum, vt si in fundatione dictum sit, vt conferantur in titulum, ita etiam nunc conferri debent, & compelli illa in titulum obtinẽtes, vt illa, ad quæ tenentur ad vnguem seruent, prout in d. decreto fuit statutum. ideoq., cum d. decretum excipiat vnum tantum casum, scilicet, quando aliter in fundatione cautum est, comprehendit etiam hospitale, cuius collatio, & institutio in perpetuum titulum administrationis dari consueuit etiam à 30. annis & citra. hoc enim casu huiusmodi hospitale debet pro administratione committi alicui probo viro ad triennium dumtaxat. de quibus videas *Garciam vbi sup. par. 1. c. 3. nu.7. & seqq.* Vtinam hodie in hospitalibus seruaretur hospitalitas, & quicquid in fundatione statutum fuit, pereunt piæ fidelium dispositiones, hospitalia interdum pereunt adeo, vt nec signum aliquod hospitalis remaneat, & fructus percipiuntur, & se tuentur in non vsu. & de visitatione hospitalium, & quando sint visitanda tradit *Paulus Piasecius in sua praxi episcopali.p.2.c.3.de visitatione beneficiorum simplicium, Seminarij Confraternitatum, Hospitalium.nu.38.*

38 Competit etiam iuspatronatus in Oratorio religioso constructo, & fundato cum consensu Episcopi, cum Hospitale, & Oratorium æquiparentur. *Abb. in cap. vlt. nu.4. de censib.* & de hoc *Innoc. Cardin. & Abb. in d.cap. inter dilectos.de donationib.* &

39 gaudet tale Oratorium immunitate ecclesiæ. *Abb. in cap. ecclesiæ 9. nu. 7. de immunit. eccl.* & ibi *Aug. Barbosa in collectan.nu.10. Marius Italia de immunitate ecclesiarum. lib. 1.*

c.4.§.4. Azor. instit. moral. p.2. lib.8. quæst.3. & quādo dicaretur Oratoria publica, & quando priuata tradit Mar. Ital. in d. §.4. & refert Barbosa in collect. in c. tua nos. nu.2. de eccles.
40 ædif. quod non intelligo de Oratorio priuato existente in priuata domo alicuius, quia tale Oratorium priuatum cum non sit à domo distinctum, sed potius sit pars domus, eius erit, cuius est domus, ipseq. dominus domus poterit ad libitū destruere, neque pro beneficio accipitur, sed tantum ad orandum, & cum licentia Superioris ad ibi Missam celebrandam pro maiori commoditate constituitur. & quamuis Piasecius vbi sup. cap.3. de visitatione ecclesiæ parochialis. nu.21. dicat, quod in domibus priuatis non possunt Missæ celebrari ex Conc. Trid. sess.22. in decreto, de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ. nisi in tali domo priuata Oratorium construatur
41 de licentia Episcopi, qui tunc potest concedere, vt licitè Missa ibidem celebretur, & quod magna circumspectione vti debet Episcopus in tali concessione, & nonnisi ex causa grauis necessitatis, dictaq. Oratoria singulis annis visitet; & præcipuè in huiusmodi concessione apponi debet, vt Oratorium decenter extructum, & ornatū, & ab omnibus actibus domesticis liberum existat, & vt dicta concessio intelligatur sine ecclesiæ parochialis præiudicio, & excipiantur dies Natiuitatis, & Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, & Pentecostes, quibus ibidem celebrari non liceat, sed parochialis frequentetur, quodque alij præterquam seruitio personæ, cuius intuitu Oratorium conceditur, necessarij, ibidem Missam audientes, ab obligatione audiendi Missam in ecclesia per hoc non liberentur, quæ & stylo Romanæ Curiæ in facultatibus extruendi huiusmodi Oratoria consueuerunt apponi.

42 Hodie tamen ex constitutione Pauli Quinti sanctæ memoriæ, licētia celebrandi Missam in Oratorijs priuatis existentibus in domibus solum à Summo Pontifice conceditur per breue cum supradictis conditionibus, & alijs, & ita seruari vidi Pisis, Tuderti, & alibi, breue autem pro executione dirigitur Episcopo loci, seu eius Vicario generali.

43 Super sepulchris autem in ecclesijs, seu cœmeterijs existentibus non acquiritur propriè, & verè Iuspatronatus, attamen largè, & impropriè is qui habet ius in sepulchro potest appellari patronus sepulchri. & si
44 sepulchrum sit fundatum cum auctoritate Episcopi vendi, & pignorari non potest, neque etiam ius sepeliendi. cap. postquam. 13.q.2. si tamen factum sit sine dicta auctoritate Episcopi vendi, & alienari potest, quamuis in illo sit aliquis sepultus, Felinus in cap. quanto. nu.4. de iudic. neque obstat, quod eo ipso, quod inferatur mortuus in sepulchrum, efficiatur locus religiosus. l.2. C. de relig. & sumpt. fun. qui locus religiosus
45 non potest vendi, nec alienari. l. si in emptione. §. omniū. ff. de cont. empt. quia id procedit de iure ciuili; hodie autem de Iure Canonico, quod est seruandum, secus est, cum nullus
46 locus efficiatur religiosus, nisi præuia Episcopi licentia. cap. ad hæc. de relig. domib. Decius in d. cap. quanto, nu. 5. latè Molina de Hispaniarum primogen. lib.1. c.24. nu.38. 39. & 40. Gonzal. in comment. ad d. regulam octauam gloss. 5. num.36. & seqq. & quod sepulchrum sit familiæ, vel he-
47 redum probatur ex inspectione literarum ipsi sepulchro inscriptarum. Speculat. in tit. de probat. vers.6. Riccius in d. praxi. dec.664. in fine.

48 Adde, quod potest licitè recipi pretium pro sepultura ratione situs, vel dignioris loci, quasi id non videatur concernere spiritualia, sed tantum honorem, & præeminentiā, quæ potest præcio æstimari, & vendi, cum hoc casu non vendatur sepultura,

pultura, quæ gratis est præstanda defunctis per eorum parochos. *Sotus de iustit.& iure. lib.9.quæst.7.art.1.* Nauarr.*conf.2. de simonia. Menoch. de arbitrar. iudic.casu.277.Card.Toletus in instruct.sacerd. lib.5.c.89. in fine.Spin.in speculo testament. gloss.2. princip. nu.44. Zecchius de repub. ecclesiast.lib.1.cap.28.de parocho.n.19. Garc.vbi sup.de benefic.p.5.cap.9.nu. 137. Marc.*Ant.*Genuen. Episc.Isernien.*in praxi* Archiep.*Neapolit.c.33. nu.18. & 19. & 28. & 29.* vbi ait quod si ex laudabili consuetudine aliquid solui solitum sit pro loco sepulturæ, talis consuetudo seruanda est, & potest quis compelli ad illam seruandam. secundum *tex.in cap.ad apostolicam.de simonia.* pulchrè Abb. *in cap. abolendæ. de sepulturis.* & ibi Doctores. *Soarez de relig.to.1.tract. 3.lib.4.de simonia.c.14.n.19.& seq. Stephan.Gratian.discept.forens.c.110. nu.6.cum seqq. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnitent.lib.23.n.208. & num. 226. Bellet.disquisit.clerical. p.1.tit.de clerico debitore.§.3.à n.27.*

49 & si quis habeat sepulchrum proprium suis sumptibus emptum, vel ædificatum pro se, vel suis, non est materia simoniæ, si vendatur quoad proprietatem iuxta valorem fundi, & respectu habito ad solas expensas factas in eo ædificando, quia tunc ibi non venditur benedictio, nec proprium ius sepulturæ, sed materiale illud, ad quod alia sequuntur, vnde similia loca iure hæreditario trásferri solent à parentibus ad filios ratione temporalitatis, quæ in eis est. vide *Aug. Barbosam in collectan. ad d.cap.abolendæ, nu.2.de sepulturis.*

50 Similiter non cadit iuspatronatus in Collegio Scholarium, nisi largè, & impropriè, cum non sit quid ecclesiasticum seu religiosum. *Rocchus de Curte de iurepat. in verbo, in ecclesia. quæst.5. & 6.* nisi esset Collegiũ religiosum fundatum non solum à persona Ecclesiastica, verum etiam cum consensu Ordinarij, ipsiq. Ordinario subiectum, & suppositum; tunc enim dici posset, quod in eo posit cadere competere, & haberi largè, & impropriè quodam modo, & quodam respectu iuspatronatus quoad aliqua.

51 Vt est Pisis Collegium Ricciumd Politianum fundatum, & dotatum ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Ioanne Riccio Politiano S.R.E. Card. & Archiepiscopo Pisano, Insularũ, Sardiniæ, & Corsicæ Primate, & in eis Legato nato anno Domini 1573. in quo morantur Gubernator, & octo Ciues Politiani, qui eliguntur ab hærede de familia d. Illustrisimi D. Cardinalis. & laudabiliter literis operam nauant.

52 Et est Collegium Puteanum subiectum Archiepiscopo Pisano erectum, fundatum, & dotatum anno Domini 1605. ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Carolo Antonio Puteo Pedemontano Archiepiscopo Pisano Insularum Corsicæ, & Sardiniæ Primate, & in eis Sedis Apostolicæ Legato nato, viro integerrimo, & fœlicis recordationis, qui non solum erexit prędictum insigne Collegium, in quo scholares eliguntur ab Illustriss. D. Amadeo Puteo Marchione Viqueriæ eius hærede, & honorificè viuunt, & studijs incumbunt, verumetiam insignem capellam Diuo Hieronymo dicatam fundauit, construxit, & dotauit in capite vetusti, & amplisimi Campi Sancti Pisarũ, vbi sepultus fuit, & capellanus dictę capellę quotidie excepta feria quinta cuiusuis hebdomadæ ibi Missam celebrat pro anima ipsius fundatoris, qui capellanus eligitur, & præsentatur à d. Illustriss. D. Marchione patrono d. capellæ.

53 Iste Campus Sanctus admirabili artificio confectus est longitudinis passuum, seu cubitorum trecentorũ, latitudinis passuum, seu cubitorum 50. & altitudinis passuum, seu cubitorum 30. totus ex marmore confectus, & intus in parietibus picturis mira-

mirabilibus exornatus, habet intus atrium amplum marmoreum circũdans campos tripartitos continentes terram vulgo Sanctam appellatam, & in d. terra cadauera sepeliũtur,& in atrio adsunt plurima sepulchra, in quibus similiter sepeliuntur cadauera, & adest etiam sepulchrum meæ familiæ de Viuianis. & illud insigne est, & admirabile,quod prędicta terra, quam Vbaldus de Lanfranchis Nobilis Pisanus, & Archiepiscopus Pisanus Dux classis Pisanę anno Domini 1190. rediens Hierosolyma Pisas tulit, cadauera breuissimo tempore consumit,ossaq. in ciuerem redigit. cuius Campi Sancti tectum totum coopertum est plumbeis tegulis.

Hic pius vir Archiepiscopus Puteus præter Collegij,& prædictæ capellæ fundationem, ex magna pietate ad medicinam pauperum infirmorum Pisis commorantium, & ad hospitale accedere nolentium certũ reditum constituit, Medicos, Chirurgos, & Aromatharios destinauit, quod pium opus enixè commendauit magnificæ domui Misericordiæ Pisarum,quæ magnifica domus fundata fuit anno Domini 1121. à duodecim Nobilibus Ciuibus Pisanis, hodieq. pariter gubernatur à duodecim Nobilibus Ciuibus Pisanis, qui ex magnis reditibus d. domus, quotannis in festo Pisanæ ciuitatis, quod est dies Assumptionis B.Marię Virginis Reginæ Cœlorum dotant puellas honestas quadraginta & octo,& semper ciuib. ægestate laborantibus succurrunt, & carceratis,& quando per ciuitatem processione solemni circumfertur deuotissima

54 Imago Beatissimæ Mariæ sub organo dicta, quæ in ecclesia maiori Pisarum in altari ad cornu dextrum d. ecclesiæ conseruatur maxima fidelium deuotione, & ad quam congregatur Matronæ Pisanæ,quæ Canonicæ nuncupantur; tunc in tali processione dicti duodecim Nobiles viri cum preciosa vmbella, seu baldachino,& quamplurimis intorticijs intersunt, ex legato cuiusdam de Boetijs Nobilis Pisani.

55 Simili modo cadit iuspatronatus in sedilibus, & banchis in ecclesia factis, ibiq. affixis, quod dicitur iuspatronatus laicale largè, & impropriè. *Cardin. in cap. penult. num. 2. circa finem. de sepulturis*. & videas *Stephanum Gratianum discept. forens. cap.* 210.*nu.*50.

66 Cum autem tàm in hoc Capite, quàm alibi multoties, & sepissime fiat mentio de Archiepiscopo Pisano Insularum,Corsicæ,& Sardiniæ Primate, & in eis Sedis Apostolicæ legato nato, existimaui hoc loco breuiter adducere non solum dicta Doctorum,aliasq. authoritates, ex quibus veritas dictæ Primatiæ Pisani Archiepiscopi clarissimè probatur, verum etiam priuilegia Summorum Pontificum, prout infra.

67 Et quòd Archiepiscopus Pisanus sit Insularum Corsicæ, & Sardiniæ Primas, & in eis Sedis Apostolicæ legatus natus tradunt permulti, sufficiat adducere.*gloss.margin.in c.diffinimus. vbi Archidiac.& Geminian. dist.*22.*idem* Geminian.*in c.cleros.numero* 20.*in glos.in verbo,in patriarchis. dist.*21. *Præposit. in c. concilia. num.* 5. *dist.* 17.*Cardin. à Turrecremata in c. prouinciæ. versiculo sed insurgit.dist.*99.*Casian.in Catalogo gloriæ mundi.parte quarta cõsiderat.* 19. *in fine. Boer. de ord. & praced. grad. par.*1. *num.* 13. *et de auctoritate magni concilij. num.*54. *Pauin. de off. et potest.capit.sed.vacan. præludio* 6. *numero* 13.*Calefat.de æquestri dignitate. num.*94. *Pet. Gregor.* Tolosan.*syntag. mat.iuris.lib.*15.*c.*10.*num.*30.*in fine. Gigas. de residentia Episcop. quæst.*18. *num.*10. *Mars.* Ant.*Cucch.instit.iur. can.lib.*1. *titulo* 3. *Sbrozz. de Vicario Episcopi.lib.*1.*quæst.*3.*num.*24.*&*25. *Anastas. Germon.de sacrorum immunitat.lib.*3.*cap.*7.*num.*8.*Hieron.* Gonzal. *in dicto comment. ad* Regulam

octauam

octauam Cancellar. gloss. 41. nu. 14. Rofred. Beneuentanum in suo opere, in titulo, de iuribus, quæ competunt Prælato num. 2. Leandr. de Albertis in sua descriptione Hætruriæ fol. 29. latissime Aug. Barbos. in tractat. de off. et potest. Episc. parte prima. titul. 3. cap. 7. num. 10. 11. et 12. Io. Anton. Massobr. in d. sua praxi haben. concurs. ad vac. paroch. eccles. præludio 1. num. 93. Aubert. Mireum. in suo libro inscripto, notitia Episcopatuum orbis Christiani lib. 1. cap. 14. 18. et seqq. et cap. 22. et Illustrissimum Cardin. Baronium. Annal. ecclesiast. tom. 12. sub anno Domini 1132. asserit Archiepiscopum Pisanum fuisse creatum Archipræsulem Sardiniæ. *et tomo vndecimo anno*. 1092. *seu* 1095. re-

52 refert, quod Vrbanus Secundus Papa Dagobertum, seu Theobertum Episcopum Pisanum in Archiepiscopum promouit cum suppositione omnium Episcoporum Corsicæ, vt in ea Metropolitanus, & in Sardinia Sedis Apostolicæ legatus cum perpetua succeßione existeret. & antea Gregorius Septimus anno 1078. in in circa Landulpho Pisano episcopo, eiusq. successoribus vices suas commisit in Insula Corsicæ, & Honorius Secundus anno 1126. prædicta priuilegia confirmauit, quæ prius reuocauerat Calixtus Secundus.

Insuper Innocentius Secundus anno 1138. prædicta confirmauit Archiepiscopo Pisano, eiq. dedit Primatum in Sardinia super Prouincia Turritana, & quæ postea etiam confirmata fuerunt anno 1146. ab Eugenio Tertio, & ab Adriano Quarto anno 1557. & Alexander Tertius de anno 1161. omnia prædicta confirmauit, & etiam Primatum super dicta Prouincia Turritana, & insuper eidem Archiepiscopo Pisano conceßit Primatum in eadem Insula Sardiniæ super Calaritanam, & Arborensem prouincias, & Legationem iam conceßā cōfirmauit anno 1176. vt ex infra dicendis apparebit, & omnia supradicta postea confirmauerūt Lucius Tertius anno 1181. Vrbanus Tertius anno 1197. Celestinus Tertius anno 1191. Innocentius Tertius anno 1197. Honorius Tertius anno 1217. & Gregorius Nonus anno 1229. & hic placet referre hæc sequentia ex libro anni sexti Epistolarum Innocentij Tertij, qui in Vrbe

59 in Bibliotheca Vaticana asseruatur, à folio 28. Epistola 110.

Archiepiscopo Turritano.

LIcèt V. F. N. Pisanum Archiepiscopum, & eius ecclesiam nō velimus super collato sibi à Prædecessoribus Nostris priuilegio legationis, & Primatis, quod nos postmodum confirmauimus molestare, pati tamen nec volumus, nec debemus, vt beneficio Sedis Apostolicæ abutatur. Cum igitur certis temporibus auctoritate nostra legationis officium in Sardinia valeat exercere. F. T. P. A. S. M. quatenus, cum terram ipsam iuxta tenorem priuilegij ecclesiæ Pisanæ conceßi datis temporibus visitauerit, quamdiu in eàdem prouincia fuerit, ei tamquam legato Sedis Apostolicæ intendas, absenti tamen, vel alio tempore venienti non teneberis auctoritate legationis aliquatenus respondere, auctoritate vero Primatis non plus potest in Prouincia Turritana, quem Primatibus vniuersis concedunt canonicæ sanctiones. Datum Laterani. V. Nonas Iulj. item ex libro epi-

60 stolarum, Honorij Tertij asseruato in dicta Bibliotheca pagina 125.

Archiepiscopis, et Episcopis, et Nobilibus Viris Turritan., et Galluren. Iudicibus, alijsq. Nobilibus per Sardiniam constitutis.

CVm quidā Prædecessores Nostri Pisanis Archiepiscopis cōtulerint in Turritan., Arboren., & Callaritan., Prouincijs Primatus, & in

in Sardinia legationis honores. Nos V. F. N. Vitali. Pisano Archiepiscopo benignè concesimus, quod Nostri Prædecessores ipsius Archiepiscopi Prædecessoribus concesserunt.

Ideoq. VV. attentè mouemus P. A. S. M. quatenus eidem Archiepiscopo in ijs, quæ in prædicta terra sibi sunt ab Apostolica Sede concessa tamquam Primati nostro, ac Apostolicæ Sedis legato debitum honorem, & reuerentiam impendatis, eiusque salubribus monitis curetis deuotè, ac humiliter obedire. Datum Laterani Non. Februarij. anno secundo. & successiue.

Capitulo, Clero, & Populo Pisano.

QVod circa ecclesiam, & Ciuitatem vestram exuberet nostræ sinceritatis affectus, potestis perpendere per effectum, nam præter alia, in quibus vos multipliciter honorauimus. V. F. N. Vitali Archiepiscopo vestro concesimus in Turritan. Arboren. & Callaritan. prouincijs Primatus, & in Sardinia legationis honores, sicut prædecessores nostri eiusdem Archiepiscopi prę. decessorib. concesserunt. Dat. vt supra ego Balthasar Ansideus Bibliothecæ custos extraxi, & in fidem die 22. Februarij. 1613. Bald. ansideus manu propria.

61 Donatio Archiepiscopi Turritani. Albertus Monacus de Montecasino, & Turritanus Archiepiscopus, dilectis filijs Petro magistro Hospitalis de Stagno, eiusq. fratrib. tàm præsentibus, quàm futuris in perpetuum.

Venerabilibus locis, in quibus Dei seruitium iugiter exercetur, debemus pro amore Dei temporalia conferre subsidia. proinde dilecti in Domini filij, nos hospitalitatis, & caritatis opera, quæ in vestra domo asiduè fiunt attendentes, precibus Domini Villani Pisanorum Archiepisco pi Sardiniæ Primatis, & apostolicæ Sedis legati, assensu etiam, & consilio Domini Parasolis Turritani Iudicis, necnon episcoporum nostrorum S. Souens, ecclesiam S. Georgij de Oleastro cum terris, omnibusq. pertinentijs suis ad honorem Dei, & substentationem vostræ Hospitalaris domus vobis donamus, vt in vestra, vestrorũq. successornm potestate, & iure permaneant. hoc est actum anno Dominicæ Incarnationis. 1176.

Et sequens est priuilegium Innoc. II.

62 INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Balduino Pisano Archiepiscopo, eiusq. successoribus canonicè promouendis in perpetuum.

Tunc Apostolicæ Sedi, & Romanis Pontificibus honor integrè conseruatur, si vnicuique ecclesiæ sua dignitas custoditur. Romanæ siquidem ecclesiæ consueta benignitas, & discreta humilitas, quos deuotos, & mansuetos filios reperit, alios dignitaribus, & honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogatiua sublimat. æquum etenim, & rationabile est, vt quorum beneficia, & obsequia nos succepisse recolimus, eorum deuotioni non mensura pari, nec quantitate æquali, sed ex abundantis gratiæ beneuolentia libenti animo respondere curemus. Quia igitur de discordia, & guerra, quæ inter Pisanam, & Innuensem ciuitates extitit, multæ hominum clades, & christianorũ captiuitates innumeræ prouenerunt. Nos quorum precipuè interest singulorum saluti tàm rempolariter, quàm spiritualiter paterna sollicitudine prouidere, pro bono pacis, & recompensatione episcopatuum, quos vtique à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ecclesiæ Pisanæ concessos in insula Corsicæ à prædecessore tuo bo. mem. fratre nostro Archiepiscopo Huberto accepimus in Galluriensi iudicatu

tu duos episcopatus, Galtelinensem, videlicet, & Ciuitatensẽ, & Populoniensẽ episcopatũ tibi, tuisq. successoribus, & per vos ecclesię Pisanę cõcedimus, & Metropolitano iure subijcimus. Vosq. Primatus honore super Turritanam prouinciam decoramus, legationem quoque Sardiniæ à prædecessore nostro Papa Vrbano prædecessoribus tuis concessam tibi, tuisque successoribus præsentis scripti pagina roboramus, denique, vt Pisana Ciuitas, quæ fauore cælestis numinis de inimicis Christiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum Vrbes plurimas subiugauit amplius honoretur, equo albo cum nauo albo in processionibus vtendi, & Crucem, vexillum scilicet Dominicum per subiectas vobis prouincias portandi tibi, tuisque successoribus licentiam damus. Pallei quoque vsũ fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo secundum consuetudinem Pisanæ ecclesiæ perfruaris, & in consecrationibus trium episcoporum in Corsica, Aleriensis scilicet, Aiacensis, & Saguntini, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populoniensis episcopi, quorum Metropolitanus existis. Si qua igitur in posterum ecclesiastica, sæcularisue persona huius nostræ constitutionis paginã sciens cõtra eam temerè venire tentauerit secũdò, tertivè cõmonita, nisi præsumptionem suam congrua emendatione correxerit, potestatis, honorisq. sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, ac Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examinę districtæ vltioni subiaceat. Cũctis autem hæc ipsa seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus, & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.

† Ego Desiderius presb. Card. tt. S. Praxedis ss.

† Ego Petrus Card. presb. tt. S. Susannæ ss.

† Ego Gerardus presb. Card. tt. S. Crucis in Hierusalem ss.

† Ego Anselmus presb. Card. tt. s. Laurentij in Lucina ss.

† Ego Littifredus presb. Card. tt. Vestinæ.

† Ego Luccas presb. Card. tt. s. Ioannis, & Pauli.

† Ego Stiantius presb. Card. tit. s. Sauinæ ss.

† Ego Martinus presb. Card. tt. s. Stephani in cæliomonte ss.

† Ego Petrus Papiensis episcopus ss.

† Ego Oddo Diaconus Cardin. s. Georgii ad velum aureum ss.

† Ego Guido Diaconus Cardin. s. Adriani ss.

† Ego Boetius Diaconus Card. ss. Viti, & Modesti ss.

† Ego Guido Diaconus Cardin. ss. Cosmæ, & Damiani ss.

† Ego Grisogonus Diaconus Card. s. Mariæ in porticu ss.

† Ego Vbaldus Diaconus Card. s. Mariæ in vialata ss.

† Ego GG. Diaconus Card. s. Angeli ss.

† Ego Octauianus Diaconus Card. s. Nicola in Carcere ss.

† Ego Iacintus Prior Subdiaconorum Sacri Palatii.

† Ego Bernardus Sacri Palatii Subdiaconus ss.

† Ego Ioannes Sacri Palatij subdiaconus ss.

† Ego Baro Sac. Palatii Subdiaconus,

nus, & Prior scolæ Crucis ss.

✝ Ego Ioannes Paparo Rom. ecclesiæ subdiaconus ss.

✝ Ego Rainerius Sacri Palatii Subdiaconus ss.

✝ Ego presbiter Sacri Palatii Subdiaconus ss.

✝ Ego Galganus Sacri Palatii Subdiaconus ss.

✝ Ego Monachus Sacri Palatii Subdiaconus ss.

✝ Ego Baldicio Sacri Palatii Subdiaconus ss.

✝ Ego Vulgarus Sacri Palatii Subdiaconus ss.

Datum Laterani per manũ Aimerici S. Romanæ Ecclesiæ Diaconi Card. & Cancellarii. x. Kal. Maii Indictione prima. Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo trigesimo Octauo. Pontificatus verò Domini Innocentii Papæ secundi anno quarto.

Hoc exemplum litterarum Innocentii Papæ II. est fideliter desumptum ex authentico in carta pergamena Archiuii Apostolici Castri S. Angeli die v. Iunii. M.D.C.XVIII.

S. Card. S. Susannæ S.R.E. Bibliothec.

Locus ✝ *Sigilli dicti Bibliothecarij.*

Bartholomeus Carrara Sec.

Et in archiuio monastetij monialium S. Laurentij Pisarum adest epistola Archiepiscopi Turritani in carta hędina scripta ad Archiepiscopum Pisanum Primatem suum.

63 . Et de Insula Corsicę Archiepiscopo Pisano subiecta hæc habentur, nam de anno 1078. circiter Greg. 7. Landulpho Episcopo Pisano in Corsica vices suas commisit, & pro labore, quem primus in ea restituenda ad Romanæ Ecclesiæ dominium suscepit, medietatem, duobus vero eius successoribus quartam partem omnium redditũum largitus est, arces tamen sub ditione Romanæ Ecclesiæ reseruauit, quorum custodes illis, si necessitas exegerit, vult obedire, ita patet ex *lib. 6. epist. Greg. 7. epist.* 12. deinde Vrbanus 2. constitutione sua Dat. Beneuenti 3. Kal. Iunij. an. 1091. Pontif. sui 4. de d. Greg. 7. & de Landulpho Episcopo mentionem faciens ita ait, quia multis iamdudum obsequijs Pisanorum gloriosa nobilitas Romanam sibi Ecclesiam fecit obnoxiam, prædictam insulam de consilio clericorũ Cardinalium, aliorumq. fidelium Pisanæ, ecclesiæ commisit, & condonauit, ea conditione intersita, vt per annos singulos libras quinquaginta Lucanæ monetæ Lateranensi palatio persolueret. deinde anno 1091. idẽ Vrbanus alia cõstitutione Dat. Anagniæ per manus Ioannis S.R.E. Diaconi Card. Episcopum Pisanum in Archiepiscopũ promouit, palliumq; concessit cum suppositione omnium Episcoporum Corsicæ &c. vt supradictum est.

Sequuntur priuilegia aliorũ Summorum Pontificum exarata in membrana existentia in archiuio publico reformationum ciuitatis Florentiæ fideliter extracta à Francisco Segalonio notario publico, & ciue Florẽtino, & à Pamphilo Guerrino Pistoriense, & ciue, not. publ. Flor. ministris d. archiuij sub die 10. Iunij 1619. stylo Florent. cum approbatione Vicarij generalis Illustriss., & Reuerendiss. D. Archiepiscopi Florentini.

Priuilegium Eugen ij III. *Papæ.*

64 EVGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Villano Archiepiscopo Pisano eiusq. successoribus canonicè promouendis in perpetuum.

Tunc Apostolicæ Sedi, & Romanis Pontificibus honor integrè conseruatur, si vnicuique ecclesiæ sua di-

dignitas custoditur. Romanæ siquidem ecclesiæ consueta benignitas, & discreta humilitas, quos deuotos, & mansuetos filios reperit, alios dignitatibus, & honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogatiua sublimat. Aequum enim & rationabile est, vt quorum beneficia, & obsequia se recolit suscepisse, eorum deuotioni non mensura pari, nec quantitate æquali, sed ex abundantis gratiæ beneuolentia libenti animo studeat respondere. Prædecessor siquidem noster felicis memoriæ Papa Innocentius de discordia, & guerra, quæ inter Pisanam, & Ianuensem ciuitates extitit multas hominum clades, & Christianorum captiuitates innumeras prouenisse considerans, vtriusque partis saluti tàm temporaliter, quàm spiritualiter paterna sollicitudine studuit prouidere, atque pro bono pacis, & recompensatione Episcopatuum, quos vtique à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ecclesiæ Pisanæ concessos in insula Corsicæ à prædecessore tuo bonæ memoriæ fratre nostro Archiepiscopo Vberto accepit, in Galluriensi iudicatu, duos Episcopatus, Galtellinensem videlicet, & Ciuitatensem, & Populoniensem Episcopatum tibi, tuisq. successoribus, & per vos ecclesiæ Pisanæ concessit, & metropolitico iure subiecit. Nos itaque qui in Sedis Apostolicæ administratione licèt indigni disponente Domino sibi successimus, eandem concessionem auctoritate Apostolica confirmamus, & ratam manere censemus. eiusdem quoque prædecessores nostri vestigijs inhærentes vos primatus honore super Turritanam prouinciam decoramus, legationem quoque Sardiniæ à prædecessore nostro Papa Vrbano prædecessoribus tuis concessam, tibi, tuisq. successoribus præsentis scripti pagina roboramus; denique vt Pisana ciuitas, quæ fauore cœlestis numinis de inimicis Christiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum Vrbes plurimas subiugauit, amplius honoretur, equo albo cum nauo albo in processionibus vtendi, & Crucem vexillum scilicet dominicum per subiectas vobis prouincias portandi tibi, tuisq. successoribus licentiam damus, Pallei quoque vsum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo secundum consuetudinem Pisanæ ecclesiæ perfruaris, & in consecrationibus trium Episcoporum in Corsica, Aleriensis scilicet Aiacensis, & Saguntini, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populoniēsis Episcopi, quorum metropolitanus existis. Si qua igitur in posterum ecclesiastica, secularisve persona huius nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundo, tertioue commonita nisi præsumptionē suam congrua emēdatione correxerit, potestatis, honorisq. sui dignitate careat, reumq. se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę vltioni subiaceat. Cunctis autem hęc ita seruantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æterna pacis inueniāt. Amen. Amen. Amen.

Signum Eugenij Tertij.

Fac mecum Domine Signum in bonum.

✠ Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.

† Ego Conradus Sabinensis Episcopus ss.

† Ego Albericus Hostiensis Episcopus ss.

† Ego

† Ego Imacus Tusculanus Episcopus ss.
† Ego Guido presbyter Cardinalis S. Chrisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbyter Cardin. tit. S. Praxedis ss.
† Ego Hubaldus presbyter Cardin. tit. SS. Ioannis & Pauli ss.
† Ego Manfredus presb. Card. tit. S. Sauinæ ss.
† Ego Aribertus presb. Card. tit. S. Anastasiæ ss.
† Ego Vbaldus presbyt. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.
† Ego Bernardus presb. Card. tit. S. Clementis ss.
† Ego Iordanus presbyt. Card. tit. S. Susannæ ss.
† Ego Oddo Diaconus Cardinalis S. Georgij ad velum aureũ ss.
† Ego Guido Diac. Card. SS. Cosmæ, & Damiani ss.
† Ego Octauianus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Rodulphus Diacon. Cardin. S. Luciæ.
† Ego Ioannes Diac. Card. S. Mariæ Nouæ ss.
† Ego Astaldus Diac. Card. S. Eustachij ss.
† Ego Berardus Diac. Card. Sanctę Romanæ Ecclesiæ ss.
† Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu ss.
† Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in via lata ss.
† Ego Cinthius Diaconus Cardin. SS. Sergij, & Bacchi ss.

Datum Vuerbi per manum Roberti S.R.E. presbyteri Cardinalis, & Cancellarij, quarto Kalend. Iunij, Indictione nona, Incarnationis Dominicæ anno MCXLVI. Pontificatus vero Domni Eugenij III. Papæ anno secundo.

Priuilegium Adriani IV. Papæ.

65 ADRIANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Villano Archiepiscopo Pisano, eiusq. successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Tunc Apostolicæ Sedi, & Romanis Pontificibus honor integrè conseruatur, si vnicuique ecclesiæ sua dignitas custoditur. Romanæ siquidem ecclesiæ consueta benignitas, & discreta humilitas, quos deuotos, & mansuetos filios reperit, alios dignitatibus, & honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogatiua sublimat. Aequum enim, & rationabile est, vt quorum beneficia, & obsequia se recolit suscepisse, eorum deuotioni nõ mensura pari nec quantitate æquali, sed ex abundantis gratiæ beneuolentia libenti animo, studeat respondere. Prædecessor siquidem noster felicis memoriæ Papa Innocentius de discordia, & guerra, quæ inter Pisanam, & Ianuensem ciuitates extitit, multas hominum clades, & Christianorũ captiuitates innumeras prouenisse considerans, vtriusque parti saluti tàm temporaliter, quàm spiritualiter paterna sollicitudine studuit prouidere, atque pro bono pacis, & recompensatione Episcopatuũ, quos vtique à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ecclesiæ Pisanæ concessos in insula Corsicæ à prædecessore tuo bonæ memoriæ fratre nostro Archiepiscopo Huberto accepit in Galluriensi iudicatu duos Episcopatus, Galtellinensem videlicet, & Ciuitatensem, & Populoniẽsem Episcopatum tibi, tuisq. successoribus, & per vos ecclesiæ Pisanæ concessit, & metropolitico iure subiecit. Nos itaque, qui in Sedis Apostolicæ administratione licèt indigni disponente Domino sibi successimus, eandem concessionem auctoritate Apostolica confirmamus, & ratam manere censemus. eiusdem quoque prædecessoris nostri vestigijs inhærentes, vos primatus honore super Turritanam prouinciam decoramus. Legationem quoque Sardiniæ à prædecessore nostro Papa Vrbano prædecef-

deceſſoribus tuis conceſſam, & à fęlicis memotiæ Innocentij, & ſanctæ recordationis Eugenij, atque Anaſtaſij Romanorum Pontificum priuilegijs in perpetuum roboratum, tibi, tuisq. ſucceſſoribus præſentis ſcripti pagina confirmamus, & confirmationem ipſam ratam, & inconuulſam perpetuis temporibus decernimus permanere. Denique vt Piſana ciuitas, quæ fauore cœleſtis numinis de inimicis Chriſtiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum vrbes plurimas ſubiugauit, amplius honoretur, æquo albo cum nauo albo in proceſſionibus vtendi, & Crucem vexillum ſcilicet dominicũ per ſubiectas vobis prouincias portandi, tibi, tuisq. ſucceſſoribus licentiam damus, pallei quoque vſum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo ſecundum cõſuetudinem Piſanæ eccleſiæ perfruaris, & in conſecrationibus trium Epiſcoporum in Corſica, Alerienſis ſcilicet, Aiaccenſis, & Saguntini, ac prædictorum duorum in Sardinia, Ponplonienſis Epiſcopi, quorum metropolitanus exiſtis. Si qua igitur in poſterum eccleſiaſtica, ſecularisue perſona hãc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertiòue commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit poteſtatis . . . . . . risq. ſui dignitate careat, reamq. ſe Dinino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Redemptoris Noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. cunctis autem eidem eccleſiæ hæc ipſa ſeruantibus ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructuum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Signum Adriani Quarti.

Oculi mei ſemper ad Dominum.

† Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.

† Ego Gregorius Sabinenſis Epiſcopus ſſ.

† Ego Manfredus presb. Card. tit. S. Sauinæ ſſ.

† Ego Vbaldus presb. Cardin. tit. S. Crucis in Ieruſalem ſſ.

† Ego Guido presb. Card. tit. Paſtoris ſſ.

† Ego Bernardus presb. Card. tit. S. Clementis ſſ.

† Ego Octauianus presb. Card. tt. s. Ceciliæ ſſ.

† Ego Ioannis ss. Ioannis, & P. preb. Card. tit. Pamachij ſſ.

† Ego Aſtaldus presb. Card. tit. s. Priſcæ ſſ.

† Ego Gerardus presb. Card. tit. s. Stephani in celio monte ſſ.

† Ego Henricus presb. tit. ss. Netei, & Archilei ſſ.

† Ego Ioannes presb. tit. ss. Silueſtri, & Martini ſſ.

† Ego Ildibrandus presb. Card. Baſilicæ XII. Apoſtolorum ſſ.

† Ego Oddo Diacon. Card. s. Georgij ad velum aureum ſſ.

† Ego Guido diac. Card. s. Mariæ in porticu ſſ.

† Ego Iacintus diacon. s. Mariæ in coſmidin ſſ.

† Ego Odo diac. Card. s. Nicolai in carcere Tulliano ſſ.

† Ego Bonadies dies diac. Card. s. Angeli ſſ.

† Ego Ardicio diac. Card. s. Theodori ſſ.

† Ego Boſo diac. Card. ss. Coſmæ, & Damiani ſſ.

† Ego Albertus diac. Card. s. Adriani ſſ.

Datum Laterani per manum Rolandi S. Romanæ Eccleſiæ presbyteri Card. & Cancell. ij. Kal. Iunij. Indictione v. Incarnationis Dominicæ

anno MCLVII. Pontificatus vero domini Adriani Papæ iiij. anno iij.

Priuilegium Alexandri III. Papæ.

66 ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Villano Archiepiscopo Pisano, eiusq. successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Tunc Apostolicæ Sedi, & Romanis Pontificibus honor integrè conseruatur, si vnicuique ecclesiæ sua dignitas custoditur. Romanæ siquidem ecclesiæ consueta benignitas, & discreta humilitas, quos deuotos, & mansuetos filios reperit, alios dignitatibus, & honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogatiua sublimat. Aequum enim, & rationabile est, vt quorum beneficia, & obsequia se recolit suscepisse, eorum deuotioni nõ mensura pari, nec quantitate æquali, sed ex abundantis gratiæ beneuolentia libenti animo studeat respondere. Prædecessor siquidem noster felicis memoriæ Papa Innocentius de discordia, & gueira, quæ inter Pisanam, & Ianuensem ciuitates extitit, multas hominum clades, & Christianorum captiuitates innumeras prouenisse consideràs vtriusque partis saluti, tàm temporaliter, quàm spiritualiter paterna sollicitudine studuit prouidere, atque pro bono pacis, & recompensatione Episcopatuum, quos vtique a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ecclesiæ Pisanæ concessos in insula Corsicæ à prędecessore tuo bonę memoriæ fratre nostro Archiepiscopo Huberto accepit, in Gallyriensi iudicatu duos Episcopatus, Galtellinensem, videlicet, & Ciuitatensem, & Populoniensem Episcopatum tibi, tuisq. successoribus, & per vos ecclesiæ Pisanæ concessit, & Metropolitico iure subiecit. Nos itaque, qui in sedis Apostolicæ administratione licèt indigni disponente Domino sibi successimus, eandem concessionẽ antecessoris nostri bonæ memoriæ Adriani Papæ vestigijs inhærentes, auctoritate Apostolica cõfirmamus, & ratam manere censemus, eiusdem quoque prædecessoris nostri vestigijs inhærentes, vos primatus honore super Turritanam prouinciam decoramus, legationem quoque Sardiniæ à prædecessore nostro Papa Vrbano prædecessoribus tuis concessam, & à felicis memoriæ Innocentij, & sanctæ recordationis Eugenij, atque Anastasij Romanorum Pontificum priuilegijs in perpetuum roboratam tibi, tuisq. successoribus præsentis scripti pagina confirmamus, & confirmationem ipsam ratam, & incõuulsam perpetuis temporibus decernimus permanere. Denique vt Pisana Ciuitas, quæ fauore cælestis numinis de inimicis Christiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum vrbes plurimas subiugauit, amplius honoretur, equo albo cum nauo albo in processionibus vtendi, & Crucem vexillum scilicet Dominicum per subiectas vobis prouincias portandi, tibi, tuisq. successoribus licentiã damus. Pallei quoque vsum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo secundum consuetudinem Pisanæ ecclesiæ perfruaris. & in consecrationibus trium Episcoporum in Corsica, Aleriensis scilicet, Aiacensis, & Saguntini, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populoniensis Episcopi, quorum Metropolitanus existis. Si qua igitur in posterum ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit secundò, tertiòue commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisq. sui dignitate careat, reamq. se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, at-

que

que in extremo examine districtè vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ hæc ipsa seruantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Signum Papæ Alexandri Tertij.

Vias tuas Domine demonstra mihi.

† Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.

† Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus ss.

† Ego Bernardus Portuensis, & S. Rufinæ Episcopus ss.

† Ego Gualterius Albanensis Episcopus ss.

† Ego Hubaldus presbyt. Card. tt. S. Crucis in Hierusalem ss.

† Ego Ioannes presbyter Cardin. tt. S. Anastasiæ ss.

† Ego Albertus presb. Cardin. tit. S. Laurentij in Lucina ss.

† Ego Iacintus Diacon. S. Mariæ in Cosmedin ss.

† Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori ss.

† Ego Ioannes Diac. Card. S. Mariæ in porticu ss.

Datum Ian. per manum Hermanni S. R. E. subdiaconus, & notarij. vij. Kal. Febr. Indiction. x. Incarnationis Dominicæ anno MCLXI. Pontificatus D. Alexandri Papæ iij. anno tertio.

Aliud Priuilegium Alexandri Papæ III.

67 ALEXANDER Episcopus seruus ser . . . . fratri Hubaldo Pisano Archiepiscopo Apostolicæ Sedis legato, eiusq. successoribus canonicè substituendis . . perpetuum.

Tunc Apostolicæ Sedis, & Rom. . . . . integrè custoditur si vnicuique ecclesiæ sua dignitas conseruatur. Romanæ siquidem ecclesiæ consueta benign . . . . . . humilitas, quos deuotos, & mansuetos filios reperit, alios dign . . . . amplius facit obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogatiua sublimat. Equū enim, & rationab . . . . . . orum beneficia, & obsequia se recolit suscepisse, eorum deuotioni non n . . . . antitate equali, sed ex abundantis gratiæ beneuolentia, libenti animo studeat respondere, prædecessor si quid . . . . memoriæ Papa Innocentius de discordia, & guerra, quæ inter Pisan . . . . ensem ciuitates extitit multas hominum clades, & Christianorum capsiuitates innumeras prouenisse cōsiderans, vtriusque partis sal . . . spiritualiter quàm temporaliter paterna sollicitudine studuit prouidere, atque pro bono pacis, & recompensatione Episcopatuum, quos vtique à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ecclesiæ Pisanæ concessos in insula Corsicæ à prædecessore tuo bonæ memoriæ Archiepiscopo Huberto accepit in Galluren. iudicatu duos Episcopatus Galtelinensem, videlicet, & Ciuitatensem, & Populoniensem Episcopatum sibi, suisq. successoribus, atque per eos ecclesiæ Pisanæ concessit, & metropolitico iure subiecit. Nos itaq. qui in sedis Apostolica administratione licet indigni disponēte Domino sibi successimus, eandem concessionem antecessoris nostri bonæ memoriæ Adriani Papæ vestigijs inhærentes auctoritate Apostolica confirmamus, & ratam manere censemus, prædecessorum quoque nostrorum vestigijs inhærentes, vobis primatus honorem Turritanæ prouinciæ confirmamus. Ad maiorem

rem etiam honoris cumulum Pisanæ ciuitatis, vt Pisana ecclesia cum vniuerso eiusdem populo ciuitatis in fidelitate, atque deuotione sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ iugiter perseueret, & in ipsa quotidie augmentetur, pro deuotione quoque & honestate tua frater Hubalde Pisane Archiepiscope personam tuam, & per te Pisanam ecclesiam ampliori munere volumus decorari. Tibi ergo, tuisq. successoribus Primatum super Calaritanam, & Arborensem prouincias datum concedimus, & auctoritate sedis Apostolicæ cõfirmamus, ita quidem vt eos ad Concilium vocandi, excessus eorum corrigendi, & in doctrina Apostolica confirmandi, atque cetera omnia, quæ ad ius Primatus pertinent in eos exercendi habeatis liberam facultatem. Verumtamen supradictarum duarum prouinciarum Archiepiscopos ad Concilium non vocabitis Pisas sine conscientia Romani Pontificis. Super Turritanam vero prouinciam dignitatem Primatus sicut à prædecessoribus nostris ecclesiæ Pisanæ concessum est habeatis. Legationem quoque Sardiniæ à prædecessore nostro Papa Vrbano prædecessoribus tuis concessam & felicis memoriæ Innocentij, & sanctæ recordationis Eugenij, atque Anastasij Romanorum Pontificum priuilegijs in perpetuum roboratam, tibi, tuisq. successoribus præsentis scripti pagina cõfirmamus, & confirmationem ipsam ratam, & inconuulsam perpetuis temporibus decernimus parmanere. Denique, vt Pisana Ciuitas, quæ fauore cælestis numinis de inimicis Christiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum Vrbes plurimas subiugauit amplius honoretur, equo albo cum nauo albo in processionibus vtendi, & Crucem, vexillum scilicet Dominicum per subiectas vobis prouincias portandi, & per spatium illud Vulterran. Episcopatus, quo de Pisano Episcopatu ad Populoniensem transitur, tibi, tuisq. successoribus licentiam damus. Pallei quoque vsum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo secundum consuetudinem Pisanæ ecclesiæ perfruaris, & in consecrationibus trium Episcoporum Aleriensis, scilicet Aiacensis, & Saguntini, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populoniensis Episcopi, quorum Metropolitanus existis. Si qua igitur in posterum ecclesiastica, secularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit secundò, tertiovè cõmonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisq. sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ hæc ipsa seruantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Signum Papæ Alexandri Tertij.

Vias tuas Domine demonstra mihi.

† Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.

† Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus ss.

† Ego Bernardus Portuensis, & S. Rufinæ Episcopus ss.

† Ego Ioannes presb. Card. ss. Ioannis & Pauli tt. Pamachii ss.

† Ego Albertus presbyt. Card. tit. s. Laurentij in Lucina ss.

† Ego Guillelmus presb. Card. tit. s. Petri ad vincula ss.

† Ego

† Ego Boso presbiter Cardin. Sanctæ Pudent. tit. Pastoris ss.
† Ego Ioannes presb. Card. tit. s. Marci ss.
† Ego Theodinus presb. Card. s. Vitalis...... ss.
† Ego Manfredus presb. Card. tit. s. Ceci.... ss.
† Ego Petrus presb. tit. s. Susannæ Subdiaconus.
† Ego Iacintus diac. Card. s. Mariæ in Cosmidin ss.
† Ego Cinthius diac. Card. s. Adriani ss.
† Ego Hug. diac. Card. s. Eustachij iuxta templum Agrippæ ss.
† Ego Labotans s. Mariæ in porticu diac. Card. ss.
† Ego Rainerius diac. Card. s. Georgij ad velum aureum ss.

Datum Anagniæ per manum Gratiani s. Romanæ ecclesiæ Subdiaconi, & Notarij. III. Id. Aprilis. Indictione VIIII. anno Incarnationis Dominicæ MCLXXVI. Pontificatus verò domini Alexandri Papæ III. anno septimo decimo.

Priuilegium Lucij III. *Papæ*.

67 LVcius Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili Fratri Hubaldo Pisano Archiepiscopo Apostolicæ Sedis legato, eiusq. successoribus canonicæ substituendis in perpetuum.

Tunc Apostolicæ Sedis, & Romanorum Pontificum honor integrè custoditur, si vnicuiq; ecclesiæ sua dignitas conseruatur. Romanæ siquidem ecclesiæ consueta benignitas, & discreta humilitas, quos deuotos, & mansuetos filios repperit, alios dignitatibus, & honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogatiua sublimat. Equum etiam, & rationabile est, vt quorum beneficia, & obsequia se recolit suscepisse, eorum deuotioni non mensura pari, nec quantitate æquali, sed ex abundantis gratiæ beniuolentia libenti animo studeat respondere. Prædecessor siquidem noster felicis memoriæ Papa Innocentius de discordia, & guerra, quæ inter Pisanã, & Ianuen. Ciuitates extiterunt multas hominũ clades, & Christianorum captiuitates innumeras prouenire cõsiderans, vtriusq. partis saluti tàm spiritualiter, quàm temporaliter paterna sollicitudine studuit prouidere, atque pro bono pacis, & recompensatione episcopatuum, quos vtiq. à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ecclesiæ Pisanæ concessos in Insula Corsicæ à prædecessore tuo bonæ memoriæ Archiepiscopo Huberto accepit in Galluren. iudicatu duos Episcopatus Galtellinen. videlicet, & Ciuitaten. & Popolinien. Episcopatum sibi suisq; successoribus, & per eos ecclesiæ Pisanæ concessit, & metropolitico iure subierit. Nos itaque qui in Sedis Apostolicæ administratione licèt indigni disponente Domino sibi successimus, eandem concesisonem antecessoris nostri felicis memoriȩ Alexandri Papæ vestigijs inherentes auctoritate Apostolica confirmamus, & ratam manere censemus. Prædecessorum quoque nostrorum vestigijs inhærentes vobis primatus honorem Turritan. Prouinciæ confirmamus. Ad maiorem etiam honoris cumulum Pisanæ ciuitatis, vt Pisana ecclesia cum vniuerso eiusdem Ciuitatis populo in fidelitate atq. deuotione sacrosanctæ Romanȩ ecclesiæ iugiter perseueret, & in ipsa cotidie augmentetur, pro deuotione quoq. & honestate tua frater Hubalde Pisan. Archiepiscope personam tuam, & per te Pisan. ecclesiam ampliore munere volumus decorari. Tibi ergo, tuisq. successoribus Primatum super Calaritanam, & Arborẽsem prouinciãs datum concedimus, & auctoritate Sedis Apostolicæ confirmamus, ita quidem vt eos ad concilium vocandi, excessus eorum corrigendi, & in do-

doctrina Apostolica confirmandi, cætera omnia, quæ ad ius Primatus pertinent, in eos exercendi, habentis liberam facultatem; verumtamen supradictarum duarum Prouinciarū Archiepiscopos ad concilium non vocabitis Pisas sine conscientia Romani Pontificis. super Turritan. verò Prouinciam, dignitatem Primatus, sicut à prædecessoribus nostris ecclesiæ Pisanæ concessum est, habeatis. legationem quoque Sardiniæ à prædecessore nostro Papa Vrbano prædecessoribus tuis concessā, & felicis recordationis Innocentij, Eugenij, Anastasij, atque Alexandri Romanorum Pontificum priuilegijs in perpetuum roboratam tibi, tuisque successoribus præsentis scripti pagina confirmamus, & confirmationem ipsam ratam, & inconuulsam perpetuis temporibus decernimus permanere. Denique vt Pisana ciuitas, quæ fauore cœlestis numinis de inimicis Christiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum Vrbes plurimas subiugauit, amplius honoretur, equo albo cum nauo albo in processionibus vtendi, & Crucem vexillum scilicet dominicum per subiectas vobis prouincias portandi, & per spatium illud Vulterrani Episcopatus, quo de Pisano Episcopatu ad Populoniensem transitur tibi tuisque successoribus licentiam damus, Pallei quoque vsum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo secundum consuetudinem Pisanæ ecclesiæ perfruaris, & in consecrationibus trium Episcoporum in Corsica, Aleriensis scilicet Aiacensis, & Saguntini, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populoniēsis Episcopi, quorum metropolitanus existis. Si qua igitur in posterum ecclesiastica, secularisve persona huius nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertiòue commonita nisi præsumptionē suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisq. sui dignitate careat, reamq. se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę vltioni subiaceat. Cūctis autem eidem ecclesiæ hęc ipsa seruantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicē præmia æternę pacis inueniāt. Amen. Amen. Amen.

Signum Lucij Tertij.

Adiuua nos Deus salutaris noster.

✠ Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.

† Ego Theodinus Portuensis, & s. Rufinę sedis Episcopus ss.

† Ego Paulus Prænestinus Episcopus ss.

† Ego Petrus tit. s. Susannæ presb. Card. ss.

† Ego Viuianus presb. Card. tit. s. Stephani in Celio monte ss.

† Ego Hug. presb. Card. tit. s. Clementis ss.

† Ego Arduinus presb. Card. tit. s. Crucis in Ierusalem ss.

† Ego Mattheus presb. Card. tit. s. Marcelli ss.

† Ego Laborans presb. Card. s. Mariæ transtiberim tit. Calisti ss.

† Ego Iacintius diac. Card. s. Mariæ in Cosmedin ss.

† Ego Rainerius diacon. Cardin. s. Georgij ad velum aureum ss.

† Ego Gratianus ss. Cosmæ, & Damiani diac. Card. ss.

† Ego Rainerius diacon. Cardin. s. Adriani ss.

† Ego Mattheus s. Marię nouę diac. Card. ss

Da-

Datum Laterani per manum Alberti S. Romanæ Ecclesiæ presbyt. Card.& Cancellarii.9.Kal.Nouembris Indictione xv.Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo septuagesimo vigesimo ....

Priuilegium Vrbani III. *Papæ*.

68 VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Hubaldo Pisano Archiepiscopo Apostolicæ Sedis legato, eiusq. successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Tunc Apostolicæ Sedis & Romanorum Pōtificum honor integrè custoditur, si vnicuique ecclesiæ sua dignitas conseruatur; Romanæ siquidem ecclesiæ consueta benignitas, & discreta humilitas, quos deuotos, & mansuetos filios reperit, alios dignitatibus, & honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogatiua sublimat. Aequum enim, & rationabile est, vt quorum beneficia, & obsequia se recolit suscepisse, eorum deuotioni non mensura pari, nec quantitate æquali, sed ex abundantis gratię beneuolentia libenti animo studeat respondere. Prædecessor siquidem noster felicis memoriæ Papa Innocentius de discordia, & guerra, quæ inter Pisanam, & Ianuensem ciuitates extitit, multas hominum clades, & Christianorum captiuitates innumeras prouenisse cōsiderans, vtriusque patti saluti tàm spiritualiter, quàm temporaliter paterna sollicitudine studuit prouidere; atque pro bono pacis, & recompensatione Episcopatuum, quos vtique à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ecclesiæ Pisanæ concessos in Insula Corsicæ à prædecessore tuo bonæ memoriæ Archiepiscopo Huberto accepit . . . Gallurien. iudicatu duos Episcopatus Galtellinensem, videlicet, & Ciuitatensem, & Populoniensem Episcopatum sibi, & . . . . ecclesiæ Pisan. . . . . . . metropoliti . . . . subiecit. Nos itaque qui Sedis Apostolicæ administratione licèt indigni disponente Domino sibi successimus eandem concessionem antecessorum nostrorū bonæ memorię Adrian . . . . vestigijs inhærentes auctoritate Apostolica confirmamus, & ratam manere censemus. ad exemplar quoque prędecessorum nostrorum vobis Primatus honorem Turritanæ prouinciæ confirmamus . . . . etiam honoris cumulum Pisanæ ciuitatis, vt Pisana ecclesia cum vniuerso eiusdem Ciuitatis populo in fidelitate, atque deuotione sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ iugiter perseueret,& vt in ipsa quotidie augmentetur,pro deuotio . . . . . . quoque,& honestate tua frater Hubalde Pisanum Archiepiscopo personam tuam, & per te Pisanam ecclesiam ampliori munere volumus decorari. Tibi ergo, tuisq. successoribus Primatum super Calaritanā, & Arborensem prouincias datum concedimus, & auctoritate Sedis Apostolicæ confirmamus, ita quidē vt eos ad concilium vocandi, excessus eorum corrigendi, & in doctrina Apostolica confirmandi, atque cętera omnia quæ ad ius Primatus pertinent in eos exercendi liberam habeatis facultatem. Verumtamen supradictarum duarum prouinciarū Archiepiscopos ad Concilium non vocabitis Pisas, sine coscientia Romani Pontificis. Super Turritanam verò prouinciam dignitatem Primatus sicut à prædecessoribus nostris ecclesiæ Pisanæ concessum est habeatis. Legationem quoque Sardinię à prædecessore nostro Papa Vrbano prædecessoribus tuis concessam, & felicis memoriæ Innocentii; & Sanctæ recordationis Eugenii, Anastasii, Alexandri, & Lucii Romanorum Pontificum priuilegii

gij in perpetuum roboratam, tibi, tuisq. successoribus præsentis scripti pagina confirmamus, & confirmationem ipsam ratam, & inconuulsam perpetuis temporibus decernimus permanere. Denique vt Pisana Ciuitas, quæ fauore Cœlestis numinis de inimicis Christiani nominis victoriam frequẽter obtinuit, & eorum Vrbes plurimas subiugauit amplius honoretur, equo albo cum nauo albo in processionibus vtendi; & Crucem vexillum scilicet dominicum per subiectas vobis prouincias portandi, & per spatium illud Vulterranen. Episcopatus, quo de Pisano Episcopatu ad Populoniensem transitur, tibi tuisque successoribus licentiam damus, Pallei quoq. vsum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo secundum consuetudinem Pisanæ ecclesiæ perfruaris, & in consecrationibus trium episcoporum in Corsica, Allerien., scilicet Aiacensis, & Saguntini, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populoniensem episcopi, quorum Metropolitanus existis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisvè persona hanc nostræ constitutionis paginā sciens cōtra eā temerè venire tentauerit, secundò, tertiòuè commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ hæc ipsa seruantibus, sit pax Domini Iesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem pręmia æternæ pacis, inueniant. Amen. Amen. Amen.

Signum Vrbani Tertij.

Ad te Domine leuaui animam meam.

✠ Ego Vrbanus Catholicæ ecclesiæ episcopus ss.

† Ego Henricus Albanen. episcopus ss.

† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.

† Ego Petrus de bono presb. Card. tit. s. Susannæ ss.

† Ego laborans presb. Card. s. Mariæ Transtiberim tit. Calixti ss.

† Ego Pandulphus presb. Cardin. tit. xii. Apostolorum ss.

† Ego Melior presb. Card. ss. Ioannis, & Pauli tit. Pamachii ss.

† Ego Adelardus tt. s. Marcelli presbyt. Card. ss.

† Ego Iacintus s. Mariæ in cosmidin diac. Card. ss.

† Ego Gratianus ss. Cosmæ, & Damiani diac. Card. ss.

† Ego Bobo sancti Angeli diaconus Card. ss.

† Ego Soffredus s. Mariæ in vialata diac. Card. ss.

† Ego Rollandus s. Mariæ in porticu diac. Card. ss.

† Ego Petrus s. Nicholai in Carcere Tullian. diac. Card. ss.

† Ego Rodulfus s. Georgii ad velũ aureum diac. Card. ss.

Datum Veronæ per manum Alberti S. Romanæ Ecclesiæ presb. Card. & Cancellarii, iii. Kal. Nouēbris. Indictione quinta, Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXXVI. Pontificatus vero Domini Vrbani Papæ III. Anno primo.

Priuilegium Celestini III. *Papæ.*

69 CElestinus Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Hubaldo Archiepisc. Pisano Apostolicæ Sedis Legato, eiusq. successori-

soribus Canonicè substituendis in perpetuum.

Si sua cuiq. iura illibata seruantur, & eos, qui in ecclesia Dei pro iniuncto sibi officio, & deuotione sincera plus aliis elaborant dignæ retributiones vicissitudine diligēter specialius honoramus, quod nostrum est iuxta commune debitū sicut debemus exequimur, et Apostolicæ Sedis honorē integrè custodimus. Proinde cum felicis memoriæ prędecessor noster Innocentius Papa de discordia, & guerra, quæ inter Pisanam, & Ianuensem ciuitates extitit, multas hominum clades, & Christianorū captiuitates innumeras prouenisse considerans, vtriusque partis saluti tàm temporaliter, quàm spiritualiter paterna sollicitudine studuerit prouidere, atq. pro bono pacis, & recompensatione Episcopatuū, quos vtique à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ecclesiæ Pisanæ concessos in insula Corsicæ à prædecessore tuo bonæ memoriæ Archiepiscopo Huberto acceperit, in Galluren. iudicatu duos Episcopatus, Galtellinen. videlicet; & Ciuitaten. & Populonin. Episcopatum tibi, tuisq. successoribus, & per eos ecclesiæ Pisanæ concesseritt, & metropolitico iure subiecerit. Nos qui in Sedis Apostolicæ administratione licèt indigni disponente Domino sibi successimus, eandem concessionem antecessorum nostrorum bonæ memoriæ Adriani, Alexandri, & Clementis PP. vestigiis inhærentes auctoritate Apostolica confirmamus, & ratam manere censemus. prædecessorum quoq. nostrorum vestigijs inhærentes, vobis primatus honorē Turritanæ prouinciæ confirmamus. Ad maiorem etiam honoris cumulum Pisane Ciuitatis, vt Pisana ecclesia eum vniuerso eiusdem Ciuitatis populo in fidelitate atque deuotione sacrosanctæ Romanę ecclesiæ iugiter perseueret, & in ipsa quotidie augumentetur, pro deuotione quoq. & honestate tua frater Hubalde Pisanæ Archiepiscope, personam tuā, & per te Pisanam ecclesiam ampliori munere volumus decorari. Tibi ergo, tuisq. successoribus Primatum super Calaritan. & Arboren. prouincias datum concedimus, & auctoritate Sedis Apostolicæ cōfirmamus, ita quidem vt eos ad concilium vocandi, excessus eorum corrigendi, & in doctrina Apostolica confirmandi, atque cętera omnia, quę ad ius Primatus pertinent in eos exercendi habeatis liberam facultatem. Verumtamen supradictarum duarum prouinciarū Archiepiscopos ad concilium non vocabitis Pisas sine conscientia Romani Pontificis: super Turritan. verò Prouinciam, dignitatem Primatus, sicut à prædecessoribus nostris ecclesiæ Pisanæ concessū est, habeatis. legationē quoq. Sardiniæ à prædecessore nostro Papa Vrbano prædecessoribus tuis concessā, & felicis memoriæ Innocentij, Eugenij, atque Anastatij Romanorum Pontificum priuilegijs in perpetuū roboratam tibi, tuisque successoribus præsentis scripti pagina confirmamus, & confirmationem ipsam ratam, & inconuulsam perpetuis temporibus decernimus permanere. Denique vt Pisana ciuitas, quę fauore cœlestis numinis de inimicis Christiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorū Vrbes plurimas subiugauit, amplius honoretur, equo albo cū nauo albo in processionibus vtendi, & Crucem vexillum scilicet dominicū per subiectas vobis prouincias portandi, & per spatiū illud Vulterrani Episcopatus, quod e Pisano Episcopatu ad Populoniensem transitur tibi tuisque successoribus licentiam damus, Pallei quoque vsum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo secundum consuetudinem Pisanæ ecclesiæ perfruaris, & in consecrationibus trium Episcoporum in Corsica, Aleriensis vilicet Aiacensis, & Saguntini, ac prædicto-

ctorum duorum in Sardinia, & Populoniensis Episcopi, quorum metropolitanus existis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertiòue commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisq. sui careat dignitate, reamq. se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtę vltioni subiaceat. Cũctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicẽ præmia æternę pacis inueniãt. Amen. Amen. Amen.

Signum Papæ Cælestini Tertij.

Perfice gressus meos in semitis tuis.

✝ Ego Cęlestinus Catholicę Ecclesiæ Episcopus ss.

✝ Ego Albinus Albanensis Episcopus ss.

✝ Ego Octauianus Hostiensis, & Velletrensis Episcopus ss.

✝ Ego Pandulphus presb. Card. Basilicæ xij. Apostolorum ss.

✝ Ego Mel. ss. Ioannis & Pauli presbyt. Card. tt. Pamachij ss.

✝ Ego Iordanus presb. Card. s. Pudent. tt. Pastoris ss.

✝ Ego Ioannes tt. s. Clemẽtis Card. Tuscan. Episcopus ss.

✝ Ego Romanus tt. s. Anastasii presbyt. Card. ss.

✝ Ego Hugonus presb. Card. s. Martini tt. Equutij ss.

✝ Ego Ioannes tt. s. Stephani in cælio monte presb. Card. ss.

✝ Ego Gratianus ss. Cosmæ, & Damiani diac. Card. ss.

✝ Ego Gerardus s. Adriani diacon. Card. ss.

✝ Ego Ioffredus s. Mariæ in via lata diac. Card. ss.

✝ Ego Bernardus s. Mariæ nouæ diac. Card. ss.

✝ Ego Gregorius s. Mariæ in Aquiro diac. Card. ss.

✝ Ego Gregorius s. Georgij ad velũ aureum diac. Card. ss.

✝ Ego Lottarius ss. Sergij & Bacchi diac. Card. ss.

✝ Ego Nicolaus s. Mariæ in cosmedin diac. Card. ss.

Datum Romæ apud S. Petrũ per manum Egidii S. Nicolai in carcere Tullian. diaconi Cardin. Nonis Februarij, Indictione decima, Incarnationis Dominicæ anno 1191. Pontificatus vero Domni Cælestini Papæ Tertij, anno primo.

Priuilegium Innocentij III. *Papæ.*

70 INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Hubaldo Pisano Archiepiscopo; eiusq. successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Si sua cuique iura illibata seruamus, & eos, qui in ecclesia Dei pro iniuncto sibi officio, & deuotione sincera plus alijs elaborant digna retributionis vicissitudine diligentiùs, ac speciàliùs honoramus, quod nostrum est iuxta commune debitum sicut debemus exequimur, & Apostolicæ sedis honorem integrè custodimus. Proinde cum felicis memoriæ prædecessor noster Innocentius Papa de discordia, & guerra, quæ inter Pisanam, & Ianuensem ciuitates extitit multas hominum clades, & Christianorum captiuitates innumeras prouenisse considerans vtriusque parti saluti tàm spiritualiter, quàm temporaliter, paterna sollicitudine studuerit prouidere, atque pro bono pacis, & recompensatione Episcopatuum, quos vtique à præde-

cesso-

cessoribus nostris Romanis Pontificibus ecclesiæ Pisanæ concessos in insula Corsicæ à prædecessore tuo bonæ memoriæ Archiepiscopo Huberto accepit, in Galluriensi iudicatu, duos Episcopatus, Galtellinensem videlicet, & Ciuitatensem, & Populoniensem Episcopatum sibi, eiusq. successoribus, & per eos ecclesiæ Pisanæ concessit, & metropolitico iure subiecit. Nos qui in Sedis Apostolicæ administration .

. . . .

nente Domino sibi successimus, eamdem concessionem antecessorum nostrorum bonæ memoriæ Adriani, Alexandri, Clementis, & Cælestini Papę vestigijs inhęrentes auctoritate Apostolica confirmamus, & ratam manere censemus. Prædecessorum quoque nostrorum vestigijs inhærentes vobis Primatus honorē Turritanæ prouincię confirmamus. Ad maiorem etiam honoris cumulum Pisanæ ciuitatis, vt Pisana ecclesia cum vniuerso eiusdem ciuitatis populo in fidelitate, atque deuotione sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ iugiter perseueret, & in ipsa quotidie augumentetur; pro deuotione quoque, & honestate tua frater Hubalde Pisan. Archiepiscope personam tuam, & per te Pisanam ecclesiam ampliori munere volumus decorari. Tibi ergo, tuisq. successoribus Primatum super Calaritanam, & Arbolem prouincias datum concedimus; & auctoritate sedis Apostolicę confirmamus, ita quidem vt eos ad Cōcilium vocandi, excessus eorum corrigendi, & in doctrina Apostolica confirmandi, atque cetera omnia, quę ad ius primatus pertinent in eos exercendi habeant liberam facultatem; verumtamen supradictarum duarum prouinciarum Archiepiscopos ad Concilium non vocabitis Pisas sine conscientia Romani Pontificis, super Turritanam vero prouinciam dignitatem primatus sicut à prædecessoribus nostris ecclesię Pisanę concessum est habeatis, legationem quoque Sardiniæ à prædecessore nostro Papa Vrbano prędecessoribus tuis concessam, & felicis memoriæ Innocentij, & sanctę recordationis Eugenij, Anastasij, & Cęlestini Romanorum Pontificum priuilegijs in perpetuum roboratam tibi, tuisq. successoribus præsentis scripti pagina confirmamus, & confirmationem ipsam ratam, & inconuulsam perpetuis temporibus decernimus permanere. Denique vt Pisana ciuitas, quæ fauore cęlestis numinis de inimicis Christiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorū Vrbes plurimas subiugauit, amplius honoretur, equo albo cum nauo albo in processionibus vtendi, & crucem vexillum scilicet dominicum per subiectas vobis prouincias portandi, & per spatium illud Vulterrañ Episcopatus, quo de Pisano Episcopatu ad Populonieñ transitur, tibi, tuisq. successoribus licentiā damus. Pallei quoque vsum fraternitati tuę concedimus, vt videlicet eo secundū consuetudinem Pisanæ ecclesiæ perfruaris, & in consecrationibus trium Episcoporum in Corsica Alleriēñ videlicet Aiaceñ, & Saguntiñ, ac prędictorum duorum in Sardinia, & Populonieñ Episcopi, quorum metropolitanus existis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertiòue commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisq. sui dignitate careat, reāq. se diuino iudicio existere dē perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax D. N. Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud distri-

ctum

ctum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Signum Papæ Innocentij Tertij.

Fac mecum Domine signum in bonum.

† Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.

† Ego Octauianus Hostieñ, & Vellerreñ Episcopus ss.

† Ego Petrus Portueñ, & s. Rufinæ Episcopus ss.

† Ego Petrus tt. s. Ceciliæ presbyt. Card. ss.

† Ego Iordanus presb. Card. s. Pudeñ tt. Pastoris ss.

† Ego Ioãnes tt. s. Clementis Card. Viterbieñ, & Tuscañ Episc. ss.

† Ego Guido presb. Card. s. Mariæ Transtiberim tt. Calixti ss.

† Ego Hug. presbyt. Card. s. Mart. tt. Equitij ss.

† Ego Ioannes tt. s. Stephani in celio monte presb. Card. ss.

† Ego Soffredus tt. s. Praxedis presbyt. Card. ss.

† Ego Gratianus ss. Cosmæ & Damiani diacon. Card. ss.

† Ego Gerardus s. Adriani diacon. Card. ss.

† Ego Gregorius s. Mariæ in aquiro diac. Card. ss.

† Ego Gregorius s. Georgij ad velum aureum diac. Card. ss.

† Ego Nicolaus s. Mariæ in cosmedin diac. Card. ss.

† Ego Petrus s. Mariæ in via lata diac. Card. ss.

† Ego Cenc. s. Luciæ in Orthea diacon. Card. ss.

Datum Lateran. per manum Rainaldi Domini Papæ notarij Cancellarij vicem agentis, Indictione 1. Incarnationis Dominicæ anno 1198. Pontificatus vero domni Innocentij Papæ III. anno primo. & Honorius

71 III. anno 1217. pontificatus sui anno 2. confirmauit prędicta priuilegia per eadem verba sub datum Lateranı per manum Rainerij S. R. E. Vicecancell. 6. idus Februarij.

72 Et in d. Archiuio publico Reformationum Florentiæ adest restitutio dignitatis Archiepiscopalis Vrbi Pisanæ, & confirmatio omnium præcedentium priuilegiorum facta à Gregorio Decimo, sub datum Florenriæ xij. Kalend. Iulij 1273. Pontificatus eius anno 2.

73 Et de anno 1265. Federicus Vicecomes Archiepiscopus Pisanus visitauit insulam Sardiniæ, vt constat ex libro Rodulfini notarij existente in Archiuio Archiepiscopatus Pisani.

74 Ad illud autẽ quòd affert D. *Augustinus Barbosa in collectanea super c. si diligenti. nu. 6. de præscriptionib.* nempe, quòd indulta per me supra relata non sunt concessiua, sed confirmatiua propter verbum in dd. indultis appositum, idest datum concedimus, & auctoritate sedis Apostolicæ confirmamus, itaut importent confirmationem, non nouam concessionem, & de concessione non constet.

Quia vt patet ex supradeductis adsunt duo indulta Alex. iij. primũ de anno 1161. pontificatus sui anno tertio, per quod solum confirmat Adriani iiij. concessionem, & primatum super Turritanam prouinciam, & legationem Sardiniæ à suis prædecessoribus Vrbano ij. Innocentio ij. Eugenio iij. concessam: sed in alio indulto de anno 1176. pontificatus sui anno 17. habetur hæc, prius confirmat primatum super Turritanam prouinciam, postea quod Hubaldũ Archiepiscopum Pisanum, & cum eo Pisanam ecclesiam ampliori munere voluit decorari, sic subiungit, Tibi ergo, tuisq. successoribus primatum super Callaritanam, & Arborensem prouincias datum concedimus, & auctoritate sedis Apostolicæ confirmamus, & post pauca, verumtamen dd.

dd. duarum prouinciarum Archiepiscopos ad Concilium non vocabitis sine conscientia Romani Pontificis, super Turritanam verò prouinciam dignitatem primatus sicut a prædecessoribus nostris ecclesiæ Pisanæ cōcessum est, habeatis, legationem quoque Sardiniæ &c. cum hæc duo existant indulta, cessat allegata inuerisimilitudo, quòd non extarent, quia in claris non egemus coniecturis. *l. ancillæ. C. de furtis.* Accedit, quod Alexander iij. in primo indulto primatum super Turritanam prouinciam confirmauit; & non dixit datum cōcedimus. Sed in secundo indulto sup. allegato anno 1176. dicit, quòd vult ecclesiā Pisanā ampliori munere ornare, & sic aliquid de nouo concedere, videlicet, primatum super Callaritañ. & Arboreñ. prouincias eidem concedendo, prout ibi explicat, & illud verbum, datum, ita est in-

75 telligendum, idest primatum datum (idest quod antea Pisano Archiepiscopo concessum erat super Turritanam prouinciam) super Callaritañ. & Arboreñ. prouincias concedimus, & qòud sit noua gratia, & concessio, patet, quia in d. secundo indultò, post d. nouam concessionem addit, super Turritanam verò prouinciam primatus dignitatem &c. & illud verbum, datum, debet intelligi intransitiuè, non trāsitiuè, idest, datum, .s. quod ex hoc nostro indulto damus, vt cum dicimus personam Petri, intelligimus intransitiuè, idest quæ est Petrus, ad doctrinā *Decij in l. 1. ff. de reg. iur. nu. 5.* & ibi additio *lit. C.* & sic datum in casu nostro intransitiuè accipitur, quia ipsa datio, ipsum indultum immediatè est ius, & ipsa concessio, quæ non est separata, nec distincta ab ipsa datione, & non fit transitus in aliud subiectum, sed est vnicum, & vnica concessio, & & idem subiectū; minus obstat, quòd secunda gratia non faciens mentionem de prima, non valeat tamquam subreptitia *ex c. veniens. de præscrip.* *vbi Barbosa in suis collectan. nu. 3.* quia vt patet ex *Menoch. de arbitr. iud. casu 203. nu. 32.* illud procedit in impetratione alicuius gratiæ, vel super delictis, vel super dispensatione alicuius defectus, & sim., sed in casu nostro, in quo Summus Pontifex ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis, non ad præces alterius ecclesiam Pisanam voluit ornare, & primatum prædictū super Callaritañ., & Arboreñ. prouincias concedere, non est idem dicendum, immo indultum, & priuilegium prędictum latissimè est interpraetandum, neque vllo subreptionis, vel obreptionis vitio subiacere potest, tùm ex prædictis, tùm etiam, quia ante d. concessionem confirmat primatum super Turritanum à suis prædecessoribus concessum, neque mirum est, quòd Alex. iij. tam liberalem se præbuerit ecclesiæ Pisanæ, cum ante Pontificatum in dicta ecclesia Pisana Canonicus extiterit, vt infra ex Card. Baronio dicemus.

76 Et quamuis Archiepiscopus Pisanus iam a multis annis ecclesias Sardiniæ non visitauerit, attamen ex actu negatiuo in his, quæ sunt meræ facultatis non acquiritur possessio, aut non vsus in contrarium. *Verall. decis. 306. nu. 4. p. 1.* & præsertim non constando de permissione, & patientia Archiepiscopi Pisani, sine qua nō acquiritur libertas à subiectione. *Alex. cons. 136. nu. 19. lib. 2. Purpurat. cons. 665. nu. 3.* nec sufficeret docere de nō vsu subiectionis, nisi probaretur, quòd subiectio fuisset alteri quęsita, cum talis libertas videatur imperscriptibilis, nisi aliter acquiratur. *Verall. vbi sup. nu. 7.* item ad retinendum vsum priuilegij sufficit constare de ipso vsu respectu alicuius rei, vel actus. *Felin. in c. auditis. nu. 19. de præscript.* quo stante, cum Archiepiscopus Pisanus pro se habeat claram erectionem primatię innixā authenticis priuilegijs, & concessionibus Summorum Pontificum cum

O subie-

subiectione totius Sardiniæ, & anno 1514. in diario Magistri Cæremoniarum Papæ appelletur Primas, & habeat vsum ex eo, quia in omnibus literis patentibus, instrumentis, actis, sententijs, & alijs rebus publicis, & priuatis, semper Primas Sardiniæ, & Corsicæ exprimitur, itaut nullus relinquatur ambigendi locus, neque ex enunciatiua, si quæ in contrarium repetiretur, potest induci exemptio à primatia Pisana, & subiectio ad fauorem alterius, *Rom. consl.* 180. *nu.* 3. *& 4. Innoc. in c. inter dilectos. nu.* 6. *de fide instrum. Gabr. de probat. conc l.* 2. *nu.* 50. & enunciatiua non disponit, nec potest deseruire pro titulo etiam putatiuo, *Felin. in c. de quarta. nu.* 3. *de præscript. Verall. decis.* 361. *nu.* 4. *p.* 2.

77 Hæc Ciuitas Pisana Nobilissima Romanorum Colonia, vt patet ex monumẽtis in lapide marmoreo dei scriptis existentibus in Campo sancto Pisarum, tenoris infrascripti, videlicet.

Colonia Iulia Pisana, nunciata morte L. Cæsaris Augusti F. censuit quotannis inferias illius manibus certo ritu mittendas per Magistratus, eosue, qui ibi iuri dicundo præsident. post Vrbem conditam anno IↃCCLVI. Christi anno 4.

Colonia Iulia Pisana audita morte C. Cæsaris Augusti F. censuit, vt à die, quo illius obitus nunciatus est, vsque ad eumdem diem, quo ossa relata sunt, ab omni lætitiæ genere abstinererur, vtq. illi eodem modo, quo L. fratri parentatum fuerat, parentaretur, Arcus insuper, & statuæ ponerentur. post Vrbem conditam, ann. IↃCCLVII. Christi verò ann. 5.

78 Hæc Pisana Ciuitas & terra, marique potentissima Regna subiecit, & Saracenos fugauit, quam Populosam, & multum Potentem appellat Clemens V. in *clem. pastoralis. §. notorium. de re iud.* & Philippus Dominus Argentoni in sua historia nominat eamdem Nobilem, & Magnam, illamq. multum Nobilem, & Antiquam dicunt Cato, Strabo, Polibius, Plinius, Pomponius Mela, Liuius, Trogus, Solinus, Dyonisius Alicarnasseus, Virgilius, Antoninus, Tolomeus, Agathius, Rutilius Numantius, alijq. plurimi scriptores, vt testatur. Reuerendus frater Albertus vbi supra fol. 28. & ibi ex Liuio eamdem Coloniam Romanorum dicit, ibi. Pisanis agrum pollicentibus, quò latina Colonia deduceretur, gratiæ à Senatu actæ, Triumuiri creati ad eam reã. Q. Fabius Buteo. M. & P. Popilij Lenates. & in Hierosolymitana expeditione Pisani cum ingenti classe fuerunt, vt ex Archiepiscopi Tiri historia, de bello sacro habe-

79 tur, & cum eis Teobertus Archiepiscopus Pisanus fuit, quem Vrbanus ii. legatum misit Hierosolymam ad exercitum Christianum, vbi anno 1099. celebrato concilio, idem Archiepiscopus electus fuit Patriarcha Hierosolymitanus, qui inuestituram Regni Hierusalem dedit Godefredo, seu Gottifredo, vt habetur apud Cardin. Baronium in dictis annis.

80 Et sub Paschale II. Pisani Petro Archiepiscopo Pisano Duce, classe ccc. Triremium, Baleares Insulas profligatis Saracænis in ditionem redegerunt, Christianoque nomini adiunxerunt, captaq. Regia Coniuge, ac filio, præclaram victoriam illustri, pioq. Triumpho exornarunt.

81 Anno Domini. 1115. & anno 1119. Templum Deo omnipotenti, & Gloriosæ Virgini Mariæ, vt auctæ Potentiæ, & insigne pietatis monumẽtum posteris extaret, à Pisanis ex Saracænorum spolijs capta Panormo edificatum; & Reliquijs Sanctorũ è Palestina vsque aduectis auctum Gelasius II. P. M. solemni pompa consecrauit, & anno 1133. Innocentius ii. Pisis morabatur, & prout

82 referunt S. Bernardus, & Card. Baronius splendidè à Pisanis tractabatur, & anno sequenre 1134. Pisis celebrato Concilio Generali, Hugonem Epi-

Episcopum Grationopolitanum in sanctorum numerum adscripsit, & bulla dictæ Canonizationis habetur in Bullario, tomo 1. fol. 18. & festum eiusdem Sācti celebratur die 1. Aprilis. & anno 1145. Petrus Bernardus
83 ecclesiæ Pisanæ Vicedominus, seu (vt alii volunt) Canonicus, qui à S.
84 Bernardo Abbas sanctorum Vincentii, & Anastasii de Vrbe factus, fuit summus Pontifex electus, & dictus Eugenius iii. ad quem S. Bernardus multa scripsit. anno 1159. Rolandus de Senis ecclesię Pisanę Canonicus, & postea Cardinalis Summus Pontifex eligitur, & dictus fuit Alexander iii. & anno 1187. Gregorius viii.
85 Pisas venit, ibique obiit, & sepultus fuit in ecclesia Metropolitana. & suc
86 cedēre anno 1188. Pisis electus fuit
87 Clem. iii. & anno 1388. Bartholomeus Perignanus Pisanus natus Neapoli sūmus Pōtifex creatus fuit,
88 dictus Vrbanus vi. & Pisis ortus est etiam Nicolaus v. qui fuit electus Summus Pontifex anno 1447. & in
89 concilio Generali Pisis celebrato sub Innocentio ii. inter fuit S. Bernardus. & abolito Schismate Pisis
90 fuit electus Sūmus Pōtifex Alex. v. anno 1409. & anno 1555. Ioannes Petrus ex Nobilissima, & Antiquis-
91 sima familia Carafa, quæ antiquitus Pisis morabatur, & Florebat, fuit electus Summus Pontifex, & dictus Paulus iv. & plurimi ad summum Pontificatū ascenderunt, qui in celeberrimo, & Antiquissimo pisano Gymnasio literis operam dederunt,
92 prout est sanctissimus D. N. Vrbanus viii. Pontifex. Optimus, Maximus, Virtute, Maiestate, & Regiminæ Aeternus.

Et Illustrissimus Franciscus S. R. E. Cardinalis Barberinus eius ex fratre Nepos rebus fœliciter gestis vniuerso orbi clarissimus, Pisis Theologię, & vtriusq. iuris Doctoratus lauream recepit. & ita Illustriss. Laurentius S. R. E. Cardinal. Magalottus ingenii acumine, & virtutis splendore coruscans. in quo Gymnasio Professores fuerūt, Bartolus, Baldus, Felinus, & Decius, & his tēporib. Alex. Rò Mediolan. Paulus eius filius. Iacobus Angelius Pis. eques s. Stephani, & Prior. Andreas Facchinæus Foroliuien. & Vincētius Mazzolius Decanus Pis. auūculus meus, Iuriscōsulti præstantiss. præceptores mei. Philippus Bonauēturius Floren. Polidorus Ripa Mediolanen. Iacobus Ant. Marta Neapolit. Iuriscōsulti excellentiss. & alij. & ego ibidem fui professor, & cum alijs Collegam habui Reuerendiss. Io. Angelium, nunc vtriusque signat. Refer. & nunc d. Gymnasiū Floret sub fæliciſſimis auspiciis Sereniss. Ferdinandi ii. Magni Ducis Etruriæ v. & ex dicta Ciuitate Pisana ortum traxerunt viri Clarissimi, & literis, & armis, S. R. E. Cardinales, Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Duces, & exercituum, & Classium Ductores, vt patet ex historijs. inter istos fuerunt frater Bartholomeus de Pisis ordin. min. conuent. S. Francisci, qui fecit insigne opus conformitatum, item fratres Rainerius, & Bartholomeus Pisani ordin. Prædicat. quorum primus Pantæologiam composuit, alius Summam Casuum Conscientiæ Pisanellam ab eo dictam. & Bartholomeus de Spina Nobilis Pisanus ord. Prædic. qui fuit Magister Sacri Palatij Apostolici anno Domini 1523. & sequē-
93 tibus, & his temporibus, Odoardus Gualandus Nobilis Pisanus Episcopus Cæsenæ, qui libros quindecim de moribus scripsit, & Camillus Gualandus eius nepos pariter fuit Episcopus Cæsenæ. & ex eàdem Pisana
94 Ciuitate, ex antiquissima, & nobilissima familia ortum ducit Illustrissimus Marcellus S. R. E. Cardinalis Lantes pietate fulgens. & in dicta Ciuitate Pisana à Serenissimo Cosmo Medices i. Magno Etruriæ Duce fundatus fuit Ordo Militum, & Equitum Sancti Stephani Papæ, & Martiris, auroram inter, & Nespe-

O 2 rum

rum conspicuus, & fælix.

95 Sed multò Illustrior est ortu Sanctorum,& Martirio,ibi enim sub Nerone Imperatore Martirium subijt S. Torpes ex eiusdem Neronis domo, & familia, cuius Sancti Caput conseruatur in Theca argentea Pisis in ecclesia S. Torpetis, vbi morantur Religiosi fratres Ordin. Minimor. S. Francisci de Paula, & Sancti Torpetis corpus conseruatur in ecclesia Oppidi ab eo dicti S. Torpetis in Gallia, de cuius martirio pertractat Card. Baronius Annal. ecclesiast. tomo primo,anno Domini 59. pagina 561.& anno 69.pagina 740. eiusdem Sancti festum solemne Pisis

96 celebratur die 29. Aprilis. Nobilis ex eàdem Ciuitate fuit S.Rainerius ex familia Scacceria Cōfessor,cuius corpus in ecclesia Pisana conseruatur in Altare marmoreo eidem Sancto dicato, & Caput in theca argentea in dicta ecclesia, eiusque festum solemne celebratur die 17. Iunij. in qua ecclesia Pisana adsunt,

97 caput cum manu detracta pelle Sancti Bartholomei Apostoli,Mentum S. Lucæ Euangelistæ, Brachium Sancti Andreæ Apostoli,Brachium Sancti Stephani Protomartiris,quod expensis meis inclusi in theca argentea facta ad instar brachii anno 1625. Corpora ss.Gamalielis, Nicodemi, & Abibæ Martirum,& ss.Ephisi, & Potiti Martirum, & multæ aliæ sanctorum Reliquiæ conseruantur in thecis argenteis,& cum maxima veneratione, & adest pars Ligni San-

98 ctissimæ Crucis Domini Nostri Iesu Christi, in qua Opus Redemptionis nostræ perfecit,& in hoc signo vincimus.

99 Item ex dicta Ciuitate ortus est Beatus Guido ex Comitibus Gherardeschæ, cuius caput asseruatur in ecclesia Pisana, & obijt anno Domini 1100. eiusque festum celebratur die 20. Maij. pariter Balduinus S.R.E.Card. & Archiepiscopus Pisanus, qui obijt 1146. prid. non. Octob. & inter Beatos in Calendario Cisterciensiū adnotatur,vt in vita Innoc.ii. habetur apud Ciacconem, in noua impressione.

Beatus Laurentius deRipa fracta Pisanus Ord. Prædic. cuius corpus requiescit in Ciuitate Pistorij in ecclesia s. Dominici.

Beatus Lambertus Gābasius Pisanus ord. Præd.

Beatus Iordanus Pisanus Ordin. Præd. qui obijt anno Domini 1311. cuius corpus requiescit in ecclesia S. Catharinæ Pisarum Ord.Prǫd.

Beatus Agnellus de Agnellis nob. Pisanus Ord.Min.conuent.s.Francisci, qui obijt anno Domini 1230. & de eodem ordine fuit B. Albertus de Tigrinis de Pisis, qui obiit anno 1239.

Beatus Petrus Gambacurtus nob. Pisanus fundator Congregationis Eremitarum s. Hieronimi, qui Eremitæ morantur Romæ in ecclesia, & conuentu s. Onufrii propè Vaticanum, & obijt anno 1340.

Beata Vbaldescha Pisana Virgo, monialis in Monasterio s. Ioannis Baptistæ de Seris de Pisis Ord.s. Ioannis Hyerosolimitani, vbi adest eiusdem Beatę Caput,& eius corpus asseruatur in ecclesia Prioriæ s. Sepulchri Pisarum eiusdem ord. Hyerosolimit. cuius festum celebratur die 29. Maij. & obiit anno 1206.

Beata Bona pisana Virgo, quæ obiit anno 1208. cuius corpus conseruatur Pisis in ecclesia s. Martini Monasterii monialium Ord. s. Francisci, & eius festū celebratur die 24. Aprilis.

Beata Christiana à s. Cruce Vallis arni comitatus Pisarum, quæ obiit anno 1310.

Beata Clara de Gābacurtis pisana Virgo,monialis in Monasterio s. Dominici de Pisis ord.præd.vbi eius corpus conseruatur, obijt annō Domini 1440.& multi alii inter Beatos referuntur, qui ex Pisana Ciuitate ortum traxerunt, vt habetur apud

Ab-

Digitized by Google

Abbatem D. Siluanum Razzium Ord. Camaldulen. in suo libro, de vitis sanctorum Etruriæ.

100 In qua ciuitate Pisana, eiusq. diæcesi plurimæ sanctorum reliquiæ honorificè conseruantur, & in ecclesia seu oratorio Confraternitatis S. Spiritus adest in vase argenteo vna ex spinis Coronæ Domini Nostri Iesu Christi, & alia ex dictis spinis conseruatur in eàdem ciuitate in ecclesia nuncupata S. Mariæ de Spina, &

101 propè Pisas ad tria milliaria adest antiquissimum, & insigne templum S. Petro Principi Apostolorum dicatum, ad quem locum, idest, ad littus maris applicuit S. Petrus, ibiq. Altare lapideum erexit, & super illud celebrauit. *audi Card. Baronium Annal. Ecclesiast. tomo 1. anno Domini* XLIV. *pag.* 310. vbi hæc dicit. tradunt insuper ipsum, idest, sanctũ Petrum Neapoli soluentem, vi ventorum delatum esse Liuurnum, indeq. Pisas proximè positas conscendisse, ibiq. ex more incruentum sacrificium obtulisse, quem locum tantæ rei memoria celebrem à posteris summo honore habitum esse constat, inde verò Romam venisse. hæc *Card. Baronius*. dictumq. Altare, & ecclesiam postea consecrauit S. Clemens Papa primus, qui dum Missam Romæ celebraret, statim obdormire visus est, & post tres horas ad se ipsum reuersus, vt videbatur, excusationem populo attulit, quòd iussu B. Petri, sibi necessarium fuit illo tem poris spacio, Pisanam ecclesiam, quę Diuo Petro dicata fuerat, consecrare, in cuius rei fidem indubiam, tres guttas proprij sanguinis Pisis in ecclesia illa reliquit super marmoreum lapidem, quæ in hanc vsque diem in summa veneratione habentur in ecclesia Pisana, & quotannis feria quinta in Cœna Domini, in Ascensione Domini, in festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & in die octauo dicti festi, quo die S. Clemens d. ecclesiam consecrauit, dictæ guttæ sanguinis, de quibus duæ tantum integræ sunt, deuotè sub vmbella, & cum luminaribus ad d. ecclesiam S. Petri ad gradus deferuntur comitantibus Reuerendis Capellanis ecclesiæ Pisanæ, & Confratribus Confraternitatis S. Iuliani martyris, cum magna fidelium frequentia. cui ecclesiæ S. Petri multæ Indulgentiæ fuerunt cõcessæ à Summis Pontificibus, & hodie dicta ecclesia concessa est Reuerendis Fratribus S. Francisci de Obseruantia Reformat. ab Illustriss. Iuliano Medices Archiepiscopo Pisano, Insularum Corsicæ, & Sardiniæ primate, & sedis Apostolicæ Legato nato. & hãc S. Clementis actionem plenè refert prædictus Venerabilis frater Bartho-

102 lomæus de Spina Nobil. Pisan. Ord. Prædicat. in sua quæstione de strigibus, cap. 11. vers. huic etiam. ex ista familia de Spina fuit Francisca filia Pauli de Spina Nobilis Pisani vxor Gulielmi Antonij de Viuianis, vt constat ex publico instrumento dotis rogato à Ser Dauino Nannis Simonis notarij Pisani, sub die 10. Nouembris. 1517. existente in domo mea. ex qua Francisca, & Gulielmo ortus est Paulus, & ex Paulo orti sunt Gulielmus, qui obijt Valentiæ relictis sex filijs ex se, & vxor Valentina, & Antonius pater meus bonæ memoriæ, qui obijt die 10. Octob. 1627. ætat. suæ ann. 89. cuius anima requiescat in pace, & honoris gratia memoriam feci, dictæ Franciscæ proauiæ meæ, cuius consanguineus fuit dictus vir clarissimus frater Bartholomæus.

Hic placet referre epistolã S. Bernardi ad Pisanos, quæ in eius opera est epist. 130.

Pisanis nostris consulibus cum consiliarijs & ciuibus vniuersis, Bernardus Abbas dictus de Claraualle, pacem & salutem & vitam æternam. Benefaciat vobis Deus, & meminerit fidelis seruitij & piæ compassionis & consolationis & honoris, quæ spon-

O 3 sæ

ſæ filij eius in tempore malo, & in diebus afflictionis ſuæ exhibuiſtis, & exhibetis. Et quidem hoc iam impletur ex parte, & orationis huius nonnullus capitur fructus. Digna planè retributio celeri iam compenſatur effectu. Iam pro meritis tecum actitat Deus populus quem elegit in hæreditatem ſibi: omninò populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Aſſumitur Piſa in locum Romæ, & de cunctis vrbibus terræ ad apoſtolicæ ſedis culmē eligitur. Nec fortuitu ſiue humano contigit iſtud conſilio: ſed cœleſti prouidentia, & Dei benigno fauore fit, qui diligentes ſe diligit: qui dixit Chriſto ſuo Innocentio: Piſam inhabita, & ego benedicens benedicam ei. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Me auctore tyranni Siculi malitiæ Piſana conſtantia non cedit, nec minis concutitur, nec donis corrumpitur, nec circumuenitur dolis. O Piſani Piſani, magnificauit Dominus facere vobiſcum, facti ſumus lætantes. Quæ ciuitas non inuidet? Serua depoſitum vrbs fidelis, agnoſce gratiam, ſtude prærogatiuæ non inueniri ingrata. Honora tuum & vniuerſitatis patrem, honora mundi principes, qui in te ſunt, & iudices terræ: quorum te præſentia reddit illuſtrem, glorioſam, famoſam. Alioquin ſi ignoras te, ò pulchra inter ciuitates, egredieris poſt greges ſodalium tuorum paſcere hœdos tuos. Sapientibus ſat dictum eſt. Commendo vobis Marchionem Engelbertum, qui Domino Papæ & amicis eius miſſus eſt in adiutorium: iuuenis fortis & ſtrenuus, &, ſi non fallor, fidelis. Habetote eum veſtris precibus magis commendatum, quia & ego ei vos amplius commendare curaui, monuiq. vt veſtris potiſſimum conſilijs innitatur.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QVARTVS CONTINET, QVOMODO IVSPATRONATVS DE VNO IN ALIVM TRANSFERTVR.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus transfertur de vno in alium quatuor modis.*
2 *Iuspatronatus transfertur successione, donatione, permutatione, & venditione vniuersitatis.*
3 *Iuspatronatus transit in emptorē vniuersitatis ex communi opinione.*
4 *Iuspatronatus contentum sub feudo, vel sim. transit in emptorem feudi.*
5 *Secus in venditione omnium bonorū.*
6 *Venditio vniuersalis quando resoluatur in suas singularitates.*
7 *Iuspatronatus quando transit cū vniuersitate, transit licèt non exprimatur.*
8 *Principaliter actum debet inspici.*
9 *Iuspatronatus non trāsit cum vniuersitate, quando opus est exprimere res singulares.*
10 *Iuspatronatus de per se vendi non potest.*
11 *Iuspatronatus adhærens castro, vendito castro, accessoriè transit iuspatronatus.*
12 *Iuspatronatus transit in quemlibet hæredem, quia hæredem.*
13 *Iuspatronatus familiare existenti de familia competit.*
14 *Iuspatronatus quando transit in hæredem, non requiritur diœcesani consensus.*
15 *Iuspatronatus quando transit accessoriè, non requiritur diœcesani consensus.*
16 *Iuspatronatus si ecclesiæ donetur, non requiritur Ordinarij consensus.*
17 *Iuspatronatus si laico donetur, requiritur Ordinarij consensus.*
18 *Iuspatronatus si laico legetur, requiritur Ordinarij consensus, secus si legetur ecclesiæ.*
19 *Legatum est donatio quædam.*
20 *Iuspatronatus si transferatur ex donatione causa mortis, vel cessione, consensus Ordinarij requiritur.*
21 *Iuspatronatus quando transfertur consensus diœcesani quarè requiratur.*
22 *Capituli tamen consensus copulatiuè non requiritur.*
23 *Inferior Episcopo aliquando consensum dat in translatione iurispat.*
24 *Capitulum Pisanum habet iura Episcopalia.*
25 *Vicarius Episcopi sine speciali mandato non dat consensum in translatione iurispat.*
26 *Capitulum sede vacante an possit donationem iurisp. confirmare.*
27 *Vicarius Episcopi sine speciali mandato donationem iurisp. confirmans operatur præscriptionem.*
28 *Consensus in translatione iurispat. expressus esse debet,*
29 *Quamuis aliquādo tacitus sufficiat, &*
30 *Consensus prædictus in dubio præsumitur interuenisse.*
31 *Iuspatronatus donatum compatrono non*

Quibus modis Iuspatronatus transferatur.

CAPVT PRIMVM.

HActenus vidimus, qualiter, quando, & vbi acquiratur iuspatronatus ex fundatione, constructione, seu dotatione, vel ex Papæ priuilegio. Nũc est videndum, quomodo iuspatronatus de vno transferatur in alium.

Iuspa-

1 Iuspatronatus de vno in alium
transfertur principaliter quatuor mo
dis. gloss. 1. in c. piæ mentis. 16. q. 7.
Zecchius de benefic. & pension. c. 12.
nu. 5. Card. Tuscus practic. concl. iuris.
litera I. concl. 613. nu. 17. Aug. Bar-
bosa in tract. de off. & potest. Episc. p. 3.
alleg. 71. nu. 1. & seqq. Steph. Gratian.
discept. forens cap. 177. nu. 3.
2 Primò, successione. c. consideran-
dum. 16. q. 7.

Secundò, donatione. cap. ex insi-
nuatione. de iurepat.

Tertiò, permutatione. c. nemini.
16. quæst. 7.

Quartò, venditione vniuersitatis
bonorum, in qua sit iuspatronatus.
capit. cum seculum. de iurepatronat.
vbi gloss. in verbo, emptorum. quæ ait.
Iurapatronata transire facit no-
uus hæres, res permutata, donatio,
venditioq. Innoc. Abb. & alij in rubr.
de iurepat. sed videre oportet, an in
talibus translationibus requiratur
consensus Diœcesani, & de his dixi
sup. lib. 1. c. 2. nu. 68.
3 Sed prius videamus, an sit verum,
quòd cum vniuersitate bonorum
vendita transeat in emptorem iuspa-
tronatus existens in dicta vniuersi-
tate. &

Communis, & recepta est omniũ
sententia affirmatiua in talem em-
ptorem transire iuspatronat. & pro-
batur ex c. ex literis. & d. c. cum se-
culum. de iurepat. Lambertin. de iu-
repat. lib. 1. par. 2. quæst. 5. per totam.
Tiraquell. de primog. quæst. 36. Couar.
variar. resolut. lib. 2. c. 18. nu. 8. Rotch.
de Curte de iurepat. in verbo, ipse, vel
is. quæst. 22. num. 40. Paulus de Ci-
tadin. de iurep. par. 9. quæst. 3. Mo-
lina, de Hispanorum progenie. lib. 1.
cap. 24. num. 25. Ioseph. Ludouicus in
communib. conclusionib. tit. de iurep.
conclus. 9. Gratian. reg. 341. num. 5.
Crassus, de successionib. lib. 2. art. trans-
missio. quæst. 30. Marc. Anton. Ge-
nuensis in praxi Archiepisc. curiæ Nea-
polit. cap. 61. num. 26. Hostiens. Abb.
& alij communiter in d. cap. ex lite-
ris & Felin. in cap. causam quæ. nu. 8.
de præscriptionib. & in cap. cum Ber-
tholdus. in fine. de re iud. & de com-
muni testatur Lambert. vbi supra art.
15. & sequitur Achilles decis. 9. de iu-
repat. Io. Alosius Riccius in praxi rer.
fori ecclesiast. decis. 179. in princip.
Barbosa de allegat. 71. num. 7. Nicol.
Garcia de beneficijs. parte quinta. ca-
pit. nono. numer. 11. & sequentibus.
Cardin. Mant. de tacit. & ambig. con-
uent. lib. 4. tit. 9. n. 22. & seq. & tit. 12.
num. 7. & seqq. & tit. 14. num. 40.
ea ratione, quia hæreditas est ius
vniuersale, seu quid vniuersum. l. hæ-
reditas. ff. de petit. hæredit. l. bonorum.
2. ff. de verb. significat. & ita, teste
Garc. vbi sup. num. 12. & Riccio vbi
sup. num. 140. tenuit Rota in Lucana
iurispatronatus, seu Capellaniæ. 6. No-
4 uembris. 1598. coram Litta. in qua
fuit resolutum, quòd licèt iuspatr.
veniat, quando fit cessio, vel aliena-
tio vniuersalis respectu rei, vt quia
fit venditio de castro, feudo, hære-
ditate, vel similibus, quæ sub se ve-
rè vniuersitatem continent, non ta-
5 men transit mediante cessione, seu
venditione omnium bonorum, iuriũ,
seu actionum facta verbis generali-
bus, nisi sub tali cessione verè com-
prætendatur tale quid vniuersale,
cui adhæret ipsum iuspatronatus, vt
puta, villa, castrorum, seu hereditas.
Innoc. in d. cap. ex literis. num. 2. vbi
alij. de iurepat. & fuit dictũ in Pam-
pilonen. iurispatr. 9. Febr. 1588. co-
ram Card. Pamphilio. & ratio est,
6 quia quando fit cessio, vel alienatio
vniuersalis respectu verborum tan-
tum, resoluitur in suas singularita-
tes. Rota decis. 1152. lib. 3. par. 3.
diuers. Riccius vbi supra num. 146. &
7 Garc. vbi supra numero 12. & tali ca-
su iuspatronatus trãsit cum tali vni-
uersitate bonorum, cui adhæret, si-
ne speciali expressione, immo si in
venditione specificaretur, & expri-
meretur iuspatronatus, esset contra-
ctus simoniacus, & nulla venditio,
& ita est communis opinio, de qua
Lam-

Lambert. vbi supra parte 2. lib. 1. art. 2. secundæ quæst. princ. Io. Andr. in cap. 1. de iurepatron. lib. 6. Menoch. cons. 451. vol. 3. & tunc habet locum pœna vendentis iuspat. cum id, quòd principaliter agitur, sit inspiciendum,
8 & considerandum. *l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. ita etiam Sotus, de iust. & iure. lib. 9. quæst. 7. art. 1.* & fuit dictum in *Calaguritana præeminentiarum. 18. Decemb. 1592. coram Giptio, & in d. Pampilonen. iurispatr.* vbi dicitur, illud esse verum quando iuspatron. principaliter, & coniunctiuè per copulam exprimitur secus si declaratiuè, & accessoriè. *Abb. in c. illud. num. 4. de iurep. Riccius vbi supra decis. 154.*

9 Quamuis autem verum sit Iuspar. transferri cum vniuersitate bonorū, attamen id non procedit, nec transit, quando rerum particularium, seu singularium dictæ vniuersitatis est necessaria specifica traditio. sicuti est quando venditur hæreditas. *l. quitibi. C. de hæredit. vel act. vend.* alioquin sequeretur, quòd in specie venderetur iuspatronatus contra *text. in cap. de iure. de iurep.* ita tenent *Paulus de Eleazaro Rofredus, & Barbosa*, quos refert, & sequitur *Lambert. d. quæst. 5. art. 15. & Emanuel Costa in cap. si pater. de testament. libro 6. verbo, trebellianica. num. 7. & Bonifat. deuitalinis in clem. plures. §. vlt. num. 12. de iurepat. & refert Garc. vbi supra num. 13. & 14. & sequitur Spin. in speculo testament. gloss. 4. num. 116. Soar. de relig. lib. 4. de simonia. cap. 28. num. 12. & 17. Ceneda ad decretal. collect. 5. nu. 2. Barbosa d. allegat. 71. num. 8.* nam hæres vendendo hæreditatem, non dicitur verè vendere hæreditatem, cum per ipsius aditionem desierit esse hęreditas, & sit effecta proprium ipsius patrimonium, & re vera tunc est venditio vniuersalis duntaxat respectu verborum, quæ resoluitur in singularitates, vt supra dictum est, quarè venditis dd. bonis
10 non intelligitur venditum iuspatronatus, quia esset contra *d. text. in c. de iure.* quo cauetur, ne iuspatronatus vendi possit. quod debet intelligi, quando iuspatronatus esset de per se, principale, & distinctum, seu personale; etenim si in hæreditate, seu bonis hæreditarijs esset villa, seu castrum, cui iuspatronatus
11 adhæreret, & esset annexum, tunc ratione villæ, seu castri accessoriè, & in consequentiam transiret iuspatr. in emptorem hæreditatis ex *d. capit. ex literis. & capit. cum seculum. de iurepat. vt rectè dicunt Lambert. & supracitati. Garc. vbi sup. num. 16. & Barbosa vbi sup. num. 8.* Item Iuspat. nō trāsit in venditione vniuersitatis, quando vēditor nil aliud habet quam iuspar. *Card. in c. ex literis q. 11. de iurep. Rocch. de Curt. de iurep. in verbo, ipse, vel is à quo quæst. 23. num. 42.*

His pręmissis, cum supra dictum sit, quando de acquirendo iurepatronatus locuti sumus, quòd numquam acquiri potest iuspatronatus nisi cum expresso Diœcesani consensu, & quādo iuspatronatus transfertur de vno in alium, ille, in quem transfertur, de nouo acquirit iuspatronatus, & ecclesia nouum recipit patronum, ideò necessariū est videre, an in talibus translationibus, quæ sæpissime fiunt, iste consensus Diœcesani requiratur.

Et primò si transferatur Iuspatronatus cum vniuersitate, puta ex hæreditate, in qua quis succedit, & trā-
12 sit in hæredem non vt hæredem, sed quia hæredem, & accessoriè, siue sit hæres suus, siue extraneus, siue succedat ex testamento, seu ab intestato. *clem. plures. de iurep. Ricc. in collectan. decis. par. 4. collect. 1025. Vgolin. de potest. episc. cap. 51. in princ. num. 6. Leo in praxi Archiepisc. par. 2. cap. 6. num. 25. Maranta in repet. l. is potest. num. 33. ff. de acq. hæredit.* vbi resoluit, quòd non potest filius renunciare hæreditati paternæ, & retine-

tinere, iuspat. ecclesiæ, immò tunc
13 perdit illud, nisi esset iusp. familiare
competens tantum illis de familia,
quia tunc satis est esse de tali fami-
lia. hinc curator datus hæreditati ia-
centi poterit præsentare ad benefi-
cium iurispatronatus d. hæreditatis.
Ricc. in decis. Cur. Archiepisc. Neapol.
p. 1. decis. 31. *Barbosa d. allegat.* 71.
num. 3.4.5. *&* 6. & tali casu non re-
quiritur consensus diæcesani, vt in
14 praxi quotidie videmus hæredes
præsẽtare ad beneficia vigore solius
successionis hæreditariæ. *d. c. ex li-*
teris. & d. capit. cum seculum. & ibi
15 *Abb. de Iurepat.* idem est si transfera-
tur ex venditione villæ, seu castri, in
quo sit annexum iuspat. quia acces-
soriè transfertur, ex supra dictis,
tunc enim transit accessoriè. *Card.*
Mantica decis. 140. *num.* 2. *Cardin.*
Tuscus vbi sup. conclus. 612. *in fine.*
16 Secundò si iuspatronatus princi-
paliter, & de per se transferatur in-
ter viuos ex contractu, vt ex dona-
tione, trãsferatur in ecclesiam, vel in
locum religiosum, tunc non requi-
ritur dictus cousensus. *cap. vnico de*
iurepat. lib. 6. *Abb. in cap. illud. n.* 4.
de iurepat. Stephan. Gratian. vbi sup.
d. cap. 177. *num.* 3. *Suoarez d. lib.* 4. *de*
simonia. cap. 28. *num.* 15. *Barbosa*
d. allegat. 71. *nu.* 11.
17 Tertiò, si iuspat. principaliter, & de
per se trãsferatur inter viuos ex con-
tractu, puta ex donatione in laicum,
tunc ex necessitate requiritur præ-
dictus Diœcesani consensus. *Cardin.*
Mantica decis. 86. *num.* 5. *Rot. Rom.*
decis. 517. *nu.* 3. *parte prima, tomo*
secundo in recentiorib. apud Farina-
cium Abb. in d. c. illud. num. 5. *de iure-*
pat. aliàs sine d. consensu non valet
Card. Seraphin decis. 884. *Borellus in*
summa omnium decis. tit. 32. *num.* 3.
18 Quartò, si iuspat. principaliter trãs-
feratur ex vltima voluntate, puta ex
titulo legati. tunc si legetur ecclesiæ,
non requiritur dictus consensus; ve-
rum si fiat laico, vel clerico recipien-
ti nomine proprio, requiritur dictus
consensus, quia legatum est donatio
19 quædam à defuncto relicta. *Institut.*
de legatis. in princ. ita Abb. in d. c. cum
seculum. num. 6. *& in d. cap. illud nu-*
mero 4. *de iurep.* idem dicendum est
20 si transferatur ex donatione causa
mortis, vel quacumque alia cessio-
ne, ex ijsdem rationibus. Ratio au-
tem, quare prædictus consensus re-
21 quiratur in huiusmodi translatione,
est, vt ordinarius aduertat, an inter-
uenerit labes simoniaca *Abb. in d. c.*
illud num. 6. vel quia sicuti in fun-
datione reseruatur iuspatronatus cũ
prædicto Diœcesani consensu ex gra-
tia, & ita laicus fit capax ipsius iu-
ripatronatus, sic in translatione per
dictum consensum inducitur dicta
capacitas in eum, in quem fit trans-
latio. *Lambertin. vbi supra libro* 1.
parte 2. *quæst.* 1. *art.* 4. non tamen
22 requiritur consensus Capituli copu-
latiuè cum consensu Episcopi. *Card.*
& alij in d. cap. illud. vbi faciunt mẽ-
tionem de solo Episcopi consensu, &
numquam fit mentio de consensu
Capituli, & quod lex non dicit, nec
nos dicere debemus [illegible]
23 Et est notandum, quòd aliquan-
do requiritur consensus alterius In-
ferioris habentis iura Episcopalia.
Abb. cons. 59. *&* 89. *num.* 1. *par.* 2.
24 vt est in Capitulo Primatialis eccle-
siæ Pisanæ habente iura episcopalia,
nam aliqui Canonicatus, & ferè om-
nes Capellaniæ prædictæ ecclesiæ,
& alia quedam beneficia curata in
Vrbe, & Diæcesi Pisana existentia
ad institutionem dicti Capituli per-
tinent, & quædam ad illius liberam
collationem, & in translatione iu-
rispatronatus dictorum beneficiorũ
Capitulum prædictum, tamquam in
hac parte ordinarius præstat con-
sensum, & ità ego cum sim Decanus
dictæ ecclesiæ, & de capitulo prædi-
cto vnus pluries votum meum dedi
cum alijs circa consensum talium.
Sed cogita, quia quando Sacri Ca-
nones loquuntur de præstando dicto
consensu, semper intelligunt de epi-
scopi

scopi consensu, non autem alterius, quod adeò est verum, quòd non potest Vicarius Episcopi talem consen-
25 sum præstare nisi ad hoc habeat speciale mandatum, & specialem auctoritatem. *Garc. vbi sup. de benefic. parte 5. cap. 9. num. 75.* Riccius *in dicta praxi rer. for. ecclesiast. decis. 469. Azorius institut. moral. par. 2. lib. 3.*
26 *cap. 45. in princ.* August. Barbosa *vbi supra allegat. 54. num. 74. & 75. & dixi sup. lib. 1. cap. 2. in vers. pro eo, quod de diœcesani consensu*, neque Capitulum Sede Episcopali Vacante donationem iurispatronatus potest confirmare *Stephan. Gratian. vbi supra cap. 303. num. 10. & sequentib. Calderin. autem cons. 4. de iurepatr.* quem refert Riccius *in praxi rer. for. eccles. decis. 180. num. 149.* tenet capitulum id posse, cum sit iurisdictionis; si tamen de facto Vicarius Episcopi d. consensum præstiterit,
27 præstabit titulum ad præscribendum. *Card. Seraphin. decis. 884. num. 2. Barbosa d. allegat. 71. num. 25.*
28 Qui consensus in prædictis translationibus requisitus semper debet esse expressus, cum ordinarius debeat indagare, an aliqua in simili translatione fraus interuenerit, aut labes simoniaca. ad notata in *d. cap.*
29 *illud.* nisi patronus absque dicto cōsensu fuerit ab ordinario sciēter admissus ad ea, quæ spectant ad patronum, tunc enim sufficit talis consensus tacitus. ita procedit dictum Cardinalis in *cap. cura. num. 3. de iurepatr.* & eo casu in dubio talis con-
30 sensus interuenisse præsumitur. & pariter si donatio iurispatronatus facta fuerit sine consensu episcopi, tamen dictus consensus ex legitima præscriptione, idest quadragenaria præsumitur. *d. cap. cura de iurepat.*
31 Item in donatione facta inter compatronos alicuius beneficij, puta Lelius habens partem iurispatronatus in ecclesia, eamdem donat Cosmo eiusdem ecclesiæ compatrono, & eo casu dicunt aliqui non requiri dictum consensum, quia verè non transfertur iuspatronatus tunc in nouam personam, sed in compatronum, qui iam est capax dicti iuripatronatus. *Verallus decis. 311. numero 1. parte 2.* Rota *in Recentioribus, apud Farinac. decis. 707. num. 4. parte prima, tomo 2.* Io. Andr. *in d. capit. ex insinuatione. de iurep. & ibi Abb. dicit id esse verius.* Campanil. *in diuersor. iur. canon. cap. 13. num. 368.* Azor. *vbi supra parte 2. cap. 20. quæstione 6.* non tamen filio compatroni potest fieri donatio iurispatronatus sine dicto consensu viuente patre *Barbosa d. allegat. 71. num. 28. & 29.* tutius tamen est etiam tali casu dictum consensum adhibere, vt omnis suspicio euitetur, nam vidi in simili casu donationem vnius fratris factam alteri fratri compatrono, addita hac causa, propter benemerita, & quia non adfuit dictus consensus, dubium fuit de aliqua suspicione, quæ non ad fuisset, si cum d.
32 consensu esset facta; si autem pater patronus donet iuspatronatus filio suo, requiritur Episcopi consensus, quia viuente patre filius non est patronus. ita Stephan. Gratianus *vbi supra cap. 577. nu. 37.*

Idem est, si fiat donatio iurispa-
33 tronatus ab vna ecclesia alteri ecclesiæ, tunc enim requiritur dictus consensus, & ea tunc est ratio, quia non potest alienare sine dicto consensu, immo requiritur Papæ consensus argumento *cap. ambitiosè, de reb. eccles. non alienan. in extrauagant. & c. sine exceptione. 12. quæst. 2.* & fuit dictum in *Bracaren. iurispatronatus de Padornello.* Die Veneris 7. *Maij* 1599. *coram* Cardin. *Seraph. vt infra.*

Fuit resolutum non constare de iurepatronatus Illustr. Domini Marchionis. Illud enim prætenditur competere ex donatione illi facta à monasterio de anno 1558. in qua enunciatur consensus D. Andreæ de Norogna tunc dicti monasterij Commendatarij; Verum cum bona eccle-

siæ

siæ non possint sine causa alienari,& maximè transferendo iuspatronatus ecclesiasticum in personam laicam, non valuit talis donatio, cum non fuerit facta cum debitis solemnitatibus, & ex causa euidentis vtilitatis, nec intercessit persona legitima Abbatis, cum tunc ille esset Commendatarius, non autem Abbas, neque de consensu aliter apparet, quàm ex assertione Prioris. Nec suffragatur confirmatio expedita per pœnitentiariam, quia cum non constet de dicto consensu, nec stetur assertioni illius, qui actum facere non potuit, *ad Bart. in l. si forte. num. 5. de castr. pecul. Alex. in cons. 17. au. 5. & 6. lib. 4.* Vtique confirmatio in forma communi non suffragatur, cum sine consensu Abbatis non potuerint distrahi iura monasterij. *c. Abbatibus. 12. qu. 2. c. in venditionibus. 17. q. 4.* nec Commendatarius potuit donare, *c. sine exceptione. 12. quæst. 2.* Prętereà ex dispositione sacri Concilij Tridentini iuspatronatus debet esse ex fundatione & dotatione; & ideò in personam Marchionis non potest esse nisi ex priuilegio, vt Congregatio sacri Concilij censuit; & ideò censetur sublatum, per eiusdem Concilij dispositionem, *sess. 24. c. 9.* Et ita conclusum.

Ex tali aũt translatione ecclesiæ transfertur tantum iuspatr. non aũt transferuntur temporalia dictę ecclesiæ. *de quo Abb. in dicto cap. illud. n. 9. gloss. in c. nemini. 16. quæst. 7. & in cap. nullus. in verbo, ecclesiam. de iurepatr.*

34 Cum autem dictum sit, quòd rerequiritur consensus Episcopi, & Diœcesani, intelligitur de Episcopo, & Diœcesano, in cuius Diœcesi sita est ecclesia per *c. nemo. de consecrat. dist. 1. c. omnes Basilica. 16. q. 7. & facit d. capit. nullus.* & ita communiter

35 seruatur. Verum si donatio iurispatronatus fiat ipsi ecclesię patronatæ, tunc prædicta ecclesia fit libera. *gloss. in d. cap. vnico. de iurepat. lib. 6. cap. si quis in atrio. 17. q. 4. cap. significauit. de testibus. Abb. in cap. quia clerici. iurepatr.*

Verum cum certum sit requiri pte dictum consensum in translatione iurispatronatus, necesse est videre quando, & quo tempore adhibẽdus sit,

36 Et scias, quòd vbi consensus in aliquo actu requiritur, sufficit regulariter, quòd quandocumq. præstetur, cum actus semper sit validus, siue dictus consensus præcedat, siue sequatur. *Tiraquell. de iure primog. gloss. 6. à num. 1. Flaminius Paris. de resignat. benefic. lib. 8. q. 8. nu. 105. Cald. Pereira de extinct. emphyt. cap. 11. n. 7. Barbosa d. allegat. 71. n. 19.*

37 Et si donatio fiat ecclesiæ per laicum detentorem, tunc Episcopi consensus potest interuenire post ipsam donationem, eamq. validabit. *cap. cura. & cap. suggestum. de iurepatr. & etiam post mortẽ donatoris.* sed quando de laico in laicum transfertur ius-

38 patronatus, quamuis sit inter Doctores controuersia, nihilominus cõmuniter seruatur, quòd consensus episcopi ex post facto possit adhiberi, & actus valeat. *Abb. in d. cura. & in d. cap. suggestum. & in sua disputat. incipien. Augerio. Rota Roman. in antiquis. decis. 17. de iurepat. Campanil. in d. diuersor. iur. canon. rubr. 11. capit. 13. num. 361. Flam. paris. vbi sup. lib. 8. quæst. 10. num. 7. & 8. Menoch. de præsumptionib. lib. 6. quæst. 34. numero 14. cum sequentib. Barbosa d. allegat. 71. num. 18.* qui consensus post

39 mortem testatoris, vel donatoris nõ potest interuenire, neque dictam translationem validat in præiudiciũ. hæredis. *Abb. in d. disput. Augerio. & in d. cap. cum seculum. de iurepat. latè Lambertin. de iurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 17. vbi num. 15.* affirmat se vidisse ita seruari, & iudicari. sed in legato iurispatronatus potest post

40 mortem testatoris dictus consensus interuenire stante dicta decisione Abbatis. *ita Rocch. de Curte de iure pat.*

Google

pat. in verbo, ipse, vel is, à quo.quæst. 7.*num.* 15. quia in vita testatoris d. consensus haberi non poterat, cum legatum sit relictum in testamento, quod morte confirmatur. & si fiat
41 præsentatio ab illo, cui facta est donatio iurispatronatis ante præstitum dictum consensum ab Episcopo, erit nulla. *Calderin.cons.6. de iurepat.Riccius in praxi vbi sup. d. decis.* 180. *num.* 150.
42 Sed aduertendum est, quòd si in instrumento donationis iurispat. donator iurauerit se donationem habiturum firmam, ratam, & irreuocabiliter donauerit, quia hoc casu vi iuramenti d. instrumentum habet paratam executionem. *Bart.in l.2. vbi Bald.Alex. &* Iason.*ff.de iureiur.* latè *Seraph. de priuil.iuramenti.priuil.*77.
43 *nu.*2. immo iuramentum validat donationem omnium bonorum saltem præsentium, quia donãs videtur voluisse valere omni meliori modo. *Salicet.in l.vlt.C.de pactis.per textum in l.sancimus. C. de donat.* sequitur *Aret.cons.*54. *ad finem. Ruinus cons.* 51.*in fine.vol.*1. *Corneus cons.*252. *col.*3.*vol.*3. *Soccin.iunior cons.*65.*nu.* 50. *& cons.*143. *nu.*37. *vol.*1. *Cravetta cons.*139. *Gratus lib.*1. *responso* 70.*nu.*25. *& seq. Seraphin. vbi sup.* latissimè *priuil.*107.*nu.*3. *& seq.Cardin.Mantica de tac. & ambig. conu. lib.*13.*tit.*27. & in tantum iuramen-
44 tum operatur, vt si donans iurauerit numquam reuocare talem donationem ex quauis causa ingratitudinis, quòd iuramentum operatur vt ex ingratitudine nequeat reuocari. *Seraphin. vbi sup. priuil.* 108. quod declata vt per *Cardin. Manticam vbi sup. tit.*41. *præsertim nu.*15. ideoq. si in donatione iurispat. sit appositum iuramentum, quod instrumento vires addit, non video, cur stante donatione iurata non possit præstari consensus ab Episcopo super tali donatione etiam post mortem ipsius donantis, præsertim cum hæres repræsentet personam defuncti, & iurisdictione defunctus, & hæres vna, eademq. persona videatur, & factum à defuncto sit ab hærede seruandum, & nemo possit venire contra factum proprium, quod esset, si hæres veniret contra donationem factam à defuncto testatore, cuius est hæres.
45 Insuper si iuspatronatus sit legatum, vel donatum alteri, & ante præstitum dictum Episcopi consensum moriatur testator, aut donator, tunc si legatarius donat iuspatronatus ecclesiæ, & hæres alteri ecclesiæ, quo casu non requiritur Episcopi consensus, tunc attendi debet donatio hæredis per supradicta.

Concurrentibus autem pluribus diuersis donationibus de vno, eo-
46 demq. iurepatronatus, illa attenditur, quæ habet Episcopi consensum. ita in *d. cap. suggestum. de iurepatr.* & si duobus separatim sit facta donatio, & in qualibet adsit dictus cõsensus, prima tenet, & est valida.
47 Si autem patronus donauerit iuspat. vni sine dicto consensu, poterit alij donare cum dicto consensu, & hæc secunda donatio erit valida, quod videtur sentire. *Abb. in d. cap. suggestum.nu.*1. *&* 2. & facit *text.in cap. continebatur. de his, quæ fiunt à Prælat. &c. & in cap. illud. de iurepatr.* faciunt dicta per *Felin. in cap. ex tenore. col.* 2. *de rescript.* etenim non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. *cap. non præstat. de reg.iur.lib.*6.
48 Si autem Diœcesanus, seu Superior nolit consensum suum præstare super tali iurispatronatus translatione, sine iusta causa, & rationabili, potest adiri eiusdem diœcesani superior, qui eum compellat ad consentiendum, vel ipse superior consensum præstabit. ita in *d.cap.nullus.* & ibi *Abb. de iurepat. Io. Aloys. Riccius vbi sup. in d. praxi rer. for.eccl. decis.*170.*nu.*152. Qui consensus si-
49 cut requiritur in limine fundationis. *c. nemo. de consecrat. dist.* 1. & in acquisitione iurispatronatus. *cap. nobis.*

bis. de iurepat. item & quando in limine creationis beneficij apponitur conditio contra ius commune. iuxta textum iuncta *gloss. in cap. cum dilectus. de consuetudine.* ita dictus cōsensus requiritur, quando de vno in alium iuspatronatus transfertur. *cap. quòd autem.* & *cap. illud. de iurepat.*

50 & super huiusmodi consensibus in prædictis casibus potest cōpelli diœcesanus, non autem compelli potest, quando quis velit dotare ecclesiam iam fundatam inuito Episcopo, qui non potest compelli ad dictum consensum præstandum, cum hoc prouenit ex priuilegio ipsius Episcopi, qui Episcopus si compellatur à suo Superiore, poterit adire Superiorem dicti Superioris compellentis, vt si Episcopus compellatur à suo Metropolitano, poterit recurrere ad Summum Pontificem. quem textum *in d. cap. nullus.* declara vt per *Lambertinum vbi sup. art.* 20. & casu, quo

51 Episcopus nolit consentire donationi factæ de aliquo iurepatronatus, iuspatronatus remanebit penes donantem, eiusq. hæredem. *Cardin. in cap. cum seculum. quæst.* 4. *in fine. de iurepat.*

52 Et est sciendum, quòd in materia translationis iurispatronatus, dictum iuspatronatus incipit competere hæredi extraneo à die aditæ hæreditatis, hæredi autem suo à die, quo se hæreditati immiscuit. Et si casus

53 eueniat, quo præsentatio sit facienda, & hæres nondum sit natus, sed posthumus expectetur, & venter sit prægnans, & tunc quia posthumus habetur pro iam nato, quando de eius commodo agitur. *l. qui in vtero. ff. de statu hominum.* tunc à iudice competenti dato curatore, ab eodem curatore fiet præsentatio, cū de posthumi commodo agatur, vt conseruetur in sua quasi possessione

54 præsentandi, sed quid si posthumus non nascatur, sed fiat abortus, præsentatio prædicta facta à dicto curatore erit valida! si iam secuta sit institutio, tenebit ex *reg. legis, patre furioso. ff. de his, qui sui, vel al. iur. su.* multa facta tenent; sed si non sit facta institutio, & duret tempus datū ad præsentandum, poterit successor in d. iurepar. alium præsentare.

Prædictorum occasione insurgit pulchra facti species. Antonius decessit relictis ex se, & D. Maria eius vxore, filijs Paulo, Vincentio, Simone, Cosmo, sororibus Catharina, & Francisca monialibus, & à D. Rainerio eorumdem filiorum auo materno fuit relictum fideicommissum in personam Pauli, eiq. decedenti sine filijs masculis, substituit Vincentium, eiq. sine filijs masculis pariter decedenti substituit, & vocauit masculum ex dictis Antonio, & Maria nasciturum, qui fuit Simon. dictum fideicommissum peruenit in Vincentium, qui obijt relicta Cassandra eius vxore prægnante, & fuit tunc data bonorum possessio ventris nomine, & relicto d. Simone ad fideicommissum vocato, qui post Vincentium superuixit per 40. dies, & obijt, & antea obierat etiam Cosmus, d. Cassandra adhuc prægnante, quæ postea peperit filiam, & sic nullo existente masculo fideicommissum euanuit, & cum à Statuto Pisano æqualiter vocentur ad fratris hæreditatem, tàm sorores, quàm filiæ alterius fratris, monasterium, in quo erant professæ dd. moniales hæreditatem d. Simonis adierunt, & Vincentij, quatenus opus esset, & egit coram Vincentio Pis. contra filiam d. Vincentij petendo medietatem bonorum, & iutium in hæreditate Simonis remansorum, in qua hæreditate aderant multa iurapatronatus. quæritur quid iuris.

Et primò videbatur dicendū omnia bona pertinere ad filiam d. Vincentij.

Primo, quia cum d. Simon non adierit hæreditatem, dictumq. fideicommissum non acceptauerit, nullo modo potuit ad alios, & ad illas sorores transmittere, quia hæreditas

non adita non transmittitur. *l. emancipata. C. qui admitti*.

Secundò, quia d. fideicommissum fuit sub conditione relictum Simoni, si Vincentius frater decesserit sine filijs masculis, quæ verba conditionē important casualem, vt illa, si nauis ex Asia venerit. *Bars. cons. vnico. Coll. Bon.* post eius *decis. nu.* 114. *Decian. cons.* 129. *nu.* 21. *&* 29. *lib.* 3. *Paris.* optimè *cons.* 18. *nu.* 2. *&* 3. *&* *nu.* 16. *&* 17. *lib.* 2. *text. optimus in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. l. ex facto. §. vlt. ff. ad trebell. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump.* 201. *nu.* 67. *&* 68, & decedente fideicommissario conditione pendente, nihil ad hæredes transmittitur, sed apud grauatum remanet, & in eius hæreditate ita in *l. vnica. §. sin autem. C. de caduc. toll.* ibi, *spectare oportet conditionis euentum, vt tunc cedat, cum vel conditio impleatur*; & ibi, *quod si in medio is, qui ex testamento lucrum consecuturus est, decesserit*. ex quo receptissima deducitur conclusio, quòd decedente fideicommissario pendente cōditione nihil ad hæredes transmittit suos, vt latè exornat *Gabriel tit. de hæredib. instit. conclus.* 2. *nu.* 1. *&* 2. *Decian. d. cons.* 129. *nu.* 29. *lib.* 3. deducitur insuper ex *l. huiusmodi* 13. *ff. quando di. leg. ce.* vbi in relicto sub cōtrarijs, siue nauis ex Asia venerit, siue non, non transmittitur legatum, si legatarius decesserit antequam constiterit de adimplemento, vel defectu conditionis. *l. cū ita legatum*. 16. *l.* 14. *vers. argumentum. ff. quādo di. leg. ce. Alex. cons.* 250. *nu.* 2. *lib.* 6. Decian. *d. cons.* 129. *n.* 32. 33. *Paris. d. cons.* 18. *nu.* 66. *&* 69. latè Boer. *decis.* 354. *nu.* 13. *Peregrin. de fideicomm. art.* 31. *num.* 6. *&* 17. *post med. Caphal. cons.* 37. *nu.* 1. 2. 3. *lib.* 1. *Caballus cons.* 136. *nu.* 6. *lib.* 1. *Marescott. variar. resol. lib.* 2. *c.* 31. *num.* 1. *Menoch. vbi sup. præsumpt.* 201. *nu.* 71. *Card. Mantica de con. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 20. *nu.* 4.

Tertiò, magis in specie est text. celebris in *l.* 157. *ff. de reg. iur.* in illis verbis, *siquis prægnantem vxorem reliquerit, non videtur sine liberis decessisse*, vbi *Dec. & Cagnol. latius nu. vlt.* in simili facti specie concludit cum Anchar. & alijs, non transmitti fideicommissum relictum sub conditione, si absque filijs decesserit, dum fideicommissarius decedit pendente natiuitate posthumi, & ventre prægnante. *Caphal. cons.* 529. *nu.* 9. *lib.* 4. est etiam tex optimus, & expressus in *l. iubemus. §. sin autem. C. ad trebell. vbi gloss. Castrens.* & cōmuniter *Doct. l. vlt. ff. de vētre inspic. Costa in c. si pater. verbo, si absq. liberis. de testament. lib.* 6.

Quartò est *text. in l. ventre præterito. ff. de acq. hæredit.* à speciali, dum in filio instituto suo hærede cōcedit transmissionem, si ipse pendente natiuitate posthumi decesserit, quia in vtroque casu, siue nasceretur, siue nō, semper succedere debebat, igitur secus dicendum erit, si institutus fuisset extraneus, vel ille, qui nato posthumo excluderetur ad *textum in l. is, qui hæres. in princ. vers. cæterum. ff. de acq. hæredit.* & per *Bart. ibi*. qui asserit ita consuluisse ad exclusionem transmissionis decedente agnato, pendente posthumi natiuitate, optimè ibi *Castrens. nu.* 8. *vers. nam si non erat, vbi quòd non datur transmissio, quoties ille, qui decedit ventre prægnante, in omnem euentum non erat habiturus hæreditatem*, & infra *vers. item, vbi non erat delata hæreditas, non tamen contingit negotium culpa testatoris, quia conditio pendebat*.

Nec negocium facit, si quis dixerit hæc rectè procedere, dum postea nascitur masculus, non autem vbi fœmina fuit nata, quæ non facit deficere conditionē, si absque filijs &c. & ex vi retrotractionis ius acquiritur sororibus istis domini Simonis.

Quia respondetur primo, in vltimis voluntatibus non dari retrotractionem conditionum, sicut in contracti-

tractibus *arg. tex. in l. 1. §. serui. ff. ad syllanian. Surd. cons.* 403. *num.* 47. & propterea inspicitur status negocij ad transmissionem tempore obitus grauati ex *l. si post.* 5. *ff. quando dies leg. ced.* vbi quòd ad transmissionem requiritur, vt ante mortem grauati prius conditio sit adimpleta. *d. l. vnica. §. sin autem. vers. quod si*.

Respondetur secundo, quòd ante conditionis euentum non potest dici fideicommissum conditionale fuisse collatum in fideicommissarium. *l.* 1. *ff. de reg. catonian. Alex. in l. ita tamen. §. qui suspectam. nu.* 6. *ff. ad trebell.* & post conditionis euentum non potest dici sibi videri datum, quia non est in rerum natura. *Eugen. cons.* 61. *nu.* 3. & 4. *Peregrin. vbi sup. art.* 31. *nu.* 7. *vers. vt est*. vbi hanc adducit rationem regulæ supradeductæ exclusiuæ transmissionis.

Respondetur tertio, si adimplementum conditionis eueniens post mortem fideicommissarij retrotraheretur ad fauorem hæredum eius, sine dubio corruerent, & de nihilo seruirent leges supradeductæ in tribus fundamentis, quibus communiter ab omnibus est receptum, requiri conditionis adimplementum ante mortem fideicommissarij, & deficere relictum, si ipse decedat pendente conditione. tandem ad hanc rem optima est doctrina *Baldi cons.* 132. *col.* 2. *vers. praeterea. lib.* 2. de qua *Honded. cons.* 16. *num.* 46. *ad finem*, quòd idem operatur ad impediendã transmissionem suspensiua dilatio, quòd operatur perpetuum obstaculum. ex *l. si quis in graue. §. vlt. ff. ad syllanian. iunctis ibi not. per Bart.* [illegible]

His tamen non obstantibus fuit per sententiam duorum Iurisperitorum decisum contrarium, idest medietatem omnium bonorum spectare ad præfatum monasterium.

Nec obstant in contrarium adducta, nam omnia ex infrascriptis responsionibus tolluntur, ex quibus apparebunt fundamenta talis decisionis. nam

Ad primum respondetur, illud esse verum in hæreditate, secus in fideicommisso, in quo, si est purè relictũ à die mortis testatoris, & etiam ante aditam hæreditatem cedit dies relicti, & ex tunc fideicommissum ei acquiritur quoad effectũ transmissionis ad hæredes. *d. l. si post diem. ff. quando di. leg. ced. d. l. vnica. §. cum igitur. C. de cad. toll.* & ideo fideicommissarius licèt vniuersalis decedens ante agnitum fideicommissum, illud agnoscendum transmittit ad suos hæredes. *d. l. vnica. §. in nouissimo. & §. sed haec quidem. & l. cogi. §. idem metianus. & l. postulante. in princ. ff. ad trebell. l. à testatore. ff. de cond. & demonst. & l.* 3. *C. de fideicomm. Bart. in l. cum filiofam. nu.* 12. & 13. *ff. de legat.* 1. & ibi sequitur communiter Doct. *Dec. cons.* 478. *col.* 2. & *cons.* 490. *col. vlt. Soc. iun. cons.* 129. *nu.* 15. *Natta cons.* 471. *nu.* 14. *Roland. a Valle cons.* 46. *nu.* 14. & in hoc differt fideicommissaria hæreditas ab hæreditate directa, quæ licèt sit delata, si tamen non sit adita non transmittitur. *Peregrin. vbi sup. art.* 22. *nu.* 3.

Ad secundum respondetur fatendo regulariter conditionale fideicõmissum non transmitti pendente cõditione, & sic cum D. Simon obierit stante ventre prægnante, & pendente conditione illud non potuit transmittere.

Attamen d. regula multas patitur limitationes, cum in multis casibus conditionale fideicommissum etiam transmittatur. & [illegible]

Primo, si ex voluntate testatoris tacita, vel expressa colligeretur trãsmissio, quia testator potest facere transmissibile, quòd aliàs transmitti non poterat. *Peregrin. vbi sup. art.* 31. *nu.* 9. sed in casu nostro, si spes fideicommissi non transmitteretur, hæreditas, & fideicommissum transiret ad fœminas, & Simon masculus fuisset exclusus, quòd est contra mani-

nifestam mentem testatoris, nam & in casu suo masculi erant instituti, & in conditione positi.

Item conditio illa, & casu quo Vincentius obierit sine filijs, instituo filium natum, seu nasciturum, suspendit quidem actionem ad fideicõmissum, sed non transmisionem, ad *tex. in l. si dies. §. vlt. ff. quando di. leg. cē.* idem est, si relinquatur à substituto per pupillarem sub conditione, si pupillus decesserit in pupillari ætate, nam talis conditio non impedit transmisionem. *l. hæredis aditio. ff. quando di. leg. ce. Cardin. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 5. nu. 4.* & facit *text. in l. qui parti. ff. de acq. hæredit.* vbi hæres substitutus pupillo transmittit pupillarem substitutionem, quamuis cõditionaliter sit substitutus. *Pereg. vbi prox. nu. 23.*

Accedunt in casu nostro vrgentissimæ coniecturæ, quibus testator videtur voluisse habere locum transmisionem, quarum

Prima est, quia si testator fuisset interrogatus, ita verisimiliter respondisset ad *gloss. in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact.* quia suæ agnationi prouidit, præcipiendo, quòd isti vocati denominarentur de sua familia, & expressit, quòd vnus alteri succedat. *Card. Mantic. d. tit. 20. nu. 23.*

Secunda est, quia fecit plures gradus substitutionum, quo casu, si grauatus sine filijs decesserit, ad substitutum spem fideicommissi transmittit. *Card. Mant. vbi prox. nu. 24.*

Accedit, quòd in hoc casu, si trãsmissio locum non haberet, ad extraneos bona deuoluerentur, & ad non vocatos à testatore, quæ coniecturæ ex d. testamento colliguntur.

Tertia est coniectura, quia ex d. testamento apparet testatorem prædilexisse nepotes masculos ex filia priusquam extraneos, quòd si non haberet locum transmissio, sequeretur absurdum, quòd extranei minus dilecti honorabilius tractarentur, & succederent excluso vocato. faciunt dicta per *Decian. d. conf. 129. nu. 23. & seqq.* vnde potens coniectura succedit pro transmissione, scilicet, quia melior fieret conditio minus dilecti, & peior magis dilecti. *Ias. conf. 52. col. fin.* de communi *Marzarius conf. 51. nu. 7. Gabriel conclus. 2. nu. 22. lib. 4. de hæredib. instit. Crassus recept. sent. de successionib. tàm ex testamento, quàm ab intestato. art. transmissio. q. 28. nu. 10.*

Item, quòd fideicommissum conditionale transmittatur ex coniecturata mente testatoris fuit decisum in *Rota decis. 380. in recentiorib. p. 2. vbi nu. 4.* vna ponitur coniectura, nempe, quòd testator filios suæ filiæ vocauit successiuè, & ex tali commemoratione colligitur affectio testatoris, & voluntas transmissionis. *Gabr. d. concl. 2. nu. 25. Honded. conf. 70. nu. 33. lib. 1. ibiq. nu. 7. in d. dec. 380.* consideratur, quod testator fecit plures gradus substitutionum, quæ coniecturæ simul iunctæ debent sufficere pro transmissione. *Paris. conf. 66. nu. 79. lib. 3. Card. Mant. d. tit. 20. nu. 16. ad finem.* accedit alia coniectura posita in *decis. 59. d. p. 2. nu. 3. in recentiorib.* nempe, quia d. testatori dicti Vincentius, Simon, & Cosmus nati ex filia sua æqualiter successuri erant ab intestato, & ideo præsumitur testator se voluisse conformare cum dispositione iuris communis. *l. gallus. §. quidam rectè, cum ibi not. ff. de lib. & posth. Alex. conf. 55. nu. 2. lib. 4. Socc. iun. conf. 63. lib. 4.* & fideicommissum extenditur de persona ad personam, quando aliàs sequeretur absurdum. vt per *Ias. conf. 148. col. 3. vol. 2. Surd. decis. 319. nu. 11.* ea ratione, ne remotiores, & minus dilecti sint meliotis conditionis, quàm proximiores, & prædilecti.

Nec dicatur, non esse quærendum de transmissione, vbi facta est substitutio, quia respondetur, forsan vtilius esse succedere ex transmissione, quàm ex substitutione. *Laderchius conf. 142. nu. 6. vers. nec dicatur.*

Ex

Ex quibus satis remanet probatum, fideicommissum conditionale etiam transmitti, & sic non obstare secundum fundamentum.

Ad tertiũ deductum ex *l.147.ff.de reg.iur.*Respondeo *Cagnolum ibid.in fine* hunc præsupponere casum, quotiescumque is, qui putatur, vel præsumitur esse in ventre, si nasceretur, omnes excluderet prætendentes ius in hæreditate, & impedit aditionem hæreditatis, quamdiù incertum est, an nascatur, nascive possit. *l.antiqui. l.illud. §.quod dicitur. ff.si pars hæredit. pet.* & sic supponit *Cagnol.* quòd siue masculus, siue fœmina nasceretur, semper omnes alios excluderet, quòd non est in casu nostro, in quo simon excludebatur per filij masculi natiuitatem dumtaxat.

Ad quartum ex *d.l.ventre*, ibi habere locum transmisionem, quia siue nasceretur, siue non nasceretur posthumus, filius hæres esse debebat.

Respondetur, nõ obstare casui nostro, in quo ex coniecturis supra adductis locum habet transmisio, pariq. ratione ce[illegible]t quod dicitur, fideicommissum c[illegible]nditionale nõ posse dici collatum in [illegible]commissariũ ante conditionis euentum, nam hoc cessat præsupposita, & stante transmisione ex supradictis; vel illud esse verum pendente posthumi natiuitate, si decedat agnatus, non transmittit illud ius, quia id potest procedere ab intestato, secus in casu nostro, in quo adest dispositio testatoris, qua vocatus transmittere potuit.

Quòd autem in vltimis voluntatibus non detur retrotractio conditionum, sicut in contractibus. *arg.l.1. §.serui.ff.ad Syllanian.*

Respondetur, quòd ibi serui sunt sub conditione legati, & interim, idest, medio tempore, & conditione pendente sunt ipsius hæredis, sed in casu nostro data transmisione, quãuis venter in medio extaret prægnans, & in possessione ventris nomine maneret curator. *ex l.1.ff.de ventre in poss. mitt.* attamen dominium bonorum erat in suspenso, donec partus nasceretur, adeout in casu nostro non dicitur retrotrahi cõditio, sed quòd stat in pendenti propter prægnantiam ventris. vt in simili dicit *Peregrin.d.art.31.num.23.* de conditionibus legalibus, quæ non impediũt legati transmisionem, sed suspendunt actionem ad illud petendum.

Et ex his fuit conclusum, & decisum, cum ad hæreditatem d. Simonis quatuor personæ sint vocatæ à Statuto Pisano, idest, dictæ duæ moniales, & monasterium, filia posthuma d. Vincentij, & Flammetta filia d. Pauli, medietatem omnium bonorum, & iurium d. Simonis tàm hæreditariorum, quàm fideicommissariorum vnà cũ iurepatronatus quorumdam beneficiorum, spectare ad d. monasterium, & aliam medietatẽ ad dictas Flammettam, & posthumam. & ita post decisionem fuit facta executio concorditer inter partes prædictas.

Et cũ hic agatur de curatore, obiter videamus, an datio curatoris spectet ad Ordinarium an ad delegatũ, & in facto habui de anno 1626. nam cum mihi fuisset à Sanctiss. D. N. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. delegata quędam causa super validitate, seu inualiditate certæ concessionis liuellariæ bonorum inter N. clericũ Pis. diœcesis, & N. clericum eiusdẽ diœces. emanatis literis citatorijs comparuit quidam consanguineus d. clerici, & exposuit d. clericum esse mentecaptum, & egere curatore, &c. ideo d. laicus actor petijt, vt ego d. clerico curatorem decernerem; dubitatum fuit, an talis datio curatoris ad me vti delegatum spectaret, an autem ad D. Vicarium Ordinarium.

Et prima fronte videbatur dicendum ad d. Vicarium id pertinere ex *§.1. Inst. de curatorib.* & ex doctrina *Innoc.in c.petitio. nu.2.in fine.de procur.*

cur. vbi ait, quòd curator siue generalis, siue ad litē tātū datur auctoritate iudicis ordinarij, nō delegati, quia est mixti imperij. §. 2. *Instit. de attil. tut. l. muto. §. tutoris. ff. de tutel. l. nec mādāte. 8. ff. de tut. & cur. dat. ab his*. His tamen non obstantibus contrarium fuit resolutum, nempè id spectare ad delegatum, Primo ex *doctrina Aretini in d. §. 1. num. 3.* vbi dicit dictum Innocentij non procedere quando lis coram delegato mouetur, quia tunc delegatus in d. lite curatorem dare poterit.

Secundò ex *l. vltima §. 1. C. de admit. tut. ibi,* sancimus continuò curatorem ei in competenti iudicio ordinari, cura, & prouisione tàm iudicis, sub quo lis vertitur, quàm cognatorum, &c. sed in casu nostro est lis coram delegato, ergo ab eo curator est dandus.

Tertiò ex Bart. *in d. l. vlt. §. 1.* qui ait, quòd de curatore dando liti, non est dubium, quòd potest dari auctoritate iudicis, qui præest liti.

Quartò ex *Mar. Soccin. c. si quis clericus. numero 23. de for. compet. fol. mihi* 77. vbi si clericus litem habeat coram iudice seculari, & indigeat curatore, ei datur à iudice seculari, quia curator non potest dari, nisi ab eo, coram quo lis est.

Quintò ex *c. vlt. de iudic. lib. 6. ibi,* delegatus etiam apostolicæ sedis, & subdelegatus ab eo tibi curatorem dare valeant, vel auctoritatem constituendi procuratorem præstare ad illas causas, vel lites duntaxat, quæ coram ipsis fuerint ventilandæ, & idem est in furioso, & mente capto circa dationem curatoris, quod est in pupillo, & minore, *Specul. de libell. oblat. §. iam nunc. versic. porrò. Mar. Socc. c. 1. de libell. obl. n. 137. fol. 145.*

Sextò ex doctrina *Anchar. in d. c. vlt. de iud. lib. 6. num. 4. vers. 8. not. & ibi Gemin. n. 3.* qui dicunt opinionem Innocentij esse reprobatam, & per *d. textum, vt ait Io. Andr.* est sopita quæstio quantum ad curatorem dandum à delegato, quam formauit *Specul. tit. de cur. §. vlt. vers. quid si volens*; ea ratione potest id delegatus à Papa, vt per *Geminian. ibi numero* 4. quia delegato videntur ea omnia concessa, sine quibus causa expediri non potest. *c. præterea. de off. deleg. gloss. in d. c. vlt. verbo, ventilandæ.* ad causam autem pertinet, quòd persona legitima in causa cōpareat. *l. in vniuersis. C. qui dar. tut. vel cur.*

Septimò ex doctrina *Alex. in in l. 1. num. 21. & ibi Castrens. num. 5. ff. de iurisd. om. iud. & Specul. de curat. in princ.* qui aiunt delegatum posse dare curatorem ad litem coram se motam; & habetur apud Afflictum *dec. 262.* vbi fuit datus curator liti pro infante à iudice delegato.

Et ita fuit conclusum delegatum in causa prædicta posse dare curatorem dicto clerico mente capto, cum quo lis erat.

55 Quando autē Iuspatronatus transfertur titulo particulari, tunc iuspat. incipit competere à die præstiti consensus ab episcopo per supradicta, & si plures sint hæredes, vel plures donatarij, omnes sunt patroni insolidum. *cap. 1. & ibi gloss. de iurepatr.* cum iuspatronatus sit quid indiuiduum, & indiuisibile, vt dixi *supra lib. 1. cap. 2.*

56 Quomodo autem cadat diuisio in iurepatronatus, vide *Lambertin. vbi supra lib. 1. par. 2. quæst. 2. princ. artic. 36.* quod procedit, etiamsi sint successores inæqualiter in hæreditate vel donatione. *Doct. & præsertim Card. in clem. plures. & ibi gloss. de iurepat.* & hæc est communis opinio, quæ non procedit, vbi viget cō-

57 suetudo, vt iuspatronatus diuidatur quoad præsentationem per vncias. *Cardin. in cap. 1. quæst. 2. de iurep.* quia habens plures vncias, plures habebit partes vocum iurispatronatus, vt est, vbi Iuspatronatus ex antiquissima consuetudine diuiditur in duodecim vncias, & aliquando in vigintiquatuor, & præsētatus à maiori

iori parte obtinet institutionem.

58 Quod Iuspatronatus trāsit in hęredes per stirpes, non per capita. *dicta clem. plures. de iurepat.* vbi si duo sint fratres, & vnus frater habet vnum filium, alius frater duos filios, tantū habebit iuspatronatus ille vnus, quātum illi duo. *vide Zecchium de benefic. & pens. cap.12. num.6. vers. quo vero ad translationem.* Tiraquell. *de iure primog. quæst.36. num.3.* Gonzal. *in comment. ad Regulam octauam Cancell. gloss.45. num.61. Ceneda ad sextum collectan.7. num.1. Garc. de benefic. parte 5. cap.9. num.143. August.* Barbosa *vbi supra de off. & pot. episc. parte 3. allegat.72. num.70. Riccius vbi supra in d. praxi rer. for. eccl. decis. 210. & in collectan. 1733. & in decis. cur.* Archiep. Neapol. *decis.120 nu. 120. num.1. parte 2.*

59 Et quando, seu quomodo cognoscatur, an sit facienda præsentatio per stirpes, seu per capita docet latè *Stephan. Gratian. disceptat. forens. capit.521. per totum. & Cardin. in dicta clem. plures, quæst.2.* dicit illud supradictum procedere, quando sunt plures patroni, sed quando vnus est patronus dumtaxat, & moritur relictis post se pluribus filijs, & hæredi-
60 bus, tales filij succedunt in capita, quia tunc non adest præiudicium alterius compatroni, sed postea filij dictorum filiorum succedent in stirpes, vt si erant tres filij, Petrus, Antonius, & Franciscus. Petrus reliquit quatuor filios, Antonius quinque, & Franciscus octo; nam isti filij succedunt in stirpes, & non in capita; & tantum operabitur vox octo filiorū Francisci, quantum vox illorum quinque, seu illorum quatuor, cum illi octo repræsentent d. Franciscum, illi quinq. d. Antonium, & illi quatuor d. Petrum. *per d. clem. plures. de cuius ratione vide celebrem gloss. in c. si plures. in verbo, communi. 16. q.7.*
61 & si plures vniuersitates habeāt iuspatronatus quælibet vniuersitas habetur pro vna voce, neque sunt consideranda singula capita hominum dictæ vniuersitatis. *Menoch. consil. 316. vol.4. Riccius vbi supra d. decis. 210, num.268.* & supradicta procedunt in descendentibus, & etiam in collateralibus cum *text. in d. clem. plures.* loquatur generaliter de pluribus relictis hæredibus ab vno patrono. *vide Cassadorum decis. 2. de iurepat.* & illud procedit quando succeditur iure hæreditario, secus si alio
62 iure, nempe legati, vel donationis, quia tunc si donetur iuspatronatus familiæ, omnes de familia succedunt in capita, & non in stirpes. *Alexand. cons.63. num.1. & 4. lib.1. Bald. in l.2. num.4. C. de suis, & legitimis.* ita tenuit Rota *in vna* Regien. *13. Nouemb. 1601. coram Penia.*
63 Item non procedit, quando iuspatronatus pertinet ad singulos vti singulos, non vti vniuersos, nam quando competit alicui collegio, seu familiæ, vt vniuersis, fit præsentatio simul, non per capita. L*ambert. vbi supra parte 2. lib.1. quæst.1. princip. artic.25. num.17.* & ita tenuit *Rota in vna Staturien. iurispatronatus. 11. Ianuarij 1583. coram Illustriss. Card.*
64 *Pamphilio*, item illud non procedit, quando obseruantia esset in contrarium, vt fuit resolutum in vna *Burgen.* Abbatiæ. *16. Iunij. 1589. coram Penia.* Riccius *in praxi d. decis. 210. num. 269.* & de computatione diuersarum vocum descendentium à patronis, *latè* Lambertin. *d. parte 2. lib.1. q.1. princ. art.25.* quòd si plures
65 hæredes, seu legatarij, & donatarij vnius, qui pro vno habentur, & habent vnam vocem, sint inter se discordes, ad perficiendam dictam vocem tunc attenditur maior pars ab vno patrono descendentium, neque sufficit maior pars comparatione minorum, quia cum sit vna vox, est apud omnes, vel apud maiorem par-
66 tem omnium prædictorum. *Card. in d. clem. plures, vbi supra.* Quòd si non appareant primitiuæ voces, heredes cuilibet patroni, & patronorum dicen-

centur facere corpus de per se, tunc enim filij patronorum demortuorũ succedunt in iurepatronatus superstitibus alijs compatronis. & si iuspa-
67 tronatus sit translatum in aliquos sub nomine collectiuo, & in aliam singularem personam, puta, quia sit legatum iuspatronatus tali Collegio, & Petro, tantum ius habebit Petrus, quantum totum collegium prædictum. *per textum in l. vltima. & ibi Doct. C. de impuberum, & alijs substitut.* vbi plures contenti sub nomine collectiuo habentur pro vno. & si sint quatuor compatroni habentes quatuor voces, postea si vnus ex eis sit donatarius alterius ex illis, habebit duas voces. *Ioann. de Imola in d. clem. plures. num. 7. de iurepat.* &
68 quælibet successio, & translatio, quæ fit de iurepatronatus ex titulo habili, dicitur fieri ex gratia, non ex iure communi. *Abb. in cap. 1. num. 3. de præbendis. per textum in cap. 3. de iurepat.*
69 Et possunt hæredes, & successores patronorũ propria auctoritate absq; superioris consensu facere inter se concordiam de alternis vicibus præsentando Rectorem. *Tiraquell. de iure prim. quæst. 17. op. 6. num. 9. Cenedus ad sextum decret. collect. 7. n. 2. Barbosa vbi supra d. allegat. 71. numero 30.* & passim ad tollendas li-
70 tes, & discordias, compatroni faciunt concordiam de alternis vicibus præsentando, & Superior admitti præsentatum ab vno ex compatronis, ad quem pro illa vice spectat præsentare rectorem, ipsumque instituit. & ita seruatur in praxi, &
71 pluries seruari vidi, vt est in beneficio, seu Altaris. Luciæ in Priorali, & parochiali ecclesia S. Sixti Pisarum. quod beneficium est de iurepatronatus Nobilium, de Lamfranchis, & Nobilium Pisanorum de Gallettis, & inter eos adest concordia iam pluries firmata de alternis vicibus præsentando. & ita in parochiali ecclesia s. Margaritæ Pisarum, cui est vnita ecclesia s. Clementis. controuersia etiam est inter Doctores an in translatione iuris præsentandi requiratur episcopi consensus, prout requiritur in translatione iurispatronatus & verior, & fauorabilior ecclesiæ videtur esse affirmatiua, quam tenet *Lambert. vbi supra lib. 1. p. 2. q. 6. art. 4. vbi num. 2.* ait non esse permittendum, vt laici tractent spiritualibus annexa, prout est fructus præsentationis. *c. quanto de iudic. Cassador. dec. 7. num. 15. de caus. poss. & proper.* & hoc casu militant omnes rationes, quæ allegantur à doctoribus, vt in traslatione iurispatronatus requiratur consensus episcopi. *Lambert. vbi supra q. 1. art. 4.* & hanc tenet *Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 87. num. 25.*

Et placet referre *Rotæ decisionem coram Card.* Lancellotto *in Florentina iurispatronatus de* Ricasolis 10. *Martij* 1603.

Dubium erat, an iuspatronatus de quo agitur deferatur in stirpes, vel in capita, quo pluries proposito restricta fuit difficultas, ad obseruantiam, nam licèt de iure præsentatio fieri debeat in stirpes, & non in capita, Clemen. plures de iurepatronatus tamen secus est, vbi obseruantia fuit in contrarium, vt fuit resolutum in causa Burgeñ Abbatiæ de Sobarzo 16. Iunij 1589. coram R.P.D. Penia, & in Taurineñ iurispatronatus prima Aprilis 1585. coram R.P.D. Decano, & maximè quando obseruantia viguit in iurepatronatus familiari, & gentilitio, quod regulariter defertur in capita, & in eo habet locum, *clem. plures, vt tradit* Alex. *de Neuo consil. 63. num. 2. & 3.* Bald. *in l. 2. sub num. 4. C. de suis, et legit. hæred.* & fuit resolutum in causa Regieñ. Prioratus 16. Nouembris 1601. coram R.P.D. meo Penia, quòd verò iuspatronatus sit gentilitium non hæreditarium pendet etiam ex obseruantia patronorum, *Gabr. consil. 196. nu. 6. lib. 2.*

De qua obseruantia præsentandi

in

in capita, & non in stirpes satis in casu nostro constare Domini post maturam causæ discussionem resoluerunt, potissimum verò ex eo quia pater, & filius simul fuerunt pluries admissi ad præsentandum, quòd tamen esse non posset si iuspatr. deferretur hæredibus in stirpes cum viuo patre filius hæres ei esse non possit. *Calder. cons. 19. vers. 1. ex ordine verborum de iurepat. Roch. de Curt. eod. tract. in verb. competens. q. 7. nu. 19. ad fin. vers. indubitatum tamen est: Lambert. 2. par. primi lib. 2. art. 6. q. princ. nu. 3. Caputaq. decis. 284. nu. 2. par. 1. & decis. 131. nu. 3. p. 2.*

Idq. in facto probatur ex Bulla Nicolai V. anno 1448. qua combusto Oppido Brolij commisit Abbati de Coltibono examinationem istius iurispatron. vbi nominantur patroni, Braccius filius Andreæ tunc viuentis, nulla d. Andreæ facta mentione, necnon Alberraccius filius Caroli, pariter viuentis, & ipse quoque Carolus eius pater, quæ narratiua fuit verificata coram D. Iudice Cōmissario, vt in sententia, qua pronunciauit narrata fuisse vera, ann. 1451 & iuspat. spectare ad prædictos omnes in literis nominatos, & licèt in sententia non repetantur nomina Braccii, & Albertaccij tamen id emanauit ex eo quòd eo tempore defuncti iam fuerant, vt fuit expositū in libello tunc porrecto Iudici Commissario.

Et in præsentationibus, & alijs actibus idem fuit obseruatum; prout in præsentatione facta de ann. 1470. per Antonium Galeotti, nomine proprio, & Bettini eius filij, & in alia de anno 1480. Laurentij nomine Rainerij, & eius filiorum, & de anno 1561. constituerunt procuratorem ad consentiendum vnioni D. Bernardus nomine proprio, ac deinde Marcus eius pater similiter nomine proprio quilibet de per se, ac separatim vti principales patroni, & in compromisso de anno 1563. facto vbi Io. Baptista Episcopus Pistorieñ, nomine Petri eius fratris, & Simonis eiusdem Petri filij, & D. Bernardus nomine proprio, ac separatim nomine procuratorio Marci eius patris, & ad coadiuuandū, adducitur præsentatio ad ecclesiam S. Petri in Venano, de anno 1477. admissa ab Ordinario attestante, quòd de consensu expresso Rainerij, & filiorum ipsius instituit Antonium de Monte Varchio qui consensus habetur pro præsentatione. *Cresc. decis. 5. de iurepat.* & creditur Ordinario de consensu voluntate, & præsentatione ab eo narrata. *Rot. dec. 11. de iurepat. in nou. Lambert. de iurepat. 2. par. 2. lib. q. 10. art. 4. nu. 60. & seq. Put. decis. 172. lib. 2.*

Nec obstat, quòd non constat de mandato procuræ parentū, qui præsentauerunt nomine filiorum, nam vltra quòd ex prędictis constat filios sæpius seorsum, à patribus pro patronis, se gessisse, ac reputatos fuisse, de iure non erat necessarium mandatum, cum pater dicatur habere administrationem in bonis filiorum. *Lambert. de iurepatr. par. 1. lib. 2. art. 17. q. 4. princ. nu. 12.* nam in generali administratione venit præsentatio, vt in matre administratrice, fuit resolutum in causa *Forolinien. iurispatr. 28. Octobris 1599. & 15. Maij 1600. coram me.* vltra quod in hac materia antiquissima mandatū possit præsumi. *Dec. cons. 36. nu. 8.*

Effectuatio verò dd. præsentationum probatur ex admissione illarum & signanter præsentatio Bettini filij in personam Antonij de Pazzis, habuit effectum, quia per eius obitum de anno 1480. fuit prouisus Philippus de Alemannis. *iuxt. vulg. cons. Oldrad. 229.* & præsentatio Philippi de Alemannis, ex voto Rainerij, & filiorum ipsius, habuit effectum, quia constat de institutione, & per admissionem factam ab Episcopo, etiam constat habitam fuisse considerationem de voto filiorum, nam si ius non habuis-

habuissent Ordinarij nō admisissent, ad *decis. Rot.* 11. *de iurepat. in nou.* tanto magis, quia effectuatio præsentationum ad effectū, de quo agitur non videtur necessaria, cum non agatur modo ad effectum vt per eas sit acquisita aliqua quasi possessio, sed ad effectum obseruantiæ, quo casu satis est ostendere, quid in hac familia obseruatum fuerit.

Non obstat quòd in iurepat. hæreditario, vel mixto filij emancipati possint præsentare viuis parentibus; nam omisso, quòd non constat de emancipatione omnium prædictorū, id omnino repugnat intentioni DD. de Mileto, quod scilicet hoc iuspatronatus vti mixtum, non deferatur nisi hæredibus. *Couar. var. lib. 2. cap.* 18. *n.* 7. *vers.* 3. nam clarum est, quòd filij emancipati non possunt esse hæredes patris viuentis, prout concludunt *Lambert. de iurepat. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 5. nu.* 13. *Rocb. in vers. competens. nu.* 19 *in fin.*

Secundò principaliter obseruantia probatur, quia negari non potest, quin semper remotiores de familia simul cum proximioribus admitti consueuerint, quod implicat contradictionē cum iurepatronat. mixto descendentibus de familia reseruato, quòd defertur in stirpes, in eo enim proximiores tantum de familia admittuntur remotioribus prorsus exclusis. *Bald. in cons.* 1. *nu.* 8. *lib.* 3. *Cald. cons.* 19 *de iurepat. Ferret. consil.* 134. *nu.* 2. *Lambert. de iurepat.* 2. *par. lib.* 1. *q.* 2. *princ. art.* 6. *num.* 10. *Gabr. cons.* 196. *lib.* 2. *nu.* 4. *Couar. var. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 10. & fuit resolutum in causa *Pientina iurispatronatus de Martijs* 10. *Iunij* 1602. *coram* R.P. D. *meo Litta*.

Tertiò, quia in processu productæ fuerunt quamplurimæ præsentationes, in quibus nullam vnquam reperitur factam fuisse mentionem, aut distinctione stirpium neque vocum, neque portionum hæreditariarum, ex quo apparet, non fuisse habitam rationem successionis hæreditariæ in hoc patronatu, quòd etiam ex alio deducitur, quia in legitimatione personarum numquam fuit articulata proximioritas, nec hæreditaria successio, prout faciendum fuisset si d. iuspatronatus mixtum, vel simplex hæreditarium fuisset, ex tradit. per *Iason. in rubr. nu.* 1. & 2. *C. qui admitt.* præsertim, quòd fuit semper articulatū, quòd præsentare volentes erant de sanguine, & de legitimo matrimonio nati, quæ qualitas legitimitatis non est necessaria in iurepat. hæreditario. *Bald. cons.* 374. *post med. vers. ex hoc sequitur necessario. lib.* 1. *Rocb. de Curt. de iurepat. vers. competens. nu.* 9. *vers. in hoc puncto.* & *n.* 20. & *pluribus seq.* *Lambert.* 2. *par. primi lib.* 26. *art.* 2. *q. princ. nu.* 2. & *multis seq.* & est necessaria in iurepatr. gentilitio, & familiari. *Rocb. d. vers. competens. nu.* 13. *ad fin. vers. hanc tamē. Lamber. vbi supra art.* 27. *nu.* 1. & 2. & idem obseruatum apparet in pluribus articulis, & præsentationibus, etiam ad alias ecclesias illius familię vsque in præsentem diem.

Et cōfirmatur quoque ex eo, quòd nihil de hac successione hæreditaria doctum fuit, & tamen credendū est, quòd per tot actus gestos ab hac familia in tot annis circa huiusmodi patronatum si re vera esset hæreditarium, aliquid ostenderetur, cum quo argui posset d. hæreditaria successio, quod minimè factum fuit, & ideo sequitur, quòd familiare existat per supra deducta.

Quinimo duabus tantum vicibus argui potest præsentationes ab aliquo ex patronis factas fuisse ad ecclesiam S. Marcellini, & S. Leolini nomine hæreditario ad augendam vocem, prout fuit de anno 1575. & 1580. quas tamen constat non habuisse effectum, imò admissas fuisse præsentationes illorum tantum, qui nomine proprio tamquam singuli de familia præsentauerint, & fortiùs in vacatione, de qua agitur, admissus fuit

fuit ad præsentandum, Iulius Bettini, qui repudiauerat hæreditatem paternam, nec obstat quòd successerit patruo, per fideicommissum, quia prętextu fideicommissi vniuersalis non potuisset admitti ad præsentan. si iuspatronatus esset aliquo modo hæreditariũ secundum communem opinionem. *Roch. de iurepat. ver. ipse, vel is à quo nu. 21. & seq.* latius *Lambert. 2.part. primi lib. 2.q. princ.art.35.*& *Couar.var. lib.2.cap. 18. nu.8. verſ. quibus, & alia ratio. Peregr. de fideicom. art.60.nu.37.* & fuit allegata *deciſ. in vna Aretin.Cap. 1.Iunij 1584.coram bo. me. Bubalo.*

Quarto ex distributione expensarum facta inter omnes patronos, siue proximiores, siue remotiores nulla stirpium distinctione habita in hac ecclesia, de qua agitur, & in alijs, sed secundum numerum personarum, quod significat delationem in capita, & quumuis non sit iste actus præsentationis, non tamen eo minus cõcludit ad effectum de quo agitur, vel saltim negari non potest, quin multum deseruiat pro adminiculo.

Nec obstat, quòd in subeundis expensis procedat ratio specialis, quòd onus defendendi tamquam indiuiduum, ad omnes æqualiter spectat, vt tradit *Berou.in c.1.nu.69. de iurepatr. Vital. in clem. plures de iurepat.* quia diuersum est in contributione expensarum, quæ tamquam diuidua proportionatur honori, & voci vniuscuiusque ex deductis per *Pereg.conſ. 32. nu. 14. & in conſ.33.* qui in hac causa scripsit.

Quinto, prædicta comprobantur ex multis documentis præcipuæ verò sententia Abbatis de Coltibono, & alijs enunciatiuis antiquissimis, quibus obseruatũ apparet iuspatronatus, de quo agitur spectare ad omnes, & singulos descendentes masculos D. Bindacij Militis, sic enim fuit, ab Angelo, & Carolo, coram Abbate de Coltibono dictum, & petitum, & ab eodem Abbate per sententiam declaratum. & per eos acceptum vice, & nomine omnium, & singulorum descendentium D. Bindacij Militis de domo de Ricasolis, & dd. nominibus, & quolibet dd. nomine, & sub hac petitione, & acceptatione facta pro omnibus, & singulis descendentibus D. Bindacij, Andreas quoque, & Antonius Galeotti eandem sententiam acceptauerunt, & ratificauerunt, cum quo apertè demonstratur, quòd omnes de Ricasolis descendẽtes à d. D.Bindacio, vocantur in capita, & æqualiter ad huiusmodi patronatum, cum stipulatio facta pro omnibus, & singulis attribuat omnibus descendentibus actum insolidum. Hæc enim verba ostendunt obseruat. fuisse delationem iuris præsentandi in capita *Butr.conſ.29.nu.2. Anchar.conſ.355. verſ. item, quicquid ſit. Roch. de iurepat. verb.ipse, vel is, à quo. nu.10. Lambert.2.par. primi lib.1.qu. princ. art.28.nu.5. Caſ. de Graſſ. deciſ.154. nu. 8.* & hoc fundamentum coadiuuatur, ex eo quòd nouissimè de anno 1598. ad ecclesiam SS. Martini, & Angeli de Lecchio Aretin. diœcesf. idem D. Leo, qui præsentauit Marcum Gianum, ex cuius ratione euenniunt Domini de Mileto, præsentauit nomine proprio, & vice, & nomine suorum nepotum, omnium, vt ipsemet asseruit patronorũ pro æquali rata, & portione.

Supradictis accedit laudum Serenissimi Magni Ducis, qui ad sedandas lites, & vt iuspatronatus in tota familia Ricasulana conseruaretur dixit sibi constitisse habita diligenti informatione per eius Rotæ Auditores, quòd illud spectabat, ad totam familiam Ricasulanam, quodq. omnibus de dicta familia communiter, competebat, ac ideo, vt faciliùs in tota familia conseruaretur statuit, vt per turnos, præsentationes fierent, inter illos de Fibindacijs, & alios de Mileto, omnes de familia Ricasulana, quòd fuit deinde per fel.record.

Q Pium

Pium Quartum confirmatum, & sic patet huiusmodi iuspatronatus fuisse pro merè familiari, non autem pro hæreditario reputatum, & sic locum non habet Clem. plures.

Non obstat, quòd cum in istis præsentationibus non consueuerit adhiberi simultaneus, & collegialis patronorum consensus, iuspatronatus non possit competere in capita ex deductis in causa *Taurinen. Iurispatronat.* 11. Ianuarij 1585. *coram* R.P. D. *meo Decano*. quia quamuis iste sit actus cognoscendi iuspatronatus spectare in capita, non tamen ex hoc necessariò sequitur, quòd si patroni non conuenerint collegialiter ad præsentandum, iuspatronatus non possit spectare, vt ad singulos, & in capita, nam nec decisio, nec Doctores allegati id tale dicunt, imò, quod quando iuspatronatus spectat ad aliquos vti singulos, & non vti vniuersos, patroni possint separatim præsentare, dicit *Lambert.* qui alios allegat. *lib.2.par.2.q.2.art.8.nu.5.10. & 11.* nec valet consequentia, quòd iuspatronatus sit familiare ergo cōpetit vti vniuersis, sicut quòd præsentationes non sint factæ ab omnibus simul congregatis, non autem quominus dici possint factæ in capita, non autem per stirpes, præsertim vbi numquam vnaquæque stirps separatim; ac de per se præsentauit, vt declarauit Rota *in eadem Taurinen. iurispatronatus* 1. Aprilis 1585. *coram* R. P. D. *meo Decano*. allegata verò in contrarium procedunt quando iuspatronatus competit familiæ, vel Collegio vti vniuersis.

Nec obstat opinio Abb. *in cap. 3. nu. 22. de iurepatr.* quia est sibi contratius in *consil. 76. in 2. dub. par. 2.* & communiter reprobatur in iurepatronatus, quòd vti singulis defertur. *Dec. in c. cum omnes. nu.48. vers. sed tamen, in prima lectura de constit.* latè *Aym. cons.63. nu.1.* & reprobauit Rota *apud Cæs. de Graffis dec.169. & 170. aliàs prima, & secunda nu.1. de iurepat.* & in vna *Calag. benef. de Ali* 20. *Iunij* 1588. *& 17. Maij* 1591. *coram Comitulo, & in eadem sub die 4. Martij* 1594. *coram Illustriss. Mantica. & in d. Taurinen. iurispatr.* 11. *Ianuarij* 1585. *coram* R. P. D. *meo Decano*.

Quòd vero iuspatronatus, de quo quo agitur competat vti singulis patet, tùm ex ipsa obseruantia præsentandi separatim, & non collegialiter, iuxta prædicta, tùm etiam ex enunciatiuis prænarratis, quæ cum sint antiquissimæ plenè probant. *Achill. decis. 7. de iurepatr.* tùm denique ex regula iuris, quòd in dubio præsumit compertere vti singulis, & propterea non requiri simultaneū consensum. *Felin. in c. cum omnes. num.29. ad fin. vers. in dubio autem. de constit. Lambert. de iurepat.2.par.2.lib.q.2.princ. art.8.nu.14. Cæs. de Graff. decis.169. & 170. nu.2.* & fuit repetitum in omnibus præallegatis decisionibus, & in vna *Pampilonen. Rectoriæ* 19. *Decemb.*1585. *coram bo.me. Orano*.

Non obstat, quòd non possit dici iuspatronatus merè gentilitiū illud, quòd extincta familia transit ad hæredes extraneos, quale est relictum familiæ sine dictione tantum, vt fuit resolutum in causa *Cremonen. iurispatronatus* 6. *Iunij* 1578. *coram Reuerendiss. Patriarcha.* nam vltra quòd illa decisio procedebat in iurepatronatus mixto, quòd extante familia deferebatur hæredibus de descendentia. *Aret. in c. significauit. nu. 3. vers. sed posito. de testibus. Gabr. conf. 196. nu.5. lib.2. Dec. consf.149. n.1. in princ. in versic. siue etiam. Couar. var. lib.2. c.18. nu.7. vers.3.* id effectum habere posset extincta familia, sed ea extante, nihil impedit, quin per omnia pro merè gentilitio reputari debeat, & in capita deferri, & singulis de familia accrescere ex vsu gentis Ricasulæ, & obseruantia inueterata, vt trad. *Parisi. cons. 48. num. 20. & 23. vers. verum quia. lib.4.*

Quæ omnia eò magis ad propositum

tum conducere videntur, quòd agitur de iurepatronatus nobilissimo, & antiquissimo nempè de anno 1165. à q. Nobili viro Alberto de Ricasolis, nepote Illustrissimi D. Cardinalis Vghi Comite Brolij, & Montis Gontij, & Montis Castelli, acquisito, & sic longè antè Clem. plures post annum 1300. in Concilio Viennen. cōditam, cui propterea non videtur ita tenaciter inhærendum, vt fuit dictū in causa Regien. Prioratus. 16. Nouembris 1601. coram R. P. D. meo Penia, &c.

Et in eàdem coram eodem *Mercurij 11. Feburarij, 1604.*

Contra decisionem in hac causa factam sub die 10. Martij 1603. multa & copiosè opposita fuerūt pro parte DD. de Meleto, & præsupponebant ad eorum fauorem assistentiam iuris communis, quòd iuspatronatus deferatur in stirpes & non in capita, quodq. ex sui natura, sit hæreditariū: *clem. plures vbi Anchar Imol. Vital. et alij not. de iurepa. Innoc. in rubr. numero 4. eod. tit. Gabr. cons. 196. nu. 1. lib. 2.* & fuit resolutum in causa Cremonen. Iurispatronatus coram bon. mem. Otiolen. quæ est *decis. 385. numero 1. part. 1.* & licèt iuspatronatus, de quo agitur fundatū esset ante d. clem. tamen dicebatur, quod etiam antea erat magis communis opinio, quod præsentatio fieret in stirpes, & quamuis Clem. approbet hanc opinionem, non tamen fuerat noui iuris inductiua.

Quo iacto fundamento, inferebāt quòd sibi indicijs adducentibus limitationē à Rota canonizatam ex obseruantia in contrarium incumbit onus plenè probandi d. obseruantiā extrad. à *Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloss. 9. sub num. 211. vers. quibus adde,* & ideò opus esse obseruantia clara, nec sufficere actus æquiuocos, vt: decisum fuerat in causa Parinen. status corā Robusterio 14. Maij 1580. quæ est *decis. 294. num. 6. par. 2.* sed necesse esse quod conludant per necesse, *c. in præsentia, de probat. Mohed. decisione 2. de probat.* Immo addebant probandam esse obseruantiam obtentam in contradictorio iudicio cū simus in correctorijs iuris. communis, vt fuit in simili resolutum, in vna Burgen. Abbatiæ 23. Ianuarij 1598. coram R. P. D. Penia.

Et hinc dicebant D. Nereum non esse in probatis, & obseruantiam ab eo allegatam in omnem euentum esse remotam, à tempore fundationis, & esse turbidam, non esse vniformē, neque apparere quòd nunquam fuerit controuersum hoc, quòd iuspatronatus competat in capita vel in stirpes, ideòque ex actibus adductis tanquam ad alium effectum factis non posse resultare obseruantiam in indiuiduo in casu de quo agitur, prout requiritur *Aim. cons. 96. num. 4.*

Quibus præmissis ad fundamenta decisionis respondebant, illa non cōcludere pernecesse, nam primum de præsentationibus filiorum viuis parentibus factis conabantur tollere pluribus modis, & primo, quia non cōstat quòd fuerit habita ratio de vocibus filiorum, qui cum patre præsentarunt, & potuerunt præsentationes habere effectū propter vocem patris, vel potuit pro maiore cautela adhiberi vox filiorum, *Gabr. cons. 196. nu. 7. lib. 2.* opus enim esset probare, quòd in vim dd. vocum, & præsentationum factarum à filijs familias secuta fuerit effectuatio, aliàs probatio non est concludens ex his quæ *trad. Crau. cōs. 171. n. 14.* & effectuationis probatio videbatur necessaria, quia ea cessante cessat obseruantia, & status est turbidus.

Secundò, quia licèt negari non possit, quin filij aliquando præsentauerint cum parentibus, tamen adsunt aliæ præsentationes ante, & postea factæ, in quibus interuenerunt plures habentes filios, & de filijs non fit aliqua mentio, immo in hoc D. Nereus habet cōtra se vltimum statum cum in sua præsentatione non interuenerint

rint filij Alberti, qui sunt quinque, nec filij Eq. Mariæ qui sunt septem, quòd reddit obseruantiam æquiuocam, ex quo varia modo fuit obseruatum, vnde ex ista obseruantia, nihil cócluditur, & attenditur id, quod frequentius fuit obseruatum, *Bart. in l. de quibus num.* 16. *ff. de legib. Dec. cons.* 11. *sub num.* 12. *versic.* 2. *respondetur quod plerumque & consil.* 215. *sub num.* 2. *versic.* 2. *hoc idem probatur*. Pedem. *decis.* 99. *nu.* 7. & ex actibus difformibus non inducitur consuetudo. *Aim. cons.* 96. *num.* 5. *& cons.* 519. *num.* 4.

Tertiò, illud fundamentum non concludit, quia potuit esse, quòd illi filij familias essent hæredes aliorũ, & sic potuerunt habere ius. ab hæreditate alterius, *Roch. de iurepatron. in verb. competens alicui q.* 13. *num.* 26. quapropter nó releuat probatio, quę non excludit possibile in contrariũ. *l. neque natales*, C. *de probat. cum similib.*

Quartò, quia nó dantur actus sufficientes, sed solum duæ præsentationes de anno 1470. & 1480. quæ non alterant naturam actus, sed potius tanquam de facto non habentur in consideratione, *c. cum ecclesia de caus. pos. & propr.* Ruin. *cons.* 155. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 4. quia persona extranea interueniens actui non alterat naturam actus, *Cas. de Gras. decis.* 2. *in fin. de iurepatronatus, &* alij actus, quàm præsentationes non debent attendi, vnde licèt in Bulla, fuerit nominatus Carolus pater, & Albertaccius eius filius, tamen tunc non agebatur de præsentatione & successione in iurepatronatus, sed de probatione pertinentiæ, quæ potest intelligi ordine successiuo, & vbi agitur de defensione Iurispatronatus, omnes quamuis remotiores possunt interuenire ratione iuris, quod habent saltem de futuro, & hoc modo, etiam respondent ad contributionem expensarũ.

Quintò, quia potuerunt esse filij emancipati, vel seorsum à parentibus habitantes qui valent præsentare, *Roch. in verb. competens num.* 19. quod maximè credeñ est, quia non est ita expeditum quòd filius qui cum patre habitat, possit simul cum eo præsentare, quamuis iuspatronatus sit gentilitium, vel vniuersitatis, idem *Roch. d. verb. competens, q.* 7. *d. n.* 19. *et in verb. ipse velis à quo q.* 9. 51 *sub numero* 31.

Sextò, allegatur quod nunquam præsentauit pater cum filio, sed solum pater homine filiorum cum promissione de rato, de quo non constat cum nunquam ostẽdatur aliqua ratificatio & quamuis pater vti coniũcta persona possit pro filio præsentare, hoc tamen intelligitur duobus simul concurrentibus, quòd scilicet pater de rato promiserit, & quod filius in tempore ratificauerit. *Lambert. de iurepatronatus lib.* 2. *parte prima quæst.* 4. *art.* 17. tanto magis quia mandatum filiorum, & multo magis fratrum videbatur necessarium, cum in spiritualibus, vel quasi non attendatur patria potestas, *Abb. in c. consuluit, num.* 3. *de iurepatronatus*, *Baioz. in tract. de dec. tut. cap.* 24. *num.* 30. *Ferron. in consuetud. Burdegal. tit. de stat. & iur. person.* §. 1. *col.* 4. *vers. sed hæc sententia*, *Lambertin. vero in dec. allegatus* procedit in iurepatronatus quæsito per filium ex dotatione in bonis aduentitijs, & dum dicitur in decisione mandatum præsumi cessat præsumptio, cum mandatum non sit enunciatum, nec adsint aliquæ coniecturæ, *Cassad. decis.* 3. *de procurat.*

Ex secũdo autem decisionis fundamento defendẽres DD. de Meleno argumentũ pro se desumebant, quia iuspatronatus; etiam gentilitium hoc est familiæ relictum, vel pro descendentibus in sententia Abbatis Coltiboni Canonizatum defertur ordine successiuo, iuxta proximitatem, & sic in stirpes, non in capita, vt in consil. Bald. cum alijs allegatis in Pientina iurispatronatus 10. Iunij 1602. coram R.P.D. Litta, & nihilominus

ne-

negatur in facto, quòd remotiores cum proximioribus promiscue præsentauerint.

Ad tertium fundamẽtum respondebant, quòd si nullibi reperiatur habita mentio, seu distinctio stirpiũ, neque vocum, neque portionum hæreditariarum, tamen ea negatiua nõ concludit præsentationem in capita, nam DD. de Meleto, habentes assistentiam iuris pro se non tenentur aliquid probare, & ideò eis sufficit, quòd neque etiam reperiantur præsentationes factæ in capita, *Felin. in c.1.num.7. de re iud. Dec. cons.* 595. *num.*3.*& seq.* nec faciunt articuli super legitimitate, quia licèt ea nõ requiratur in Iurepatronatus merè hæreditario, tamen requirebatur in mixto, *Roch. verb. competens nu.* 13. *in fine.* nec etiam facit præsentatio Iulij Bettini qui repudiauerat hæreditatem paternã, tum quia eius præsentatio fuit admissa cum clausula si & in quantum, quæ operatur vt censeatur reicta, si de iure non est admitten. *Rot. diuers. decis.* 687. *n.*2. *par.*1. tum etiam quia potuit præsentare tanquam hæres fideicommissarius patrui stante prohibitione Trebellianicæ, *Lambert.* 2.*par. primi lib.*2.*quæst. princ. artic.*35.*num.*12.*& seq.*

Ad Quartum de diuisione expensaru m prætendebant ex ea non probari obseruantiam præsentandi in capita, quæ deducenda est ex præsentationibus, ideoque non debet extendi de casu ad casum, *Aret. cons.* 44.*num.*1.*& cons.*132. *num.*4. nec fit bona illatio de aliis actibus ad actum præsentandi, *Vital. in Clem. plures num.* 41. *in fin. de iurepatronatus*, præsertim cum diuisio expensarum habeat particularem rationẽ, vt in capita deferatur patronis habentibus onus indiuiduum defensionis iurispatronatus *Bero in c.*1.*n.*69. *de iurepate*

Ad Quintum de litteris Nicolai V. & sententia Abbatis Coltiboni, retorquebant fundamentum quia cum non cõstet de initio istius Iurispatronatus, dicũt recurren. esse ad litteras & sententiam prædictas quibus apparet, quòd iuspatronatus fuit distinctum in stirpes separatas, cum tres in eis nominati principaliter fuerunt cõsiderati & eorum stirpes; item quia sunt vocati eorum descendentes, quòd præsupponit stirpes *Achill. decis.* 9. *de iurepa.* quia descendẽtium appellatione in hac materia veniunt descendentes hæredes *Couarruuias Variarum Resolutionum, libro secundo, capite* 18. *numero sexto, et sequenti.* nec obstat quòd illa verba, omnes, & singulos attribuant ius vnicuique insolidum per *consilium Butr.* 29. *& Anchar.* 355. quia dicta verba non leguntur in Bulla, nec in sententia, sed tantum in petitione, quapropter cum sola sententia sit attendenda, quæ vim fundationis habet. *Peregr. consil.* 33.*num.*18.*& seqq.* ea probat iuspatronatus, de quo agitur esse mixtum pertinens, ad descendentes hæredes, cum iuxta verbum descendentes, non legatur taxatiua tantum vt fuit decisum in illa Cremonẽ, Iurispatronatus 6. Iunij 1578. coram Reuerendissimo Patriarcha, & præterea illa verba, omnes & singulos poterant intelligi de canonizatione iurispatronatus ad omnes, & singulos, descendentes deferendo ordine successiuo, & prout de iure, maximè stante illa dictione descendentes, vltra quod Anchar. loquitur in verbis quemlibet eorum, & in casum vocationis in fundatione, vbi aliàs illa verba, essent superflua.

His tamen non obstantibus, cum causa fuerit per quinque vices in rota proposita, DD. pro maiori parte censuerunt stañ esse in resolutis, ex deductis in alia decisione quæ eis placuerunt, & hic repetere esset superfluum, ad quorum corroborationem, prçmittebant non versari in puris terminis contra dispositionem iuris,

iuris, nam etiam si in Clem. plures dicatur iuspatronatus deferri in stirpes, tamen procedit in iurepatronatus hæreditario, secus in merè gentilitio, vt fuit decisum in Regieñ iurispatronatus coram R.P.D. Penia, & quamuis de sui natura iuspatronatus hæreditarium censeatur, tamen hic videtur esse in confesso, quod non sumus in iurepatronatus merè hæreditario, sed dubium est an'sit mixtũ, ex eo quia fuit in sententia canonizatum pro descendentibus Bindacij sine dictione tantum iuxt. decis. in præalleg. Cremoneñ coram Reuerẽdissimo Seraphino, & sic dubium versatur præter dispositionem, & præsumptionem iuris, quia vtraque pars fatetur non esse hæreditarium simpliciter, nec transire ad extraneos hæredes nulla descendentiæ cõsideratione habita, prout de iure transire deberet, *iuxt. not. per omnes in cap. 1. de iurep.* *Couar. var. lib. 2. c. 18. nu. 6.* & fuit resolutum in Aretina Capellaniæ 1. Iunij 1584. coram Bubalo.

Item quod iuspatronatus, de quo agitur fuit fundatum longissimis tẽporibus ante Clem. plures & ideò nõ debet decidi eius dispositione *c. fi. de constit.* præcipuè cum antea, valde controuersa fuisset illa quæstio inter Innoc. & Hostieñ ex vna volentes succedi in stirpes & Vincentium Bernardum Goffredum, & alios volentes succedi in capita exemplo iurispatronatus libertorum ad tollendas fraudes quibus mediantibus posset vnus patronus instituendo copiosũ numerum hæredum si in capita succederetur, præiudicare alijs patronis vt ibi *Imol. num. 4. in med. vers. item pro hac opinione facit æquitas,* nec liquet prius contrariam opinionem fuisse magis communem, & ideò in huiusmodi fundationibus antiquissimis nõ posse allegari dispositionem Clem. plures: fuit decisum in Regieñ Prioratus 16. Nouembis 1601. corã R.P.D. meo Peuia.

Quibus sic stantibus facile sequitur non requiri tam exactam probationem obseruantiæ præsentandi in capita, quinimo satis esse, quòd ex circumstantijs facti possit dignosci, an' vti vnum corpus patroni in capita præsentauerint an' potius vti diuersa corpora in stirpes fuit resolutũ in causa Taurineñ. iurispatronatus 11. Ianuarij 1585. coram R.P.D. meo Decano. ex Caccialup. in *l. omnes populi num. 141. & seq. de iust. & iur.* & sufficere obseruantiam ex simplici vsu, & nudo quodam facto collectam absque alia contradictione, nec requisito fuit decisũ in Burgeñ Abbatiæ de Sobarzo 4. Decemb. 1592. coram R.P.D. Penia ex *trad. per Decian. cons. 51. num. 55. vers. 3. est species consuetudinis,* & *num. 61. & seq. vsque ad 69. lib. 2.* nec opus esse ostẽdere actus de tempore fundationis cum non constat de fundatione, vel de antiquiori statu cõtrario fuit dictum in Regieñ Prioratus 23. Iunij 1586. coram R. P. D. Decano & in Salamantiñ portionis 23. Apr. 1586. coram Robusterio.

Sed nihilominus concurrunt omnia requisita ad plenissimam probationem, vt in alia decisione ponderatum fuit, quibus nouissimè additi fuerunt articuli per DD. de Meleto, producti de anno 1563. vbi enarrãtur filij familias pro patronis, & testes coram M. Duce examinati, qui deponunt hoc ius præsentandi spectare ad totam, & vniuersam familiam, & ad omnes homines de familia indifferẽter indistinctè, cõmuniter, & absque aliqua distinctione, & quòd familia est patrona quæ verba necessario importanti, delationem in capita, tùm quia probant esse iuspatronatus familiare ex allegatis in d. decisione, tùm etiam quia si deferretur in stirpes maxima deberet adhiberi distinctio ac differentia, inter vnum, & alterum patronum, *Lamber. de iurepatronatus 2. par. primi lib. q. 1. art. 25. num. 8. vers. 2. pro ista parte,* & cum dd. testes fuerint examinati

ad

ad instãtiam patronorum, qui tuentur præsentationem D. Horatij, eo fortius probant contra eos Iur. vulg.

Rursus de nouo additur, quòd in lineam Granelli, quę præsentauit D. Nereum deuenisse dicitur maior pars Castrorum Bindacij militis, & hæreditas q. Nerei filij d. Bindacii, è contra vero in linea Bettini, à quo descẽdunt ij qui Ianum præsentarunt, plures hæreditates defecerunt, & signanter illimet, qui Ianum pręsentarunt nempe, Iulius, Octauianus, & Bettinus abstinuerunt ab hęreditate paterna, quæ adhuc hodie iacet, ergò nullo modo potest dici iuspatronatus delatum in stirpes, quòd supponit esse hæreditarium vel mixtum in quo non succedunt, nisi habentes qualitatem hæreditariam, *Paris. consil.* 48. *num.* 9. *lib.* 4. *Gabr. cons.* 196. *num.* 5. *lib.* 2. *Anet. in c. significauit numero versic. sed posito de testibus* nec admitti potuisset præsentatio hæreditate iacente in iurepatronatus hæreditario, vel mixto, *Paul. de Citad. de iurepat. p.* 9. *n.* 9. *Lambert.* 2. *p.* 1. *lib.* 34. *art.* 2. *q. princ. num.* 1. *& per tot.*

Præterea allegantur quam plurimæ præsentationes factæ communiter à patronis nempe tàm ab illis de Meleto, quàm de sibindaciiscoadunatis in vnum corpus, & vt dicitur illa rinfusa, non autem separatim per stirpes, prout fieri debuisset si non fuisset obseruatum, præsentari in capita, *Abb. in c. scriptum in princ. nu.* 6. *de elect. vbi Imol. num.* 6. *vers. nota quod Caccialup. in l. omnes populi nu.* 141. *& seq. de iust. & iure. Felin. in c. pastoralis num.* 9. *vers. adde etiam de rescript. Lambert. de iurepatr.* 2. *par.* 1. *lib.* 1. *q. princ. ar.* 25. *nu.* 18. alias enim si hoc iuspatronatus deferretur in stirpes, non se vniuissent illa duo corpora simul vt fuit dictum in præalleg. Burgen. de Sobarzo, 16. Iunij 1589. coram R. P. D. Penia, & Taurinen. Iurispatron. 11. Ianuarij 1585. coram R. P. D. Decano.

Non obstant in contrarium adducta, nam quod primo loco dicebatur contra primum decisionis fundamẽtum, non probari voces filiorum habitas fuisse in consideratione effectumq. secutum fuisse illarum vigore ex *cons. Gabr.* 196. *num.* 7. *lib.* 2. tollitur quia hic agimus, dumtaxat de obseruantia patronorum, quorum respectu debet attendi sola admissio filiorum familias ad præsentañ, nec opus est ostendere quòd eorum voces effectum pepererint, prout in indiuiduo bene declarat *Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina sub num.* 43. *ad med. vers. sed dubitatur de caus. poss. & propr. Lambert. de iurepat.* 1. *par.* 2. *lib.* 17. *art.* 3. *q. princ. per tot.* & in similibus terminis fuit tentùm in vna Gadiceñ portionis 7. Februarij 1582. coram Reuerendissimo Patriarcha Alexandrino quæ est 713. *num.* 7. & 8. *par.* 1. inter impressas.

Et hoc idẽ supponit Gabr. exaduerso citatus dum dicit, quòd in casu suo præsentationes extraneorum non obstabant, quia fuerant Clandestinæ, & sine notitia patronorum, nec ordinarij, vnde proculdubio secus est in proposito dicendum, quia constat de admissione patronorum atq. etiam ordinarii, qui certè non admisisset si filiifamilias ius præsentandi non habuissent *Rot. decis.* 11. *de iurepatr. in nou.* & effectuatio, quæ resultat ex institutione præsẽtati simpliciter facta cum possessione subsecvta, nõ potest magis attribui vnius quam alterius præsentationi, & ideò æqualiter referẽda est ad vota filiorum, qui præsentarunt, ac ad vota parentum indifferenter admissa ex *reg. text. in l. eum qui edes ff. de vsucap. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. l. quamuis C. de impub. Dec. cons.* 92. *num.* 2. *vers. quia cum in vna oratione*, & latè deducit *Surd. cons.* 31. *numero* 15.

Imò fuit producta præsentatio ad Ecclesiam S. Petri in Venano cui fuit vnita ecclesia S. Poli de qua agitur in

in cuius admissione ordinarius ipse expressis verbis considerationem facit vocis filiorum familias, & quamuis hic actus non spectet ad Ecclesiã S. Poli, tamen cum pertineat ad eandem familiam declarat in alijs, etiam Ecclesiis eiusdem familiæ ita actum fuisse *Pereg. consf. 33. num. 24.* nec refert, quòd respectu d. Ecclesiæ S. Petri in Venano, allegetur quædam præsentatio cum clausula pro se, hæredibus & successoribus, nam ista clausula non concludit præsentationem factam iure hæreditario, sed ad summum quòd patroni, qui præsentarunt, eorumq. hæredes non contrauenient, nec negatur quòd hæredes de familia sint patroni, sed dicitur quòd illi, qui sunt de familia etiam si aliorum hæredes non sint, possunt præsentare vt per *Bald. consf. 373. numero 4. vers. præterea, lib. 1. Anchar. consf. 81. num. 2. vers.* & forte, *Lambert. 2. par. 1. lib. 2. quæst. princ. art. 2. num. 4. & 5.*

Non obstat secundum, quod plures filii familias nõ præsentauerint, quia hoc potuit proueni eò quia fortè non erant necessariæ eorum voces, vel filii erant minores, vel abessent, & propterea dicitur quòd ex actibus negatiuis nihil infertur, *Felin. in cap. cum accessissent num. 29. de constit.* & in omnem euentum ex ea negligentia non solum non censetur ipsis præiudicatum, quod immo per compatronorum præsentationem censetur præseruata obseruantia in aliis actibus ad illorum fauorem inducta, & præsentatio compatronorum ab illis filiis familias reputatur tacite approbata, Caputaq. *decisf. 364. nu. 6. par. 2. Than. decisf. 97. Abb. consf. 54. sub num. 3. vers. nec obstat si diceatur par. 1. Feder. de Senis consf. 102. n. 2. vers. ad vltimum & num. 3. Calder. consf. 15. de iurepatr. Ruin. consf. 50. numero 9. & 10. lib. 5. Roch. de iurep. verb. competens num. 37. Ferret. consil. 132. n. 2. & 3.*

Non obstat Tertium, quòd potuerit esse, quod illi filijfamilias qui præsentarunt fuissent hæredes aliorum quia hoc esset diuinare, quòd in iure reprobatur *l. si procurator ff. ad l. Aquil.* præsertim cum in dubio actus non præsumatur gestus nomine hæreditario, *Surd. decisf. 267. nu. 8.* sed tantum eo nomine, quod fuit expressum, nempè familiari descendentium de Ricasolis ex alleg. per *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 49. num. 17. & multis seq.* vel proprio nomine dumtaxat, vt per *Dec. consil. 221. num. 6. vers. & in dubio,* vnde cum qualitas hæreditaria de iure non præsumatur nõ est necesse, quòd d. Nereus in suis probationibus eam excludat, *Felin. in 1. probam. decret. num. 22.*

Quinimo cum præsentationes omnes admissæ appareant ab ordinariis præuia causæ cognitione, prout de iure requiritur, & legitimatis personis, eo ipso dicitur probatum, non respexisse ad qualitatem hæreditatis, quòd ista qualitas numquam fuit articulata, nec deducta in actis, quia iudex præsumitur motus ex ea sola causa quæ fuit deducta in actis. *l. ait prætor §. si iudex ff. de re iud. l. si quis ad exhibend. ff. de except. rei iudic. Bald. in c. cum super in fin. de caus. possef.* Alex. *consf. 66. numero 2. lib. 5.*

Non obstat Quartum, quod non dentur nisi duæ tantum præsentationes, quibus interuenerint parentes, & filii simul nam vltra quod illæ videntur sufficere præsertim cum hodie nõ agatur de inducenda præscriptione, sed tantum de sola obseruantia, & ideò sufficeret etiam vnicus actus, *Dec. consf. 126. nu. 2. vers. & ista, Rip. in c. cum ecclesia nu. 91. de caus. poss.* maxime accedente longissimo temporis cursu, *Feder. de Senis consf. 234. n. 4. Dec. consf. 134. nu. 1. ad fin. versic.* at in casu nostro cessat difficultas ex facto, quia in articulis productis de anno 1563. coram Serenissimo M. Duce. DD. de Meleto enarrarunt

pro

pro patronis plures filios familias,& in illa Bulla Nicolai pariter alii filii familias referuntur esse in quasi possessione præsentandi, quæ necessario supponit eos præsentasse, ac eorum præsentationes sortitas effectũ fuisse, & sic non agebatur de sola probatione, vel defensione pertinentię iurispatronatus, *Caputaq.decis.*420.*par.*2. *Thun.decis.*15.*Achill.*5.*de caus.poss.* & adsunt plures alii actus,nempè cõsensus præstiti ab hisce filiis familias vnioni de anno 1562.& alia mandaprocuræ, diuisiones expensarum, & similia ad patronatum huiusmodi incumbentia, quibus simul cum patribus, & aliis compatronis admissi fuere, quæ non minus,quàm præsentationes faciunt ad obseruantiam, de qua agitur,vt *trad. Feder. de sen. cons.*234. *num.*4.*vers. vnde cum appareat*,*Roch. verb.competens num.*34.

Non obstat Quintum, quòd potuerint esse emancipati, vel seorsum à patribus habitantes, qui possint præsentare *Roch.verb. competens numero* 19. quia ipse loquitur in iurepatronatus mere familiari, vel vniuersitatis, aliàs enim in hæreditario, vel mixto clarum est,quòd filius nũquam succedere potest etiã ex propria persona,quamdiu eius pater, viuit ex *trad. per Menoch. cons.* 172. *sub num.*3.*vers.*10. & dum exaduerso dicitur quod nec in iurepatronagentilitio admittitur patet, & filius familias,contrarium firmat *Federi. de sen.q.*111.*num.*9.*vers. præterea si filius*, præterea distinctio *Roch.* procedit,quando iuspatronatus,competeret habitantibus in loco,siue faciẽtibus donum, tũc enim defertur parentibus tantum secus quando competit populo vel facientibus populũ, siue familiam, ptout hic, declarat *Lambert.lib.*1.*p.*2. *quæst.*1.*art.* 6. Et in omnem euentum id magis augeret rationem decisionis & ius D.Nerei,cum in hoc iurepatronatus etiam filii familiàs dicantur ad præsentandum admissi,quòd supponit non esse hæreditarium, sed potius plusquam gentilitium, *auth. multo magis C. de sacros.eccles.* vltra quod sufficit,quòd pręsentauerint emancipati per prædicta.

Non obstat Sextum de defectu ratificationis,nam vltra responsiones in decisione datas,contrarium in facto colligitur ex sententia Abbatis de Coltibono qua filiifamilias pronunciantur possessores iuris præsentandi, & ex dd. articulis datis per DD. de meleto, & ex compromisso facto à patronis del 1563. cui Bernardus ipse filius familiàs nomine proprio consensit, tum etiam quia ratificatio tacitè fuit inducta à filiis familias per non improbationem pręsentationis eorum nomine factæ *Caputaq.decis.*364.*num.*6.*parte* 2. tum denique, quia ad effectum de quo agitur satis est quòd vel ordinarii, vel etiam compatroni admiserint præsentationes eorum nomine factas, quoad ipsorum præiudicium vt per *Rip. alleg. in d. capit. cum ecclesia Sutrina sub num.* 93. *de caus.poss.* potuerunt enim agnoscere bonam fidem mandati procurę, etiam eo non producto, *Fel. in cap. cum inter sub num.* 1. *de accusat.* & pro adminiculis dantur de nouo duę scripturæ de anno 1447. & 1488. quibus ipsimet filii cum parentibus compromittunt, & dant mandatum procuræ ad præsentandum ad ecclesiam S. Laurentii de Coltibono iurispatronatus eiusdem familiæ, nec applicatur quòd in spiritualibus nõ attendatur patria potestas,quia non ratione patriæ potestatis, patres admittuntur de iure ad præsentandum nomine filiorum, sed tanquam coniunctæ personæ, vel etiam ratione administrationis generalis, vt per *Lambert. in decis. allegatum.* & concurrunt plura adminicula ad præsumendum mandatũ,quæ desumi possunt ex aliis actibus,quibus cum patribus filii interuenerunt.

Quò verò ad secundum decisionis

nis fundamentum non obstat, quòd etiam iuspatronatus familiare deferri debeat salua gradus prærogatiua, vt in *Pientina iurispatronatus coram* R. P. D. *Litta*. quia id procedit in iurepatronatus mixto, non in merè gentilitio, & ita procedit decisio in *Regien. Prioratus coram* R. P. D. *Penia*, vltra non excluditur successio in capita ex eo quod seruari debeat gradarim ordo successiuus *auth. post fratres. la 2. C. de legit. hæred. auth. de hæred. ab intest. venientibus. §. si verò, neq. fratres. coll. 9.* & hic cessat difficultas, ex obseruantia, quia euidenter constat remotiores cum proximioribus præsentasse, & alia incumbentia gessisse.

Quoad tertium, non obstat responsio data per DD. de Meleto, quòd ipsi cum pro se habeant assistentiam iuris releuentur ab onere probandi, nam ex iam dictis constat non ad esse hanc iuris assistentiam, & nihilominus adesse concludentes probationes in contrarium, vt dictum est, & maximam inuerisimilitudinē, quòd ex tot, tantisq. præsentationibus nulla apparet facta nomine hæreditario, quodvè aliquando fuerit habita ratio alicuius quotæ, vel partis, quòd tamen admodum inuerisimile redditur vbi iuspatronatus fuisset hæreditarium, cum impossibile sit, quòd hæreditas prædicti fundatoris, per tot secula, ad omnes descendētes æqualiter peruenerit præsertim in familia adeo numerosa, & in qua multi rami extincti sunt non contigerit aliqua vnquam ex illis intricationibus quas considerauit *Io. And. in d. clem. plures. in glos. 1. col. 2. de iurep.* & refert *Lamber. lib. 1. p. 2. art. 25. q. 1. sub n. 6.* & fuit latè deductum, in causa *Aretina coram* R. P. D. *Decano*, & quòd inuerisimile est speciem falsitatis habet. *Bald. cons. 204. nu. 7. vers. & ideo lex ciuilis. lib. 3.* nec facit quod articuli super legitimitate requirebantur in iurepatronatus mixto, quia satis est, quod fuerit solum atticulata præcipuè coram M. Duce, sola descendentia masculina, & legitima fundatoris, & non quòd ad eos, æqualiter peruenisset hęreditas illius, quodvè omnes essent in vno, & eodem gradu, quòd vtique factum pariter fuisset, vbi iuspatr. fuisset hæreditarium, vel mixtum, & præsertim cum hæc gesta fuissent in iudicio contentioso, verisimile nō est, quod non fuisset contradictum, si minus legitimè facta fuissent.

Nec etiam releuat, quòd præsentatio Bettini fuerit admissa cum clausula, si & inquantum, quia nihilominus est efficax præsertim cum postea absolutè fuerit ab Ordinario exequutioni mandata, vt in causa *Valentina de Consentaina* 30. *Ianuarij* 1581. *coram Reuerendiss.* D. *Alexandrino, quæ est inter impressas decis. 687. n. 2. p. 1.* nec est verum, quòd iure fideicommissi potuisset præsentare stante prohibitione trebellianicæ iuxta opinionem Lambert. quia eius opinio est ipsius singularis, & patitur multas difficultates, vt etiam in pia causa, quæ non detrahit trebellianicam fuit dictum in *Aretina Capellaniæ*, quæ in decisione allegatur, nam in fideicommissarium solum transeunt ea, quæ spectāt ad commodum pecuniarium, vt deducit *Roch. verb. ipse, vel is, à quo. nu. 21.* vnde etiam si bona, omnia transeant, tamen iuspatr. debet penes grauatum remanere, latè *Decian. cons. 107. nu. 9. lib. 3.*

Quoad quartum non obstat, quòd diuisio expensarum sit actus extrinsecus à præsentatione, quia dubium de quo agitur, erat, an iuspatronatus saltem ex obseruantia deferatur in stirpes, & ideo potest explicari nō tantum ex præsentationibus, quantū ex alijs, etiam ex actibus patronalibus, vt per *Feder. de Senis. Roch. de Curt. & alios præalleg.* quos secuta est *Rota in Imolen. iurispatronat.* 28. *Maij* 1584. *coram Cantuccio*, & quidem si expensæ fieri debebant, à patronis nulla ratione fieri potuissēt, vt

vt remotiores, qui non essent patroni, in ijs contribuerent ratione iuris de futuro contingentis æqualiter cum proximioribus patronis, nec dubium est, quòd contributio expensarum erat diuidua, quicquid sit de iure indiuiduo præsentandi, vt distinguit *Peregr. cons. 32. nu. 14.*

Postremo quoad quintum, nō obstat, quod in sententia Abbatis de Coltibono, dicatur iuspatronatus spectare ad descendentes Bindacij, quia non semper verbum descēdentes debet suppleri de hæredibus descendentibus, *Anchar. cons. 81. nu. 2. vers. & fortè. Natta cons. 531. nu. 18.* quem refert, & sequitur *Sim. de Pret. de interp. vlt. volunt. lib. 3. solut. 11. nu. 24.* nec semper importat ordinē successiuum, sed potiùs æqualiter cū parentibus non solum ex obseruātia, verumetiam ex alijs coniecturis. vt per *Cæs. de Graff. decis. 4. nu. 9. & seq. de testam.* sed in proposito non solum concurrit obseruātia in contrarium, verumetiam adsunt illa verba, omnes & singulos, &c. quæ tollunt difficultatem ex *Butr. Ancharan. & alijs in decis. citatis*, qui licèt loquantur de dictione, quemlibet eorū, &c. tamen idem importat dictio, omnibus & singulis. *Bald. in rub. C. qui accus. non poss. Dec. cons. 619. num. 2. Decian. resp. 2. nu. 1. lib. 2.* & facit *tex. in c. solitæ de maior. & obed.* & concurrit clausula, insolidum, quæ ad euitandum superfluitatem debet attribuere vnicuique ius insolidū, hoc est in capita, vt sentit *Vitalin. in d. clem. plures nu. 41. in fin. & nu. 42. de iurepatr.* & plus operari, quàm fortè aliàs operaretur. *Felin. in c. 1. nu. 57. & seq. de rescrip. Aym. cons. 118. nu. 9. & cons. 139. num. 24. Surd. cons. 143. nu. 38.* etiam si aduersaretur dispositioni iuris communis. *Crauet. cons. 201. num. 13.* & quamuis ista verba non videantur in sententia exarata, tamen satis censentur expressa per relationem expressè habitam ad seriem literarum Nicolai V. & petitionis, in qua leguntur. *l. asse toto. ff. de hæred. instit. Castren. cons. 367. nu. 1. vers. quod autem. lib. 1. Crau. cons. 188. nu. 1. Felin. in cap. 2. nu. 35. de rescript.*

Præterea d. sententia, & literæ dicunt, quòd iuspatronatus spectet ad descendentes, nec distinguunt stirpes, quamuis enim nominentur tres patroni de familia, tamen dicitur, quòd iuspatronatus pertinebat ad cæteros de Ricasolis, à q. Bindacio descendentes, & sic patroni sunt cæteri de Ricasolis, verbum autem descendentes ponitur adiectiuè, & non substantiuè. *Menoch. cons. 461. nu. 5.* & si spectat ad cæteros, ergo ad omnes, quia hæc dictio, omnes comprehendit, & sic in capita. *l. cū optio. ff. de optio. leg.* & per hunc tex. dicit *Bart. in l. si tibi. in princ. ff. eod. tit. l. cæterorum. ff. de verb. signif. c. quia. 100. dist. c. deinde. 20. dist.* & in dispositiua dicitur, si tibi constiterit Carolum, necnon Angelum, & Albertaccium Brachium prædictos, necnon eorum progenitores à d. milite descendentes, esse veros patronos &c. quare numquam restringit se ad descendētiam ordine successiuo, imò in eādem supplicatione narratur, quòd descendentes prædicti tunc existentes, præsentarunt vltimum plebanum, & tamen descendentes prædicti sunt pater & filius qui supplicabant, & post verbum descendentes sequitur verbum masculos, quo casu nomine descendentium veniunt omnes etiam non hæredes. *Dec. cons. 139. num. 4. vers. licèt non sint hæredes. Cassan. & alij, quos allegat Peregr. cons. 33. n. 16.* vnde ex hoc etiam respondetur ad *Couar. d. c. 18. nu. 6. & Achill. decis. 9. de iurepatr.* loquitur de iurepatron. acquisito pro filijs & successoribus, quòd verbum successoribus intelligitur de hæredibus *iuxta not. per omnes in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posthum.*

Accedit etiam, quòd in d. petitione fuit narratum, quòd Albertaccius filius

filius Caroli, & Braccius nepos, qui fuerant nominati in supplicatione porrecta Papæ erant defuncti, quæ narratiua fuisset omninò superflua, si iuspatronatus fuisset delatum in stirpes, & in literis Papa voluit quòd verificatis narratis declararetur omnes ibi simul nominatos nempe patrem, filium, & nepotem, esse necne patronos, vnà cum omnibus descendentibus à Bindaccio, quòd cum fieri non possit in iurepatronatus hæreditario, necesse est fateri, quòd actum sit de iurepatronatus familiari, prout in eisdem documentis, sæpe enunciatur ex regula, quòd qui vult consequens &c. de qua in *l. 2. de iurisd. om. iudic. & in l. ad rem mobilem. ff. de procurat.*

Non obstat, quòd d. sententia redarguatur erronea, ex quo Coppinus tūc prouisus Apostolicus de hac ecclesia habuerit consensum Caroli, absque eo, quòd cōstet de interuentu Albertaccij eius filij, quia respondetur, quòd ex instrumento consensus Caroli non probatur negatiua, quod d. Albertaccius eius filius non consenserit cum id, facere potuisset in alio instrumento. *Io. Andr. in c. 1. nu. 4. vers. in gloss. vlt. de rescrip. lib. 6.* maximè cum constet plures scripturas ad hoc iuspatronatus spectantes fuisse deperditas, quinimò dictus cōsensus Albertaccij, quatenus fuisset necessarius pro iustificatione sententiæ antiquissimæ, posset quoque præsumi. ad *Bald. in l. de emancipatione. nu. 3. C. de fid. instrum. Cassad. decis. 3. nu. 3. de procur.*

Et denique consideratis omnibus simul iunctis dicebant Domini præualère opinionē, quòd competat in capita, quia probationes incalescūt in hanc partem, pro qua adest fomentum actuum, & probationum, nam quòd competat in stirpes nihil suadet, & in hoc conflictu magis inhærendum parti, quæ fomentum probationis ostendit, tantò magis cū numquam appareat, fuisse controuersum an voces sint computandæ in capita, vel in stirpes, nec vnquam constet fuisse habitam rationem hæreditatum, quòd facilè fuisset, si factę fuissent præsentationes per stirpes, maximè cum iuspatronatus sit ante *Clem. plures*. vt dictum est, & intrat regula quòd etiam si singula non prosunt simul collecta iuuāt, & vnus actus recipit interpretationē ab alio. *Aym. cons. 118.*

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus transit ad quoscumque hæredes, quia hæredes.*
2 *Et transit ordine successiuo.*
3 *Fundatio est attendenda in materia iurispatronatus.*
4 *Iuspatronatus in dubio præsumitur hæreditarium.*
5 *Pater stipulando pro se & filijs, pro filijs vt hæredibus stipulasse cēsetur.*
6 *Testator dispositioni iuris communis se conformare præsumitur.*
7 *Fœmina in statuto exclusa ab hæreditate excluditur à iurepatronatus.*
8 *Patronus transmittit iuspatr. in filios hæredes.*
9 *Filius hæres relictus non potest iuspat. acceptare, & hæreditatem repudiare.*
10 *Hæreditatis per aditionē omnia transeunt in hæredem præter possessionē.*
11 *Iuspatronatus vt acquiratur actualis apprehensio requiritur.*
12 *Iuspatronatus potest reseruari hæredibus sanguinis.*
13 *Iuspat. an sit gentilitium, seu hæreditarium, obseruantia declarat.*
14 *Iuspat. reseruatum vna cum taxatiua non transit ad alios. & ponuntur Rotæ decis.*
15 *Iuspat. reseruatum familiæ sine taxatiua transit etiam ad hæredes extraneos.*
16 *Iuspat. reseruatum masculis. ipsis deficientibus euanescit.*
17 *Iuspat. reseruatum familiæ sine taxatiua, transit ad extraneos ea extincta.*

Iuspat.

18 *Iuspat. potest transferri in alium in praeiudicium vocatorum.*
19 *Patronus an possit alij renunciare iuspat. in praeiudicium filiorum & haeredum.*
20 *Primus acquirens potest praeiudicare vocatis in inuestitura.*
21 *Vt est in emphyteusi, & in feudo.*
22 *Prior in gradu sequentibus praeiudicare nequit, quando successio fit gradatim.*
23 *Prohibita alienari si alienantur, eeuocatur alienatio à successoribus vocatis.*
24 *Iuspat. non potest eenunciari in praeiudicium vocatorū in fundatione.*
25 *Iuspat. competens illis de parentela fundatoris non potest extraneo eenunciari.*
26 *Adoptiuus numquam acquirit iuspatr. competens eis de parentela.*
27 *Verba propriè sunt intelligenda, non fictè.*
28 *Iuspat. relictum familiae quibus competat.*
29 *Casata, domo, seu parentela vocata, omnes de ea veniunt ad iuspat.*
30 *Seniores de familia aliquando vocantur ad iuspat.*
31 *Iuspat. familiare est, si taxatiuè sit familiae reseeuatum.*
32 *Familia ad vnum eedacta, ille solus praesentat, quamuis tres praesentare deberent.*
33 *Iuspat. reseruatum descendentibus à linea fundatoris, de linea dieecta intelligi debet.*
34 *Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium.*
35 *Descendentes à linea fundatoris omnes veniunt ad iuspat. reseruatū lineae.*
36 *Linea à patre sumit initium.*
37 *Fundans ecclesiam, & reseruans iuspat. extraneo, non fit patronus.*
38 *Iuspat. gentilitium competit illis de familia in capita.*
39 *Iuspat. haereditarium, seu gentilitium quando dicatur.*
40 *Iuspat: gentilitium vt probetur leuiores probationes sufficiunt, quando de illius pertinentia agitur.*
41 *Patre ob delictum priuato iurepat. filius etiam priuatus remanet.*
42 *Iuspat. transit in filium haeredem, quia haeredem, non in filium vt filium.*
43 *Iuspat. regulariter transit ad masculos, & ad foeminas.*
44 *Iuspat. haereditarium transit etiam ad foeminas haeredes.*
45 *Iuspat. relictum consanguineis competit etiam foeminis descendentibus ex illis.*
46 *Agnatio etiā in foeminis conseruatur.*
47 *Etiam si sint nuptae.*
48 *Foemina dotata exclusa ab haereditate non succedit in iurepatr. haereditario.*
49 *Quòd procedit etiā in monialibus dotatis ab haereditate exclusis.*
50 *Haeres vniuersalis remanet patronus excluso alio haerede in re certa instituto.*
51 *Haeres si nolit haereditatem non succedit in iurepat.*
52 *Filius non succedit in emphyteusi eecepta pro se, & filijs haeredibus.*
53 *Haeres in re certa succedit, si nullus alius sit haeres vniuersalis.*
54 *Iuspat. transit ad eos, qui haereditatem acceptarunt, quando scriptus haeres non vult esse haeres.*
55 *Exhaeredatus non succedit in iurepat.*
56 *Emancipatus si sit haeres succedit in iurepat.*
57 *Bonorum possessor succedit in iurepat.*
58 *Primogenitus si solus sit haeres, solus erit patronus.*
59 *Primogeniti filius dicitur primogenitus, & patruum excludit.*
60 *Adoptiuus si haeres sit succedit in iurepatronat.*
61 *Patronus si fiat religiosus, monasterium succedit in iurepat.*
62 *Monasterium habetur loco filij, & haeredis.*
63 *Monachus per ingressum religionie omnia sua transfert in monasteriū.*
64 *Monasterium succedit in iurepatr. haereditario.*
65 *Illegitimus non dicitur de paeentela.*
66 *Neque de familia.*
67 *Et repellitue à successione banorum.*

68 *Illegitimus non succedit in iurepat. hæreditario nisi sit hæres.*
69 *Legitimatus à Papa succedit in iurepatronatus.*
70 *Legitimatus à Principe seculari succedit in iurepat.*
71 *Illegitimus factus religiosus fit legitimus.*
72 *Filius naturalis oblatus curiæ Principis fit legitimus.*
73 *Religionis per ingressum omnis tollitur macula.*
74 *Legitimi nati ex illegitimis succedunt in iurepat.*
75 *Iuspat. transit ad omnes hæredes insolidum.*
76 *Iuspat. non transit in fideicommissarium, cui fit restituta hæreditas.*
77 *Iuspat. transit in fideicommissarium si velit testator, & Episcopus cōsentiat.*
78 *Iuspat. transit in fideicommissarium, quando nulla debet quarta detrahi, vel quando ecclesia est fideicommissaria.*
79 *Patrono decedente nullo hærede relicto ecclesia fit libera.*
80 *Fiscus succedit ei, qui obijt sine hærede.*
81 *Iuspat. censetur reseruatum descendentibus à fundatore ob eorum affectionem. & transit insolidum in hæredes. & ponuntur Rotæ decisiones.*

Quomodo Iuspatronatus transeat ad hæredes, & ad quos hæredes.

CAPVT SECVNDVM.

1 VM supradictū sit, iuspatronatus transire ad aliū ex successione hæreditaria. Ideo nunc specialiter dicimus, quòd iuspatronatus transit ad hæredes vniuersales tàm suos, & sanguinis, quàm extraneos, & tàm ex testamento, quàm ab intestato, & in eosdem transit quia hæredes. ita cōmuniter omnes infrascripti. *Federic. de Sen. cons.* 225. *Cardin. in clem. plures. nu.* 6. *de iurep. Abb. in cap. cum seculum. & ibi gloss. de iurepat. Zecchius de benefic. & pensionib. cap.* 12. *nu.* 6. *Cardin. Tuscus practic. conclus. Iuris. lit.* I. *concl.* 610. & 611. *Lamber. de iurep. par.* 2. *lib.* 1. *q.* 1. *art.* 15. *Innoc. in rub. de iurep. nu.* 4. *Couar. var. resol. lib.* 2. *c.* 18. *nu.* 6. *Decius in l. precibus. C. de impub. & alijs substit. Spin. in speculo testament. gloss.* 4. *nu.* 45. *Riccius in praxi rer. for. ecclesiast. decis.* 211. *nu.* 273. & *in collectan. decis. p.* 4. *collect.* 1025. *Vgolin. de pot. Episcopi. cap.* 51. *nu.* 6. *Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. par.* 3. *alleg.* 71. *nu.* 2. & 3. ita fuit resolutum in *Cremonen. iurispatr.* 6. *Iunij.* & 21. *Nouembr.* 1578. *coram Card. Seraph. in Aretina Cappellaniæ* 8. Nouemb. 1593. *coram Penia.* & in *Lucana iurisp.* 6. *Nouembr.* 1598. *coram Litta.* & in *Lucana iurisp.* 21. *Iunij.* 1602. *coram Card. Millino.* & in *Baren. beneficij.* 1. *Decemb.* 1589. *coram Penia.* & transit ordine
2 successiuo, & gradatim. *Cardin. Tuscus. vbi sup. conclus.* 608. *Riccius in d. praxi vbi sup. decis.* 194. *nu.* 202. & *seqq.* & semper in dubio in ma-
3 teria iurispat. est ad vnguem attendendus tenor instrumenti fundationis. ita *Bald. cons.* 322. *vol.* 2. *Alexand. cons.* 170. *n.* 5. & *seq. lib.* 2. *Alban. cons.* 51. *nu.* 4. & *seqq. Riccius vbi sup. in d. praxi d. decis.* 211. *nu.* 270. dummodo prætendens iuspat. tamquam hæres, probet se successisse iure hæreditario, & se esse hæredem. *Cardin. cons.* 122. *nu.* 2. *Dec. cons.* 149. *num.* 1. *Abb. cons.* 54. *circa fin. lib.* 1. & fuit dictum in *Bracharen. parochialis.* 20. *Nouemb.* 1596. *coram Penia.*
4 Et si in instrumento fundationis nihil appareat de personis vocatis ad iuspat. sed constat simpliciter fuisse erectum, & tunc ea mente præsumitur erectum, vt ad illud non admittantur, nisi hæredes fundatori, ea ratione, quia stipulando aliquis pro se. intelligitur etiam pro eius hæredibus,

bus, quamuis de illis nulla facta fuerit mentio. *l. secundum responsa. C. de contrah. stipulat. l. si hæres. ff. de probat. Rota Genuæ decis. 3.* item, quia etiam
5 pater stipulando aliquid pro se & filijs, censetur stipulasse pro filijs vt hæredibus *gloss. & Doct. in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pactis. Bart. & alij. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. 1. C. de suis, & legit. Afflict. decis.* 314. *& Francbus dec.* 105. *Verall. decis.* 302. *par.* 1. item, quia
6 semper censetur, quòd testator voluerit se conformare dispositioni iuris communis. *Card. Seraphin. decis.* 378. *nu.* 2. & consequenter, quòd ad ius pat. noluerit admitti nisi hęredes. ex quibus infertur, quòd si fœmina
7 à statuto excludatur à successione hę reditaria stantibus masculis, vt est ferè per totam Italiam, vt per *Alb. Brunum, Albericum, & Georg.* Nattam, *& Campeg. in tractatu statutorum*, erit pariter exclusa à iurepatronatus. *Innoc. in d. rubr. in fine. de iurepatr. Rocch. de Curte de iurep. verbo, ipse, vel 11. quæst. 6. Paul. de Citad. de iurep. par. 9. quæst.* 1. regulariter enim iuspatr. transit ad fœminas hæredes. *Abb. in c. 1. nu. 3. de iurep.* & fuit dictũ in *Tudertina iurisp.* 23. *Martij* 1588. *coram Orano. & Comen.* Cappellaniæ
8 8. *Nouemb.* 1593. *corã Penia.* Itẽ si patron⁹ alios filios reliquerit, nõ ex hoc in eos trãsmittit iuspat. nisi sint hęredes, quia non consideratur qualitas sanguinis, sed hæreditatis, quando in hæreditate iuspat. consistit, ita intelligitur. *c. filijs.* 16. *q.* 7. *& c. considerandum. d.* 16. *q.* 7. & est communis opinio secundum *Gulielmum de Benedictis in cap. Rainutius, in verbo, eodem testamento. il* 1. *nu.* 261. *de testamentis. Bart. in l. iusiurandum. §. si liberi. nu.* 4. *ff. de oper. libert.* & si filius
9 relictus sit hæres non poterit iuspat. acceptare, & hæreditatem repudiare. *Iason in l. si quis in fundi vocabulo. §. 1. ff. de leg. 1. Card. in clem. 2. quæst. 5. de iurepat.* & alij relati à *Couarruu. vbi sup. lib. 2. var. resol. lib. 8. c. 8. nu. 6.*

non transit iuspat. in hæredem institutum in re certa dato alio vniuersali cohærede. *Lambert. de iurep. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 16. *nu.* 6. vbi de communi. *Mar. Antonin. var. resol. lib.* 1. *resolut.* 7. *nu.* 16.

10 Quoniam autem per aditionem hæreditatis omnia ipso iure transeũt in hæredem, possessio autem non transit nisi fuerit actualiter apprehẽsa. *l. cum hæredes. ff. de acq. possess.* quòd procedit etiam in iuribus incorporalibus. vt per *Bald. in cap. pastoralis. num.* 3. *& seq. de causa poss. & prop.*
11 ideo idem procedit in iurepatronatus, idest, vt ad iuspat. acquirendum actualis apprehensio requiratur. secundum *Gabriel. consil.* 185. *num.* 17. *vol.* 4. *Verall. decis.* 135. *par.* 2. *Achill. de Grass. decis.* 6. *nu.* 1. *de iurep. Cassad. decis.* 7. *de caus. poss. & prop.* Bellam. *decis.* 701. *Riccius in d. praxi vbi sup. decis.* 192. *nu.* 201.
12 Insuper si in limine fundationis sit apposita conditio cum Episcopi consensu, quòd iuspatronatus transeat dumtaxat ad hęredes sanguinis, etiam si non sint hæredes vniuersales, ea seruanda est, ita intelligitur *Bald. in l.* 2. *nu.* 1. *C. de in ius voc. & Pet. de Ancbar. consil.* 81. & an iuspat.
13 sit gentilitium, seu hæreditariũ pendet ex obseruantia patronorum. ita *Steph. Gratianus discept. forens. c.* 521. *nu.* 19. quòd & procedit in iurepatr. sepulchri. *Abb. in cap. penult. nu.* 5. *de sepult.* vt scilicet ius sepulchri transeat ad hæredes sanguinis.
14 Quòd si fundator reseruet sibi ius. patronatus cum aliqua qualitate, qua appareat voluisse iuspat. durare ipso fundatore viuente, tunc iuspat. non transit ad hæredes, cum sit fauor pro ecclesiæ libertate, quod est verum, & procedit, quando reseruatum fuit vni cum taxatiua dumtaxat, puta fundator reseruauit iuspatr. sibi dumtaxat, tunc enim non competit alij, aliàs si non adsit taxatiua, transit d. iuspatronatus ad hæredes.

Digitized by Google

Et fuit dictum in *Cremonen. Iurisp. pat.* 21. *Maij.* 1577. *coram Robusterio.*

Veneris 18. Maij proposui in relationibus, an' iuspatronatus, de quo sup. cessauerit, ecclesia fuerit effecta libera, extinctis omnibus de domo, & casata de Stephanis, vel transierit ad extraneos hæredes, & diuisa fuit difficultas in tres partes. Prima, an' in hac difficultate opin. *Ancb. cons.* 81. sit communis. Secunda, an' sit de iure vera. Tertia, an' applicetur ad casum, de quo agitur. Circa primum hodie 21. Maij, quamuis nulla fuerint datæ informationes in facto, nec in iure, sed sola copia fundationis. Domini opin. *Ancb. d. cons.* 81. dixerunt esse communem, nam in effectu idem tenet *Calderin. cons.* 4. *de iurepatr. Rocch. de Curt. relatus per Lambertin.* cum quibus ipse transit, *de iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 5. fol.* 122. secundum veterem impress. *Cassad. decis.* 1. *nu.* 3. *de iurepatron. Paris. cons.* 48. *num.* 12. *lib.* 4. *Curt. iun. cons.* 257. *nu.* 2. *& cons.* 323. *nu.* 2. *cum seq. lib.* 3. *Dec. cons.* 149. *num.* 2. *& in l.* 2. *nu.* 2. *C. de in ius voc. & in l. fœmina. nu.* 42. *vers. notandum tamen est. de regul. iur. Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 8. *vers.* 3. si proximè scripta considerentur, & latè *Ioan. Baptista Ferret.* qui contra alios exemplo consulentes pro ista parte, *in cons.* 131. *nu.* 9. *in fin. cum pluribus seqq. vbi nu.* 13. *in fin.* refert Rocch. de Curt. asserentem, quòd *Anchar. & Calder.* in istis cons. non habent contradictorem, quamuis re vera *Gem. cons.* 45. *nu.* 7. *in fin. cum seq.* teneat de directo contrarium, sed ex præmissis apparet opinion. *Ancharan.* esse communem.

Circa secundam partem plures ex Dominis tenuerunt, quòd opinio Anchar. sit de iure vera ex rationibus per eum consideratis, & ad illã corroborandam considerabant, quòd si iuspatronatus competit de iure cõmuni, seu ordinario ipsis laicis, vera sit gratia, iusta, ratione fundata, & in corpore iuris clausa. *Barbat. & alij in c. quanto. de iud. Lambertin. de iurepat. lib. 1. par. 1. q. 1. art. 4. nu.* 10. *&* 11. *fol.* 7. de qua videatur, prout de iure communi. *Felin. post alios. in c.* 1. *col.* 8. *nu.* 10. *in* 5. *fallen. de rescrip. Gomes. in* §. *fuerat. nu.* 31. *vers. neque obstat. Iustit. de action.* imò difficiliùs tollitur gratia in corpore iuris clausa, quàm ipsum ius commune. *Socin. cons.* 299. *nu.* 4. *vsque ad fin. lib.* 2. *Ias. in l. postquam litt. col. fin. C. de pact. Crot. in l filiusfamilias.* §. *Diui. nu.* 92. *post med. de leg.* 1. *Zuccard. in rub. ff. si cert. pet. nu.* 24. *in fin. cum seq.* Tunc intrat regula, quòd prouisio legis communis, & ordinariæ, quæ vult quòd iuspatronatus trãseat ad quoscumque hæredes etiam extraneos, non cesset per prouisionem hominis. *Bart. in l. si cum dotem. col.* 1. *in fin. solut. matrim.* cum alijs per *Anton. Gabriel. de reg. iur. concl.* 8. *nu.* 4. Si verò competit de iure speciali, siue extraordinario, tunc etiam procedit alia regula, quòd prouisio hominis non facit cessare prouisionem legis specialis, vel extraordinariæ, quando concurrunt circa diuersa. *Bart. in d. l. si cum dotem. & in l. si constante. ff. solut. matrimon.* & alij per *Gabriel d. concl.* 8. *num.* 11. *&* 12. *in* 5. *limit.* prout hic, Quoniam lex prouidet de patronatu ipsi fundatori, & suis hæredibus, & fundator prouidit ipsis de domo de Stephanis, vt benè considerat *Calderin. d. cons.* 4. *ante fin. de iurepatr.* ibi, præterea plures esse patronos. Et idem quando prouisio legis prouenit ex diuerso fonte, & hominis prouisio non est æquè plena, vt benè considerat *Bald. in l. certi iuris. in fin. C. locat. Angel. in* §. *item Seruiana. colum.* 3. *versic. item si locator. Institut. de action.* & ibi etiam *Ias. num.* 67. *& in l.* 2. *num.* 195. *cum sequen. de iure emphyt. & in l. item quia. nu.* 4. *de pact.* Prout contingit in casu isto, & benè declarat *Gomes. in d.* §. *fuerat. nu.* 31.

in

in princ. Ad idem facit, quòd sicut fauore dotis temporalis per prouisionem hominis non censetur à prouisione legis specialis, & extraordinariæ recessum, *glo. & Bal. in l. fin. C. de pact. conuent. Rom. in l. 1. col. antep. in fin. solut. matrim. Bal. Nouell. in tract. de dot. par. 6. priuil. 68. Anton. Gabriel. vbi sup. nu. 10. in 4. limit.* ita dicendum est fauore dotis spiritualis. Nam licet onerosum sit isti particulari ecclesiæ habere iuspatronatus, vniuersali tamen ecclesiæ fauorabile est fauere istis patronis, vt ecclesiæ dotentur, & ædificentur, vt passim Doct. considerãt, & post alios *Lamabertin. d. 4. art. num. 3. & 4. fol. 6.* ideò bene dixit *Calderin. d. cons. 4. in fin.* quòd hæc pars videtur æqua, vt laici alliciantur ad fundandas ecclesias.

2 Vltimò, si in dubio, quando lex mortua aut viua concedit aliquod ius, vel exercitium ipsius, vel priuatus se immiscet alicui iuri alteri cõpetenti, intelligitur concedere, & se immiscere cumulatiuè, & non priuatiuè cum illo qui iam habet idem ius. Dec. post alios, *cons. 3. num. 3.* & in patrono donante ius presentandi, vt intelligatur donasse cumulatiuè, & non priuatiuè. *Dec. cons. 542. nu. 5. in fin. & cons. 609. num. 4. cum seq.* & in pluribus patronis. *Feder. de Sen. cons. 147. ver. quæritur. Abb. cons. 54. col. 2. post med. ver. nam vbicũque. lib. 2. Ruin. cons. 10. nu. 9. cum seq. in 5.* & in alio simili. *Calder. cons. 2. circa med. de præscript. Fel. in c. auditis. col 5. in fin. eo. tit. Balb. in tract. de præscript. in 2. par. 5. par. princ. q. 5. nu. 7. cum seq.* Multò magis idem fundator constituendo alios patronos noluit se ipsum, & suos hæredes priuare, sed illos accumulare, nam prima charitas incipit à se ipso, & semper vbi fieri potest, debet actus interpretari ne inducat renunciationem proprij beneficij. *c. sonè. de renunc. vbi glo.* & Doct. cum alijs per *Zabar. cons. 30. num. 7. circa med.* & etiam considerat *Calder. in d. cons. 4. in fin. de iurepatr.*

Non obstat, quòd in dubio deberet præsumi fundatorem voluisse vti iure communi, & non iure speciali, etiam in corpore iuris clauso: *l. quãquam. l. in testamento. & ibi not. Alex. Ias. & alij. C. de testam. mil. l. si quando, ff. de inoff. testam.* & post alios *Ias. cons. 109. in 4. Bero. q. 8. col. 3. & 4.* Quoniam verum esset retenris eisdẽ retminis, vbi daremus, quòd ius commune, & speciale tendunt ad idem. Et sic si daremus, quòd circa illam eandem dispositionem competeret fundari iuspatronatus de iure communi, & de iure speciali, tunc intraret, quòd videretur sibi reseruasse ius præsentandi competens de iure communi, & non de iure speciali. *Lancell. Polit. in tract. substit. in materia vulgar. substit. q. 44. col. 4.* ibi, nõ obstat quidem. *Rip. in l. Centurio. nu. 25. in princ. & post med. de vulg. & pupill. Zuccard. in rub. si cert. pet. nu. 26. vers. preterea.* & in simili *Bald. Paul.* & alij per *Dec. in l. in testamento. n. 11. post med. C. de testa. mil. Aym. in tract. de antiq. tempor. par. 1. nu. 39. cum seq.* & ita procedunt *Alex.* & alij in *d. l. quomquam. C. de milit. testam.* cum alijs supra allegatis. Sed vbi diuersi sunt termini, vt hic, tunc secus est, per *Polit. Zuccard. Rip.* & alios sup. citatos, & *Dec. in d. l. in testamento. num. 12. in fin. C. de testam. milit. & in l. in contrahendo. num. 7. cum seq. de reg. iur. Hippol. sing. 84. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 36. per tot.* Et ideò in istis potius regula firmatur, quòd vtrumque remedium est in consideratione, & ordinarium, & extraordinarium, seu speciale pro ut commodius, & vtilius est facienti. *Felin. in c. cum ex officij. nu. 31. vers. sexta conclusio. de præscrip. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 36. nu. 3.* Preterea *reg. l. quamquam. & l. in testamento. C. de milit. testam.* limitatur in priuilegio, & iure speciali fauorabili, in quo præsumitur, quòd quis elegerit

rit viam vtiliorem, & fauorabiliorē. Item quando via iuris specialis est æquior, & humanior. Item quando resultat aliquod præiudicium parti. Nam semper fit interpretatio ne inducatur renunciatio iuris proprij, itē quod attento iure communi actus nihil operaretur, quæ omnes limitationes applicantur hic, & illas cumulat, & corroborat *Alciat. in d. præsumpt. 36. per tot.*

Non obstat *Gemin. d. consil.* 45. Quoniam ipse non examinat plenè istam difficultatem, nec animaduertit ad rationes quas Anch. adducit. Mouetur enim solum ex eo quòd ius patronatus inductū in fauorem masculorum non includit fęminas, quasi vnius inclusio sit alterius exclusio, cui fundamento benè respondent Anchar. Calder. & alii relati. Non enim procedit d. regula, quoties hominis prouisio non facit cessare prouisionem legis, vt benè declarat *Dec. cons. 99. col. fin. vers. quia ad hoc respondetur. Cephal. cons. 57. num. 4. & cons. 257. nu. 21. & 26.* vt etiam apparet ex præmissis, & plures limitationes ad illam reg. *l. cum prator. de iudic.* adducunt *Riminal. iun. in princ. Instit. de donat. nu. 309. vsque ad 314. & Benincas. in §. actionum. nu. 216. vsque ad 226. de actio.* quarum aliquę possunt applicari ad hunc casum.

Nō obstat, quòd patronus fundās ecclesiam, potest in totum, vel pro parte remittere iuspatronatus, & limitatè illud inducere in præludiciū descendentium, vel extraneorum hæredum, vt sibi placet. *c. significauit. de testam. c. 1. de iurepatr. in 6. vbi Archidiac. & alij.* Et ita videtur fundator in casu isto voluisse limitatè inducere iuspatronatus pro illis de Stephanis, prout *Gemin. in d. cons. 45. nu.* 8. considerat. Quoniā id verum esset, si expresse exclusisset alios, vel limitatè, & taxatiuè induxisset solummodo pro illis de Stephanis, & in istis terminis loquitur *Bald. in d. l. 2. in princ. C. de in ius vocan.* & ita illum intelligunt *Felin.* & alij quos refert *Rocch. de Curt. in tract. de iurepat. in verbo, ipse, vel is à quo. nu. 18. vers. sed hic suboritur quæstio. Paris. d. cons. 48. num. 6.* Non autem quando prout hic simpliciter exprimit aliquos qui possint præsentare, nam non ideo excludit seipsum & suos hæredes, vt per Anchar. & Calder. vbi supra.

Non obstat, quòd sicut expressio masculorum & descendentium censetur facta ad exclusionem fœminarum. *Abb. cons. 56. col. 2. lib. 1.* ita etiā expressio istorum de Stephanis censetur facta ad exclusionem aliorum, vt per Gemin. vbi supra. Quoniam diuersa est ratio, nam vbi ad vniuersam hæreditatem vocantur masculi, aut adest expressa exclusio fœminarum, vel illi æquipollens, nō possunt bona ad alium deuenire, quia duo non possunt esse Domini insolidum eodē tempore. Non sic in casu isto, in quo nihil impedit, vt ex eadem vel diuersa causa, plures non possint eodem tempore esse patroni eiusdē beneficij, vt inquit *Calder. d. cons. 4.* Sed vbi cessat expressa, & tacita exclusio fœminarū, & cōcurrunt dispositio legis, & hominis cum regulis supra firmatis, tunc quod dicitur in iurepatronatus, esset in hæreditatibus, & alijs bonis, prout inquit *Bald. in d. l. 2. C. de in ius voc.* cum alijs per *Paris. d. cons. 48. nu. 6. in 4.*

Non obstat, quòd fundator & sui hæredes videntur in casu isto simpliciter exclusi, non autem temporaliter, aut sub conditione, vel modo, quo casu perpetuo, vt dicitur fœmina simpliciter per masculos exclusa, vt perpetua censeatur exclusa, vt habetur, in *l. 1. §. si sit agnatus. & §. si sit consanguineus. ad Tertull.*

Quoniam semper negant Anch. & Calder. quòd ipse fundator, & sui hæredes fuerint vnquam ab ill.s de Stephanis exclusi, quinimò ab initio cum illis inclusi, cum affirment, & de

iure

iure verum sit, quòd in isto casu prouisio hominis non facit cessare prouisionem legis.

Non obstat, quòd in iuspatronatus videtur personale, & non reale, vt considerat *Dec. consil. 149. col. 2. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 2. q. 2. art. 2. in fine*. Quoniam diuersus est casus noster ab illo, cum non fuerit translatum omne ius in illos de Stephanis, sed remanserit etiam penes fundatorem & eius hæredes, vt apparet ex præmissis. patet igitur quòd *cons. Gemin. 45.* in ista parte fortè est de illis, quæ Rota non solet tenere, vt de pluribus refert *Sarnen. in reg. de publican. q. 11. n. 5.*

Circa secundam difficultatem dixerunt Domini, quòd cum ex facto ius oriatur, & ipsi non habeant plenam facti cognitionem, & de illis omnibus circumstantijs, & quamprimum erunt de facto huiusmodi informati, dabunt resolutionem.

Ista decisio fuit confirmatata coram Illustriss. Card. Seraphino, cui postea ista causa commissa fuit die Veneris 6. Iunij 1578. *quæ est impressa 364. infrascripti tenoris.*

Stephanus de Stephanis de Anno 1514. condito testamento instituit hæredem Catharinam neptem in octuaginta libris Imperialibus, & mandauit quibusdam fideicommissarijs exequutoribus, vt construerent Capellam in Ecclesia sancti Laurentij sub inuocatione sancti Stephani; eamque dotarent; & voluit, quòd illi de domo seu casata de Stephanis essêt patroni dictæ Capellæ, & quòd electio Capellani fieret per duos vel tres ex senioribus dictæ domus, &c. Contigit tandem familiam deficere per mortẽ Iosephi de Stephanis, qui instituit suos vniuersales hęredes Nicolaum, & Cęsarem de Chissolis, qui vacante prædicta Capellania prætẽdentes se esse patronos pręsentarunt Dominum Bartholomeum Padernũ, contra quem Dominus Iulius Brinus prouisus Apostolicus vigore Breuis de capiendo possessionem egit coram Auditore Cameræ, & demum causa in Rota per appellationem introducta dubitaui, An sufficienter constet de iurepatronatus illorum de Chissolis ad effectum excludendi Dominum Iulium Brinum: & fuerat aliàs hæc dubitatio proposita de ordine Sanctissimi in Rota per R. P. D. Robusterium, & tunc Rota in abstracto censuerat iuspatronatus translatũ fuisse in hæredes extraneos Iosephi vltimi de familia de Stephanis: Reseruatum tamen fuerat videre, An prædicta decisio applicaretur ad casum, de quo agitur, & pro parte Domini Iulij negabatur, prætendebaturque vnà cum familia extinctũ fuisse iuspatronatus, his potissimum rationibus. Et primo, quia iuspatronatus familiæ relictum, ea extincta, extinctum quoque censetur, *vt per Lambert. de iurepat. lib. 1. par. 2. art. 2. & artic. 4. nu. 6. 2. quæst. principal. folio 132. in nou. impres. & magis in terminis Gemin. cons. 45. in tertio dubio. Cardin. consil. 48. in primo dubio. Roch. de iurepatr. in verb. ipse vel is. quæst. 33. in fine.* Secundo, quia cum testator se restrinxerit ad familiam, relinquendo illis de familia, non potest competere aliis non habentibus hanc qualitatem, argumento eorum, quæ tradit *Bald. consil. 304. num. 1. vol. 5. Rip. l. filiusfamil. §. Diui, num. 110. de legat. 1.* Tertio, quia iuspatronatus, de quo agitur, non fuit relictum vnà cum hæreditate, cum fundator alium hæredem instituerit, sed fuit relictũ personis, & ita cohærebat personæ Iosephi vltimi de familia; & ideò non potuit transire vnà cum hæreditate, cui non cohærebat, *ad notat. per Dec. cons. 119. col. 1. & 2.* Quarto, quia hoc iuspatronatus concessum familiæ simile est iurispatronatus concesso Vniuersitati, quòd nõ potest trãsferri in eos, qui sunt extra Vniuersitatem, sed debent assumi in Vniuersitatem vel in familiam illi, in quos

vo-

volumus transferre, *vt per Lambert. lib. 1. par. 2. artic. 9. quæst. 2. num. 12. fol. 135. in nou. impres.* His tamen non obstantibus, contrarium fuit decisum inhærendo decisioni aliàs factæ, nempè satis constare de iurepatronatus illorum de Chillolis ad effectum, de quo agitur; Moti sunt Domini auctoritate *Ancharan. cons. 81. & Calderin. cons. 4. de iurep.* qui optimis rationibus probant prouisionẽ hominis hoc casu non tollere prouisionem legis. Vndè cum iuspatronatus de sui natura sit transitorium ad hæredes extraneos, *vt per glos. in cap. considerandum. 16. quæst. 7. Abb. c. 1. de iurepatr. Aret. cap. significauit. col. 3. de testib. Card. Anchar. & Imol. in Clem. 2. de iurepatr. cum alijs, quos citat Didac. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 6.* prouisio facta sibi, & filiis, vel certis personis non excludit eorum hæredes, dummodo non sit facta taxatiuè, & hanc sententiã comuniter receptam esse constat ex Doctoribus cumulatis in decis. R. P. D. mei Robusterii; & ideò applicando ad casum, de quo agitur, licèt testator voluerit iuspatronatus esse illorum de familia de Stephanis non tamen hoc voluit taxatiuè, itaut ad eos tantum spectate posset, & non ad eorum hæredes, qui est casus Cardinalis, & Rocchi in locis allegatis, pro vt animaduertit *Paris. consil. 48. num. 6. lib. 4.* & ideò non est attendenda opinio Geminiani loquentis contra communem. Facit optimum simile, quòd quando in fideicommissis aliquis casus est omissus relinquitur dispositioni iuirs communis, *l. si cum dotem. in princ. solut. matr. l. commodissimè. de liber. & posthib.* casus autem deficientis familiæ à fundatore fuit omissus, ergo relinquẽdus dispositioni iuris, quòd permittit, vt iuspatronatus ad extraneos hæredes trãsferatur, & sic prouisio ipsius nõ conuenit cum prouisione legis, sed sunt istæ prouisiones circa diuersa. Neq. obstant allegata *ex Lambert in. referente Calderinum in 2. part. primi libr. artic. 4. 2. quæst.* quia procedunt, vbi ex verbis fundatoris apparet ipsum limitare voluisse iuspatronatus, ita vt ad alios non transiret, quàm expressos, ex supra deductis, aliàs quereretur contra cõmunem opinionem. Neque obstat, quòd reseruatum fuerit illis de familia, quia illa verba stant demonstratiuè, & non taxatiuè, & quatenus aliquam importent taxationem, ea intelligitur durante familia scilicet, vt quamdiu fuerit aliquis de dicta familia, is sit patronus, aliàs iuspatronatus reseruatum pro se, & filijs nõ transiret ad hæredes extraneos, qui non habent qualitatem filiationis, quòd est falsũ. Neque obstat, quòd hoc iuspatronatus non fuerit annexum hæreditati testatoris, quia hoc non est necessarium ad constituendum iuspatronatus, sed est obseruãda lex ab initio fundationis apposita; sed hinc non infertur, quominus hoc ius non fuerit in hæreditate Iosephi, postquam ei fuit acquisitum, & nullus alius extat ex familia, per quem hæredes extranei excludantur. Neque etiam obstant allegata *ex Dec. cons. 149.* quia loquitur de iurepatronatus rei cohærentis puta Castro, quia sine illo transferri nequit, sed hoc nulli rei cohærebat, & licèt sit personale ex fundatione, non tamen est taxatiuè ita personale, vt ad extraneos hæredes peruenire non possit, iuxta regularem iurispatronatus non ecclesiastici naturam. Nec obstat, quòd sit simile iuripatronatus Vniuersitatis, quòd non potest concedi ei, qui non est de illa Vniuersitate, quia in hoc procedit simile, vt quamdiu adsunt aliqui de familia, non possit iuspatronatus competere extraneis, sed deficiente familia incipit casus omissus à fundatore regulandus iuxta iuris dispositionem, & in hoc non procedit simile Vniuersitatis vel Collegij, quorum non datur hæres, vel successor, sicut in familia. Vltimo non ob-

obstat, quòd in *consilijs allegatis Ancharani, & Calderini* adsint aliquæ circumstantiæ diuersæ à casu proposito, ex quibus moti fuerunt ad ita decidendum, vt considerant subtiliter scribẽtes pro Domino Iulio, quia vis sit non in similitudine factorum, sed in identitate rationis generalis, quæ est, quòd prouisio hominis non tollit prouisionem legis, *prout latè fuit deductum in præallegata decisione* R. P. D. *mei* Robusterij. Et ita fuit conclusum.

Ibique dicunt, iuspatronatus reseruatum familiæ, transire etiam ad hæredes extra familiam, nisi sit reseruatum dumtaxat, & cum taxatiua, tunc enim prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. *Cassador. decis.*1.*num.*3. *de iurepat. Cavalc. decis.* 17. *num.* 20. *par.* 2. Rota *d. decis.* 385. *num.* 1. *parte* 1. *diuers. Calderin. cons.* 1. *de iurepat. Ferrettus consil.* 131. *& cons.* 143. *num.* 23. *Riccius vbi supra d. praxi. decis.* 206. *n.* 253.

16 Eàdem ratione, si patronus reseruauit iuspatronatus sibi, & filio suo, eiusque descendentibus masculis, tunc prędictis masculis deficientibus ecclesia remanet libera, cum amplius non extent vocati in d. iurepatronatus, quamuis *Pet. de Anchar. in consil.* 81. contrarium teneat. & verius secundum magis receptam Doct. sen-

17 tentias iuspat. reseruatum illis de familia, transit ad extraneos si sit finita linea, & familia *Cassador. d. decis.* 1. *num.* 3. *de iurepat.* si non adsit dicta taxatiua. & fuit dictum in dicta Cremoneñ iurispatronatus. 6. Iunij. 1578. coram Cardinali Seraphino & in Salernitana iurispatronatus. 7. Februar. 1576. coram Robusterio. in Cremoneñ Cappellaniæ. 14. Ianuar. 1594. coram Card. Millino in Lucana Cappellaniæ. 20. Iunij, 1597. coram Card. Seraf. in Lucana iurispatronatus 21. Iunij. 1602. coram Card. Millino. & in Parmeñ beneficij. 1. Decemb. 1589. coram Penia.

18 Item est notandum, quòd Iuspatronatus potest in alium transferri in præiudicium vocatorum, nisi repugnet pactum appositum in in ipsa fundatione. *Calderin. cons.* 19. *de iurepat. Cardin. in d. clem. plures. numero* 8. *de iurepat. Steph. Gratianus. vbi sup. discept. for. cap.* 177. *nu.* 13. *& sequentibus.*

19 In quo tamen casu est distinguendum, videlicet, quando querimus an' patronus possit renunciare alteri iuspatronatus in præiudicium suorũ filiorum, & legitimorum hæredum, Aut est iuspatronatus descendens ab ipso renunciante, & tunc cum idem sit, qui illud fundauit, poterit illud etiam renunciare in præiudicium filiorum. *Archid. in capitulo vnico. de iurepatronatus liber* 6. *Alexand. consil.* 13. *num.* 20. *lib.* 5. *Paris. cons.* 22. *lib.* 1. quia primus ac-

20 quirens semper potest præiudicare vocatis in inuestitura, vt est communis opinio, de qua *Clarus in §. feudum. quæst.* 41. *& in §. emphiteusis. quæst.* 19. *receptar. sentent.*

21 Ideoque pater primus acquirens emphiteusim potest filijs præiudicare alienãdo, vel renunciando secundum *Gabriel. conclus.* 2. *de iure emphit. Cepolla consil.* 31. *numero* 10. *Afflict. decis.* 112. *num.* 6. *Cephal. consil.* 468. *num.* 32. *& cons.* 608. *num.* 31. *lib.* 4. & testatur hanc esse magis communem opinionem; eàdem ratione primus acquisitor feudi potest filijs pręiudicare secundum Iasonem communiter receptum. *in l.* 2. *col. vlt. C. de iure emphit. Paris. consil.* 98. *num.* 12. *Alex. consil.* 12. *lib.* 1. *Decius consil.* 390. *Curt. Senior cons.* 83. *Afflict. d. decis.* 112. *Mastrill. dec.* 56.

Aut iuspatronatus non ab ipso patrono renunciare volente, sed à suis antenatis descendit, & transit or-

22 dine successiuo & gradatim de vno in alium, quo casu prior in gradu sequentibus præiudicare non potest. *gl. in l. peto. §. fratre. verbo, ex familia ff. de leg.* 2. quæ ait, quòd si res alienari

23 nari prohibita cunctis de familia
confentientibus alienetur, pofsunt
illi, qui poftea nafcuntur dictam
alienationem reuocare. *Guliem. de*
bened. in repet. d. cap. rainutius. verbo,
fobole, quam geftabat in vtero. nu. 49.
de teftam. Nicol. *Boerius decif.* 12.
num. 4. *Anchar. & Franc. in d. cap.*
vnico. de iurepat. lib. 6. *Couarr. dict.*
lib. 2. *var. refolut. cap.* 18. *num.* 14.
qui reprobat Lambertinom *contrarium*
tenentem. & ex quibus concluditur,
24 quòd hoc cafu non poteft iufpatro-
natus renunciari in præiudicium vo-
catorum, & filiorum, quibus com-
petit ex beneficio fundatoris. *ex l.*
vnum ex familia. §. 1. ff. de leg. 2. ideo-
que fucceffor dicti fundatoris non
poterit aliis præiudicare per textum
in *l. duobus. §. fin autem fub conditio-*
ne. & in auth. res, quæ. C. communia de
legat. & fideicõm. Riccius *vbi fupra in*
25 *d. praxi. decif.* 216. & fi iufpatronatus
competat dumtaxat illis de paren-
tela fundatoris, tunc vnus de paren-
tela non poteft illud renunciare ex-
26 traneo. *Cardin. in conf.* 48. quo ca-
fu, fi quis per adoptionem fiat de
parentela, numquam tamen erit pa-
tronus, quia in difpofitione hominis
appellatione filii non venit adopti-
uus Io. *Andr. in addit. ad fpecul. in*
fucceffionibus ab int. in fi. litera E. &
quia verba debent intelligi naturali-
27 ter & propriè, non ciuiliter, & ficte.
l. vlt. vbi Doct. *C. de his qui ven. æt.*
impet. Et quia fi aliter verum effet,
numquam parentela extingueretur
in præiudicium ecclefiæ, eiufque li-
bertatis, quamuis contrarium teneat
Lambert. vbi fup. lib. 1. *parte* 2. *quæft.*
2. *art.* 9. *num.* 12.
28 Et in iurepatronatus relicto alicui
familiæ, puta de Gualfreduccis qui
nam fuccedant, & quomodo fucce-
datur. Dicas, quòd omnes de dicta
familia funt admittendi. *Borgnin.*
Canalc. decif. 9. *num.* 17. *& decif.* 43.
parte 1. *Beccius conf.* 43. *num.* 7. *Me-*
noch. de præfumptionibus. lib. 6. *præ-*
fumpt. 16. *num.* 47. fi fundator voca-
29 uit omnes de fua cafata, domo, feu
parentela, tunc veniunt omnes præ-
dicti. *Parif. conf.* 1. *num.* 70. *& confil.*
75. *num.* 1. *& conf.* 47. *num.* 53. *vol.*
3. & quòd omnes admittantur pro-
batur *in l. cum ita. §. in fideicommif-*
fo. ff. de leg. 2. *& in l. peto. §. fra-*
tre. ff. de leg. 2. *Peregrin. de fidei-*
comm. art. 12. *num.* 17. *Lambert. vbi*
fupra lib. 1. *par.* 2. *quæft.* 2. *art.* 9. *nu-*
mero 12. & ita tenuit *Rota in vna Pa*
pien. iurifpatronatus. 19. *Februarij.*
1601. *coram Card.* Lancellotto. *& in*
vna Placentina *iurifpatronatus.* 10.
Iunij 1602. *coram* Litta. & idem eft
30 fi fundator vocauerit tres de fami-
lia, puta feniores, vt eft in Canoni-
catu in ecclefia Pifana de iurepatro
natus Nobilium Pifanorum de Lan-
franchis, ad quem præfentant tres
feniores de d. familia Lanfrancho-
rum, quia tunc etiam comprahen-
duntur omnes de ipfa familia. *leg.*
pronunciatio. §. familia. ff. de verb.
fignif. l. fin. C. de verb. fignif. Cardin.
Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 8.
31 *tit.* 12. *num.* 12. & quando teftator
voluit iufpatronatus effe de fua fa-
milia non intelligitur taxatiuè, nifi
id exprimat, vt ad eos tantum de
familia pertineat, fed demonftrati-
uè *Card. Seraph. d. decif.* 364. & fi tres
32 de familia præfentare debeant, & fa-
milia redigatur ad vnum tantum, nõ
per hoc extinguitur iufpatronatus,
fed ipfe folus præfentabit. *Cardin.*
Seraph. d. decif. 364. *& Riccius vbi fup.*
in d. praxi. decif. 198.
33 Si autem iufpatronatus in funda-
tione fuerit referuatum pro ipfo fun
datore, & defcendentibus à fua li-
nea, & fic in fundatione fuerit dictũ,
pro me, & defcendentibus ex linea
mea, & cum linea fit collectio perfo-
34 narum ab eodem ftipite defcenden-
tium gradus continens, & numeros
diftinguens. Io. *Anchar. in arbore*
confanguinitatis. Capic. *decif.* 159.
num. 5. *Tiraquell. de retract. lignag.*
§. vltimo. gloff. 9. *num.* 2. ideò in hoc
cafu noftro debet intelligi de linea
dire-

directa, non de inflexa, seu transuersali. secundum *Bald. in consil.* 171. *uol.* 3. *et uers.* 121. *uol. ult.* *Castrens.*
35 *cons.* 199. *uol.* 2. ideò ad dictum iuspatronatus censentur vocati omnes descendentes à linea ipsius fundatoris, quia linea alicuius propriè est, quæ habet originem, & descendit ab illo per directum, non per transuersum. *Ruin. cons.* 23. *num.* 6. *uol.* 3. *Corneus cons.* 198. *col. ult. uol.* 3. &
36 à patre lineam debere sumere initiũ testatur *Bald. cons.* 394. *uol.* 3. *et Bereous cons.* 77. *num.* 15. *lib.* 2. nec sufficit, quòd sint de eodem cognomine, seu familia d. fundatoris. secundum *Ruin. cons.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. *Cuman. cons.* 2. sed necesse est, quòd descendant à d. linea fundatoris. *Rol. à nalle cons.* 23. *num.* 39. *et* 40. *lib.* 4. *Riccius d. praxi. dec. s.* 152. *numero* 14. *et seqq.*
37 Quòd si quis fundet ecclesiam, & constituat patronos extraneos, hæredes dictorum patronorum extraneorum erunt patroni, non ipse fundator, nec eius hæredes. *Calderin. cons.* 5. *de iurepat.*
38 Et est notandum, quòd in iurepatronatus gentilitio, & familiæ succedunt descendentes, qui sunt de familia in capita, & non in stirpes etiamsi non sint hęredes. *Rota decis.* 251. *num.* 1. *parte* 1. *in recentior.*
39 & quando iuspatronatus dicatur hęreditarium, seu gentilitium vide *Rot. decis.* 675. *in recentior. par.* 1. & cum dubitatur, an'sit gentilitium, sufficiũt
40 leuiores probationes quando agitur de pertinentia iurispatronatus, non de illius existentia, & substantia. *Rota d. decis.* 675. *nu.* 3. *part.* 1. *in recentioribus. August. Barbosa in collectan. ad capit.* 1. *numero* 5. *et* 6. *de iurepatr.*
41 Si autem patronus ob delictum priuatus sit iurepatronatus, etiam filius erit priuatus, qui eo casu cum filius non sit hæres patris, & iuspatronatus non transeat in filium vt fi-
42 lium, sed in filium hæredem, quia hæredem, cessante dicta qualitate hæredes, cessat eius effectus prædictæ successionis in iurepatronatus. *Cardin. in d. clem. plures. num.* 8. *de iurepat.* quòd iuspatronatus regula-
43 riter est transitorium, tàm ad masculos, quàm ad fœminas *Abb. in cap.* 1. *num.* 3. *et in d. cap. cum seculum. n.* 4. *de iurepat. Cardin. in d. clem. plures. n.* 6. & ibi omnes communiter. *Cassa-*
44 *dor. decis.* 1 *de iurepatron.* etenim iuspatronatus hæreditarium etiam in fœminas hæredes transit secundum *Dec. cons.* 127. *num.* 3. *in fine.* *Rol. à valle cons.* 47. *num.* 7. *vol.* 1. & hoc tàm si essẽt hæredes ex testamẽto, quàm ab intestato. *gloss. in clem. vlt. & ibi Card. quæst.* 7. *de iurepat.*
45 immo iuspatronatus relictum consanguineis, & eis, qui sunt de genere, parentela, domo, seu familia tali, competit etiam fæminis nuptis descendentibus ex illis. *Gabr. consil.* 195. *lib.* 3. *Molina de Hisp. primog. lib.* 3. *cap.* 4. *Riccius vbi sup. in d. pra-*
46 *xi dec.* 175. *num.* 120. *& sequentibus* vbi de communi, nam in fæminis etiam durat agnatio, & in illis familia conseruatur. *Lancerch. cons.* 19. *num.* 3. *Rota decis.* 203. *num.* 7. *& decis.* 282. *num.* 2. *par.* 2. *in recentiori apud Farinac.* quia etiãsi nupserint
47 in aliena familia, tamen dicuntur de agnatione. *l. voluntas. vbi Bald. nu.* 2. *C. de fideicomm. Dec. cons.* 287. *nu.* 12. quæ dum viuunt conseruãt bona in agnatione. *Paris. cons.* 47. *nu.* 61. 68. *&* 104. *lib.* 3. *Ias. cons.* 142. *num.* 24. *&* 25. & post illarum vitam possent agnati proximiores admitti, exclusis alijs cognatis, prout dixit *Alb. Brunus de statut. exclud. fœm. prop. masc. art.* 6. *membro* 2. *q.* 3.
48 Si vero iuspatronatus sit hæreditarium, & fæmina hæreditati renunciasset, seu esset exclusa à statuto tãquam dotata, ab hæreditare paterna, tunc non succedit in iurepatronatus cum fratribus, quia non est d. fæmina hæres patris. *Petr. de Anchar. in dicta clement. plures. col.* 2. *de iurepatr.*
Cardin.

Card. in rubr. quaest.8. de iurepatron.
49 quòd etiam procedit in monialibus dotatis exclusis ab hæreditate paterna. *Felin. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. num.78. de constitut.* Quòd si patronus decedat relicto hærede
50 vniuersali, & alio hærede instituto in re certa, tunc iuspatronatus transit ad hæredem vniuersalem dumtaxat per doctrinam *Io. Andr. in d. cap. cum seculum. de iurepat. Cardin. in d. rubric. quaest. 8. de iurepat. facit doctrina Bart. in l. vt iusiurandi. §. si liberi versic. secundum dubium est. ff. de oper. libert.* quãuis *Federic. de Senis in con-*
51 *sil.225.* contrarium teneat. quòd si filius nolit hæreditatem patris, & ab ea abstineat, siue hæres extraneus nolit hæreditatem, & eam repuliet, tunc vterq. nõ succedit in iurepatronatus, quia non est hæres. *Card. in d. rubr. d. quaest. 8. in fine. Abb. in d. cap. cum seculum num. 5. vbi alij de iurep.*
52 quòd idem est in emphiteusi recepta pro se, & filijs hęredibus, qui si non sint hæredes non succedũt in emphiteusi. ita est communis opinio, de qua *Clarus recept. sentent. §. emphiteusis. quaest. 37. versic. & ex hac.* quæ neque transit in hæredem institutũ in re certa, si adsit alius hæres vni-
53 uersalis; si autem nullus adsit hæres vniuersalis, tunc transit in ipsum institutum in re certa. *Couarruu. var. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 5. Clarus vbi supra quaest. 38.* & si scriptus hæ-
54 res, vel alius nolit esse hæres, tunc iuspat. transit ad eos, qui hæreditatẽ acceptauerunt, & sunt hæredes. *Lambertin. vbi sup. art. 18. dicta quaest. 2.*
55 Idem est in filio legitimè exhæredato, qui quoniam non est hæres non habebit iuspatronatus.
56 Emancipatus autẽ filius si hæres existat succedit, quia hæres in iurepat. fuit dictum *Iasonis in d. l. 2. numero 226. & 227. C. de iure emphit.*
57 item bonorum possessor succedit in iurepatronatus, cum sit tamquam hæres. *§. quos autem. & ibi Doct. institut. de bonor. possess. Lambertin. vbi supra artic. 24.* & si legitima consue-
58 tudine introductum sit, quòd solus primogenitus succedat in hæreditate paterna, iste solus erit patronus, alij sui fratres autem non erunt patroni. *Io. Andr. in cap. ex insinuatione. & ibi Cardin. & Abb. de iurep.*
59 & ideò tali casu nepos ex primogenito excludit patruum, nam filius primogeniti dicitur primogenitus non solum fictè, sed etiam verè. *Abb. consil. 85. col. penult. versiculo item pars remanet. lib. 1. Dec. in auth. praeterea. num. 20. C. vnde uir. & vx. & est textus in c. queritur. §. item opponitur. 22. quaest. 2. Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. Ias. in l. maximum vitium. num. 4. uers. vbi indecisus restat. C. de lib. praet. Capell. tolos. decis. 433. vbi Steph. Aufre.* testatur hanc esse veram, & communem opin. *Castan. in catalogo Glor. mund. part. 5. consideract. 42. versic. 1. latiss. Tiraquell. in tract. primog. quaest. 40. & Couarruu. pract. quaest. cap. 38. num. 13. Riccius vbi supra in d. praxi decis. 222. vbi numero 328. refert alios contrariam opin. sequentes.*
60 Quòd si filius sit adoptiuus, & sit hæres, cũ sit hęres succedit in iurepatronatu hæreditario. *Abb. in capit. tanta. num. 9. qui fil. sint legit.* & si pa-
61 tronus per professionẽ efficiatur religiosus in aliquo monasterio, dictũ monasterium succedit in iurepatronatus, quia monasterium habetur
62 loco filii, & hæredes. *cap. in praesentia. de probat. vbi Abb. numero 74. Cardin. & alij. Mastrill. decis. 65. Franc. decis. 29. Caual. decis. 1. p. 3. Velasc. decis. 6.*
63 Nam monachus per ingressum religionis, & per professionem transfert in monasterium se, & omnia sua. *auth. ingressi. C. de sacros. eccles.* ergo & iuspat. quòd transit cum vniuersitate bonorum. *gloss. in clem. vlt. verbo, hæredis. de iurepat. Bolognett. cons. 25. nu. 6. Ias. in l. 1. nu. 71. ff. de leg. 1.* quòd procedit etiam in præiudicium

Digitized by Google

dicium legitimorum successorum ad notata per *Archid. in d.cap. vnico. de iurep.lib.6. & Card. in d.clem.plures. quæst.8. de iurepat. Moneta in tract. de commut. vlt. volunt. cap.11.n.134. & seqq.*

64 Et si monachus moriatur, monasterium stat loco hæredis, & iuspatr. habebit, nisi esset iuspat. gentilitiū, & familiare, seu personale, quod extingueretur extincta persona, quod declara vt per *Riccium vbi sup. in d. praxi.decis.*220.

65 Illegitimi autem quia non dicuntur esse de parentela. *Bart.* communiter receptus in *l. tutela.ff.de cap.diminut.Guid.Pap.decis.*536. *Gasp. thesaur. decis.*19. neque dicuntur de linea. *Peregrin. de fideicomm. art.*22. *nu.* 81. *Farinac. de inquisitione.quæst.* 13.*nu.*52. *cum sequent. & num.* 73.

66 neque dicuntur esse de familia. *Ias. in l. suggestioni.in princ.C.de verb.si-*

67 *gnif.* ita etiam repelluntur à successione bonorum. *authent. ex complexu.C.de inc.nupt.* ideo similiter non

68 succedunt in iurepatronatus, nisi sint hæredes patronorum, quia tunc tamquam hæredes in iurepat. hæreditario succederēt.& hoc quomodo, & quando fit latè dicit *Præposit. in repetit. cap. per venerabilem. §. quod autem.col.*44. Qui filij sint legitimi. *Roccb. de Curt. vbi sup. de iurepat. in verbo, competens alicui.quæst.2.princ.* vbi ait tales illegitimos nullo modo succedere in iurepatronatus competente illis de parentela.

69 Legitimatus autem à Papa, vel ab eo dependentibus succedit in iurepatr. quia tunc tollitur omne obstaculum tàm iuris, quàm facti. *l.3. C. de natalib. restit. Rota decis.* 505. *par.1.diuers.num.* 6. dummodo qualitas defectus fuerit specificata. *Paris.cons.9.nu.*86. *& cons.* 15. *nu.* 54. *vol.2.Gozadin.cons.6.nu.61. Roman. cons.*194.*Dec.cons.*18.*Menoch. de arbit.iud.lib.2.cent.3.casu* 203. *nu.* 2.

70 *& seqq.* & talis legitimatus a Principe secuları etiam succedit in iurepatronatus secundum veriorem opinionem, & in iurepat. hæreditario legitimatus succedit si sit hæres. *Præposit. & Roccb. vbi sup.* & latè *Lambertin. vbi sup.art.*29 vide *Card. Tuscum vbi sup. conclus.* 609. *& Ricciū vbi sup. in d. praxi.decis.*203. & pa-

71 riter si illegitimus per professionem fiat religiosus fit legitimus, & succedit cum fratribus suis in hæreditate paterna,& in iurepatronatus, etenim

72 sicut filius naturalis oblatus curiæ Principis secularis, & terreni fit legitimus. *§.vlt. Instiut. de nuptijs.* ita maiori ratione fit legitimus, si ingrediendo religionem offeratur curiæ Principis æterni. ita *Bald. in lectura in l.1. C. de sacros. eccles.* ex ingressu

73 enim religionis tollitur omnis macula. *c.non liceat.* 19.*q.*3. & ibi *gloss.*

74 *legitimi autem nati ex illegitimis succedunt in iurepatronatus. Ant. de Butrio cons.*29.*Pet.de Ancbar.cons.*355. & *Roccb. vbi sup.*

75 Quod iuspatronatus trāsit ad omnes hæredes insolidum, & non venit in diuisione bonorum. *Steph. Gratian. vbi sup. discept.forens. cap.*552. *num.* 33.

76 Iuspatronatus autem non transit in fideicommissarium, cui restituta sit hæreditas, sed remanet penes hæredem per textum in *l. quia perinde. ff.ad trebell.* inducendo prout ibi inducit *Alex.l.quamuis.ff. ad trebell.l. familiaria.& l.seq.ff.de relig.& sumptib.fun.* ita *Bart. in d.l.quia perinde.* vbi *Castrens. & alij.* de communi *Roccb. de Cur. vbi sup. verbo, ipse, vel is à quo. quæst.*9. de communi etiam *Marcus Antonius Peregrinus in tractatu de fideicommissis. art.6.nu.*37. etiam si tota hæreditas fuerit restituta. *Garc. vbi sup. par.*5. *cap.9.nu.* 17. *& 18.& nu.*20. de communi testatur.& ita tenuit *Rota in vna Aretina Cappellaniæ.* 1.*Iunij.*1584.*coram* D. *Bubalo* .& *Molina de iust.& iur. tract.2.disput.*188. *ad finem. Camill. Borell.in summa omnium decis.tit.*32. *nu.*63.*Aug.Barbosa vbi sup.de off.&*

pot. Ep.par.3.alleg.71.nu.9.Couarruu. d.lib.2. var.resol. cap.18. nu.8. & in cap.Rainutius. de testam. §.9. num.8. Emanuel *Suarez in thesauro receptar. sentent.verbo, patronatus ius. Gutierez de tutelis. par.3.cap.29.num.15.*
77 ex voluntate tamen, & ex expressa dispositione testatoris potest fideicommissarius consequi iuspat. accedente tamen licentia Episcopi.*Lambert.d.quaest.2.art.35. ad finem.Garc. vbi sup. nu.19.*
78 Si verò fideicommissum sit factũ ecclesiæ, quo casu nulla detrahitur quarta trebellianica, vt per *Tiraqu. in tract. de priuileg. piæ causæ .priuileg. 27.* vel quando à testatore trebellianicæ deductio est prohibita, tunc iuspatronatus transit in fideicõmissarium secundum *Lambertin. vbi sup.d.art.35.nu.8.* quod tamen patitur multas difficultates,& est opinio singularis ipsius Lambertini. *Garc. vbi sup. nu.20.*
79 Si autem moriatur patronus absque hærede ex testamento, seu ab intestato, vt quia nullũ fecit testamentum, vel si fecit, irritum fuit ad textum in *§.1.Institut. de hæreditat. quæ ab int. defer.* ideo tunc nullo patroni existente hęrede ecclesia libera remanet, & beneficium, eiq. prouideri debet liberè ab Ordinario absque alterius præsentatione. *Abb.in cap.1.nu.10. de electione.* & hæc est verior opinio. quamuis aliqui dicãt
80 hoc casu succedere fiscum in iurepatronatus, quia quando quis moritur nullo relicto hærede ex testamento, vel ab intestato, in eius hæreditate succedit fiscus. *l. 1. C. vnde vir. & vxor.* ergo debet succedere etiam in iurepatronatus cum sit hæres. quod non placet, quia tunc fiscus est hæres in subsidium, non autem ex proui-
81 sione fundatoris, qui reseruando sibi, & suis descendentibus iuspatronatus videtur motus ex affectione, & dilectione suorum; si enim extinctis omnibus descendentibus fundatoris non extingueretur iuspatronatus, numquam beneficia essent libera; & vtrum iuspatronatus aliquando transeat in fiscum videbimus infra *lib.15.cap.2.*

Insuper est notandum, quòd iuspatr. æqualiter, & insolidum transit quoad omnes iuris effectus in hæredes etiam quod sint inæqualiter instituti. *gloss. in c.1. in verbo, non debeat.* vbi Doct. communiter. *de iurep. gloss.1. in clem. plures.* vbi *Card. col.2. & Vitalin. nu.13. de iurep.* de communi *Lambert. de iurep.lib.1.p.2. quæst.1.art.24.nu.2. & art.25.nu.5.* & fuit dictum in *Senen. iurispat.9.Ianuarij.1598. coram Penia.* & in *Foroliuien. iurispat.24.Ianuar.1601.coram Card. Lancellotto.* idq. etiam procedit, licet præsentatio sit reseruata maiori natu, quia nihilominus iuspat. remanet penes omnes hæredes insolidum, ipsaq. præsentatio est ex effectibus iurispat. & potest ab eo separari ad tradita per *Calderin.cõs. 19. de iurep. Doct. in d. clem. plures.* & fuit dictum in *Cassanen. beneficij. 29.Aprilis.1580. corã Card. Seraph.* & in iurepat. hæreditario potest fundator, & alius successor præiudicare alijs illud donando. *Roccb. de iurep. in verbo, ipse, vel is à quo. quæst.33. nu.32. Lambert.de iurep. lib.1.par.2. quæst.2.art.3.* vbi de communi. *Couarr.var.resol.lib.2.c.18.nu.9. Molin. de primogen. Hispan.lib.1.cap.24.nu. 30.Alex.cons.18.lib.5.* vt dixi supra. Et placet referre infrascriptas decis. videlicet vnam in *Ianuen. iurispatr. coram Litta 20.Decemb.1604.*

Octobonus Fliscus,qui fuit Adrianus fel. rec. Papa V. dum erat Cardinalis tituli S. Adriani anno 1270. fundauit, & dotauit in Territorio de Trigaudio in Valle Segestri Ianueñ diœcesis posito, ecclesiam quandam sub inuocatione S. Adriani, cũ vna Præpositura, & nonnullis Canonicatibus, quorum omnium iuspatronatus in limine fundationis, & dotationis sibi primo reseruauit, & post eius mortem Perciuallo eius fratri Cle-

Clerico, & post obitum Perciualli voluit iura dicti patronatus deuenire ad vnum ex filijs D. Nicolai eorumdem Adriani Papæ & Perciualli fratris, si Clericus fuerit, & quamdiù in ordine clericatus permanserit, & si plures essent dicti Nicolai filij Clerici, maior illorum natu dicta iura haberet, & prout latius continetur in Instrumento ipsius fundationis, cuius copia hinc inde data fuit.

Huius fundationis exemplo Lucas Fliscus bo. me. Cardinalis tituli S. Mariæ Inuiolatæ filius supradicti Nicolai anno 1306. ex testamento sibi vniuersalem hæredem fecit patronum pro tempore dictæ ecclesiæ S. Adriani, cum hoc, quòd ille construi faceret vnam ecclesiam, sub inuocatione Beatæ Mariæ Inuiolatæ in Ciuitate Ianuen. ad similitudinem, & formam dictæ ecclesiæ S. Adriani, ibiq. erigi procuraret vnum Decanum cum nonnullis alijs Canonicis, mandans dotari de omnibus suis bonis, & voluit, quòd reseruaretur iuspatronatus, & præsentandi eisdem modo, & forma, prout reseruatum fuerat in ecclesia Sancti Adriani per Octobonum in limine fundationis, ita vt ad quem spectaret pro tempore iuspatronatus, & præsentandi in ecclesia S. Adriani, pariformiter etiam spectaret in ecclesia S. Mariæ Inuiolatæ, & prout latius cauetur in dicto testamento, cuius copia pariter hinc inde data fuit.

Hoc iuspatronatus dictarum ecclesiarum post obitum Adriani Papæ V. & Cardinalis S. Mariæ Inuiolatæ fundatorum deuenit ad Ioannē de Flisco, qui fuit Cardinalis S. Marci filius Lichini fratris dicti Cardinalis S. Mariæ Inuiolatæ, & filij dicti Comitis Nicolai fratris præfati Adriani Pontificis, quorum descendentia ostenditur ex arbore, de qua in actis, quàm vtraque pars admittit; & quòd idem Ioannes fuerit patronus, apparet ex literis confirmationis Apostolicæ iurispatronatus per dictum Cardinalem S. Marci impetratis ad instantiam ipsius Ioannis filij dicti q. Lichini Lauaniæ Comitis, tamquam patroni tunc temporis dictæ ecclesiæ S. Adriani.

Conueniunt etiam partes, quod ex linea præfati Comitis Nicolai fratris Adriani Papæ, descendat Comes Ioannes Ludouicus, ex quo nati sunt Antonius Maria, Ioannes Philippus, Ibletus, & Ioannes Ludouicus; Item quod de Antonio Maria, & Ioanne Philippo nulli extent hodie descendentes, sed solum ex dicto Ibleto, & ex Ioanne Ludouico vltimo natu.

Non etiam controuertitur iuspatronatus deuenisse in personam dicti Ibleti, sed cum ex d. Ibleto Clerico, ac patrono natus sit, vt præfertur, Laurentius, ex Laurentio Stephanus, ex Stephano alter Laurentius, ex Laurentio Sinibaldus, & ex Sinibaldo Ioannes Stephanus, qui vti Clericus, & d. Ibleti semper à maiori natu descendens sub die 7. Iunij 1601. præsentauit D. Innocentium Fliscum eius germanum fratrem. Et ex d. Ioanne Ludouico minore natu, ac fratre d. Ibleti nati fuerint, vt præfertur quatuor filij, & ex vltimo eorum nomine Sinibaldo nati etiam fuerint quatuor filij, inter quos fuit Scipio quarto genitus, qui solus habuit filios, & ex eo natus est Comes Franciscus, qui die 11. Augusti eiusdem anni 1601. præsentauit D. Ludouicum Fliscum, sicq. cum inter prædictos Ioannem Stephanum, scilicet descendentem ex d. Ibleto, & Comitem Franciscum descēdentem ex d. Ioanne Ludouico fratre præfati Ibleti præsentantes, ac inter præsentatos ab eis respectiuè orta fuerit lis in partibus coram Ordinario, tàm super pertinentia iuris præsentandi, quàm super illorum prælatione, & illa demum fuerit deuoluta ad Curiam, ac mihi commissa. Hinc sub die 29. Nouembris proximè præteriti de consensu partium, Dubitaui,

An Comes Franciſcus de Fliſcis ſit præferendus D. Io. Stephano in iurepatronatus, ſeù præſentandi ad Decanatum, & Præpoſituram, de quibus agitur, vel non, in caſu, & ad effectum de quo agitur. Quo dubio vtràque parte informante in Rota propoſito, Domini aduertentes plura hinc inde inculcari, quorum ſingula particularem diſputationem deſiderare videbantur, mandarunt propterea cauſam ipſam reſtringi. Vnde ipſe Dominis meis obtemperando, Dubium infraſcriptum partibus ipſis diſputandum ſubſcripſi, videlicet

Præſuppoſita fundatione iuriſpatronatus de quo agitur, cuius copia in neceſſarijs detur.

Et quod Ibletus Clericus fuerit patronus.

An eo mortuo ius hoc patronatus ſpectauerit ad vnum ex fratribus illius Clericum, & aliquo non exiſtente, ad vnum ex nepotibus ex fratre eiuſdem Ibleti, vel potius ad vnū ex filiis d. Ibleti, & illis non exiſtentibus, ad vnum ex deſcendentibus eiuſdem met Ibleti defuncti in caſu de quo agitur.

Quo dubio die Mercurij 15. Decembris propoſito, placuit Dominis reſolutionem ipſam ad aliam Rotam differre in gratiam informātium pro Ioan. Stephano, & litis conſortibus; Repropoſita demū cauſa hac die 20. Decembris vtràque parte informante, fuit per Dominos vnanimiter cōcluſum mortuo Ibleto iuſpatronatus ſpectaſſe ad vnum ex fratribus, & nullis exiſtentibus ad vnum ex nepotibus ex fratre d. Ibleti, & non ad vnum ex filijs d. Ibleti, ſeù illis non exiſtentibus ad vnum ex deſcendentibus eiuſdem Ibleti patroni mortui.

Ratio deciſionis fuit, quia attentis verbis fundationis ordo ſuccedēdi in hoc iurepatronatus talis eſſe videtur, quòd ſcilicet primo loco ſuccedere debeat frater maior natu Clericus, & eo defuncto ſucceſſio ſpectet gradatim ad alios fratres habentes tamen dictam qualitatem Clericatus; ita vt donec exiſtant fratres, ſemper ſuccedat frater fratri; defunctis autem fratribus non vocantur filij patroni, aut ex eis deſcēdentes, ſed nepotes ex fratre, ſeu ex fratribus, & tàm inter ipſos fratres, quàm inter ipſos nepotes ſemper præferri debet primogenitus quatenus ſit Clericus.

Quæ diſpoſitio clarè videtur colligi ex tota fundatione, & in ſpecie ex eo, quòd Octobonus fundator eccleſiæ S. Adriani, ſecundum quam regulari etiam debet iuſpatronatus eccleſiæ S. Mariæ Inuiolatæ, poſt mortem Perciualli fratris ſui vocauit filios Comitis Nicolai ipſius fundatoris, ac dicti Perciualli nepotes, & ibi dicitur expreſsè, quòd in dictis iuribus frater fratri ſuccedat ſemper primo natus, ſubdens quòd ſi non ſupereſſet frater, qui poſſet ſuccedere fratri, iura deuoluantur ad nepotes ſuos, hoc idem etiam expreſsè ibi caueri videtur, dum ex poſt declaratur modus ſuccedendi ſucceſſiuis temporibus, vt ſcilicet eodem modo de vno ad alium prædicta iura ſucceſſiuè deueniant, ſicut ſupra dictum eſt, ſcilicet quod frater fratri ſuccedat, & deficientibus fratribus deuoluantur ad nepotes, ex quibus quidem verbis ſatis conſtare videtur, quòd defuncto patrono iuſpatronatus deuolui deberet ad fratres habentes tamen d. qualitatem Clericatus, & eis non exiſtentibus ad nepotes ex fratre, ſeù fratribus, & non ad filios, aut deſcendentes ipſiuſmet patroni defuncti.

Quod etiam optima ratione factū fuiſſe dicebatur, ne ſcilicet patronus quem clericum eſſe voluit fundator, ipſe inuitaretur ad peccandum, & ſic ad ſobolem procreandam, vt ſic in filios, & deſcendentes eius perpetuaretur, quantum fieri poſſet, d. iuſpatronatus contra veriſimilem mentem ipſius fundatoris, qui Cardinalis,

lis, & Papa fuit, & sic per consequens ipsius castitatis, ac pudicitiæ amator, & qui dum voluit patronum esse clericum, & iura prædicta penes eum dumtaxat durare debere, donec in eo concurrat dicta qualitas clericatus, & non vltra, necesse est etiam fateri filios ipsius clerici patroni, seù descendentes ex eo, vti magis odibiles legi, noluisse aliquo modo post eum vocare, ne hoc pacto incontinentia patris loco pœnæ præmium consequatur contra omnes iuris regulas. Vnde prædicta omnia applicando casui nostro, iure merito factum fuit, vt omnes Domini in supradictam sententiã venerint, quòd nempè mortuo Iblero patrono, iuspatronatus spectarit ad filios Io. Ludouici, qui erant nepotes ex fratre d. Ibleti, & non ad filios, seù descendentes ipsiusmet Ibleti.

Quod & obseruantia ipsa subsequuta benè declarauit, iuxta *tex. in l. si de interpretatione. ff. de legibus, cum vulgaribus*.

Mortuo enim d. Ibleto patrono pluribus relictis filijs, & descendentibus, ad ipsos filios & descendentes non deuenit d. iuspatronatus, sed ad filios Ioan. Ludouici fratris præfati Ibleti, videlicet primo ad Octobonũ nepotem ex fratre eiusdem Ibleti, & deinde ad alios descendentes ex d. Io. Ludouico, in cuius linea stetit per centum annos, & vltra, vt benè deducitur per informantes pro Comite Francisco.

Nec prædictis repugnare videntur declarationes & expressiones factæ, ac pluries à fundatore repetitæ, quibus nituntur informantes pro Io. Stephano, ibi quòd succedere debeant filij primogeniti, vel filius antenatus primogeniti, quasi quod, cũ sint vocati filij primogeniti succedere debuerint etiam filij ipsius Ibleti patroni, qui natus fuit ante Comitem Io. Ludouicum.

Quia fuit responsum, quòd dicta verba sunt intelligenda in concursu, vt scilicet mortuo patrono, inter vocatos succedere debeat semper primogenitus habens tamen qualitatẽ requisitam, vtpotè inter fratres ille prius succedat, qui tunc primogeniti locum obtinet, & fratribus non existentibus inter nepotes ex fratre semper præferatur primogenitus, & inter nepotes plurium fratrum, ad eos primo successio deuoluatur, qui sunt filij primogeniti, hoc est illius fratris, qui, dempta persona patroni mortui, primogeniti locum obtineret, si viueret, & demum ad alios.

Et hoc eodem modo fuit responsum ad illa verba, sed, & deficientibus fratribus iura prædicta deuoluantur ad filios nepotes, &c. Quia sunt intelligenda singula singulis referendo; vt scilicet, deficientibus fratribus, iura deuoluantur ad filios ipsorum fratrum nepotes, scilicet ipsius patroni, & sic tam attentis verbis ipsius fundationis, quàm verisimili mente fundatorum nullo modo filii, & descendentes ipsius patroni clerici possunt dici vocati ad iuspatronatus, de quo agitur, & ita conclusum fuit, &c.

Et in eàdem coram eodem 28. *Februarij* 1605.

Quia tota huius causæ difficultas versabatur super verbis fundationis iurispatronatus, ideo d. fundatione præsupposita, & causa bis disputata emanauit decisio, in qua fuit firmatum tam attentis verbis, quàm mente fundatoris, iuspatronatus deficiẽte patrono Clerico, spectare ad fratres, seù ad nepotes, ex fratribus patroni, & non ad filios, aut nepotes ex filijs ipsius patroni, sed quoniam ista resolutio videbatur ponere falcẽ ad radices huius litis, agentes pro D. Ioanne Stephano porrecto memoriali S. D. N. exposuerunt, cupere super eisdem auditi, & sibi non deficere rationes, ex quibus tàm quoad dubium decisum, quàm quoad alia dubia proponenda sperent posse constare de suo bono iure, &

S 3 quòd

quod attenta grauitate causę, ac perpetuò præiudicio ex facta resolutione resultante, dignaretur Sanctitas sua ordinare, vt omnes Domini causam viderent, & votarent, & Sanctissimus in hanc formam rescripsit, videlicet, à Monſ. Litta, che, se non si è veduta, si veda con diligenza. Vnde licet causa fuisset per Dominos diligenter iuxta stylum Tribunalis discussa, tamen agentes pro D. Ludouico pro faciliori expeditione institerunt causam super eisdem reproponi, & agentibus pro D. Ioanne Stephano sæpius citatis, & informare recusantibus; imò potius ad diuersa trahere disputationem contendentibus, iterum proposui dubiũ resolutum sub die 20. Decembris anni præteriti, & Dominis placuit confirmare decisionem ex fundamentis in illa deductis, quæ hic repetere visum fuit superfluum, &c.

Et fuit etiam dictum in eadem coram eodem. 8. *Iunij* 1605.

Tertiò proposita causa super eisdem, Domini steterunt in resolutis, rationibus, de quibus in decisionibus in hac causa factis.

Nec obstare dixerunt, quòd verbum nepotes toties repetitum in fundatione debeat intelligi de filijs filiorum, & sic commodè verificari possit, etiam in filijs Ibleti patroni. Quia fuit responsum, quòd attento tenore fundationis, qui omninò seruari debet secundũ *Anchar, in clem: quia contingit in 9. not. de relig. dom. Roch. de Curte in sua tract. de iurepat. in ver. ipse, vel is à quo. num. 19. & Guid. Pap. decis. 124.* non potest dici filios patroni eo mortuo immediatè vocatos censeri debere, cum voluerit fundator, quòd in prædictis casibus frater fratri succedat semper primo natus, siue maior ætate, si sit, vel fiat Clericus, & dum extiterit Clericus, & vbi non superesset frater, qui posset fratri succedere, voluerit quòd prædicta iura deuoluantur ad nepotes suos, vt legitur in d. fundatione ibi sub nu. 7. & 8. Vnde cum verbum illud nepotes sit exclusiuum filiorum, & illud pronomen suos referatur ad personam patroni, per cuius obitum fit locus successioni; idcirco dicebatur necesse esse fateri filios ipsius patroni sic defuncti immediatè vocatos non esse, sed fratrem maiorem natu, & qualitatem requisitam à fundatore habentem, & fratribus non superexistentibus, nepotes suos, hoc est filios fratris prædefuncti maioris natu tamen.

Minus obstare dixerunt illa verba subsequentia ibi, videlicet filios primogeniti, siue maioris natu, quasi quod voluerit fundator in casum nõ existentiæ fratrum, iurapatronatus deuolui indistinctè ad filios primogeniti; vnde inferendo ad casum nostrum, mortuo Ibleto patrono, & nullis tunc superexistentibus fratribus illius, de iure apertus videatur locus successioni ad fauorem filiorũ eiusdem Ibleti primogeniti, vbi tamen ex alio prædicti filij non fuerint incapaces, & non ad fauorem filiorũ fratris eiusdem præmortui, & sic ad fauorem Octoboni, qui tamen de facto successit in dictis iuribus, cum respectu illius minimè verificari potuerit illa qualitas filiationis primogeniti à fundatore requisita ad *tex. in l. mancipia. C. de seru. fugit. cum vulgaribus.*

Quia huic intellectui pluribus modis responsum fuit.

Primò, quòd non parum repugnat verbis illis præcedentibus, ad nepotes suos, quæ nullo pacto verificari possunt in filijs ipsius patroni, per cuius obitum aperitur successio, vt dictum est.

Secundò, quòd facilè fuerat fundatori dicere, & fratribus non superexistentibus iurapatronatus deuoluātur ad filios primogeniti, quòd cum non dixerit, credendum est id noluisse ad *tex. in c. ad audientiam. de decim.*

Tertiò, quòd ex verbis illis subsequen-

quentibus (siue maioris natu filij prædicti D. Nicolai) tolli videtur difficultas, cum stare videantur expositiuè ad verbum illud præcedens primogeniti, & consequenter attento cõmuni vsu illius verbi nepotes, exclusiuè ad filios ipsius morientis patroni, & inclusiuè ad filios fratris maioris tamen natu d. patroni, per cuius obitum fit locus successioni.

Quartò, & vltimò, quòd obseruantia subsequuta hanc ipsam fundationis intelligentiam approbauit, contrariam improbando, dum mortuo Ibleto primogenito nullis tunc superexistentibus fratribus Iurapatronatus facto ipso deuenerunt ad Octobonum filium fratris præmortui d. Ibleti; & nõ ad filios ipsius Ibleti, respectu quorũ qualitas illa filiationis primogeniti cõcurrebat ad *text. in l. si de interpretatione. ff. de ll. etc.*

Et fuit etiam dictum in *d. Ianuen. Iurispatronatus* 23. *Ianuarij*. 1612. *coram* R. P. D. *Pamphilio*.

Cum in hac causa fuissent factæ plures decisiones coram bon. mem. D. Litta, in quibus fuerat dictum illegitimos ad hoc iuspatronatus nõ esse vocatos; & informantes pro Ioanne Stephano, & Innocentio fratribus illis non acquiescerent, sub die 12. Februarij 1607. coram Illustris. Cardinali Lancellotto in locum Littæ subrogato, fuit super hoc particulariter dubitatum, & Domini attento tenore fundationis, censuerũt illegitimos in hoc iurepatronatus non fuisse semper exclusos, sed solum in concursu legitimorum, & in hoc casu debere procedere prædictas decisiones D. Littæ, sed causa ad me deuoluta, vt satisfacerem Comiti Francisco, supradicta die dubitaui, An Ioannes Stephanus descendens ex linea Nicolai illegitima sit vocatus in fundatione de qua agitur; ita vt sit recedendum vel nè à dicta decisione Illustrissimi Cardinalis Lancellotti, & Domini re maturè discussa censuerunt Ioannem Stephanum esse vocatum, & propterea à dicta decisione non esse recedendum; nisi illi obstet spurietas de qua volunt, quòd particulariter videatur, siquidem, vt optimè in prædicta decisione consideratur, cum fundator illegitimos expressè non excluserit, censetur illos voluisse relinquere sub dispositione Iuris communis ad *l. commodissimè. ff. de lib. & posthum.* secundum quàm sunt capaces iurispatronatus, vt per *Bald. in l. eam quàm in fine. C. de fideicom. Rocch. de iurepatronatus verb. competens, num.* 9. cum alijs, tàm in eàdem decisione, quàm per informantes pro Io. Stephano allegatis.

Quàm conclusionem eo facilius Domini in hoc casu admiserũt, quia verba fundationis ex sui natura sunt apta compræhendere, etiam illegitimos, cum ad istum patronatum sint vocati filij, & descendentes Nicolai non per verba ciuilia, & legitimitatem importantia, sed per verba merè naturalia sub quibus veniunt naturales, *Bart. in l. tutelas sub num.* 3. *& seq. ff. de capit. diminut. & in l. ex facto. §. si quis rogatus il primo, & ibi Angel. Imol. Alex. ff. ad Trebell. Felin. in c. in præsentia, num.* 22. *de probat.* cũ *alijs per Illustrissimum Manticam de coniect. vltim. vol. lib.* 11. *tit.* 9. *num.* 2. & fuit dictum in *Tirasonen. eleemosinariæ* 26. *Aprilis* 1602. *coram eod. Illustriss. Card. Lancellotto*.

Præsertim, quòd qñ fundator præ oculis habuit qualitatem legitimitatis, & ad legitimos voluit dispositionem suam restringere id expressit, vt fecit in linea Alberti, & Vgonis, in quò ad hunc patronatum vocauit solum illorum filios, & descendentes legitimos, quòd cum non fecerit in filijs, & descendentibus Nicolai, & Federici, vtiq. datur intelligi, quòd noluit, quoad ipsos restringere successionem ad solos legitimos, ad *tex. in l. vnica. §. sin autem ad deficiendũ. C. de Caducis toll. Anan. consil.* 22. *numero* 3. *versic. est etiam multum ponderandum cum simil*, & fuit dictum in

in *Bononien. de Maluetijs*, 23. *Martij 1609. coram R.P.D. meo Sacrato*.

Et præmissa suadebantur ex eo, quòd fundator in vers. si verò acciderit, dum vocauit descendentes Nicolai, & Federici, tàm legitimos, quàm naturales cum illa disiunctiua, vel, quæ non potest violari, nec resolui in coniunctiuã dum potest in vtràque sui parte verificari, *Bart. in l. si is, qui ducenta §. vtrum num. 3. vers. aut inter alia, & §. item si pater. in princ. & ibi Soccin. nu. 5. ff. de reb. dub. Ruin. cons. 6. num. 1. lib. 3.* ex hoc enim non solum apparet, quòd naturales non abhorruit, sed etiam resultat, quòd inuocatione facta de filijs, & descendentibus eorundem Nicolai, & Federici senserit quoque de naturalibus, *Bart. in l. ex facto, §. si quis rogatus, il primo, num. 2. ff. ad Trebell. cum alijs deductis in has causa, sub die 30. Ianuarij 1609. coram bon. mem.* D. *Iusto*.

Quòd etiam clarius, & expressius colligitur ex testamento per quinquennium post hanc fundationem ab eodem fundatore facto, in quo constituit primogenituram in bonis patrimonialibus ad fauorem eorundem, quos prius ad istum patronatum inuitauerat, vocando illos eodem ordine, & cum eàdem qualitate clericatus, prout vocauit in fundatione patronatus, & in illo in defectũ legitimorum, expresse vocat naturales descendentes à prædictis Nicolao, & Federico; ex prædicto autem Testamento declaratur qualis fuerit eius voluntas in præcedenti fundatione, vt latè per *Illustriss. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 1. num. 2. cum multis seqq.*

Non ob. quòd fundator videatur vsus verbis ciuilibus, & excludẽtibus naturales, dũ voluit proximiores proximioribus succedere, & successionẽ deuolui ad propinquiores, necnõ ad fratres, & illis non existentibus ad nepotes, ex latè adductis pro Comite Francisco, quia præter id quòd fundator expresse mẽtionem fuit de naturalibus, fuit responsum, quòd cũ fundator vsus fuerit dictis verbis ciuilibus postquam iam vocauerat filios, & descendentes, & sic post factam vocationem per verba naturalia, expressio proximiorum, & propinquiorum dicitur facta ad ostendendum ordinem succedendi, non autem ad restringendam successionẽ iam antea per verba naturalia expressam, aliàs resultaret, quòd fundator incontinenti se correxisset, quòd non est dicendum, *l. non ad ea. iunct. gloss. verb. prorsus ad fin. ff. de condit. & demonstr.* & fuit dictum in *Ciuitate Castelli fideicommissi 10. Nouembris 1578. coram Bubalo*.

Non obstat etiam, quòd dicebatur illegitimos de iure non esse capaces iurispatronatus gẽtilitij, & agnatitij, vt per *Rocch. de iurepat. verb. cõpetens, num. 10. vers. hanc tamen.* cum alijs allegatis, quia cum ad dictũ patronatum fuerint vocati filij, & descendentes nulla facta mentione generis, vel agnationis, non potest dici, quòd versemur in patronatu gentilitio, & agnatitio, Mentio enim masculorum dumtaxat operatur, vt censeatur contemplata qualitas masculinitatis, non autem agnationis, vt per *Surd. cons. 448. num. 24. lib. 3.* vbi de magis cõmuni testatur, & tenuit *Rota in Tudertina fideicommissi de Corradis 13. Aprilis. 1587. coram Gipsio*. Et vlterius cessat difficultas, quia vt sæpè dictum est, fundator in istò patronatu naturales nõ abhorruit, sed eos inuitauit.

Pariter non obstant ea, quæ dicuntur de nobilitate, & eminenti qualitate fundatoris, nec non de inuerisimili vocatione illegitimorum, qui de iure clerici esse non possunt, quia fuit responsum omnia cessare eo, quòd tàm in fundatione, quàm in dicto testamento de naturalibus mentio facta reperitur cum eàdem qualitate Clericatus, quo fit vt nullatenus dici possit de eis fundatorem

non

non cogitasse. *Bart. in d. l. ex facto §. si quis rogatus il 1. num. 2. uers. uel si in alia parte testament. Angel. nu. 2. in fin. Alex. num. 6. in 2. Fallentia, & Ripa. num. 17. ff. ad Trebell. Illustriss. Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 11. tit. 9. num. 12.* Vltra, quòd cum non requiratur nisi simplex clericatus su per quo Ordinarius dispensare potest *c. 1. & ibi gloss. & Doctor. de filijs presb. in 6.* & de facili etiam dispensetur, verisimile est fundatorem de naturali etiam cogitasse. *Rolan. cons. 11 numero 15. lib. 2.*

Postremo non obstant absurda per informantes pro Comite Francisco considerata, nempè, quòd illegitimi excluderent legitimos, quia quantum attinet ad legitimos descendentes ex Nicolao, & Federico, nullum potest cõsiderari absurdum, cum Domini intelligant, illegitimos esse solum vocatos cessantibus legitimis per rationes deductas in decisionibus Littæ; & Cardinalis Lancellotti: Respectu verò descendentium ex Alberto, Vgone, & Opizone, absurdum cessat ex voluntate testatoris, qui lineam Nicolai, & Federici ante alias vocauit, & sic prædilexit *l. heredes mei. §. fin. ff. ad Trebell. Aymon. cons. 62. num. 7. & cons. 161. num. 5. vers. ex alio.* Ex qua prædilectione cessat quoq; fundamentum inæqualitatis, quæ ea stante considerari non potest. Et ità decisum.

Et in eadem coram eodem 10. Iunij 1613.

Post decisionem in hac causa factam sub die 23. Ianuarij 1612. super vocatione Ioannis Stephani. Iterum proposui causam super eisdem; & Domini sub die 4. Martij præteriti ordinarunt, vt particulariter dubitaretur, an' descendentia à patrono obstaret Io. Stephano, quòd dubium supra dicta die fuit per Dominos affirmatiuè decisum, ratio decisionis fuit, quia Ioannes Stephanus descendit ab Ibleto clerico, & Prothonotario Apostolico, qui decessit patronus relictis quinque filijs illegitimis, qui filij patronorum, vt patet ex tenore fundationis non reperiuntur vocati, fundator enim post mortem ipsius vocauit ad hoc iuspatronatus Percivallum eius fratrem clericum, & post mortẽ Perciualli vocauit filios Comitis Nicolai ipsius fundatoris, ac dicti Perciualli nepotes pariter clericos expressè disponens, quòd fratri prædefuncto semper succedat frater primo natus clericus, & dum extiterit clericus, & deficientibus fratribus iura deuoluantur ad nepotes suos, qui eodem modo succedere debeant, quo supra dictum est de fratribus. Ex quibus satis Dominis Visum fuit constare, quòd defuncto patrono iuspatronatus deuolui debeat ad fratres habentes supradictas qualitates, & eis non extantibus ad nepotes ex fratre, vel pronepotes suos idest patroni vltimo loco prædefuncti, de quo immediate fundator locutus fuerat, iuxta *text. in l. regula §. fi. ubi gloss. uerb. initiũ. ff. de iur. & fact. ignorant.* non autem ad filios, & descendentes ipsiusmet patroni defuncti, qui cum non fuerint vocati, censentur exclusi ad *text. in l. quidam, circa fin. uersic. res in extraneo. ff. de uerb. obligat. & ibi Bart. num. 6. & l. fratres. num. 2. ubi etiam Bald. numero 6. C. de inoff. testam. Paris. consil. 23. num. 4. lib. 2. Surd. consil. 5. num. 59. & consil. 292. num. 14. Decian. cons. 64. num. 15. lib. 3. Illustrissimus Cardin. Mantic. de coniect. ultim. uol. lib. 11. tit. 15. num. 1. uersic. quia quod de uno.*

Et hoc etiã suadetur ex eo, quòd fundator non solum generaliter proceden. ad plures gradus substitutionum semper post obitum patroni vocauit fratres, & ex fratre nepotes, & pronepotes, & nunquam filios patronorum, vt colligitur ex ipsa fundatione, *num. 7. & pluribus seqq.* sed in specie post Perciuallum eius fratrẽ, quem prędilexerat, non vocauit eius filios, sed filium maiorem natu Nicolai,

colai, & post huiusmodi primogenitum Nicolai vocauit fratres eiusdẽ primogeniti, & non eius filios, quæ omnia clarè ostendunt, fundatorem nõ incõsulto, sed deliberatè voluisse excludere patronorum filios, quorum aliàs de iure erat prima causa successionis *§.1. instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §.1. auth. eod. tit. Cephal. cons. 283. num. 41. vol. 2. cum similibus.*

Præterea pro huiusmodi intellectu adducebatur vlterius obseruantia subsecuta; nam mortuo Ibleto patrono pluribus relictis filijs illegitimis, iuspatronatus non deuenit ad filios Ibleti, sed ad filios Ioannis Ludouici fratris Ibleti, & sic ad nepotes ex fratre ipsius Ibleti, quæ quidẽ obseruantia multum operatur *l. si de interpretatione. ff. de legibus.* & fuit id hoc casu ponderatum coram bon. mem. *Litta, sub die 20. Decembris 1604. & 30. Ianuarij 1606.*

Quòd tanto magis visum fuit dicendum, quando agitur de filio nato ex aliquo patrono clerico, prout in casu isto, qui cum non posset esse nisi illegitimus, tanto minus est dicendũ fundatores de eo cogitasse propter plures qualitates fundatorum, & aliàs circumstantias ponderatas in decisione bon. mem. *Litta, sub dicta die 30. Ianuarij 1606. quas non repeto.*

Nec visum fuit subsistere, quòd dicebatur, fundatorem expressè vocasse filios patroni ex quo post mortem Perciualli vocauit filium maiorem natu Nicolai, & postea non extantibus fratribus patroni vocauit filium primogeniti, seu maioris natu eiusdem Nicolai, & sic filium illius, qui ad patronatum fuerat vocatus. Quia fuit responsum ex hoc non resultare, quòd filius illius, qui fuit patronus, sit vocatus, sed potius per illa verba fundatorem voluisse, quod post obitum patroni non extantibus fratribus admitteretur nepos ex fratre, qui esset primogenitus, vt fuit latè deductum in decisionibus in hac causa factis sub die 20. Decembris 1604. & octaua Iunij 1605. coram bo. me. Litta, & colligitur ex supradicta vocatione Fratris primogeniti Nicolai post obitum ipsius primogeniti non autem eius filiorum, quorum, vt dixi, erat prima causa successionis, & de facili potuisset fundator, si voluisset eos vocare ad *text. in l. vnica. §. fin autem. C. de caduc. tollend. Surd. d. cons. 262. n. 14. vers. & facit. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. d. lib. 11. tit. 15. num. 1. vers. ex quo manifestè.*

Neque obstare, quòd possint dari plures casus, quòd patronus habuerit filios etiam legitimos, vel antequam fuerit patronus, vel postquam desierit esse patronus, qui filij licèt non reperiantur vocati ad successionem patronatus immediatè post mortem patris, qui fuit patronus, quando reperitur frater vel nepos, tamen poterant succedere, vel quando non adest frater, aut nepos, vel mediatè post patrem, post mortẽ, scilicet alicuius patrui, & in alijs diuersis casibus consideratis per informantes pro Ioãne Stephano; ex quibus inferebant, quòd descendentia ab eo, qui fuit patronus non potest simpliciter, & absolutè obstare; Præsertim, quòd ipse non prætendit succedere in hoc patronatu tanquam descendens Ibleti, sed tanquam vnus ex descendentibus Nicolai, qui reperiuntur à fundatore vocati, vt legitur in ipsa fũdatione; Quia pro responsione fuit dictum quicquid sit de illis casibus non posse ex eis benè inferri ad filios illegitimos Ibleti, qui vt dictum est, non reperiuntur à fundatore vocati, prout pariter Ioannes Stephanus non potest prætendere, se esse vocatum, postquam descẽdit ab vno ex dictis filijs illegitimis, & sic à radice infecta, & non vocata.

Quòd autem Ibletus decesserit patronus, & susceperit Laurentium filium,

lium, ex quo descendit Ioannes Stephanus dum esset patronus, visum fuit probari ex instrumento appræhensionis patronatus per Octobonum eius nepotem prò parte Ioannis Stephani producto cum alijs deductis per informantes pro Comite Francisco,& fuit etiam dictum in decisione in hac causa facta sub dicta die vigesima Decembris 1604.coram bo. mem. Litta.

Et ita decisum, &c.

Et in eadem coram eodem 9. *Decembris* 1613.

Domini perstiterunt in decisis sub die 10. Iunij præteriti, quòd scilicet descendentia à patrono obstet Io. Stephano, ea præcipuè ratione, quia Ioannes Stephanus descendit ab Ibleto patrono clerico mediante persona Laurentij eius filij illegitimi nati, dum Ibletus erat patronus, quia filij patronorum cum in fundatione non reperiantur vocati, sequitur quòd tàm ipsi, quàm omnes alij ab eis descendentes, tanquam à linea, seu radice infecta, & minimè vocata remaneant exclusi, *Cephal. cons.* 581. *num.* 38. *cum duobus seqq. Menoch. cons.* 172. *per tot. & de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 79. *num.* 24. *Card. Mantic. de coniect. ult. uol. lib.* 11. *tit.* 12. *num.* 33. *& seq. Peregrin. de fideicom. art.* 26. *num.* 6. Qui omnes ea potissimum ratione mouentur, quia descendentes non debent esse meliolioris conditionis, quàm ipsorum parentes, per *per text. in l. si uiua matre. C. de bon. matern.*

Quòd autem fundator huiusmodi filios patronorum illegitimos in hoc patronatu vocare noluerit, visum fuit Dominis satis constare non solum ex eo, quòd de illis expresè mentionem non fecit, ad *text. in l. quidam cum filiū, & ibi Bald. in fine. ff. de hæred. instit. l. commodissime. ff. de lib. & posthum. Aym. cons.* 161. *num.* 10. *Menoch. cons.* 85. *num.* 86. *& seqq.* Sed etiam ex pluribus in alijs decisionibus in hac causa factis ponderatis, ex quibus patet fundatorem de filijs patronorum non sensisse, seu cogitasse, nam post mortem Perciualli eius fratris clerici, & pattoni non vocauit illius filios, sed filios Comitis Nicolai ipsius fundatoris, ac dicti Perciualli nepotes pariter clericos, disponens, quòd frater fratri semper succedat, & deficientibus fratribus iura deuoluantur ad nepotes; idq. etiam obseruauit in alijs substitutionibus, vt post obitum patroni succedere deberent fratres, & ex fratre nepotes, & pronepotes, prout colligitur ex ipsa fundatione, nu.7.& seqq. in qua numquam fecit mentionem de filijs, & descendentibus patronorum, quos propterea censetur voluisse excludere, iuxta *text. in l. quidam, circa fin. vers. res in extraneo, & ibi Bart. nu.* 6. *ff. de verbor. obligat. Surd. cons.* 5. *num.* 59. *& cons.* 262. *num.* 14. *cum alijs allegat. sub dicta die* 10. *Iunij præteriti*. maximè quia si voluisset, de facili illos vocare potuisset, *l. vnic. §. sin autem. C. de caduc. tollend. Surd. d. cons.* 262. *num.* 14. *uers. & facilè. Card. Mant. de coniect. ultim. uol. d. lib.* 11. *tit.* 15. *num. uers. ex quo manifestè*, nec ita substituisset fratres nulla facta mentione de filijs quorum aliàs de iure erat prima causa successionis. *§.* 1. *instit. de hæred. qua ab intest. defer. §.* 1. *auth. eod. tit. Cephal. cons.* 283. *num.* 4. *uol.* 2.

Quòd etiam suadetur ex eo, quòd fundator voluit, vt quis tamdiu esset patronus, quamdiu esset clericus, & in clericatu permaneret, ex quo sequitur, vt eo ipso, quòd patronus ducebat vxorē, desinebat esse patronus; quòd clarè ostendit fundatorem in patrono considerasse statum clericalem, & cælibatum, & per consequens non potuisse cogitare de filiis natis ex aliquo existente patrono, & multò minus de illegitimis propter illius dignitatem, & aliàs eius qualitates, & circumstantias benè ponderatas in decisione coram bon. me. *Litta sub die*

die 30. *Ianuarij* 1606. Quibus addi potest alia coniectura desumpta ex confirmatione fundationis facta à Gregorio X. & Clem. VI. quæ verisimiliter non emanasset si in fundatione vocati fuissent filii illegitimi patronorum, qui erant futuri clerici, ne scilicet sub spe sobolis procreandæ allicerentur ad incontinentiam.

Non obstat, quòd deficientibus fratribus, qui possint, aut, velint succedere, vocentur nepotes sui, quorũ appellatione comprehenduntur etiã filij patronorum, siue illud verbum referatur ad nepotes ex filijs Nicolai, de quo ibi fuerat facta mentio secundum propriam illius verbi significationem. *l. 1. ff. de grad. l. iusta. ff. de uerb. signif.* Dec. *in l. fin. sub num.* 11. C. *de success. edict.* siue ad nepotes ex fratre patroni prædefuncti secundum minus propriam illius significationem, de qua per *Felin. in cap. per tuas, num.* 45. *de probat. Alex. cons.* 49. *num.* 8. *lib.* 1. Quia placuit Dominis responsio, illa verba esse referenda ad nepotes patroni vltimo loco prædefuncti, de quo fundator immediatè locutus fuerat, ad *text. in l. regula. §. fin. & ibi gloss. uerb. initium. ff. de iur. & fact. ignoran.* Nec propterea sequi, quòd comprændat etiam filios illegitimè natos ex aliquo existente tunc patrono, quos fundator non vocauit, nec de eis cogitauit, vt supra dictum est, sed satis esse, vt verificentur in aliis nepotibus patronorum, nam etiam verba vniuersalia restringuntur secundum subiectam materiam. *l. 3. §. si quis hæredi. ff. de stat. liber. cum simil.* & vna pars fundationis declaratur ab alia, ad *text. in l. 3. §. sed etiam inter duos. ff. de liber. et posth.* Aym. *cons.* 52. *num.* 10.

Neque refragatur, quòd supradicti Nepotes, seu filij patronorum possint esse illegitimi in pluribus casibus, vel quia antequam quis fuerit clericus, & patronus illos susceperit, vel postquam desierit esse patronus, & postea vxore defuncta rursus ad clericatum reuersus sit, quia quicquid dicendum esset in dictis casibus, & similibus per informantes pro Ioanne Stephano ponderatis, placuit responsio in alia decisione data, quòd ex vocatione filiorum legitimorum ex patronis ante acquisitionem patronatus, vel eo dimisso, non potest aliquo modo inferri ad filios illegitimè natos ex aliquo patrono de tempore, quo erat patronus, qualis erat Laurentius filius Ibleti patroni, quem ex supra deductis patet fundatorem noluisse vocare.

Et ex hoc tollitur etiam aliud fũdamentum deductum, quòd in hac fundatione illegitimi non sint semper exclusi, vt fuit decisum coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, & confirmatum coram me, quia quicquid sit de hoc in omnem euentum id posset intelligi de illegitimis aliorum, non autem de natis ex patronis de tempore, quo erant patroni, in quibus si fundator considerauit vitam clericalem, prout expressit in tota fundatione, multò magis censetur in eisdem considerasse continentiam propter eius eximias qualitates, & alias circumstantias ad istum effectum in alijs decisionibus ponderatas, & per consequens non cogitasse de eorum filijs illegitimis.

Nec placuit, quòd pro vocatione istorum descendentium à patronis deducebatur ex verbis fundationis, sub num. 19. ibi, si contingeret aliquo tẽpore, quòd de supradictis, ad quos iura prædicta deuolui debent modo, & ordine supradictis, vel descendentibus eorundem, iuxta hanc ordinationem nostram aliquis, vel aliqui essent, &c. quasi quòd per illa verba fuerint vocati omnes descendentes Nicolai, quia fuit responsum illa verba, descendentes, & similia, esse restringenda ad fratres, nepotes, & pronepotes patronorum, qui supra in præcedentibus numeris fundationis reperiebantur vocati, pon-

ponderando illas restrictiuas, ibi, modo, & ordine supradictis, & ibi, iuxta hanc ordinationem nostram, quæ operantur, vt secundum præcedentes dispositiones intelligi debeant. *Alex. cons.*173. *num.6.lib.*5. *Surd.cons.*123.*nu.*13. *Magon.decis. Lucen.*25. *nu.*54. & per consequens ex huiusmodi verbis non possunt dici vocati dicti filij patronorum illegitimi, qui supra nullibi reperiuntur vocati, vt dictum est.

Nec potest controuerti, quin Laurentius, ex quo descendit Ioannes Stephanus, natus sit ex Ibleto, de tempore quo erat patronus, nam in instrumento appræhensionis patronatus per Octobonū de anno 1498. narratur Ibletum per quadraginta & plures annos fuisse patronum, & de illo tempore decessisse, quæ narratiua visa fuit remanere satis iustificata ex mandato dato ab eodem Ibleto vti patrono ad obligandum loca S. Georgij de anno 1459. necnon ex aliis diuersis partitis medio tempore creatis de mandato eiusdē, nempè de annis 1487. 1488. & pluribus sequentibus; ideoq. cum Laurentius, vt constat ex dispensatione ad beneficia à Sixto IV. per ipsum obtenta, natus sit de anno 1469. vel circa, sequitur quod fuerit procreatus tempore quo Ibletus erat clericus. & patronus.

Et ita decisum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus permutari potest.*
2 *Laicus non potest permutare iuspatr. cum ecclesia.*
3 *Patroni laici possunt inter se permutare iuspat.*
4 *Iuspat. quando permutatur cū ecclesia, non requiritur consensus Episcopi.*
5 *Iuspat. de per se consideratum non potest permutari.*
6 *Stante statuto, quòd vir vxori nil relinquere possit, an possit relinquere iuspatr.*
7 *Iuspat. si relictum sit religiosis, qui immobilia nequeunt possidere, quid fiet.*
8 *Forensis an excludat fœminas existētes in loco, vbi viget statutum fœminarum exclusiuum.*
9 *Si duo litigent super iurepat. an pauperi à diuite sint præstanda litis alimenta.*
10 *Patronus si captus sit ab hostibus, quomodo prouidebitur ecclesiæ vacanti.*
11 *Ecclesia patronata si vi belli in manibus infidelium remanserit, & iterum ad fideles peruenerit, erit ne libera?*
12 *Patronus præbendæ in Collegiata, si ea fiat Cathedralis, an possit præsentare habentem* 14. *ann.*

Iuspatronatus quomodo ex Permutatione transferatur.

CAPVT TERTIVM.

1 TRANSIT etiam iuspatronatus de vno in alium per permutationem. *c. nemini.* 16. *q.* 7. tradit *Azor. Instit. moral.par.*2.*cap.*20.*quæst.*7.*Rocch. de Curte.de iurepat. verbo, ipse, vel is à quo.quæst.*16. *nu.* 28. *Zecchius de benefic. & pens.cap.*12.*nu.* 7. *Aug. Barbosa de off.& pot.Episc.par.*3.*alleg.*71. *nu.*31. attamen nō potest laicus per-
2 mutare iuspatronatus cum ecclesia accipiendo aliam ecclesiā, nisi quando laicus habet in iurepatronatus communionem cum ecclesia. *Archidiac. in cap. vnico. col.*2. *de iurepatr. lib.*6. vide *Card. Mantic. de tac. & ambig.conuent.lib.*25.*tit.*9.*nu.*42. & 44. tunc enim ratione dictę communionis fit permutatio etiam absque Episcopi consensu.

3 Patroni autem laici diuersarum ecclesiarum, seu diuersorum beneficiorum possunt inter se permutare

T iuspa-

iuspatronatus. *Doct. in rubr. & in cap. cum seculum. de iurepatr. clem. plures. vbi gloss. in verbo, libere. de iurepat.* & tunc requiritur Episcopi consensus. *Rocch. de Curt. vbi sup. d. quæst. 16. nu.* 28. quando autem fit
4 permutatio iurispatr. cum ecclesia non requiritur Episcopi consensus. *d. cap. vnico. de iurepatr. lib. 6.* Iuspa-
5 tronatus autem de per se consideratum non potest permutari cum alia re prophana, quia committeretur simonia. *Cardin. in d. cap. cum seculum. de iurepat gloss. in d. clem. plures. in verbo. libere. de iurepat. Hostiens. in summa. tit. de iurepatronat. §. qualiter transferatur. vers. res permutata.* tangit etiam *Abb. in cap. querimoniam. nu. 4. de iurepat.*

Nunc obiter videamus de infrascriptis.

6 Stante statuto Ciuitatis Pisarum, quòd vir nil possit relinquere suæ vxori, eiusq. consanguineis vsque ad quartum gradum, exceptis libris quindecim annuis, aliàs relictum sit inualidum, quid, si vir suæ vxori, vel eius cōsanguineis reliquerit iuspat. erit ne validum relictum?

Et conclusio est tale relictum esse inualidum, quia vbi militat eadem ratio, ibi idem ius statuitur. *l. illud. ff. ad l. aquiliam.* sed ratio, quare statutum id vetat, est, ne maritus spoliet suos, & alienis relinquat, & vt familiæ conseruentur, & quæ ratio militat etiam in iurepat. quòd est ius honorificum, & vtile, vt dixi sup. lib. 1. cap. 2. & quamuis non possit æstimari, tamen vtilitatem offert, quia patronus potest filios habiles præsentare, & egenus debet de fructibus beneficij alimentari, vt d. cap. 2. dixi. ideo dicendum est statutum voluisse etiam iuspatr. compræhendere, vt non possit relinqui, sicut bona.

7 Quid, si relictum sit iuspatr. religiosis mendicantibus Capuccinis, seu de Obseruantia reformatis, qui non possunt stabilia, seu immobilia possidere, & ex dictis sup. lib. 2. c. 5. nu. 114. & seq. cum tales religiosi habeant sindicum Apostolicum nomine Papæ constitutum, qui est medium habile ad acquirendum Ecclesiæ Romanæ, quæ est capax, ideo si talibus religiosis relictum sit iuspat., legatum erit validum, & beneficium patronatum fiet liberum ad collationem Papæ, cui ex tali legato acquiretur. faciunt dicta per *Genuensem Episcopum Isernien. in suis practicabilib. eccles. quæst.* 328. & sindicus Apostolicus fratrum S. Francisci de Obseruantia commorantium in Conuentu S. Crucis propè Pisas est dominus Simon frater meus carissimus.

8 Et in materia successionis quæritur, vtrum stante statuto exclusiuo fœminarum stantibus masculis ex eàdem agnatione vsque ad sextum gradum, vt est Florentiæ, forenses masculi agnati alibi habitantes, vbi non viget tale statutum, admittantur ad fœminarum exclusionem, tàm ad successionem bonorum in territorio statuentium existentium, quàm iuspatronatus existentis in tali hæreditate.

Et in simili causa quæ in Rota Florentina vertebatur inter quasdam fœminas de Attolinis habitantes in Castro Rosignani diœcesis Pisarum subditas statuto Florentino, & quosdam forenses masculos Attolinos habitantes in Castro nouo Carofenianæ, fuit decisum sub die 24. Ianuarij 1625. prædictos forenses excludere dictas fœminas, eosq. ad d. hęreditatem, & omnia iura ex d. statuto succedere. & moti sunt Domini de Rota ex infrascriptis, qui hanc partem tenuerunt. *Calderin.* quem citat *Alex. cons. 19. nu. 6. lib. 6. Lapus allegat. 101. Ancharan. cap. 1. col. 47. versic. quæro iuxta prædicta de quæstione tali. de constitut. Ias. cons. 163. lib. 2. Paris. cons. 84. nu. 42. & seq. lib. 1. Rubeus cons. 71. in fin. Socc. iun. cons. 25. nu. 8. & n. 12. lib. 2. & cons. 62. nu. 7.*

nu.7.lib.3. qui dicit hanc esse veram & communem opinionem. *Curt.iun. cons.5.Natta cons.148. nu.1. & seq. cons.149. & cons.51.nu.23. Crauet. cons.201.nu.15. & cons.271.num.2. & cons.407.nu.2. & cons.844. n.16. & seq.* *Alba cons.50.nu.40.& seq.& cons.370.nu.4.Alciat.cons.10.nu.15. lib.2.* qui hanc omnium communem opinionem esse dicit *Aldobrand. cons. 2.nu.21. & seq. Curt.Sen.cons.5.nu. 42.Gratus cons.21.col.fin.lib.1. Rimi-nal.sen.cons.655.nu.64.& cons.515. num.35.Castren.cons.87.lib.2.Ruin. cons.49.nu.9.lib.3. Gozadin. cons.49. nu. 8. & nu. 11. & in fine. Cephal. cons.309.nu.75.& seq. Portius cons. 86.nu.4. & cons.127.nu.13. Rimin. iun.cons.357. Beccius cons.62. nu.23. Bero.cons.155.num.41.lib.2. Bursat. cons.59.nu.36. & cons.198.nu.43.& seq. lib.2. Decian. cons.71.num.8. & cons.78.nu.7.lib.2. Surd.cons.91.nu. 9. & cons.257. nu.15. & cons.343. nu.8. & seq. & nu. 27. & cons.553. nu.17. Brunus de stat. exclu. foemin. art.8. quaest.25. Abbas cons.52.nu.2. lib.2. Campeg.de dote.par.5.quaest.69. col.fin. vers.sed parum.* vbi ita in praxi obseruari dicit. *Tiraqu. de re-tract.lignag.§.1.gloss.1. per tot. Rau-den.variar.c.44.num.30.Oddus cons. 54.nu.46. Thesaur.decis.107.num.5. Amatus dec. 81. nu.10. Rota Bonon. diuers.dec.79. nu.2. & seq. et ibi per tot. Mangil. de imput. quaest.81.nu. 25. et 26. et nu.71. et seq. Mascar. de stat.concl.6.nu.180. et 182. Pere-grin.cons.10.nu.5.lib.3. Michael. de Grassis commun. opin.lib.1.c.3. Franc. Tursan.commun.opin. quaest.46.nu.2. Thobias Nonius cons.1.n.57. Carpan. ad stat. Mediolan. in praefat.nu.668. et seq. Gaspar. Thesaur. quaest. forens. c.4.lib.2. Asinius de execut. §.1.c.74. nu.10.Puteus decis.29.lib.2. Rota di-uers.dec.304 nu.3. et nu.8.p.1.et dec. 379.n.3. par.1.* & aliàs fuit decisum in Rota in vna *Balneoregien. bonorum 8.Iunij 1587. coram Card. Platto.* & in alia *Ianuen.fideicom.4.Maij 1590. coram Orano.* & saepius fuit in ista Rota decisum vt in motiuis datis.

Et prędicti Doct. hanc conclusionem pluribus pariter fundamentis exornant.

Nam cum statutum praedictum loquatur per verba generalia vocãdo agnatos in sexto gradu ad foeminarum exclusionem, huiusmodi statuti verba ex verborum proprietate, à qua non est recedendũ tàm agnatos forenses, quàm subditos complectitur.

Et cum huiusmodi statutum agat de successione bonorum defuncti, & sic bona respiciat, idcirco d. statutũ quoad bona tàm subditum, quàm forensem comprehendit, & semper statutum dicitur disponere de bonis, vt dicunt Doct. *Ruin. cons.39.nu.15. et 16.lib.1. et cons.99.n.7.lib.3. Socc. iun.cons.25.nu.13.lib.3. Rot. diuers. decis.295.nu. 9. et decis.304. par.1. Surd.cons.257.nu.15. et 291. nu.9. et cons.343.nu.8. & seq. & cons. 553. nu.17. & seq.* Et cum statutum conditum fuerit fauore agnationis, & Principi, & Ciuitati, & defuncto, de cuius successione agitur fauorabile sit, agnationem praedictam conseruare, adeout sub dicto statuto etiam forensis veniat.

Prout pariter Principis, & Ciuitatis interest, vt forenses ad habitandum in suo felicissimo statu alliciantur, Principis namq. interest suum statum numero subditorum augeri, & ampliari. *l. cum ratio. vers. cum ampliari imperiũ hominum adiectione. ff. de bon. damnatorum.*

Nam prout vbi testator disponit pro sua agnatione conseruanda fauore sibi agnatorum, eius dispositio etiam forenses agnatos continet, ita pariter est dicendum in d. dispositione statuti, cum à statuto ad testamentum argumentum teneat *Socc. sen. cons.19.nu.8.lib.3. Crauet. consil. 844.nu.13.*

Et sicuti statutum disponens de rebus suo in territorio sitis praeiudi-

caret forensi, ita pariter dicto ex statuto iuuari debet forensis. *Natta cons.* 148.*nu.*2.*Crauet.cons.*201.*Surd. cons.*91. *nu.*9. & *cons.*343. *num.*27. qui quamplures alios allegat. sic videmus, quòd iudex dat curatorē forensi ratione bonorum in iudicis territorio sitorum. *l.* 1. *vbi Bald. C. vbi tutores, vel curatores*. *Bart. in l. pupill. ff. de tutoribus & curat.* datis ab his. *Alex.cons.*46.*nu.*17.*lib.*3.

Sic & forensis ratione bonorum in territorio sitorum respondere cōpellitur, vbi bona sunt sita, & ibi forensis forum sortitur, *l.fin. C. vbi in rem actio. & c. sanè. & c. fin. de foro compet.Crauet.cons.*210.*nu.*24.

Idem in alienatione rei minoris, iudex loci, licèt minor alienans non sit ei subditus, decretum pro minore interponit *gloss. in c. hoc ius porrectum.*12.*quaest.*2.*Roman. cons.*450.

Prout autem, si adesset mulier forensis proximior agnato Florentino, excluderetur à dicto agnato, ita pariter mulier subdita debet ab agnato forensi excludi. *Crauet.cons.*844. *vers.quia.vbi Alex.* & alios citat.

Insuper pro dictis actoribus deducebatur, quòd dum statutum, & dicta reformatio loquitur per verba exclusiua vniuersalia fœminarum, videlicet, nulla mulier possit ab intestato succedere extantibus agnatis personæ defunctæ in quarto, & & postea in sexto gradu, quo casu agnatus non subditus statuentibus ad fœminarum subditarum exclusionem admittitur, ex quo stantibus dictis verbis mulier habetur pro mortua, & perinde ac si in terum natura non esset, incapax ad succedendum redditur, quò circa ius apertum videtur agnato etiam non subdito statuentibus, ad succedendum ad exclusionem fœminarum subditarum, antesignanus huius opinionis fuit loquens in indiuiduo in statuto Florentino *Lapus allegat.*101.*nu.*15.& *nu.*24.*Alex.cons.*111.*nu.*3.& *nu.* 14. *lib.*7.& *cons.*44. *nu.* 6. *lib.*5. *Roman. singul.*456.*Rimin.sen.cons.*246.*nu.*2. & *seq. Ruin.cons.*39.*nu.*16.*lib.*1.*Ripa respons.*2.*num.*8.*Crauet.cons.*844. *nu.*7.& 10.*vers.secundo respondetur. Cephal.cons.*309.*n.*16.*Surd.cons.*343. *nu.*27. *et cons.*553.*nu.*11.

Domini concorditer censuerunt omnem dubitationem cessare in huiusmodi successione, & sic fauore dictorum actorum forensium contra dictas filias D. Iulij sententiauerunt & hoc stante statuto sub *rub.*17.*lib.*2. in cuius rubrica dicitur, quòd forenses non suppositi non audiantur, nisi satisdatione præstita. Et in nigro dicti statuti dicitur quælibet persona, vniuersitas, ecclesia, conuentus, capitulum, collegiū, seu forensis quisque, vel quod non fuerit suppositus iurisdictioni communis Florentiæ, vel eius officialibus agere vel experiri volens &c. teneatur, & debeat satisdare in causa conuentionis & reconuentionis de iudicio sisti, & iudicatum soluendo &c. quòd si fecerit vtatur, & vti possit beneficio statutorum Communis Florentiæ, & secundū ipsa ei reddatur ius, quòd si facere neglexerit ei ius reddatur secundum ius commune tantum.

Quæ statuti dispositio cum expressè loquatur, quod forensis vtatur & vti possit beneficio statutorū Communis Florentiæ, & secundum ipsa ius reddatur, forensis agnatus admittitur ad succedendum ad exclusionē fęminarum subditarum, cum istud sit beneficium statuti, & ita ei secundum statutum ius reddatur, ex quo dicti forenses satisdationem prædictam præstiterunt.

Et prout quando statutum forensi suum non denegat beneficium, forensis ad succedendum admittitur. *Alex.cons.*115.*nu.*5. *et nu.*13. *lib.* 7. & decisum fuit in ista *Rota anno* 1602. *in causa DD. de Zanchinis*, à fortiori stante statuto admittente forensem præstita satisdatione prædicta ad beneficia statuti, forēsis admittitur ad succedendum ad exclusionem

fionem fœminarum, vt dicit *Alex. d. conſ.* 111. & in dicto motiuo deciſum fuit.

At cum non præſtita ſatiſdatione per forenſem ipſi ius ſit reddendum ſecundum ius commune, quòd quidem ius commune cõpræhendit modum ſuccedendi in bonis, & hæreditate defuncti, idcircò dictum ſtatutũ dum dixit forenſi præſtita ſatiſdatione ius reddatur ſecundum ſtatuta communis Florentiæ, compræhendit modum, & ordinem ſuccedendi ab inteſtato. *l. iam hoc iure. ff. de vulg.* & hoc argumentum vti ſolidiſſimum adducitur in d. motiuo in d. cauſa de Zanchinis.

Vt in ſimili de ſtatuto ſanciente, vt ius reddatur forenſi in patria forenſis, ſicut ius redderetur ſubdito dicti loci, tunc ſi in patria forenſis admitteretur ſubditus dicti loci ad ſuccedendum, ita pariter admittitur forenſis ad ſucceſſionem. R*imin. ſen. conſ.*246. *in fin. & conſ.*314. *nu.*49. I*ac. conſ.*19. *nu.*3. *& ſeq. lib.*3. *Aſinius d. §.*1. *c.*75. *nu.*1.

Et in indiuiduo quòd ſtante dicto ſtatuto ſub rubr. 17. quòd forenſis agnatus præſtita ſatiſdatione admittatur ad excluſionem fœminarum ſubditarum. vide I*ac. conſ.*292. *n.*2. *in fin. & nu.*3. *lib.*2. *& conſ.*19. *nu.*3. *& ſeq. lib.* 3. *Crauet. conſ.*844. *nu.*17. *verſ.*4. *Alciat. conſ.*13. *nu.*4. *&* 5. *lib.* 4. *Brunus de ſtatuto excluſ. fœminarum. art.*8. *quæſt.*25. *col.*1. *in fin. Aſinius d. loco. c.*75. *in fin.* qui ita in iſta Rota deciſum fuiſſe atteſtatur, prout etiam apparet ex dicto motiuo in cauſa de Zanchinis, & nullus Doctor, qui in contrarium ſentiat, inuentus fuit, qui huic opinioni, & concluſioni contradicat.

Nec obſtare viſum fuit, quòd prędictum ſtatutum intelligi debeat, & procedat quoad ordinatoria tantum non autem quoad deciſoria.

Quia, cum ſtatutum in rubrica dicat, quòd forenſes non ſuppoſiti nõ audiantur, niſi præſtita ſatiſdatione, dictio niſi importat, quòd forenſes præſtita ſatiſdatione audiatur. *Corn. conſ.*184. *col.*1. *lib.*1. *Surd. conſ.*11. *n.* 1. *& ſeq.* verbum namq. audiatur, importat etiam deciſoria. *Bald. conſ.* 128. *nu.*1. *lib.*5. *Vinc. de Franc. deciſ.* 193. *nu.*15. *&* 16.

Pariter in dicto nigro ſtatuti habetur, quòd forenſi, qui præſtitit dictam ſatiſdationem ius reddatur ſecundum ſtatuta communis Florentiæ, verbum namque, ius reddatur, reſpicit quoque deciſoria. *Aſinius d. c.*75. *nu.*3. *&* 4. nam ſi forenſi ſatiſdatione non præſtita, ius reddendum eſt ſecundum ius commune, quòd reſpicit pariter deciſoria, pari iure præſtita dicta ſatiſdatione foreſi ius eſt reddendum quoad deciſoria ſecundum diſpoſitionem ſtatutorum communis Florentiæ. *Aſinius d. §.*1. *c.*74. *nu.*4.

Præterea cum dictum ſtatutum de cauſa conuentionis, & reconuentionis loquatur, quæ conuentio, & reconuentio deciſoria etiam continet, vt ad ſenſum patet, & fuit deciſum vt in motiuo lib. 23. fol. 509. de anno 1600. idcirco obiectum prædictum non ſubſiſtit.

Idem colligitur ex verbis dicti ſtatuti de iudicatum ſoluendo, quoniam iudicatum ſoluere reſpicit pariter deciſoria, vt notorium eſt, & dicitur in dicto motiuo dicto fol. 509.

Et in terminis terminãtibus, quòd forenſis præſtita fideiuſſione prædicta fruatur beneficio ſtatuti excluſiui fœminarum ſubditarum ſuperius allegati fuerunt. *Soc. Alciat. Brunus Aſin.* & alia motiua huius Rotæ.

Et in terminis, quòd forenſis agnatus beneficio dicti ſtatuti ſub rub. 17. effectus per ſatiſdationem præſtitã ad ſuccedendum habilis excludat fęminam ſubditam, cui interim nullum ius in hæreditate defuncti delatum fuit. dicit *Soc. conſ.*19. *nu.*4. *& ſeq. lib.* 3. *Alciat. conſ.*13. *nu.*4. *&* 5. *lib.*4. *Aſin. d. c.*75. *&* 76. & fuit deciſum

cisum in d. motiuo allegato in causa de Zanchinis.

Pateтq. dictum statutum sub rub. 17. forensi cōcedere beneficia quorumcumque statutorum in materia ius reddendi, vt in causa tenutæ bonorum, & in præcepto de disgumbrando consuluit *Soc. iun. cons.* 181. *nu.* 76. *lib.* 1. quòd forensis, cui aliàs de iure commodum d. tenutæ, & præcepti de disgumbrando non competit, quòd præstita d. fideiussione commodo statutorum Florentiæ prędicto potiatur.

Quo circa statutum etiam fauore subditorum factum forensem quoque, qui satisdedit comprehendit, quia ex d. satisdatione effectus fuit capax vti beneficijs statutorum, & illicò post præstitam d. fideiussionem per forensem, ipsi est delata hæreditas, & sic statim effectus fuit subditus. *Feder. de sen. cons.* 182. *Geminian. cons.* 58. *col.* 2. vt ex *Crauet. cons.* 844. *num.* 8.

Præstita namq. d. satisdatione per forensem, ipse sortitus fuit forum huius Ciuitatis, & forum sortiri, statutis ligaris commodoq. statutorum potiri paria sunt. *Boer. decis.* 13. Attamen *Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *c.* 9. *nu.* 1. tenet contrarium, nempe dictos forenses non excludere dictas fęminas ex præsumpta mente statuētium, qui Ciuibus suis, & illorum agnationibus prospicere voluerunt, non exteris, vt qui onera non subeunt, nec beneficijs gaudeant statutorum, & ita fuit sæpius resolutum in *Rota in Terracinen. hæreditatis.* 16 *Martij.* 1576. *coram* Blanchetto, & in *Romana supplementi legitimæ.* 21. *Octob.* 1580. *coram Episcopo Lauretano.* & in *Camerinen. hæreditatis.* 29. *Ianuarij.* 1588. *coram Card.* Pamphilio. & ideo causa dictorum de Attolmis fuit iterum delegata, & adhuc pendet indecisa; & interim dictæ fęminæ sunt in possessione, & si aliquod beneficium vacaret, ipsæ præsentarent, cum ad eas fructus pertineant, & præsentatio sit fructus iurispatronatus.

9 Quæritur insuper, si duo litigent super iurepatr. eiusq. pertinentia, seu super iure præsentandi, vtrum pauperi sint à diuite præstanda litis alimenta, & expensæ, & quoties, & in qua quantitate.

Et in hoc ad exemplum aliarum litium, in quibus etiam in prima instantia quando regulariter habent pro se boni iuris præsumptionem debent habere sumptus litis, ad *l. si instituta. de inoff. testam.* *Afflict. decis.* 11. *nu.* 1. *Bisigniet. dec.* 2. *de iudic.* *Couarr. pract. quæst. c.* 6. *nu.* 6. *Guid. pap. decis.* 365. & fuit dictum in *Romana bonorum de Ceulis.* 29. *Martij.* 1586. *coram Orano.* & 3. *Decemb.* 1584. *coram fel. rec. Clemente viij.* & procedunt dicta, si aliunde non habeant alias secus. *Ripa* alios allegans in *l.* 2. *nu.* 4. *ff. de iudic.* *Fel. in rub. de appell. nu.* 1. *Couarr. vbi sup.* & taxatio tunc est arbitraria iudicis. *Menoch. de arbitr. iud. casu* 169. *nu.* 12. & habetur in *d. Romana*, & pari ratione si pauper patronus habeat boni iuris præsumptionem pro se, existimo à compatrono diuite ei subministrandos esse sumptus litis, vt iustitiæ sit locus.

10 Quid si patronus capiatur ab hostibus, dum captiuus ibi morabitur, quomodo ecclesiæ vacanti prouidebitur. & quid si reuertatur, vel ibi moriatur.

Si patronus sit captiuus, eo tempore vacanti ecclesiæ prouidebitur ab Ordinario tamquam de libero, quia eo tempore sicut stat in pendēti ius liberorum. *§. si ab hostibus. Institut. quib. mod. iuspat. pot. sol.* ita quodcumque aliud ius, prout est iuspatr. nec filij possunt præsentare, quia iuspatr. regulariter transit in hæredes, & filij tunc non sunt hæredes, quia pater viuit, secus si sit iuspatr. familiare, quia alij de familia præsentarent. si autem patronus ab hostibus reuertatur recuperabit omnia

iura,

iura quia fingitur semper in ciuitate fuisse,& si ibi moriatur fingitur mortuus quando fuit captus, & ex tunc filij sunt eius hæredes, & sic etiam in iurepatronatus ad *d. S. si ab hostib. & ibi gloss. verbo, pendet.*

11 Quid si ecclesia patronata vi belli in manibus infidelium remanserit,& post plures annos iterum ad fideles peruenerit, iuspatronatus erit ne, vel ecclesia erit libera? dicendum est iuspatronatus durare, quia per non vsum regulariter non amittitur iuspatronatus præsertim cum non steterit per patronum, nec ecclesiæ vnquam fuerit prouisum, cum esset penes infideles. vt dixi *lib. 15. c. 1. post nu. 17.* & fuit dictum in *Imolen. iurispat. 27. Martij 1595. coram Cardin. Pamphilio.*

12 Quid si, si aliquis sit patronus præbendæ, & Canonicatus in ecclesia collegiata, ad quem canonicatum obtinendum sufficit ætas 14. annorũ si d. Collegita fiat Cathedralis, an' patronus possit præsentare clericum 14. ann. secundum suam quasi possessionem, an' verò debeat præsentare clericum ann. 22. iuxta decretum Concilij Trid. *sess. 24. de ref. c. 10.* dicendum est præsentandum esse clericum ætat. 22. annorum, cum tales in cathedralib. ad Canonicatus præsentari debeant ex d. decreto Concilij, quia dum collegiata erigitur in cathedralem ad augendum cultum Diuinum, augetur etiam illius ecclesiæ dignitas, & plus honoris habet patronus habere iuspatronatus super canonicatu in Cathedrali, quam in Collegiata, nec aufertur patrono facultas præsentandi, sed limitatur, vt præsentet clericum ann. 22. & ita fuit responsum, dum hoc ann. 1627. vacaret Canonicatus iurispatronatus Cathedralis ecclesiæ Sanct. Miniat. in Thuscia, quæ olim erat collegiata.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus transfertur per donationem.*
2 *Iurispatronatus donatio valet cum episcopi consensu.*
3 *Iurispatronatus donatio valet etiam si post d. consensus præstetur.*
4 *Præsentatus à donatario præfertur præsentato ab hærede donantis.*
5 *Vicarius episcopi sine speciali mandato, non potest confirmare donationem iurispatronatus.*
6 *Consensus episcopi ex lapsu 30. annorum præsumitur in donatione iurispatronatus.*
7 *Donatio iurispatronatus facta compatrono non eget confirmatione.*
8 *Donatio iurispatronatus à patre facta filio debet confirmari.*
9 *Donans iuspatronatus aliquo accepto committit simoniam.*
10 *Donatio iurispatronatus facta cum hoc, quod præsentatio sit facienda ad alterius voluntatem non valet.*
11 *Donatio iurispatronatus potest fieri additis conditionibus secundum iura.*
12 *Donatio iurispatronatus si facta sit pluribus, si aliquis repudiat, alijs accrescit.*
13 *Ius accrescendi non habet locum in contractibus.*
14 *Nisi in contractibus interueniat res indiuidua.*
15 *Donatio iurispatronatus quomodo fiat.*
16 *Iuspatronatus continetur in donatione omnium bonorum, & actionum secundum communẽ opin. & ponitur decisio Rotæ.*
17 *Iuspatronatus venit iurium appellatione.*
18 *Iuspatronatus quando cum vniuersitate transferatur.*
19 *Donatio liberalis caret omni suspicione.*
20 *Iuspatronatus quando in generali bonorum venditione veniat.*
21 *Donatio omnium bonorum, & iurium valet saltem quoad præsentia ratione iuramenti.*
22 *Donatio iurispatronatus confirmata an' re-*

rescindatur in casu l. si unquam. C. *de reu. donat.*

23 *Iurispatronatus causa cõmuneratur inter spirituales, & for. eccl.*

24 *Iuspatronatus legibus laicorum non subijcitur.*

25 L. *si unquam.C.de reuoc.don. fuit facta in fauorem filiorum.*

26 Lex *ciuilis sacris canonibus non contraria, est fauorabilis, & seruanda.*

27 *Causa ecclesiæ aliquando decidi debet secundum ius ciuile.*

28 *Ius ciuile seruari debet in rebus temporalibus, & prophanis.*

29 Patronus *habens iuspatronatus dumtaxat, non potest illud cedere creditoribus.*

30 *Iuspatronatus est inestimabile.*

31 Donatio *iurispatronatus rescinditur per superuenientiam filiorum donantis.*

32 Donatio *per superuenientiam filiorum reuocatur de iure ciuili, & canonico.*

33 *Etiam in foro conscientiæ.*

34 *Iuspatronatus est in bonis nostris.*

35 *Iuspatronatus venit cum successione hæreditaria, & bonorum appellatione.*

36 *Res quelibet quoad affectionem est æstimabilis.*

37 Donatoris *filiorum interest habere iuspatronatus.*

38 Donatio *facta sub conditione, si donans decesserit sine liberis, an locum habeat, si donans fiat religiosus.*

39 *Et tunc per ingressum religionis d. conditio dicitur defecisse, non extitisse.*

40 *Hæres grauatus restituere hæreditatem, si sine liberis decesserit, si fiat religiosus, succedit monasterium.*

41 *Donationis conditio, si decesserit sine liberis ex communi opin. si donans fiat religiosus. dicitur conditio extitisse.*

42 Donatio *est constractus irreuocabilis.*

43 Donatio *etiam perfecta ob ingratitudinem reuocatur.*

44 *Donatori malefacere non licet, eiusq. bona capere.*

45 *Patronus si ecclesiæ sit ingratus perdit iuspatronatus.*

46 *Pactum de non reuocanda donatione ob ingratitudinem, an valeat.*

47 *Ingratitudo ex misericordia remitti potest.*

48 *Conuentio, qua quis inuitatur ad delinquendum non valet.*

49 *Ingratitudo alia cum dolo, alia sine dolo committitur.*

50 *Pactum etiã iuratum de nõ reuocanda donatione ob ingratitudinem non valet.*

51 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*

52 *Iuramentum non attenditur quando cõtinet peccatum, seu eius occasionem.*

53 *Iuramentum non confirmat pactum odio pactis aduersa improbatum.*

54 *Absolutio à iuramento quid operetur.*

55 *Iuramentum actum non facit irreuocabilem, si erat reuocabilis.*

56 *Ingratitudo cum dolo commissa non remittitur.*

57 *Ingratitudo ex lata culpa commissa remitti potest.*

58 *Dolus præsumptus, etiã de futuro potest remitti.*

59 *Donatio ob ingratitudinem reuocatur, si constet legitimè de ingratitudine.*

60 *Donatio iurispatronatus facta absenti an valeat per stipulationem notarij.*

61 *Absenti an per stipulationem notarij acquiratur.*

62 *Donatio facta absenti per stipulationem notarij valet.*

63 *Notarius tanquam seruus publicus potest acquirere pupillo.*

64 *Notarius potest donationem stipulare etiam nascituris, & non conceptis.*

65 *Ratihabitio illius, cui per stipulationem acquiritur, sufficit tacita.*

66 *Iuspatronatus an per donationem transferatur durante tantum linea donantis.*

67 *Lex fundationis est seruanda in iurepatronatus.*

68 *Donans ius, quod habet tantum donare censetur.*

69 *Iuspatronatus familiare extinguitur extincta familia, hærediiarium quan-*

quando nullus est hæres.

70 *Donatio iurispatronatus præiudicialis beneficijs.*

71 *Quia quod erat hæreditarium in donante fit hæreditarium in donatario.*

72 Donans *iuspatronatus non potest præiudicare compatronis.*

73 *Emphyteuta donans emphyteusim non potest præiudicare comprehensis.*

74 Donatio *iurispatronatus quando possit ab episcopo confirmari, & ponuntur Rotæ decisiones.*

CAPVT QVARTVM.

Iuspatronatus quomodo ex Donatione transferatur.

1 IVspatronatus transit etiam de vno in alium per donationem. *gloss. in c. piæ mentis. 16. q. 7. Doct. in rubr. & in cap. cum seculum. de iurepat. & est textus in cap. ex insinuatione. vbi gloss. in verbo, liberaliter. & in cap. nullus. de iurepat.* & hanc esse communem opinionem testatur. *Lambertin. de iurepat. lib. 1. part. 2. quæst. 4. art. 1.* transfertur autem iuspatronatus per do-
2 nationem factam à patrono cum episcopi consensu. *Zecchius de benefic. & pens. cap. 12. num. 8. Card. Mantica decis.* 86. *num.* 5. alias absque dicto consensu non valet. *Card. Seraphin. decis.* 884. *num* 1. de quo consensu habetur *in cap. præterea. il 2. de iurepat. & per* Lambert. *vbi sup. ar. 2. Annotat. ad decis. Ludouisij, qui fuit*
3 *Gregorius XV. decis.* 420. *num.* 7. & satis est, quòd d. consensus post interueniat. *Mantica ibidem.* etiam post mortem donantis. *Rota decis. 337. num. 7. part. 2. in recentioribus*
4 *apud Farinacium.* & tali tempore d. consensus præstitus est adeò validus, quòd præsentatus à donatario præfertur præsentato ab hærede donantis. *Put. decis. 16. nu. 2. lib. 2. Campanil. in diuersario iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 372. *Augustin. Barbos. de off. & pot. ep. parte 3. allegat.* 71. *num.* 32. & talis consensus debet esse episcopi, Vicarius autem non potest talem præsentare consensum nisi ad hoc ab episcopo habeat speciale mandatum, & fuit dictum in *Lucana iurispatronatus* 21. *Iunij.* 1602. *coram Card. Millino*, quòd procedit etiam in Vicario capitularia, fuit dictum in *Compostellana parochialis.* 15. *Martij.* 1602. *coram Card. Lancellotto.* adde tamen, quòd Vicarij consensus etiam sine speciali Episcopi mandato præsumitur coloratus. *Mohedan. decis.* 10. *d. resp. spol.* & præstat titulū ad præscribendum, vt fuit dictum in *Salernitana S. Nicolai* 9. *Iunij* 1589. *coram Card. Seraph. &* 27. *Nouemb.* 1589. *coram Card. Mantica. Garc. in tractatu de benefic. parte* 5. *capit.* 9. *num.* 76. *Rota d. decis.* 337. *nu.* 1. *parte* 2. *in recentioribus apud Farinac.* & ex lapsu temporis triginta annorum talis consensus præsumitur interuenisse iuncta obseruantia *Alexan. consil.* 135. *num.* 17. *lib.* 4. *Crauett. de antiq. temp. par.* 3. *§. vidimus. nu.* 30. & fuit dictum in *Firmana iurispatronat.* 10. *Decemb.* 1584. *coram Orano, &* 16. *Nouemb.* 1592. *coram eod. & Lacen. portionis.* 16. *Decemb.* 1591. *coram Card.* Pamphilio, *& in Romana iurispat.* 10. *Martij.* 1595. *coram Card. Millino, & in Firmana altaris.* 11. *Maij.* 1601. *coram Penia, & in Aretina* Cappell. 1. *Iunij* 1584. *coram Bubalo, & in Lucana parochialis.* 26. *Iunij*, 1589. *coram Comitulo. Cardin. Mantica d. decis.* 86. *Rota d. decis.* 337. *nu.* 5. *part.* 2. *in recentior. Stephan. Gratian. disceptat. Forens. cap.* 303. latè; si autem episcopus instituat ad præsentationem donatarij, tunc valet donatio facta sine episcopi consensu ex quo instituendo videtur consentire. *Lambert. vbi sup. l.* 1. *part.* 2. *qu.* 1. *art.* 7. *in fine & art.* 8. & fuit dictum in *Bononien. iurispatronatus.* 27. *Nouemb.*

*ueub.*1587.*coram Gipsio.* & est ratio, quia d. consensus potest quandocũque interuenire, & sufficit tacitus. *Calderin. cons.6.de iurep.* & si legentur, vel donentur plura iurapatr. & Episcopus in aliquibus instituat ad præsentationem donatarij, vel legatarij, non præsumitur d. consensus in omnibus, quia consensus, qui colligitur ex aliquo actu tacitè, non extenditur vltra illum actum. *Bart.in l.1.§.si quis hoc. in fin.ff.de itin.actuq. priu.* & fuit dictum in *d.Lucana parochialis* 26. *Iunij.*1589. *coram Comitulo.* si tamen iuspat. sit translatum auctoritate Papæ, tunc supplet Episcopi consensum, & oẽs alias solemnitates. *Abb.in c.1.de confirm.vt.vel inut. Oldrad. cons.*131. *nu.*2. & fuit dictum in *Lucana iurispatronatus* 25. *Iunij.* 1602. *coram Card. Millino.* In donatione autem facta compatrono non est necessarius dictus consensus. *Achill.decis.*19.*nu.*2. *de iurepat. Verall.decis.*284.*nu.*1.*par.*1.*Rota decis.*707. *num.*4. *par.*1. *in recentiorib. Aug.Barbosa in collectan.ad d.cap. ex insinuatione.nu.*3.*de iurepat.* si autem

8 patronus donet filio iuspatronatus, requiritur Episcopi consensus, quia filius in vita patris non est compatronus. *Stephan. Gratian. vbi supra cap.* 577. *num.* 38. *& cap.* 521. *num.* 4.

9 Si verò donans pro tali donatione iurispatronatus aliquid accipiat, cõmittit simoniam. *d.cap.ex insinuatione.* ibi *liberaliter contulisset.* & ibidem *Abb. de iurepat.* dictaq. donatio non valet. vide *Riccium in praxi rer.*

10 *for.ecclesiast. decis.*154. Item si in instrumento donationis dicatur, quòd donatarius teneatur præsentare ad voluntatem alterius etiam Episcopi, talis conuentio non valet. *cap.nulla. cap.constitutus. & cap.vlt.de concess. præb.Io.And.in cap.vnico.de iurepat. lib.6.* dicta enim conuentio vitiatur, & non vitiat. *ad cap.vtile.de reg.iur.*

11 *lib.* 6. possunt tamen apponi cũ Episcopi consensu conditiones secundum iura. *Abb. in c. cum dilectus.de consuetud.*

12 Quòd si donatio iurispatronatus sit facta pluribus, & alter eorum, vel alteri repudient, accrescit talis repudiatio alijs consocijs, & condonatarijs non repudiantibus, quia iuspatronatus est quid indiuiduũ, & quã

13 uis in contractibus inter viuos non habeat locum ius accrescendi excepto vsufructu. *l.*1.*§.in proprietate.ff. de vsufructu accrescendo.* tamen se

14 cus est, si in contractu interueniat res, & proprietas indiuidua, quia tunc habet locum ius accrescendi. *l. proprium ff.comm.præd.Bart.in l.re coniunctis.nu.*65. *ff.de leg.*3. *ita Bald. in cap. quanto. num.*2. *&* 3. *de iudic.* ita etiam *Roccbus de Curte de iure-*

15 *pat. verbo, ius. quæst.*6. In donatione autem iurispatronatus seruatur *text.in cap. vnico. de iurepatr.lib.*6. vt dono tibi iuspatronatus, quòd habeo in tali ecclesia, vel in tali beneficio, & in donatione ecclesiæ, concedo, & do talem ecclesiam. vt per *Speculat. in tit. de donat. in princ.*

16 Vtrum autem in donatione omnium bonorum quorumcumque mobilium, & immobilium præsentiũ, & futurorum, iurium, & actionum comprehendatur etiam iuspatronatus, quod habet donans, & omissa disputatione, Resolutio est affirmatiua, quòd eo casu comprehendatur iuspatr. & ita est communis opinio, de qua *Dec. cons.*127.*num.*3. vbi de communi testatur *Ferret. consil.*176. *nu.*2. *Puteus decis.*341.*lib.*2.

Et fuit dictum in *Cremonen.Hospitalis.*5. *Martij.* 1586. *coram Card. Seraph. quæ est impressa* 725.

Controuersum fuit super donatione quadam facta ab Antonio Maria Pauesio Dominæ Lucretiæ vxori omnium & quorumcumque bonorum mobilium & immobilium, iurium, & actionum vniuersarum, An scilicet in ea compræhenderetur iuspatronatus, quòd idem Antonius Maria habebat ad quoddam Hospitale, & pro nega-

negatiuá deducebatur *Innoc. in c. ex litteris. nu. 1. & ibi Card. quaest. 11. de iurepat.* Dec. *in c. sedes. nu. 3. de rescrip. Couarr. var. resolut. lib. 3. cap. 13. nu. 4. Lambert. de iurepat. lib. 1. par. 2. q. 5. art. 14. per tot.* Sed contrarium censuerunt Domini, ex quo opinio Innocentij non est recepta, vt animaduertit *Abb. in d. c. ex litteris. nu. 12.* & *Dec. in c. sedes.* loquitur in iuribus ad certum locum restrictis, & eodẽ modo Doctores relati à Couarruuia vbi supra. Neque opinio Lambertini est vera, fundat enim se in restrictione, quæ inducitur ex particula illa, mea, quæ nihil facit, vt animaduertit *Rebuff. in l. bonorum. de verbor. signif.* & contrarium tenuit *Abb. vbi sup.* *Dec. in consf. 127. nu. 2. propè fin.* vbi de communi *Put. decis. 351. lib. 2. Ferret. cons. 179. nu. 2.* Non obstat, quòd dictio, bonorum, sit restricta ad mobilia & immobilia, quia vlterius processum fuit ad iura, & actiones vniuersas; & ideo cessat obiectum, quòd sit, appellatione bonorum in contractibus non venire vniuersitatem, vt per *Bald. in cons. 1. nu. 4. lib. 3. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 7. nu. 5.* venit enim iuspatronatus appellatione iurium vniuersorum. *Bald. in cons. 32. nu. 3. lib. 1.* transit enim cum vniuersitate *d. c. ex litteris. & cap. cum saculum. de iurepat. Bero. cons. 66. nu. 29. & cons. 78. nu. 2. lib. 3.* quæ deducuntur contra validitatem donationis, & præsentationis reseruata fuerunt suo loco discutienda. *Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. allegat. 71. nu. 20. Bald. l. fin. nu. 48. vers. dicit* Innoc. *C. de ed. diu. adr. toll.* & fuit etiam dictum in *Pisana Cappellaniæ 10. Decemb. 1597. coram Card. Millino. Riccius in praxi rer. for. eccles. impressa* Colon. *allobrog.* 1621. & secũdum hanc impressionem semper allego d. auctorem. *decis. 164. & 179.*
17 *nu. 141.* appellatione enim iurium venit iuspatronatus, quod est ius. *Bald. cons. 32. nu. 3. lib. 1.* & transit cũ vniuersitate. *cap. ex litteris. & cap. cum saculum. de iurepat.* Neque obstat *Innoc. in d. c. ex litteris. nu. 2.* & ibi *Card. quaest. 11.* & *Lambert. de iurepat. lib. 1. par. 2. quaest. 5. art. 14. per totum.* qui dicunt contrarium, quia adhoc respondeo cum *Abb. in d. c. ex litteris. nu. 12.* quòd dicta doctrina Innocentij non est recepta. vt per *Riccium d. decis. 164. nu. 82.* & procedit quando donantur bona, vel iura ad certum locum restricta, prout etiam loquitur *Dec. in c. sedes. nu. 3. de rescript.*

18 Neque obstat, quòd *Garc. vbi sup. de benefic. par. 5. cap. 9. nu. 12.* testetur apud Rotam decisum corã Litta pro opinione negatiua, videlicet trãsferri iuspatronatus vniuersaliter, & cùm vniuersitate, quando aut castrum, aut villa transfertur, cui ipsum iuspatronatus adhæret, aliàs resoluitur alienatio in suas singularitates, quia ad hoc

Respondetur ibi disputari non de donatione omnium bonorum & iurium, sed de eorumdem cessione, seu vẽditione, & ita loquitur Litta apud Garc. ibi enim respondet decisioni Putei dicens eam non obstare, quia loquitur in donatione, quæ valet de iurepat. siue sit donatio vniuersalis, siue particularis, & ratio diuersita-
19 tis est, quia liberalis donatio multò magis est aliena ab omni suspicione simoniæ, & est maiori fauore digna. vt ait *Franc. Suarez lib. 4. de simonia. cap. 28. nu. 17.* vnde *in d. decis. Put. 341.* habetur ibi. & fuit per maiorem partem conclusum, quòd si donatio esset vniuersalis omnium bonorum suorum, quòd non erat dubium, quòd sub tali vniuersitate veniret iuspatronatus; deinde si essemus in casu venditionis, idem videretur dicendum, nàm ea, quæ in contrarium afferuntur, valent in iurepatronatus reali, quòd competit ratione rei, cui adhæret, vt castro, vel villæ, non autem in iurepat. personali, quòd competit ratione fun-
20 dationis, vel successionis, & quod gene-

generali omnium bonorum venditione transfertur, & ita distinguit *Suar. vbi sup. nu.* 19. vbi cum Abb. de communi Canonistarum sententia testatur, licet ab hac sententia ex rigore iuris esse recedendum existi-
21 met. & quod donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, iurium & actionum valeat saltē quoad præsentia tùm ratione iuramenti tenet *Seraphinus de priuileg. iuram. priuileg.* 107. *nu.* 3. *Card. Mantica de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 27. tum ratione clausulæ, omni meliori modo. *Aug. Barbosa clausul.* 52. *nu.* 5. & ita in iudicando non est recedendum à d. communi opinione, secundum quam fuit resolutum in donatione simili omnium bonorum, iuriū, & actionum facta generali à Reuerendissimo D. Iulio Galletto Episcopo Alessaneñ in personam Ill. D. Nicolai Galletti sui fratris, nam ex tali donatione fuit resolutum iurapatronatus competentia d. Episcopo priuato nomine esse translata in dictum D. Nicolaum, qui est in quasi possessione præsentandi.

22 Insuper nunc est videndum, vtrū in donatione iurispatronatus facta, & firmata cum Episcopi cōsensu habeat locum dispositio legis. *si vnquam. C. de reuoc. donat.* idest, an' dicta donatio reuocetur per superuenientiam liberorum ipsius donantis. &

Negatiuam opin. tuetur *Dec. cons.* 675. motus, quia de iurepatronatus
23 idem iudicatur, quod de causis spiritualibus. *cap. quanto. de iudic.* ideo non potest causa iurispat. diffiniri, nisi iudicio ecclesiastico. *d. c. quanto.*
24 neque legibus, & constitutionibus laicorum subijcitur, quia à pari procedunt forum laicorum sortiti, & legibus eorum subijci. *Innoc. in rubr. de consuetud. Archid. in cap. quo iure. dist.* 8. *Bart. Bald. & alij in l.* 1. *C. de summa Trinitate, & fide Catholica. Alex. cons.* 150. *lib.* 2. *& cons.* 257. *col.* 4. *lib.* 2. *& cons.* 44. *col.* 3. *lib.* 5. *& cons.* 13. *col. pen. lib.* 7. Neque obstat dicit *Dec. quod d. l. si vnquam.* videatur facta principaliter in fauorem filiorum, quo ca'u ex communi conclusione leges, & iura ciuilia videntur esse approbata de iure canonico. *Abb. in c. ecclesia. col.* 4. *de constitut.*
26 qui dicit, quod quando lex ciuilis est generalis, & rationabilis, nec sacris canonib. contradicit est fauorabilis, & est seruanda etiam quoad clericos.

27 Et quòd causa ecclesiæ decidi debet secundum ius ciuile, si canones deficiant. *Abb. in c.* 1. *not.* 3. *de oper. nou. nunciat.* & ecclesia legum secularium non respicit famulatum, quæ æquitatis, & iustitiæ vestigia imitantur. *cap. super specula. de priuileg.*

Quia ad hæc respondetur habere locum in rebus temporalibus, & pro-
28 phanis, in quibus iura ciuilia habent potestatem statuendi, secus videtur in iurepat. quod reputatur spirituale, neque potest æstimari. *c. de iure. de iurep. notat Abb. in cap. querimonia, de iurepatr. vbi col.* 2. asserit, quòd
29 patronus, qui nihil habet in bonis præter iuspatr. non potest illud ius cedere creditoribus, quia non recipit æstimationem, & statutum loquens de re æstimabili non habet locum in re inæstimabili. *Bart. in l.* 4. *§. prætor ait. in fine. ff. de damno inf. & cum d. l. si vnquam.* loquatur de
30 bonis, quæ possunt æstimari, non debet habere locum in iurepat. quòd est inæstimabile. accedit, quòd iuspatronatus simpliciter non est in bonis nostris secundum *Bald. in l. eam quam. in fine. C. de fideicomm. & in cons.* 335. *col.* 1. *lib.* 1.

31 His tamen non obstantibus contrariam sententiam, & sic affirmatiuam puto veriorem. scilicet *d. l. si vnquam.* hàbere locum in donatione iurispatronatus.

32 Moueor, quia non solum de iure ciuili per natiuitatem liberorum reuocatur donatio. *ex d. l. si vnquam.* sed etiam de iure canonico. *c. quicumque.*

eiq; 37. *q.* 4. vbi cauetur, id procedere etiam in foro conscientiæ, in
33 quo donatarius tunc tenetur ad restitutionem rei sibi donatæ. *Cardin. Hostiens. in summa. tit. de donat. §. qualiter reuocetur. vers. item propter super venientiam.* & alij relati à Doctissimo Tiraquello *in d. l. si vnquam.*
34 *vers. reuertatur. num.* 293. nec est verum, quod iuspatronatus non sit in bonis nostris, cum pro eo habeamus actionem, & exceptionem, ideoque in bonis esse dicitur *l. rem in bonis. ff. de acq. rer. dom. & not.* Barr. *in l. rem alienam. col. 2. ff. de pign. act.*
35 & in eo succeditur cum hæreditaria successione. *cap. cum seculum. de iurepatr.* & quod iuspatronatus veniat bonorum appellatione voluit. Abb. *in d. cap. ex literis. col. vlt. versic. quid autem. de iurepat.* Neq. *dict. l. si vnquam.* requirit, quòd res recipiat æstimationem, sed tantum respicit ad verisimilem, & præsumptam donantis voluntatem, an' scilicet donaturus fuisset si de liberis cogitasset, quia quæcumque res quantum ad
36 affectionem, & voluntatem est æstimabilis, & æstimari potest. At in
37 casu nostro multum interest, & donatoris, & filiorum eius, ne ipsum iuspatronatus amittant, quòd est ius honorificum, & vtile. vt latè per Tiquell. *in d. l. si vnquam. versic. donatione largitus. nu.* 353. *ad numerum* 357.
38 Subsequitur pulchra dubitatio, an' donatio iurispatronatus facta sub conditione, si donans decesserit sine liberis, si donans monasterium ingrediatur, & per professionem fiat religiosus, an' donatio locum habeat.

Ista quæstio pendet ab ea, an' si quis omnia bona sua donauit sub cõditione, si decesserit sine liberis, an' si donans ingrediatur monasterium, donatio locũ habeat, quã latè examinat Cardin. *Mantica de tacit. & ambig. conuentionibus. lib. 13. tit. 46. per totum.*

39 Vbi concludit d. casu conditionem non extitisse, sed defecisse quia talis ingressus non dicitur decessisse sine liberis cum monasterium stet loco filiorum. *cap. in præsentia. de probat.* & quia summa est ratio, quę pro religione facit. *l. sunt personæ. in fine. ff. de relig. & sumpt. fun.* & in simili si d. conditio fuerit scripta in testamento, & adiecta hæredi gra-
40 uato, vt alicui restituat hæreditatẽ, si decesserit sine liberis, per ingressũ religionis intelligitur defecisse, & monasterium admittitur. *§. sed & hoc præsenti. in Auth. de sanctiss. episcop. & Auth. nisi rogati. C. ad trebell. & d. cap. in præsentia.*
41 Si tñ magis placeat contraria Doctorũ sentẽtia, quæ est cõmunis s. eo casu in donatione conditionem non defecisse, extitisse, & monasterium non admitti; debet tamen intelligi, vt donatio post mortem ipsius donatoris effectum sortiatur, quia donec in monasterio vixerit, monasterium bonis vti, & frui debet, & iurepatr., argumento. *l. statius. §. Cornelio Felici. ff. de iur. fisci.* Bald. *cons.* 407. *num.* 13. *vers. donec ergo monachus viuit. lib.* 1. *Card. Mantica vbi sup. d. tit.* 46. *in fine.*

Insuper Queritur, an' donatio iurispatronatus reuocetur ex ingratitudine donatarij, & regulariter donatio inter viuos est de sui natura contractus irreuocabilis. *l. districto. ff.*
42 *de donat.* Innoc. *in cap. vlt. num.* 25. vbi de communi testatur. *de donat.* Clarus *recept. sent. §. donatio. q.* 7. *in fine.*
43 Attamen propter ingratitudinem donatio etiam perfecta reuocatur. *l. vlt. C. de reuoc. donat.* vbi Imperator refert quinque causas ingratitudinis, & *d. cap. vlt. de donat.* & ea est ra-
44 tio, ne liceat alicui bona aliena capere, & postea donatore insidere, & ei malefacere. Clarus *d. §. donatio. quæst.* 21. & quòd donatio ob ingratitudinem donatarij reuocetur latè refert *August. Barbosa. in collectan.*

V

Etan. ad d. cap. ult. de donat. num. 1.
& 2. *Tiraquell. in d. l. si vnquam verbo, donatione largitus. num.* 195.
Card. Tuscus practic. conclus. tomo 2.
lit. D. conclus. 711. *Mozz. de contractib. tract. de donat. tit. quomodo reuocetur donatio. num.* 2. *Gutier. de iurament. confirm. part.* 1. *cap.* 10. *Riccius in collectan. decis. parte* 1. *collect.*
197. *& Molina de iust. & iur. tractat.* 2. *disput.* 281. *à princ. Lessius de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 18. *dub.* 14. *nu.*
104. *cum seqq. Rebellius de obligat. iustit. par.* 2. *lib.* 18. *quæst.* 9. *& Franc. Molina de ritu nuptiarum. lib.* 3. *qu.*
20. *num.* 15. ait superfluam esse clausulã adiectã in instrumento donationis, qua donator donationem non reuocare promittit etiam prætextu ingratitudinis, de quo infra videbi-
45 mus, & adeò hoc est verum, vt si patronus sit ingratus ecclesiæ perdat iuspatronatus *Surd. de aliment. tit.* 7. *quæst.* 32. *num.* 9. *&* 10. *& quæst.* 38. *num.* 2. *Barbosa d. c. ult. n.* 7.

46 Quid si donator promiserit ex pacto donationem non reuocare ex causa ingratitudinis; tale pactum est ne validum? & quidem quoad ingratitudinem commissam ante d. pactũ
47 valet, quia ingratitudo ex misericordia remitti potest. *c. tria. dist.* 45. ita *Bart. in l. vlt. num.* 3. & ibi *Bald. num.* 11. *C. de pact.* sed quoad ingratitudinem committendam illud pactum non valet, quia donatarius ex tali pacto inuitaretur ad delinquendum, nulla enim conuentione fieri potest,
48 vt dolus malus nõ præstetur. *l. si vnus §. illud. ff. de pact. l. conuenire. ff. de pact. dotalib. & hanc opin. tenet Specul. tit. de dona. vers. quid si actum sit. Bartol. & Bald. in d. l. vlt. vbi sup.* & hanc esse communem testatur & sequitur *Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta num.* 23. *ff. de verb. oblig. & Felin. in cap. si diligenti. num.* 32. *de for. comp. Card. Mant. de tac. & ambig. comm. vbi sup. lib.* 13. *tit.* 41. *num.* 6. *verum Bald. cons.* 18. *nu.* 2. *in fine. lib.* 1. *& in l.* 1. *num.* 43. *ff. de rer. diuers. relatus à*
Card. Mantica ibi numero 7. *& seqq.*
49 Distinguit, quòd alia est ingratitudo, quæ transit in delictum, & quę dolo malo committitur, & hæc antequam committatur remitti non potest, quia donatarius inuitatur ad delinquendum *d. §. illud.* alia est ingratitudo, quæ committitur absque dolo malo, & sine crimine, & hæc antequam committatur potest remitti, quia non præbet occasionem delinquendi, sed tamen *Ripa in dict. l. vlt. C. de reuoc. donat. num.* 181. dicit, quòd si quis potest facere, quòd ingratitudo non sit ingratitudo, tunc pactum seruandum est, aliàs non.

50 Sed quid si dictum pactum, quòd donatio non possit reuocari etiam per ingratitudinis causam, sit iuramento donantis firmatum, erit ne validum?

Et dicas etiam tali casu pactum non esse seruandum, quia præbet occasionem delinqueudi *d. §. illud.* & ideò non est obligatorium super eo præstitum iuramentum. *capit. non est*
51 *obligatorium. ff. de reg. iur. lib.* 6. & quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. *cap. quanto de iureiur. cap.* 1. *de iureiur. lib.* 6. nam iuramentum reprobatur non solum quando continet peccatum, sed etiã
53 quando potest esse occasio peccati. *Abb. in cap. cum contingat. num.* 22. *de iureiur.* nec iuramentum confirmat pactum, quòd odio partis aduer-
53 sæ est improbatum. *cap.* 1. *& cap. debitores. de iureiur.* & referendo alios hanc opin. sequitur *Card. Mantica d. tit.* 41. *num.* 11. 12. *&* 13. *vbi num.* 15. *& seqq.* ait si obligatio oria-
54 tur tunc ex iuramento, absolutione obtenta à iuramento agenti nulla obstabit exceptio pacti. *Abb. in d. capit. cum contingat, nu.* 8. & si non obtinuerit d. absolutionem, poterit tamen donationem reuocare, licèt efficiatur periurus ex doct. *gloss. in cap. vlt. de procur. lib.* 6.

55 Quia iuramentum non facit actũ irreuocabilem, qui sui natura potest reuo-

reuocari. vt scribit *Corn. conf.* 102. *num.* 11. *lib.* 1. *Socc. sen. conf.* 58. *nu.* 6. *lib.* 3. & Natta *conf.* 607. *per totum.*

Verum *Seraphin. de priuileg. iuram. priuilegio.* 108. *num.* 10. distin-
56 guit, aut ingratitudo committitur per dolum, & tunc non potest remitti, & iuramentum præstitum nil operatur, quia vetus dolus futurus remitti non potest. aut ingratitudo
57 committitur per dolum præsumptũ, seu latam culpam, & tunc potest remitti, quia dolus præsumptus, vel lata culpa etiam de futuro potest re-
58 mitti. *l. si vt certo.* §. *interdum. ff. commod. Decius. consil.* 178. & 192. *Gozad. conf.* 18. *col.* 2. *num.* 5. & *consil.* 94. *col.* 3.

59 Et quòd donatio per ingratitudinem reuocetur, procedit si de ingratitudine legitimè constet, nec satis erit eam probare per vnum testem cum iuramento suppletorio. text. est not. quem ponderat *Bald. in l. vltim. C. de sec. nupt.* dum ibi text. requirit liquidas, & indubitatas probationes. *Seraphin. vbi sup. num.* 12. & *priuileg.* 33. *nu.* 85. & 86. & *Guido Pap. q.* 180.

60 Vtrum autem donatio iurispatronatus facta absenti per stipulationem notarij valeat, & perfecta sit, id pendet, an absenti per stipulationem no-
61 tarij acquiratur de quo *art. latè Clarus in d.* §. *donatio. quæst.* 13. & *Card. Mātic. de tac. et amb. conuent. lib.* 13. *tit.* 8. *per totum. vbi num.* 9. sequitur *opin. legib. et rationib. probatam.* quòd
62 donatio facta absenti per stipulationem notarij valeat ab initio, nec à donante potest reuocari, idque probatur per *l. non aliter. ff. de adopt. iuncto* §. *cum autem impubes. inst. de adopt.* vbi notarius tamquam seruus publicus potest stipulari, atque acqui-
63 rere pupillo, & quòd dicitur de pupillo intelligitur etiam de absente, item probatur ex *l.* 2. *iuncta l.* 4. *ff. rempub. sal. fur. et ex l.* 1. §. *planè, ff. de magist. conuen. et hanc opin. præsupponit gloss. in* §. *si quis alij. Institut. de inutilib. stipulat. Bart. in l. stipulatio ista.* §. *si stipulari. ff. de verb. oblig. et alibi. Imol. in l. qui Roma.* §. *Flauius. num.* 10. *et Alex. num.* 9. *ff. de verb. oblig. Corn. conf.* 50. *num.* 8. *et* 13. *libro* 1. *Ruin. conf.* 119. *num.* 6. *et conf.* 126. *num.* 10. *et conf.* 172. *num.* 16. *lib.* 1. *Rol. à valle consil.* 119. *num.* 24. *et seqq. lib.* 1. *Couarruu. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 11. *Cephal. conf.* 33. *num.* 5. *et seqq. Ozasch. decis.* 33. *ad finem.* etenim potest notarius dona-
64 tionem stipulari etiam nasciturus, qui non sunt concepti probatur ex *l. si quis operas. cum gloss. in verbo, posthumos. ff. de oper. lib. et ex l. quod dicitur. la* 2. *ff. de verb. oblig. vbi Bart. numero* 12. *et las. num.* 43. ita affirmat *Oldrad. conf.* 95. *num.* 3. *et* 16. *Guid. Pap. decis.* 267. *et Dec. conf.* 239. *n.* 5. *ad finem.* & dato, quòd in casu, quo notarius stipulatur absenti secundũ sententiam. *Castrens. in conf.* 195. *num.* 2. *lib.* 2. *et in l. huiusmodi. in fine. princ. ff. de leg.* 1. quam refert *Card. Mantica d. tit.* 8. *in princ.* sit neces-
65 saria ratihabitio illius, cui per stipulationem acquiritur, tamen non requiritur, quòd d. ratihabitio verbis sit expressa, sed sufficit tacita, si ex facto conijci possit. *l. paulus respondit. ff. rem rat. hab. Dec. conf.* 586. *nu.* 12. *et* 13. *Card. Mantica d. tit.* 8. *nu.* 16. *et* 17.

66 Pro complemento huius materiæ donationis iurispatronatus propono nouum articulum, vtrum per donationem iurispatronatus transferatur in donatarium ipsum iuspatronatus, & in eius hæredes in perpetuum, an verò per tantum tempus, per quantum perseuerasset in domo, familia, & hæreditate donantis. & in hoc articulo existimo iuspatronatus durare apud donatarium eiusque hæredes quantum durasset in donante, eiusque hæredibus, & non vltra.

67 Moueor, quia vt dixi supra pluries, si fundator in fundatione reseruauit iuspatronatus sibi, & suis filijs dumtaxat, talis lex fundationis est

ad vnguem seruanda. si ergo fundator reseruauerit sibi iuspat. suisq. hæredibus, si postea illud donet, non debet excedere legem fundationis, sed donatio debet valere quousque durent donantis hæredes.

68 Item donans non censetur donare, nisi ius, quod habet. *cap. pastoralis*. & ibi *Aug. Barbosa in collectan. nu. 4. de donat.* ergo donans nõ transfert in donatarium plus iuris, quàm ipse habet.

69 Item si donetur iuspat. familiare, non est perpetua donatio, quia tale iuspat. familiare extinguitur extincta familia. item si est iuspat. hæreditatium, & nullus sit hæres, perit, & extinguitur iuspat. & ecclesia remanet libera, vt dixi sup. par. 1. hoc lib. cap. 2. in fine, quia iuspat. transit in hæredem, quia hæredem, & mortuo patrono sine hærede, euanescit iuspat. quod non esset si perpetuaretur in donatario, eiusq. hæredibus, & experientia docet, quòd

71 multi antiquitus fundauerunt, & dotauerunt ecclesias, & beneficia seu cappellas, & iuspatronat. acquisierunt, & hodie non adsunt neque descendentes, neque hæredes, neque alij ex familia, seu domo dictorum fundatorum, & tamen multi tãquam donatarij prædictorum, seu eorum hæredum habent multa iurapatronatus, & sic per tales donationes iurapatronatus fiunt perpetua,

71 quia quod prius erat hæreditarium in donante fit hæreditarium in donatario, & quòd plus est aliquando ipsius donatarij hæredes quando ad egestatem deducuntur, vel remanēt sine spe filiorum donant eadem iurapatronatus alteri, & in eo denuo perpetuantur contra mentem ipsius legislatoris, contra legem ipsius fundationis, & contra ipsius ecclesiæ libertatem, quòd si per *Concil. Trid.* sublata sunt in *sess. 25. de reform. cap. 9.* iurapat. competentia ex priuilegio, quanto magis cessare deberent talia iurapat. quando nulli existunt fundatorum hæredes, & descendentes? Cogita.

72 Vnum adde, quòd qui non fundauit, & acquisiuit iuspat. donando non potest alijs comprehensis præiudicium afferre, vt dixi sup. hoc lib.

73 cap. 2. nu. 22. sicut dicitur de emphyteuta, qui donando emphyteusim non potest facere præiudicium comprehensis in instrumento emphyteusis. *Imol. et Alex. in l. si domus. §. vlt. ff. de leg. 1.* nisi in ipsa inuestitura fuerit data à domino facultas alienandi. vide *Card. Manticã vbi sup. de tacit. & amb. conuent. lib. 22. tit. 28. nu. 63.*

Adde insuper quòd donatio facta in remunerationem seruitiorum non valet, quia res spiritualis, vel spirituali annexa pro mercede promissa, vel debita sine simonia concedi non potest. *c. sunt nonnulli. vbi gloss. 1. q. 1. c. cum essent. vbi Abb. de simon.* & fuit dictum in *Calaguritana praeminentiarum. 24. Aprilis. 1598. coram Gipsio.* quòd procedit in donatione remuneratoria seruitiorum, pro quibus donans potuisset conueniri, secus si non potuisset pro seruitio à donatario conueniri, quia tunc est donatio à liberalitate prouenients. *Goffred. in summa de simonia. nu. 5.* & fuit dictum in *d. Calaguritana.*

74 Iuspatr. sine consensu Ordinarij donari non potest. *Card. Mantica decis. 86. nu. 6. Rota d. decis. 337. nu. 5. p. 2. in recentiorib.* & si non adsit d. consensus, nullum ius abdicatur à donante. *Rota d. dec. 337. nu. 7.* qui cõsensus ex lapsu 30. an. præsumitur iuncta obseruantia. *Rota dec. 707. nu. 1. p. 1. in recentior.* & sufficit consensus tacitus Ordinarij, qui colligitur ex præsentationibus per ipsum admissis, vt fuit dictum in *Aquen. iurispat. coram Card. Lancellotto. impressa penes Marchesanum de commiss. to. 1. fol. 454.* & supra latè de hoc dictum fuit. & nunc est notandum, quòd d. consensus non est necessarius in ipso actu donandi, sed sufficit, quòd interue-

teruieniat post quandocumque. *Rot. decis. 17. de iurepatr. in antiq. Cardin. Mant. d. dec. 86. nu. 7.* & fuit dictum in *Tuden. parochialis. 9. April. 1612. coram Vbaldo.* & in *Pientina iurispatronatus. 13. Martij. 1609. coram D. Coccino Decano*. imò etiam post mortem donantis potest Episcopus suo consensu confirmare donationē. *Rot. dec. vlt. de iurepat. in antiq. et d. dec. 337. nu. 7. p. 2. in recent.* vbi dicitur, quòd Episcopus potest confirmare donationem in præiudicium hæredis donatoris. vide *annotat. ad Ludouis. dec. 420. nu. 7.* Sed aliàs fuit tentum donationem iurispat. non esse confirmandam post mortem donatarij.

Vt fuit dictum in *Pisana Cappellaniæ. 24. Nouemb. 1586. coram Bubalo. vt infra*.

Domini de Tottis Ciues Pisani, vti patroni Cappellæ ad altare S. Nicolai de Baris sitæ in Metropolitana ecclesia Pisana donarunt ius præsentandi ad d. Cappellaniam pro vna vice tantum in prima vacatione bo. mem. D. Episcopo Martio de Martijs & D. Angelo nepoti rectori d. Cappellaniæ, & obtinuerunt confirmationem Apostolicam d. concessionis in forma commissaria directam Archiepiscopo Pisano, cum clausula, verificato prius iurepatronatus, sed ante illius executionem ambo donatarij decesserunt, quorum hæredes prætendentes ius præsentandi ad illos spectare, cum institissent coram Archiepiscopo, illos reiecit, vnde commissa causa appellationis Nuncio Apostolico Florentiæ commoranti, Nuncius reuocauit sententiā Archiepiscopi, & confirmauit donationem præfatam, postea cum causa appellationis fuisset mihi commissa, dubitaui, an facultas præsentandi concessa D. Martio, & Angelo fuerit translata ad eius hæredes, & Domini vnanimiter concluserunt pro negatiua, ratio dominorum fuit, quia huiusmodi concessio fuit nulla, & inualida absque confirmatione Papæ vel Ordinarij, vt post *Host. in summa de iurepatr. nu. 7. vers. mihi videtur. Abb. in c. illud. nu. 5.* & ibi *Bero. n. 11. de iurep.* qui testatur de communi. *Dec. cons. 541. nu. 1. et 2.* quo fit, vt cum hæc donatio non fuerit confirmata viuentibus donatarijs, nihil prætendere possunt, quia cum in vita donatariorum nihil fuerit quesitum, nihil quoque potuerunt transmittere in eorum hæredes.

Neque obstat, quòd viuentibus donatarijs fuit obtentum mandatum de confirmando, quia mandatum de confirmando non est confirmatio. *c. si super gratia. cum ibi not. de off. deleg. lib. 6.* & ad summum hoc mandatum non præstabat, nisi quoddam ius conditionale, quòd de iure ad hæredes transmitti non poterat. *l. 1. cum ibi not. C. de his, qui ante apert. tab.*

Nec dici potest, quòd sicut ius eligendi transmittitur ad hæredes. *l. si stipulatus fuerim. vbi Bart. ff. de verb. oblig. §. optionis. Instit. de legat. l. illud. de opt. leg.* ita etiam ius petendi confirmationem debet transire ad hæredes, tum quia hoc procedit, quando ius eligendi competit ad vtilitatem alterius, vt per Doct. in dd. locis, tum etiam quia cum ante confirmationem donationis nō fuerit abdicatum ius à patronis, vt per *Abb. in c. cū seculum. n. 6. de iurep.* potuerunt donantes occurrente vacatione ante confirmationem præsentare. vt per *Puteum dec. 15. lib. 2.* & hoc tollit omnem difficultatem.

Et fuit in eàdem resolutum. *die 1. Iulij. 1587. coram Comitulo.* sub his verbis.

Arguebant scribentes pro Dominis de Martijs concessionem iuris præsentandi pro vna vice ad Cappellam, de qua agitur, factam per illos de Tottis bo. mem. Episcopo Martio, & Angelo eius nepoti rectori d. cappellaniæ, non egisse consensu Ordinarij, aut confirmatione Apostoli-

ca, tum quia laicus validè donat iuspatr. clerico etiam sine auctoritate Episcopi, cum videatur ex hoc fieri melior conditio ecclesiæ. *Archid. in c. piæ mentis. 16. q. 7. & in c. unico. de iurepat. lib. 6. Io. de Anan. in c. illud. eod. tit. Rot. dec. 9. in nouis. eod. tit.* tum quia cessat in prædicta concessione votum captandæ mortis, propter quod inhibitum fuit dare potestatẽ præsentandi antequam beneficium vacet. *c. fin. de conc. præb.* cum longè absit à verisimili suspicione, vt Episcopus nepotis, aut rector sui ipsius mortem fuerit capturus, quo locus fieret præsentationi.

Verum hæ considerationes non mouerunt Dominos, nam quicquid senserit Archid. aliter excepit *Archid. in d. cap. unico. nu. 3. et 4.* quam referat *Abb. in disput. Augerius sub nu. 2.* communis est illa distinctio, vt laicus absque consensu Episcopi possit transferre in clericum iuspatron. quando transfert contemplatione ecclesiæ, secus si iure proprio, & bono ipsius clerici. *Host. Bald. Abb.* qui testantur de communi, & alij in *d. c. illud.* 10. *Andr. in c. significasti. de iurep.* & ibi *Franch. et Anchar. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 2. quæst. 1. art. 2. et 13.* & iuxta hos terminos procedit *decis. Rot. alleg.* prout eam intellexerunt *Franc. Lambert.* & alij.

Nec ad rem pertinet, quòd inter prædictos donatarios cessauit suspicio voti captandæ mortis; primò, quia consensus Episcopi non ideo requiritur, vt obuietur huiusmodi voto, quandoquidem nec potest Episcopus validare donationem iurispræsentandi ad beneficium vacaturum, vt per *Rolan. cons. 47. nu. 53. lib. 1.* Secundò, quia auctoritas Episcopi interuenire debet in translatione iurispatr. vt videat, an expediat ecclesiæ mutare patronum, vt euitentur fraudes, ac fictæ venditiones, prout aduertunt communiter *Doct. in c. illud.* necnon ex alijs rationibus quas explicat *Lambert. vbi sup. art. 10. nu. 5.* & liquet eas posse habere locum, vbi donatio fit clerico iure proprio: tertio, quia negari non potest, quin saltem non fuerit necessarius talis consensus respectu hæredum, quos possibile est esse laicos, & potentiores, vt contra eos militent ratio voti captandæ mortis, suspicio fraudis, incapacitas personarum, detrimentum ecclesiæ, & aliæ considerationes, quæ concludunt necessitatem consensus Episcopi, vel confirmationis Apostolicæ. *Lambert. vbi sup. art. 13. nu. 1.* si autem interpretamur huiusmodi concessionẽ factã fuisse Episcopo Martio, & Angelo rectori ratione suarum ecclesiarum ad *Bart. in l. annua. §. attia. ff. de ann. leg.* prout insinuant scribentes pro DD. de Martijs, & in dubio interpretandum censuit *Lambert. vbi sup. art. 13. nu. 2.* ipsi hæredes non essent audiendi. *cap. non solent. 2. quæst. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus transfertur per venditionem veræ Vniuersitatis;*
2 *Et tunc transit accessoriè.*
3 *Decimæ non veniunt in venditione Vniuersitatis.*
4 *Ius sepulchri vendi potest cum Vniuersitate.*
5 *Iuspat. transit cum hæreditate vendita, & cum vniuersitate bonorum.*
6 *Curator hæreditatis iacẽtis potest præsentare ad beneficium iurisp. d. hæreditatis.*
7 *Iuspatronatus ecclesiæ non venit vendito fundo, super quo est ecclesia.*
8 *Iuspatr. transit cum vniuersitate sine Episcopi consensu.*
9 *Iuspat. de per se vendi non potest.*
10 *Iuspat. si venditum sit, venditor eo priuatur, & ecclesia remanet libera.*
11 *Iurispat. venditor excõmunicatur, & si sit vniuersitas, interdicitur.*
12 *Iurispat. si pars sit vendita, pro ea ecclesia fit libera.*

Iuris-

13 *Iurispat. expressio in venditione vniuersitatis facit actum nullum.*
14 *Si expressio fiat coniunctiuè, secus si declaratiuè.*
15 *Iurepat. ipsi ecclesia vendito, ecclesia fit libera.*
16 *Precium datum in emptionem iurisp. ecclesia tribuitur.*
17 *Iuspat. non potest à patrono cedi creditoribus.*
18 *Præsentatio ad beneficia æstimari non potest.*
19 *Præsentatio vendi, & locari non potest.*
20 *Senior de familia si præsentare debeat, & ius suum vendat, non venditor, sed alius senior excluso venditore præsentabit.*
21 *Secus si senior patronus præsentare debeat.*
22 *Iurispat. expressio in venditione vniuersitatis non inualidat venditionem quoad alia.*
23 *Euictio pro iurepat. non cadit.*
24 *Iuspat. transfertur etiam per legatum.*
25 *Iuspat. consistens in re data in dotem, transit in maritum.*
26 *Iuspat. an' transeat in conductorem ad longum tempus, seu præsentatio.*
27 *Sequester præsentat, sequestrata re, in qua adsit ecclesia patronata.*
28 *Iuspat. transit cum bonorum possessione.*

Iuspatronatus quomodo transferatur per venditionem Vniuersitatis.

CAPVT QVINTVM.

1 TRANSFERTVR etiam iuspatronatus de vno in alium per venditionē veræ vniuersitatis, in qua sit iuspatronatus. *cap. ex literis. de iurepat.* & ibi D. *Ioannes Baptista Viuianus Nobilis Vrbinas in suo rationali Iuris Pontificij. lib. 3. pag. 370.*
2 tunc enim accessoriè transit iuspatronatus cum Vniuersitate. *Abb. & Innoc. in d. cap. ex literis. Zecchius de benefic. & pens. cap. 12. num. 9.* & dixi satis sup. hoc libro cap. 1. non
3 tamen veniunt decimæ in tali vniuersitatis venditione. *Innoc. vbi sup.*
4 & venditio iuris sepulturæ facta cum vniuersitate valet. *Abb. in d. cap. ex literis. nu. 14.* & quando ex venditione hæreditatis, seu bonorum transeat iuspatronatus videas *Lambertin. de iurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 5. art. 14.*
5 *& 15.* etenim transit iuspatronatus cum hæreditate vendita, & cum vniuersitate bonorum, quibus adhæret, sed non transit, quando est necessaria specifica traditio rerum particularium. *Garc. de benefic. par. 5. c. 9. nu. 13. & seqq.* & non transit, quando donantur, vel venduntur bona ad certum locum restricta, quia tūc dispositio non dicitur vniuersalis ob loci commemorationē. *Berous in d. c. ex literis. nu. 6.* & fuit dictum in *Cremonen. Hospitalis. 5. Martij. 1586. coram Card. Seraphino.* & cu-
6 rator hæreditatis iacentis potest præsentare ad beneficium iurispatronatus dictæ hæreditatis. *Riccius decis. Cur. Archiepisc. Neapolit. decis. 11. par. 1. August. Barbosa de off. & pot. Episc. par. 3. allegat. 71. nu. 7. & 8.*
7 Scias tamen, quod cum venditione fundi, seu prædij, non tamen venit iuspatronatus Ecclesiæ, quæ est in fundo, seu prædio, sed vendito palatio an' Capella Palatij videatur vēdita, videas *Lambert. vbi sup. art. 18.* transfertur autem iuspatronat. cum
8 vniuersitate sine aliquo episcopi cōconsensu. *Card. Mantica de tac. & amb. lib. 11. tit. 4. num. 2.*
9 Iuspatronatus autem de per se vendi non potest, aliàs committitur simonia. *cap. de iure. de iurepat.* nec
10 etiam cum consensu episcopi, quòd si vendatur iuspatronatus, & emptor illud detineat, debet eo spoliari, & venditor priuatus est, & ecclesia remanet libera. *cap. quia clerici.* vbi *Abb. & glos. de iurepat.* & ibidem *D. Ioan. Baptista Viuianus in d. suo ratio-*

rationali iuris Pontificij lib. 3. pag. 370. Hodie autem ex decreto Concilij Trident. Sess. 25. de reform. cap. 9.
11 si singulares personæ vẽdiderint iuspatronatus, debent excommunicari, si verò sint Vniuersitates, vt Collegia, & Capitula, ecclesiastico subijci debent interdicto, & Iurepatronatus ipso iure priuari, & si plures
12 sint compatroni; & vnus tantum vendat partem suam, pro dicta parparte vendita beneficium fit liberũ, & pro ea parte collatio libera est episcopi, seu præsentatio, si sit ad alterius institutionem. *Lambert. vbi sup. lib. 3. quæst. 8. artic. vlt.*
13 Accedit, quòd si in venditione Vniuersitats exprimatur iuspatronatus, idest, quod venditur etiam iuspatronatus, tunc talis actus non valet, neque transfertur iuspatronatus. *Lambertin. vbi sup. d. lib. 1. par. 2. quæst. 5. art. 20. Rota decis. 399. par. 2. tom. 1. in recentib. apud Farinac.* quod tamen ita est intelligendum, vt pro-
14 cedat, quando in venditione castri, seu vniuersitatis fit expressio iurispatronatus coniunctiuè, tunc enim per d. venditionem non transfertur, si verò exprimatur iuspatronatronatus declaratiuè, & tunc transit, & transfertur. ita *Ioan. Andr. & Cald. in cap. vnico de iurepatr. lib. 6. Couarruu. var. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 8. Aug. Barbos. in collectan. ad d. cap. de Iure num. 3. de Iurepatr.* si tamen
15 ipsa Ecclesia emat iuspatron. fit libera, neq. debet priuari. *Rocch. de curte de Iurepatr. verbo, ipse, vel is, à quo*
16 *num. 55.* Prætium autem datum pro emptione iurispatronatus, nec emptor, neq. venditor habere debet, sed ecclesię, cui ob talem simoniam illata fuit iniuria, dari debet. ita communiter *Abb. Card. & alij in d. cap. de iure.* & ibi *gloss. vltim* etiamsi ecclesia ipsa emisset. *Lambert. d. quæst.*
17 *5. art. 6.* Quo stante Iuspatron. non potest cedi creditoribus à patrono nihil aliud in bonis habente, cum iuspatronatus nullam accipiat æstimationem. *d. cap. de iure.* neque de perse potest dari in solutum, cum vniuersitate autem dari potest. *d. c.*
18 *de iure.* neque etiam potest æstimari præsentatio, quæ est fructus ipsius iurispatronatus. *Abb. in cap. cum Bertoldus. nu. 39. de re iudic.* Et ideò
19 neque ipsa præsentatio vendi potest neque locari. *Cardin. in d. ca. ex literis. num. 4. de iurepatr. Lambertin. d. lib. 1. par. 2. quæst. 8. princ.* Quod si plures possideant Castrum iure hæ-
20 reditario, in quo Castro sit Iuspatr. alicuius ecclesiæ, & ex antiqua consuetudine senior de parentela ex prędictis patronis soleat presentare, si senior vendat partem, quam habet in d. castro, tunc emptor non præsentabit. sed alius senior ex illis excluso dicto seniore vẽditore, quòd
21 si non senior de parentela, sed senior patronus præsentare debeat, tunc si talis emptor sit senior patronus, ipse præsentabit. ita *Lambert. d. quæst. 5. art. 26.*
22 Aduertendum est tamen, quod quando venditio Vniuersitatis est nulla, quia in ea fuit expressum iuspatronat. coniunctiuè, valida tamen est quoad alia. *Abb. in cap. querelam num. 7. de simonia. Rocch. de Cur. vbi sup. nn. 52.* & pro hac re faciunt dicta per *Felin. & Doct. in cap. cum super. vbi Felin. num. 8. de*
23 *off. deleg.* Neque aliquo casu pro iurepatronatus cadit euictio, cum non possit vendi. *d. cap. de iure.*
24 Cum ergo iuspatronatus transeat cum vniuersitate, & per donationem, transit etiam per legatum, & legari potest, cum legatum sit donatio, quòd legatum quomodo fieri debeat supradictum est, & ponit *Lambertin. d. lib. 1. parte 2. quæst. 6. principali.*
25 Adde, quòd iuspatronatus consistens in aliqua villa, vel castro dato in dotem transit in maritum *Card. Mantica d. decis. 140. num. 2. & 13. Garc. de benefic. vbi sup. par. 5. cap. 9.*
26 *nu. 147.* ita etiam transit in cõductorem

rem dicti castri,& villæ, si sit conductor ad longum tempus. sed *August. Barbosa in collectan. ad d. cap. ex literis 7. num. 4. de iurepat.* tenet eo casu ad
27 locatorem pertinere ius præsentandi. & sequestrato dicto castro, seu villa si vacet beneficium, sequester præsentabit. ita *Barbosa in d. cap. ex literis. num.* 8.

28 Transit etiam iuspatronatus cum bonorum possessione, quibus inseparabiliter inhæreat. ita *Surdus in tractatu de alimentis. tit. 9. q. 22. n. 27. & 28.*

Non tamen in fideicommissarium vniuersalem, seu generalem, tránsit iuspatronatus, seu ius præsentandi. *Bart. in l. quia perinde. §. restituta.* per illum textum. *ff. ad trebell. Bald. in l. vlt. num. 48. vers. si hæreditatem.* C. *de ed. diu. Adr. toll.* Imola *in l. si patroni. num. 4. vbi* Alex. de communi. *in fine. ff. ad trebell. Decius in l. præcibus. n. 21. & seqq. C. de impuberum. Rocch. vbi sup. ver. ipse, vel is. quæst. 9. nu. 21.* vbi de commun. *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 2. artic. 35. Conarr. var. resolut. lib. 2. c. 18. num. 8.* & fuit dictum in *Aretina Cappellaniæ. 1. Iunij. 1584. coram Bubalo. & iurispatr. 18. Martij. 162. coram Cardin. Sacrato. & in Florentina Canonicatus. 10. Martij. 1603. coram Cardin. Lancellotto. & in Foroliuien.* Iurispat. *7. Iunij. 1599. coram eod. Cardin. Lancell.* sed tunc iuspatronatus remanebit penes hæredem grauatum, qui adueniēte vacatione præsētabit. & frater professus an possit presentare ad beneficium sui iurispatronatus, vide *Card. Seraph. dec. 1328. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus in feudum concedi non potest.*
2 *Iuspatronatus cum feudo accessoriè trāsferri potest.*
3 *Iuspatronatus ex fundatione ecclesiæ in fundo feudali, non amittitur amisso feudo.*
4 *Iuspatronatus, neq. præsentatio locari potest.*
5 *Iuspatronatus si pertineat ad parochianos ecclesiæ, locatores, & domini domorum præsentant.*
6 *Nisi consuetudo sit contraria, &*
7 *Secus in conductore ad longum tempus.*
8 *Pisis locatores præsentant ad beneficia, & pro eis conductores ad longum tempus,*
9 *Ecclesiæ parochiales S. Andreæ ss. Cosmæ, & Damiani, & aliæ Pisis ad parochianos pertinent.*
10 *Mulieres dominæ domorum intra parochiam existentium ad præsentandum ad mittuntur.*
11 *Iuspatronatus si pertineat ad parochianos in villis, coloni, & habitatores præsentant.*

CAPVT SEXTVM.

Iuspatronatus, an possit in feudum concedi.

1 IVspatronatus de per se consideratum nō potest in feudum concedi. *Roman. cōsil. 368.* nisi solo à Papa *Lambertin. de iurepat. lib. 1. part. 2. quæst. 7. art. 1.* etiamsi allegaretur consuetudo temporis immemorabilis. vt per *Rom.*
2 *ibidem.* accessoriè autem cum feudo continente Vniuersitatem, & sic cum ipsa Vniuersitate transit iuspatronatus, vt dixi in præcedenti capite. & probatur in *cap. cum seculum. de iurepat. vbi Card. Abb.* & alii. *& ibi*
3 *August. Barbosa in collectan. num. 2.* Quòd si vassallus construxit ecclesiam in fundo feudali, amisso feudo ex aliqua causa, non perdit tamen iuspatronatus *Archidiac. in c. in sa-*
4 *cris. 16. q. 1.* eàdem ratione sicut iuspatronatus non potest concedi in feudum, non potest etiam locari, neque etiam præsentatio, vt dixi in capite præcedenti. & ait *Zecchius de be-*

5 *benef. & pens. cap.* 12. *nu.* 11. Ideoque si iuspatronatus ecclesiæ Parochialis pertineat ad parochianos ipsius ecclesiæ, tunc adueniente vacatione non debent præsentare conductores domorum in parochia existentium, sed domini locatores, qui habent iuspatronatus ex præsumpta fundatione, constructione, seu dotatione.
6 *Abb. in cap. querelam. num.* 19. *de electione.* nisi consuetudo sit contraria, & de qua re pulchrè Ill. D. Vincentius Carocius Nobilis Tudertinus Iurisconsultus Præclarissimus, vt eius opera testantur, & recolendæ memoriæ, qui fuit amicus meus dum essem Tuderti Vicarius Generalis Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. Marcelli Cardinalis Lantis Episcopi Tudertini, iste vir in suo celebri tractatu de *locat. & conduct. parte* 5. *de iurepatronatus. num.* 2. dicit illud esse verum, sed contrarium esse in
7 conductore ad longum tempus. *Felin. in cap. cum Bertoldus. col. pen. de re iudic.* & hanc esse magis communem testatur *Roccbus de Curte, de iurepat. verbo ipse, vel is, à quo. n.* 58. *vbi n.* 59. ait attendendam esse consuetudinē, & tunc admittuntur hi, qui possident domum pro sua, nec est inquirēdum, de eorum dominio, *gloss. vltima. in c. cum Bertoldus de re iudic.* quia præsentatio cum sit fructus iurispatronatus competit possessori ad *not. in cap. consultationibus de iurepatron.* & fuit resolutum in *Pampilonen. parochialis.* 11. *Aprilis.* 1603. *coram Cardin.* Lancellotto. Pisis. autem ex
8 antiqua, & obseruata communi cōsuetudine præsentant domini locatores, non conductores, si autem sint conductores ad longum tempus, putà emphyteutæ, isti etiam præsentant, exclusis quoad domos emphiteuticas dominis locatoribus.
9 Ita vidi pluries seruari in praxi in ecclesiis Parochialibus Sancti Andreæ foris portæ, Sanctorum Cosmę, & Damiani, S. Viti, & S. Ceciliæ, quæ ecclesię sunt iurispat. pro parte parochianorum existentium intra limites parochiæ; eueniente enim vacatione Domini parochiani domorum existentium intra limites parochiæ statuta hora; & præuio signo Campanæ, conueniunt in ecclesia vacante, & dignior ex eis præsenre officiali, & Cancellario Ciuitatis proponit prius aliquem Sacerdotem in parochum vacantis ecclesiæ, & misso partito ad fabas albas, & nigras, si per fabas nigras duæ ex tribus partibus consenserint in nominatum, scilicet ex triginta, viginti fabas nigras habuerit, ille erit parochus pręsentandus coram ordinario, tunc enim dicti parochiani sic coadunati constituunt aliquem procuratorem ad dictam præsentationem faciendam; & si primus nominatus non obtinuerit, post primum in sessione, secundus nominat, & sic successiue vsquequoque actus perficia-
10 tur. quo casu mulieres etiam admittūtur si sint dominæ domorū intra limites Parochię existentium. *Innoc. in c. cum ex iniuncto. in fi. de noui oper. nunciat.* sed in praxi d. mulieres solent vices suas alteri mandare. est tamen aduertendum, quòd tunc non admittuntur emptores domorum non iustæ mensuræ; vt puta, si quis emerit ab vno habente duas domos, qui tantum pro vna voce habebat præsentationem. *Geminian. in c.* 1. *§. laici. num.* 3. *de reb. eccl. non al. lib.* 6. *Dec. cons.* 149. *num.* 4. & fuit resolutum in *Pampilonen. beneficij de Huarta.* 29. *Iunij.* & 20. *Nouembris.* 1595. & 8. *Martij* 1596. *coram Iusto.* & 16. *Decembris* 1596. *coram Litta.*
11 Extra ciuitatem autem Pisanam in diœcesi, contraria est consuetudo, nam quando iuspatronatus pertinet ad parochianos, non domini prædiorum, & ciues eligunt, & præsentant rectorem, sed habitatores existentes ibidem, & coloni partiarii ipsorum ciuium, vt est in Plebania S. Alexandri de Vecchiano. in pa-

parochiali ecclesia S. Michaelis de Casciaula, & s. Bartolomei de Orzignano, & alijs, in his enim euenien-te vacatione conueniunt dicti habitatores in ecclesia vacante præuio signo campanæ, & cum præsentia officialis, & Cancellarij actum peragunt vt supra. Quamuis hoc casu iuspatronatus dicatur pertinere ad communitates, & homines prædictorum locorum.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus etiam cum vniuersitate obligari nequit.*

2 *Iuspatronatus transit in eum, penes quẽ factum est sequestrum.*

3 *Sine sequestretur de per se, siue cum vniuersitate.*

4 *Iuspatr. non transit in depositarium.*

5 *Iuspatronatus de per se non potest dari in dotem.*

6 *Dotis titulus est particularis, licet dos sit ius videlicet.*

7 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate data in dotem.*

8 *Vxor vsufructuaria omnium bonorum etiam præsentat ad beneficia, & ponitur decisio Rotæ.*

9 *Nec tunc requiritur consensus episcopi in translatione iurispatronatus in vsufructuarium.*

10 *Vsufructuarius est quasi dominus, & procurator in rem suam.*

11 *Vsufructuarius omnium bonorum æquipollet heredi naturali.*

12 *Vsufructuarius, & proprietarius sunt quasi socij.*

CAPVT SEPTIMVM.

Iuspatronatus, an' posit cum vniuersitate obligari, seu dari in dotem.

1 Vspatronatus etiã cum Vniuersitate non potest obligari, faciunt dicta per *Bart. in l. si is, qui. §. iura. num. 2. ff. de pignoribus*, & rationem ponit *Lambert. de iurepat. lib. 1. par. 2. q. 9. art. 2.*

2 Quòd tamen transit ad illum, penes quem est factum sequestrum, itaut ille sequester possit præsentare. *Doctores in cap. examinata. vbi Innoc. num. 1. & Felin. num. 10. de iudic. idem Felin. in cap. cum Bertoldus. num. 30. de re iudic. Pet. de Auchar. in clem. vnica. col. 1. de sequest. possess.*

3 *& fruct.* idque procedit, siue iuspatronatus sequestretur de per se, siue sequestretur aliqua vniuersitas, in qua sit iuspatronatus, & hãc esse magis communem opinionem testatur.

4 *Lambertin. vbi sup. artic. 3.* in depositarium autem non transit iuspatronatus, nisi depositum factum sit in vim sequestri. *Lambertin. vbi sup. art. 4.*

5 Insuper Iuspatronatus de per se consideratum non potest dari in dotem, quia iuspatronatus non transit titulo oneroso, nisi cum vniuersitate. *Doct. in cap. ex literis. & in cap. cum seculum. de iurepat.* titulus

6 autem dotis regulariter est particularis, quamuis dos sit ius vniuersale; si tamen detur vniuersitas in do-

7 tem, cum ea transit iuspatronatus. *Lambertin. vbi sup. quæst. 10. art. 2. num. 10. Zecchius de benefic. & pens. cap. 12. num. 14. Garcia de beneficijs, par. 5. cap. 9. num. 21.*

8 Et eàdem ratione, si vxor sit relicta vsufructuaria omnium bonorũ hæreditariorum, & in hæreditate sit iuspatronatus, ipsa debet præsentare. latè *Lambertin. vbi supra artic. 3.*

Et fuit dictum in *Alexanen. Beneficij. 29. Martij. 1591. coram Cardin. Mantica*, quæ est impressa 1401 vt infra.

Ex memorialibus propositis loco causæ, cum ageretur per audientiam contradictarum, apud me quæsitum fuit an' præsentatus ab vxore, quæ à marito relicta est vsufructuaria omnium bonorum, debeat præferri præsentato ab hærede.

Et

Et quidem contra informantem decisum fuit, eum præferri, qui præsentatus est ab vxore.

Primum quia iuspatronatus in alium transit cum vniuersitate, etiã sine consensu Episcopi, *c. ex literis. & c. cum seculum. de iurepat.* ergo transit etiam in vsufructuarium omnium bonorum; quia huiusmodi legatum intelligitur vniuersale. *l. quoties. §. vlt. ff. de vsuf. coniuncta l. cogi. in princ. cum l. praced. ff. ad Trebell. & l. vxori meæ. de vsuf. lega.*

Secundo, quia vsufructu legato, omnis fructus rei ad vsufructuarium pertinet. *l. vsufructu legato. ff. de vsuf.* ergo, cum in bonis defuncti iuspatronatus compræhendatur, ius præsentandi magis ad vsufructuarium, quãm ad hæredem, debet pertinere: quia est fructus iurispatronatus. *Innoc. Anton. de Butr. Abb. & alij. in c. consultationibus. de iurepat. glos. vlt. & ibi Doct. in c. cum Bertoldus. de re iud.* Rot. *decis. 10. de iurepatronat. in nou.*

Neque iure dici potest, quòd illi dumtaxat fructus, qui sunt pro alimentis destinati, ad vsufructuarium pertineant, in quo genere ius præsentandi non reperitur, vt scribit *Paul. à Monte Pico in l. Titia. §. Titia cum nuberet. quæst. 39. num. 106. vers. nec obstat. de leg. 2.* quia respondetur primo vsufructu legato, omnes fructus ad vsufructuarium pertinere. *d. l. vsufructu legato. ff. de vsuf.* & nullam rẽ esse, quæ non cadat in vsumfructum, *l. vsufructu bonorum*, & ibi not. *Alex. ff. ad leg. falc. d. l. vxori meæ. ibi, omnium pertinere. de vsuf. lega.*

Secundo respondetur vsumfructũ omnium bonorum non videri relictum pro alimentis dumtaxat. nam si pro alimentis tantũmodo relictus esset, deberet restringi ad vsum, & tamen inter vsum & vsumfructum magna est differentia, vt colligitur ex *l. 1. & tot. tit. ff. de usuf. & l. plenũ. post princ. ex tot. tit. de usu, & habitu.* Constat etiam alium esse titulum de vsufr. legat. alium de alimentis legatis. Neque legatum vsusfructus restringi debet ad alimenta, nisi fuerit expressum. *Ang. in cons. 338. nu. 7.* & hoc certo certius est, vt ex prædictis iuribus apparet.

Et hanc opinionem, quòd ius præsentandi magis pertineat ad vxorem relictam vsufructuariam omnium bonorum, quàm ad hæredem, post longam disputationem, tuetur *Lambert. in tract. de iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 10. princ. art. 3.* vbi etiam *nu. 22. uers. posset etiam dici. cum seqq.* refert Anto. Cors. qui postea fuit Auditor Rotæ, & Christophorum Albam Iurisconsultos primarios, legentes in studio Patauino, ita consuluisse, & in Ciuitate Calabriæ sic iudicatum fuisse.

Neque huic sententiæ obstat *Rotæ dec. 10. in fin. de iurepat. in nou.* vbi tenet, quòd si villa data fuerit in dotem, in qua sit iuspatronatus, & maritus, & vxor concurrant in præsentando, præsentatus ab vxore debeat præferri præsentato à viro, tametsi vir fructus dotis debeat percipere, *c. per uestras. de donat. int. uir. & uxo. & c. salubriter. de usur. l. dotis fructus. in princ. ff. de iur. dot.* quia illa opinio non est decisio Rotæ, sed opinio collectoris, nam superius dicitur per omnes Dom. fuisse conclusum, & determinatum, valere consuetudinem temporis immemorabilis, quòd maritus ratione villæ sibi datæ in dotem, in qua consistit ecclesia parochialis, cuius iuspatronatus spectat ad vxorem, posse ad ecclesiam vacantem, personam idoneã præsentare, & postea subijcitur, maritum secundum aliquos posse, quacumque etiam cõsuetudine circumscripta, de iure communi præsentare.

Et huius sententiæ assignãtur plures rationes, quibus explicitis, collector hæc verba subiunxit, si vero ambo maritus, & vxor concurrerent in præsentatione, crederem præferendum

rendum præſentatum ab vxore. Vnde ex illo verbo, crederem, euidenter apparet, non fuiſſe à Dominis ita deciſum, ſed dictum à collectore: & ita intelligit Abb. *in c. ult. nu.* 8. *in fin. de conceſſ. præben.* Et quamuis ipſe ſequatur opinionem collectoris; illa tamen non videtur tuta: quia repugnant rationes Dominorum, & contrariam ſententiam ſequitur, per illum tex. & tuetur etiam *Rom. in l. ult. nu.* 50. *ff. ſol. matr.*

Neque obſtat, quòd obijcitur præſentatum à pupillo præferri debere præſentato à tutore, ex not. per Io. *And. in c. ex eo. de elect. lib. 6. in nouella.* quia tutor non eſt dominus, nec vſufructuarius bonorum pupilli, nec ſibi ipſi poſſidet, ſed pupillo, *l. 1. §. adipiſcimur, & ibi* Bart. *& alij. ff. de acq. poſſ.* & ideo hoc nihil commune habet cum marito, & vſufructuario, qui fructus percipiunt, & ſuos faciunt, vt notiſſimi iuris eſt, & ita animaduertit *Anton. de Butr. in c. ult. nu.* 12. *de conceſſ. præb.*

Præterea ſi collectoris opinio admittatur, illa ſine veri præiudicio poteſt habere locum quoad maritũ, qui fructus dotis percipit pro ſuſtinendis oneribus matrimonij. *d. c. ſalubriter. de uſur. & l. pro oneribus.* C. *de iur. dot. & l. ſi is qui, §. ibi dos. ff. eod. tit.* fructus autem præſentationis ad ſuſtinenda onera matrimonij non poteſt pertinere, & ideo ſecundum aliquos ius præſentandi ad maritum non tranſit, ſed apud vxorem debet permanere, vt dicit Anton. *de Butr. in d. c. ult. nu.* 12. *Abb. nu.* 8. *in fi. de conceſſ. præben. & Iaſ. in l. diuortio. §. ſi uir in fundo. num.* 7. *ff. ſol. matr.* Diuerſum eſt in vſufructuario omnium bonorum, quia generaliter omnes fructus ad eum pertinent, nullaq. habetur conſideratio alicuius oneris, ſeu alimentorum, vt dictum eſt.

Neque etiam obſtat, quòd ſi creditori, datum ſit pignus vniuerſitatis bonorum, in qua exiſtat iuſpatronatus, is facultatem habeat fructus percipiendi, & tamen non poſſit præſentare. *c. cum Bertoldus.* & ibi not. *glo. ult. de re iud.* quia creditor percipit fructus nomine debitoris, eosq. ſoluto debito, tenetur reſtituere, vel in ſortem imputare, ſeu cum credito compenſare. *cap. 1. & 2. de uſur. l. 1. et 2. C. de pigno. actio.* fructus autem, qui conſiſtit in præſentatione, nec debitori poteſt reſtitui, neque cum credito compenſari, vt dicit *glo. in d. c. cum Bertoldus.* At maritus fructus dotis perceptos conſtante matrimonio, non tenetur reſtituere, nec cum aliquo compenſare, vt declarat *Felin. in d. c. cum Bertoldus. nu.* 44. Quod ſimiliter locum habet in vſufructuario omnium bonorum, quia iure proprio omnes fructus ſuos facit, vt ſuperius dictum eſt.

Quin etiam communis eſt hæc opinio, quòd iuſpatronatus tranſeat in maritum, cum vniuerſitate data in dotẽ, vt atteſtatur Rocch. *de Curt. in tract. de iurepat.* in illis verbis, *ipſe uel is, à quo. quæſ.* 28. *nu.* 62. *ad fin.* & ideo comm. etiã intelligitur opinio, quòd iuſpatronatus tranſeat in vſufructuarium omnium bonorum, vt profitetur Lambert. *in d. tract. de iurepat. lib. 1. par. 2. quæſ.* 10. *princip. art. 3. in fin.*

Atque ex his conſtat præſentatũ ab vxore vſufructuaria omnium bonorum ei præferendum eſſe, qui ab hærede eſt præſentatus. ita etiam Ioan. *de Caſtillo quotidian. controuerſ. iuris cap.* 36. *uerſ. tertio infertur. lib.* 5. *Molina de Hiſp. primog. lib. 1. c. 24. nu. 3. Menoch. conſ. 66. lib. 1.* Barboſa *in l. diuortio. §. ſi uir. nu.* 57. *ff. ſol. matrim. Cened. collect. 5. ad decretal. n.* 5. *Gironda de Gabellis. par. 2. §. 2. n. 24. & nouiſſ.* Ioan. *Gutierez de tutel. & cur. p. 3. cap. 29. nu. 6. Riccius in deciſ. Cur. Archiep. Neapolit. par. 1. dec. 23. & in praxi rer. for. eccleſ. deciſ. 179. nu. 142. & 143.* Aug. Barboſa *de off. & pot. Epiſc. p. 3. alleg. 71. nu. 40.* Borellus *in ſumma omnium deciſ. tit.* 33.

nu.239. & Garc. vbi sup.d.cap.9.nu.
9 21. & tali casu, quia transit in vsufructuarium omnium bonorum cum vniuersitate non requiritur consensus Episcopi. *cap.ex literis.& c.cum seculum.de iurepat.* ita resolutum fuit apud *Rotam in d. Alexanen. beneficij. 29. Martij. 1590. coram Cardinali Mantica*. est enim vsufru-
10 ctuarius quasi dominus. *l. 4. ff. de vsufruct.* seu quasi procurator in rem suã à domino constitutus. *l.1.in fine cum l.seq. ff.vsuf.quemad.cau.l.1. §.vlt.ff.de no.op.nunciat.*& ibi *glo.recepta in verbo, procuratorio.* etenim
11 vsufructuarius omnium bonorum æquipollet hæredi vniuersali. *l. vlt. ff.de vsuf. leg. facit decis. Guid. Pap. decis.* 140. de quo post alios relatos pertractat *Io.de Castillo de vsufructu. cap. 20. & 32.* & ita vidi seruari in
12 Praxi, attamen cum proprietarius, & vsufructuarius sint quasi socij.*l.4. ff. de vsufructu.* ad lites tollendas non abs re esset, si simul præsentarent.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. transfertur per præscriptionẽ.*
2 *Præscribens vniuersitatem bonorum præscribit etiam iuspatronat. eis annexum.*
3 *Iurispatr. uno fructu præscripto, alij fructus non censentur præscripti.*
4 *Iuspat. potest præscribi concurrentibus titulo, bona fide, & tempore 40. annorum.*
5 *Ecclesia libera numquam potest fieri patronata per præscriptionem.*
6 *Ecclesia patronata præscribi potest.*
7 *Iuspatr. præscribitur per tempus immemorabile.*
8 *Tempus immemorabile habet uim tituli.*
9 *Tempus immemorabile probat legitimum titulum.*
10 *Iuspat. quando acquiratur 40. annis ex actu continuato.*
11 *Et tunc plures præsentationes requirũtur,nisi semel ecclesia vacauerit.*
12 *Præscribens debet esse in bona fide cum scientia, & patientia domini.*
13 *Andreas Facchineus Forolitiensis uir praclarissimus.*
14 *Iuspat. inter compatronos potest præscribi 40. annis.*
15 *Iuspat. secundum Concil. Trid. debet esse ex fundatione, seu dotatione, siue ex multiplicatis præsentationibus.*
16 *Iuspat. non potest præscribi ex Conc. Trid. sine titulo fundationis, uel dotationis.*
17 *Iuspat. competens ex priuilegio hodie est sublatum.*
18 *Iuspat. transfertur per sententiam.*
19 *Patroni possunt concordare de alternatim præsentando.*
20 *Patroni plurium ecclesiarum possunt inter se diuidere iurapat.*

Iuspatronatus quomodo transferatur per Præscriptionem.

CAPVT OCTAVVM.

1 TRANSFERTVR etiam iuspatronatus de vno in aliũ per præscriptionẽ, vt quando quis præsentando per tantum tempus, quo inducitur præscriptio, contra verum patronum præscribit. *Card.Tuscus practic.conclus.iur.concl.604.lit.* I. *Io. Andr. in cap. quod alicui.de reg. iur. lib. 6. per textum in cap.2.de capell. monach. & in cap. auditis. de prascript.Cardin. in clem.plures.nu.5.de iurepat.Rota dec. 520.par.1. in recentiorib. apud Farin. Couarru. in cap.possessor. par.2.§.10.*
2 *nu.1. & 8.* & præscribens vniuersitatem bonorum pręscribit etiam iuspatronatus eis annexum,quod quomodo procedat declarat *Felin. in c. causam.n.8.de præscription.& Roccb. de Curte de iurepat. verbo, ipse,vel is à quo. quæst.36.nu.81. & seqq.* præ-
3 scripto tamen vno fructu iurispatronatus,

natus, putà præsentationis, vide licet alterius honoris, vtilitatis, vel oneris, non intelliguntur præscripti alij fructus, quibus præscribens vsus non fuit. ita debet intelligi *Archidiac. in cap. vnico de iurepatronat. lib.6.* & de hoc *Lambertin. de iurepatronat. lib. 1. part. 2. quæstion. 11. artic. 4.*

4 Vera igitur, & probabilior est opinio, laicos temporis præscriptione posse acquirere iuspatronatus, dummodo adsint titulus, bona fides, & tempus quadraginta annorum, vel tantum tempus, quod hominum excedat memoriam *arg. tex. in cap. 1. de præscript. lib.6.* quamuis enim inter Doctores hac de re sit controuersia, & in eam distinctionem mul-
5 ti consenserint, vt si ecclesia sit libera, & non patronata nunquam præscriptio locum habeat, si verò sit pa-
6 tronata, tunc præscriptio locum habeat, vt per *Couarruu. vbi sup. §. 10.* Attamen probabilior est sententia *Archid. in cap. hortamur. dist. 71.* sim-
7 pliciter negantis laicos præscriptione temporis posse acquirere iuspatronatus, quam sequutus est *Abb. in cap. querelam, de electione*, & in sua disputatione *incip. Augerius* & ex *cons. 106. lib. 2. & Felin. in ca. causam 3. num. 7. de præscript.* nisi præscriptio sit temporis hominum excedentis memoriam, quia talis præscriptio
8 habet vim tituli *arg. textus in d. cap. 1. de præscript. lib.6.* & in *cap. quibusdam de verb. significat. Couarruu. vbi sup. num. 2. Rota par. 3. decis. 243. diuers. Mascard. de probat. conclus. 758. num. 3.* & tempus immemorabile probat legitimum titulum in fundatione, & dotatione. *Abb. in d. cap. quærelam. & Garc. de benefic. par. 5. cap. 9. nu. 82.* vbi alios allegat, quamuis adsint asserentes contrarium, videlicet quadragenaria præ-
10 scriptione acquiri iuspatronatus, sicut acquiruntur cætera iura ecclesiastica, ex actu continuato *glos. in cap. cum ecclesia, in verb. breuitatem* *temporis, de causa possess. & propriet. Federic. de Senis cons. 234. Rol. à valle cons. 47. num. 41. lib. 1. per text. in cap. generali de elect. lib. 6. & in cap. cura de iurepatronat.* ibi *nisi legitima*, & in tali præscriptione requi-
11 runtur plures præsentationes ad hoc vt prædicta præscriptio probari possit. *Abb. in d. cap. querelam, num. 9. & in d. cap. cum ecclesia*, & præscribens debet esse in bona fide cum scientia, & patientia domini, contra quem præscribitur, *August. Barbos. de offic. & pot. episcopi par. 3. allegat. 71. num. 44.* & quod in cursu quadraginta annorum sufficiat vna tantum præsentatio, quando semel in dicto tempore vacauit ecclesia, probat *Dec. in cons. 134. num. 3. & 4. & Zecchius de benefic. & pens. ca. 12. num. 4.* & alijs, quę ex aduerso adducuntur doctissimè respondit Præclarissimus, & facundissimus recolendæ memoriæ Præceptor meus D. Andreas Facchineus Foroliuiens. Iuris Ciuilis ordinarius professor in florentissimo Pisano gymnasio, controuersiarum Iuris *lib. 8. cap. 24.*

14 Id autem sine dubio procedit, quòd inter compatronos laicos potest vnus aduersus alium præscribere quadraginta annis, concurrentibus alijs supradictis. *Couarruu. vbi sup. d. cap. 10. num. 8. Rota decis. 251. num. 3. part. 1. in recentior. apud Farinac. August. Barbos. in collectan. super cap. cura. num. 5. de Iurepatronatus, & Lancellott. de attent. in præs. cap. 4. num. 651. Rota decis. 407. num. 1. lib. 1. diuers. Massob. in praxi hab. con. ad uac. pe. eccles. prælud. 7. dubio. 19. num. 2.*

Hodie autem seruari debet decretum Concilij Tridentini *sess. 25. de*
15 *reform. cap. 9.* vbi decernitur, quòd iuspatronatus debet ostendi ex fundatione, seu dotatione, siue ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasue secundum iuris dispositionem, & sic ex-

excluditur præscriptio. *Aug. Barbosa de off. & pot. episc. par. 3. alleg. 71. num. 44. & allegat. 72. Massobr. vbi sup. prælud. 7. dub. 21. num. 47*, vbi ait quòd in d. *cap. 9. Concil. Trid.* sublata est præscriptio ea, quæ est absque
16 titulo fundationis, vel dotationis, secus vero, si reperiatur præscriptio contra tertium, qui ius haberet à fundatione, seu dotatione. *Card. Seraphin. decis. 719. & per d. Concil.*
17 *Trid.* ibidem sublata sunt omnia Iurapatronatus competentia ex priuilegio. *Massobr. vbi supr. d. prælud. 7. dub. 3.* vt supra dixi.
18 Transfertur etiam Iuspatronatus per sententiam, quæ transitum fecerit in rem iudicatam, siue fuerit litigatum super Iurepatronatus, siue super vniuersitate, in qua sit Iuspa-
19 tronatus, & similiter transfertur iuramento, argumento sumpto à iurepatronatus liberti. *Bart. in l. eum qui §. si libertus, ff. de iureiur.* & de his *Lambertin. vbi sup. artic. 10. & Paul. de Citadin. de iurepatronat. part. 9. quæst. 16. num. 24.*
20 Et hic est notandum, quòd patroni possunt liberè inter se concordare de præsentando alternatim, etiamsi in dicta concordia non accedat episcopi consensus *Clem. plures. vbi gloss. in verb. liberè, de iurepatr.* qui consensus tunc non est necessarius, & ita fuit dictum in Nolana Cappellania 15. *Nouembr.* 1593. *coram Card. Artgono, in Meliten. parochialis, 31. Maij.* 1596. *coram* Cardinal. *Seraph.* & in *Lucana parochialis, 25.* 25. *Iunij* 1601. *coram* Cardin. *Pamphil.* & sicut Iuspatronatus potest permutari cum alio Iurepatron, vt supra dictum est *hoc lib. cap. 3.* ita patroni plurium ecclesiarum possunt inter se dicta iurapatronatus diuidere scilicet, vt vnus sit patronus in vna ecclesia, alius sit patronus in alia ecclesia. *gloss. in d. verbo, liberè. & ibi Abb. num. 6. & Cardin. & Bonif. de Vitalinis.*

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus relictum familiæ quando desinat.*
2 *Pactum factum super successione iurispatronatus, quod transeat ad masculos, eis non existentibus expirat.*
3 *Iuspatronatus relictum familiæ cum taxatiua, non transit ad extraneos.*
4 *Iuspatronatus familiare non transit ad extraneos, quando adsunt de familia.*
5 *Iuspatronatus relictum propinquioribus in gradu, quibus debeatur.*
6 *Iuspatronatus relictum illis de parentela, donari non potest extraneo.*
7 *Patronus, qui non est fundator in iurepatronat. familiæ non potest præiudicare successoribus.*
8 *Nec etiam faciendo concordiam.*
9 *Iuspatronatus familiæ relictum competiit omnibus de familia.*
10 *Si vocati sint simpliciter illi de familia, secus si illi de familia ipsius testatoris.*
11 *Et tunc si plures sunt familiæ eiusdem nominis, de familia testatoris intelligitur.*
12 *Iuspatronatus relictum parentibus debetur omnibus de familia.*
13 *Iuspatronatus relictum prosapiæ, seu progeniti debetur illis de familia.*
14 *Iuspatronatus relictum familiæ debetur gradatim, & ordine successiuo.*
15 *Nisi aliqui ex familia sint eligendi, vt tres seniores.*
16 *Iuspatronatus relictum familiæ quomodo ad eos de familia transeat.*
17 *Descendentia ex familia quomodo protur.*
18 *Iuspatronatus si competat familiæ vti vniuersis, præsentatio fit per capita, & quando, num. 20. & 21.*
19 *Parentum appellatione quando veniat familia.*
22 *Iuspatronatus quando spectat ad plures vt vniuersos simul consentire debent.*
23 *Iuspat. si spectet ad plures, vt singulos, præsentatio potest fieri separatè.*

24 Ius-

24 *Iuspatronatus si spectet ad familiam, habenda est ratio puerorum, & mulierum innuptarum in votorum computatione.*
25 *Etsi consuetudo sit in contrarium, est plene probanda.*
26 *Iuspatronatus hereditarium transit ad quoscumque heredes.*
27 *Et transit cum vniuersitate bonorum.*
28 *Iuspatronatus hereditarium potest fieri familiare ex obseruantia.*
29 *Obseruantia subsecuta legem declarat.*
30 *Obseruantia dicitur regina omnium interpretationum.*
31 *Consuetudo sustinet actum praesentationis etiam contra fundationem.*
32 *Iuspatronatus hereditarium, vt fiat familiare, est vtile ecclesiae.*
33 *Beneficium iurispatronatus familiaris facilius effici potest liberum.*
34 *Iuspatronatus hereditarium fit familiare sine episcopi consensu.*
35 *Familiae appellatione veniunt hi, qui proprie sunt de illa, & qui deferunt eadem insignia.*
36 *Iuspatronatus familiare competit omnibus de familia quamuis sint de diuersis columnellis.*
37 *Sed proximior fundatori tantum praesentabit.*
38 *Valet argumentum de feudo ad iuspatr. quoad modum succedendi.*
39 *Iuspatronatus fit familiare per duas cõtinuatas praesentationes.*
40 *Consuetudo, seu solitum ex bino actu inducitur.*
41 *Res solita in emphiteusim concedi dicitur, quando bis fuit data in emphiteusim cum debitis solemnitatibus.*
42 *Obseruantia subsecuta immutari non debet.*
43 *Vltimus status debet attendi.*
44 *Iuspatronatus quoad eius existentiam quomodo probari debeat.*
45 *Iuspatronatus fit familiare ex obseruãtia etiam contra formam fundationis.*
46 *Compatroni possunt alium non patronum admittere ad praesentandum.*
47 *Iuspatronatus, vt fiat familiare respicit interessa cum patronorum.*
48 *Haeredes factum defuncti impugnare nõ possunt.*
49 *Haeredes stare debent declarationi illius, cuius sunt haeredes.*
50 *Praesentatio facta ab illis de familia spoliat haeredes.*
51 *Praesertim cum 40. anni transierunt.*
52 *Iuspatronatus Cappellaniae S. Mariae gratiarum, de hereditario factum fuit familiare.*
53 *Iuspatronatus reseruatum familiae dumtaxat, ea extincta perit.*
54 *Secus si familiae fuit reseruatum sine taxatiue.*
55 *Iuspatronatus competens seniori de familia, non ad descendentis de seniori, sed ad alium seniorem trãsit, & ponuntur* Rotae *decisione.*
56 *Iuspatronatus potest fundari, vt semper sit laicale, & refertur* Rotae *decisio.*

CAPVT NONVM.

De iurepatronatus familiari, & quando iuspatronatus haereditarium fiat familiare.

1 IVspatronatus relictum familiae, vel filijs descendentibus non expirat eis extinctis, sed trãsit ad haeredes quoscumque. *Ancbar. consi.* 81. *nu.* 2. *Calder. cons.* 4. *de iurep.* *Rocch. de Curte de iurepat. in verbo, ipse, vel is. qu.* 8. *n.* 19. *Lambert. de iurepat. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 5. *n.* 3. *Paris. consi.* 48. *nu.* 11. *lib.* 4. *Curt. iun. consi.* 257. & 323. *libro* 3. *Gig. consi.* 54. *Ferret. consi.* 131. *Cassador. dec.* 1. *num.* 3. *de iurep.* & ita tenuit Rota *in Cremonen. iurispatr.* 18. *Maij.* 1577. *coram* Robusterio. *in eadem* 6. *Iunij.* & 21. *Nouemb.* 1578. *coram Card. Seraph. relat. sup. hoc lib. c.* 2. *numero.* 16. *in Salernitana iurispat.* 7. Febr. 1576. *coram Robusterio. in Tudertina iurispat.* 23. *Martij* 1588. *coram Orano. in Comen. Cappellaniae.* 8. Nouembris. *coram* Penia. *in Cremonen.* Cappellaniae. 14. Ianuarij.

1594. *coram Illustrissimo D. Cardin. Millino. in Lucana Capellaniæ*. 20. *Iunij*. 1597. *coram Card. Seraph. quæ est impressa* 1232. *in Lucana iurispat.* 7. *Februarij* 1602. *coram Card. Millino.*
2 vnde pactum factum à successore iurispatronatus antiqui, quòd transeat ad masculos, & nō ad fœminas, data eius validitate, intelligitur existentibus masculis, & ideo illis deficientibus expirat, & iuspatronatus transit ad fœminas iuxta *d. Anchar. cons.* 81. *n.* 2. *cum alijs sup. alleg.* Et fuit dictum in *Comen. Cappell.* 8. *Nouemb.* 1593. *coram Penia*.

3 Limitatur Primo, si testator taxatiuè reliquit iuspatronatus illis de familia dumtaxat, vel solis filijs descendentibus, tunc enim eis deficientibus non transit ad hæredes extraneos *Bald. in l.* 2. *circa princ. C. de in ius voc. Rocch. vbi sup. nu.* 18. *Lambert. vbi sup. art.* 2. *nu.* 2. *& art.* 4. *n.* 5. *Gabr. cons.* 196. *nu.* 8. *lib.* 2. & fuit dictum in *Lucana iurispatr.* 21. *Iunij.* 1602. *coram Cardin. Millino.*

4 Limitatur Secundo, vt non procedat existentibus illis de familia, quia eis existentibus non transit ad extraneos *Anchar. in c.* 1. *nu.* 3. *de iurep. lib.* 6. *Dec. in c. significatum. nu.* 10. *de preb. Lambert. vbi sup. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 9. *art.* 1. *n.* 3. *Couarr. var. resol. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 10. & fuit dictū in *Aretina Cappellaniæ* 1. *Iunij.* 1584. *coram Bubalo. & in Rauenaten. iurispatron.* 1. *Iunij* 1589. *coram Penia, & in Parmen. benef.* 1. *Decēb.* 1589. *corā eodē*.

5 Vndè iuspatronatus reseruatum titio pro suis hæredibus, & descendentibus, ex eis, & ipsis decedentibus sine liberis, vel non extantibus, propinquioribus ex eis in gradu parentelæ suæ consanguinitatis, si primus hæres Titij decedat sine liberis, institutis extraneis, iuspatronatus nō transit ad eos, sed debetur propinquioribus. *Bald. in l.* 2. *circa princ. C. de in ius voc.* & fuit dictum in *Rauennaten. iurispat.* 24. *Ianuarij.* 1594. *coram Penia*.

6 Item iuspatronatus relictum illis de parentela, vel proximioribus donari non potest extraneo, qui non sit de parentela in præiudicium vocatorum. *Anchar. in c. unico. nu.* 3. *in* 2. *not. & Franc. num.* 4. *de iurep. lib.* 6. *Card. cons.* 48. *Rocch. de Cur. de iurep. in vero ipse, vel is à quo. q.* 33. *nu.* 73. *Lambert. de iurep. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 2. *ar.* 8. *Couarr. var. resol. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 10. & fuit resolutum in *Salernitana iurisp.* 7. *Februarij. & 9. Iunij.* 1586. *coram Robusteria. in d. Aretina Cappellania.* 1. *Iunij.* 1584. *corā Bubalo. in Rauennaten. iurispat.* 28. *Iunij.* 1589. *coram Penia. & in Bracharen. parochialis.* 18. *Febr.* 1591. *coram Card. Mantica.*

7 Item in iurepatronatus relicto familiæ, quamuis primus fundator possit sequentibus præiudicare, tamen qui non est primus fundator non potest præiudicare successoribus mutādo, vel alterando iuspatronatus. *Paris. cons.* 48. *n.* 7. *lib.* 4. *Ferrett. cons.* 134 *n.* 12. *Molin. de primogen. Hispan. lib.* 1. *c.* 24. *num.* 31. & fuit dictum in *Pāpilonen. Vicariæ de Attan.* 28. *Maij* 1563. *coram Rubeo. & 12. Maij.* 1595. *coram Penia. & in d. Aretina Cappellania.*

8 Item nec concordia facta super tali iurepatronatus familiare præiudicat successoribus. *Abb. in c. auditis. n.* 21. *de præscript. Paris. cons.* 65. *n.* 45 *& 47. & cons.* 85. *num.* 15. *lib.* 3. & fuit dictum in *d. Pampilonen. Vicaria*. & iuspatronatus relictum Iulio, & Francisco, & eorundem successoribus, an transeat tantum ad successores sanguinis, vel ad extraneos vide in *Foroliuien. iurispat.* 1599. 7. *Iunij. coram Card. Lancellotto.*

9 Insuper sciendum est iuspatronatus relictum familiæ competere omnibus de eadem familia, non solum effectiue, sed etiam contentiue. *l. pronūciatio. l. familiæ. ff. de verb. sig. l. vlt. C. eod. Bart. in l.* 1. *n.* 4. *C. de conduct. & proc. pr. ed. fisc. lib.* 11. *Alexan. in l. ex facto. § si quis rogatus. n.* 55. *ff. ad tre-*

trebell. Ancharan. *cons.*27.*nu.*6.*Dec. cons.*32.*n.*1. *im.iun.cons.*482.*n.*46. *lib.*5.*Card. Mant.de con. vlt.vol. lib.*8.*tit.*12.*Peregrin.de fideicomm.ar.*22. *num.*26.*Lambert. vbi sup.lib.*1.*p.*2.*q.*2.*art.*8.*n.*3. & 8. & fuit dictum in *Placentina* Capellaniæ.15.Nouembr. 1593. & 10. Ianuar. 1594. *coram Penia*: & *in Pientina Cappellaniæ*. 30. *Maij*.1597.*coram* Litta. *in Papien. iurisp.*19. *Febru.*1601. *coram Card.*Lancellotto.& *in Pientina iurispat.*11.*Iunij*.1602. *coram* Litta & *in eadem coram eod.*19.*Febr.*1601.

10 Quòd procedit,qn̄ vocātur illi de familia simpliciter, secus si illi de familia ipsius testatoris, quia tunc propter illud pronomen possessiuū intelligitur de familia effectiuè, & sic de descendentibus ab ipso testatore,vel saltem ab eodem stipite, & colonello, à quo ipse testator descendit. *Salicet. inter cons.* Ancharan.*cons.*43. *nu.*6.Bald.*cons.*32.*lib.*1. *Ruin.consil.*153.*nu.*10.*lib.*2. *Paris.cons.*51.*nu.*4. *cum seq. lib.*3. Roland.*cons.*30.*n.*35. *lib.*3. & vide in d. *Pientina Capellaniæ coram Litta.* 30. *Maij*.1597. & in d. *Papien. coram Card.* Lancellotto. quamuis teneat contra *Cardin. Mant. vbi sup.* & *Pereg. vbi sup.*

11 Declarātur prædicta etiam, quando plures sunt familiæ sub eodem nomine, vel diuersæ, tunc intelligitur de familia propria testatoris, de qua ipse est. *Cyn. in l. quoties. in fine.C.de fideicomm.Alex.cons.*213. *nu.*1. & 2.*lib.*6. & *cons.*91.*nu.*5.*lib.*7.*Roland.cons.*40.*nu.*25.*lib.*3. *Card. Mant.d.tit.*12. *nu.*1. & fuit dictum in *Recanaten. iurisp.* 20.*Octob.*1552. *coram Oradino*.& in d. *Papien.coram Card.* Lancell.

12 Item iuspat. relictum parentibus debetur omnibus de familia, quia appellatione parentum in materia perpetua venit familia. *Aret. in l.cū quidam. §.quod dicitur.nu.* 3.*vers.sed quæritur.de verb.parentes. ff. de acq. hæred.* latè Tiraquell.*de retract.lign. §.*1.*gloss.*8.*nu.*1.& 2. & in terminis iurispat. fuit dictum in *Regien.iurisp.* 16.*Nouemb.*1601.*coram* Penia.

13 Item iuspatr. relictum prosapiæ, seu progeniei debetur omnibus de familia, quia huiusmodi verba comprændunt omnes de familia. *gloss. in l. si quis ex corpore.in verbo,prosapiā.C.de muri leg. etc. lib.*11.*Franc. in c.si pater.n.*110.*de testam.lib.*6.*Berous cons.*6.*nu.*10.*lib.*2. & fuit dictū in terminis iurispatr. in *Placentina Cappellaniæ*.15.*Nouemb.*1593.& 10. Ianuar.1594.*coram Penia*.

14 Insuper iuspatr. relictum familiæ debetur gradatim, & ordine successiuo, & iuxta gradus prærogatiuam, & ita proximiori in gradu. secundū *l.cum ita.§.in fideicommisso.ff.de leg.*2. & *l.peto.§.fratre.ff.eod.Corn.cons.*26.*nu.*3.*lib.*4. *Card. Mant.d.tit.*12. *nu.*3. & *Peregrin. vbi sup.art.*19.*nu.*22. & *art.*22. *nu.*26. *Calderin. cons.*19.*de iurep. Lambert. vbi sup.lib.*1. *p.*2.*q.*2.*art.*6.*num.*1. *Couarru. pract. quæst.c.*38.*in fine*. & fuit resolutum in d. *Pientina Cappellaniæ*. 3.*Maij*. 1597. *coram Litta*. & in alia *Pientina iurisp. coram eodē* 11.*Iunij*.1602. & in d. *Papien. coram Card. Lancell.*

15 Idq. est verum, quando relinquitur iuspatr. familiæ simpliciter, secus quando aliqui in patronos sunt eligendi ex familia, puta tres seniores, nam tunc cum nō detur prærogatiua gradus, non attēditur proximitas, sed eligi debent seniores, etiam quòd sint remotiores. iuxta text. *in l. vnum ex familia*. §. *si de falcidia. vers. neque si eum forte*. & ibi *gloss. in uerbo, uni*. & *Doct. ff.de leg.*2. *Ruin.cons.*101. *nu.*14. & *cons.*127.*nu.*13.*lib.*2. *Molin.ubi sup.lib.*1.*c.*4.*nu.*4. & 5. & fuit dictum in d. *Papien. iurispatronatus*. 19. *Februarij*. 1601. *coram Cardinali Lancellotto*.

16 Item iuspatr. relictum familiæ regulariter non transit ad omnes de familia, nisi per descendentiam à testatore, vel alio legitimo titulo ad illos peruenisse doceatur. *Lambert.*

vbi

ubi sup.lib.2.par.2.quæst.10.art.4.nu.11.Couar.uar.resol.lib.2.c.18.nu.7. & fuit dictum in *Parmen. prioratus. 12.Ianuar.1596.coram Card. Mant.*

17 & tunc probatur descendentia ex identitate familiæ, vbi cócurrit quasi possessio præsentantium suorum antecessorum. *Lambert. ibidem.* & fuit dictum in *Salernitana rectoriæ 22. Martij.1591. coram Card. Pamphilio.* & *Iacen. pensionis 19.Decemb. 1591. coram eodem.* licèt quando agitur de probanda parentela restricta ad certum gradum, sit probanda descendentia per gradus distinctos. *c. licet. ex quadam* vbi Doct. & *Abb. num.12. de testib. Ancharan. cons.52.num.7.* & in terminis iurisp. fuit resolutum in *Sutrina beneficij.18. Decemb.1587.coram Card. Pamphil.* & *13. Martij.1588. coram Cardin. Platto.* & in *Placentina Cappellaniæ. 15. Nouembr. 1593.* & *10. Ianuar. 1594. coram Penia.* & in *Alexandrina Decanatus. 17. Martij.1600. coram Card. Lancellotto.*

Attamen quando non est restricta ad certum gradum, sed agitur de probanda parentela in genere, sufficit probatio generica, & sic se esse de parentela, quamuis nullus gradus distinctè probetur. *Fulgos. cons.189.nu.1.Pacian.de probat.lib.2. c.52.num.35. Peregrin. vbi sup. art. 83.nu.65.* & fuit resolutum in terminis iurispat. in d. *Placent. Cappellaniæ coram Penia.* & in *Burgen. Cappellaniæ 13. Martij. 1595. coram Card. Blanchetto.* & in *Valentina beneficij. 6. Martij.1598.coram Card.Pamphil.* & in d. *Alexandrina coram Cardin. Lancell.*

18 Et est notandum, quòd in iurep. competente familiæ, seu collegio vti vniuersis, præsentatio fit per capita, non per stirpes. *Alex. de Neuo cons. 63.nu.1. & 3. Lambert. vbi sup. lib.1. par.2.q.1.art.25.num.17. & art.28. nu. 5.* & fuit resolutum in *Taurinen. iuspat. 16. Nouembris. 1602. coram Penia. & Burgen. Abbatiæ. 16. Iunij. 1589. coram eodem.* & in *Florentina iurisp.10. Martij.1603. coram Card. Lancell.* idemq. procedit in iurep. relicto parentibus, quia, vt supra dictum est, appellatione parentum in

19 materia perpetua venit familia. & ideò succeditur p capita. sicut in iurep. relicto familiæ. vt fuit dictum in *Regien. iurisp. 16. Nouemb. 1601. coram Penia.* & idem est, si iuspatr. competat pluribus collegijs, vel familijs quando simul conueniunt ad præsentandum tamquam vnum corpus. *Abb. in c. scriptum. nu.6. de elect. & in c. pastoralis. in fine princ.* & ibi *Felin.nu.9. de rescript.* & fuit dictum in *Taurinen. iurisp. 11. Ianuar. & 1. April. 1585. coram Card.Pamphil.* & in d. *Burgen. Abbatiæ. coram Penia.*

20 Secus verò si simul conueniant vt diuersa corpora, vt dicunt Doct. prædd. nam tunc habet locum *clem. plures. de iurep.* & maior pars vnius collegij, seu familiæ facit vnam vocem, at aliam vocem maior pars alterius collegij, seu familiæ. *Abb. in c. scriptum. de elect. nu.6. & in d. c. pastoralis. Cardin. in d. clem. plures. §. in quib. quæst.3. Lambert. vbi sup. lib.1. par.2. quæst.1. art.25. nu.17.* & fuit dictum in d. *Taurinen. iurispat. coram Card. Pamphilio.*

21 An autem conueniant simul vt vnum corpus, vel vt diuersa corpora, colligitur ex circumstantijs facti, ex modo dandi vocem. vt per *Abb. in d. c. scriptum. nu.6. & in d. c. pastoralis.* & fuit dictum in d. *Taurinen. iurisp.* & in d. *Burgen. Abbatiæ.* vnde si non separatim, sed simul in vnum datæ sunt voces, tunc dici non potest, quòd conueniunt nisi tamquã vnum corpus. *Abb. in d. c. scriptum. nu.6. & Fel. in d. c. pastoralis. nu. 9.*

22 Item colligitur ex modo conueniendi, quia quando iuspat. spectat ad plures vt vniuersos, requiritur simultaneus, & collegialis consensus. tradunt omnes in *c. cum omnes. de constit. Ripa in cap. cum ecclesia Sutrina. nu.13. de caus. poss. & propriet. Bart. in*

in l.omnes populi. quæst.2.princ. ff.de iust. & iur. & in terminis iurispatr. *Io.Andr.in c.3.col.1. de iurep.* & fuit dictum in dd. *Taurinen. & Burgen.*

23 secus si iuspatr. pertineat ad plures vti singulos, quia tunc vnusquisque potest separatim, & de per se præsentare. *Io. And. in d.c.3.* de communi *Abb. in cons.76.par.2. Dec. in d.c.cum omnes.num.9. & ibi Berous. num.* 88.

24 Et in præsentatione iurispat. spectantis ad familiam habenda est ratio puerorum, & mulierum innuptarum in computatione votorũ, quia ad ipsos etiam pertinet iuspat. *Rocch. de Cur. de iurepat.verbo, competens q.1.nu.1. & 2.*

25 Et si consuetudo sit in contrariũ est plenè probanda, nedum quòd tales non præsentauerint, sed quòd fuerint prohibiti præsentare, & alij priuatiuè quoad ipsos præsentauerint. vt fuit dictum in *Burgen. Abbatia.*23.*Ianuar.*1598.*coram Penia.* & in *Florent. iurispat.*11.*Febr.*1604. *coram Card. Lancell.*

26 Iuspatronatus autem hæreditariũ transit ad quoscumque hæredes etiã extraneos. secundum *gloss. in c.considerandum.*16.*q.*6. *& in clem.vlt. de iurepat.* & dixi sup. hoc libro cap.1.

27 & 2. & transit cum vniuersitate bonorum. *cap. ex litteris.de iurepat.Puteus decis.*351.*nu.*1.*p.*2.

28 Verumtamen potest induci inter homines existentes de aliqua familia, vt quod erat hæreditarium fieret familiare, & ad illas de familia dumtaxar, non autem ad extraneos per-

29 tineret; idq. potest effici per obseruantiam subsecutam, quæ legem declarat, & ambiguam dispositionem. *l.minime.ff.de legib.Crauet. cons.*101. *nu.*3.*Honded.latè cons.*60.*nu.*11.*lib.*

30 2. & dicta obseruantia dicitur regina omnium interpretationum. *Surd. cons.*362.*nu.*10.*lib.*3. accedit, quòd

31 consuetudo sustinet actum præsentationis etiam contra formam fundationis. *Berous cons.*5.*nu.*20.*lib.*1. si non resistit voluntati testatoris, & non sit contra bonos mores, & contra ecclesiam, sed quando iuspatr.

32 hæreditarium sit familiare, huiusmodi consuetudo, & obseruantia est multum vtilis ecclesiæ, cum restringat numerum patronorum, & quia facilius potest effici liberum benefi-

33 cium quando iuspat. est familiare, quod perit extincta familia, quam quando est iuspat. hæreditarium, quòd est transitorium ad quoscumque hæredes. *Achill. de Grass. decis.* 10. *nu.*3. *de iurepat.* vbi neque tunc Episcopi consensus inter compatro-

34 nus requiritur, & per hoc euitantur lites, & discordiæ. *Marius Antonin. var.resol.lib.*1.*resol.*87.*nu.*17. & ap-

35 pellatione familiæ veniunt illi, qui sunt de dicta familia naturaliter, & propriè accipiendo, non ciuiliter, & impropriè, & fictè. secundum *Bart. cons.*67.*nu.*12. & sic veniunt omnes de familia deferentes eadem insignia, & arma. *Bart. in l.tutelas. nu.* 4.*ff. de capit. diminut. Mar. Anton. vbi sup. resolut.*82. *num.*9. vbi refert *decisionem Rotæ in vna Papien. iurispatronatus Collegij Ghislerij.* 19. *Februarij.* 1601. *coram Card. Lancell.* qua fuit resolutum, quod veniunt omnes de familia etiamsi non sint de stipite ipsius disponentis. & ibidẽ refert aliam *Rotæ decisionem in vna Pientin.iurispatronat.*10.*Iunij.*1602. *coram D. Litta. vbi in vers. nec obstat,* loquendo in materia iurispatronatus, ait, quòd quando iuspat. est

36 relictum familiæ, omnes de dicta familia censentur vocati etiamsi sint de diuersis columnellis, & quod inter eos aliqui gaudeant maiore nobilitate virtutis, & fortunæ, vt sæpe accidit, & experientia docet, dummodo sint de eadem familia, quia omnes censentur vocati. *Lambert.de iurepat. lib.*1.*par.*2.*quæst.*2.*princ.art.* 9.*nu.*12. *Gabriel cons.*132.*num.*159. *lib.* 1.

37 Sed non omnes de familia simul & semel habent ius præsentandi, sed ille

ille dumtaxat de familia, qui pro tēpore erit proximior testatori iuxta textum in *l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2.* cuius dispositionem in iurepatronatus habere locum, voluit *Bald. cons. 1. nu. 8. lib. 3. Gabriel cons. 196. nu. 3. & 4. lib. 2.* & sentire videntur *Calderin. cons. 19. de iurep. & Couarru. pract. quaest. cap. 38. num. fin. vers. alioquin. Franc. Marc. dec. 1135. nu. 4. p. 1.* & bene faciunt adducta per *Iserniā in tit. de his, qui feud. dar. poss. nu. 23. circa medium. vers. item non vocantur omnes.* & per *Curt. de feud. p. 5. tit. 10. quib. cau. feud. ammitt. nu. 5.* & per *Capic. in sua inuestitura feudi in rub. feud. succ. §. faminae ampliat. 13. & limit. 8.* cum va-
38 leat argumentum de feudo ad iuspatronatus quoad modum succedēdi, vt post *Cardin. in clem. plures. col. fin. de iurepatr.* tenent *Lambert. vbi sup. lib. 1. par. 1. quaest. 3. princ. art. 8. & Decian. cons. 32. num. 12. lib. 1.* & in praxi videmus, quando iuspatronatus pertinet ad omnes de familia, non omnes de familia praesentant, sed aliquando senior de familia solus, interdum tres seniores de familia, quia ita facilius, & breuius prouidetur ecclesiae de rectore.

39 Ergo ad hoc vt ex obseruantia subsecuta iuspatronatus familiare fiat, satis erit, si per duas continuatas praesentationes cum inde secuta institutione, & subsecuta instituti pacifica possessione appareat, & constet illos de familia dumtaxat praesentasse, cum ex bino actu, & geminato
40 continuato inducatur solitum, & consuetudo, prout tradunt relati per *Redoan. in tract. de reb. eccles. non alienand. quaest. 5. cap. 6. num. 20. Rota dec. 160. num. 5. & 6. par. 2. diuers.*
41 in simili enim dicitur res solita concedi in emphyteusim, ita vt possit iterum absque solemnitate aliqua concedi, quando reperiuntur duae concessiones factae cum debitis solemnitatibus à iure requisitis cum cursu quadraginta annorum. & hāc esse communem opinionem testatur *Quaranta in Summa Bullarij. verbo. alienatio rerum ecclesia. num. 4. vers. notandum tamen est.* vbi allegat *Clarum receptar. sentent. §. feudū. quaest. 13.* vide *Riccium in praxi rer. for. ecclesiast. dec. 27. & Dec. cons. 142. nu. 4. & in authent. qui rem, num. 20. C. de sacros. eccles.* & *Capicc. in inuestit. feud. in verbo, feudum dant. vers. praelati ecclesiarum, fol. 142. ad 148.*

42 Illudq. solitum, & obseruantia praedicta non debet mutari, *d. l. minime*, & quomodo sit procedendum in tali iurepat. declarat *Crau. cons. 101. nu. 5. & Mar. Antonin. vbi sup.*
43 *resolut. 87. nu. 13.* praesertim quia attendi debet vltimus status, *Benintend. dec. 29. nu. 11. Lambert. vbi sup. de iurepatr. lib. 3. quaest. 7. art. 7. nu. 7. Mar. Antonin. vbi supr. resolut. 55. num. 6.*

Neque obstat, quòd *Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 9.* requirat multiplicatas praesentationes, & tempus immemorabile. Quia illud pro-
44 cedit, quando dubitatio est de ipso iurepatronatus, illiusq. existentia contra ecclesiam, & ecclesiae libertatem, secus vero quando constat de iurepat. eiusq. existentia, & agitur tantum & controuertitur causa inter compatronos, quo casu non est mutata dispositio iuris communis. *Borgnin. Caualcan. decis. 11. nu. 79. & 84. parte 2.*

45 Neque obstat, si adesset aliquod testamentum, siue dotatio, aut fundatio in contrarium, quia Respondetur, quòd stante supradicto solito, & obseruātia, non debet attendi praedictum testamentum, dotatio, aut fundatio, cum inter compatronos etiam sine Episcopi auctoritate valeat dispositio, & alteratio circa iuspatronatus, dummodo non respiciat substantiam actus, & iurispatronatus, vt est quando inter compatronus constituitur pactum de alternis vicibus praesentando. *clem. plures. vbi Doct. de iurepat. Lambertin.*

vbi

vbi sup. lib.1.par.2. quæst.2. art.36.
46 *nu. 6.* & 13. similiter possunt comparroni admittere alium non patronum ad præsenrandum, qui eo casu acquirit ius præsentandi. *Calderin. cons.19. de iurepatr.* & quòd iuspatr.
47 hæreditarium fiat familiare non minuit honorem Dei, neque obstat animarum saluti, sed respicit dumtaxat interesse compatronorum. *Mar. Antonin. vbi sup. resolut.*87. *nu.* 9. neque possunt hæredes impu-
48 gnare factum defuncti, idest, non possunt venire contra præsentationes factas ab eorum auctoribus tamquam de familia, seu à seniore de familia, sed factum illud ratum, & firmum habere debent. *Crauetta* alios referens *cons.*125.*nu.*2.3. & 6. *Simō de Prætis de interpret. vltim, volunt, lib.1.solut.*5.*nu.*43.
49 Et quòd successores, & hæredes teneantur stare declarationi illius, cuius sunt hæredes, latè *Decian.cōs.* 6.*nu.*115.*lib.*1. & in terminis iurispatronatus tradit R*imin. iun. consil.* 728.*nu.*22.*lib.*6. *Borgnin. Caualcan. decis.*18. *nu.*9. & 17.*par.*1. & *decis.* 17.*nu.*21.*par.*2.
50 Accedit, quòd quando præsentauerunt illi de familia dumtaxat, & præsentatio ex secuta institutione habuit effectum, spoliatunt, & habuerunt animum spoliandi quoscūque hæredes extraneos non existētes de ipsa familia, quo casu tales hæredes remanent priuati dicto iurepatronatus, quòd remaner penes illos de familia. faciunt dicta per *Lambertin. vbi sup.lib.2.p.1.quæst.3. princ. art.16.nu.16.* tradit *Rocch. de Curte de iurep.in verbo, competens.nu,* 42. *Mar. Antonin. vbi sup. resolut.* 108. *nu.*35. & coadiuuantur supra-
51 dicta, quando vna cum præsentationibus factis ab illis de familia transierunt saltem quadraginta anni, qui sufficiunt ad legitimam præscriptionem iurium incorporalium, & iurispatronatus, *Io.And.in cap.quod alicui.de reg.iur.lib.6.Alex.cons.*75.*nu.* 5.*lib.*4.*Balbus de præscriptionib. p.* 5. *§.*9.*nu.*4.*Rol. à Valle cons.*47.*nu.*44. *lib.* 1. & in terminis iurispatronatus *Mar.Antonin, vbi sup. lib.*1.*resolut.* 55. *nu.*13. & *resolut.*108.*nu.*28. & *resolut.* 109. & *Rota decis.* 229. *par.* 1. *diuers.* & ita in facti contingentia fuit decisum, & iudicatum per Capitulum Primatialis ecclesiæ Pisanæ ex voto Ill. & adm. Reuerendorum Dominorū Adriani Abramij, & Tiburtij Mealdi Canonicorum dictæ ecclesiæ, & Iuris vtriusque Doctorum petitissimorum, existentibus pro hac parte Aduocatis Excellentiss. Dominis Vincētio Mazzolio d. ecclesiæ Decano, & Cypriano Pagnio Iuris vtriusque Doctoribus præclatissimis, & eruditissimis,
52 ita, inquam, fuit decisum in causa Altaris, seu Cappellaniæ S. Mariæ Gratiatum existentis in d. ecclesia Pisana, videlicet, iuspatronatus dictæ Cappellaniæ pertinere, & spectare ad Illustrem D. Ioannem de Vecchiano Nobilem Pisanum vti seniorem dictæ familiæ de Vecchiano, & consequenter D. Hieronymum de Vecchiano Clericum Pisanum, & Nepotem d. D. Ioannis præsentatū à d. D. Ioanne fuisse instituendum, cum per duas vices, & duas præsentationes, quæ plenum habuerunt effectum, senior ex dicta familia dumtaxat præsentauerit, videlicet in vltima vacatione vti senior præsentauit Reuerendiss. D. Hieronymus de Vecchiano Episcopus Vulturatiens. quamuis antiquitus omnes hæredes præsentauerint, & quæ sententia Capituli fuit confirmata à D. Vicario Genetali Illustriss. & Reuerēdiss. D. Archiepiscopi Florentini Iudice delegato à S. Sede Apostolica, & transitum fecit in rem iudicatam, & d. D. Hieronymus fuit institutus, & in pacifica possessione permansit, & deinde de anno 1625. per obitum d. D. Hieronymi ad d. Cappellaniā vacantem D. Petrus de Vecchiano d. quondam D. Ioannis filius vti senior

nior de d. familia præsentauit Rectorem, qui fuit institutus, & est in pacifica possessione.

53 Et denique hic est notandum; quòd si præsentatio sit facienda per seniores de familia, quia familiæ dũtaxat fuit reseruatum iuspatronatus, & taxatiuè, tunc extincta familia extinguitur iuspatronatus, alias si

54 non sit reseruatum familiæ cum dicta taxatiua transit ad hæredes etiã extraneos. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 645. *nu.* 10. vbi adducit Rotæ Romanæ decisiones.

55 Insuper si senior de familia decedat, non transit iuspatronatus ad eius descendentes, sed reuertitur ad alium de dicta familia seniorem eo tempore, & sic successiuè de seniore in seniorem transit. *Steph. Gratian. vbi sup. cap.* 218. *nu.* 83.

Quod iuspatronatus dicitur ius ordinarium, ex quo habet particularẽ titulum clausum in corpore iuris. *Card. Seraph. decis.* 378. *num.* 11. & quòd iuspatr. quod non est hæreditarium transit etiam sine hæreditate in extraneos, ex voluntate disponentis, ad quem pertinet. *vt per Cardin. Seraph. d. dec.* 378. *nu.* 4.

Et placet referre sequentes decis. quarum prima est in causa *Papien. iurispat. Collegij Ghislerij.* 19. *Febr.* 1601. *coram Card. Lancellotto.* huius tenoris.

Fœl. rec. Pius V. in erectione Collegij Ghislerij, inter alia circa admissionem scholarium ita ordinauerat.

Scholares sint ad nominationem, seu electionem pro tempore existentium trium seniorum de familia nostra Ghisleriorum oppidi Boschi Therdonen, Diœcesis vnde nos originem traximus.

Cum autẽ D. Pius Antonij filius, ad excludendos filios Paganini, videlicet DD. Sebastianum, Antoniũ, & Michaelem, necnon D. Pium eorũdem ex Philippo fratre nepotem, probasset per gradus distinctos, se esse de eadem familia Ghisleriorum, à qua ortum habuerat Pius V. dicti verò Sebastianus, & alij huiusmodi, descendentiam per gradus ad effectum, de quo agitur, necessariam minimè esse prætendentes, ostendissent in actu sufficienter, ipsos esse de familia Ghisleriorum Oppidi Boschi, fuit apud me dubitatum.

An' Domini Sebastianus, Antonius, & alii supradicti essent de primo loco vocatis. Cuius dubij resolutio pendebat ab ea inspectione, An' Pius V. vocando familiam, intellexerit de suo proprio Collonello, vel de familia in genere.

Et, ea proposita, Domini resoluerunt, D. Sebastianum, & alios esse de primo loco vocatis, & hoc tàm ex verbis, quàm ex verisimili mente Papæ.

Ex verbis; quia, cum vocauerit tres de familia, compræhenduntur omnes de familia. *l. pronunciatio.* §. *familiæ. ff. de verbor. signification. l. fi. C. eod. tit. Gabr. cons.* 132. *nu.* 59. *lib.* 1. *Illustriss. Card. Mantica. de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 12. & fuit resolutum in causa *Placentina. Capellaniæ* 18. *Nouembris* 1593. *coram R. P. D. meo Penia, & in vna Pientina. Cappellaniæ.* 30. *Maij* 1597. *coram R. P. D. meo Litta.*

Quòd ex lectura tàm primæ, quã secundæ Bullæ colligitur manifestè, cum Papa nõ se restrinxerit ad illos de suo Colonello, itaut voluerit distinguere familiam à familia, sed tãtum distinxit familias respectu loci, vt primo, scilicet, admitterentur illi de oppido Boschi, in secundo verò gradu nati extra oppidum; voluit enim oppidũ suæ natiuitatis ad illustrandum ibi natos alijs præferre, non tamen inter eos aliquam differentiã constituere.

Neque aliquid suadent ponderationes in contrarium factæ. Non prima de pronomine, nostra, adiecto familiæ, quia eadem dictione vsus fuit, nedum respectu vocatorum primo loco, sed etiam respectu vocatorum

rum secum de loco, & in genere respectu totius familiæ Ghisleriorum, nam loquendo de Ghislerijs extra oppidum Boschi natis, & sic de ijs, qui non erant de suo Colonello eos, pluries appellat de familia, cum eodē pronomine, nostra.

Nec secunda de alijs verbis, vnde nos originem traximus, quasi de ea tantum familia intellexerit, à qua ipse ortum, habuit quia adurbium illud, vnde, refertur ad oppidum vndè ortum habuerat Papa, tamquā ad proxima, non autem ad familiam, Quòd colligitur etiam ex alia vocatione eorum, qui extra oppidum nati essent.

Secunda est in causa *Pientin. iurispat.* 10. *Iunij.* 1602. *coram Litta. vt infra.*

Fuit resolutum, iuspatronatus, de quo agitur, spectare quidem generaliter ad familiam de Martijs de Senis, & consequenter ad omnes col litigantes, cum omnibus æque conueniant, verba fundatoris, ad text. in *l. bos accusare. §. omnib. ff. de accusat. e. indemnitatibus. §. penult. de elect. lib. 6. cum alijs. per Soc. iun. cons.* 186. *numero* 3. *lib.* 2.

Nam, quòd dictus Federicus, & alij qui litem hanc sustinent contra D. Anibalem, sint de familia de Martijs de Senis, vtātur eisdem insignijs, & pro talibus fuerint etiam habiti à testatore, negari non potest, & clarissimè ex actis conuincitur.

Nec obstat, quòd nō fuerint æquales, cum eorum maiores, vt prætenditur per D. Annibalem, viles artes exercuerunt; Quia non est nouu̅, quòd in eadem agnatione inter diuersos Colonellos aliqui gaudeant maiori nobilitate virtutis, & fortunæ, vt quotidie nos experientia docet. Vltra quòd satis est, illos esse de eadem familia, vt iam resolutū fuit; Nam cum hoc iuspatronatus sit relictum d. familiæ, vtique omnes de illa familia censentur vocati, ad *tex. in l. cum ita. §. in fideicommisso. & in l. peto. §. fratre. ff. de leg.* 2. *bene Lamber. de iurep. lib.* 1. *par.* 2. *art.* 9. 2. *quæst. prin. num.* 12. *versic. & hanc conclusionem. fol.* 135. *Gabr. cons.* 132. *nu.* 59. *lib.* 1. & fuit sæpè tentum signanter in *Placentin. Capellan.* 13. *Nouembris* 1593. *coram* R. P. D. *P. Penia.*

Sed non ad omnes simul, & semel spectare ius præsentandi, sed ad eum dūtaxat de familia, qui pro tempore erit proximior testatori, iuxta *tex. in in d. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de legat.* 2. cuius dispositionem in iurepatronatus habere locum, voluit *Rol. cons.* 1. *num.* 8. *lib.* 3. *Gabr. consil.* 196. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. & sentire videntur *Cald. cons.* 19. *de iurep. & Co. uarr. pract. quæst. c.* 38. *num. fin. versic. alioquin. Franc. Marc. decis. Delphin.* 1135. *nu.* 4. *par.* 1. & alij hic allegati per informantes, & per hoc in causa benè faciunt deducta per *Isern. in tit. de his qui feud. da. poss. nu.* 23. *circa med. vers. Itē non vocantur omnes. per Curt. de feud. in* 5. *parte. titul. ex quibus cou. feud. ammit. num.* 5. *vt per Capic. in sua inuestitura feud. in rubr. feud. succ. §. feminæ in* 13. *ampl. & in* 8. *lim.* cum valeat argumentum de feudo ad iuspatronatus quoad modum succedendi. vt post *Card. in Clemen. plures. col. final. de iurepat. tenēt. Lambert. lib.* 1. *ar.* 8. *q.* 3. *prin.* 1. *par. & Decian. cons.* 32. *n.* 12. *lib.* 1.

Non obstat quòd Bald. & alij supracitati loquantur in iurepatronatus hæreditario, quòd casui nostro applicari non posse, videtur, stante quòd solus Annibal Martius fuit hæres institutus, & iuspatronatus est relictum Dominis de familia de Martijs Senen. & non ipsi Domino Annibali.

Quia respondetur, quòd licèt absolutè hæreditarium dici non possit, cum, attenta mente fundatoris, habeat perdurare in familia de Martijs de Senis, &, ea extincta, habeat peruenire ad illos de Bellanribus, &, illis deficientibus, ad illos de Verdellis, attamen ad instar iuris fideicommis-

si respectu vocatorum ad effectum præfatum iudicari debere, censuerũt Domini, per *text. in l. cum ita. §. in fideicommissò. ff. de leg.* 2. cũm alijs, de quibus supra. Et quia negari non potest, quin respctu præfatorum considerari etiam possit ordo charitatis, & maioris affectionis, quã vnusquisque testator habere gradatim præsumitur erga plures vocatos sibi æqualiter non coniunctos, vt considerat *Corn. cons. 26. n. 3. lib. 4.*

Cum tamen mihi nõ mediocrem difficultatẽ in hac causa faciat; Tum conclusio illa, quòd vbi plures sub nomine collectiuo vocantur, illi omnes pro vna reputantur, & consequẽter coæquale ius habere debent, quã in terminis iuspatronat. firmat *Dec. cons.* 122. quem refert, & sequitur *Lambert. de iurepatr. par. 2. 28. art. 1. quæst. princ. Tum denique decisio facta in illa Regien. iuspatronatus de Zacchis.* 26. *Nouẽb. anni proximi præteriti coram* R. P. D. *Pena*, quæ huic de directo aduersari videtur, ideò libenter iterum partes super hac eadẽ difficultate audirem.

56 Est etiam sciendum, quòd laicus fundans de proprijs bonis iuspatr. potest in limine fundationis reseruare iuspat. ecclesiæ, & monasterio, ea conditione, vt in perpetuum ad ecclesiam spectet tamquam laicale. ita fuit resolutum in

Romana Iurispatronatus. 31. *Maij.* 1613. *coram Cardinali Sacrato.* vt infra.

Ex ordine Sanctissimi per Reuerendissimum D. Datarium mihi trãsmisso, dubitaui in Rota, an' laicus fundans de proprijs bonis iuspatr. possit in fundatione reseruare iuspat. ecclesiæ, & monasterio ea conditione, vt in perpetuum ad ecclesiam spectet tamquam laicale, & pro affirmatiua fuit tentum, quia vt colligitur ex latiss. cumulatis per *Lambert. in suo tract. de iurepat. lib. 1. p. 1. quæst. 9. art. 1.* potest patronus apponere in fundatione quascunque conditiones etiamsi sint contra illud, quòd ius regulariter disponit in materia iurispat. seu beneficiorũ, vt per plura exempla docet *Lambert. ibidẽ. nu. 52. & seqq.* dummodo tamen cõditiones non sint natura impossibiles, seu turpes, vel contra substantiã iurispar. & beneficiorum, aut aliàs à iure improbatæ, quia Sacri Canones adeò fauent pijs ecclesiarum fundatoribus, vt si quando de nouo disponunt, soleant præseruare contrarias fundatorum ordinationes, vt in *clem. quia contingit. §. vt autem. de relig. dom. & in c. Eleuterius* §. *& igitur.* 18. *q.* 2. *Sacrum Trid. Conc. sess.* 25. *cap. 9. de reform.* & alibi. quæ iuris indulgentia ex eo processisse videtur, ne scilicet laici retrahantur à fundatione ecclesiarum; qua ratione, & ipsummet iuspar. maximè laicale conceditur, quòd est contra iuris regulas. *Anchar. cons.* 113. *nu.* 2. *Gemin. cons.* 45. & 50. *in princ.* tum quia per illud aufertur libera collatio Ordinarij contra notata in *c. si quis Episcoporum.* 16. *q.* 5. *et cap. omnes basilicæ.* 16. *q.* 7. tum quia datur occasio laicis immiscendi se rebus spiritualibus, quarũ de iure sunt incapaces. *c. decernimus. de iudic. Calder. cons. 1. nu. 1. de præb. Roman. cons.* 299. *nu.* 9. *vers. laicis.* præcipuæ fœminæ. *Innoc. in c. cum nostris. nu. 1. de conc. præb. Lambert. d. tract. lib. 1. p. 1. q. 7. art. 2. nu. 21. et seqq.* quæ tamen succedunt in iurepar. *Abb. in c. 1. n. 3. de iurepat. Card. in clem. 2. n. 2. eod. tit.* tum etiam, quia talia iura spiritualia transmittuntur ad hæredes contra *not. in c. 1. ubi Abb. nu. 4. de præb. Rocch. de iurepat. uerbo, ipse, uel is. q. 5. nu.* 17. & non solum in materia iurispatr. sed & in alijs ius dispensat cum exercentibus liberalitatem erga ecclesia, vnde potest laicus donare prædium ecclesiæ, ea cõditione, vt soluat collectas laicis, licèt aliàs de iure non fuisset obligata soluere. *Ancharan. cons.* 217. *Felin. in c. ecclesia S. Mariæ. nu. 77. de const.*

const. Item potest legans velle, quòd ex legatis pijs à se factis detrahatur falcidia. *Socc.cons.*48.*nu.*4. *lib.* 1. licèt aliàs non fuisset de iure detrahenda. *auth. similiter.* C.*ad l.falcid.* item potest donare ecclesiæ emphyteusim ea conditione, vt non reguletur sicut bona ecclesiæ, vt fuit dictum in causa *Mediolanen bonorum* 15. *Decembr.* 1597. *coram bo. mem. Orano.* similiter potest retinere ecclesia feudum laicale, recognoscendo pro illo dominum laicum. *c. verum.vbi Aret.nu.*1. *Butr.nu.*5. Abb. *nu.* 12. *&* 13. *&* Imola *nu.* 2. *de foro compet.* & licet Doct. de quibus per *Lambert. loco sup. in princ. allegato,* dicant, quòd quando fundator apponit conditiones contra regulas iuris, debeat interuenire consensus Ordinarij, attamen dicunt etiam, quòd si conditiones non patiantur defectus impossibilitatis, & alios, de quibus supra in princ. quòd Ordinarius debet consentire. *Lambertin.* post alios dicto loco. *num.* 82. *&* 83. & meritò, quia consensus in hoc casu non dicitur requisitus pro libito voluntatis Ordinarij, sed tamquam Iudicis, vt scilicet possit videre, an' conditiones sint de improbatis à iure, & ideò si non sunt tales, ex necessitate tenetur illas approbare, cum sit loco iudicis. *auth. statuimus. vbi Bald. nu.*2.*de Episc. & cler.* Alex.*cons.* 11. *nu.* 8.*lib.*1.*Boer.dec.*326.*nu.*2.

Nec est necesse, quòd consensus Ordinarij præseruetur in fundatione, quia iuspatronat. de sui natura præfesert, tamquam suam causam efficientem, consensum Ordinarij, cum nulla species iurispatronatus possit fundari sine illius consensu. & proinde non est necesse exprimere illud, quòd ex sui natura tacitè, inest in specie. *Lambert.vt sup. art.*5.*quæst.* 2.*nu.*2.*p.*1.*lib.* 1.

Difficultas igitur consistit in eo, an' ista conditio, quòd ecclesia, seu monasterium teneat iuspat. tamquā laicale, dicatur impossibilis natura, vel turpis contra substantiā iurisp. & beneficiorū, vel sit à iure improbata.

Et quantum ad impossibilitatem naturæ, quæ videtur esse circa illud, quòd nullo modo fieri potest, prout exemplificant Doct. in eo, qui dicit, si cœlum digito tetigeris, non videtur, quòd ista sit talis, cum possit ecclesia non solum de facto tenere aliquid, quòd habeat naturam laicalē, saltem qnoad modum illud exercendi, sed immo etiam de iure, vt sup. in princ. per plura exempla demonstratum est, & infra demonstrabitur; & vt non sit impossibilitas naturæ, sufficit, quòd possit verificari de facto. *§. si impossibilis. cum ibi notat. Instit. de inutilib. stipulat.*

Nec videtur subsistere, quòd implicet contrarietatem esse ecclesiæ, & esse laicale, ex eo quòd, si est ecclesiæ, ergo est ecclesiasticum, vnde erit dicere, quòd hoc iuspat. sit ecclesiasticum, quæ contrarietas in eodem subiecto importat impossibilitatem naturæ. *l.* 3. *§. si ex contrario.ff.de acq.poss.l.debitori. C. de pact. Fulgos.cons.*99.*nu.*2.*Bald.in c.ex litteris.nu.*5. *de probat.* quia respondetur, importare contrarietatem, & inde impossibilitatem, quòd eodem respectu, quòd sit tale, & non tale, secus diuersis respectibus. *l. si duo. vbi* Bart.*nu.*4. *ff.vti possidet. Oldrad. cons.*252.*nu.*41. *Alex.cons.*99.*nu.*9. *lib.* 5. & proinde respectu dominij, siue pertinentiæ iurispat. erit ecclesiasticum, & nullo modo laicale, respectu verò modi exercendi erit laicale, & nullo modo ecclesiasticum. & licèt fundator non faciat hanc distinctionem, sed simpliciter dicat, quòd iuspat. licèt reseruatum ecclesiæ sit laicale, attamen illius verba sunt intelligenda secundum sanum intellectum, & eo modo, quo verificari possunt, vt benè ad propositū *Rota decis.*10.*nu.*3.*in fine. cum duob. seqq. de testament. in antiq.*

Quoad turpitudinem, quæ consistit in eo, quando læditur pietas, existimatio

stimatio, verecundia, & generaliter aliquid fit, quòd sit contra bonos mores. vt in *l. filius. ff. de cond. instit.* & latius per *Angel. in tract. de testam. gloss.* 104. non videtur, quòd adsit aliqua turpitudo, quòd ecclesia retineat aliquid habens naturam laicalem, saltem quoad modum exercendi, cum hoc concedatur in alijs casibus nempè bonorum collectis laicorum subiectorum, emphiteusis, & feudi laicalem naturam retinentis, vt supra demonstratum est.

Et quòd non sit turpe, vel indecorum personis ecclesiasticis exercere iuspatr. admodum laicalem, expresè colligitur ex *cap. cum dilectus.* ibi, *præfatus Archidiaconus tamquam laicus præsentasset. de iurepatr. vbi Abb. nu.4. et 5. et Butr. nu. 5. idem Abb. in c. cum vos. num. 4. de off. ord. Imola in c. dilectus. nu.8. de off. deleg. Felin. in c. ecclesia S. Mariæ. nu. 11. de const. et in tract. quan. lit. ap. noc. nu. 5. Rebuff. tract. nominat. q. 8. n. 22. Couarru. pract. quæst. c. 36. vers. distinguitur autem. in fine.* & admittunt passim scribentes in *c. dilectus filius. il terzo. de preb.* vbi Anchar. Card. Host. & alij, dum distinguunt, quādo iuspat. dicatur esse penes personam ecclesiasticam, tamquam laicale, vel tamquam ecclesiasticum. & signanter fuit dictum non continere aliquā turpitudinem illud, quòd fuit expressum in fundatione q. Flaminiæ Cæsiæ, cuius occasione fit ista disputatio, nempe, quòd suum iuspat. reseruatum RR. PP. Theatinis, tamquam laicale, minimè debet cadere sub regulis reseruatorijs, quasi quòd ipsa voluerit derogare potestati Summi Pontificis, quia fuit consideratum, ꝙ ista expressio non percutit potestatē Sūmi Pontificis, sed voluntatem, etenim beneficia iurisp. laicalis non desinunt esse sub reseruationibus Apostolicis, quia Papa non possit, sed quia non vult. *Lap. alleg. 96. nu. 3. Gemin. in c. 2. nu. 11. de preb. in 6. Felin. in d. tract. quan. lit. ap. noc. pat. in princ. et vers. solutio. Rota in causa Toletana dimidiæ annatæ* 17. *et* 27. *Iunij* 1594. *coram Gypsio.* Vnde est, ac si fundatrix rogasset Summum Pontificem, vt sicut non solet derogare iuripatr. reseruato laicis, ita nec velit in hoc casu derogare reseruato personis ecclesiasticis.

Petitio autem videtur digna exauditione, nam ideo Papa in reseruationibus comprehendit iuspat. reseruatum ecclesiæ, quia videtur reseruatum intuitu, & contemplatione ipsius ecclesiæ. *Card. cons. 82. nu. 1. Paris. cons. 35. nu. 20. lib. 4.* & proinde dum Papa reseruat sibi collationem beneficiorum, quæ sunt sub tali iurepatr. non videtur facere contra præscriptam voluntatem fundatoris, cum ipse sit Caput Ecclesiæ Vniuersalis, & eminenter contineat in se omnes dignitates, & officia, particulariter ecclesiam, cui iuspat. fuit renunciatam. *c. ita dominus. 19. dist. Anchar. cons. 30. Bald. cons. 28. nu. 1. lib. 3. et cons. 328. nu. 11. lib. 1. Probus ad monachū in proœmio Sexti. n. 55. et 59. Gemin. cōs. 14. n. 1. cū plurib. seqq.*

Et ita videtur vera ratio differentiæ, quare iuspatr. reseruatum per laicum personis ecclesiasticis cadat sub reseruationibus Apostolicis plusquam si esset reseruatum personis laicis, non autem aliter, nempe, vel quia Papa faciliùs præiudicat iuripatr. ecclesiastico, vt per *Mandos. reg. 1. reseruat. n. 5.* quia est ratio defectiua, cum rursus sit quærendum, quare faciliùs præiudicet isti iuripat. quàm illi, sicut nec etiam aliquid videtur concludere alia, de qua per *Gemin. in c. 2. num. 11. de preb. in 6.* nempe quòd ideo sit, quia in personis ecclesiasticis præsentatio debet tollere electionem contra voluntatē fundatricis; nec minus altera, de qua per alios, quòd scilicet cesset ratio, ne laici retrahantur à fundatione ecclesiarum, quia si admitterentur reseruationes esse contra mentem fundatorum, æquè retraherentur,

tur, quando iuspatronat. est reseruatum personis ecclesiasticis, sicut quando esset reseruatum laicis, cum vtroque casu fiat contra eius voluntatem.

Hoc stante, quòd reseruationes iurispat. per laicum relicti personis ecclesiasticis non sint contra fundatorum præsumptam voluntatem, sequitur, quòd quando contrarium est expressum in fundatione, non debeat cadere sub reseruationib. Apostolicis, quia expressum facit cessare contrarium, quòd aliàs oriri solet ex tacito, & præsumpto. *l. cum ex filio. §. filio. vbi* Bart. *in summario. ff. de vulg. et pup.* Dec. *cons.* 416. *nu.* 10. *Crauett. cons.* 32. *nu.* 2. aliàs si diceremus fieri contra voluntatem fundatoris, in hoc casu esset peioris conditionis, qui exercet liberalitatem erga ecclesiam, reseruando illi iuspatr. quam ille, qui non exercet, sed reseruat laicis, quin etiam esset peioris conditionis ecclesia, quàm laicus, nã in materia iurispat. conceditur laico habere iura specialia, quorum de iure est incapax ex sup. allegatis, & in eadem materia non concederetur ecclesiæ habere iura laicalia, quorum de iure non est incapax, saltem quoad modum exercendi, vt supra demonstratum est.

Quo verò ad tertium requisitum, quòd conditio non sit contra substãtiam iurispat. & beneficij, fuit ponderatum, quòd illud dicitur esse contra substantiam, quo adiecto corrũpitur subiectum. *l. cum precario. ff. de precario. Castr. cons.* 312. *nu.* 1. *lib.* 1. *Abb. cons.* 72. *nu.* 2. *lib.* 1. *Natta cons.* 32. *nu.* 2. qualitas autem quòd iuspatronat. tentum per ecclesiam exerceatur secundum modum iurispatr. laicalis, non modo non vitiat substantiam iurispat. seu beneficii; sed imò nihil habet commune cum præfata substantia, vt patet ex definitione iurispatr. de qua per *Abb. & Anan. in rubr. de iurepatr. &* Roccb. *Cur. in præfat. tract. de iurepat. nu.* 2. & 3. & in definitione beneficij, de qua per *Seluam tract. de benefic. q.* 1. & *Rebuff. in praxi benef. tit. quid sit, & quot modis dicatur.* in quibus locis nihil de hoc habetur. & non modo ista qualitas nihil habet commune circa substantiam iurispatr. sed neque diuersificat speciem, sed iuspat. ecclesiasticũ & laicale vnum, & idem sunt, vt ait Lambert. *vt sup. lib.* 1. *par.* 1. *quæst.* 1. *art.* 5. *nu.* 4. *cum seq.*

Denique circa illud, quòd conditio non sit à iure Improbata, fuit dictum nullo iure caueri, quòd fundator non possit ordinare, quod iuspat. reseruatum ecclesiæ exerceatur in modum laicalem, quòd sufficit dicere, quia permissum censetur, quòd non reperitur prohibitum. *cap. inter corporalia. de translat. præl. l. mutus. ff. de procurat. Oldrad. cons.* 48. *nu.* 3. *in fine. lib.* 1.

Neque ex eo, quòd *tex. in c. vnico. de iurepat. in* 6. & ibi Doct. velint, quod eo ipso, quod iuspat. prouenit ad ecclesiam, exerceatur ad modum iurispatr. ecclesiastici, resultat iuris improbatio, quia lex generaliter loquens habet tacitam conditionem, nisi dispositores de rebus suis contrariam legem adiecerint; est enim trita iuris conclusio, quòd prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. *l. fin. C. de pact. conu. l. maritus.* C. *de procur. Ancharan. consil.* 217. *num.* 2.

Et potest disponens de re sua adijcere quascumque conditiones, & pacta. *l. legem.* C. *de pact. l. ea lege. C. de cond. ob causam. l.* 2. & 3. *C. de donat. quæ sub modo. l.* 1. *§.* 1. *ff. de reb. eor. Soc. cons.* 48. *nu.* 4. *lib.* 1. quòd procedit etiam in dispositione facta ad fauorem ecclesiæ. *c. verum. de cond. app. Anchar. cons.* 217. *nu.* 2. *Imola in c. cum dilecti. nu.* 4. *vers. item potes notare. de donat. Felin. in d. c. ecclesia S. Mariæ. nu.* 67 *de const. Soc. d. cons.* 48. *nu.* 5. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus potest competere ex priuilegio.*
2 *Idque vel ex causa onerosa, vel lucratiua.*
3 *Iuspat. quando dicatur concessum ex causa onerosa.*
4 *Iuspat. ex causa onerosa non est sublatum.*
5 *Potest tamen reuideri.*
6 *Et interim donec reuidetur, patronus conseruandus est in sua quasi possessione.*
7 *Iuspat. concessum ex augumento dotis non valet, nisi probato augumento.*
8 *Idem est, si fuit reseruatum iuspatr. ex recuperatione bonorum.*
9 *Vel ex causa readificationis.*
10 *Dotis augumentum præsumitur ex temporis diuturnitate.*
11 *Nisi adsit præsumptio vsurpationis.*
12 *Vel nisi constet de non adimplemento.*
13 *Adimplementum præsumitur factum ab eo, qui implere tenebatur.*
14 *Regula reuocatoria iuriumpatronatus competentium ex priuilegio de quibus intelligatur.*
15 *Iuspat. interdum competit ex mero priuilegio.*
16 *Iurispat. competentis ex priuilegio beneficium dicitur vacare in Curia, et est reseruatum.*
17 *Etiamsi sit concessum cum quibusuis clausulis. et nu. 19.*
18 *Secus si concessum sit ex causa onerosa.*
20 *Iuspatr. concessum ex causa onerosa quare non sit sublatum.*
21 *Regula Innoc. VIII. et Adriani VI. super reuocatione iurispat.*
22 *Iurispat. competentis ex priuilegio beneficium est reseruatum.*
23 *Etiam quod dictum sit iuspat. competere ac si ex fundatione, & dotatione esset.*
24 *Etiam quod dictum sit, quòd non possit derogari.*
25 *Nec est opus alia derogatione.*
26 *Regula reseruatoria comprahendit omnia beneficia vacantia in mensibus reseruatis.*
27 *Iuspat. si competat ex dotatione, requiritur formalis dotatio.*
28 *Affertur decisio Rota coram Corduba.*
29 *Ponitur Rota decisio in Compsana coram Litta.*
30 *Refertur Rota decisio in Casaraugustana coram D. Coccino Decano.*
31 *Refertur alia decisio in eàdem coram eodem.*
32 *Refertur altera decisio in eàdem coram eodem.*
33 *Alia ponitur decisio in eàdem coram eodem.*

CAPVT DECIMVM.

De iurepatronatus competente ex priuilegio.

1 IVspatronatus potest alicui competere in ecclesia ex Papæ priuilegio, vt colligitur ex *Conc. Trid. sess.25.de ref. cap.9. & dixi sup.lib.2. cap.5.num. 15. & sequentibus.*

Non autem ex episcopi, seu alterius inferioris priuilegio. *c.2. de reb. eccl. non al.lib.6.Rebuff.in praxi. p.3. signatura.verbo, iurpat.n.3. & dixi sup.lib.2.cap.5.n.22.*

2 Item Iuspatronatus ex priuilegio potest dupliciter competere, videlicet, vel ex causa onerosa, vel ex priuilegio mero,& mera gratia.

3 Iuspatronatus dicitur conecssum ex causa onerosa,quando habet cômensurationem ad causam de futuro, si & post quam tot pecunias impenderit.*Aret.in c.nouit.n.29. de iudic.Dec.292.n.2.Card. Seraph. decis. 418. & faciunt not. per Tiraquell. in l.si vnquam,verbo,donatione largitus. num.335.& seqq.C.de reu.donat.*hoc tamen intelligitur, quando id,quòd datur commensuratur priuilegio, alioquin in excessu est mera gratia.

Alex.

Alex.conſ.2.col.1.lib.2.Tiraquell.vbi ſup.num.335.& 341.Seraph. vbi ſup. & fuit dictum in *Florent. Archipresbiteratus.2. Martij.* 1592. *coram Illuſtriſſimo Card. Millino, & alleganti exceſſum incumbit onus probandi. Roland.d.conſ.13.num.64.lib.3.Seraphin. vbi ſup.* & tale iuſpatron. ex cauſa
4 onerofa conceſſum non comprehenditur in decreto *Conc. Trid. ſeſſ.25. de ref.c.9.* quatenus reuocat iurapatron., quæ non ſunt ex fundatione, ſeu dotatione *Rota. dec.687. in fine. p.1.diuer.& dec.269.n.3.p.2.* & fuit dictum in *Tudertina iuriſpatron. 13. Martij.* 1588. *coram Orano. Card. Seraph.dec.907.* comprehenditur,
5 tamen, quatenus illud reuideri mandat, ſi eſt conceſſum à 40. annis ante publicationem concilij, quia tunc debet reuideri ab ordinarijs, & reuocari, ſi reperiatur conceſſum in damnum eccleſiæ, donec tamen reuidetur, interim ſortitur effectum
6 ſuum, & patronus exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentandi manuteneri debet.ad *c.conſultationibus. de iurep. Rota d.dec.687.& 269.* & fuit dictũ in *Camerinen.25.Maij.1602.coram Card.Sacrato.* & ad effectum ne reuocari poſſit priuilegium, tũnc neceſſaria eſt d.cõmenſuratio, vt poſſit dici, valere in vim contractus irreuocabilis. *Alex. & Tiraquell. vbi ſupr.* ſed ad effectum præſumptæ mentis Papę, an voluerit reuocare, habetur ratio iſtius cauſæ, etiam quòd nõ ſit equiualens, & commenſurata exactè ad gratiam *.Rot.dec.166. p.3.diuerſ. Cardin.conſil.147.Felin.in d.c.nonit. nu.10.Seraph.d.dec.518.*
7 Iuſpatronatus autem conceſſum ex augmento dotis, & ſic ex cauſa onerofa, ſcilicet poſt quam auxerit vſque ad tertiam partem, non valet, niſi probetur augmentum, & d.dotis conſignatio. vt fuit dictum in *Paduana iuriſpatronat.19.Ianuarij.1594. & 6.Martij.* 1595. *coram Cardin. Mantica.& in Cremonen.præpoſituræ 20.Nouembris.1600.coram Cardin. Millino.& in Valentina parochialis.*
8 *de carlet.4.Iulij.1601.coram Card. Lancellotto.* Idem eſt ſi fuit reſeruatum iuſpatronatus ex recuperatione bonorum, nam non valet, niſi probetur recuperatio. *vt in Comen. iuriſp. 8.Iunij.1601.coram Card.Seraph.*
9 Et idem etiam eſt, ſi ſit reſeruatũ ex cauſa reædificationis, quia debet probari reædificatio. *vt in d.Valentina.& in Nolana.beneficij.19.Ianuar. 1594.coram Card. Arigono.* & ratio prædictorum eſt, quia cum huiuſmodi reſeruatio ſit conditionalis, non habet effectum, antequam conditio adimpleatur. *l.3.§.per fideicõmiſſariam. ff. de hæred. inſtit. l. cedere diem.ff.de verb.ſign.l.qui hæredi.in fine.ff.de cond.& demum,Bart.in l.2.§. vlt.nu.4.ff.de donat.Verall. dec.338. n.3.p.1.*
10 Attamen dotis augmentum, ob quòd fuit conceſſum iuſpatronatus, ſeu aliud adimplementum, præſumitur ex temporis diuturnitate iuncta obſeruantia ad *Bart.inter conſ. Bald. conſ.400.nu.5.lib.4.Bald. conſ.402. num.9.lib.5.Rota dec.598.p.1.diuerſ.* & fuit dictũ in *d.Camerinen. canonicatus.25.Maij.1601.coram Card. Sacrato.& in Mediolan. matrimonij. 17.Iunij.1602.corã Card. Millino.*
11 Quòd tamen non procedit in perſonis, in quibus cadit præſumptio vſurpationis, quia tunc etiam antiquitas iuncta obſeruantia non ſufficit, ſed requiritur plena, & concludens probatio. *vide in Melpien. iuriſpatronatus.19.Ianuar.1594.co-*
12 *ram Card.Mantica* idem eſt, ſi conſtet de non adimplemento, nam tunc qnaſi poſſeſſor, & obſeruantia non releuant, vt in *d.Cremonen.præpoſituræ.& in d.Valentina.*& ſi reperitur
13 adimplementum, præſumitur adimpletum ab eo, qui tenebatur adimplere ad *l. cum ſeruus. ff. de verb. obl.l.3.ff.de alim.pup.præ.cum ibi not.*
14 *per Doct.Verall.dec.376.nu.1.par.2. & dec.598.n.6.p.1.*& fuit dictum in *Romana Cappellaniæ.12.Iunij.* 1589. co-

coram Card. Pampbilio. *& in Senen. beneficij.18.Martij.1596.coram Lutta. & in Vercellen. Cappellania. 7. Maij. 1601. coram Card. Millino.*

14 Regula autem Adriani VI. & Innoc. 8. de quibus infra, reuocatoria iuriumpatronatus ex priuilegio competentium, de quibus intelligatur vide Rotam *dec.269. p.2. diuers. & in d. senen.benef.* 18. *Martij.1596. coram* Lutta. *& in d.Valemina de Carlet.& in* Neapolitana *iurispat.* 3. *Iulij, 1595.coram* Blanchetto.

15 Iuspatronatus autem aliquando competit ex mero priuilegio,& mera gratia,quando Papa alicui indulget,& donat iuspatronatus super aliqua ecclesia ex mero titulo luctatiuo, non ex causa onerosa, quia Papa est dominus omnium beneficiorum.*c.2.de preb.lib.6.gloss.vlt.in cap. felicis.de penis.lib.6.Gomesius in prœmio regul.Cancell. in vers. considerata etiam. num.7.Hieron.Gonzalez in comment.ad regulam* 8.*Cancellariæ. §.2. proœm. num.* 44. *& dicam infra lib.14.c.1.n.1.*

16 His præmissis,clara, & communis est conclusio, quòd beneficiũ iurispat. competentis ex priuilegio dicitur vacare in curia,& cadit etiam sub reseruatione reg. octauæ Cancell. seu nonæ.*Gonzal.vbi sup.gloss.* 18.*n.6.& à num.* 18.*ad* 22.*Crescent. dec.3. in princ.de iurepat.* nec est opus aliqua speciali derogatione, cum per solam simplicem collationem factam à Papa censeatur derogarum rali iuripatronatus. *Cassador. dec.4.nu.* 11.*de probat.& dec.vlt.in fine.de iurepatr. Massobrius in praxi hab.consi.ad vac. par. eccles.prælud.7.dubio* 2. *nu.3. &*

17 4. quòd iuspatronatus ex priuilegio cũ quibusuis clausulis concessum est sublatum, sicut illud, quòd competit ex præscriptione à *Conc. Trident. sess.*25.*cap.9.de ref. ita Card. Seraph. dec.*1395.*num.4.*Rota *dec.*88.*nu.*2.*& 3.p.1.recentiorib.* Sanctissimus *Greg. XV. fel.rec.dec.*307.*nu.3.& ibi annotat.num.6.Flam.Paris.de confidentia. q.*28.*num,*239.*Gonzal.vbi sup.dicta gloss.*18.*& seqq.Garc. de benefic. p.* 5.

18 *cap.9.num.*115. secus si priuilegium fuisset concessum ex causa onerosa. *Card.Seraph. dec.*499. *num.4. annotat.ad d.dec. Greg. latissimè Garc. vbi sup. nu.*120.*Riccius in praxi rer. for. ecclesiastici.dec.*168.*num.99.*

19 Quòd procedit etiamsi competeret ex priuilegio, quòd sit iuspatronatus eiusdem naturæ, ac si ex fundatione, & dotatione competeret, quia cum sit ad instar, & non propriè ex fundatione,ac dotatione est sublatum.*Gonzal.d.gloss.*18. *n.*202. *Garc.vbi sup.n.*117.*& seqq.*neq.suffragatur quasi possessio,neq. immemorabilis.*Garc.ibidem.num.*119.

20 Ratio autem,quare iuspatronatus competens ex priuilegio concessum ex causa onerosa, non sit sublatum à Concilio, est, quia talis concessio non potest dici merè priuilegium,vt sepius dixisse Rotam refert *Garc.vbi sup.d.n.*120. & fuit dictum à *Gonzal. vbi sup.gloss.* 28.*num.*22.*& gloss.*36. *num.*36. idque procedit, si ecclesia in totum dotetur, non autem si dotis pars suppleatur. *Garc. vbi supra. num.*122.*&* 123. *Gonzal.d. glos.*18. *num.* 53. & si competat iuspatronatus ex Papæ priuilegio propter dotis augmenrum à 20. annis citra, ordinarij reuisioni, & examini subijcitur ex *d.cap.9.Conc.Trid. Hieron. Gabr. cons.*195.*lib.*1.& pro hoc plures Rotæ decisiones ponit *Garc. vbi sup. nu.* 125. 126. *&* 127. & tale iuspattonatus competens ex priuilegio cadit sub reseruatione reg. cancell. *Gonzal.d.glos.*18.*nu.6. &* 18. nisi dotis augumentũ ascendat saltem ad medietatem. *Annotat.dict. decis.* 195. *Gregor.* XV. nam secundum constitutionem Innoc. 8. & Adriani 6. teuocantur iurapattonatus concessa,si dos non fuit aucta ad medietatem. vt supra dixi.

21 Et Summarium constitut. Innoc. 8. fel. rec. edita anno 1485. quæ est

est quinta in compendio bullarij D. Flauij Cherubini.est istud.

Innocentius VIII. fel. rec. de anno 1485. reuocauit concessiones iurispatronatus à Romanis Pōtificibus cuicumque ad beneficia electiua emanatas ab annis 25, citra,quo verò ad beneficia non electiua irritauit quatenus qui impetrarunt, fructus eorum ad medietatem veri valoris non auxerit; vel ecclesias de nouo non ædificarint; seu funditus dirutas non reædificauerint,vel loca,seu fundos ad eas ædificandū non concesserint.

Summarium item constitutionis, seu regulæ Adriani 6.fel. rec. editæ anno 1522.quæ est tertia apud eundem Cherubinum. est huiusmodi.

Adrianus 6.fel.rec.de anno 1522. reuocauit omnes concessiones iurispatronatus, quoad beneficia electiua ab anno primo Innocentij 8. factas etiam consistorialiter, & ad fauorem cuiuscumque personæ,vel loci pij.

Insuper reuocauit omnes huiusmodi concessiones iuriumpatronatus etiam quoad non electiua, si impetrantes fructus eorum ad medietatem veri valoris non auxerint, vel ecclesias de nouo construxerint, seu funditus dirutas non reædificauerint.

Pro quorum omnium declaratione sunt hæc infrascripta notanda cū subsequētibus Rotæ decisionibus.&

22 Primo notatur, quòd beneficium iurispatronatus competentis ex priuilegio Papæ etiam cum clausula, vt sit, perinde ac si esset ex dotatione, vel fundatione,cum non dicatur verè, & propriè ex dotatione, & fundalione, cadit sub reseruatione regulæ octauæ idque firmatur ex declaratione *hoc.Congregat.Concil. super d.c.9 sess.24. relata à Garc. d. c. 9.num.*118.*p.* 5. tenoris huiusmodi, Patronatus,qui fuerunt concessi, vt essent eiusdem prorsus naturæ, roboris,& *c. cuius iuspat.* laicorum, & nobilium regularium,ac si ex fundatione, & dotatione forent, Congregatio censuit censeri sublatos,quia cum sint ad instar, & non propriè regum, nec ex fundatione ideò compræhendi sub exceptuatis.

Nec iuuat immemorabilis ex eadem Congregatione apud *d. Garc. ibidem.num.*119.relata, ita, remanet dubium, quando constat de origine priuilegii, vt præsumitur esse ex priuilegio aliquod iuspatronatus, & adest immemorabilis, prosit illa, vel non, propter clausulam derogatoriam, non obstantibus,quibuscumq. consuetudinibus, etiam immemorabilibus,quasi referenda sit etiam ad iuspatronatus,& in hoc respondit nō prodesse.

23 Secundo,notatur quòd quamquā possit Papa facere,vt id,quòd nō est tale, habeatur tamen pro tali respectu certi effectus, attamen respectu d. regulæ reseruatoriæ dicitur procedere ex gratia,& priuilegio Papę, non ex eo, quòd sit verè ex dotatione,seu fundatione, cum illa qualitas insit priuilegio, prout probat *Garc. vbi supra num.*117. vbi refert quasdam *Rota decis.* & præsertim in *Placent. de mirabel.* 19. *& vlt. Ianuar.* 1594. *coram Orano*. vbi ita fuit dictum, quòd minus dicitur iuspatronatus esse ex priuilegio, quamuis in priuilegio dicatur iuspatronatus cōpetere ex vera, & reali fundatione, & dotatione,cum illa qualitas,quòd non dicatur ex priuilegio,sed ex fundatione,insit in priuilegio, licet habeat aliquid plus prærogatiuæ, quā patronatus in simplici priuilegio;impossibile enim est, quòd concilium cum loquatur per verba importantia veritatem, dum vult, quòd titulus sit ex fundatione, & dotatione, porrigatur ad patronatus, qui sunt tales per fictionem.

24 Tertio notatur,quòd illa clausula, quòd prouisiones fieri non possint,nisi de consensu patroni, sine quo non possint derogari,& si derogan-

gantur, non sufficiat derogatio, sed in præstinum statum reponatur, non præseruat iuspatronatus quominus cadat sub d.reg.reseruatoria, sed locum habet, quando Papa ordinariū præuenit, vel cum eo concurrit in mense ordinario, non autem in prouisionibus factis per Papam in mensibus reseruatis ex d. regula.

25 Quarto notatur, quòd iuspatronatus ex priuilegio adeò subiicitur d. regulæ reseruatoriæ, vt non sit opus alia derogatione, & ad probādum augumentum tertiæ, vel alterius partis valoris beneficii, probandus est valor de tempore reseruationis, & patronus negligens in effectuatione iurispat. sibi reseruati cum illa clausula, si & postquam fructus in tertia parte auxerit, non potest amplius effectuaris, neq; gratia dicitur sortita effectum, si illius implementum tempore inhabili factum fuit.

26 Quinto notatur, quòd regula reseruatoria comprehendit omnia beneficia vacantia in mensibus reseruatis, & tollit consuetudines etiam immemorabiles, priuilegia, & indulta licet habeant clausulam, quòd numquam comprehendantur sub reseruationibus, & habeant derogatorias derogatoriarum, neque beneficia iurispatronatus ex priuilegio ob augumentum tertiæ partis cadunt sub alternatiua, nec quasi possessio patronorum suffragatur contra d. regulam reseruatoriam; & ab alternatiua excipiuntur beneficia, quæ non sunt liberè collationis episcopi, & patronus ex tali priuilegio non potest se iuuare contra d. regulam reseruatoriam.

27 Sexto notatur, quòd vbi agitur de acquirēdo iurepatronatus ex dotatione, requiritur formalis dotatio, seu tale augumentum, quòd habito respectu ad dotem ecclesiæ, adeo superet, vt dos nullius sit cōsiderationis, itaut priuilegium magis operetur concessionem ex iustitia, quam ex gratia, quòd euenit, quando fructus annui augentur saltē ad medietatem, alioquin, si augeantur minus, quam ad medietatem, dicatur semper ex gratia, & augens dotem etiam vltra medietatē debet dicere, quòd intēdit acquirere iuspatronatus alias diceretur benefactor, & nemo acquirere potest iuspatronatus ex augumento dotis absque Apostolico priuilegio. nec releuatur ab onere probando dotationem, seu fundationem ex quasi possessione, non solum ob regulam Adriani VI, verum etiam ex *Conc. Trid. d. cap. 9. sess. 25.* quia constitutio Adriani tollit possessionem de præterito, & de futuro, nisi excedat 40. annos ante confirmationem Concil. Trident. secutam anno 1564. 15. Cal. Augusti. & dum cognoscitur super meritis iurispatronatus casu, quo potest reuideri per ordinarium iuxta *d. cap. 9. Conc. Trident.* interim non est priuandus patronus sua quasi possessione, quando vacauit in mēse ordinario. & possunt simul stare, quòd non possit iuspatronatus reuideri, & quòd tamen sit ex priuilegio, & comprehendatur sub regula reseruatoria.

Ad quorum omnium declarationem, & confirmationem placet adducere quasdam Rotæ decisiones super tali materia emanatas, Quarum.

28 Prima est in Paduana iurispatronatus 1. *Iulij* 1601. *coram Corduba, quæ est in recentiorib. dec. 46. p. 2.* & fuit resolutum vna parte informante, non constare de effectuatione iurispatronatus dominorum de Bononcis, nam cum illud fuerit concessum à Pio IV. post augumentum fructuū in tertia parte valoris beneficii, necessarium erat probare illos de tempore reseruationis, alias enim non potest haberi certitudo, an augumentum fuerit factum in d. tertia parte, vt in simili fuit resolutum in causa *Paduana iurispat. vlt. Maij.* 1591. *coram* R.P.D. *meo* Decano.

Neq. obstat, quòd in concessione sit

sit expressa certa annua summa redditum, nempe ducatorum 130. quia Papa illam expressit cum clausula, vt accepimus, & adest in expressione, *& forsan*, vltra quod sine difficultate procedebat in prouiso ab ordinario, tum quia post eius prouisionem prętendebat adimpletam fuisse gratiam concessionis iurispatronatus, quod non existebat ante illius implementum, cum in eà sit dictio *postquam*, quæ inducit conditionem. *Bart. in l. quibus §. termilius. num. 5. ff. de cond. & dem. l. si ita §. fin.* & ibi *gloss. ff. de leg. 2. l. ab hostibus in fin. ff. ex quib. caus. maior.* tum quia Episcopus interim non debebat carere fructibus collationis, cum sit in quasi possessione conferendi. *cap. querelam, de elect. Put. decis.* 206. *lib.* 1.

Placuit etiam DD. fundamentum deductum ex negligentia patronorum, cum effectuatio iurispatronatus nimis negligenter fuerit dilata: *arg. cap. si clericus. de praeben. lib. 6. & cap. tibi. §. in praedictis de rescript. eodem lib. 6.* maximè cum superuenerit Concilium tridentinum *sess. 9. cap.* 24. quod reuocauit similes gratias; & ita non potest dici hunc, de quo agitur sortitum effectum, cum adimplemẽtum sit factum tempore inhabili.

29 Secunda decisio est in *Compsana Iurispatronatus* 23. *Ianuarij*, 1603. *coram Litta*, vt infra.

Fuit resolutum ex capite regulæ reseruatoriæ allegatam quasi possessionem non suffragari Comitibus Compsæ, quia dato citra veri præiuditium, quod modernus Comes qui nunquam præsentauit possit dici esse in quasi possessione præsentandi ratione Comitatus, quem possidet, cuius veritas pendet ab eo an Iuspatronat. sit annexum Comitatui quẽ ipse possidet, vel potius sit iudicandum hęreditarium de quo poterit ad parteu videri, si opus fuerit: Cum tamen Abbatia, de qua agitur, vacauerit mense Februarij Sedi Apostolicæ reseruato per regulam Cancellariæ octauam, ad talem reseruationem excludendã non sufficit quasi possessio præsentandi, nisi probetur Iuspatronatus esse ex dotatione, vel fundatione, cum aliàs ex priuilegio comprehendatur sub dicta regula: neque possessio inde procedens suffragari valeat prætenso patrono aduersus Prouisum Apostolicum ad *decis. Caputaq. 29. lib. 1.* in manuscriptis. *Paleot. decis.* 519. *lib. 3. par. 3.* & fuit tentum in *Cæsaraugustana Parochialis*, 10. *Iulij*. 1556. *coram Gropperio*, & in causa *Valentina Parochialis de Carlet.* 4. *Iunij* 1601. *coram D. meo* Lancellotto.

Et quod hoc iuspatronatus non sit ex dotatione, vel fundatione videtur probari ex Bullis Leonis X. & Pauli III. ex quibus illud deducitur: nam dum in eis narratur, quod ab initio Monasterium erat liberum, quod Ecclesia erat ædificata, prout & Monasterium, quod habebat dotem, & illius fructus erant taxati in libris Cameræ in ducatis 50. & tandem dum exprimitur valor dicti beneficij in ducatis 100. ex his inquam excludi videtur dotatio, & fundatio respectu Comitum Compsæ, quibus tamen tunc iuspatronatus reseruatur.

Nec facit, dum pro parte moderni Comitis dicitur, authorem suum reparasse Monasterium, & Ecclesiam restaurasse, ac illam ornasse paramentis, libris, calicibus, & alijs ad cultum diuinum necessarijs, doteq; illius auxisse, exponendo in dicto augumento, & restauratione scuta mille, & idcirco dicto Comiti, & successoribus illius pro tempore tùm à Leone X. tum denique à Paulo III. concessum fuit iuspatronatus cum expressa declaratione, quod eis cõpetat non ex speciali priuilegio: sed ex dotatione, & fundatione in omnibus, & per omnia, ac si illud ab initio fundassent, & dotassent.

Quia

Quia, vltra quod verè non cōstat de implemento respectu prædictorum, quod à moderno Comite vti fundamentum suæ intentionis plenè, & concludenter probandum esset iuxta theoricam Doctorum in *l.2.C.de Iur. emphit. Alex.conf.*101. *in fi.lib.*2.*Corn.conf.*40. *num.*8.*vers. probabit itaque,lib.*4. quem sequitur *Rolan.consil.*57.*num.*9.*lib.* 1. & non per præsumptiones, & inditia, quæ minimè suffragari possunt personis, in quibus probabiliter eadit suspitio vsurpationis, quales esse videntur isti Comites Compsæ, attenta dispositione Concilij Tridentini *cap.* 9.*sess.*25. prout in simili fuit dictum in illa *Paduana Iurispatronatus, vltima Maij* 1591. *coram Reuerendiss.* D.*meo Patriarcha Alexandrino*,& in *Melphien. Iurispatronatus*, 19. *Ianuarij* 1594. *coram Illustriss.* D.*Cardinali Mantica*. Nec dici potest satis constare de implemento prædictorum ex literis Pauli III. tum quia in illis solum narratur, factum fuisse depositum scut.mille, & non quod illa postmodum intra statutum tempus fuerint exposita in causis,in quibus,attento tenore dictæ concessionis,exponi debebant: Tum etiam quia est narratiua partis, quæ ad eius fauorem non probat iuribus vulgatis.

Fuit responsum, quod etiam data probatione implementi respectu prædictorum omnium, non per hoc dici posset, iuspatronatus Comitibus Compsæ competere ex dotatione,vel fundatione: sed potius ex priuilegio,vt in simili tenuerunt Domini in vna *Placentina Parochialis de Mirabel. vltima Iannarij* 1594. *coram bon.mem.Orano*, recedendo in hoc a decisione aliàs facta in quadā *Astoricen. coram Reuerendiss.* D. *meo Alexandrino*, *quæ est inter impræssas* 137.*par.*1. & quidem optima ratione, quia ex sola reparatione; siue restauratione non acquiritur Iuspatronatus ex constructione, cum ad istum effectum opus sit,quod Ecclesia esset funditus destructa, ita vt egeret noua consecratione, *Lambertin.de iurepatronat.* 3. *artic.*6. *q. principalis* 1. *par. primi lib.num.* 16. *Rocch.eodem tract.in verbo construxerit, num.* 12. & fuit sæpè resolutum. Neq; ex augumento dotis acquiritur iuspatronatus ex dotatione; cum potius ditari, quam dotari dicatur, nec iuridicum sit, Ecclesiam liberam ex solo augumento dotis in seruitutem redigi, *gloss.in cap.piè mentis.in verb.patronum.*16.*q.* 7. sed ad effectum prædictum esset necesse, quod Ecclesia totaliter dotem suam amisisset, & eidem noua dos esset data, *Rocch. vbi supra in vers. dotauit.quæst.*3.*Bero.conf.*4.*num.*26. *vol.* 1. & fuit tentum in vna *Lunen. Sarzanen.Beneficij.* 5. *Iulij* 1599. *coram* D.*meo Millino*, *& aliàs sæpè*.

Cum igitur attenta dispositione iuris communis, non possit dici,Comitibus Compsæ ex dictis eorum prætenso augumento dotis,& restauratione Ecclesiæ, seu Monasterij fuisse debitum iuspatronatus ex fundatione, vel dotatione, necesse est fateri eisdem fuisse reseruatum ex priuilegio, quod subiacet dictæ regulæ reseruatoriæ: & hoc idem probari videtur ex illis verbis concessionis ibi, *ac si illud ab initio fundaueritis, & dotaueritis*, quæ denotant similitudinem: sed non per omnia. *l.si deferente, ff.quib.mod.pignus, vel hipothec.solu.*& fingunt factum,quod verè factum non est, vt *not. gloss.in l.quamuis ff. de bon: auctor. iud. possid.*

Non obstat, quod litteræ Pauli contineant clausulas prægnantissimas, & derogatorias, etiam quo ad futura, & quod propterea dici non possit hoc iuspatronatus subiacere dictæ regulæ ad *decis. Put.* 308. *lib.* 3.

Quia fuit responsum, quod regula reseruatoria S.D.N. habet clausulas derogatorias amplissimas, & derogat

gat quibuscunque priuilegijs, & indultis, etiam cum quibuscumque derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus, & efficacioribus clausulis etiam insolitis, & etiam irritantibus, ita vt iure meritò effectus illius impediri non debeat, per clausulas in dictis litteris Pauli III. appositas quibus satis superque derogatum fuisse constat ex lectura eiusdem regulæ.

Nec obstat, quod iuspatronatus videatur concessum ex causa onerosa, & ob id non cadat sub regula, quia fuit dictum, quod ad hunc effectum cognoscendi, scilicet an' fuerit concessum ex causa onerosa, debet perpendi quod fuerit impensum. & sic an' illud æquiualeat concessioni, quia si non æquiualet, concessio iudicari debet ex mera gratia, vt aliàs dictum fuit in vna *Perusina de Confinio* 3. *Decembris* 1576. *coram Illustriss.* D. *Cardinali Blanchetto, & in* Lucana *Decanatus.* 22. *Martij* 1577. *coram Sanctiss.* D. N. in quibus explicitè dicitur, vel nouam requiri dotis constitutionem, vel totalem ipsius Ecclesiæ funditus dirutæ restaurationem, quorum neutrum verificatur hoc in casu.

Et ad illud, quod, dum discutitur super qualitate huius iurispatronatus, debet patronus manuteneri in sua quasi possessione præsentandi. Fuit responsum, dictam quasi possessionem hoc in casu ei minimè suffragari posse, propter decretum irritans, de quo in dicta regula reseruatoria ad *text. in cap. si eo tempore, de elect. in* 6. *& not. per* Prob. *ad Monac. in cap. sibi qui, num.* 18. *de praben. in* 6.

Et in *eadem coram eodem, die* 3. *Decembris* 1604.

Repropositа causa desuper dubio aliàs resoluto, sub die 23. Ianuarij præsentis anni strictè tamen ad regulam reseruatoriam 8. mensium, Domini steterunt indecisis, hoc vno tamen præsupposito quod Monasteria & beneficia data in commendam cadant sub dicta regula de quo erit peculiariter agendum; moti, quia re vera hoc iuspatronatus non est propriè ex dotatione, aut fundatione, quo fit, vt tamquam ex priuilegio competens sub dicta regula videatur comprehendi ex alias latè deductis.

Nec obstat, quod Papa decreuerit huiusmodi iuspatronatus censendum esse perinde, ac si esset ex dotatione, & fundatione. Quia ex eisdemmet verbis conuincitur illud nō esse ex fundatione, aut dotatione: sed ex priuilegio, & gratia Papæ, qui ita disposuit, vt voluit Congregatio Concilij, & tenuit *Rota in causa* Placentina *de Mirabel. coram bon. mem. Orano* aliàs in alia decisione allegata.

Nec facit, quòd Papa possit fingere, & facere, vt illud quod non est, pro tali tamen habeatur respectu certi effectus; Quia non negatur propositio: sed dicitur illam non applicari respectu regulæ, cum semper verum sit dicere id procedere ex gratia, & priuilegio Papæ, & non ex eo quod iuspatronatus sit verè ex dotatione, vel fundatione, vt in simili de iurepatronatus concesso cum clausula, quod sit perinde, ac si esset Regum, fuit dictum in *Corduben. iurispatronatus* 20. *Nouembris* 1566. *coram bon. mem.* Ioan. *Aldobrandino*, & cum dicta regula emanauerit per viam legis respectu illius fictio non potest sibi vēdicare locum: sed dumtaxat veritas ipsa iuribus vulgatis.

Et ad illud, quòd hoc priuilegium sit ex causa onerosa fuit responsum hoc minimè verum esse, cum ad hūc effectum spectari debeat, quod expensum fuerit, an' scilicet, illud æquiualeat concessioni, quia vbi non æquiualet concessio, ipsa iudicari potius debet gratiosa, quam onerosa, vt alias deductum fuit; Vnde cum hic in claris versari videamur, quod expositum per Comitem

Compsæ, non æquiualet concessioni, ex eo præsertim, quia admodum irrationabile videtur, quod pro scutis 1000. in circa in seruitutem redigatur ecclesia tam insignis, & quidem notabilis valoris, etiam attento tempore dictæ concessionis hoc est ducat. centum, & vltra, vt ex litteris perinde valere postea expeditis de quibus in actis constat, & ex eo quod commendata fuit nepoti eiusdem Papæ, & Cardinali, cui ex eo Concilio Lateranen. non poterat prouideri, nisi beneficium excederet ducat. 200. ideò, &c.

Nec obstare dixerũt Domini clausulas concessionis Pauli iij. Quia, etsi illæ sint amplissimæ, & adeò prægnantes, vt prima facie tolli minimè videantur per clausulas appositas in regula reseruatoria ex deductis in causa Astoricen. coram Illustrissimo Seraphino. & in alijs per informantes pro Comite allegatis: Attamen re maturius considerata hoc in casu ex pluribus non obstare dixerunt.

Primò, quia in casu illarum decisionum fuerat præscripta certa forma scilicet derogandi in futuris derogationibus, quod non posset derogari, nisi de toto tenore plena specifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes esset facta mentio, quæ forma derogandi non præscribitur in litteris Pauli iij. sed solum adsunt clausulæ derogatoriæ derogatoriarum ad sequentes dispositiones, quæ omnes tolli videntur, ex eo, quod in regula reseruatoria expresse derogatur indultis, & priuilegiis, cum quibuscunq. derogatorijs derogatoriarũ, & fortioribus, & efficacioribus, ac insolitis clausulis ad *dec. Putei* 109. *n.* 4. *versic. dixerunt tamen. lib.* 1. cum alijs per informantes pro Cardinale deductis.

Nec vim fieri posse dictum fuit super clausula restitutoria, de qua in literis dictæ concessionis. Quia, licèt sit maximæ efficaciæ, tolli tamẽ videtur ex eo quòd in regula derogatur etiã efficacioribus, & fortioribus clausulis.

Secundò, quia decisiones in dicta Astoricen., & in alijs causis in contrarium allegatis per informantes pro Comite non emanarunt in terminis istius regulæ reseruatoriæ S. D. N. sed in terminis regulæ Pauli IV. seu aliorum Pontificum, non habentes clausulas, & derogatorias ita amplas, & efficaces, vnde non mirũ, si de dictis casibus ad nostrum inferri minimè potest, *vulg. l. Papinianus exuli. ff. de minor.*

Tertiò fuit responsum, quòd omnes clausulæ de quibus in literis dictæ concessionis Pauli III. & signanter illa, *quod prouisiones non possint fieri, nisi de consensu Patroni, sine quo nõ possit derogari, & si derogetur, derogatio non sufficiat: sed in pristinum statum reponatur*: debent, ac commodè possunt suum effectum sortiri in prouisionibus, quæ aliàs Papa in mensibus ordinarii faceret, ordinarium ipsum præueniendo, quod facere potest, cum sit ordinarius ordinariorum, & cum omnibus concurrat, iuribus vulgatis: non autem vendicent sibi locum in prouisionibus factis per Papam in mensibus reseruatis vigore dictæ regulæ; ea ratione, quia, cum hoc beneficium iurispatronatus ex priuilegio, sub dicta regula sui natura comprehendatur, non dicitur derogari dicto priuilegio, nec in aliquo eneruari clausulas illius per prouisionẽ, quam Papa fecit de dicto beneficio, & minus per clausulas dictæ prouisioni adhærentes: sed totum præiudicium facit regula ipsa, & clausulæ in ea contentæ, cui inquam regulæ adeò subiicitur iuspatronatus ex priuilegio, vt alia derogatio non sit opus, vt per *Mandos. super regula* 1. *reseruat. q.* 10. *n.* 3. latè *Couuarr. pract. quæst. c.* 36. *n.* 6. *Dec. cons.* 149. *nu.* 6. & fuit tentum in causa *Seguntina* Dimidiæ *Annatæ.* 26. *Nouemb.* 1593. *corã bo. me. Orano.*

Quar-

Quartò, responsum fuit, quòd cū hic non agatur de clausulis derogatoriis appositis in aliquo priuilegio, vel gratia particulari personæ concessa:sed de appositis in regula, quæ vim legis : seu constitutionis habet meritò ex eis censetur sufficienter derogatum clausulis quibuscumq. etiam derogatoriis derogatoriarum contentis in dicta concessione Pauli III. *Roman.cons.436.nu.21. vers. respondeo illud verum. Couuarr. in rubric. de testam.par.2.num.19. versic. quartum nostræ quæstioni proprius. &c.* ita in propriis terminis regulæ octauæ fuit dictum in vna *Cameracen.* Canonicatus 4. Iulij 1578. *coram bon.mem.* Cardinali Lancellotto; Imò cum inter clausulas dictæ regulæ adsit ista *etiam, quod priuilegium contineat, quod beneficium sub reseruationibus non comprehendatur* : necesse est fateri non posse aliquo modo tueri contrariam sententiam vigore clausularum contentarum in dicto priuilegio qualescumque illæ sint ne plus tribuatur tacito, quam expresso contra omnes iuris regulas.

Et in eàdem coram Penia 12.*Nouembris.1607.*

Dubium, an' Monasterium Sanctæ Mariæ in ilice Compsanæ Diœcesis aliis bo.me. Cardin. Gesualdo commendatum, quod vacauit per obitum eiusdem Card. extra Curiā in mense Februario Papæ reseruato, comprehenderetur sub regula octaua, fel. rec. Clementis viii. reseruatoria octo mensium; sæpè fuit propositum à bo. me. Alexandro Lirra, & à me. Et quia materia erat singularis, subtilis, & perplexa, tùm propter Decisiones Rotales, tùm propter dicta Doctorum implicata, sæpè indecisum euasit, donec tandem in hac propositione omnium Dominorum suffragiis discussum, omissa præsertim disputatione in genere, & indistinctè concepta de quibuscumq. beneficiis, & Monasteriis commendatis, an' comprehendantur sub dicta Regula, in hoc casu affirmatiuè fuit resolutum, videlicet hoc Monasterium sub dicta Regula comprehēdi. Cum enim Regula octaua generaliter reseruet dispositioni Romani Pontificis omnia beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum Regularia in octo mensibus in ea expressis. quocumque modo vacatura pertinētia ad collationem, prouisionem, quorumcunque collatorum, & collatricum sæcularium, & quorumuis ordinum Regularium: Et hoc Monasterium quotiescumq. cessante Cōmenda per cessum, vel decessum Commendatarii vacare contingeret, vigore indulti Apostolici ad præsētationem Comitis Compsæ, posset Episcopus in titulum instituere, si sibi præsentaretur Clericus Regularis, & in Commendam, si præsentaretur Clericus sæcularis, consequētèr veniebat sub Regula comprehēsum: Tunc enim cessante reseruatione vigore indulti, per eandem Regulam sublati, vt per duas decisiones iam fuit in hac causa decisum, dispositio Regulę hoc Monasterium comprehendebat. Quod non videbantur respuere prædicta verba Regulæ, & præsertim illa: *Et quamuis aliam dispositionem* : Quibus comprehendi etiam prouisiones per Commendas signanter voluerunt *Geminianus in cap.nemo n.7. vers. credo posse concludi, & ibidem Francus nu.5. vers. cum verbum prouisionis. de elect. lib.6. & Rebuff. in Regula de publicandis resignationibus, gloss.16. in princ. & Rota in vna Cremonen.* Pensionis die 18. *Maij.* 1584. *vers. hoc etiam fundamentum.* Et cum regula octaua sit subsidiaria, & capiat beneficia in alijs non comprehensa, vt fuit in terminis decisum in causa Eugubina Præpositure, die 3. Martii. 1606. coram D. Ludouisio, meritò comprehendit hoc Monasterium, in quo Ordinarius ad præsentationem Comi-

tis haberet institutionem modo prædicto, & præsertim in specta voluntate Papæ, quam arguunt tùm verba supra ponderata: tùm illa. *cupiens pauperibus clericis, & alijs benemeritis personis prouidere, omnia beneficia Ecclesiastica dispositioni suæ generaliter reseruauit.* Tum verbum *prouidere*: quòd est latissimum, & comprehendit omnem modum prouidendi, *gloss. in clem. finali. in verbo prouisioni. de elect.* Gemin. *num.* 10. & *Francus. n.* 3. *in c.* 1. *de elect. lib.*

Non obstat, quod per cessationẽ Commendæ, beneficia non dicantur de nouo vacare: sed vacent, vt prius, & reuiuiscat antiqua vacatio, *Cassador. decis.* 5. *incip. commendauerat Papa. num.* 4. *de Priuilegijs. Verall. dec.* 144. *incip. commendatum beneficium. par.* 1. *Mohed. decis.* 4. *incip. in curia vacauerat. de præben. & decis.* 16. *incip. Monasterium quoddam. nu.* 1. *de caus. possess. & proprietat.*

Quia fuit responsum primò, quod licèt per cessationem Commendæ beneficia commendata non dicantur verè, & propriè vacare, vacant tamen impropriè, siuè largo modo, & datur aliqualis vacatio, Gometius in Regula de verisimi notitia, *quæst.* 4. *vers. non obstat.* quod per obitum, & in Regula *de impetran. benefic. vacan. per obit. familiar. q.* 6. *nu.* 4. & 5. *vers. mortuo tamen Commendatario, & vers. quæ vacatio venit largo modò*, quòd benè applicatur ad hunc casum, in quo per cessationem commẽdæ Episcopus ad præsentationem Patroni vigore indulti Apostolici in hoc Monasterio habebat institutionem, quam regula octaua sustulit, cum effectus reseruationis sit ligare potestatem inferiorum circa dispositionem reseruatorum, *Rota decis.* 32. *n.* 2. *de præben. in antiq.*

Doctores verò allegati pro D. Comite Compsano ad probandum, quod per cessationem Commendæ, non contingat noua vacatio, omnes ferè loquuntur, & intelligendi sunt de vacatione, de iure; non tamen excludunt aliqualem vacationem, & impropriè, siue largo modo contingentem per obitum Commendatarij.

Secundò dicebatur, quod licèt beneficia commendata non dicantur vacare ita verè, & propriè, sicut beneficia, quæ in titulum conferuntur: dicuntur tñ suo modo vacare, cum Commendatarij aliqualem titulum habere dicantur in ecclesia commendata, licèt non ita firmum, sicut habet ille, cui fit collatio, *Felin. in cap. cum olim num.* 6. *vers. quia licèt commendatarius. de maio. & obe.*

Quod videtur etiam probari ex *Clem.* 1. *de supplend. negligen. Prælat.* vbi si Prælati Regulares intra sex menses non conferant Prioratus, ecclesias, Administrationes, aut quæuis alia beneficia ad eorum dispositionem spectantia, cum vacant, prouisio deuoluitur ad Ordinarios. Vndè notabatur, administrationes dici vacare quoad prouisionem. Id hodie minorem dubitationem habet, cum Commendæ, & administrationes sint velut tituli beneficiorum. Milis in repertorio in verbo. *Beneficium vacans. gloss. in pragmatica sanctione tit. de pacif. possessor. in princ. in verbo. titulum.* Et licèt in Commendis ad certum tempus datis, quas Doctores temporales vocant, id posset pati difficultatem, cum Millis in repertorio in verbo. *Beneficium vacans reseruatum. Alex.* 96. *incip. visis narratis. nu.* 2. *lib.* 4. *Socin. cons.* 32. *incip. ex his quæ superius, nu.* 17. *lib.* 1. *Felin. in cap. cum olim, q.* 11. *n.* 6. *de maior. & obed. Bertrãd. cons.* 235. *incip. etiamsi commenda. n.* 2. *lib.* 3. in antiquis. *Staphileus in tract. de literis gratiæ, & iustitiæ, in præfatione, §. septima igitur forma, Barthol.* Cassan. *cons.* 20. *incip. pro inspectione tituli. num.* 8. & Gometius in §. *fuerat post num.* 7. *instit. de action.* communiter voluerint Cõmendatarium non esse verum Prælatum, sed rerum ecclesiæ custodem, & le-

& legitimum administratorem,id de Commendatario intelligendum est, vt prudenter obseruauit *Mandos.ad cons.Roman.* 350.*super verbo. gloss. littera B.* quia Commendatarij perpetui (quales sunt ferè omnes hoc seculo, nam Cõmenda tẽporalis multis ab hinc annis recessit ab Aula, vt præcitato loco Mandosius annotauit) veri Prælati dici possunt, cum huiusmodi perpetuæ Commendæ, quæ ad vtilitatem Commendatariorum conceduntur, loco titulorum habeantur, verosq. Prælatos efficiãt, *Alciat.in l pactum curatoris, colum.* 5. *vers sed an id Commendatario. C. de pact.* Et ita pluries tenuisse Rotã testatur *Gometius super Regula de infirmis resignantibus, q.* 13.*nu.*7.*Et super regula de Annali, q.*26.*paulo ante finem*, *& latissimè super Regula de Triennali.q.*5 Vnde cum Commenda perpetua largè sit titulus Canonicus, sicut alij, *Sarnen. super Regula de Triennali, q.*5.*gloss. in pragmatica Sanctione tit. de pacificis possessoribus in princ.in verbo. Titulum.* neq. ineptè dicitur vacare, nec minus appositè affirmatur, sub Regula 8. comprehendi.

Supradictis accedebat, quia in casu proposito, Paulus Papa III. cum huius Monasterii prouisionem, quando cessante Commenda vacare contingeret, concessit Ordinario, verbo *vacationis.* vsus fuit.

Quamuis autem siue Commenda sit temporalis, siue perpetua, Cãcellaria, & Camera semper retinuerint formam expediendi, & prouidẽdi per modum cessationis quocunq. titulo fiat expeditio, vel quacunq. appellatione vocentur, non tamen propterea immutatur ius Commendatariorum: quia vbicunq. verbum *vacare.* est propriè accipiendum, nõ intelligitur de Commẽdis, quæ propriè non dicuntur vacare: Nam licèt largo modo sit titulus Canonicus, non tamen est omnino idem titulus cum illo beneficiorum, quæ conferuntur in titulum: Et propterea in reseruatione *cap. 2. de præben. lib. 6.* non venit Commenda, cum non dicatur propriè vacare: Secus autem est in hac Regula, vbi verba: *quocunque modo vacatura.* sunt amplissima: & ideò siue contingat vacatio ratione administrationis, & Commendæ, quia non est alius modus vacandi, dummodo sit facienda aliqua prouisio, seu dispositio, continetur sub regula. Quod apertius inferunt subsequentia verba regulæ. *ad collationẽ, prouisionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcunque collatorum quomodolibet pertinentia*. Quibus procul dubio comprehenditur ius, quod habet Episcopus in Hoc Monasterio instituendi, & commendandi. Quia per hunc, modum vacandi, ille, ad quem spectat, potest facere prouisionem. *Rom. d. cons.* 350. *nu.* 22. *ibi vacationem Præpositura, quæ ad tit. Commendæ*.

Nec ad rem pertinebat, quòd Ordinarius nõ disponeret iure proprio: sed vigore Indulti Apostolici, quia idem erat in causa Eugubina Præpositura, & tamen Papa voluit non impediri vigore Indulti in suis mensibus. Et ideo dixit: quomodocũque spectantia: quæ verba sunt magis ampla, quàm illa, quæ vigebant tempore antiquarum decisionum Rotalium, & Doctorum, qui pro contraria opinione allegantur.

Demum non obstabat, quòd cum Regula secunda, particulariter, & expresè reseruet Monasteria, frustra contendebatur hoc Monasterium comprahendi sub Regula 8. Quia dicebatur primo super eodem beneficio posse concurrere plures reseruationes, vt ex Cassadoro, Felino, & alijs tenuit *Rota* in causa *Brundusina Archidiaconat. die* 16.*Ianuar.*1604. *coram D. Card. Millino*, tunc Rotæ Auditore, & fuit etiam dictum in causa *Eugubina Præpositura, iuxta decis.*32.*de præb. in antiquis*.

Secundò dicebatur intentionem

Papæ in Regula 8. fuisse reseruare solum illa beneficia, quæ ad suam prouisionem liberè non spectabant, vt posset de illis Clericis pauperibus, & alijs benemeritis prouidere. Vnde oportuit Regulam octauam tamquam subsidiariam condere: hæc est enim ratio finalis Regulæ, vt patet ex eius proœmio, quæ cessat in beneficijs, aliàs Papæ reseruatis. *Ripa respons.6. num.3. & 4. de constit. Oradin.decis.131.incip. Die luna 20. Aprilis.lib.1. in manuscriptis.*

Tandem respondebatur, quòd licet hoc Monasterium compræhenderetur sub Regula 2. & eius vigore collatio, siue prouisio spectaret ad Papam: quia tamen dubitari poterat, An Priuilegium Pauli III. cum clausulis amplissimis concessum Comitibus Compsæ cum facultate data Episcopo instituendi in titulum, vel in Commendam, derogaret Regulæ secundæ, recurrere oportuit ad Regulam octauam pleniores, & copiosiores clausulas habentem, sub qua propterea veniebat comprehensum. *Oradin. d. decis.131.lib.1. Accorambonus decis.58.incip. Mensis nō est de necessitate exprimendus. in fin. lib.2.* quibus cauetur, quòd quando Papa impediretur prouidere beneficia aliàs reseruata, tunc compræhenduntur sub Regula 8. quæ est subsidiaria, Et ita fuit resolutum in dicta causa Eugubina Præposituræ in eisdem terminis procedente.

30 Tertia est decisio in *Cæsaraugustana parochialis. 14. Nouemb.1616. coram Illustriss. & Reuerendiss.D.meo Coccino Decano.* tenoris infrascripti.

Hæc parochialis vacauit in mense Octobris, qui est vnus de octo mensibus vigore regulæ 8. Papæ reseruatis; Episcopo autem gaudente alternatiua. est Ordinarij, & cum parochialis sit de iurepat.laicorum ex priuilegio Iulij II. concesso ex augumento dotis &c. reualidato per Paulum III. aduersus reg. Adriani VI. ideo dubitaui, an constaret de reseruatione dictæ parochialis; & Domini affirmatiuè responderunt. Regula enim octaua in sua reseruatione comprehendit omnia beneficia vacantia, & tollit consuetudines etiam immemorabiles, & priuilegia, & indulta Apostolica, nedum super optione præbendarum, verum etiam super dispositione beneficiorum, etiam quod prædicta priuilegia, & indulta continerent, quòd numquam sub dictis reseruationibus comprænderentur, vt sunt verba clara regulæ, & dicit ibidem *moder. glossat. glos.31. per totam,*& præsertim *nu. 24. & 30.* & ita fuit resolutum in causa *Casalen, Canonicatus. 19.Ianuar.1604.coram bo.me. Litta.* quare cum d. parochialis sit de iurepat. ex priuilegio, comprehenditur sub d. regula quæ tollit priuilegia, & indulta, vt fuit resolutum in causa *Compsana iurispat. 23. Ianuar. & 3.Decemb. coram bo.me. Alexandro Litta*, neque sunt examinandæ causæ priuilegij, cum regula 8. habeat derogatorias derogatoriarum, etiam quod fuerit dictum, quòd beneficium numquam sub reseruationibus Apostolicis comprænderetur, vt fuit consideratum in allegata causa Compsana, & dicit *modern. glosat. glos. 36. per totam.* neque obstat, quòd Episcopus gaudeat alternatiua, & ideò mensis Octobris est Ordinarij, vnde cum patroni sint in quasi possessione præsentandi, licet iuspat. non possit per Ordinariū reuideri, cum sit concessum ante 40. annos post confirmationem *Concilij, vt in c.9. de reform. sess.25.* interim tamen patroni sunt manutenēdi in sua quasi possessione præsentandi, vt censuit Congregatio Illustrissimorum Interpretum, vnde cessat reseruatio; nam fuit responsum prædicta non officere, quia d. parochialis non cadit sub alternatiua Ordinarij, sed eius collatio spectat ad Papam, ac proinde quasi possessio præsentandi non suffragatur aduersus

aduersus

uersus regulam 8. Cancell. propter decretum irritans in ea appositum, quòd tollit omnia, quem possent impedire reseruatoriã, *modern. glossat. reg.* 8. *glos.* 67. *num.* 12. *& seq.* & in puncto fuit resolutum coram me in causa *Barchinonen. Prioratus*. 11. *Maij*, 1609. & alias sæpius.

Quòd autem non cadat sub alternatiua Ordinarij, satis patet, quia in regula ab alternatiua excipiuntur beneficia, quæ non sunt liberæ collationis Episcopi, vt sunt clara verba regulæ, & dicit *d. glo. moder. glo.* 45. *nu.* 1. qualis est ista parochialis, stante iurepatr. ex priuilegio, quia donec reuideatur iuspatr. patroni sunt manutenendi in quasi possessione præsentandi, cum priuilegium sit concessum per 40. annos ante confirmationem Concilij, quòd operatur respectu reseruationis Papæ, vt supra dictum est, & ita conclusum constare de reseruatione.

31 Quarta est decisio in eàdem coram eodem. 6. Nouemb. 1617.

In hac causa duæ principales difficultates oriuntur. prima est, an' ista parochialis sit reseruata vigore regulæ 8. etiam quod sit de iurepatr. laicorum ex priuilegio. secunda est, posito quòd sit de iurepat. laicorum ex priuilegio, an' patronus, qui est in quasi possessione præsentandi sit in ea manutenendus, dum cognoscitur, an' huiusmodi iuspatr. comprænhendatur sub regula.

Et quantum attinet ad primam difficultatem, si hæc parochialis nō cadit sub alternatiua Episcopi, de quo particulariter erit agendum, certum est, quòd est reseruata, cum vacauerit de mense Octobris, qui, Episcopo non gaudente alternatiua, est vnus de 8. reseruatis, vt expresse legitur in d. regula 8. non obstante, quòd d. parochialis sit de iurepat. ex augumento dotis annuorum solidorum 200. hoc est scut. 10. vt habetur in literis concessionis Iulij Ii. quia enim sit ex priuilegio comprænhenditur sub d. regula, vt sunt illius verba clara, cum tollat priuilegia, ac indulta &c. & fuit resolutum in causa *Compsana iurispat.* 19. *Ianuar. &* 3. *Decemb.* 1604. *coram bo. mem. Litta*, vbi aliæ decis. allegantur, ac dicitur, quòd regula tollit quascumque clausulas priuilegij, cum deroget priuilegijs, & alijs etiã, quòd in illis fuerit dictum, quòd nūquam sub Apostolicis reseruationibus compræhendantur, & fuit ponderatum in hac causa 14. Nouemb. superioris anni.

Quòd autem istud iuspat. sit ex priuilegio, satis apparet, quia cum agatur de acquirendo iurepatr. ex dotatione, indubitata conclusio est, quòd requiratur dotatio formalis. *c. filijs.* 16. *q.* 7. *Innoc. in rubr. de iurepat. nu.* 2. *Host. in summa. eod. tit.* §. *ex quibus. vers. idem videtur, si ecclesiam dotauit. Io. And. in c.* 1. *glos.* 1. *eod. tit. Card. in rubr. eod. tit. nu.* 3. *Abb. in c. quoniam. nu.* 3. *eod. tit. Rocch. de iurepat. verbo, dotauit. q.* 2. *nu.* 4. vbi de communi. *Paul. de Citadin. p.* 3. *caus.* 2. *Lambert. lib.* 1. *p.* 1. *quæst.* 6. *art.* 1. & fuit dictum in causa *Regien. iurispat.* 9. *Maij. &* 13. *Iunij.* 1586. *coram rec. mem. Hier. Cardin. Pamphil. tunc Rotæ Auditor*. & in causa *Tirasonen. iurispræsentandi.* 5. *Maij.* 1594. *coram bo. mem. Alexandro Litta*.

In nostro autem casu non adest dicta dotatio, sed solum augumentum dotis, ex quo de iure communi non acquiritur iuspatr. *glos. in c. piæ mentis. in ver. patronum.* 16. *q.* 7. *Abb. cons.* 59. *lib.* 2. *Rocch. de iurepat. ver. dotauit. q.* 2. *&* 3. & fuit dictum in causa *Lunen. Sarzanen. beneficij.* 5. *Iulij.* 1599. *coram Illustriss. D. meo Millino*. & aliàs sæpius, & propterea necesse fuit ad acquirendum iuspat. quòd ecclesia esset penitus depauperata, & eidem noua dos esset data. *Rocch. vbi sup. q.* 3. *Bero. cons.* 6. *n.* 29. *vol.* 1. & fuit dictum in d. *Lunen. Sarzanen. coram Illustriss. Millino. & in alleg. causa Compsana iurisp.* 23.

Ianuar.

Ianuar. & 3. Decemb. coram bo. mem. Llua. & si admitteretur, prædictam conclusionem intelligendam esse, quando augumentum, quòd datur, est parui momenti, & agatur de acquirendo iurepat. via ordinaria, secus tamen esse, quando est tantæ considerationis, vt dos, quàm habet ecclesia, habito respectu ad augumentum, nullius sit considerationis, itaut priuilegium concessum à Papa magis operetur concessionem ex iustitia, quàm ex gratia, prout videtur sensisse *Rota* in causa *Perusina de cõfinio. 3. Decemb.* 1576. *coram fæl. rec. Clemente* VIII. vbi, quòd iuspat. non dicitur acquisitum ex causa onerosa, nisi illud, quòd fuerit datum, æquiualeat concessioni factæ; & idẽ repetijt Rota in vtraque decis. Cõpsana; fuit tamen dictum, hoc augumentum esse etiam modicum, vt in nulla sit habendum consideratione. *Roccb. de iurepat. in verb. dotauit. q. 9. nu. 36.* vbi quod modica dos non facit patronum, & nulla prorsus adest difficultas, quando augumentum dotis non ascendit ad medietatem annui valoris fructuum beneficij, vt dixit *Rota in causa Valent. Parochialis de Carlet. 1. Maij.* 1601. *coram* Illustriss. D. *meo Card.* Lancell. *tunc Rotæ Auditore.*

Non obstat, quòd Io. patronus soluerit scut. 4000. Capitulo de Pilar pro recuperatione trium partium fructuum ecclesiæ de Maella, quæ erant dismembratæ, & vnitæ ecclesiæ del' Pilar auctoritate Pij IV. quia quatenus ista summa sufficeret pro acquirendo iurepat. ex augumento dotis, in hoc tamen casu non fuit acquisitum, nam licet verum sit, quòd in dotatione beneficij non debeat expresse reseruari iuspat. & sufficiat, quòd non fuerit remissum. *c. significauit. vbi Doct.* & præsertim *Abb. in 1. not. & Felin. nu. 2. de test.* & fuit sæpissimè in Rota dictum; attamen quando agitur de acquirendo iurepat. ex augumento dotis, debet exprimi, quòd bona dantur pro dotæ aliàs dans dicitur benefactor. *Io. And. in c. 1. col. 3. in princ. vers. alius autem. de iurepat. Abb. in c. 3. nu. 10.* & *Bero. nu. 89.* vbi de magis communi. *eod. tit. Abb. in cons. 59. nu. 2. vers. vnde si quis.* & *cons. 206. sub nu. 2. vers. primo enim &c. p. 2. Roccb. de iurep. verb. & dotauit. q. 29. Lambert. de iurepat. lib. 1. p. 1. q. 6. art. 1. num. 9. cum plurib. seqq.* & fuit dictum in causa Imol. Iurispatr. 7. Iunij. 1577. *coram Cantuc.* vbi dicitur de magis communi opin. relata inter impressas. 167. *nu. 3. p. 2.* & in alia *Lucana maiusculatus. 4. Decemb.* 1587. *coram Orano.* & in *Nolana beneficij. 19. Ianuar.* 1594. *coram bo. mem. Card. Pampbilio.*

Quòd autem Io. non soluerit pro dote, hoc eo ipso probatur, ex quo non probatur pro dote soluisse, cum hoc sit fundamentum partis. *Oldrad. cons. 254. nu. 14. vers. ad formam uero. & nu. 21. uers. præterea aliud.* & benè facit *Angel. in cons. 275. col. 5. nu. 4. in fin. uers. sic in negatiua uidemus.* & quamuis sufficiant coniecturæ ad probandum, quòd dans, vel solués voluerit reseruare sibi iuspat. *Roccb. in uerbo, & dotauit. q. 6. n. 11. in fine. Lambert. lib. 1. p. 1. q. 6. act. 1. nu. 16. Bero. in c. 3. nu. 90. uers. tacitè etiam dicetur, usque ad finem. de iurepat.* & fuit resolutum in d. *Lucana maiusculatus. 4. Decemb.* 1587. *coram Orano.* attamen in hac facti specie cessant omnes coniecturæ, quia cum causa agitaretur coram Gropperio super nullitate dismembrationis, vt patet ex deductis in summario Ludouici à nu. 3. vsque ad 9. & licèt in concordia, seu narratiua illius, cuius vigore d. summa soluta fuit, Ioannes enuncietur patronus, attamen dicta verba sunt assertiua, cum ibi dicitur, afferentem se patronum, & sunt etiam relatiua ad litẽ, & sententiam, in quibus Io. non nominatur patronus, & propterea non concludunt, quòd assignatio prædicta

ea fuerit facta pro dote, iuxta not. in *cap. si Papa. de priuil. in 6. & in clem. si summus. de sent. excomm.* & per *Aret. in cons. 23. nu. 8. uers. uerumtamen. & cons. 13. col. fin. uers. praeterea.* & cessat omnis difficultas, quia si agendum est via ordinaria ad acquirendum iuspat. fuisset opus, vt ecclesia esset penitus depauperata, & egeret noua dote, vt supra relatū est; si verò dicta dotatio sufficeret, itaut iuspat. dici posset acquisitum ex titulo oneroso, quatenus tamen interuenisset beneplacitum Apostolicum, ex pariter supradeductis, in hoc casu nullum adest beneplacitum Apostolicum, neque potest induci ex obseruantia. *Put. dec. 355. lib. 2. in nou.* Rot. *decis. 179. p. 2.* & fuit saepissimè dictum.

Quantum attinet ad secundam difficultatem, an' ex quo patronus est in quasi possessione praesentandi possit iuuari aduersus d. reg. 8. ex d. quasi possessione praesentandi, & resolutum fuit, non posse iuuari, quia enim ex praedictis clarè constet beneficium esse de iurepat. ex priuilegio, & sic comprehendi sub reg. 8. illa propter decretum irritans inficit nedum titulum, sed etiam possessionē. *Cassador. decis. 1. num. 1. & per tot. de rest. spol. Put. decis. 196. nu. 1. lib. 3. in nou. Rot. decis. 510. nu. 5. lib. 3. p. 3. per tot. Modern. glos. reg. 8. glo. 31. nu. 8. & glo. 66. nu. 29. Mandos. super reg. 1. q. 3. per totam.* & haec conclusio procedit in casu isto, in quo habemus reseruationem ex regula, nulla habita distinctione, an' reseruatio sit de certo, vel incerto corpore beneficij. vt per *Cassador. dec. 1. nu. 3. de rest. spol. Germon. de indult. in §. uolentes, num. 30. & 31. Modern. glos. reg. 8. glo. 66. nu. 32.* & ista sententia inter alias fundatur in optima ratione, quia hodie omnes reseruationes sunt generales, ac per viam legis, & ex motu proprio, vt probat d. *Modern. in §. 2. proem. nu. 57.* & sic inficiunt possessionem perinde ac si essent super certo corpore expressae. *Lancellote, de attentat. p. 3. c. 24. q. 9. nu. 4. & 5.* & fuit resolutum in causa *Salamant. fructuum. 9. Martij. 1587. coram bo. mem. Gypsio. Modern. glos. d. glo. 66. nu. 34. & seq.*

Neque facit, quòd praedicta conclusio verissima sit, quando decretum est iustificatum, vt si indubitanter constaret beneficium esse de iurepatr. ex priuilegio, aliàs non inficiat possessionem. *Caputaq. dec. 329. nu. 7. p. 3. Crescent. dec. 5. de restitut. spol. moder. glo. allegata glo. 96. nu. 39.* hic autem decretum non videtur iustificatum, nam licèt adsint praedictę probationes, attamen cum probatio probationem non excludat, non potest dici decretum iustificatum, donec contrariū probari potest. *Aegid. dec. 103.* & ad hunc effectum videtur requiri res iudicata, vel confessio partis, *Rota dec. 269. p. 2.* & fuit dictum in causa *Baren. beneficiorum. 14. Maij. 1614. coram Illustriss. D. meo Card. Lancellotto*; nam fuit responsum, quòd licèt confessio partis, & res iudicata sint liquidissimae probationes, attamen non excluduntur aliae probationes à iure. *Gemin. cons. 27. in princ. Oldrad. cons. 139. in fin. uers. decimo.* hic autem, vt patet ex praedictis, probationes factae super iurepat. non releuant, & ideo indubitatum est, quòd probatio deducta in instrumento sit liquida, cum negotium sit discussum. *Natt. cons. 52. nu. 18. et 19. Rol. à Valle cons. 75. nu. 3. lib. 3.*

Vlterius responsum fuit omnia beneficia praesumi libera. *Inn. in cap. cum venerabilis. num. 9.* & ibi *Doct. de except. Ioan. Andr. in cap. 1. de cap. mon. in 6. Bald. in sua margarita vers. ecclesia. num. 19. Dec. cons. 117. & cons. 573. Rocch. de Iurepatronat. in verbo construxit, num. 29.* quae conclusio procedit, nedum in priuatis, sed etiam in Imperatore & alijs principibus, vt probat *Rodulphus Schrader. cons. 10. lib. 1. inter*

ter conf. Ioan. *Barcholien.col. 22. fol. mihi 453.verf.& licet hac prima fronte*. & propterea cum alia pars det de Iure patronat. non plenè probat intentionem suam, vt patet ex dictis, quare non potest dici, quod liquidè constet de exceptione iurispatronatus, & ideo regula operatur effectum suum, quia exceptio non est clara, *Oldrad.conf.206.in princ.verf.restat.* Paris.*conf.67.in princ.lib.4.* Ias.*in l. titiæ textores, in c.not. num. 2. & seq. ff.de legat.* 1., nec quasi possessio suffragatur cũ inficietur ex decreto irritanti, vt supradictum est, & ita fuit seruatum in *causa Compsana* Iurispa*tronatus coram bon.mem.*Litta, vt patet ex vtraque decisione. Comprobantur prædicta, quia non est nouum in iure, quod proprietas, quando de illa constat (prout constat in casu nostro ex prædictis) præferatur possessioni, vt in similibus terminis dixit *Abb. in capit.consultationibus, nu.9.de iurepatron.Butr.in cap.ex literis, num.8.eod. tit.* Ripa *in cap.cum ecclesia, num.130.de cau. poss. & propriet.* Dec. *conf. 123.num. 1. & conf. 149.num.2.*Lambertin.*de iurepatron. lib.2. p.2. quæst.3. art. 6. num. 4. & seq. & art.9.num.2.Rocch. de iurepatron. in ver. competens, q. 15. num. 45.* Paul.*de Cittad. de iurepatronat.p. 6.art.53.num.16.* & fuit dictum in *causa* Imolen. *iurispatronat. 7.* Iunij, *1577. coram Cantuccio. & in causa Sen.iurispatron.9.* Ianuarij 1598. *coram bon.mem.Franc.*Penia. & in alia *Romana de Publicolis*, 21. Ianuarij 1600. *coram Episcopo* Pacen.*& in Meliuitan.iurispatronat.*18. Aprilis, 1608. *coram Reuerendiss.* Lugdunen. & vltimo loco in causa *Lucana iurispatron.* 23.I*anuarij 1622. coram bon.mem.*Pennia. quæ licet fuerit reuocata coram R.P.D. meo Vbaldo, hoc prouenit, quia factum non subsistebat, non autem iuris conclusiones.

Neque obstat, quod dum cognoscitur super meritis iurispatronatus, patronus non est sua possessione priuandus, vt fuit resolutum in *causa Lucana Canonicatus*, 18. *Maij* 1590. *coram Bubalo*, quia placuit Dominis distinctio facta in *causa* Barchinon. *prioratus* 11. *Maij 1609. coram me*, videlicet, quod aut beneficium vacat in mense reseruato, & quasi possessio non suffragatur aduersus clausulas *reg.* 8. *ex rationibus supra ponderatis*. aut non vacat in mense reseruato, & versamur in casu, quo iuspatronat. potest reuideri per Ordinarium iuxta terminos *Conc. Triden.sess.25.cap.9.de reform.* & interim dum reuidetur, patronus sua quasi possessione non est priuandus, & in istis terminis loquitur prædicta decisio Bubali, & ita declarauit *Congregatio* Illustriss.*Interpretum*, vt refertur in d.*causa* Barchinonen. in nostro autem casu non agitur de reuisione iurispatronatus ad effectum, vt debeat reuocari, vel confirmari iuxta terminos d.Concilij Tridentini: sed agitur an comprehendatur sub regul.8.quæ non reuocat beneficia de iurepatron.ex priuilegio, sed solum reseruat.

Ex prædicta responsione tollitur, quod iurapatronatus non possunt reuideri, si ante annos 40. à publicatione Concilij fuerunt constituta, quia quicquid dicendum sit; an istud iuspatronatus possit dici constitutum per 40. annos ante publicationem Concilij, stante regula Adriani VI. quam difficultatem adnotaui excogitasse Illustriss.D.Card. Millinum tunc Rotæ Auditorem dum proponebatur dicta causa Valentina de Carlet, hic non agitur de reuisione sed dicitur, quod iuspatronatus est ex priuilegio, & quod propterea est reseruatum per regulam 8. Stant enim simul, quod iuspatronatus non possit reuideri, & quod nihilominus sit ex priuilegio, ita vt comprehendatur sub reseruatione regulæ 8. ex quibus, si hoc beneficium non cadit sub alternatiua Episcopi, de quo e-

tir

rit videndum, standum est in decisis sub die 14. Nouembris superioris anni, vbi conclusum fuit constare de reseruatione.

Quinta est decisio in *eadem coram eodem* 31, *Ianuarij* 1618.

32 Dictum fuit, quod vbi augumentum non est commensuratiuum ad concessionem iurispatronatus, non definit esse ex priuilegio, nec priuilegij nomen amittit. *Aretin. in cap. nouit. num.*28.*Fel.num.*18.*verf. dicitur autem, de Iudic.Soc.Sen.in conf.*4.*num.*5.*& seq.lib.* 3. *Osasch. dec.* 139. *num.*10. *Boss.in pract.crim. tit. de principe. num.*152.*&* 153.*Peregrin. de iure fisci, lib.*1.*tit.*3.*num.*29.& in terminis iurispatronatus fuit resolutum in *Perusina plebis de confinio*, 3. Decembris 1576. *coram bon. mem.* Blanchetto. *& in Lucana Decanatus* 21. *Martij* 1577. *coram* Clemen.8. quæ habetur *p.*1.*dec.*457.*num.*1. *& in d. Compsana iurispatron.* 23. *Ianuarij* 1603. *&* 3. *Decembr.* 1604. *coram Litta. ac in d. Cæsaraugustana* 14. *Nouembr.* 1616.*& d.*6.*Nouemb.* 1617. Vbi etiam firmata fuit conclusio pro indubitato, quod beneficium de huiusmodi iurepatronatus si vacat in mense reseruato, comprehenditur sub reseruatione regulæ de mensibus, etiam quòd patronus sit in quasi possessione præsentādi propter decretum irritans positum in regula,& ita in puncto pluries resoluit Rota, *Verall. dec.* 29. 312. *& &* 326.*lib.*1. & fuit dictum in *Cæsaraugust. parochialis* 10. *Iunij* 1566. *coram Gropperio, & in Valentina Parochialis de Carlet.* 4. *Iunij* 1600. *coram bon.mem.*Lancell.*& in Pampilonen.Parochialis de Garag.* 18. *Iunij* 1555. *coram Achille de Graffis,* quæ allegatur in primis decis. in quibus etiam citatur *Fel. quando lit. ap. noc. patr. num.*11.*lim.* 11.*Aen. de Falcōnibus de reseruat.q.*4.*princ.effect.*14. *verf.idem si iuspatronat.competeret ex priuilegio laicis. Cassad.dec.*4.*num.*5. *de probat. Rocch. de Curte de iurepatronat. in ver. competens q.* 24. *num.* 56. *verf. limita nunc conclusionem. Lambertin. tract.eod.lib.*2.*par.*3.*q.*8. *art.*3.*num.*1.*iuncto conf.* 65. *num.* 1. *Fed. de Senis versic. sed si non habet præsentare. & conf.*69.*num.*3. *Card. verf.ad secundum dubium.*

Nec ibi Rota vim facit, quod iuspatronatus huiusmodi nullatenus cadat sub reseruatione, tamquam concessum per quadraginta annos ante confirmationem Concilij, quo casu non debet vlterius reuideri, quia dictum fuit, quod dato etiam quod non possit reuideri, est nihilominus semper de iurepatronatus ex priuilegio, & ideo si vacat in mense reseruato comprehenditur sub dicta regula, etiamsi patronus sit in quasi possessione præsentandi, nam regula de mensibus propter decretum, tollit quasi possessionem, quanquam ipsa quasi possessio suffragetur, quādo cognoscitur inter patronum, & Episcopum, quia beneficium vacatit in mense ordin. & ita decidit Sacra Congregatio in causa de Ottonibus, & Rotà distinxit in d.Barchinonen Prioratus, nec prædicta Domini reuocabant in dubium, sed verissima reputarunt, & quamuis Domini recesserint à d.dec. 31.*Ianuarij* 1618.& steterint in decisis sub die 14.*Nouēb.*1616.quę est in præinserta, nolui tamen prætermittere conclusiones iuris in dictis decis. allatas cum veræ sint, vt patebit tam ex d. *dec.* 14. *Nouembr.* quam ex sequenti *in eadem coram eodem.*13. *Nouembr.* 1620.& hæc est.

33 Sexta decisio talis tenoris. Domini recesserunt à decisione facta sub die 31. *Ianuarij* 1618. & steterunt in decisis sub die 14. *Nouembris* 1616.cum huiusmodi parochialis vacauerit in mense Octobris, qui est vnus de octo mensibus Papæ reseruatis, Episcopo non gaudente alternatiua, prout respectu ipsius parochialis non gaudet, cum asserti patroni sint in quasi possessione præ-

præsentandi, in qua debent manuteneri *cap. consultationibus de iurepatr.* alternatiua enim non habet locum nisi in beneficijs, quæ sint liberæ collationis episcopi, vt disponitur in regula 8. quale non est ista Parochialis, cum patroni sint in quasi possessione præsentandi, & ideo collatio non est libera episcopi, cum ab ipso solo non possit fieri, sed requiratur præsentatio. *cap. 2. vbi gloss. in ver. liberè. de rescript. c. 2. de test. in 6. clem. 2. vbi gloss. in verb. liberè, de iurepatron.* & fuit resolutum in *causa Tarracon. sacristæ, 9. Iulij 1600. coram bon. me. Iusto.* neque est verum, quòd idem erit dicendum respectu Papæ, cum vna, & eadem res non debeat diuerso iure censeri. *l. eum qui ædes. ff. de vsucap.* quia regula non procedit respectu diuersarum personarum, *l. si quis præferendum. 35. in fin. ff. de furt.* & propterea, aut patroni volunt se iuuare sola quasi possessione præsentandi, & non possunt propter decretum irritans appositum in regula 8. quod inficit titulum, & possessionem, ita vt dispositio *capit. consultationibus.* non suffragetur ad dictam regulam *Verall. decis. 29. & 326. & 312. libr. 1. in manuscript.* & fuit resolutum in *causa Valent. de Carlet. 4. Iunij. 1601. coram Illustris.* Lancellotto, quam refert, & sequitur *Garc. de Benefic. p. 5. cap. 9. nu. 127.* Aut dicti patroni volunt vti titulo producto, & tunc aut ille titulus est considerandus tamquam à 40. annis citra publicationem Concilij Trid. cõcessus, qui potest reuideri ab episcopis iuxta dispositionem d. Concil. *sess. 25. cap. 9. §. similiter quoque de reform.* & constat esse ex priuilegio, & sic comprehenditur sub reg. 8. vt aliunde fuit deductum in dec. in hac causa facta, *6. Nouembr. 1617.* & firmatum est in decisione facta *31. Ianuarij 1618.* beneficium enim pingue fuit auctum in redditibus solum pro scut. 10. aut non potest reuideri, quasi sit concessus à 40. annis vltra; & hoc casu, quamuis firmus maneat, & non possit reuocari, cum sit in statu validitatis. *Gabr. cõs. 195. lib. 1.* & censuit *Congreg. Illustriss. interpretum*, & refert *Garc. de Benef. loc. sup. alleg. num. 124.* non tamen cessat quod sit ex priuilegio, & quod propterea comprehendatur sub regula 8. quæ tollit priuilegia, & indulta conferendi beneficia in mẽsibus, & etiam consuetudines immemorabiles, vt per *Gonzal. super reg. 8. glos. 35. num. 21. & 24.* quod absque dubio Papa facere potest, vt per eundem *Gonzal. d. loco num. 31. & seq.* maximè quia ista reuocatio bene se compatitur cum firmitate priuilegij inducta à Concilio, cum reg. non deroget in totum priuilegijs, sed illorum effectum suspendat, vt non suffragetur contra reseruationẽ regulæ 8. *Gonzal. loco supra allegat. num. 34.* & latius in *glos. 40. nu. 2.*

Neque refert, quod patroni non produxerint hunc titulum, & ideo possunt iuuari possibilitate alterius, cum detur muliplicatio titulorum quia hoc non est verum in facti specie, nam si nolunt se tueri titulo producto, sola quasi possessio non suffragatur, cum tollatur per regulam 8. vt supra dictum est, non possunt se iuuari possibilitate alterius tituli, cum solum possessor ista possibilitate iuuetur *Cassad. decis. vltim. num. 1. de procur. Crescene. decis. 21. num. 4. de probat.* ex quibus fuit recessum à supradicta decisione.

Et faciunt dicta in *causa Spoletana prætensi iurispatronatus* Abbatiæ *S. Petri de Ferentillo coram Reuerendiss.* D. *de Rubeis Decano 6. Iunij. 1580. 26. Decembris 1580. 19. Iunij 1581. 1. Decembris 1581. & in eadem Spoletana* Abbatiæ *coram* Reuerendiss. *D. Coccino Decano 27. Iunij 1625. & 19. Decembris 1625.* vbi latissimè de Iurepatronatus competente ex priuilegio, prout infra adducuntur decisiones coram D. Coccino Decano.

Qua-

Quarum prima est in *d. Spoletana Abbatiæ.* 27. *Iunij.* 1625.

Sixtus IV. donauit bona Monasterii sancti Petri de Ferentillo; Bartolomæo de Ruuere nepoti per hæc verba. Volumus,& auctoritate Apostolica decernimus,quod cedente, vel decedente Ancaiano moderno Abbate, seu illud quomodolibet dimittente,dignitas Abbatialis,& Ordo sancti Benedicti, Conuentualitas in ipso Monasterio extincta sit, & esse censeatur, & deinde Monasterium ipsum Capella sine cura nuncupetur, reputetur, & nihilominus omnes decimas, necnon fructus, redditus, prouentus, possessiones, iurisdictiones,iura, & bona mobilia, & immobilia dicti Monasterii ex nunc tibi præsenti,& recipienti pro te,tuisque hæredibus, & successoribus habenda, & possidenda, ita quod illa vendere,alienare, donare, & de illis pro tua, & hæredum prædictorum voluntatis arbitrio disponere, & ordinare liberè, & licitè possis, & valeas,& possint, & valeant; ea donatione, quæ dicitur inter viuos tenore præsentium donamus, concedimus, & elargimur, &c. Euenit casus quod sub Iulio II. prædictus Ancaianus resignauit Monasterium ad fauorem Aloysii de Ancaianis,qui adhuc viuens narrauit Leoni X. vna cum Ancaianis de Anno 1515. se per quadriennium licet de facto,pacificè tamen Monasterium possedisse, & hæredes Barthoiomæi donasse prædicta bona ipsis Ancaianis,prout in instrumento apparere dixerunt,& obtulerunt se daturos omnia bona prædicta Ecclesiæ, si iuspatronatus concederetur. Quapropter Summus Pontifex postquam fructus,redditus, & prouẽtus, decimas, iurisdictiones, iura,& alia bona in dotem Monasterio dederint, & concesserint iuspatr. & præsentandi personam idoneã ad dictum Monasterium in forma commissaria concedi mandauit. Stante hac serie facti dubitaui, an constaret de iurepatronatus, & DD. negatiuã sequuti sunt opinionem. Quia Summus Pontifex concessit iuspatronatus sub prætextu dotationis, quæ hic verè non adest,cum per dictam resignationem Ancaiani fuerit suspensa gratia Sixti IV. Et interim ad fauorem illorum de Ruuere donatariorum non erat iusta nata obligatio,neque actio, quamobrem nec ipsi potuerunt cedere bona tamquã libera Ancaianis, neque Ancaiani tamquàm de bonis liberis potuerũt Ecclesiam dotare, vt in simili si quis de alieno feudo purè inuestiatur, inuestitura non valet,vt enim valeat fieri debet sub conditione,& cõferri in illud tẽpus quo possessor sine hærede masculo decedat *cap.* 1. *qui suc cess. dar. tenean. lib.* 1. *feud. cap.* 1. *post princip. verb. vbi vers. de alterius feudo. de Cler. qui inuest. fec. lib.* 2. *feud. Rossent. de feud. c.* 4. *concl.* 9. *incip. atque hæc sufficiant num.* 1. *& seq. Clar. lib.* 4. *sent.* §. *feudũ q:* 14. *n.* 1. *Hartm. Pist. q.* 25. *n.* 1. *lib.* 2. *Schrader. de feud. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 59. Quare cum concessio iurispatronatus fuerit facta ex falsa causa, nempè titulo dotationis, & dotatio corruat, corruit quoque concessio, itaut nulla censeatur *l. & si præses. C. de præd. minor. Alex. cons.* 69. *num.* 3. *lib* 3. *Menoch. cons.* 314. *nu.* 27. *sanct. mem. Greg. decis.* 496. *num.* 11. adeò vt licèt alia non obstarent,Nihilominus Ancaiani post mortẽ Aloysii, per cuius prouisionem eius vita durante fuerat suspensa gratia Sixti IV. non potuerint prætendere iuspatronatus, cum concessio malè fuerit facta; sed possint repelli exceptione nullitatis, vt in terminis feudi à tertio possessi,de quo quis purè inuestitus fuit, quod concessio non sustineatur, etiam si postea feudum aperiatur, tenent *Rossent. de feud. d. c.* 4. *concl.* 9. *num.* 1. *Afflict. in c. si quis fecerit inuestituram quo tempore miles. num.* 15. *Hartm. Pist. q.* 25. *num.* 13. *& seqq. lib.* 2. *Facbin. controu. iur. lib.* 7. *c.* 28. *circa medium, vers. quod attinet ad secundam cõtrouersiam.* Et prædicta eo amplius

procedunt respectu Decimarũ quas licèt Sũmus Pontifex concedere potuerit. *Hostien. in summ. de decim. §. 3. queritur. n. 13.* Rebuff. *de decim. q. 13. num. 73.* tamen cum circa hanc concessionem adsit prohibitio Concilij Lateranen. sub Alex. iii. *in cap. 14. §. probibemus, relatũ in c. probibemus, de decim.* ad effectum validitatis huius concessionis requirebatur expressa derogatio dicti Concilii Generalis, quod censetur habere clausulas derogatorias ad sequentes dispositiones, adeò quod datur defectus voluntatis in concedente, *c. ex parte de capell. Menoch. c. nonnulli §. 1. vbi Felin. n. 2. de rescript. Archid. in c. 1. n. 2. ante finẽ ver. vel dic planius, de Cõstit. in 6.* & fuit dictũ in causa Imolẽ. Decim. 21. Maij. & 9. Iunij 1586. *corã Orano. Et in causa Vlixbonen. decim. 24. Nouẽb. 1583. corã Oriolen. & in causa Valẽt. Decimarũ. de* Ayora 27. *Nouẽb.* 1602. *corã bo. me. Penia* vbi aliæ decis. recẽs.

Quod autem gratia Sixti fuerit suspensa per resignat. Ancaiani non põt controuerti, quia aut gratia Sixti sapit vnionẽ prout voluit *Rota in pũcto huius gratiæ in causa Spolet. præcẽsi iurisp. 14. & 19. Iunij 1581. coram* D. *de Rubeis*. Cum vnio nihil aliud sit, quam suppressio, & donatio, ex qua beneficium vnitum efficitur prædiũ, & alteri loco applicatur, *Rota decis. 11. de reb. eccles. non alienan. in antiq. Sarnen. in reg. de triennal. q. 8. num. 2. vers. quia per vnionem, Felin. in capit. in nostra, num.* 30. *de rescript.* Paris. *cons. 30. n. 11. lib. 4.* & satis expressis verbis vnioni fuit derogatum, prout passim fieri consueuit in resignat. ad fauorẽ. *Mandos. in praxi signat. grat. in verb. resignationẽ. ver. datur.* Paris. *de Resign. lib. 2. q. 3. nu. 52.* Aut verò gratia Sixti non est habenda pro vnione, & nihilominus illi satis fuit derogatum; nam Iulius ij. in dicta prouisione, suspendit quascunque vniones, etiam ad instantiam Regũ, & aliorum Principum, &c. cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, etiã fortioribus, & insolitis, & de plenitudine potestatis hactenus concessis, suspendit quoq. coadiutorias, & demum subditur. Cæterisq. in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque cum clausulis opportunis, & consuetis. Vnde ex istis verbis duo fuerũt ponderata. Primum quod per clausulam, Non obstantibus fuit derogatum omnibus, quæ possent resignationi obstare. *Ias. cons. 110. col. 4. in fin. sub nu. 12. vers. 3. moueor. lib. 4.* Bero. *cons. 147. n. 28. vers. & licet, lib. 3.* Roland. *cons. 67. nu. 62. lib. 3.* Etiam priuilegio in corpore iuris non clauso, *Clem. 1. in fine de sepult. Io. Andr. in cap. 1. num. 4. de excess. prælat. in 6.* Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, vers. non obstantibus, sub n. 11. Ruin. cons. 163. nu. 17. & 18. lib. 5.* Secundò fuit ponderatum, quòd ista derogatio est apta suspendere etiam donationem factam per Sixtum iv. cum non sit minor vnione, quam Papa suspenderat, vt in simili si fuit derogatum vni Concilio Generali, & postea dicatur, & alijs Conciliis, censetur derogatum etiam aliis Conciliis Generalibus, etiam quod egeant derogatione speciali. *Dec. cons. 341. nu. 10. in princ. lib. 2. Prob. ad Menoch. in cap. cum in tua, num. 23. vers. & quod necessaria sit. de consuet. in 6. Couar. in epit. de spons. 2. par. c. 8. §. 9. versic. quibus ego addo.* & fuit dictum in causa *Conchen. exemptionis Decimarum. 17. Martij 1589. coram Orano.* Et in simili videmus etiam quòd licèt fideiussor debeat specialiter renũciare beneficiis exequutionis, diuisionis, & cedendarum, vt notat *Matth.* Berlich. *par. 2. concl. 22.* Ista tamen regula fallit si fideiussor renunciat aliquibus beneficiis in specie, & postea subdatur clausula generalis, & omnibus aliis beneficiis. *Valent. Franch. in tract. de fideiuss. c. 5. nu. 355. uersic. hac tamen adiecta, cum seqq. Matth. Coler. tract. de Proc. execut. p. 1. c. 10. num. 449. uers. fallit 3. & decis. 226. incip. facti quæstio, nu. 46. uers. 3. fallit, par. 2. Koppen. decis. 53. incip. Nihil* bo-

hodiernis temporibus, nu. 12. ad finem, uers. 2. limitatur iuncto num. 1. cum aliis, per Berlich. loco prædicto, nu. 17. & prædictis non resistit quod dicta clausula generalis cæterisq. &c. derogatoria omnium obstatiarum, per quas effectus gratiæ differri, vel impediri valeret, non operetur suspensionem vnionis, vt voluit *Rota in Eugubina beneficij S. Stephani 10. Decembris 1590. coram Card. Pamphilio relata apud Garz. de benef. par. 11. c. 4. n. 41. & seqq.* Et sic nec suspensionem gratiæ Sixti iv. quia hoc procederet si solum adesset ista clausula, sed cum adsit suspensio vnionum, & postea subsequatur ista clausula benè operatur, vt patet ex prædictis, & optime suffragatur *dec. Cassad. 3. de renunc.* vbi nulla habetur mentio Vnionum, sed solum aderat clausula, cum suspensione omnium gratiarũ, & ideò per illam fuit resolutũ, quòd vnio censebatur suspensa quod admittit etiam prædicta decisio in causa Eugubina. Quarè iure meritò prædicta clausula generalis, cæterisq. &c. suffragatur in hac facti specie.

Neque est verum, quòd non constet Ancaianum resignasse ad fauorem Aloysij, sed quemdam Eusebiũ, quia ad dissoluendum hanc difficultatem, prænotandum est; quòd si prædicti Abbatis Ancaiani nomen fuisset Eusebius Ancaianus de Ancaianis, licet fuerit appellatus Ancaianus de Ancaianis solummodo, nihilominus identitas personæ satis probata censeretur, quamuis in litteris Sixti fuisset nuncupatus Ancaianus, & in litteris Iulij Eusebius. *Io. de Anan. cons. 17. num. 10.* vbi quod habens duo nomina puta Ioannes Antonius, potest vocari Ioannes distinctè, & Antonius. Ideò identitas probatur licèt libellus concludat de Antonio; & probatio de Ioanne Antonio, quod etiam procedit in nomine, & cognomine, cum quilibet possit ex sola cognatione denominari. *Bart. cons. 179. in princ. lib. 1.* vbi quod Martinus de Baroncijs potest etiam appellari Baroncius, & affert alia exempla legum indistinctè ponentium nunc nomen, nunc solum cognomen ab agnatione pro eàdem persona, prout Publius Mæuius, quãdoque Publius, & aliquando Mæuius appellatur, & Claudius Iustus, modò Iusti, modò Claudij cognomento denominatur, & benè facit *glo. in l. si nomine, in verbo cognomine. C. de testam.* immo est aduertendum, quòd error in nomine proprio non vitiat institutionem si de corpore constat. *§. si quis in nomine. Instit. de legat. l. si in nomine. C. de testam. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. Bart. d. cons. 179. n. 1. vers. præterea posito.* His ergo præmissis cum ex multis constet Ancaianum de Ancaianis ita nominatum in litteris Sixti fuisse illum, qui sub nomine Eusebij resignauit de tempore Iulij II. dicẽdum est, vel quod vocaretur Eusebius Ancaianus de Ancaianis, vel quod in litteris Iulij fuerit appositũ nomen solum agnationis, vel quod adsit aliquis error in nomine. Cum igitur constet eamdem esse personã Ancaiani, & Eusebij parum refert prædicta variatio, vt patet ex prædictis. Quodq. sit eadem persona clarè depræhenditur, quia ipsimet Ancaiani fassi sunt in litteris Leonis ad supplicationem partis concessis Ancaianum resignasse ad fauorem Aloysij in manibus Iulij Papæ Secũdi, idemq. expresserunt in litteris emanatis per sanct. mem. Gregorij XIII. confirmationis, concordiæ initæ inter ipsos Ancaianos, & Patres Iesuitas, quæ quidem confessio probat identitatem personę, etiam quod dici posset facta ad alium finem. *l. cum præcum. C. de liber. caus. Bart. in l. cum falsa. nu. 5. cum duob. seqq. C. de iur. & fact. ignorant.*

Neque dicatur quod stant simul quòd Ancaianus resignauerit ad fauorem Aloysij, & quod nihilominus Eusebius non sit ille Ancaianus no-

minatus in resignatione facta in manibus Iulij Secundi, cum Ancaianus potuerit resignare ad fauorem Eusebij,& Eusebius ad fauorem Aloysij, ac demum Ancaianus ad fauorem Aloysij, cum fortè resignatio ad fauorem Eusebij non habuerit effectũ, & prædicta videntur sufficere, cum reo sufficiat excludere actorem ex possibilitate. Quia posset responderi hanc imposturam esse valdè inuerisimilem, cum non ita de facili resignationes ad fauorem de Monasterio præsertim alicuius considerationis soleant fieri duobus maximè in eàdem familia, sed melior, vt plurimum eligatur. Concurrunt præterea plures etiam demonstrationes, nimirum verisimilitudo facti supra ponderata, identitas cognominis, & resignatio sub Iulio II. Quarè videtur dicendum satis constare personam, quæ resignauit esse Ancaianum, cum tot demonstrationes conueniant, ita vt asserens contrarium teneatur probare, vt in puncto identitatis personæ considerat *Alexan. cons.* 108.*nu.*3.*lib.*7. vbi si in legitimatione sit scriptus Titius natus ex Chelda soluta, licet probetur Titiũ natum ex alia muliere, non tamen excluditur idẽtitas personæ, vbi aliæ demonstrationes concurrant. *Ias. cons.* 13.*nu.*3. *& 4. vers. quia ad hoc potest responderi. lib.*3. Vbi non excluditur identitas personæ etiam quod fuerit scriptum Presbyter Ioannes quondam fratris Albertini de Venturinis, & fuerit probatum quod nõ erat de Venturinis, sed de Albritijs. Vtq. benè considerat *Abb. in c. cum Ioannes. nu.* 26.& ante eum *Card. col.* 4. *in fin. vers. ex his. de fid. instr.* potuit esse quod descriptus in instrumento sibi nomen mutasset. *arg. tex. in l.* 1. *C. de mut. nom.* Dicunt enim Card. & Abb. quòd si in instrumento sunt descripti A. B. expresso eorum cognomine pro testibus, si producantur duo, qui dicant se illis nominibus vocari, sed non fuisse præsentes instrumento, hoc non sufficit ad reprobandum instrumentũ, quia descripti in instrumento potuerunt mutare sibi nomina, sequitur *Felin. in c. auditis. nu.* 27. *vers. & ibi dicit. de præscript.* quod benè applicatur ad casum, de quo agitur, vt supra ponderatum fuit, scilicet quod Abbas Ancaianus, vel vocaretur Eusebius Ancaianus de Ancaianis, vel vocaretur ex cognomine, vel quod fuerit erratum in nomine, & hoc dictum sequitur etiam *Alex. cons.* 190. *n.* 32. *in fin. in vers. secundo respondeo. lib.* 6. *Ias. cons.* 13. *nu.* 2. *&* 3. *vol.* 3. qui licet loquantur ad saluandum instrumentum à falsitate, & regulariter mutatio nominis non præsumatur. Tamen bene possunt huic casui adaptari, in quo nec adest probatio in contrarium, & concurrunt tot verisimilitudines, & non agitur de mutatione nominis, sed de ommissione partis nominis, vt supra dictum est.

Neque est verum, quòd cum in litteris Sixti IV. fuerit dictum cedente, vel decedente Ancaiano Abbate Monasterij, seu illud quomodolibet dimittente, &c. videatur cõpræhendere omnem resignationem; quia fuit responsum hanc fuisse resignationem ad fauorem; in eàdem enim supplicatione alter pro dimissione, alter pro prouisione supplicat. *Cassad. decis.* 3. *in fin. de renunc. Put. dec.* 511. *lib.* 2. *in nou.* & fuit dictum in causa *Regien. iurispatronatus.* 5. *Martij.* 1625. *coram* R. P. D. *meo* Vbaldo. Quapropter hæc resignatio non compræhenditur sub verbis cessum, vel decessum, seu per quamlibet dimissionem, nam hæc verba continent sub se simplicem dumtaxat resignationem, seu cessionem. *Cassad. d. dec.* 3. *de renunc.* in qua Papa confirmauerat creationem in Canonicum prouidendo ex nunc prout ex tunc quamprimum vacaret per cessum, vel decessum, &c. & ibi cõclusum fuit non intelligi per cessum ad fauorem certæ personæ arguendo ab

ab vsu patrisfam. qui numquam cõsueuit similes resignationes impedire, & alijs prouidere quàm resignatarijs. Ex longissimo enim,& quotidiano vsu Principis, colligitur mẽs illius. *arg. l. vel vniuersorum, ff. de pig. act. Felin. in c. in nostra coroll.* 5. *num.* 15. *de rescript.* & in his terminis loquitur *Put. dec.* 347. *nu.* 1. *&* 2. *p.* 1. *in nou. & dec.* 511. *p.* 2. vbi quod indultum conferendi beneficia etiam quod vacent in Curia per promotionem, amissionem, vel quãuis dimissionem, intelligitur de simplici, non autem de cessione ad fauorem in manibus Papæ. *Mobed. decis.* 36. *de renunc.* Paleott. *dec.* 48. & in puncto huius Abbatiæ dixit Rota *in causa Spoletana iurispatronatus.* 6. *Iunij.* 1580. *coram* D. *de* Rubeis, & est *dec. sanct. mem.* Gregorij, 159. *num.* 1, & fuit decisum in *Eugubina S. Stephani* 15. *Martij.* 1599. *coram bo. mem.* Card. Pamphil. & in causa *Gerunden. Prioratus.* 11. *Martij.* 1615. *coram* R.P.D. *meo* Verospio.

Neque officit quòd in prædicta prouisione Aloysij non fuerit derogatum. Reg. *de iur. quæsi. non toll.* nam cum huiusmodi gratia contineret suspensionem gratiæ Sixti IV. non afferebat præiudicium considerabile, poterat enim fieri, vt resignatarius præmoreretur, ita eleganter considerat. *Put. d. dec.* 347. *nu.* 2. *lib.* 2. *in nou. Paris. de resign. lib.* 9. *q.* 9. *to.* 2. & fuit animaduersum in prędicta *decis. Spoletana iurispatronatur* 14. *&* 19. *Iunij.* 1581. *coram D. de Rubeis. & in præcitatis Eugubina, &* Gerunden. in quibus fuit resolutum clausulas suspensiuas comprætendere etiam vniones consistoriales, etiam pro dote factas, & sufficere, quòd dictæ clausulæ legantur in supplicatione, vel in litteris, & è contra.

Neque rursus refragatur, quòd in litteris Leonis Aloysius narrauerit, quod de facto licet pacificè per quadriennium possederat Abbatiam, quæ narratiua spatio 30. annorum præsumitur iustificata, narratiua autem in gratia Iulij, nec appareat, nec præsumatur iustificata. Quia huic motiuo fuit responsum hoc casu non esse locum pręsumptioni iustificationis gratiæ Leonis, nam quoad id, quod nimirum Aloysius de facto possederit ex resignatione sibi facta ab Eusebio, vel Ancaiano per talem resignationem fuit abdicatum omne ius à dicto Eusebio resignante, ita vt nihil amplius haberet agere in beneficio. *Butr. Abb. & Imol. in c. accepta. de restit. spol.* Cassad. *dec.* 4. *eod. tit. n.* 3. Rot. *dec.* 1. *de renunc. in nou. & dec.* 2. *eod. tit. in antiq.* Neque hic est constituenda differentia inter resignationem puram, & ad fauorem, quia cum Aloysius acquisiuerit Abbatiã ex resignatione, quamuis illa fuerit ad fauorem, omne ius fuit abdicatũ ab Eusebio, seu ab Ancaiano resignante. *Achill. dec.* 10. *nu.* 1. *&* 4. *de restit. spol. Put. dec.* 158. *libr.* 3. *Rot. dec.* 4. *nu.* 1. *de rer. permut. in antiq. Iaj. cons.* 86. *in vlt. dub. lib.* 3. *Paris. cons.* 5. *nu.* 7. *& seqq. lib.* 1. *Mobed. dec.* 25. *de renunc.* Guidob. *dec.* 59. Cotta *dec.* 318. *&* 321. Verall. *dec.* 2. *lib.* 1. *in manuscrip.* Pontan. *de spol. lib.* 3. *n.* 72. Et prædicta de plano procedunt, cũ Aloysius fuerit triennalis pacificus possessor, vt sũt verba *reg. de trienn.* & considerat Vuamesius *cons.* 238. *nu.* 19. *lib.* 1. Cumque de tempore gratiæ Leonis esset defunctus Eusebius, siue Anchaianus ad effectum prædictæ regulæ non erat discutienda validitas tituli Aloysij, de quo solum poterat opponere resignans. *Sarnen. super reg. de annal. q.* 39. *nu.* 4. *vers. similiter. Seraph. dec.* 457. *in fine.*

Quod verò de tempore dotationis factæ per Ancaianos, vt in litteris Leonis non esset orta obligatio, nec actio illis de Ruuere satis depræhenditur, licet enim tunc esset mortuus Abbas Ancaianus, vt tamen dictum est, donatio facta per Sixtum fuerat suspensa per resignationem factam ad fauorem Aloysij, & pro-

pterea sicuti viuente Ancaiano illi de Ruuere nullam, vel obligationẽ, vel actionem habebant, ita nec durante suspensionis tempore. *Dec. cons.497.nu.2.Castren.cons.229.col. fin.vers.tertio probatur.lib.1. & cons. 390. per totum. eod.lib.1.* Quodque gratia Sixti ante obitum Abbatis Ancaiani non tribueret obligationẽ, vel actionem pro euidentiori demõstratione distinguendum est, quod obligationum alia est pura, alia in diem, alia sub conditione. *l. cedere diem.ff.de verbor.signf.* In vltimis voluntatibus licet dies incerta omnino extitura faciat conditionem, non diem. *l.talis scriptura.30.§.sed & si sub conditione. ff.de legat.1.* secus tamen est in contractibus, vbi facit diẽ, qui differt actionẽ, licèt non suspendat obligationem. *l.si pupillus. §. qui sub conditione.ff.de nouat.gloss.vlt.& ibi Ias.in l.sub conditione.num.2.ff.de cond.indeb.Bart.in l.stipulatio ista.§. incerta. vers. venio ad 2. & in l. ita stipulatus.num.41.ff. de cond. & demonst.Oldrad.cons.114.nu.3.* tamen hæc conclusio etiam in contractibus dupliciter fallit, ita vt differat obligationem, & actionem post obitum. *Alciat.in l.cedere diem.nu.19.& 20. ff.de verb.signif.* vt primo loco si vltra diem incertam alia quoque quæ in promissione deducuntur incerta sunt, videlicet, cum quis fructus ex fundo percipiendos promittit, isto casu neque obligatio interim oritur, neque actio. *l. 1. ff. de condit. & demonst.* Secundo loco cum non solũ dies, sed obligationis quoque substantia post mortem confertur, tunc enim obligatio post mortem incipit. Et in casibus in quibus datur hæres ab hærede. *l.1.C.vt act. ab hered.*

In proposito autem licèt in litteris Sixti dicatur cedente, vel decedente Ancaiano, & sic apponatur dies incerta omnino extitura, attamen vltra hanc diem fuit etiam obligationis substantia post mortem collata, cum Papa voluerit, quod cedente, vel decedente Ancaiano dignitas Abbatialis, ac ordo S. Benedicti, Conuentualitas in ipso Monasterio extincta sit, & esse censeatur, & sic certum est, quòd isthæc fieri non poterant, nisi post obitum Abbatis, quod etiam liquido innuunt verba sequentia, & deinde Capella sine cura nuncupetur reputetur, &c. ponderando dictionem illam, deinde, quæ comprahendit tempus post extinctionem dignitatis Abbatialis Ordinis S. Benedicti, & Conuentualitatis, ita vt tempus ante dictam extinctionem, & sic ante obitum Abbatis nullius sit considerationis. *l. stipulationes non diuiduntur.72. §.1. ff. de verb.oblig.glo.in l. qui ante Kalendas 13. in vers. qui ante. & ibi DD. ff.eod.Bart.in l.2.§.creditum.num.7.* vbi etiam *Soc.sen.nu.10.ff.si cert.pet.* Et propterea cum subsequatur; & nihilominus omnes decimas, necnon fructus redditus, & prouentus, possessiones, iurisdictiones, iura, & bona mobilia, & immobilia dicti Monasterij ex nunc tibi præsenti, & recipienti pro tuis hæredibus, & successoribus habẽda, & possidenda, etc. donamus; & ista sint concessa post extinctionem dignitatis Abbatialis, sequitur, quòd nedum solum dies, sed etiam obligationis substãtia post mortem Abbatis confertur, maximè quia vtitur illo participio futuri temporis, videlicet habenda, & possidenda, quod neque ad præsens, neque ad præteritum potest trahi. *l.1. ff.quod quisque iur. Oldrad.cons.310. in princ. & nu. 1. & 2. Alex. cons. 77.nu.3.lib.1.sdnct. mem. Gregorius dec.328.nu.5. & dec.371.nu.1.*

Neque obstat, quòd Papa vtatur dictione, ex nunc, & verbis præsentis temporis, videlicet possis, & valeas vendere, & alienare, &c. & verbo, donamus, & concedimus, quia cum obligatio, & actio, vt supra probatũ est, essent collata post obitum Abbatis Ancaiani, dictio, ex nunc, intelligitur sequuto obitu, & sic adueniente

niente die, postquam oritur obligatio, & actio. *Imol. in clem.1. nu.10. & 11.* ibi post diem, vel conditionem debet dicere ex nunc, & ista excommunicatio non operatur nisi adueniente die, vel conditione, idem dicit ibidem. *Vital. nu. 33. vers. & facit, de concess. præbend.* Et de illo tempore sunt intelligenda verba præsentis temporis, quia cum sint apposita actui, ex quo oriebatur obligatio, & actio post obitum Abbatis Ancaiani, impossibile est, quod intelligantur de tempore datæ litterarum, & sic ante obitū dicti Abbatis. *Bart. in l.tutoribus 33. per illum textum in princ. & nu.1. & Bald.nu.1. et 2. ff. de testam. tut.* & licet in text. adsit dictio, tunc, quæ denotat extremitatem temporis, nihilominus dicit *Bald.ibid.n.2.* quod DD. dicunt hoc non prouenire ex dictione, tunc, sed ex natura rei, quòd actus debeant attendi tempore, quo robur sortiuntur, prout est casus noster, quia donatio, de qua agitur, & quoad obligationem, & quoad actionem, non sumebat robur nisi post obitum dicti Abbatis.

Neque releuat ꝙ clausula cedēte, vel decedente de sui natura in istis gratijs importet diē, & ideò interim potuit per illos de Ruuere fieri donatio Ancaianis, & illi potuerūt dotare Abbatiam, prout vnio facta per Papam cedente, vel decedente Rectore censetur in diem, ante cuius aduentum potuit sine præiudicio Rectoris fieri vnio, vt per *Oldrad. cons.233. per tot. et cons.257.num.1. et seq.* vbi Episcopus stante simili gratia potuit facere vnionem. *Felin. in c.capitulum.nu.7.vers.quarta conclusio.de rescript. Paris.cons.36.n.18. in fin. lib.4. Staphil. de litt. grat.tit. de secunda form.mand. de prouid.nu. 1. et seqq. fol. 62. secundum paruam impress.* fuit enim responsum terminos esse longè diuersos, quia in casu Oldradi ex verbis cedente, vel decedente, &c. erat nata obligatio, licèt non actiò, nam post obitum erat apposita solum dies, non autem substantia obligationis, prout in casu nostro, in quo nedum dies, sed etiā substantia gratiæ erat adiecta. post obitum, ideò meritò illo casu vnio sustinebatur, potuitq. fieri ab Episcopo, cum benè fiat vnio de beneficio pleno, sine tamen præiudicio obtinentis, vt ipsemet Oldrad. concludit, & Staphil. locis citatis. Quarè cum in casu nostro, nec aduenerit dies, nec substantia obligationis, illa enim fuit collata post obitum, frustra illi de Ruuere donarunt Ancaianis, si tamen de hac donatione constat, frustraq. Ancaiani dotarunt. Eoq. magis prædicta procedunt, quia in casu Oldradi fuerat suppositum esse ortam obligationem, & actionem. Vnde quatenus ista esset donatio simplex in diem, adhuc dotatio non sustineretur, cum fuerit suppositum diem cessisse, & sic ortam fuisse actionem, & obligationem, quod verum non est; & ideò dotatio omni casu non sustineretur.

Neque verum est, quòd post obitum Aloysij fuit acquisitum ius saltem quoad bona Ancaianis cessionarijs illorum de Ruuere. Nam primo non probatur hæc cessio, & quatenus probaretur non releuaret, quia cum Aloysius vixerit vsque ad tempora Pauli III. sub quo resignauit, gratia Sixti IV. videtur reuocata per subsequentes regulas sub *nu.12. de reuoc. vnion.* non obstante quod regulæ modernæ comprætendāt dismembrationes fructuū propter verba eorumvè domibus, prædijs, & locis, vt fuit resolutum in causa *Valentina subsidij. 14. Martij. 1616. coram* R. P. D. *meo Pamphilio*. & in causa *Cæsarauguſtana Dismembrationis.16.Ianuarij.1623.corā* R.P.D. *meo Vbaldo*. & regulæ antiquæ non compræhendunt applicationes fructuum, nisi fiant per viam vnionis. *Hoied. de incomp.benef.lib.2.c.3.n.3. Seraph. decis. 982. nu.1.in fine*. fuit enim

enim animaduersum, quòd *Mandos. sup. d. reg. 12. q. 2. nu. 6.* dicit, quòd de subtilitate iuris regulæ antiquæ non comprȩhendunt dismembrationes fructuum, secus autem secundũ mentem reg. quæ mens reg. quicquid dicendum esset in alijs casibus optimè, & sine difficultate militat in casu isto, cum regulæ fuerint adinuentæ, nè per vnionem diminuatur cultus diuinus, & facultas conferendi. *Cresc. decis. 1. in fine. de paroch. Seraph. d. decis. 982. in fine. Ioannes à Koch. super d. reg. 12. nu. 15.* in hoc autem casu cultus diuinus imminuitur, cum Ecclesia effici deberet cappella, & tolleretur dignitas Abbatialis, & Conuentualitas. Præterea præiudicium inferebatur iuri conferendi, cum cappella regi deberet per cappellanum amouibilem ad nutum illorum de Ruuere, & propterea cũ regula reuocatoria vnionum intret in hoc casu, suppressio facta per Sixtum IV. nihil fuit operata, cum semper durauerit spes, vel aliquis habitus. *Bald. in c. cum accessissent, n. 45. vers. porro. et nu. 48.* vbi dicit extinctum non dici quod pendet. de Cōstit. Et sic ecclesia remansit semper in suo statu, ac si bona nnnquam donata fuissent, *gloss. in clem. litteras, in vers. creatũ, in principio de rescript. vbi Anchar. num. 4. Imol. n. 11. Vital. num. 45. Rebuf. in Prax. tit. de reuoc. vnion. n. 48. Petr. de Perus. de Vnion. tit. de reuoc. vnion. c. 7. in princ. Garz. de Benef. par. 12. cap. 2. num. 309. Rot. decis. 708. n. 3. p. 2. in rec.*

Demum non dicatur quod hæc omnia cessent post concessionem iurispatronatus, factã per Leonem Decimum ad fauorem illorum de Ancaianis, quia cum ista concessio non sustineretur, & ante eius effectuationem superuenerint Regulæ reuocatoriæ, censetur etiam dicta gratia Sixti Quarti reuocata, vt supra dictum est.

Et ita conclusum negotio pluries proposito, & maturè discusso, prout etiam aliàs per quatuor Decisiones fuerat decisum coram Rubeo, & lata diffinitiua sententia contra Ancaianos super ista concessione.

Et in eàdem coram eodem die 19. *Decembris* 1625.

Vacante Abbatia de qua agitur S. m. Gregorius xiii. illam commendauit Ludouico Blanchetto, inter quem, & Ancaianos prætensos Patronos, & ab his præsentatum orta lite in Rota coram Rubeo post primam resolutionem pro libertate Ecclesiȩ factam aduersus assertum priuilegium Leonis X. deuentum fuit ad concordiam per eundem Pontificem cõfirmatam, in qua præsentatus cessit ius suum Blanchetto, & ipse consensit reseruationi pensionis ducat. 200. ad fauorem certarum personarum, firma remanente lite super iurepatronatus; ita vt si Blanchettus obtinuisset, teneretur ad solutionem dictæ pensionis, si verò succubuisset, teneretur vlterius impetrare nouam prouisionem ad præsentationem Ancaianorum, ac conuenerunt ne dictus Blanchettus commẽdam dicti Monasterij simpliciter, vel etiam ex causa permutationis cedere posset; aliàs nullius esset roboris, & valoris, eaque non obstante ipsi Ancaiani alium præsentare possent. Iudicio prosequto, & tribus alijs decisionibus pro libertate aduersus dictũ priuilegium Leonis emanatis, fuit lata sententia pro libertate Ecclesiæ, à qua Ancaiani appellarunt, & causa appellationis pẽdente, Blanchettus cessit ius suum ad fauorem Domus probationis Societatis Iesu de Vrbe, cui idem Gregorius Abbatiã vniuit, vt clarè deprehenditur ex supplicationis libello, per quem Blanchettus pro cessione, & Domus pro vnione supplicauerunt. *Cassad. dec. 3. in fin. de Renunc. cum allegat. in vltima decis.* Postmodum dicta domus stante promissione Ancaianorũ de soluendis intra sex menses scut. 4300. promisit cedere illis omnia iure

ra sibi competentia super bonis Abbatiæ,& cōsentire dissolutioni vnionis iuxta formam supplicationis desuper signandæ, & non alias, aliter, &c. Et Summus Pontifex postquam Ancaiani dictam summam soluerint, dissoluit vnionem, & ipsis concessit iuspatronatus, cū clausula; Ac si dicta scuta 4300. pro eiusdem Monasterij dotatione concessa, & donata essent. Stante hac serie facti, cum commenda dictæ Abbatiæ in mense reseruato cessauerit. Primo loco dubitaui, an constaret de iurepatronatus ex concessione Leonis, & negatiuè fuit resolutum vt in decis. sub die 27. Iunij huius anni, quod etiam fuerat prius firmatū per quatuor decisiones coram D. de Rubeis, Hodie verò secundo loco dubitaui, an privilegium Gregorij XIII. obstet, quominus Abbatia cadat sub reseruatione Regulæ VIII.

Quo articulo maxima cum maturitate discusso, & per omnes DD. diligenter perpēso, vnanimi consensu fuit resolutum Abbatiam cadere sub dicta reseruatione regulæ viij. Quia licet illa regula non comprehendat beneficia iurispatronatus ex dotatione, comprehendit tamen illa, quæ sunt ex priuilegio. *Rot. dec.* 58. *& dec.* 88. *p.* 1. *in recent. & in Casaraug. Parochialis de Maella* 31. *Ianuarij* 1618. coram me, quæ quidem regula propter generalitatē verborum comprehendit etiam cessationē commendarum in mensibus reseruatis. *Rot. dec.* 141. *&* 194. *ead. par.* 1. *in rec.* Quæ omnia concurrunt in casu de quo agitur; cessatio enim cōmendæ in mense reseruato indubitata est, cum illa cessauerit de mense Augusti 1617. per obitum Io. Baptistæ Ancaiani.

Ius autem patronatus ex priuilegio satis deprehenditur, quia illud de iure communi non acquiritur nisi ex fundatione, vel dotatione, aut ex constructione, vt per *DD. in c.* 3. *de iurepat. gloss. in c. pia mentis* 16. *q.* 7. *Innoc. in Rub. de iurep. n.* 2. *Abb. nu.* 6. *& cons.* 54. *num.* 1. *& cons.* 59. *nu.* 2. *p.* 1. vbi quod de iure non reperitur alius modus expressus, *& cons.* 106. *n.* 1. *p.* 2. Hoc autem iuspatronatus prætenditur ex dotatione ob solutionem scut. 4300. factam per Ancaianos Domui probationis, propter quam fuit dissoluta vnio, cuius validitas ab euentu litis pendebat, & fuit in hoc casu simplex remotio obstaculi, qui terminus datur etiam in dissolutionibus vnionum *DD. in clem. fin. de rescript. Anchar. num.* 4. *Barbat.* 22. quamobrem ante dictam remotionem obstaculi Abbatia dormiuit, & illo remoto quasi expergefacta recuperauit bona sua ex iure primæuo, vt bene per *Bald. in c. cum accessissent n.* 43. *de constit.* vbi quod resurgente dignitate resurgit confirmatio dignitatis, cum ex dispositione iuris communis illa resurgat, nec sit opus, quod de nouo Papa confirmet statutum Ecclesiæ, ex quo non videtur noua creatio, sed censetur quodammodo ad suam naturam redire, *ad l. defer re §. fin. ff. de iur. fisc. et. l. vlt. ff. de minor.* & de ligato manibus, & pedibus quod non recuperet potestatem ambulandi à soluente, sed habeat à natura per remotionem obstaculi exēplificat *Monachus in c. cum aliquibus de rescript. in* 6. & bene etiam ad punctum *Geminian. ibidem num.* 4. & de collatione ordinarij habentis indultum conferendi beneficia reseruata, quod illa fiat ex potestate sua ordinaria, non ex indulto, quod solum remouet obstacula reseruationū & ius commune præseruat, dicunt *Cassad. dec.* 8. *nu.* 6. *& dec.* 10. *de praebend. & dec.* 7. *num.* 2. *& dec.* 4. *nu.* 2. *de priuileg. Put. in nou. dec.* 210. *num.* 1. *lib.* 1. *& dec.* 93. *n.* 3. *& dec.* 589. *n.* 2. *lib.* 3. *Caputaq. dec.* 214. *p.* 2. *Mohed. dec.* 12. *in fin. de praebend. & dec.* 1. *&* 8. *de priuil.* Qua propter cum Abbatia ex iure primæuo per solam remotionem obstaculi sua bona recuperauerit, non potuit acquiri iuspatro-

na-

natus Ancaianis ex dotatione, cum bona essent ipsiusmet Abbatiæ. *Rot. decis.658.num.4.p.1. in recent. S. m. Greg. dec.397.* iuspatronatus namq; acquiritur dotatori Ecclesiæ, non ei, qui fuit author, vt Ecclesia dotaretur, prout in casu isto, vbi Ancaiani non fuerunt dotatores, sed in causa, vt mediante solutione prædicta, remoueretur obstaculũ prætensæ vnionis. *Abb.in c.ad audientiam il 3.numero 10.per illum textum de eccl.ædif. & cons.57.circa finem vers.ius autem patronatus lib.1.* vbi quod iuspatronatus acquiritur illis, ex quorum bonis Ecclesia fuit dotata, non autem his, qui fuerunt dotationis authores, & idem repetit *Felin.in c. venerabibilis, nu.32.& 33.de except.Lambert. de iurepat.lib.1.p.1.q.8.art.7.nu.1.& 2.& per tot.Roch.de iurep.in verb. ecclesiam fundauit nu.8. & in verb. dotauit n.26.*

Quòd verò in hoc casu, dissolutio vnionis operata fuerit tantummodo remotionem obstaculi, non autem noui beneficij creationem, triplici fundamento probatur. Primo, quia cum fuerit factum prædictum pactum inter Blanchettum, & Ancaianos, confirmatum à Papa, vt duraret lis super iurepatronatus, & domus probationis fuerit subrogata, etiam quoad litem in litteris vnionis, certè ex hoc supererat aliqua spes, vel inditium dissolutionis vnionis, & remanebat quidam habitus, & figura Abbatiæ, ex qua per vnionem nõ dicebatur omninò extincta *Bald. in d.cap. cum accessissent nu.38. vers. sed si pristinam faciem & nu.45.versic.porro de constit.& ibi Felin. n.33. col.final in princ.vers. & rationes eorum, Cassad.dec.2.nu.2. vers. pro quo etiam Bald. de vnion.* Et ideò Abbatia censetur redijsse ad pristinam suam naturam ex se per remotionem obstaculi tantùm, non ex quo de nouo fuerit creata, & sic retrotranslata ad sua principia attractiua vt supra dictum est, & benè facit *Bald. in l.qui ea lege 3.in fin.C.de pact. int. empt. & vend.* & fuit excitata tamquam à somno, non suscitata tamquam à morte *Bald.in l.1.n.36.in fi. vers.attende hic.C.quand.non pet.par. Franch.dec.64.nu.11.& 12.* & in terminis vnionis non perpetuæ, sed ad vitam, fuit sententia *Io.de Lignan. quem referunt & sequuntur Imol.in Clem.fin.nu.12.de rescript.Barb.numer.22.Card.nu.6.Abb.in princ.Cassad.dec. 2. nu.2. de Vnion.* quorum rationes optimè applicãtur huic casui, in quo validitas vnionis pendebat à litis euentu.

Neque aduersatur quòd si vnio est temporalis, illa dissoluta remanet idem beneficium, si verò est perpetua, nouum creatur, iuxta distinctionẽ Io.de Lignan. per dictos DD. relatam; Nam obiectum posset forsan considerari, si vnio fuisset simpliciter facta, sed cum adesset pactũ prædictum inter Blanchettum, & Ancaianos, vt scilicet duraret lis super iurepatronatus, & ad litẽ fuerit subrogata domus probationis, vnio non censetur simpliciter facta, & perpetuò, sed remanebat spes dissolutionis, propter litem, ideò per dissolutionem vnionis non censetur creata noua Abbatia, sed censetur eadem per remotionem obstaculi: Immo aliqui ex Dominis considerabant vlterius, quod Cassad. perfunctoriè loquatur, & alij in terminis illius Clement.in qua disponitur, quod beneficium de nouo creatum non comprehendatur sub gratia de vacaturo. Quapropter si vnio fuit perpetua, & dissoluatur, bñficiũ nõ cõprehenditur sub gratia de vacaturo; quia de nouo creetur, qui nõ sunt nostri termini, & prędicta ad aliũ effectũ considerãtur à DD. vltra quod contrarium asserũt post *Zenzelin.* quem allegat, & sequitur *gloss.in d.Clem.fin.in verb. creatũ in princ.* Vbi quòd, non dicitur de nouo creatum, quod olim fuit, idemque tenuit *Stephan. Prouin. & Paul. de Eleaz. relati per Barbat ibid.n.21.*

in

in fi.Guilielm. de Montelaudun. in fin.Ancbar.nu.4. vbi quòd aliud est de nouo facere, aliud remouere obstaculum, nec potest induci ad dicẽdum, quòd remotio obstaculi importet nouam creationem beneficij, *Bened.Capr.ibid.n.12.in fi.verf.in gloſſa,& num.13.& 14. Vitalin.nu.45. Butr.in cap.cum acceſſiſſent, num.10. de Conſtit.* Et quòd vnio faciat cessare solùm effectum beneficij, non autem extinguat illud ipso iure, fuit sententia Butr. quem refert in dicta Clem. *Barbat.nu.12. verſ. Dom. Ant.Petr.de Peruſ. de vnion. capit. 2. nu.11. verſ.2. quæritur*, vbi per quatuor fundamenta asserit, dominium bonorum non amoueri ab Ecclesia vnita.

Præterea addebant prædicti Domini cum *Bald.in d.cap. cum acceſſiſſent,num.44.iuncto nu.38.* quòd, aut dissolutio vnionis est plenissima quoad statum,& bona, & censetur idem beneficium, aut quoad statum tantùm,& non censetur idem, *qui Bald. num.* 44. declarat ad hunc propositum *text.in l.intercedit:ff.de cond.& demonſt.nu.*38. *allegat.* vt probaret, quòd dissolutio vnionis importet creationẽ noui beneficij; quia in illo text. dicitur, quòd dãnatus ad mortem in integrũ restitutus dicitur nouus homo, nec resumit legatũ, quod nimirum procedat, quãdo Princeps indulsit, respectu status, non autem vbi concedit plenam restitutionem quoad statum,& bona, hoc enim casu resuscitatur testamentum, *vt in l. ſi quis exhæredato, §.pen.ff. de iniuſt: teſtam.*& affert rationem, quia, talis, vt patet ex dicto text. & secundum opinionem Iacob. de Arena æquiparatur post liminio reuersis.

Secundò principaliter, quòd dissolutio vnionis prædictæ operetur dumtaxat remotionem obstaculi, & non censeatur creata noua Abbatia satis probatur. Nam in concordia inter Blanchettum, & Ancaianos adest pactum expressum, iuratum, à Papa confirmatum, quòd Blanchettus commendã Monasterij ad fauorem alicuius simpliciter, etiam ad effectum permutationis, absque consensu Ancaianorum cedere non possset; & nihilominus si ipse, sine consensu huiusmodi, cederet, etiam ex causa permutationis, prouisio, seu commenda, quæ Monasterio fieret, nullius esset robotis,& momenti,&c. Quare cum huius pacti nulla fuerit facta mentio, dum Blanchettus cessit ius suum ad fauorẽ Domus probationis, cui Papa vnionem fecit, Vnio prædicta fuit ipso iure nulla, tanquam subreptitia; Forsan enim Papa non concessisset, vel saltem difficilius concessisset. *Abb. conſ.* 101. *num.4.verſ.& idem,& num.7. verſ. ego neſcio,par.1.Felin.in cap.poſtulaſti 27.num.3. de reſcript.* Rip: *lib.* 2. *reſp.10.& Milis in repert. in verb. vnio 1.Rebuff. in prax. in 3.p. ſign: in clauſula.cum derogatione ſtatutorum. num.20.et in reg.de vnion. gloſſ.5. in verb.et ſubreptio,ſanct.mem. Gregor. deciſ.450.num.1.Rota coram Illuſtriſſimo Millino in Taruiſina Plebis 2. Iunij* 1593. stante præsertim pacto nullitatem inducente,& à Papa confirmato,*Rol.conſ.62.num.17:et ſeqq. lib.2.Rot.dec.110. num.3. part.2.* Et sta procedunt, licèt etiam de concordia fuerit facta mentio in vnione, cum non fuerit facta mẽtio de qualitatibus ipsius concordiæ,& sic de dicto pacto; idem enim est iudicium de toto, quoad totum, ac de parte, quoad partẽ, *Put.dec:234. circa med: lib.1.in nou. latiſſimè Rodriq. qq. reg. tom.1.q.13:ar.17.per tot.* Vnde, stante nullitate vnionis, dissolutio indubitanter importat nudam remotionem obstaculi, non autem creationẽ nouæ Abbatiæ, cũ titulus, per vnionem nullam, nõ esset extinctus, quia quod nullum est, nullum parit effectum, *l.eius qui in prouincia,ff.ſi cert. pet:l:4:§.condemnatum.ff.de re iudic.* neque vllum præstat impedimentũ, *cap.non præſtat.de reg.iur.in 6.*

Quòd

Quòd verò, facta mentione illius pacti, Papa non concessisset, vel saltē difficilius, non debet ambigi; quia intentio Principis est, nullum vnquā inferre præiuditium iuri tertii, nisi de eo spetialem fecerit mentionem, *cap. super eo; de off. deleg. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ.* & in terminis vnionis, quòd, data subreptione, sit nulla ipso iure, & talis censeatur, non facta mentione de præiuditio tertij, vt in casu nostro, stante pacto, cuius nulla fuit habita ratio, concludit, *Abb. in d. conf.* 101. *num. 7. vers. ergo necessario, lib. 1. & cons. 102. num. 2. col. 3. ante fin. vers. sed ijs non obstantibus, Rot. in d. causa Taruisina modo allegata.* quodque ex taciturnitate concordiæ, vel transactionis causetur subreptio, est *tex. in capit. ex multiplici de decim.* Abb. *cons. 41. in fin. vers. tamen quia illa reuocatio lib. 1.* Quæ fortius procedunt ob iuramentum in pacto appositum, quo tacito, licèt fuisset facta mentio pacti, adhuc gratia vitio subreptionis laboraret, & per consequens nullitati subiaceret, Rom. *cons. 379. numero 11. & 12. versicul. cæterum, vbi Apostil. in uerb. constitutus, Aegid. consil. 34. in princ. in 1. dub. num. 1.* Nec iuuat quod Domus Probationis non interuenerit, dicto pacto, & iuramento, illudque ignorauerit; quia satis est, quod Blanchettus, qui interuenit pacto, & iuramento, supplicauerit pro dimissione, & cessat omnis difficultas; quia etiam de iuramento tertij est facienda mentio, aliàs semper intrat subreptio *cap. constitutus de rescript.* Rom. *d. cons.* 370. *num. 12. vbi Apostil. & ignorantia* non excusat, cùm subreptio proueniat ex intentione concedentis, qui aliàs non concessisset, vel difficilius concessisset. *Calder. consil. 14. nu. 3. vers. non obstat. de rescript. Gemin. cons.* 105. *in fine. verb. ex his patet & est text. clarus in c. super litteris de rescript.* cui non obstat alius *text. in c. gratia eod. tit. in 6.* vbi prouisio beneficij non censetur subreptitia, non facta mentione alterius beneficij prouiso ignoranti collati, *Lap. alleg. 89. ante nu. 3. vers. respondeo,* quia hoc est speciale in impetratione beneficij ex dispositione *d. c. gratia;* si enim non adesset d. tex. etiā in impetratione beneficij contrariū esset dicendum *per text. in d. cap. super litteris,* vt aduertit *Io. Andr. in d. cap. gratia num. 2. vers. sic quod primū dictum. Butr. num.* 8. *Gem. num. 4. post princ. vers.* Io. Andr. *dicit. Abb. in d. c. super litteris num. 5. vers. ad idem* Io. Andr.

Non obstat, quod pactum prædictum, & iuramentum esset ad fauorē Ancaianorum, qui non opponunt de isto defectu, ad quorum arbitriū debet fieri oppositio *Fulg. in l. 2. C. de iur. emph. Soc. cons.* 78 *num. 8. lib. 4.* Immo potiùs videantur ratificasse vnionem consentiendo dissolutioni *iuxt. not. per Castr. cons. 59. in princ. lib. 1.*

Nam huic motiuo dupliciter respondetur. Primò quod subreptio consideratur de tempore datæ *c. si eo tempore de Rescr. in 6.* & propterea cum non agatur in prophanis, & de re, quæ pēdeat à sola voluntate partis, sed principaliter à gratia Papæ, gratia non conualescit ex voluntate partis, postea superueniente, deficit enim consensus Papę per subreptionem, vt dicit *Calderin. d. cons. 14. n. 3. vers. non obstat. de rescript. Seraphin. dec. 398. nu. 4.* & ideo consensus Ancaianorum superueniens non potest gratiam conualidare. *Innoc. in c. cum olim num. 2. de re iud. vbi Butr. numero 9. Socin. cons. 120. num. 10. vol. 4.* qui loquitur in puncto de gratia subreptitia, ex quo non fuerit facta mentio pacti. *Cassad. dec. 3. num. 7. de Pens. Mobed. decis. 12. num. 4. de Renunc. Achil. dec. 12. num. 3. & 4. de Pens. Seraph. 398. num. 15.* & fuit dictum in *Sabinen.* Castrorum 1. *Aprilis* 1588. *coram Bubalo.*

Secundo fuit responsum, quòd qua-

quatenus prætensus Ancaianorum consensus posset aliquid operari quoad ipsos Ancaianos, non tamen in præiudicium Abbatiæ, nam cùm vnio fuisset subreptitia, & sic non attendenda, non potuit consensus Ancaianorum operari, vt esset valida in præiudiciũ Abbatiæ, quicquid dicendum esset in præiudicium ipsorum consentientium. *Cassad. d. dec. 7. nu. 7. de pens.* vbi quòd reseruatio pensionis fuit subreptitia si titularis noluit excipere, & illam soluere. licèt posset sibi præiudicare, soluendo, non tamen ecclesiæ, & beneficio præiudicat, vt scilicet remaneat onus, & beneficium dicatur esse seruum, cum non sit dominus, & adducit alia exempla bene ad rem facientia. Neque applicatur hic, quòd vnio facta sine consensu Capituli habeat implicitum statum validitatis, si Capitulum non opponat de nullitate, & sic idem dicitur de alienatione rerum ecclesiæ sine solemnitate. *Rot. dec. 133. nu. 10. & 11. p. 2.* quia casus sunt longè diuersi; nam, in casu nostro deficit consensus Papæ, sine quo actus non sustinetur, quòd non est in casu vnionis, & alienationis: licèt enim deficiat consensus illius, cuius interest, non tamen deficit authoritas suprema, prout in casu isto stante subreptione, & respectu iuris tertij, quæ ab initio operatur deficientiam consensus Papæ.

Minus obstat, quòd in vnione fuerit facta mentio litis, per clausulam, litis statum &c. quia hæc clausula operatur sufficientem mentionẽ litis, ad euitandam subreptionem. *Gemin. cons. 120. nu. 6. Achill. decis. 9. de rescr. Put. dec. 2. de rescr. Felin. in c. ex litteris col. fin. de off. deleg.* & nõ operatur, vt censeatur facta mentio aliorum pactorum, & sic pacti, de quo agitur, nec tollit alios litis effectus; ideò nec operatur quo minus possessio capta pendente lite, vigore prouisionis obtentæ cum tali clausula dicatur attentata, quia est necessaria litis expressio quoad validitatem gratiæ, qua pendente non licet Principi supplicare, & rescriptum obtinere, non facta mentione litis. *Franch. in c. vt debitus. nu. 34. de appell. Aegid. dec. 48. Cassad. dec. 18. nu. 6. de priuil.* & fuit resolutum in *Aquilana Cappellania 1. Iulij. 1588. coram Orano.* & in *Toletana Beneficij. 14. Nouemb. 1605. coram bo. mem. Iusto.*

Neque potest iuuari pars ex eo, quòd omnia gesta fuerint per eumdem summum Pontificem Gregoriũ XIII. vt fuit resolutum in causa *Policastren. pensionis. 27. Februarij. 1587 coram Card. Platto.* quia in casu illo scientia fuerat probata per testes, quæ in hoc casu non potest præsumi ex breuitate temporis inter concordiam, & vnionem; nam ista præsumptio cessat in Papa ob rerum multiplicitatem, & molem. *Socin. sen. cons. 260. nu. 3. lib. 2. Vital. in clem. 1. nu. 67. de prob. Cresc. decis. 85. de praben.* & fuit dictum in causa *Parmen. pensionis. 15. Ianuarij. 1616. coram* R. P. D. *meo Remboldo.* Præterea concordia fuit inita anno Pontificatus octauo, & vnio vndecimo, & sic post longũ temporis tractum. Neque potest iuuari ex eo, quod in dicta gratia habeatur, quòd de subreptione, aut defectu intentionis dari non possit, cum clausula sublata, & decreto irritanti. Hæc nimirum procedunt respectu tertii, non autem respectu Datariæ, quod hodie agit, & repræsentat Principem, cum non adsit clausula, etiam per nos, &c. vt latè *Gonzal. super reg. 8. glo. 97. nu. 24. vers. in contrarium. Put. dec. 408. lib. 2. nu. 2.* & fuit resolutum in causa *Leodien. Canonicatus. 2. Nouemb. 1573. coram Card. Lancell. sen.* & in *Meten. Canonicatus. 8. Nouemb. 1577. coram D. de Rubeis.* vbi quod ita seruat Rota, quod verissimum meo tempore, & indubitatum semper expertus sum.

Tertio principaliter probatur dissolu-

ſolutionem vnionis importare tantũ in hoc caſu remotionem obſtaculi, ex quo, vt ſupra dictum eſt, Ancaiani ſoluerunt ſc. 4300. Domui Probationis, & ideo non fuerunt dotatores, licèt amouendo obſtacula fuerint authores, vt dotatio reuiuiſceret; quamobrem non potuit eis iuſpatronatus ex dotatione acquiri, vt fuſius probatũ eſt ſupra per Abb. Felin. Lambert. & alios. Et hæc eo magis vigent, quia quatenus prædicta ſolutio eſſet conſideranda ad fauorem Abbatiæ, cum illa eſſet redditus ſc. 620. ſolutio ſc. 4300. non eſt commenſurata ad conceſſionem iuriſpatronatus, & gratia longè præponderat, ideò illud ex priuilegio debet cenſeri, nec priuilegij nomen amittit. *Soc.conſ.4.nu.5. et ſeqq. lib. 3. Aret. in c.nouit.nu.28. Felin.nu.8. verſ. dicitur autem. de iudic.Oſaſch. dec.139.nu.10.Boſſ.in prax.crimin. tit.de priuil.nu.152. et 153.* Peregr. *de iur.fiſc.lib.1.tit.3.nu.29.* & in terminis iuriſpatronatus fuit reſolutum in cauſa *Cæſarauguſtana parochialis de Maella.* 31.Ianuarij. 1618. *corã me.*Rot.*dec.*58.*nu.*5. *et dec.*88.*nu.*4. *p.* 1. *in recent.* vbi aliæ cumulantur in quibus firmatur, quòd augumentum ſcut. 1000. non eſt ſufficiens pro dotatione beneficij annui redditus ſcut. 100. Neque in hoc caſu dicendum eſt, non eſſe conſiderandũ quantum impenderint Ancaiani in recuperatione bonorum, ſed quantũ acquiſiuerint eccleſiæ; quia hoc forſan poſſet animaduerti, quando dominium bonorum fuiſſet acquiſitum Ancaianis, de quo ſtatim dicetur, & ſi ex bonis acquiſitis dotaſſent Abbatiam, & vnio fuiſſet perfecta, itaut diſſolutio importaret nouam beneficij creationem, quod fundamentum certè corruit, quia prædicta ſolutio nihil aliud operata eſt, quam quòd remoueretur obſtaculum vnionis, vel ex quo fuerat ſubreptitia, & ipſo iure nulla, vel ſaltem ex quo Abbatia per vnionem non erat omnino extincta, & validitas vnionis pendebat ab euentu litis, quæ operabatur, vt remaneret aliqua ſpes, vel inditium diſſolutionis, vt per Bald. Felin. & alios ſupra relatos; & ideò quatenus dicta ſumma ſcut. 4300. eſſet computanda ad fauorem Abbatiæ deberet ad hunc effectum attendi, quòd minus eſt, ſcilicet, impenſa, non autem valor bonorum Abbatiæ. l. *in fundo. vbi glo.in verb. pluſquam.ff.de rei vendic.* & *Bart.nu. 1.verſ.ſecundo oppono. Alberic.nu.5. Fulgoſ.nu.3.* & propterea cum ad acquirendum iuſpatronatus pars dotis non ſufficiat, ſed congrua requiratur. *gloſ.in c.quicumque. 2. 16.q.7. Abb.conſ.106.nu.2.verſ.ad hoc. gloſ. ſingularis.lib.2.* hoc non poteſt intelligi iuſpatronatus ex dotatione, ſed ex priuilegio, vt in ſimili reſpondit *Pariſ.conſ.114. nu. 14. et 15. lib. 4.* benè *Mantic.dec.320.nu.3.*

Non obſtat, quòd valor Abbatię non probetur, niſi per locationem, quæ regulariter non probat verum valorem. *Caſſad. dec. 20. ſuper reg.* nam fuit reſponſum valorem ſatis clarè deduci ex locatione effectum ſortita; vt fuit probatum ex quietantijs, cùm quibus alia concurrunt adminicula, vt fuit reſolutum in cauſa *Veronen. Penſionis. 23. Maij. 1607. coram bon. mem. Card. Sacrato.* Hic autem conſiderabatur, quòd ex duplici cauſa locationes non probant verum valorem. Primò, quia onera ſunt deducenda. Secundò, propter affectionem conductoris, vt ex eodẽ *Caſſad.colligitur Ferret.conſ.354.nu. 16.lib.2.Felin.in c.ad aures.nu.13. de reſcr.Sarnen. in reg. de valor. q. vlt.* Primum caput hìc non eſt conſiderandum, cum non agatur de valore narrato in gratia impetrationis beneficij, ſed de valore ſimpliciter Abbatiæ, ad effectum cognoſcendi, an augumentum dotis ſit inferius, æquiualens, vel exceſſiuum valoris Abbatiæ, quo caſu non eſt habenda ratio onerum, cum & augumentum

dotis

dotis pro parte debeat illis oneribus subesse, nec onerum in recollectione fructuum, cum in locationibus consideretur fructus deductis oneribus. *Ferret.d. cons.354.nu.15. in fin.vers. non obstāt instrumenta*. Quapropter attento isto primo capite, in hoc casu licet locatio non probet verum valorem, satis tamen probat illum vsque ad quantitatem expressam, quando non obstat secundum caput affectionis conductoris, quòd verè hic non obstat ex coniecturis, nam in concordia inita inter Blanchettū, & Ancaianos fuit narratum Monasterium non excedere scut. 600. de Camera, quæ narratiua licèt sit per non excessum, & propterea possit verificari in minori summa: istud tamen obiectum tollitur ex eo, quia in eàdem concordia Blanchettus cōsensit reseruationi pensionis ducat. auri 200. de Camera, quæ secundū valorem illius temporis poterant ascendere ad scut. 250. monetæ. Nec erat verisimile Blanchettum noluisse retinere etiam pro se notabilē summam, si consideremus, quòd Abbatia habeat sua onera, & quòd concordia fuit facta postquam Rota declarauerat pro libertate sensum suū, cum post primam decisionem concordia prædicta fuerit inita. Demū omnis difficultas remouetur ex quo conducentis affectio nō potuit adeo pensionem augere, vt dicendum sit solutionem scut. 4300. fuisse æquiualentem redditibus Abbatiæ; immo dato etiam quòd affectio potuerit aliquam accessionem facere, non tamen firmandum est tantum auxisse, vt augumentum scut. 4300. debeat censeri æquiualens; vt enim aduertitur in dicta decisione Cardinalis Sacrati, homines non solent esse fatui ad conducendum res multo pluris, quàm possint percipere. Neque aliqua vis potest fieri in taxatione facta in descriptione, quæ habetur in libris Cameræ, quia illa descriptio præsefert antiqui temporis consuetudinem, & notum est, quòd aliquę ecclesiæ magni valoris parum, aliæ vero minores multum taxatæ sunt, & propterea quod dicta taxa non probet verum valorem dicunt. *Cassad. dec.19.nu.1.super reg. Sarn. sup.reg. de valore. q.10. Achill.dec.402.Rot. dec.189.nu.6.par.1.* & fuit sæpissimè dictum.

Denique non obstat, quòd mediāte dicta solutione Papa concesserit iuspatronatus, ac si dicta summa pro eiusdem Monasterij dotatione concessa, ac donata esset; quia cum ecclesia non fuerit dotata, verba illa, ac si dicta summa &c. non importāt veram dotationem, sed priuilegium, perinde ac si illa pro dotatione data fuisset, & sic per fictionem; Dictio enim, acsi, fingit quodammodo ea, quæ verè facta non sunt. *l.si alterius. ff.de hæred.instit. gloss. in l. quamuis. in ver. perinde. ff.de bo.auth.iud.poss. Paul. Montan. de tutel. & cur. c.37. nu.* 54. & fingit per similitudinem, non per veritatem, cum non sit fictio legis. *l.si defuncta.ff.quib.mod.pig.vel hypoth.solu.* & in puncto priuilegij iurispatronatus. *Rot. dec.* 58. *nu.6. & dec.88.nu.2.p.1. in rec.* vbi quòd ex dicta dictione eo magis dignoscitur iuspatronatus esse ex priuilegio. Quodq. dictio, perinde, quæ idem prorsus significat, denotet improprietatem, & fictionem. *est text.in l. sed & si lege.§.perinde. ff.pet.hæred.l.sacrilegij.vbi gloss.in ver.condemnatus. ff. ad leg. Iul. pecul. Surd. cons.* 375. *num.* 42.

Postremò fuit consideratum, quòd admisso sine veri præiudicio, quòd vnio fuerit perfecta, adhuc Ancaianis non fuit acquisitum iuspatronatus ex dotatione, quia mediante dicta solutione scut. 4300. solum fuerunt in causa, vt vnio dissolueretur, ex qua dissolutione Abbatia ipso iure suam dotem recuperauit, vt supra dictum est. *Rebuff.in prax. tit. de reuoc.vnion. Decian.cons.19. in princ. lib.5.Garc.de benef.p.12.c.2.nu.309.*

quasi iure postliminij.*c.1. circa med. vers. vt vnione penitus dissoluta. ne sed.vac.Soc. in c. sicut vnire.nu.*150. *de excess.prael.Caccialup.de vnion,art.* 10. Quare non inde sequitur, quòd fuerint dotatores, cum iuspatronatus acquiratur illi, de cuius bonis ecclesia dotatur, non autem ei, qui fuit in causa, vt illa dotaretur, prout dictum est, & sic licet Ancaiani fuerint in causa, vt vnio dissolueretur, & per consequens, vt Abbatia recuperaret suam dotem, non propterea fuerunt dotatores, nec illis fuit acquisitum iuspatronatus ex dotatione, sed ex mero priuilegio.

Neque obstat, quòd in concordia adsit stipulatio bonorum pro se, & hæredibus, quia non inde bona fuerunt acquisita Ancaianis, & tradita Abbatiæ, cùm prędicta stipulatio fuerit facta, reseruato beneplacito Apostolico, & non aliàs, aliter &c. quæ verba inducunt conditionem. *Bald. in auth. ingressi.nu.7.ver.idem si protector.* C.*de sacros.eccles. Abb.in cap. insinuante.nu.6.ver. item si fiat. qui cler. vel vou.* & ideò illa conditione pendente, non fuit acquisitum dominium.*l.eadem.§.Caio.ff. de verbor. oblig.l.si quis sub conditione.ff.si quis om. cau. test. l.pecunia.ff.si cert. pet. Bart.in l.ita stipulatus.num.*49.*ff.de verb. oblig.* maximè cum non interuenerit aliqua traditio, quæ in hoc casu erat necessaria. *l. traditionibus. C. de pact.* nec demum fuit acquisitũ post signatam supplicationem, quia dissolutio vnionis, & reseruatio iurispatronatus fuit facta postquam Ancaiani soluerint dictam summã, qua solutione sequuta, Abbatia ipso iure sua bona recuperauit, & si admittatur, absque veri præiudicio, quòd aliquid fuerit acquisitũ Ancaianis, non est habendum in cõsideratione, quia fuit tamquam necessarium antecedens ad ipsam dissolutionem vnionis, sique aliquam induxit acquisitionem, fuit tantummodo ad effectum, vt Abbatia suam dotem recuperaret, non ad effectum dotationis. Ergo si aliquod ius fuit acquisitum, tamquam momentaneum nullius debet esse considerationis, cum momentanea non habeantur in consideratione. *Soc.sen.cons.*53.*nu.*27.*lib.*4.N*att.cons.*441.*nu.*20.*lib.*2. R*ol.cons.*15.*num.*34.*lib.*1.*Vincent.de* F*ranch.dec.*14.*nu.*25.*& seq.Put.dec.*507.*lib.*2.*in nouiss.* cum alijs adductis coram bo. me. *D. Pacen. in* R*omana* P*ortionis hæreditatis.* 5. *Maij.* 1600.

Finis Primæ Partis.

PRAXIS

13-2-8-22

PRAXIS IVRISPATRONATVS PARS SECVNDA CONTINENS MODOS CONSERVANDI IVSPATRONATVS.

LIBER QVINTVS.

IN QVO TRACTATVR DE FRVCTV Iurispatronatus, scilicet, de Præsentatione.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio ad beneficia quid sit.*
2 *Præsentatio est ius, deducta ad actum est factum.*
3 *Præsentatio potest dici donatio, & impropriè electio.*
4 *Præsentatio tribuit ius ad rem.*
5 *Patronus dicitur ecclesiam ordinare.*
6 *Patronus non dicitur conferre.*
7 *Præsentatio prouenit ex iurepat. electio ex iure canonico.*
8 *Præsentatio ab omnibus fieri potest, electio tantum ab ecclesiasticis.*
9 *Fœmina præsentare, non eligere potest.*
10 *Ius præsentandi multipliciter transfertur, ius eligendi secus.*
11 *Canonicus non dicitur habere successorem.*
12 *Præsentatio etiam à singularibus personis fit, electio autem à collegio.*
13 *Præsentatio ex gratia competit, electio ex iure.*
14 *Electores pinguius ius habent, quàm præsentantes.*
15 *Electio tribuit ius prælaturæ, non autem præsentatio.*
16 *Electione initiatur matrimonium spirituale, non præsentatione.*
17 *Electio est ius spirituale s præsentatio est ius mixtum.*
18 *Præsentatio cumulari potest, non autem electio.*
19 *Pupillus præsentare potest, non eligere.*
20 *Electio non admittit uota alternatiua, præsentatio sic.*
21 *Electus in electione computatur in numero eligentium, secus in præsentatione.*
22 *Electionis forma non est seruanda in præsentatione.*
23 *Patroni possunt constituere procuratore ad præsentandum, non electores.*
24 *Præsentatio fieri potest per litteras, electio non.*
25 *Electio fit à simul congregatis, potest præsentatio fieri separatè.*
26 *Præsentatio à collegio facienda separatè fieri nequit.*
27 *Patronus non vocatus de contemptu agere nequit, secus in electione.*

Coadiu-

Quid sit Præsentatio, Prouisio, Postulatio, Dispositio, Nominatio, Electio, Commendatio, & Coadiutoria, Optio, &c.

CAPVT PRIMVM.

NVNC consequenter videndum est de primo fructu iurispatronatus, idest, de Præsentatione competente patrono ratione sui iurispatronatus.

1 Præsentatio igitur est exhibitio quædam legitimè facta per patronũ de clerico præsente sensibus corporis Episcopo, vel alteri, ad quem pertinet institutio. *Abbas in cap. ea noscitur. nu. 3. de his, quæ fiunt à prel. sin. cons. capit. Rocchus de Curte de iurep. in princ. quæst. 3. Rebuff. in concordat. tit. de collation. §. præfatiq. Ordinarij. verbo, præsentationem. & in praxi benefic. tit. de præsentatione. n. 3. Garq. de beneficijs. par. 4. c. 1. nu. 15. Cardin. Tuscus pract. conclus. iur. tomo 6. lit. P. conclus. 192. August. Barbosa de off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 72. n. 113. Riccius in praxi rerum fori ecclesiast. decis.*
2 *156. n. 58.* quæ præsentatio antequã sit deducta ad actũ est ius, seu quid iuris, deducta postea ad actum est factum, seu quid facti. *Abb. in cap. super eo. num. 5. de off. deleg.* & quòd præsentatio sit fructus iurispatronatus probat *Felin. in cap. cum olim. nu. 2. de maiorit. & obed. & Cardin. Mantica dec. 140. nu. 5.* quæ præsen-
3 tatio dici potest donatio, cum stet in libertate patroni præsentare quẽ vult, dummodo sit idoneus. *Abb. in cap. vlt. nu. 5. de conceß. preb.* patroni ergo

ergo præsentare dicuntur propriæ loquendo, quamuis largè, & impropriè etiam eligere dicantur. vt in cap. 2. 3. *& cap. nobis. de iurepat.* quia
4 per præsentationem patroni non transfertur ius in præsentatum. *cap. quod autem. de iurepat.* nisi tantum ad rem, non in re, vt notatur *in c. cum bertoldus. de re iudic.* sed per electionem transfertur ius in electum. *glos. in c. quanto. dist. 63.* & etiam large
5 patronus dicitur ecclesiam ordinare. *Abb. in cap. ex insinuatione. de iurep.*
6 non tamen patroni dicuntur conferre. *cap. vlt. de iurepat.* & triginta tres differentias inter electionem, & præsentationem ponit *Lambertin. de iurepat. lib. 2. par. 1. quæst. 1. art. 5.*

7 Prima est differentia, quia præsentatio prouenit ex iurepatronatus acquisito à patrono ex fundatione, constructione, & dotatione, vt dixi supra. electio autem prouenit ex iure canoniæ canonicè collato. *cap. cũ ecclesia. de elect. cap. 1. vbi Abb. not. 1. in fine. de elect.*

8 Secunda est differentia, quia præsentatio potest fieri à laico, & clerico, vt supra dixi, & infra dicetur, electio autem fit tantum à personis ecclesiasticis. *c. messana. & cap. sacrosancta. de elect.*

9 Tertia est differentia, quia etiam fœmina si sit patrona præsentare potest. vt supra dixi. eligere autem non potest, nisi in monasterijs monialium. *cap. indemnitatib. de elect.*

10 Quarta, quia ius præsentandi trãsit titulo successionis, permutationis, donationis, & venditionis vniuersitatis, vt dixi lib. præced. secus est in iure eligendi, quòd non transit cũ
11 successione hæreditaria, & ideo Canonicus non dicitur habere successorem. vt vult *Abb. in cap. relatum. el 2. de testam.* neque potest quis sibi successorem eligere. *cap. accepimus. de pactis.*

12 Quinta, quia ad hoc, vt clerici habeant ius eligendi, debent esse in ecclesia vt collegium, non vt singulariter beneficiati. *cap. dilecta. vbi glos. de excessib. prælat.* patroni autem præsentant vt singulares personæ, nisi iuspat. pertineat ad collegium. vt per *Abb. & alios in cap. 3. de iurep.*

13 Sexta, quia præsentatio nititur gratiæ. *d. cap. 3.* electio autem nititur iuri communi. *cap. 1. & per tot. de elect. Abb. in d. c. 3. col. 2. in fine.*

14 Septima, quia pinguius ius habet electores, quàm præsentantes. vt colligitur ex *glo. in c. quanto. dist. 63.*

15 Octaua, quia per electionem tribuitur ius prælaturæ, & administrandi saltem in habitu. *glo. in d. c. quanto. & Felin. in c. cum bertoldus. col. 2. de re iud.* non autem per præsentationem.

16 Nona, quia per electionem initiatur matrimonium spirituale. vt in *cap. cum inter canonicos. de elect.* sed per præsentationem nullum contrahitur vinculum. *Abb. in d. cap. querelam. not. penult. de elect.*

17 Decima, nam electio est ius merè spirituale. *d. cap. messana.* præsentatio verò non est ius merè spirituale, sed annexum spiritualitati. *c. quanto. vbi Abb. de iudic.*

18 Vndecima, nam in præsentatione admittitur cumulatio, quia patronus variare potest. *cap. cum autem. & c. quod autem. de iurepat.* quod secus est in electione. *c. publicato. de elect.*

19 Duodecima, quia pupillus potest præsentare, vt infra dicetur, non potest tamen eligere. *clem. vt hi qui. de at. & qualit.*

20 Decimatertia, nam vota alternatiua non admittũtur in electionibus, in præsentationibus autem sic. secundum *Lapum alleg. 8. col. 1.*

21 Decimaquarta, quia in electione persona electa computatur in numero eligentium. *cap. cumana. & cap. cum in iure. de elect.* in præsentatione autem vox præsentati non computatur. *Calderin. conf. 9. de iurepatr.*

22 Decimaquinta, quia circa electionem data est forma per canonem. cap.

cap. quia propter. de elect. quæ non est seruanda in præsentatione patronorum laicorum. *Lapus d. allegat.* 8. *col.* 1.

23 Decimasexta, quia patroni etiam præsentes, & non impediti possunt constituere procuratorem ad præsentandum. *Federic. de Senis cons.* 99. quod fieri non potest in electione. *d. cap. quia propter. §. illud. & cap. si quis iusto. de elect. lib. 6.*

24 Decimaseptima, nam præsentatio fieri potest per literas, vt infra dicã, electio autem non. *d. c. si quis iusto.*

25 Decimaoctaua, quia omnes eligentes debent insimul conuenire, nec possunt inter se pacisci, vt vna vice decem eligant, alia vice alteri, quia electio debet fieri à maiori parte. *d. cap. quia propter.* quod secus est in præsentatione patronorum.

26 Decimanona, nam licet eligentes debeant simul conuenire, præsentantes autem non debent conuenire, nisi præsentent vt collegiũ. *Abb. in d. cap.* 3. *de iurepat.*

27 Vigesima, quia licet in electionibus possit agi de contemptu. *d. cap. quod sicut. & cap. bonæ. de elect.* in præsentatione autem patronus non vocatus non potest agere de contemptu. *Abb. in d. c.* 3. *in fine.*

28 Vigesimaprima, quia maior pars potest compromittere electionem. *d. c. cum in iure.* quòd tamen non potest fieri à patrono in præsentatione rectoris.

29 Vigesimasecunda, quia in electione non admittuntur vota alternatiua, conditionalia, seu incerta. *cap.* 2. *de elect. lib.* 6. quod secus est in præsentatione.

30 Vigesimatertia, quia electio potest fieri de absente argumento *cap. si tibi absenti. de præb. lib.* 6. præsentatio autem debet fieri de præsente tantum. *d. cap. ea noscitur. de his, quæ fiunt à præl. &c.*

31 Vigesimaquarta, quia in electione multa sunt à iure statuta. *c. quam sit. de elect. lib.* 6. quæ non habent locum in præsentatione. vt infra dicã.

Vigesimaquinta, quia in electione alia sunt statuta per *cap. auaritiæ. de elect. lib.* 6. quæ tamen per omnia non habent locum in præsentationibus.

32 Vigesimasexta, nam in electione ecclesiarum Cathedralium ad eligendum datur trimestre. *cap. ne pro*

33 *defectu. de elect.* in ecclesijs autem inferioribus semestre. *cap.* 2. *de præb.*

34 patroni autem laici ad præsentandũ habent quadrimestre, & patroni clerici semestre. *cap. eam te. de iurepat. & cap. vnico. de iuripat. lib.* 6.

35 Vigesimaseptima, quia tempus præfixum electioni non currit impeditis. *d. cap. ne pro defectu. vbi Abb. in not.* 5. tempus autem datum patrono ad præsentandum currit ipsi patrono impedito, vel ignoranti. *Abb. in cap.* 2. *& in cap. cum propter. de iurepatr.*

36 Vigesimaoctaua, quia si lis est inter præsentatos, & patronos præsentantes prætēdentes se esse patronos, & non finitur intra tempus datum ad præsentandum, Episcopus confert. *cap. cum vos. vbi Doct. de off. ordin.* si tamen sit lis super electione

37 non inuenitur tempus determinatum ad eam terminandam. *Ioan. Andr. in cap.* 2. *col. pen. de in integ. restit.*

38 Vigesimanona, quia in electione requiritur pro forma substantiali verbalis electio. *Abb. in c. ecclesia vestra. not.* 2. *de elect.* sed in præsentatione id non requiritur pro forma, sed sufficit præsentantem quibuscũque verbis vti. vt infra dicam.

39 Trigesima differentia, quia in electione fit collatio numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum. *cap. cumana. de elect. vbi Abb.* quæ non fiunt in præsentatione. vt infra dicam.

40 Trigesimaprima, quia lite mota super iurepat. existens in quasi possessione iuris præsentandi valide præsentat, & sequi debet institutio, quòd

quòd non habet locum in electione, quia non debet sequi institurio. secundum *Io. Andr. in d. c. 2. col. pen. de in int. restitut.*

41 Trigesimasecunda, quia per electionem factam per procuratorem consumitur ius eligendi, non tamen per præsentationem factam per procuratorem consumitur ius præsentandi. vt infra dicam.

42 Trigesimatertia, & vltima differentia est, quia confirmatio sequitur electionem, præsentationem autem sequitur institutio. *Abb. in c. auctoritate. de instit.* & habetur in tit. de electione, & de iurepat.

Et quamuis de præsentatione sit tractatus noster; tamen benè est videre, quid significent alij similes termini, vt prouisio, postulatio, dispositio, nominatio, electio, commendatio, & coadiutoria.

43 Prouisio denotat omnes modos, per quos ecclesiæ prouidetur, cum sit verbũ generale continens omnes modos, per quos ecclesiæ prouidetur. *cap. vt circa. & ibi gloss. in verbo, electiones. de elect. lib. 6. & Felin. in d. cap. cũ bertoldus. col. 2. de re iudic. gloss. in clement. vlt. verbo, prouisioni. de elect. gloss. in cap. 1. verbo prouisionem. & in cap. quorumdam. verbo, prouisionibus. de elect. lib. 6.* Geminian. *Franch. & alij in cap. cum in illis.* §. 1. *de præbend. libro 6. Cardinal. in clement. causam quæ. quæst.* 4. *de elect.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma Vicariatus. num.* 5. *Mandos. in regula Cancell.* 32. *in quæst.* 4. *nu.* 3. *Rota decis.* 791. *num.* 9. *parte* 1. *diuersor. latè Gonzal. in comment. ad Regulam octauam* Cancell. *gloss.* 17. *per totam.* vbi probat prouisionem continere nominationem, postularionem, electionem, præsentationem, confirmationem, institutionem, & collationem.

44 Postulatio item alia est, qua quis postulatur, vt eligi possit, qui aliàs eligi non posset, alia est, qua postulatus consequitur plenum ius, nam tunc admissus a Superiore remanet electus. *Abb. in cap. quia propter. de elect.* quæ postulatio

45 non competit patrono, quia patronus debet præsentare idoneum. *cap. 3. de iurepatronat.* & in mate-

46 ria præsentationis an' possit præsentari inhabilis sub spe futuræ impetrationis dispensationis. vide Riccium *in d. praxi rer. for. eccles. decis.* 205. *nu.* 245. *&* 246. de quo infra dicam.

47 Dispositio habet latissimam significationem, & includit omnem modum prouidendi. *gloss. in clem. vnica. verbo, dispositionem.* & ibi *Cardin. num. 2. de suppl. neglig. prælat. & cap. cum in illis. §. illis verò.* vbi tradunt Doctores *de præben. lib. 6.* Ioan. *Selua de benefic. par.* 3. *quæst.* 1. *num.* 36. *Puteus decis.* 472. *num.* 4. *lib.* 2. *& decis.* 190. *num.* 2. *par.* 3. *Rebuff. in concordat. sub rub. de collationib. §. præfati Ordinarij. in verbo, dispositionem. Mandos. in regula* 32. *quæst.* 4. *num.* 5. & comprehendit etiam optionem.

48 nam qui optat dicitur disponere. *Aegid. dec.* 1. *&* 63.

49 Et verbum, dispositio non includit tamen alias prouisiones dissimiles præcedentibus. vide *Gonzal. vbi supra. gloss.* 20. *& gloss.* 3. *num.* 24.

50 Nominatio, item alia, quæ fit de aliquo eligendo. vt in *cap. quod sicut. in princip. de elect.* alia est, quæ fit in scrutinio electionis ad *c. publicato. de elect.* alia est nominatiò solemnis, cum duo nominantur vel plures, & petitur, vt ex illis vnus eligatur, & tunc nominantes non possunt variare. *Abb. in d. cap. quod sicut. §. super eodem. num.* 1. & ista nominatio potest etiam dicit præsentatio. *Cardin. in clem. plures. §. quibus. not. 2. de iurepat.*

51 Electio, quæ propriæ est, quando Canonici alicuius Ecclesiæ Cathe-

thedralis, vel Collegiatæ eligũt Prælatum. vt in *d. cap. cum bertoldus. vbi Felin. nu. 2. de re iud. & Gonzal.*
53 *vbi sup. gloss.* 19. & beneficium electiuum est, ad quod fit electio iuxta dispositionem *cap. quia propter. de elect. Stapbil. de lit. grat. in rubr. de qualit. dignit.* vel dicitur beneficium
54 electiuũ, quando prouidetur per viã electionis, quæ requirit confirmationem superioris, secus si d. confirmatio non requiratur, *gloss. in clem. quia contingit. §. vt autem. in verbo, electionem.* & ibi *Card. num. 4. de relig. domib Felin in cap. in nostra. nu.*
55 25. *de rescript.* & est electiuum, quando electio fit per Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, Collegiatæ, seu Conuentualis, ita *Verall. decis. 295. num. 1. & per totam par.* 1. vide *Gonzal. vbi sup. & Mastrium in sua praxi b.b. concurs. ad vac. paroch. eccles. prælud.* 8.
56 Commendatio, seu commenda, de qua dixi supra *lib. 1. cap. 2.* est duplex, alia ad breue tempus pro Ecclesiæ vtilitate, alia perpetua, cum aliquod beneficium datur à Papa in commendam perpetuam. *gloss. in cap. nemo. in verbo, commendare, de elect. lib. 6.* & perpetua administratio idem est, & talis commenda beneficij est titulus canonicus, *cap. du-*
57 *dum, il 2. de electione. Rebuff. de pacific. possess. num.* 53. *& seqq. Gomes in reg. de infirmis. quæst. 13. Put. dec.*
58 158. *num.* 4. *lib.* 1. Et commendatarius perpetuus facit fructus suos, sicut alij titulares perpetui. *Cassador. decis. 33. num.* 5. super regulis, & commenda perpetua dicitur palliata dispensatio ad obtinendum beneficium alias obtineri prohibitum, sicut vnio temporalis, nam vt plurimum commendantur beneficia regularia, quæ regularibus concedi solebant. *Cassad. d. dec. 33. num.* 5. & in commenda requiruntur ætas, & aliæ legitimæ qualitates, prout in alijs beneficijs. *cap. nemo deinceps. de*
61 *elect. lib. 6.* & commendatarius perpetuus Abbatiæ, & Monasterij potest esse Iudex Apostolicus *iuxta cap. statutum, de rescript. lib. 6.* & ibi *Gomes. num.* 77. & habet liberam potestatem in spiritualibus, & temporalibus. *Alib. in cap. cum nobis olim. not.*
62 *vlt. de elect.* & in commenda habet locum *reg. de publicand. resignat. Gomes super ead. reg. quæst. 3. per totam.* & commenda inducit incompatibilitatem. *Hoieda de benef. compat. & incompat. par. 1. cap. 14. num. 16.* & disponitur à *Conc. Trid. sess. 7. cap. 2. & 4.* & omnia iura loquentia de ti-
63 tularibus sibi vindicant locum in Commendatarijs perpetuis. *Clem. vltim.* & ibi *Imola num. 6. de procur. Mandos. reg. 32. quæst. 7. num.* 12. latissimè *Gomes in reg. de triennali, quæst. 5. à num.* 11.
64 Et commendare nihil aliud est, quàm deponere. *l. commendare, ff. de verb. signific. Put. decis. 25. num. 2. lib. 1. Simonet. de reseruat. quæst. 69.*
65 *num.* 2. Et in commenda non datur vacatio, quia cessante commenda per obitum commendatarij, tunc dictum beneficium non dicitur vacare per obitum illius commendatarij, sed vacat semper vt prius, ita vt non sit attendendus mensis, in quo commendatarius obierit, & ita seruatur, *teste Cassador. decis. 5. num. 2. quæst. 10. & 12. de priuileg. & decis. 2. num. 4. de vnionib. Put. d. decis. 25. num. 6. & dec. 158. lib. 1. Gomes in reg. de triennali num. 5. Rebuff. in praxi, tit. de commenda num. 52. & 59. & in tit. de reseruationib. num. 31. Verall. decis. 144. par. 1. Nauarr. in Manuali, cap. 25. num. 126. in fin. & cons.*
66 28. *de præbend.* impropriè tamen & largè dicitur vacare commenda per cessationem commendæ, & in dubio commenda debet iudicari per-
67 petua, quia actus, qui certo tempo-
68 ris spatio non concluditur, perpetuus reputatur. *l. iurisperitus. in princ.* & ibi *Bart. ff. de excusat. tut. gloss. in Clem. 2. verbo electionem, de rescript.* & de his latè *Gonzal. vbi sup. gloss.*

glos.5.§.8.& Garc.de benefic.vbi sup. par.4.cap.1.& 4.

69 Coadiutotia est, per quam datur Coadiutor cum futura successione alicui Prælato seni per Papam, prout & ego à Sanctiss. Clemente VIII.

70 Fel. recordationis fui datus Coadiutor cum futura successione in Decanatu Primatialis Ecclesiæ Pisanæ recolendæ memoriæ, & præclarissimo viro Vincentio Mazzolio Decano Pisano, Prothonotario Apostolico, auunculo meo carissimo, tunc in florētissimo Parmensi gymnasio in prima sede Iuris Pontif. Professori ma-

71 ximo stipēdio, & priuilegijs decorato à Sereniss. Raynutio Farnesio Parmæ, Placentiæ, &c. Duce, literatorū refugio, & virtutum omnium fælici cultore: & coadiutoria prædicta siue

72 sit ad tempus, siue cum futura successione propter fauorem, & vtilitatem Ecclesiæ, de qua coadiutoria loquitur *tit. de clerico ægrot. vel debil. in decretal. & lib. 6. & Mandos. in praxi Signat. grat. tit. coadiutoriæ, in princ.* & de qua *Gonzal. vbi supr. glos. 5.§.9. à num.* 18. *ad num.* 40. non est

73 beneficium, neque illam obtinens dicitur beneficiatus, sed beneficiati coadiutor, & dicitur coadiutor à coadiuuando. *Io. Andr. in cap. vltim. de cler. non resid. num. 4.* & ideo talis coadiutoria non vacat, sed cessat cessante vita, seu impedimento coadiuti *cap. grandi, in fin. de suppl. neglig. Prælat.*

Siue sit Coadiutoria perpetua, & cum futura successione, vt post cessum, vel decessum coadiuti conferatur beneficium coadiutori, vt ipse succedat in illo, de qua *Petr. Andreas Gambar. de Offic. Legati, tit. de coadiutoribus. num.* 13. *& seqq. & Cassador. dec. 2. num. 2. de restit. spoliat. Mandos. in reg. 11. quæst. 5. num. 4. & 5.* &

74 hodie solet concedi à Papa, si pro coadiutoria adsint literæ commendatitiæ Episcopi, & Capituli asserentium eam fore vtilem Ecclesiæ, & cum consensu coadiuti.

75 Et Coadiutoria perpetua cū futura successione continet in se duplicem gratiam. Vna est gratia Coadiutoriæ: alia est gratia continens futuram successionem, cum primum vacet beneficium per cessum, vel decessum Coadiuti. *Put. decis.* 98. *lib. 2. & dec. 226. num. 16. lib. 3.*

Et hæc coadiutoria cum futura successione, non est beneficium ecclesiasticum, *Pet. Gregor. Tolosanus in nouis institutionib. rei benefic. cap. 11. num. 2.*

76 Et talis coadiutor non tenetur residere præcisè, neque ad id potest compelli, cum non habeat beneficium, sed solum tenetur ad causatiuam residentiam, idest, si non resederit, fructus non lucrabitur, neque per obitum coadiutoris vacat beneficium. *Put. decis. 226. num. 3.*

77 *lib. 3.* neque ratione Coadiutoriæ, si non adsit alia obligatio, tenetur Coadiutor ad recitandum diuinum officium *Nauarr. in tract. de Oration.*

78 *cap. 20. num.* 18. neque coadiutoria potest dici resignatio propriè, sed solum ad effectum, vt requiratur consensus coadiuti consentientis coadiutoriæ. *Put. decis.* 108. *num. 2. lib. 2.* & per hoc dicit *Gonzal. d. §. 9. num.* 71. quod in istis coadiutorijs non requiritur publicatio, tamen in praxi literæ meæ coadiutoriæ fuerunt publicatæ in Ecclesia Pisana

79 & in eius valuis affixæ, & in tali coadiutoria est verificanda narratiua ætatis, & aliarum rerum, aliàs censebitur subreptitia. *Put. dec. 62. lib. 2. Rota decis. 652. par. 3. diuers.*

80 & in tali coadiutore requiritur eadē ætas, idoneitas, habilitas, & sufficientia, quæ requiritur in titulari. *Ioan. Andr. in d. cap. vltim. num. 5. Selua vbi sup. par. 2. quæst. 4. num. 9.* &

81 in beneficio iurispatronatus non posset dari coadiutor talis sine patroni consensu. *Lambert. vbi sup. de iurepat. lib. 2. p. 1. quæst. 6. princ. ar. 2. num. 1. Mandos. de Signat. grat. tit. coadiutoriæ, col. 2.*

Solus

82 Solus autem Papa, & non alius potest concedere coadiutoriam cum futura successione. *Gambar. de legat. lib. 5. tit. de coadiutorib. num. 13. Parisf. de resignat. benef. lib. 6. quæst. 5. num. 15. & lib. 7. quæst. 20. & Nauar.*
83 *cons. 1. de cler. ægrot.* consuluit, quod stante amentia beneficiati posset dari ei coadiutor sine coadiuti cõsensu cum literis commẽdatitijs Episcopi
84 & Capituli, qui coadiutor sedere debet post omnes Canonicos, vt probat *Gonzal. d. §. 9. num. 101. & sequentib.* nisi sit coadiutor dignitatis, *Garc. ibi num. 65.* & ita ego ante Canonicos in sede Decani cum essem coadiutor sedebam, &
85 non potest coadiuto absente, seu ægrotante pro eo deseruire, & sedere in choro, & dare vocem in capitulo nisi coadiuto consentiente, & volente. *Garc. vbi supr. par. 4. cap. 5. num.*
86 *58. 59. & 60.* & coadiutus habendus est pro præsenti ratione infirmitatis, & aliorum iustorum impedimentorum. *Nauarr. cons. 2. num. 6. de cler. ægrot.* & mortuo coadiuto cũ
87 tunc coadiutor efficiatur canonicus, nec requiratur noua collatio, debet sedere in vltima sede, ita vt eum præcedant Canonici ingressi etiam durante coadiutoria, & post eius receptionem in coadiutorem, ita seruari testantur *Gonzal. d. §. 9. num. 110. & Garc. vbi sup. num. 74.* & ita
88 seruatur in Ecclesia Pisana. Et si coadiutor cum futura successione ratione coadiutoriæ habeat congruã sustentationem potest ad titulum Coadiutoriæ ordinari. *Gonzal. d. §. 9. num. 6. Garc. d. cap. 5. num. 132.*
89 & non tenetur coadiutor soluere fabricæ Ecclesiæ quod est consuetũ, nisi mortuo coadiuto. *Garc. ibi num. 78.* & si coadiutor sit ægrotus vel legitimè impeditus debet reputari vt præsens. *Nauarr. d. cons. 2. num. 6.* Si tamen coadiutor erat actu seruiens tempore superuenientis infirmitatis, seu impedimenti. *Garc.*
91 *ibidem num. 81.* & coadiutor habet vocem actiuam & passiuam in Capitulo prout alij Canonici, ita fuit decisum in *Salamantina Coadiutoriæ 1.*
92 *Iulij, 1594. coram D. Penia.* cum ergo coadiutus dum viuit sit ipse beneficiatus, si beneficium requirat residentiam, etiam quod habeat coadiutorem non excusabitur à residentia. vide *Gonzal. d. §. 9. & Garc. d. cap. 5. per tot. Piasecium in sua praxi episcop. par. 2. cap. 3. de visitationibus.*
93 *num. 27.* & coadiutor datus Parocho auctoritate Apostolica tenetur residere, *Gonzald. d. §. 9. num. 17.*
94 Electio igitur confirmari dicitur, *Abb. in cap. auctoritate, num. 5. de institutionibus.* vbi declarat infrascriptos terminos: item admittitur præsentatio, & institutio fit de præsentato, quæ largè potest dici confirmatio. *cap. 1. de institut. lib. 6.*
95 Collatio autem est, quando Episcopus liberè confert beneficium absque alicuius electione, seu præsentatione *cap. vlt. de offic. vic. lib. 6. & cap. relatum de præb. lib. 6.* quæ propriè dicitur translatio, siue libera iuris concessio. *Abb. in cap. auctoritate, num. 9. de institut. Geminian. & alij in cap. cum in illis, §. 1. de præb.*
96 *lib. 6.* & hoc nomem collatio est latum, & prolatum à lege comprehendit in se præsentationem, electionem, confirmationem, & institutionem, vt in rubro, & nigro, vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. *Clem. vnica tuncta gloss. in verbo, conferantur. in fine, vbi Doct. de rer. permutat. Rebuff. super concordat. §. statuimus, il 2. gloss. vlt. sub rubric. de collationib. Mandos. in reg. 32. Cancell. quæst. 4. num. 2.* propriè tamen collatio prædicta non comprehendit, vt probatur ex *d. cap. cum in illis. §. cum autem. de præb. lib. 6.* si in rescriptis ponatur. *Gonzal. vbi supr. gloss. 16. num. 11.* vide *Garc. vbi sup. par. 4. cap. 1. num. 3. 4. & 5.* & quæ differentia sit inter collationem, & electionem ponit *Abb. in d. cap. auctoritate. num. 5. & d. cap.*

cum in illis. §. cum autem.

97 Expectatio, siue expectatiua beneficij, seu mandatum de prouidendo est gratia concessa à Papa ad vacatura beneficia, de qua in *cap. 1. §. ex parte vero, & §. è contra. de concess. præb. Mandos. in praxi Signat. grat. tit. de expectatiuis. in princ.* & hodie omnes expectatiuæ, ac mandata de prouidendo, & aliæ quæcunque gratiæ ad vacatura sunt sublata per *Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 19.* tradit *Gonzal. vbi sup. §. 1. proœmiali. num. 57. & sequentibus.*

99 Est etiam verbum assignare, quod notat conferre, seu prouidere ratione subiectæ materiæ. *glos. in cap. pro illorum. in verbo, inuestiuit. de præben.* vbi post *Innoc.* tradit Abb. *num. 13. & Felin. in cap. vltim. num. 33. de præscriptionib.*

100 Est & verbum ordinare, quod importat totalem prouisionem, & dispositionem. *cap. super eo.* & ibi *glos. in verbo, ordinet. & Doct. de offic. deleg. cap. cum vos. vbi Imol. num. 1. & Butr. num. 2. de offic. ordin. & cap. vltim. §. in præbendis. vbi Gemin. num. 2. & Franc. num. 4. de consuetud. lib. 6.*

101 Item est verbum committere, quando ad tempus ecclesia alicui committitur, quod fieri dicitur per modum prouisionis. *Clem. vnic.* & ibi *glos. in verbo, committere. de suppl. neglig. Prælat.*

102 Installatio autem notat veram, & actualem possessionem. *Abb. in cap. transmissam. num. 3. de elect.* & quid notet promotio docet *Abb. in cap. omnipotentis, de accusat.*

103 Inuestitura est missio in corporalem possessionem beneficij, quæ iure communi ad Archidiaconum spectare dicitur. *cap. ad hæc. & cap. vt nostrum, de offic. Arcchid. glos. in d. cap. auctoritate, de instit.*

104 Institutio est concessio ecclesiæ, seu beneficij auctoritate legitima Episcopi, vel alterius auctoritatem habentis facta clerico à patrono præsentato, & dicitur translatio iuris non libera à superiore facta, ex qua plenum ius datur instituto. *Abb. in d. cap. auctoritate num. 7. Aug. Barbosa vbi sup. de offic. & pot. episcop. par. 3. allegat. 72. num. 174. & 175.*

105 Optio, quæ est ius quoddam Capitulo, seu collegiali ecclesiæ competens ex consuetudine, vel statuto, vt antiquiores gradatim vacantem per obitum præbendam, quæ reseruata non sit, propria dimissa, intra certum tempus eligere possint, de qua loquitur *tex. in cap. vltim.* & ibi *glos. & Doct. de consuetud. lib. 6.* & ne-

106 mo potest optare minorem præbendam, sed debet optare maiorem, ita vt consuetudo contraria non valeat. *Rota decis. 3. de consuetud. in nouis*, ratio est, quia in beneficialibus debet quis ascendere. *d. dec. 3.*

107 & ideò dicit *text. in l. maioribus. C. quemad. ciu. mun. indic. lib. 10.* quòd maioribus honoribus functus ad minores reuocari rationis non est, &

108 habens maiorem dignitatem non potest eligi ad dignitatem inferio-

109 rem. *c. cum nostris. vbi Butrius num. 4.*

110 *de concess. præb.* si tamen ex antiqua cōsuetudine quis possit optare alias præbendas, si velit poterit optare etiam minores præbendas. *Gemin.*

111 *in d. cap. vltim. num. 11.* & antiquior dicitur, qui prior fuit in possessione, licet sit in prouisione posterior, cum sit antiquior in seruitio ecclesiæ. *glos. in d. cap. vlt. verb. antiquiores.* &

112 ex optione acquiritur nouus titulus. *Rot. decis. 6. de consuetud. in nouis.* Si enim optans non acquireret nouum titulum, haberet beneficium sine canonica institutione contra regulam primam, *de reg. iur. lib. 6.* quæ

113 optio fieri debet infra viginti dies à die verisimilis scientiæ vacationis, *d. cap. vltim. §. vlt. de consuetud. lib. 6.* & deinde gradatim in euentum quod primus optare recuset, alij tenentur optare infra aliud simile tempus viginti dierum, *glos. penult. in d. cap. vlt. Staphil. de lite grat. tit. de vi. & pot.*

pot. clausul. 8. successiuè, num. 3. quamuis *Moneta de optione, cap. 6. quæst.* 3. velit tempus tantum viginti dierum omnibus canonicis currere cogita.

114 Canonicus tamen pœnitentiarius & Theologus non possunt optare, quia officijs prædictis est perpetuò vnitus canonicatus, nec eorum præbendæ possunt optari ab alijs. *Nauarr. consil. 14. de reb. eccl. non alien.*

115 Et nota, quod in beneficijs iurispatronatus non habet locum optio. *Federic. de Sen. cons. 62. num.* 1. sicut nec regulæ reseruatoriæ habent locum in beneficijs iurispatronat. laicorum. *Gemin. cap. 2. num.* 11. & ibi *Franc. num. 8. de præbend. lib. 6. Lapus allegat. 96. Rota decis.* 3. *de iurepatron. in antiquis. Put. dec. 39. num. 2.*

116 *lib.* 1. & in optione hæc solemnitas requiritur, vt qui optat admittatur per Capitulum, vel eum, qui præest Capitulo, tempore, quo ille se petit admitti, ita *Rota d. decis. 6. num.* 7. *de consuet. in nouis.* & *Aen. de* Falco*nib. de reseruat. benefic. quæst.* 4. *princ.*

117 *effectu* 5. *num.* 3. & requiritur apprehensio possessionis, & forma dictæ optionis ponitur à Moneta in tractatu de optione *cap. 5. quæst.* 3. Fit enim instrumentum coram Capitulo legitimè coadunato, & testibus, in quo narratur vacatio præbendæ per obitum talis N. & quod Petrus tanquam antiquior Canonicus optat prędictam vacantem pręhendam, cum protestatione tamen præmissa, quòd vbi talis præbenda optata vigore dictæ optionis sibi non debeatur, tunc & eo casu regressum habeat ad suam primam præbendam, quam ex nunc retinet: & de optione vide *Gonzal. gloss. 34. num.* 1. & *sequentib. Garc. vbi sup. par. 4. cap.* 5. *à num.* 118. *Aug.* Barbosa *de offic.* & *potestate* Episcop. *par.* 3. *allegat.* 55.

118 *num.* 35. & quotuplex sit optio, quoue iure sit introducta, quibus in rebus, ac beneficijs locum habeat, qui nam optare possint, quo modo, quo tempore, & quando sit optandum, de effectibus optionis, quomodo tollatur optio, seu ius optandi, & quomodo ex consuetudine inducatur, latè declarat *Moneta in d. tract. de optione Canonica, per totum.*

119 Et quòd ius transferatur ex electione, collatione, præsentarione, & ex alijs supradictis ponit, & declarat *Felin. in d. cap. cum Bertoldus, col. 1. & 2. de re iudic.* & de his *Lambertin. vbi sup. quæst. 1. per omnes articulos dictæ quæstionis.*

121 Promotio item adest, quæ est, quādo quis promouetur ad aliquod beneficium, sub quo vocabulo promoueri, seu promotionis, includitur collatio, electio, & præsentatio. *Abb. in cap. super eo, num. 4. de electione.*

SVMMARIVM.

1 *Aliud est esse patronum, & aliud habere ius præsentandi.*
2 *Ius præsentandi quid sit describitur.*
3 *Præsentatio est fructus iurispatronatus.*
4 *Et est effectus iurispatr. & potest ab eo separari.*
5 *Donatio iuris præsentandi de beneficio non vacante à Papa firmari debet.*
6 *Præsentatio competens ratione iurium dotalium à quo fieri debeat.*
7 *Præsentatus à diuersis patronis, quam præsentationem prosequi valeat.*
8 *Episcopus quando possit præsentare cum alijs compatronis.*
9 *Patronus vnus si sine hærede decedat, an accrescat alijs compatronis.*
10 *Filius viuo patre non potest præsentare in iurepatronatus hæreditario.*
11 *Institutio vt fieri possit, quæ requirantur.*
12 *Quasi possessio præsentandi vt prosit, quæ requirantur.*
13 *Quasi possessio acquiritur per consensum etiam præstitum præsentationi factæ ab alio.*

14 *Et per consensum præstitum super resignatione.*

15 *Et per præsentationem factam pro portionibus sibi tangentibus, quid acquiratur.*

16 *Quæ quasi possessio non transit in heredem.*

17 *Nisi simul cum herede sit alius, qui cum heredis auctore præsentauit.*

18 *Et nisi sit quasi possessio adepta vigore dignitatis, quæ transit in successorem.*

19 Patronus laicus intra quadrimestre, ecclesiasticus intra semestre debet præsentare.

20 Et dictum tempus currit à die scientia.

21 Vel à die quo scire debuit, vel potuit scire.

22 *Præsentatio facta post tempus quando sustineatur.*

23 *Heres, qui hereditatem infra tempus datum ad præsentandum non adiuit, inualidè præsentat.*

24 *Præsentatio laici effecti monachi quando fieri debeat.*

25 Tempus datum ad præsentandum in in ecclesia de nouo constructa, quando currere incipiat.

26 Tempus datum ad præsentandum currit patronis etiam lite pendente.

27 *Præsentatio quando à patrono possit iterari.*

28 Præsentatio facta lite pendente dicitur attentata.

29 Et quando dicatur facta lite pendente.

30 Præsentationis causa commissa, an censeatur commissa super institutione.

31 Præsentotio potest fieri coram Datario.

32 Patronus laicus potest variare, & plures præsentare.

33 Variatio à patrono cumulatiuè fieri debet.

34 Patronus lite pendente potest interdum vnum ex collitigantibus præsentare.

35 Præsentatio veri domini quando præferatur præsentationi quasi possessoris.

36 *Quasi possessio attenditur, quando constat de existentia iurispatronatus.*

37 Compatronus præsentando præseruat ius alterius compatroni.

38 Nisi compatronus priuatiuè quoad alios præsentaret.

39 Tutor, & pupillus quando præsentare possint.

40 Præsentatio si facienda sit à vicinis habentibus domum habitabilē, quid est seruandum.

41 *Villa pignorata, iuspatronatus ob eam competens non transit in creditorem.*

42 Procurator constitutus, an possit præsentare procuratorem constitutum ad præsentandum.

43 Patronus quando possit præsentare.

44 *Præsentatio de se ipso facta non valet.*

45 Patronus potest consentire præsentationi de se factæ.

46 Præsentatus acquirit ius ad rem.

47 Et dicitur legitimus contradictor.

48 Præsentatio probatur ex institutione ordinarij.

49 Præsentato non potest denegari institutio, & quando.

50 Præsentatio de absente non fit regulariter.

51 Ordinario non est tempus præfixum ad institutionem faciendam.

52 Et tamen potest à superiore præfigi tempus, & refertur decisio Rotæ.

De Iure præsentandi.

CAPVT SECVNDVM.

1 QVONIAM aliud est esse patronum, seu habere iuspatronatus alicuius beneficij ecclesiastici, & aliud est habere ius præsentādi, quia primum respicit petitorium, & alterum respicit possessorium.

Fran-

Franchus in cap. vnico, num. 5. de iurepatron. in 6. Cassador. decis. 2. num. 3. in fin. de probat. Rota decis. 347. *num. 3. & decis.* 1178. *lib. 3. par. 3. diuers.* sicut nec sequitur, habeo ius præsentandi, ergo competit mihi iuspatronatus, cum ex alia ratione possit competere dicta præsentatio, præterquam ex iurepatronatus, vt latè tradit Roccb. *de Curte de iurepatronat. verbo competens. quæst.* 25. *nu.* 57. *& seqq.* Lambert. *eod. tract. lib.* 1. *par.* 1. *quæst.* 10. *art.* 8. *num.* 1. *Gonzal. in comment. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 18. *num.* 90. *& seq. & gloss.* 45. §. 2. *num.* 27. & 28. ideò cum supra visum sit de iurepatronatus, & quomodo acquiratur, seu transferatur, opus est nunc videre de iure præsentandi; quod ita definiri, seu describi potest.

2 Ius præsentandi est ius honorificum, onerosum, & vtile competens alicui, eò quod ex legitima quasi possessione, seu alio iure rectorem ad beneficium solitus est præsentare ipse, vel is, à quo causam habuerit, solus, vel alio concurrente, & ad id faciunt dicta *sup. lib.* 1. *cap.* 2. *de def. iurispatronat.* est ius, idest, facultas; honorificum, quia sine præsentatione non potest Episcopus instituere aliquem in beneficio; onerosum, quia talis tenetur tueri Ecclesiam; vtile, quia ægenus præsentans debet ali de fructibus beneficij, ex legitima quasi possessione, quæ attenditur in causis beneficialibus. *c. consultationib. de iurepatr.* & quæ valet, si habeat requisita posita à *Calder. cons.* 12. *de iurepatronat.* seu alio iure, idest, ex iurepatronatus, vel ex ipsius iurispatronatus donatione, rectorem, &c. quia si solitus est præsentare, habet quasi possessionem, quæ debet attendi, ipse, vel is, à quo causam habuit, quia non solum habens ius præsentandi præsentat, sed etiam eius procurator, seu donatarius, quia iisdem modis transferrur ius præsentandi, sicut iuspatronatus, solus, vel alio concurrente, quia sicut vnus, seu plures simul possunt habere iuspatronatus, sic vnus, seu plures simul possunt habere ius præsentandi.

Potest itaque quis habere iuspatronatus, & simul ius præsentandi, & potest vnus habere iuspatronatus, & alius ius præsentandi, & regulariter præsentatio est fructus iurispatr. *Calder. cons.* 19. *in fin. de iurepatronat.*

3 licèt quandoque iuspatronatus accipiatur pro iure præsentandi, vt in *capit. cum autem. c. quia clerici. vbi gloss.* 1. *Butr. not.* 1. *num.* 6. *Abb. not.* 1. *& alij de iurepatron. Card. in cap. præterea, il* 2. *de iurepatronat. quæst.* 1. *Lambertin. de iurepatronat. lib.* 1. *par.* 1. *quæst.* 1. *art.* 3. *num.* 1. *&* 15. effectus autem præsentationis probatur ex eo, quod ex obitu præsentati, & instituti fit alia præsentatio, & institutio, *Oldrad. consil.* 229. *num.* 2. *Card. Seraph. decis.* 499. & fuit dictum in *Lucana Cappellaniæ*, 15. *Maij*, 1598. *coram* Penia. *in Papien. Archipresbit.* 19. *Februarij.* 1601. *coram Card.* Pamphilio. *& in Tuden. Parochialis*, 7. *Nouembris.* 1611. *coram Vbaldo.* & idem est in vacatione ex causa resignationis, vt in d. Papien.

4 Præsentatio itaque est vnus ex effectibus Iurispatronatus, & potest ab eo separari, & ideo donato iurepræsentandi remanet iuspatronat. apud donantem quoad alios iuris effectus, *Calder. cons.* 19 *de iurepatr. Rocch. de de iurepatron. verbo, ipse, vel is. num.* 31. *Card. Seraf. decis.* 456. & donatio facultatis præsentandi pro prima vice requirit confirmationem Papæ, vel Ordinarij, etiam si sit facta clerico nomine proprio, & non Ecclesiæ ad tradita per *Doct. in cap. illud. vbi Abb. num.* 5. *de iurepatron. de communi. Dec. cons.* 541. *num.* 1. *&* 2 & si antequam sequatur confirmatio donatarius moriatur, non potest post eius mortem confirmari, vt fuit dictum in *Pisaua Altaris.* 21. *Nouembris.* 1586. *&* 1. *Iunij.* 1587. *coram*

5 *Comitulo*. & quando fiat talis donatio antequam beneficium vacet, Papæ requiritur confirmatio non ordinarij ad *c. vlt. de conc. preb. Rol. consil.* 47. *nu.* 53. *lib.* 1. & in d. *Pisana*. & cum præsentatio sit fructus iurispat. ideo pertinet ad vsufructuarium non ad proprietarium. *Card. Mantica*
6 *decis.* 140. & maritus potest præsentare in iurepatronat. competente ratione iurium dotalium. vide *Rot. dec.* 10. *de iurepat. in nou. Card. in clem. plures. q.* 6. *de iurepat. Card. Mant. d. dec.* 140. sed in concursu præsentatus ab vxore præfertur præsentatos à marito. de communi *Rot. d. dec.* 10. *in fine. d. dec. Mantic.* & in *Pampilonen. beneficij de Cicur maior.* 26. *Maij.* 1603. *coram Card. Lancellotto. Card. in d. clem. plures, q.* 6. *Berous. in c. ex literis. nu.* 6. *de iurep. Rocch. in ver. ipse. q.* 28. *nu.* 62. *Lambert. vbi sup. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 10. *art.* 2. *& lib.* 2. *p.* 3. *q.* 6. *art.* 3. *in fine. Paul. de Citadin. de iurep. p.* 6. *art.* 3. *q.* 39. *nu.* 70. *& p.* 7. *q.* 15. *nu.* 22. & in d. *Alexana*. vbi de communi. & in *Pampilonen. parochialis de Varindano.* 21. *Octob.* 1596. *coram Litta*.

Quamuis contrarium, quòd imò maritus non possit præsentare teneat *Paul. Elear. in sua disput.* 4. *incip. patronus ecclesiæ. vers. distingue ergo. de iurep.* sequitur *Felin. in c. cum olim. nu.* 2. *de maior. & obed. & in d. c. cum bertoldus. nu.* 29.

Et si concurrunt præsentati, præfertur præsentatus ab vxore. vt dixi *Paul. de Citad. vbi sup. d. q.* 39. *n.* 76. & fuit dictum in d. *Alexana*. & in *Pampilonen. de Cicur maior*. 26. *Maij*. 1603. *coram Card. Lancellotto*. vbi etiam contrarium refertur ex *Rocch. in d. ver. ipse. q.* 28. *nu.* 63. *Bero. in c. ex literis. nu.* 30. *de iurepat. & Lambert. lib.* 2. *par.* 3. *q.* 6. *art.* 3. *in fine. vers. aut loquimur*. tenet esse locum præuentioni.

7 Insuper habens plures præsentationes diuersorum patronorum interdum tenetur eligere quam velit prosequi, & vna electa non potest ad aliam redire, neque ea vti ex *cap. vt qui duas. de elect. lib.* 6. quòd habet locum in præsentatione. vt per *Lapū allegat.* 8. *vbi addent, nu.* 4. *Rocch. de Curt. de iurepat. verbo, honorificum, quæst.* 40. *nu.* 72. *Lambert. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 5. *art.* 3. latè fuit dictum in *Lunen. Sarzanen. Capellaniæ.* 20. *Iunij. &* 5. *Decemb.* 1601. *coram Card. Sacrato*. quòd procedit in præsentationibus factis per patronos habētes ius præsentandi iure vniuersali, vel diuersos contendentes inter se de iurepat. & sic in duabus præsentationibus contrarijs, & infringentibus ius alterius. *Lambert. d. art.* 3. *nu.* 4. & habetur in d. *Lunen. Sarzanen. Capellaniæ coram Cardin. Sacrato*. idq. non procedit quando præsentatus probabiliter ignorat, quænam præsentatio esset valida, tunc enim non tenetur eligere, sed potest vtramque prosequi. secundum distinctionem glossę communiter probatæ *in d. c. vt qui duas*. & habetur in d. *Lunen. Sarzanen. Capellaniæ*. & ibi habetur, quòd si probabiliter ignoratur ad quem pertinet institutio, potest fieri præsentatio coram pluribus.

8 Et Episcopus potest præsentare cum alijs compatronis, si per vnum illorū fuerit ei facta donatio iurisp. vel alio legitimo titulo sit translatū, si verò non adsint alij, ecclesia fit libera. *Io. Andr. in c. significasti. vers. quid si. de iurepat.* fuit dictum in *Aretina Capellaniæ.* 4. *Iulij.* 1603. *corā Cardin. Pamphilio*. & id procedit si donatur iuspatronat. Episcopo ratione ecclesiæ, secus si ad eum non vt Episcopum perueniret, tunc enim si solus patronus esset, præsentaret, & ecclesia non efficeretur libera. *Anchar. in d. c. significasti. in fine*.

9 Verum si vnus ex pluribus patronis sine hærede decederet, ius præsentandi ratione indiuiduitatis remaneret penes alios, & ecclesia id acquiret tantum, quòd diminuitur numerus patronorum. *Bald. cons.* 431 *nu.*

nu.1. *in fine.lib.2. Calder. conf.4. de iurep.* & fuit dictum in d. Aretina Capellaniæ, si autem nullus remaneret patronus, ecclesia fieret libera, & is, ad quem spectabat institutio, liberè conferet. *Innoc.in c.quia clerici*. & ibi *Abb.nu.6.de iurep.* & in d. Aretina.

Condemnatus verò de adulterio manifesto cum sit infamis non potest præsentare. *Lambert. de iurepat. lib. 2.p.1.quæst.9. art.16. & 19. Rota in* Lucana Parochialis. 25. *Iunij.* 1601. *coram Card. Pamphilio*.

10 Filius etiam viuente patre præsentare non potest in iurepat. hæreditario, quia patre viuente nullum ius habet. *Calder.conf.19.in fine. de iurep.Card.in clem.plures.q.8.nu.18. in fin. de iurep. Rocch. de Cur. de iurep.ver.competens.q.7.n.18.Lambert, vbi sup.lib.1.p.2.q.2.art.13.nu.3. & Verallus dec.131.n.3.& dec.363.p.2. Rota in Forliuien. de Michaelis.*24. *Ianuarij & 30.Martij.*1601.*coram Card.*Lancellotto.*in* Florentina *Canonicatus.*10.*Martij.*1603.*corā d.Card.* Lancell. & in Lucana *iurispat. de Podijs.*21.Aprilis.1621.*coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano. vers. secundo principaliter probatur. in fine*. & contrarium est in iurepat. competente familiæ, vel vniuersitati. *Feder.de Sen. conf.*111.*col.4. nu.9.* *Rocch. vbi sup.* & fuit dictum in d. Florentina Canonicatus. *vt sup.* & 11.*Febr.*1604.*coram eod. Lancell.* & *in d. Lucana*.

11 Et requiritur vacatio beneficij, iuspatronatus, seu ius præsentandi, præsentatio facta in tempore, & coram habente instituere, & habilitates præsentati, vt quis sit instituendus. *c. decernimus. & c. monasterium. vbi gloss.vlt.16.q.7.c.cum bertoldus. de re iud.* Rota in d. Lunen. Sarzanen. Capellaniæ. 20. Iuny. 1601. *coram Cardin. Sacrato. & in d. Lucana iurispatr.*

12 Et quasi possessio præsentandi vt suffragetur, debent concurrere requisita per *Calder. conf.12. de iurep.* à Rota canonizata. vt *dec.*680.*lib.*3. *p.3.diuers.* & in *Firmana iurisp.* 17. *Iunij.*1588. *coram Card. Pamphilio*. & in Aquinaten. *beneficij*. 26. *Iunij.* 1601. *coram Card. Seraph.* & acquiritur vnico actu effectum sortito. *cap. querelam. de elect. d.c.consultationib. Put. dec.*189. *lib.*1. & fuit dictum in Bracharen.*iurisp.*17.*Iunij.*1591.*corā Card. Mantica.* & in Papien.*iurispat.*18.*Iunij.*1593. *coram Card.Blanchetto*. nisi actus esset admissus cum clausula, sine præiudicio, &c. per quam præseruatur ius tam in petitoria, quàm in possessorio ad tradita per *Dec. in c. cum accessissent. nu.*17. *& Fel.nu.*30.*de constit. Put.dec.*188. *lib.* 3. & fuit dictum in *Maioricen. iurispatr.* 4. *Decembr.* 1587. *coram Bubalo*.

13 Quę quasi possessio acquiritur etiā per consensum præstitum præsentationi per alium factæ. *Abb.conf.*54. *nu.1.p.1.Put.dec.*310.*lib.*3. *Crescent. dec.* 2. *de iurep.* & fuit dictum in Regien.*prioratus.*24.*Maij.*1585.*coram Card.Pamphilio.in* Parmen.*prioratus.* 12.*Ianuar.*1591. *coram Card. Mantica*. & in Vicen.*beneficij.*29.*Nouēb.* 1599. *coram Card.*Pamphilio. dummodo talis consensus sit petitus infra tempus datum ad præsentandū, aliàs non suffragatur, vt fuit dictum in *Auximana Iurispat.* 10. *Ianuar.* 1586. *coram Card. Seraph.* & procedit in consensu puro, non autem dato sub conditione, quatenus beneficium sit de iurep. & nō aliàs, aliter, &c. vt fuit dictum in *Britorien. iurisp.* 2. *April.*1601. *coram Cardin. Lancellotto*.

14 & quasi possessio in vacatione per obitum suffragatur in vacatione per resignationem, & è contra. *Put. dec.* 310. *lib.* 3. & fuit dictum in *Firmana iurispat.* 3.*Iunij.* 1594.*corā Card. Blanchetto*. nec quasi possessio acquiritur per præsentationem factam à procuratore, de cuius mandato non constat. *Put. dec.* 251. *lib.* 2. & fuit dictum in d. *Parmen. prio-*

prioratus. nec acquiritur ex eo, quòd
præsentatus à vero patrono, volun-
tariè facit se ab alio præsentari igno-
rante primo. *arg. l. si dictum. §. si cō-
promisero.* vbi Bart. & alij *ff. de euict.*
& in d. *Maioricen. iurispat.* & ex
15 præsentatione facta pro portionibus
sibi tangentibus nō acquiritur quasi
possessio pro tribus vocibus, nec pro
eis datur manutentio, quia illa qua-
litas trium vocum debet probari.
Bart. in l. 1. §. quod ait. ff. vti possidet.
& fuit dictum in *Taruisina iurispat.*
17. Martij. 1603. coram Penia.
16 Quæ quasi possessio præsentandi
nam transit in hæredem, nisi appræ-
hendatur. per *l. cum hæredes. ff. de acq.*
poss. Verall. dec. 420. p. 2. & fuit dictū
in *Pampilonen. parochialis de Barbe-*
rin. 3. Iulij. 1589. & 20. Maij. 1591.
coram Orano. & in *Parmen. prioratus.*
12. Ianuar. 1590. coram Card. Man-
17 *tica.* & in d. *Taruisina.* Verum si
cum hærede adesset aliquis, qui si-
mul cum hæredis auctore præsenta-
uit, hæres tunc dicitur esse in quasi
possessione præsentandi. vt fuit di-
ctum in *Papien. iurispatr. 18. Iunij.*
1593. coram Cardin. Blanchetto. &
pariter quasi possessio acquisita vi-
18 gore iurispat. competentis dignitati,
transit in successores sine appræhen-
sione, ex quo possessio dicitur sem-
per retenta per dignitatem. *Rota*
dec. 1. de iurep. in nouis. & fuit dictum
in *Compsana iurispat. 23. Ian. 1604.*
coram Litta. an autem patronus
possit petere se immitti in possessio-
nem iurispræsentandi, & priuatiuè
quoad alios, quatenus sui auctores
fuerunt in d. possessione: vide *Rotam*
coram Cotta in dec. 62. p. 1. diuers.
19 Patronus autem, seu habens ius
præsentandi ad acquirendam, & cō-
seruandam quasi possessionē præsen-
tandi, si sit laicus debet præsentare
in quadrimestre, si sit ecclesiasticus
intra semestre. *c. vnico. §. verum. vbi*
Doct. de iurepat. lib. 6. & fuit dictum
in *Foroliuien. iurispat. 8. Febr. 1599.*
coram Card. Lancellotto.

20 Et d. tempus incipit currere à die
scientiæ, & notitiæ vacationis. *Abb.*
in c. cum propter. de conc. præb. Rocch.
vbi sup. ver. honorificum. q. 27. nu. 57.
Sarnen. de annali. q. 27. & fuit reso-
lutū in *Legionen. parochialis. 7. Octob.*
1577. coram Blanchetto. in Taurinen.
iurisp. 5. Nouembrir. 1584. corā Card.
Pamphilio. & in *Pampilonen. de Huar-*
te. 10. Iunij. 1595. coram Iusto. & in
Pampilonen. de Cicur maior. 30. Octob.
1602. coram Card. Lancellotto. quæ
scientia debet esse certa, non præ-
sumpta. *Rocch. vbi sup. q. 27. nu. 57. in*
fine. Put. dec. 142. lib. 1. & fuit dictum
in *Parmen. beneficij. 12. Nouembris.*
1588. coram Bubalo. & in *Signina*
iurisp. 12. Iunij. 1596. coram Orano.
21 si autem vacatio fuit adeo nota, vt
inde appareat negligentia patroni,
qui scire debuit, tunc tempus incipit
currere à die, quo scire debuit, vel
verisimiliter potuit. *Doct. in c. licet.*
vbi Abb. nu. 3. de suppl. neglig. prael.
Rocch. d. q. 27. nu. 57. ad finem. & fuit
dictum in *Pampilonen. de Illumdain.*
12. Decemb. 1597. coram Litta. &
quomodo probetur scientia vacatio-
nis. vide in *Parmen. 12. Nouembris.*
1598. & 26. Iunij. 1589. & 26. Febr.
1590. coram Bubalo. & licèt præ-
22 sentatio facta à patronis post tempus
datum ad præsentandum sit nulla
respectu ipsorum, qui scierunt vaca-
tionem, sustinetur tamen respectu il-
lorum, qui ignorarunt d. vacationē,
ex quo ius præsentandi, & in vno ex
patronis conseruatur. iuxta *cons. Fed.*
de sen. 102. in fine. & Abb. cons. 14.
num. 4. p. 1. & ita fuit resolutum in
Spoletana beneficij. 28. Iunij. 1590. co-
23 *ram Card. Platto.* & præsentatio fa-
cta à Caio hærede, qui hæreditatem
non adiuit intra tempus datum ad
præsentandum non valet. vt fuit di-
ctum in *Aretina Capellaniæ. 4. Iulij.*
1603. coram Card. Pamphilio.
Et ad validitatem præsentationis
an sit docendum de iurepatr. intra
tempus datum ad præsentandum,
vide in *Lunen. Sarzanen. Capellaniæ.*

20.

20. *Iunij*. 1601. *coram Card. Sacrato*.
24 & præsentatio in iurepat. laicali, quę durante vita patroni monachi professi spectat ad monasterium, an' sit facienda intra quadrimestre, seu semestre. vide in *Abulen. Capellania*. 12. *Nouemb*. 1599. & 17. *Iunij*. 1600. *coram Card. Seraph.*
25 Tempus autem datum ad præsentandum in ecclesia nouiter constructa incipit currere à die completæ constructionis cum Episcopi consensu. *Rocch. in d. ver. bonorificum. q.* 29. *nu.* 59. *Lambert. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 16. & fuit dictum in *Casentina Capellaniæ*. 26. *Octob*. 1601. *coram Cardin. Millino*. seu à die dotationis, vt dixi sup.
26 Tempus autem datum ad præsentandum currit patronis etiam lite pendente inter eos super iurepat. & lapso tempore deuoluitur collatio ad Episcopum. *c. quoniam. & c. eam te. de iurep.* Rot. *dec.* 421. *nu.* 3. *p.* 1. *diuers.* & in *Casertana beneficij*. 29. *Maij*. 1595. *corā Card. Blanchetto*. secus quando est lis inter præsentatos super idoneitate, & prærogatiua, vel inter patronos, & Episcopum. *Abb. in c. cum vos. nu.* 7. *de off. ord.* & ibi *Berous nu.* 42. & 49. *vt in d. Casertana*.
27 Et si præsentatio facta in tempore non habuit effectum ex facto Ordinarij, potest patronus ex post intra aliud quadrimestre, vel semestre aliū præsentare ad *Lapum alleg.* 95. *in fin. Abb. in d. c. cum vos. nu.* 7. idem est, si præsentatus non vult acceptare præsentationem, tunc enim patronus à die, quo scit eum nolle acceptare habet aliud quadrimestre, vel semestre, & potest alium præsentare *c. si electio. de elect. lib.* 6. vbi Doct. dicunt illum textum habere locum in præsentatione. *Rota dec.* 8. *de iurep. in nou.* & fuit dictum in *Lucana plebis*. 14. *Martij*. 1590. *coram Gipsio*. in *Mediolanen. Capellaniæ*. 15. *Ianu*. 1593. *coram Card. Seraphin.* & in *Firmana Canonicatus*. 12. *Maij*. 1597. *coram Penia*. vbi habetur id procedere, si patronus realiter pręsentauit habenti instituere, secus si tantum nominauit.

Idem est si præsentatio sit nulla ex aliquo defectu à patrono non scito, vel præsentauit coram non habente facultatem instituendi, ad quem spectare probabiliter credebat, tunc à die scientiæ nullitatis habet aliud quadrimestre, seu semestre. *Rocch. d. ver. bonorificum. q.* 37. *nu.* 68. & fuit dictum in *Foroliuien. iurispat. seu S. Mercurialis*. 10. *Iunij*. 1587. *coram Bubalo*. & in *Lunen. Sarzanen. Capellaniæ*. 1. *Decemb*. 1601. *coram Card. Sacrato*. nec tali casu patronus dicitur variare. *Lambert. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 7. *art.* 3. *in fine*.

Et si fiat præsentatio cum hoc, quod præsentatus obtineat dispensationem super certa qualitate requisita in fundatione, illa non obtenta habet aliud quadrimestre, seu semestre, quòd non incipit currere, nisi à die scientiæ non obtentæ dispensationis. vt fuit resolutum in *Firmana Altaris*. 4. *Martij*. 1596. *coram Card. Seraphino*.
28 Præsentatio autem facta lite pendente inter præsentatos, dicitur attentata. per *cap.* 1. & 2. *vt lit. pend. lib.* 6. & fuit resolutum in *Astoricen. Abbatiæ*. 3. *Iulij*. 1595. *coram Orano*. idem est in facta appellatione pendente, seu in termino dato ad appellandum. vt in *Calaguritana beneficij del burgo*. 7. *Iunij*. 1574. *coram Card. Seraph.*

Et præsentationi tacitæ, quæ oritur ex prosecutione præcedentis pręsentationis iuxta *Rot. decis.* 26. *in* 3. *dub. de renunc. in antiq.* an' obstet litis pendentia, vide in *Mediolanen. iurispat.* 23. *Maij*. 1588. *coram Card. Blanchetto*. & in *Vercellen. Capellaniæ*. 7. *Maij*. 1601. *coram Card. Mil-*
29 *lino*. & ad inspiciendum an' præsentatio facta lite pendente sit attentata, inspicitur, an' lis sit super titulo beneficij, quia tunc est attentata, alias

aliàs secus. *Aegid. dec. 290. add. ad dec. 3. vt lit. pend. in nou.* & fuit dictũ in *Zamoren. beneficij de morales. 26. Iunij. 1587. & 26. Maij. 1589. coram* Card. *Seraph.* quando autem dicatur lis super titulo beneficij vide *Bald. in auth. litigiosa. nu. 1.* C. *de litigios.* vt fuit dictum in *Mediolanen. beneficij. 1. Iunij. 1592. coram Card. Seraph.* & in Virdunen. *Canonicatus. 28. Aprilis 1591. coram* Card. *Pamphilio.*

30 An' autem commissa causa super præsentatione, censeatur commissa super institutione. vide in *Hostunen. Capellæ. 17. Nouembris. & 18. Decemb. 1600. & 19. Februarij. 1601. coram Iusto.*

31 Quæ præsentatio potest fieri etiã coram Reuerendiss. Datario, vt fuit dictum in Lucana *plebis. 14. Martij. 1590. coram Gipsio.* & in *Romana iurisp. 9. Maij. 1603. coram* Iusto. an autem fieri possit coram Auditore Rotæ, vigore *clem. auditor. de rescript.* vide in *Mediolanen. iurispat. 29. Ianuar. 1596. coram Card. Blanchetto.*

32 Et patronus laicus potest variando plures præsentare. *clem. plures. §. vlt. vbi gloss. & Doct. de iurep.* & fuit resolutum in Pampilonen. *beneficij de* Peralta. 9. Decemb. 1592. *coram Card.* Arigonio. idq. procedit etiam quando plures sunt patroni, qui possunt plures præsentare eodem tempore, non solum concorditer, sed etiam in discordia, quòd scilicet quilibet variet. *d. clem. plures. §. quib.* vbi post alios Vitalin. *nu.* 4. & fuit dictum in *Fauentina iurispat. 8. Februar.* 1588. *coram Comitulo.* & variatio potest fieri eodem tempore, & successiuè ante institutionem. Abb. *in c. quòd autem. not. 2. de iurep.* & fuit dictum in *Aretina Capellaniæ. 29. Ianuar. & 9. Maij. 1603. coram Card. Pamphilio.*

33 Variatio autem debet fieri cumulatiuè, non priuatiuè. *Abb. in d. c. quod autem. nu. 3. de iurep. & in c. cum bertoldus. nu. 11. de re iud.* & fuit resolutum in *Barchinonen. beneficij. 15. Mar. tij. 1587. coram* Card. *Seraph. in Bononien. parochialis. 24. Nouemb. 1595. & 24. Ianuar. 1596. coram* Litta. & in Lauden. *beneficij. S. Martini. 28. Iunij. 1595. coram Orano.* & satis est, quòd secunda præsentatio fiat simpliciter. vt in *Aretina Capellaniæ. 24. Ianuar. 1603. coram Card.* Pamphilio. prædicta tamen non procedunt in patrono, qui promisit non variare: vt fuit dictum in d. Pampilonen. *de Cicur maior.*

34 Et quod dictum est non posse patronum præsentare lite pendente inter præsentatos declara, vt possit vnũ ex collitigantibus præsentare, si alter ex collitigantibus cedat, vel decedat, secus quando non cedit, vel decedit. *Crescent. dec. 2. de iurep.* patronus tamen ecclesiasticus nũquam potest variare. *gloss. in d. clem. plures. §. quib. ver. præsentare.*

35 Adde, quòd in concursu præsentationum factarum à vero domino, & à quasi possessore, præfertur facta à domino, si ante institutionem constet de eius proprietate, secus si non constet, quia tunc præfertur quasi possidentis præsentatio. *d. c. consultationib.* Calder. *cons. 23. de præb.* Rocch. *vbi sup. ver. competens. q. 14.* & fuit dictum in *Salernitana S.* Nicolai. *9. Iunij. 1589. coram Card. Seraph. in* Pisana *Capellaniæ. 20. Maij. 1594. coram Card. Blanchetto. in Pampilonen. Vicariæ. 12. Maij. 1595. coram* Penia. & in Pampilonen. *parochialis. 11. April. 1603. coram* Card. Lancellotto. idem est si iuspatr. competat ratione alicuius rei, puta domus, quia tunc attenditur quis sit possessor domus. *Rot. dec. 1. de iurep. in nou.* & fuit dictum in d. Pampilonen. *de Cicur maior. 11. April. 1603. coram Card.* Lancellotto. tunc autem atten-

36 ditur quasi possessio, quando cõstat de existentia iurispat. sed controuertitur pertinentia, secus quando dubitatur de existentia, quia tunc sola quasi possessio non suffragatur, nisi verificato iurepat. cum causæ cognitione

tione ad formam Concil. Trident. & sufficit semel ita fuisse verificatum, vt in *Firmana iurispatronatus*. 17. *Iunij*. 1588. *coram Cardin. Pamphilio*, *in Volaterrana Cappellan* 28. *Aprilis* 1595. *coram Card. Blanchetto*. & *in Comen iurispatr*. 20. *Iunij*. 1601. *coram Cardin. Seraphino*. & per præsentationem vnius ex compatronis præseruatur ius, & quasi possessio aliorum. *Calder. conf*. 15. *de iurepatronat*. *Abb. conf*. 14. *col*. 2. *par*. 1. *Roc. d. ver. competens, quæst*. 17. fuit dictū in *Romana Cappellaniæ*, 12. *Iunij*. 1589. *coram Card. Pamphilio. in Papien. iurispatronatus*. 9. *Iunij*. 1594. & 22. *Maij*. 1595. *coram Card. Millino & in d. Aretina Cappellaniæ*. 24. *Ianuarij*. 1603. *coram Card. Pamphilio*. vbi dicitur esse verum etiamsi cōpa-

38 troni nunquā præsentauerint. nisi patronus priuatiuè quoad alios præsentaret, & sic animo eos spoliandi. *Calder. d. conf*. 15. vt fuit dictum in *Calagurit. iurispatron*. 9. *Iunij*. 1589. *coram Cardin. Seraphin. in Senen. iurispatronat*. 9. *Ianuarij*. 1598. *coram Penia*. vbi quoad effectum priuandi compatronum requiruntur 40. anni. & in dubio talis præsentatio censetur facta nomine compatroni, vt per eam præseruetur ius illius, & quasi possessio, vt fuit dictum in *Burgen. Cappellaniæ*. 19. *Aprilis* 1587. *coram Gypsio*.

39 Tutor tamen potest præsentare *Rocch. in d. ver. competens. quæst*. 4. *num*. 13. fuit dictum in *Forolinien. iurispatronat*. 21. *Octobr*. 1599. & 15. *Maij*. 1600. *coram* Card. *Lancellott*. præsentare quoque potest pupillus maior septennio sine tutore, & in concursu præfertur præsentatus à pupillo. *Rota dec*. 10. *in fin. de iurepatr. in nou. Rocc. d. num*. 13. item curator furiosi potest præsentare, vt in *Ceneten. parochialis*. 10. *Nouemb*. 1603. *coram Card. Pamphilio*. & coniunctus pro coniuncto, vt in *d. Foroliuien. iurispatronat*. & si præsentatio sit fa-

40 cienda à vicinis habentibus domum habitabilem, satis est quod fiat ab eo, qui domum possidet, *ad d. cap. consultationib. vt in d. Pampilonen. parochialis*. 11. *Aprilis*. 1603. *coram Card. Lancellotto*. similiter præsentatio spectat ad conductorem ad longum tempus, *cap. ex litteris. vbi glos. & Doct. de iurepat*.

41 Et pignorata villa, ius præsentandi competens ratione villæ non transit in creditorem ad *d. c. cum bertoldus. vbi gloss. vltim. & Doct*. & fuit resolutum in *Legionen. parochialis*, 29. *Ianuarij*. 1596. *coram Litta*. secus est quando creditor facit fructus

42 suos, vt in *d. Legionen*. & procurator datus ad præsentandum, simpliciter cum facultate substituendi, an possit à substituto præsentari, quia tunc non dicitur præsentatus à se ipso, sed à domino mediāte persona substituti. vide *Rebuff. in praxi*, *in forma Vicar. nu*. 77. 79. similiter compatronus potest à compatrono præsentari. *glos. in cap. consuluit, vers. concedant. de iurepatron*. & fuit dictum in *Valentina beneficij*. 16. *Maij*. 1583. *coram Sanctiss. Clemente* VIII.

43 Verùm patronus potest præsentare, quando Ecclesia vacat per obitum, & quando vacat per resignationem, vel alio quouis modo. *Lapus alleg*. 78. *Rocch. vbi supr. ver. honorificum, quæst*. 51. *num*. 8. & fuit dictum in *Mediolanen. iurispatronat*. 23. *Maij*. 1588. *coram Card. Blanchetto*.

44 Scias insuper, quòd præsentatio de se ipso facta non valet, *cap. per nostras. de iurepatronat*. & fuit dictum in *Valentina beneficij. & in Papien. parochialis* 13. *Maij*. 1598. *coram Orano*. nec valet si fiat mediante procuratore, vt ibi.

45 Potest tamen patronus præsentationi de se factæ consentire, si nominario non fiat per viam scrutinij, vt per *Abb. in cap. cum in iure, num*. 5. *de elect*. Rota decis. 185. *num*. 1. *par*. 2. *diuers. & in d. Papien. Parochialis*. 13. *Maij*. 1598. *coram Orano*. & pluribus

Digitized by Google

bus præsentatis quis sit præferendus dic vt dixi *lib.12.cap.9.*

46 Et præsentato per præsentationē acquiritur ius ad rem *cap. cum dilectus, vbi Abb. num. 3. de offic. leg. Crescent. dec. 7. de iurepatron.* & hoc ius præseruatur per clausulam, *dummodo alteri non sit ius quæsitum. Felin. in cap. in nostra. num. 25. de rescript.* & fuit dictum in *Hostunen. Cappellæ. 6. Nouembris. 1595. & 4. Martij. 1599. coram* Card. *Seraph. & in Mediolanen. Cappellaniæ. 26.* Iunij. *1596. coram Card.* Pamphilio. & præsenta-

47 tus ante institutionem dicitur legitimus contradictor ad impediendam executionem gratiæ in forma dignū, in qua adest d.clausula, *dūmodo &c. vt in Tirasonen. eleemosinariæ. 28. Ianuarij. 1602. coram Cardin.* Lancellotto.

48 Præsentatio autem probatur ex institutione Ordinarij narrantis se id facere ad præsentationem talis. *cap. post cessionem, vbi Felin. num. 13. de probat.* Rota *decis. 10. de iurepatr. in nou. & decis. 680. num. 5. lib. 3. par. 3. diuers. & in Lucana expensarum. 21. Maij. 1601. coram* Penia. quod procedit probata vacatione, & institutione, tunc enim præsumitur præsentatio, vt in *Hostunen. Cappellaniæ. 17. Nouembris. 1600. coram Iusto.* & si Ordinarius testetur de præsentatione coram se facta, *vt in Iacen. portionis, 16. Decembr. 1595. coram Card.* Pamphilio.

49 Præsentato autem ab vno patrono, alijs non præsentantibus non potest denegari institutio. *gloss. in cap. 1. vbi Abb. num. 7. de iurepatron.* & fuit dictum in *Firmana beneficij. 13. Maij. 1496. coram Cardin. Pamphilio.* quæ præsentatio non potest

50 fieri de absente, aliàs est nulla, nisi sit admissa, & nisi sit facta de absente noto d.habenti instituere *Abb. in cap. ea noscitur. num. 3. de his, quæ fiunt à præl.* fuit resolutum in *Valentina beneficij. 16. Maij. 1583. coram Cardin.* Lancellotto. *& in Firmana beneficij. 20. Iunij. 1597. coram Penia.*

51 Et quamuis non sit Ordinario præfixum tempus à iure ad instituendum præsentatum. *glos. & Doct. in cap. cum in cunctis. §. 1. de elect.* Rota *decis. 4. de iurepatronat. in nou. Abb. in cap. 2. num. 1. de conc. præb. Rocc. d. ver. honorificum. quæst. 25.* & fuit dictum in Iacen. *Vicariæ. 31. Ianuarij. 1590. coram Card.* Plato, *& in Lunen. Sarzanen. 20. Iunij. & 5. Decembr. 1605. coram Card. Sacrato.*

42 Attamen potest adiri superior, qui præfigat terminum ad instituendum habenti instituere, & eo elapso institutio deuoluitur ad Superiorem *Rota d. dec. 4. Rocch. d. quæst. 25. Rebuff. sup. concord. tit. de nominat. §. 1. ver. intra sex mēses* & de his latè, & gulatiter est videndum infrà in suis locis, & de quasi possessione iuris præsentandi fuit dictum in *Lucana iurispatronat. 23. Ianuarij. 1612. coram Penia.* prout infra.

Die 22. Martij 1610. fuerat in hac causa decisum ad fauorem Lælij Guidiccionij, qui ad hoc altare fuerat præsentatus ab operario vero, & indubitato patrono, ex fundatione, & dotatione, non obstante quòd à Montecatinis, & Balthassarijs, & ab operario Ecclesiæ SS. Paulini, & Donati de Luca, existente in quasi possessione præsentandi, Thomas de Montecatinis fuerat præsentatus; ex eo potissimum, quòd Lælius ratione proprietatis videbatur præferendus, nam operarius, qui illum præsentauerat, fuerat repertus verus Patronus.

Cæterum, quia in fine decisionis reseruaueram maturiùs discutiendū hunc articulum, ex quo doctrina Panormitani *in cap. consultationibus num. 9. de iurepatronat.* dicentis, quòd si ante institutionem constiterit de proprietate, tunc verus patronus est præferendus, ex quo proprietas absorbet causam possessionis, *cap. cum dilectus de caus. possess. & propriet.*

non

non videtur procedere simpliciter,& indistinctè: Sed requiritur super proprietate, vel partis confessio, vel res iudicata: quia non potest diei constare de non iure, quamdiu de eo doceri potest: ideo super hoc articulo, qui omnino visus fuerat Dominis matura discussione dignus, causa fuit sæpè præposita, videlicet *die 29. Aprilis, & die 27. Iunij* 1611. & tunc propter dissidentes Dominorum sententias non potuit capi aliqua resolutio: quam tandem in hac propositione ceperũt in decisis persistentes; & totam hanc materiam dilucidantes per infrascriptas conclusiones.

Prima fuit quando iuspatronatus non reuocatur in dubium, ad validitatem præsentationis, & ad effectum, vt præsentatus instituatur, attenditur quasi possessio ita, vt præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi debeat institui, nec semel Canonicè institutus est amouendus, *c. consultationibus. de iurepatronat. c. querelam, de elect.*& vtrobique notant *Canonista, & Galderinus cons.* 23. *incip. an si Papa. nu.* 1.*de præben. Oldrad. cons.* 312. *incip. thema quæstionis tale est, num.* 2. & fuit sæpissimè in Rota firmatum. Et ad hanc conclusionem firmius stabiliendam pertinebant ferè omnia deducta pro Montecatinis.

Secunda conclusio fuit, quod quando cum præsentato à patronis putatiuis videlicet existentibus in possessione præsentandi concurrit alius præsentatus à vero patrono, de cuius iurepatronatus legitimè constat, vel per confessionem aduersarij, vel per rem iudicatam, vel per publicum instrumentum, tunc in concursu præferendus est præsentatus à vero patrono. P*anormit.in d. cap.consultationibus, num. 9. de iurepatronat.Antonius de Butrio in cap. ex litteris num.*8. *eod.tit.Rip.in cap.cum Eccl.num.*130.*de cauf.possess. & proprietat.*Decius *cons.* 127. *incip. plura dubia,num.*1.*& cons.*149. *incip. in causa* Iurispatronatus.*num.*2.*Lambertinus de Iurepatr. lib.*2.*par.* 1. *quæst.* 3.*art.*6.*num.*4.*& sequen. & artic.*9. *num.*2. *Rocch. de Curte in verb. competens, quæst.*10. *num.* 45. *Paulus de* Cittadinis *tract.de iurepatronat. par.* 6.*artic.* 3. *num.* 16. & hanc conclusionem tenuit etiam sæpè Rota, & signanter in vna Imolen. Iurispatron. *die* 7. Iunij 1577. *coram bon. memor.* Cantuccio *tunc* Rota *auditore, & in causa Senen. Iurispatronatus, die* 9. *Ianuarij.*1598. *coram me. & in causa Romana de publicolis die* 21.*Ianuarij.* 1600.*coram bon. mem. Don Andrea Cordoua. & in Meleuitana* Iurispatronatus.*die* 18.*Aprilis* 1608.*coram* R. P. D. *Dionysio de Marcomont.* vbi aliæ decisiones Rotales recensentur.

Hæc conclusio in hoc casu veritate nitebatur, quoniam de proprietate Iurispatronatus in persona operarij, qui Lælium præsentauerat, constabat ex publico instrumento testamenti fundationis, & dotationis in forma probante in actis exhibito, vnde patebat, Franciscum quondam Marci Parducij testatorem die 28. Octobris 1430. ordinasse, & mandasse, vt per Laurentiam eius matrem, & hæredem de bonis ipsius testatoris in Ecclesia Sanctorum Antonij,& Paulini erigeretur Altare sub inuocatione S. Acconcij, ad quod erectum per operarios eiusdem Ecclesiæ Sanctorum Antonij, & Paulini, perpetuò præsentaretus Sacerdos, qui missas celebraret; notum est enim publica instrumenta authentica, & in forma probanti existentia, facere probationem probatam, *cap.licet causam.* vbi communiter Canonistæ *de probat.*

Eiusdem vero ordinationis effectuatio ostendebatur ex multis, quę ab informantibus pro Lælio deducebantur in facto, quæ cum veritate

niterentur, non poterant in dubium reuocari.

Tertia conclusio fuit, vt de proprietate Iurispatronatus constare dicatur ad effectum, vt præsentatus à veris patronis præsentato à putatiuis præferatur, non requiritur vt de proprietate Iurispatronatus doceatur, vel per propriam aduersarij confessionem, vel per rem iudicatam tantum; cum & per publicum instrumentum de ea doceri possit. Doctores enim, & decisiones antiquiores Rotales supra in secunda conclusione allegati, non restrinxerunt probationem ad prædicta duo, videlicet ad confessionem, vel ad rem iudicatam, sicut restrinxisse videtur boh.mem. Cardinalis Serafinus tunc Rotæ Auditor in causa *Valentina Parochialis de Cosentaina die* 27.*Ianuarij* 1589.cum & per publicum testamenti instrumentum de proprietate doceri possit, sicut in casu proposito clarè fuit ostensum Iuspatronatus solius operarij ex testamento fundatoris: nisi dicatur Seraphinum prædictæ decisionis cópilatorem non exclusisse alios modos legitimos verè probandi veritatem, & proprietatem Iurispatronatus: nam consultis Doctoribus allegatis, videlicet Panormitano: Antonio de Butrio; Francisco de Ripa: Philippo Decio: Lambertino: Roccho de Curte: Paulo de Cittadinis apparebat, eos non restringere probationem ad prædicta duo genera probationum; quemadmodum neque antiqua Rota restrinxit apud *Ioannem Paulum Tholomeum decis.* 47.*incip. Postnanien. parochialis Tit. de Iurepatronat.* cum simpliciter dixerit cum Doctoribus, quòs allegauit, quòd præferatur præsentatus à veris patronis, quando constat de proprietate, tum quia proprietas absorbet possessorium: tum quia veritas debet præferri opinioni: quod procedere censuit ibi Rota, etiamsi putatiuorum præsentantium voces essent plures, quam verorum patronorum: quia vincit ratio, quod petitorium absorbet possessorium: sicut nec restrinxit *Rota in causa Imolen. Iurispatronatus coram Cantuccio die* 7.*Iunij*.1577. neque in alijs decisionibus, quas recensuit Dominus Dionysius de Marcomont. in prædicta causa Meleuitana Iurispatronatus, & hęc opinio eo præsertim nomine videtur tuenda, quia non reperitur interdicta probatio, quæ potest fieri per publicum instrumentum.

Quarta conclusio fuit: cum de proprietate iurispatronatus Iudici constiterit, ad effectum, vt præsentatus à veris patronis obtineat, non est amplius necessarium docere de non iure existentium in possessione pręsentandi. *Panormitanus in d.cap.cõsultationibus num.*9.*de Iurepatronat. Idem in cap. ex literis, num.*8.*versic. quandoque. vbi Antonius de Butrio. num.*12.*eod.tit.* quia si isto casu institueretur præsentatus ab habente solam possessionem, proprietarius spoliaretur, & priuaretur fructu sui iurispatronatus, quod nunquam recuperaret: nam sine dubio contingere posset, quod præmoreretur instituto, & nunquam aliàs præsentaret, vt prudenter considerauit *glo.in cap. ex literis.in verbo, vel antequã, vers. nec obstant contraria*, vbi etiam *Panormitanus, num.*8.*& 9. de iurepatr.* licèt ad aliud ferè propositum, & consequenter non placuit Dominis doctrina Ripæ in dicto *cap. cum Ecclesia num.*130.*de caus.possess.& propriet.super doctrina Panormitani in d.cap. consultationibus de Iurepatronatus.*

Et ex prædictis fuit conclusum, quòd cum operarius, qui præsentauerat Lælium, docuerit de iure suo ex fundatione, & dotatione Iurispatronatus, licèt non docuerit de non iure præsentantis Thomam Montecatinum: nihilominus deberet obtinere, & ab Ordinario institui, non expectato prius, vt videretur de futuro

turo litis euentu ne damnum irreparabile vero patrono inferatur.

Nec refert, quòd hoc modo summarium possessorum destrueretur & euerteretur dispositio *Sacri Canonis in d. cap. consultationibus*. Quia fuit responsum, terminos huius possessorij esse diuersos ab alijs terminis possessorij ordinarij ob rationes prædictas, & signanter propter damnum irreparabile, quòd inferretur veris patronis, dum sine culpa sua sui iurispatronatus fructibus priuarentur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Præsentare possunt qui probibiti non sunt.*
2 *Concessum videtur, quòd non est expresè probibitum.*
3 *Patroni, & existentes in quasi possessione præsentare possunt.*
4 *Excõmunicatus præsentare non potest.*
5 *Excommunicatio in dubio maior censetur.*
6 *Cardinalium appellatione veniunt S. R. E. Cardinales.*
7 *Patronus ecclesiasticus suspensus eligere nequit.*
8 *Hæretici, eorumq. fautores, schismatici, apostatæ, infames, &c. præsentare nequeunt.*
9 *Filius pro patre patrono præsentare potest.*
10 *Pater pro filio patrono præsentare potest.*
11 *Iuspat. si competat populo, pater, & filius præsentare possunt.*
12 *Iuspat. si filio donetur, pater non potest præsentare.*
13 *Iuspat. donatum filio quamuis sit quid aduentitium tamquam spirituali annexum non acquiritur patri.*
14 *Iuspat. annexum bonis filio donatis competit patri.*
15 *Pupillus potest præsentare sine tutore.*
16 *Minor 25. annis potest præsentare sine curatore.*
17 *Tutor pro pupillo præsentare potest.*
18 *Præsentatio pupilli præualet, quando ipse, & tutor præsentauit.*
19 *Furiosus semper furens non potest præsentare.*
20 *Furor quomodo probetur.*
21 *Furor de præsenti præsumitur in futurum.*
22 *Furiosi actus præsumitur factus tempore furoris.*
23 *Religiosus suo nomine præsentare non potest.*
24 *Religiosus proprium habere nõ potest.*
25 *Religiosus constitui non potest procurator ad præsentandum, nisi cum licentia sui Superioris.*
26 *Secus si nominare debeat præsentandum.*
27 *Abbas præsentare debet cum consensu sui Capituli.*
28 *Conuersi, & Nouitij non habent vocem in Capitulo, ideoq. non possunt præsentare.*
29 *Moniales nomine proprio præsentare nequeunt.*
30 *Capitulum sede vacante beneficia non potest conferre, nec pro Episcopo præsentare.*
31 *Beneficia vacantia sede Episcopali vacante sunt Papæ reseruata.*
32 *Capitulum sede vacante succedit in bis, quæ sunt iurisdictionis.*
33 *Patronus si ipse, & alius eligendus ab eo præsentare debeant, si Franciscus in eo bis præsentauit, semper ita fieri debebit.*

Omnes possunt præsentare, qui non sunt expresè prohibiti.

CAPVT TERTIVM.

1 PRæsentare autẽ possunt omnes, qui non reperiuntur expresè prohibiti, quoniam ius præsentandi est prohibitoriũ, ideoq.
2 in eo concessum videtur, quod non est expresè exceptum, siue prohibitum. *gloss. in c. ex literis. in verbo, nõ*

 exce-

excepto. de iurepat. & consequenter
3 patroni, & alij existentes in quasi
possessione præsentandi, si non sint
expressè excepti, seu prohibiti licitè
possunt præsentare. c. pia mentis. &
ibi gloss. ult. 16.q.7. Zecchius de benefic. & pensionib. c.12.nu.17.
4 Excommunicatus autem maiori
excommunicatione præsentare non
potest, quia cũ præsentatio sit actus
legitimus, interdicitur huiusmodi
excommunicatis ad textum in c. intelleximus. & ibi glo. ult. de iudicijs. &
ibi Aug. Barbosa in collectan. nu. 15.
probat ex c. penult. de sent. excomm.
5 quod in dubio dispositio loquens de
excommunicatione debet intelligi
de maiore. & in simili appellatione
6 Cardinalium non veniunt Cardinales Rauennatenses, Pisani, & Compostellani, qui aliquando vocantur
Canonici Cardinales, sed tantum
Illustrissimi S. R. E. Cardinales. glo.
in ca. 3. q. 2. in verbo, mundi. Abb. in
c. accedentes. nu. 2. de præscript.
7 Patronus autem ecclesiasticus si
sit suspensus nõ potest eligere neque
præsentare. arg. text. in c. cum inter
R. circa finem. de elect. & per Lambertin. de iurepat. lib. 2. par. 1. quæst. 2.
8 art. 3. Insuper hæretici, eorumq. fautores, schismatici, apostatæ, infames,
simoniaci, & similes criminosi præsentare non possunt per supradicta.
9 Et si patronus sit pater, pro eo
filius præsentare potest, sicut quælibet alia coniuncta persona pro cõiuncta persona cum promissione de
rato præsentare potest, vt infra dicetur, sed filius nomine proprio præ-
10 sentare non potest, ita pater pro filio patrono tamquam coniuncta
persona potest præsentare. Garc. de
benefic. p. 5. c. 9. nu. 203. in additionib.
11 & si iuspatronatus competat populo, & pater, & filijfamilias interuenire debent in præsentando. Lambert. vbi sup. art. 6. & si iuspatrona-
12 tus donetur filio, eidem, non patri
competit ius præsentandi, quia quãuis sit quid aduentitium, tamen cum
13 sit annexum spiritualibus non acquiritur patri ad textum in c. si annum. circa finem. & ibi gloss. vlt. de
iudic. lib. 6. & Garc. vbi sup. nu. 205.
14 si vero iuspatronatus sit annexum
bonis aduentitijs alicuius filiifamil.
quorum bonorum pater est vsufructuarius, tunc cum præsentatio sit
fructus eiusdem iurispatr. præsentatio spectat ad patrem vsufructuariũ.
vt fuit dictum in Florentina de Ricasolis. 10. Martij. 1603. coram Cardin. Lancellotto, quam refert Garc.
vbi sup. d. nu. 205.
15 Pupillus etiam maior septennio
sine tutore potest præsentare, & valet præsentatio. Archidiac. in c. decernimus. in princ. 16. q. 7. Io. Andr. in c.
ex eo. nu. 5. de elect. lib. 6. Abb. in c. vlt.
in fine. de concess. preb. & multò ma-
16 gis poterit præsentare minor vigintiquinque annis sine curatore.
17 Tutor autem potest præsentare
pro pupillo minore septennio, seu
maiore, & non præsentante, & si ad-
18 sit duplex præsentatio, & pupilli, &
tutoris, præualet præsentatio pupilli.
Lambertin. vbi sup. art. 10. & si lis
oriatur super iurepatronatus, tutor
debet eam prosequi, & tueri. ad §.
1. instit. de tutelis.
19 Furiosus autem semper furens nõ
potest præsentare, quia nescit quod
facit, sed eius curator. vt in simili
matrimonium contractum à furioso
est ipso iure nullum. c. neque furiosus. 32. q. 7. cap. dilectus. de sponsalib.
Prax. Archiep. Leon. par. 2. c. 24. n. 99.
& faciunt dicta per Ias. in l. patre furioso. col. 3. ff. de his, qui sunt sui, vel
20 al. iur. & furor probatur specificando plures actus, ac signa exteriora
furoris, ex quibus probari furorem
voluerunt. Alex. de Neuo cons. 38.
num. 5. Farinac. de pœnis temperand.
quæst. 94. nu. 5. Mascard. de probat.
conclus. 502. Rota Rom. decis. 107. &
& 134. par. 2. diuers. & furor de præ-
21 senti præsumitur in futurum. Farinac. d. quæst. 94. nu. 52. cum seqq. Rot.
d. dec. 107. nu. 26. & actus gestus à
furioso

22 furioso in dubio præsumitur factus tempore furoris quamuis haberet dilucida interualla. *Parisi. conf.* 87. *nu.* 16. *cum seq.* & probatur ex notat. per *Ias. in d. l. patre furioso*.

23 Religiosi insuper, qui profitentur, & promittunt tria vota substantialia Regulæ, scilicet, paupertatem, castitatem, & obedientiam, ad textum *in cap. cum ad monasterium. de statu*
24 *monach.* proprio nomine non possunt præsentare, quia proprium habere non possunt. *Concil. Trid. sess.* 25. *de regularib. & monial. cap.* 1. *&* 2. sed omnia superiori sunt tradenda, & conuentui incorporanda, & ideo monasterij nomine tunc fit præsentatio. *Cardin. Seraph. decis.* 1328. *&* 1361. & habetur in toto *tit. de regularib.* & notatur in *cap. in præsentia. de probat.* Nauarr. *conf.* 13. *nu.* 9. *de statu monach. & in suo manuali. c.* 12. *num.* 50.

25 Neque potest talis religiosus à patrono cõstitui procurator ad præsentandum, nisi cum licentia sui Superioris, si tamen plures patroni di-
26 cant se præsentare quem elegerit talis religiosus, tunc talis religiosus poterit id facere, & nominare præsentandum, sed si comparere debeat coram Ordinario, id exequi debet cum sui Superioris licentia; & si Ab-
27 bas debeat præsentare, tenetur id facere cum consensu maioris, & sanioris partis sui Capituli. *cap. nouit. cap. ea noscitur. & cap. quanto. de his quæ fiunt à præl. sin. con. cap.* & de his videas *Lambertin. vbi sup. art.* 12. nisi consuetudo, præscriptio, vel priuilegium aliter se haberent per d. *cap. ea noscitur.*

28 Conuersi autem, & Nouitij non professi non admittuntur ad præsentandum, quando iuspatronatus cõpetit monasterio, quia non habent vocem in Capitulo. *Abb. in c.* 1. *in fine. de procurat.* & idem procedit,
29 quod dictum est de regularibus eadem ratione quoque in Monialibus.
30 Capitulum autem sede Episcopali vacante non potest beneficia conferre, neque ad beneficia vice Episcopi præsentare. *cap.* 2. *ne sede vac. Archid in cap.* 1. *de instit. lib.* 6. & per
31 Pij Quinti sanctæ memoriæ bullam, quæ incipit, *Sanctissimus in Christo Pater*. publicata Romæ 1568. die 9. Martij. Pontificat. sui anno tertio. reseruantur Summo Pontifici omnia beneficia Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, seu Primatiali sede vacante quomodolibet vacantia ad eorumdem Episcoporum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamlibet aliã dispositionem quomodolibet perti-
32 nentia. quamuis Capitulum succedat Episcopo in his, quæ sunt iurisdictionis, ad ea quæ habentur in *Conc. Trid. sess.* 24. *de reform. c.* 16. *Quaranta in summa bullarij. in verbo, Capitulum sede vacante. in vers. nono quero. & Lambert. vbi sup. art.* 14. *Pauin. de aut. capit. sed. vac. par.* 2. *q.* 1. *nu.* 2. Nauarr. *conf.* 1. *ne sed. vac. Rebuff. in praxi benefic. tit. de deuolut. num.* 76. *Hieron. Gonzal. in comment. ad reg.* 8. *Cancell.* §. 4. *proœm. nu.* 35. *Garc. vbi sup. p.* 5. *cap.* 7. *nu.* 51. 52. 53. *&* 54. *Io. Aloysius Riccius in praxi rerum fori ecclesiast. decis.* 472. *Aug.* Barbosa *de off. & pot. Episc. p.* 3 *allegat.* 72. *nu.* 182. *& Massobr. in praxi hab. conc. ad vac. paroch. ecclesi. requisito* 1. *dubio* 10. *nu.* 6. *&* 19.

33 Et aduertas ad hunc casum, quòd si quis fundauit, & dotauit ecclesiã, capellam, vel altare cum hoc, quod ipse, & alius à se eligendus rectorem præsentent, si idem patronus cum Francisco bis præsentauit, Franciscus cum ipso patrono semper præsentare debebit ad tollendam infinitatem variandi, & post illos, eorum hæredes. *Lambertin. vbi sup. art.* 16.

Item sciendum est, quòd habentes iuspatronatus, seu ius nominandi ad cathedrales, & alia quæcumque ecclesiastica beneficia, si talia beneficia propter hæresim vacauerint, tenentur tale ius habentes infra legi-

tima tempora præsentare personas idoneas coram Summo Pontifice, alioquin eo tempore elapso, & non facta tali præsentatione, fit pleno iure deuolutio ad Summum Pontificem ex Constitutione xix. Pauli Quarti sub datum Romæ 1559. quintodecimo Kalend. Martij. vt in *Bullario tomo 1. pag.* 740.

SVMMARIVM.

1 Existens *in quasi possessione validè præsentant.*
2 *Malæ fidei possessor præsentare non potest.*
3 *Institutus præsentatus à malæ fidei possessore, euicto iurepat. non destitui debet.*
4 *Si seruatis seruandis institutus fuerit.*
5 *Bonæ fidei possessor qui sit.*
6 *Malæ fidei possessor qui sit.*
7 Bona, *vel mala fides quando præsumatur.*
8 *Possessor violentus non admittitur ad præsentandum.*
9 *Bonæ fidei possessori lite mota, quid agendum.*
10 Præsentatus *à bonæ fidei possessore debet institui.*
11 *Etiam post sibi motam litem, & ante litis contestationem.*
12 *Sed post litem contestatam, institutio retardari debet.*
13 *Fraudibus via non est aperienda.*
14 Nemo *ex fraude sua commodum reportare debet.*
15 Constitutio *facta vt fraus euitetur, est fauorabilis.*
16 Constitutio *obuians fraudibus est conformis iuri* Diuino.
17 Præsentatus *à bonæ fidei possessore debet institui, si lis finita non sit intra quadrimestre, seu semestre.*
18 *Bonæ fidei possessor debet conseruari in sua possessione.*
19 *Instituere debens visis videndis ad institutionem procedere debet.*
20 Præsentatus *à bonæ fidei possessore præfertur in concursu præsentatorũ.*
21 *Petitorium absorbet possessorium.*
22 *Præsentatio patroni præualet præsentationi factæ à malæ fidei possessore.*
23 *Fructus pertinent ad proprietarium, quando alius non possidet.*
24 *Prædo est in sua possessione manutenendus.*
25 Nisi *ex eisdem actis constet eum esse prædonem.*
26 Præsentatio *patroni non existentis in possessione valet.*
27 Præsentatio *veri patroni in concursu præsentationum præfertur.*
28 *Quasi possessio iurispat. seu iurispræsentandi quomodo acquiratur.*
29 *Quasi possessio iurispat. & iurispræsentandi acquiritur ex vnica præsentatione concurrentibus.*
30 Primo, *dummodo sit realis præsentatio, & vera.*
31 *Secundo, adsit scientia, & patientia eorum, quibus præiudicatur.*
32 *Et si sint plures, requiritur omnium scientia.*
33 Tertio, *quòd præsentans credat iure suo vti.*
34 *Quarto, quòd sit in bona fide.*
35 *Quinto, quòd post præsentationem sequatur institutio.*
36 *Sexto, quòd præsentatus, & institutus possessionem cœperit.*
37 *Septimo, quòd actus, ex quibus acquiritur quasi possessio, sint clari.*
38 *Possessio turbida non debet manuteneri.*
39 *Possessio resultans ex actu obscuro non releuat.*
40 *Quasi possessio secundum* Conc. Trid. *non sufficit, sed iuspat. ex fundatione, vel dotatione probari debet.*
41 Præsentatio *dicitur sortita effectum, quando fuit confirmata.*
42 *Quasi possessio amittitur cassata præsentatione per sententiam.*
43 *Quasi possessio non amittitur per non vsum.*
44 *Quasi possessio compatronorum conseruatur per præsentationem aliorum compatronorum.*
45 *Si omnes compatroni sint in quasi possessione præsentandi. &*

Si

46 *Si omnes compatroni veniant ex eodem iure.*

47 *Et nisi actus sint plures, & multiplicati.*

48 *Et nisi adsit actus exclusiuus aliorum compatronorum.*

49 *Et nisi præsentatio facta fuerit à compatrono animo alios spoliandi.*

50 *Et si alij compatroni sint in quasi possessione.*

51 Compatronus *præsentando quando dicatur alios spoliare.*

52 *Quasi possessio acquiritur, si præsentato fuit confirmata præuio edicto.*

53 *Et dummodo non sit effectuata contra decretum irritans.*

54 Præsentatio *non dicitur habuisse effectum. si institutio secuta sit ex causa concordiæ.*

55 *Quasi possessio liberæ collationis dicitur acquisita, si beneficium vti liberum collatum sit.*

56 Et *quod sit facta collatio exprimendo, de beneficio libero.*

57 Resignatio *facta. sine consensu patroni non facit beneficium liberum.*

58 *Quasi possessio patroni non perditur non præsentando vna vice.*

59 *Prouisio Apostolica non mutat statum beneficij.*

60 *Prouisio ordinarij non mutat statum beneficij.*

61 *Patronus secum alium ad præsentandum admittens sibi præiudicat.*

62 *Quasi possessio præsentandi non acquiritur per exercitium alterius actus competentis patrono.*

63 Præsentatio *vltimo loco facta attenditur in possessorio.*

64 *Quasi possessio patris continuatur in filio, & hærede.*

65 Iura *non possidentur, sed quasi possidentur.*

66 Iuspat. *cum sit ius, quasi possidetur.*&

67 *Quasi possessio illius non transit in filium sine apprehensione.*

68 *Nisi adsit statutum, quo possessio trãseat in hæredem sine apprehensione.*

69 *Quasi possessione authoris probatur pertinentia iurispat. ad fauorem successoris.*

De existentibus in quasi possessione Iurispatronatus, seu Iurisprasentandi, & de eorum præsentatione.

CAPVT QVARTVM.

1 EXISTENTES in quasi possessione iurispatronatus, seu iurispræsentandi rectè, & validè præsentant. *c. consultationib. de pat. vbi Abb. nu.* 3. reddit rationem, dummodo sint bonæ fidei possessores. *Rota dec. 7. de iurepat. in nouis. Card. Mantica dec. 360. nu. 6. Verall. dec. 69. par. 1. Facchinæus controuers. iuris. lib. 1. c. 57. Garc. de benef. par. 5. c. 5. nu. 1. & seqq. Card. Seraphin. dec. 1382. nu. 4.*

2 Quòd si sint malæ fidei possessores non debent admitti ad præsentandum, & euicto iurepatronatus à vero patrono, rector institutus ad
3 præsentationem malæ fidei possessoris si institutus fuit ritè, & iuris or-
4 dine seruato, non debet remoueri, sed patronus eueniente vacatione præsentabit. *Lambertin. de iurepat. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 2. Rocch. de Curte de iurepat. verbo, competens alicui, quæst. 22. nu. 50.*

5 Is autem est bonæ fidei possessor, qui possidet cogitatione domini, & existimat se esse dominum, & patro-
6 num. Ille autem est malæ fidei possessor, qui habet conscientiam rei alienæ. *Abb. in d. c. consultationibus,*
7 & an, & quando præsumatur bona, vel mala fides in incorporalibus docet *Abb. in c. si diligenti. num. 12. & sequent.* & ibi *Felin. nu. 4. de præscrip.*
8 Eadem ratione non admittitur possessor violentus, intrusus, vel inuasor, si pacificè non possideant. *Lambert. vbi sup. art. 6.* & de intrusis vide *Fel. in c. in nostra. n. 11. & 12. de rescr.*

Quid

9 Quid autem, si existenti bonæ fi-
dei possessori in sua quasi possessio-
ne,& sic patrono putatiuo lis mouea
tur, cum *Lambert. vbi sup. art. 4. &*
Garc. de benef. p. 5. c. 5. à nu. 70. ad
num. 99. omissis difficultatibus, va-
rijsq. opinionibus constitue plures
casus, quorum

Primus est, quando à bonæ-fidei
possessore existente in quasi posses-
sione facta est præsentatio, & postea
compareat alius dicens se esse pro-
prietarium, & patronum, &tali casu
10 præsentatus à præfato bonę fidei pos
sessore instituendus est, non obstan-
te dicta lite mota, quæ respicit peti-
torium. *Abb. in c. cum venissent. nu.*
22. de restit. in integ. Rocch. de Curt. de
iurep. verbo, competens. q. 19. nu. 45. &
fuit dictum in *Pisana Capellania.* 10.
Decemb. 1597. *coram* Card. *Millino.*
in Senen iurisp. 9. Ianuar. 1598. *corā*
Penia. & in *Pampilonen. Parochialis*
de Cicur maior. 11. April. 1603. *coram*
Card. Lancellotto.

Secundus est casus. quando va-
cat ecclesia, & mouetur bonæ fidei
possessori lis super proprietate ab ali-
quo fatente illum possidere, idque
11 euenit, & non est lis contestata, &
tunc talis bonæ fidei possessor potest
validè præsentare, & præsentatus
ab eo est instituendus ea ratione,
quia ille fructus præsentationis tam-
quā proueniens à d. bonæ fidei pos-
sessore ante litem contestatam, non
debet restitui. *l. certum. C. de rei ven-*
dic. & notatur *in c. grauis. de restit.*
spoliat. Rota decis. 1. *de iurepatr. in*
nouis.

12 Tertius est casus, quando sumus
post litem contestatam, & tunc pos-
sessoris præsentatio debet admitti,
sed institutio debet retardari vsque
ad finem litis, & ita potest intelligi.
Bald. in c. 2. de restit. in integ. nisi ap-
pareat cum fraude fuisse litem motā,
quia tunc reiecta d. lite, & contra-
dictione, præsentatus à bonæ fidei
13 possessore debet institui, quia aliter
aperiretur via fraudibus, quod fieri
non debet. *l. in fundo. 18. vers. neque*
malitijs. ff. de rei vendic. l. 1. §. penult.
C. de latina libert. toll. c. sedes. & c. ex
14 *tenore. de rescript.* & nemo ex suo do-
lo, seu fraude commodum reportare
debet. *l. hæres meus. 76. §. quod infra.*
ff. de condit. & demonst. c. nobis. de si-
monia. Hippolit. de Marsilijs singu-
lari. 179. malitijs. Boerius decis. 287.
num. 1.

15 Propterea omnis constitutio ema-
nata ad fraudes euitādas est fauora-
bilis. *Felin. in c. de quarta. n. 15. ad fi.*
de præscrip. Verall. dec. 215. nu. 1. p. 3.
Flam. Paris. de resig. benef. lib. 11. q. 3.
num. 18. & plenius *lib. 12. quæst. 2. à*
num. 9. Rota decis. 457. num. 8. par. 1.
& decis. 42. num. 9. par. 2. diuers. Go-
mes. in reg. de infirmis resignant. q. 17.
num. 4. insuper talis constitutio ob-
16 uians fraudibus est conformis iuri
Diuino, & naturali, secundum quod
fraus est prohibita, vt habetur *in 1. dist.*
decreti in princ. Verall. *d. decis. 215.*
num. par. 3. & Paris. *d. quæst. 2. n. 12.*

17 Si tamen lis non sit finita infra
quadrimestre, si sint patroni laici,
vel infra semestre, si sint patroni Ec-
clesiastici, vel mixti, tunc debet
institui præsentatus à bonæ fidei pos-
sessore, & hi casus procedunt, quan-
do lis est mota super proprietate.

18 Quartus casus, quando bonæ fi-
dei possessor præsentat ante, vel post-
quā sibi fuit mota lis super sua quasi
possessione, & tunc valet eius præ-
sentatio, quia quilibet debet con-
seruari in sua possessione, sed institu-
tio (si cesset fraus) reseruatur vsque
ad finem litis, idest, is, coram quo
est facta præsentatio, & qui debet in-
19 stituere visis videndis ab vtraque
parte productis ad institutionē pro-
cedere debet. *Bald. in d. cap. 2. de re-*
stit. in integr. & in concursu præsen-
20 tatorū, præsentatus à bonæ fidei pos-
sessore præferendus est. *Card. Mant.*
decis. 86. num. 1. Innoc. in dict. cap. con-
sultationibus. nu. 3. & ita si verus pa-
tronus præsentet Titium, & bonæ fi-
dei possessor præsentet Seium, Seius

præferendus, & instituendus est. *Innoc. & Abb. in d. cap. consultationibus, de iurepat.* nisi ante institutionem constaret de iure, & proprietate patroni, & quod possessori in petitorio nullum ius cõpetat, quia proprietas absorbet causam possessionis, idest petitorium absorbet possessorium. *c. dilectus vbi gloss. vlt. de cau. possess. & propriet.* tunc enim præsentatus à dicto proprietario, & patrono debet institui. *Abb. in d. cap. consultationibus. num. 9.* Dec. *cons.* 126. *num. 3. cons. 127. num. 1. & cons. 149. nu. 2. Paul. de citad. de iurep. par. 6. quæst. 7. art. 3. num. 16.* Rot. *decis. 166. nu. 10. part. 1. & decis. 269. num. 6. par. 2. diuers.* & fuit decisum *in Aquilana Capellæ 25. Iun. 1604. coram* D. *Iusto, & in Baren. beneficiorum* 11. *Feb. 1605. coram Card. Millino. Gonzal. in comment. ad reg.* 8. *Cancell. gloss. 45. §. 2. num. 43.*

22 Verum si præsentatio facta fuerit à malæ fidei possessore, de cuius mala fide constat, & à patrono, præsentatio patroni præualet ea ratione, quia quando nullus est in possessione, vel aliquis est in possessione, sed cum mala fide, omnes fructus perti-
23 net ad proprietarium. *l. mala fide. C. de cond. ex lege. latè Abb. in cap. cum mana. num. 12. de elect.* quia quamuis quilibet etiam prædo sit in sua pos-
24 sessione manutenẽdus, etsi spoliatus sit, ad illã sit restituendus *cap. in literis de restit. spoliat.* attamen quando ex eisdem actis constat talem esse
25 prædonem, seu malæ fidei possessorem, tunc eidem denegatur manutentio, & restitutio. Ita eleganter *Innoc. in cap. cum Ecclesia Sutrina. vbi* Abb. *num. 26. de caus. possess. & propr.* & ita dicit esse iudicandum *Menoch. de recup. possess. remed. 1. num. 113. & Steph. Grattan. discept. forens. cap. 899. num. 21. & 22.*

26 Si autem solus verus patronus nõ existens in quasi possessione præsentandi præsentet, & constet de suo iurepatronatus, eius præsentatio valet. *d. cap. consultationibus. à contrario*
27 *sensu, & ibidem* Abb. Si verò putatiuus patronus, & verus patronus præsentẽt, data paritate possessionis præfertur præsentatus à vero patrono. ita *Bald. in l. 2. col. vlt. num. 82. C. de seruit. & aqua.* quod si patronus verus non possideat, putatiuus autem sic, dicas, vt supra de quasi possidente, cui lis muta, & de hoc *Lamber. vbi sup. art. 9.*

28 Hæc autem quasi possessio iuspatronatus, seu iuris præsentandi acquiritur, prout acquiritur possessio, siue quasi possessio iurium incorporalium, de quibus Innoc. *in d. cap. in literis num. 6. de restit. spoliat. Abb. in cap. bona il 2. num. 20. de post. prælat. Zecchius de benefic. & pens. cap. 12. num. 18.*

29 Acquiritur autem quasi possessio iuspatr. seu iurispræsentandi ex vnico actu, & ex vnica presentatione, quæ suum effectum sortita sit ex subsecuta institutione, & præsentationis confirmatione pacifica. *cap. cum Ecclesia Sutrina. & ibi gloss. in verbo veritatis, & ibi Abb. latissimè, de causa possess. & propriet. Rocch. de Curte vbi sup. verb. competens. quest. 14. Calder. cons. 12. de iurepat. Card. Puteus decis. 192. num. 1. lib. 1. & decis. 136. nu. 3. lib. 3. Card. Mantica. decis. 150. Stef. Gratian. discept. forens. cap. 577. num. 22. Ripa in d. cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 92. & 93. Verall. decis. 337. nu. 3. & decis. 338. & decis. 339. nu. 1. par. 2. Gonz. vbi sup. gloss. 18. nu. 86. & glos. 45. §. 2. nu. 29. Oldrad. cons. 312. circa finem. Federic. de Sen. cons. 134. Garc. de benefic. part. 5. cap. 5. nu. 56. & de communi test. Lambert. vbi sup. lib. 2. par. 1. quæst. 3. art. 11. nu. 5. Coras. de benefic. par. 2. cap. 5. num. 3. Duarenus de benefic. lib. 3. cap. 9. Couarr. pract. quæst. cap. 36. et in reg. possessor. par. 2. in initio num. 6. Selua de benefic. part. 2. quæst. 7. num. 4. et 15. et Massobrius in praxi hab. conc. ad vac. par. eccl. prel. 7. dub. 16.*

Quamuis autem talis quasi possessi

sessio in istis incorporalibus acquiratur etiam ex vnico actu, attamen debent concurrere simul hæc necessaria requisita.

30 Primò requiritur realis, & vera præsentatio, electio, seu collatio. *gloss. in d. cap. cum Ecclesia Sutrina, in verbo, vocem, vbi Rip. num. 92. et Geminian.* Rebuff. *in concord. in rubr. de annatis. verb. possessionem.* Cassad. *decis. 7. n. 2. de caus. possess. et propriet.*

31 Secundo requiritur scientia, & patientia eorum, quibus præiudicatur *l. 2.* vbi omnes Doct. *C. de seruit. & aqua.* Calderin. *d. cons. 12. in fine. Couarr. latè in d. reg. possessor. p. 2. in princ. nu. 8. Balbus de præscriptionib. p. 2. partis quartæ. quæst. 8. & par. 2. quintæ partis. quæst. 2.* & ad acqui-
32 rendum quasi possessionẽ contra plures, requiritur omnium scientia, & patientia, & vnius contradictio impedit d. quasi possessionem. Io. *And. in addit. ad specul. tit. de his, quæ fiunt à maiore part. capit. in rub. sub littera* B.

33 Tertio requiritur, quòd præsentans, eligens, seu prouidens credant vti iure suo, & iure proprio faciant. *glo. in d. c. cum ecclesia sutrina. in verbo vocem. Calderin. in cons. vlt. de causa poss. & propriet. Menoch. de retin. possess. remedio 5. nu. 18. Rot. decis. 109. num. 12. & 13. par. 1. diuersor.*

34 Quarto requiritur bona fides, vt in d. *reg. possess.* & ibi Couar. *p. 2. §. 6. n. 1. de reg. iur. lib. 6. c. fin. de præscrip. Menoch. d. rem. 5. n. 20. & rem. 6. n. 132.*

35 Quinto requiritur, quòd post præsentationem, seu electionem sequatur confirmatio, seu institutio. *Calderin. cons. 6. de cau. pos. & propriet. & d. cons. 12. de iurepatr.* Rocch. *de Curte d. verbo, competens. nu. 35. & 36.* Abb. *in d. c. 2. nu. 23. de in integ. rest. Selua de benef. par. 2. q. 7. nu. 5.*

36 Sexto requiritur, quòd præsentatio, electio, seu collatio sit effectuata, itaut præsentatus, seu prouisus illius vigore possessionem cœperit, & in d. possessione permanserit, & fructus perceperit. O*ldrad. cons. 229. nu. 2. Calderin. vbi sup.* Ripa *vbi sup. nu. 93. Put. decis. 136. nu. 3. lib. 3. Gomes. in reg. de annali. q. 47. & in reg. de triennali. q. 60.*

37 Septimo requiritur, quòd actus, ex quo, vel ex quibus prætenditur acquisita d. quasi possessio, sint clari, & certi, non autem turbidi, dubij, & obscuri, quia ex turbidis præsentationibus, collationibus, seu electionibus non acquiritur d. quasi possessio, præsertim quando titulus præ-
38 cedens esset contrarius, & tunc quãdo possessio non est clara, non est locus manutentioni. *Verall. dec. 200.*
39 *nu. 1. p. 2.* nec possessio resultans ex actu obscuro releuat, *Abb. in c. 2. in fine. de censib. Felin. in c. cum bertoldus. nu. 36. de re iudic.* Dec. *in c. in præsentia. nu. 58. de probat.* faciunt dicta per C*ontardum in repetitione l. vnicæ. limit. 17. nu. 1. & per totam. C. si de moment. poss. fuer. app.* vide dicta per *Card. Manticam dec. 322. nu. 4.* & per Gonzal. *vbi sup. d. glo. 45. §. 2. nu. 30. & seqq.* & per Garciam *vbi sup. d. p. 5. c. 5. nu. 66. & seqq.*

40 Hodie autem seruanda est dispositio C*onc. Trid. sess. 25. de reform. c. 9* qua decernitur, quòd non sufficit docere de quasi possessione, immo omnia sunt irrita cum quasi possessione inde sequuta; si non sint iurapatr. prouenientia ex fundatione, & dotatione, siue sint multiplicatæ præsentationes per tempus immemorabile, quòd immemorabile non prodest, nisi etiam præsentationes continuatæ non minori saltem, quàm quinquaginta annorum spacio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur. vide C*ardin. Seraph. dec. 1141. Gonzal. vbi sup. glos. 18. nu. 23. & Riccium in praxi rer. for. ecclesiast. decis. 153. num. 47.*
41 effectum autem præsentatio sortitur, quando est confirmata, & sic habuit effectum. vt dicitur in *c. cumana. de elect.* & ideo si præsentatio aliquo modo

modo postea sit reuocata, puta in causa appellationis, nihil releuat, nec facit statum. vt per *Lambert. vbi sup.*
42 *art.* 13. quæ quasi possessio amittitur cassata præsentatione per sententiam. *Innoc. in c. 2. nu. 2. de restit. in*
43 *integ.* per non vsum autē non amittitur quasi possessio, nisi appareat talem possessorem fuisse spoliatum, quia quando voluit præsentare, non fuit admissus. *ad tex. in l. 3. & l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. possess.*

Verum si plures sint compatroni vnius beneficij, & aliqui præsentant, alij autem non præsentant, tales non
44 præsentantes non amittunt quasi possessionem, quia præsentantes per eorum præsentationem conseruant quasi possessionem compatronorum non præsentantium. *Card. Seraphin. dec.* 339. *nu.* 3. *& dec.* 970. & latè per *Lambert. vbi sup. art.* 16. *Federic. de Sen. cons.* 102. *in vlt. dub. Calder. cons.* 21. *de iurep. Surd. cons.* 28. *n.* 7. *Card. Put. decis.* 291. *lib.* 1. *nu.* 5. *p.* 1. *diuers. Verall. decis.* 366. *par.* 2. *Rot. dec.* 229. *Acobil. de Graffis dec.* 5. *de causa poss. & propriet.* & per *Rotam* fuit resolutum in vna *Reatina iurisconferendi. coram Card. Seraph.* quę est impressa *dec.* 1021. *Garc. de benef. p.* 5. *c.* 5. *nu.* 117. *Riccius vbi sup. dec.* 209. *nu.* 264. & fuit etiam dictum in vna *Papien. iurispatronat.* 9. *Maij.* 1594. *coram Illustriss. D. Card. Millino D. meo.*

45 Quæ conclusio non procedit, Primo quando omnes compatroni non essent in quasi possessione præsentandi, quoniam tunc per præsentationem vnius non præseruatur ius aliorum compatronorum. *Cardin.*
46 *Seraph. dec.* 339. item non procedit secundo, quando omnes compatroni non venirent ex eodem iure, sed ex diuerso. *Lambert. vbi sup. d. art.* 16. *nu.* 7. *Rota dec.* 229. *nu.* 4. *cum seq. p.* 2.
47 *diuers.* Insuper non procedit tertio si actus, in quibus socius non præsentauit, sint plures, & multiplicati, cum tunc deficiat animus, & tunc amittitur quasi possessio. *Ripa in d. c. cum ecclesia sutrina. nu.* 11. *Cæsar de Grass. decis.* 1. *nu.* 3. *de causa poss. & propriet.*

48 Quarto non procedit, quando interuenit aliquis actus prohibitiuus, seu exclusiuus aliorum compatronorum. *Ripa vbi sup. nu.* 55. *Gonzal. vbi sup. glo.* 45. *nu.* 70. *Crauett. de antiqu. temp. par.* 4. *§. materia ista. nu.* 81. *&* 82.

49 Quinto non procedit, quando præsentatio vnius compatroni fuit facta animo priuandi, & spoliandi alios compatronos, idq. cognoscitur, quando patronus præsentans dicit se esse patronum in totum, vel esse vnicum patronum, & plenariè ad se iuspatronat. pertinere. *Rot. dec.* 296. *p.* 1. *diuers.* & fuit resolutum in *Assisien. Canonicatus.* 14. *Iunij.* 1600. *coram Card. Sacrato.*

50 Sexto non procedit, quando constat alios non præsentantes per prius non fuisse in quasi possessione præsentandi, tunc enim non præseruatur eorum ius per præsentationem aliorum compatronorum, vt supra. *Ludouisius*, qui fuit Gregorius XV. fœl. recordat. *dec.* 417. *nu.* 10. & ibi *annotat. nu.* 15. & quando compatro-
51 nus præsentando spoliet alios compatronos, & quid requiratur ad priuandum compatronos ponit *Steph. Gratian. disceptat forens. cap.* 577. *per totum.*

Est tamen aduertendum quoad requisita necessaria ad acquirendam quasi possessionem, quòd si præsentatio fuit confirmata nō præuio edicto secundum *cap. vlt. de elect. lib.* 6.
52 tunc non acquiritur d. quasi possessio licèt institutus de facto habuisset possessionem, quia talis institutio est ipso iure nulla. *d. cap. vlt. Lambert. d. quæst.* 3. *art.* 21. *nu.* 4. *par.* 1. *lib.* 2. idem
53 est si præsentatio sit effectuata contra decretum irritans positum in reseruatione, vel alia dispositione, seu indulto. *Crescent. dec.* 4. *de priuileg. in fine.* quamuis alias sufficiat patro-

Digitized by Google

patronis, quod præsentatio fuerit admissa,& habuerit effectum ad nor. per *Calder. d.conf.*12. *de iurep.* cum absque culpa patroni id factũ esset. *Garc.d.cap.*5. *nu.*104. neque dicitur
54 præsentatio habuisse effectum, licèt sit secura institutio, & prouisus mãserit in possessione beneficij ex causa concordiæ subsecutæ inter illum, & aduersarium, qui prætendebat aduersarium non esse patronum. ad *Rot.dec.*301.*p.*2.*diuers.*
55 Et ad effectum, vt possit dici acquisita quasi possessio liberæ collationis contra patronum requiritur. quòd constet ordinarium contulisse beneficium vt liberum. *Hier. Gabr. conf.*185.*lib.*2. & hoc sciente, & patiente patrono, aliàs si collatio facta sit non exprimendo, quòd sit de be-
56 neficio libero non præiudicatur iuri, & quasi possessioni patronorum, quia quando ordinarius confert simpliciter, videtur facta collatio sub tacita conditione, si patrono placuerit. *Rot.dec.*10. *de iurep. in antiq.* ita *Calderin.conf.*15.*de iurep.* & resi-
57 gnatio facta sine consensu patroni non facit statum libertatis beneficij, quia quasi possessio non amitti-
58 tur ex negligentia patroni non præsentantis vna vice, sed requiritur, quòd non præsentet, quia non credit ad se pertinere ius præsentandi, vel quod voluerit præsentare,& non sit admissa præsentatio. *Roccb. de Curte vbi sup.verbo,competens.q.*20.
59 prouisio autem Apostolica non mutat statum, seu quasi possessionem iurispat. seu iuris conferendi. *Acchill.de Grass.dec.*13. *de iurepat. Verall.dec.*289.*par.*3. *Cassador. dec.* 6. *nu.*5.*de iurep.Card.Seraph.dec.*1367. *&* 799. ita nec mutat statum prouisio ordinarij. *Cassad. dec.*7.*nu.*2.*de*
60 *iurepat.* quòd ramen non procedit si concurreret scientia, & voluntas ipsius Summi Pontificis, quia tunc eius prouisio mutaret statum. *Card. Seraph.decis.*1301. vide *Garc. d. cap.* 5. *n.*118. *&* *Riccium vbi sup. dec.*204.

61 Adde prædictis, quod si patroni in præsentando simul admittant aliũ ad præsentandum, qui non est patronus; sibi præiudicant,& talis admissus absque vlla contradictione quasi possessionẽ acquirit. *Abb.in c. scriptum.de elect.* *Lamber. vbi sup.art.* 17.*nu.*10.*&* 11.*Greg.XV. dec.* 417. *nu.*5. *& ibi annotat. nu.*13. *Rota dec.* 174.*nu.*3.*p.*2. *in recent.*
62 Sed ista quasi possessio non acquiritur per exercitiũ alterius actus (vltra præsentationem) competentis patrono, veluti si quis vt patronus honoretur in ecclesia. *Roccb. de Cur.d.verbo, competens. q.*15. stante maximè aliò in quasi possessione illius actus, vel ipsius præsentationis.
63 Quod siquis præsentauerit pluribus vicibus rectorem ad vacantem ecclesiam, vltimo autem loco alius præsentauit, iste vltimus in possessorio potior erit. *Cardin. & Abb. in c.ex literis. de iurepat. per textum in d.c.cum ecclesia sutrina.vbi Aqb.col.* 7.*de causa poss.& propriet.* nisi in penultima præsentatione ambo præsentassent, quia tunc primus non amitteret quasi possessionem,licèt secundus solus in vltima præsentatione præsentasset per supradicta.
64 Est autem notandum, quòd quasi possessio patris, seu antecessoris cõtinuatur in filio, & hærede, seu successore. *Bald.in l.in suis. ff.de lib.& posth. in princ.* vbi ait quasi possessionem iurium transire in successores, etiã si ipsi successores non exerceant actum,per quem inducitur di-
65 cta quasi possessio ea ratione, quia iura non possidentur, sed quasi possidentur. *glo.in d. cap.cum ecclesia sutrina.in verbo, quasi possessionem. de caus. poss. & propriet.* & ideo cum
66 iuspatronatus sit ius, & sic quid incorporale quasi possidetur. *Bald.in cap.quanto. in fine. de iudic.* sed talis
67 quasi possessio non transit in filium sine appræhensione. *Card. Mantica dec.*88.*nu.*5. *Greg. XV. dec.*222.*n.*7. & ibi *annot.nu.*12.*Rota.dec.*260.*n.*4. *&*

& decis. 337. *nu.* 3. *p.* 2. *in recentiorib. idem* Ludouis.*dec.* 417. *num.* 7. & ibi
68 *annot.nu.* 14. nisi adsit statutum particulare alicuius loci, quo disponatur, quòd possessio transeat in hæredem sine appræhensione. *Garc. d. c.* 5. *nu.* 44. adsunt tamen alij tenentes contrariam opin. quod scilicet dicta quasi possessio transeat in successorẽ absque appræhensione, quos refert *Garc. vbi sup. nu.* 33. 37. *&* 44. illud tamen est verum, & sine difficul-
69 tate procedit, quòd ex quasi possessione authoris probatur pertinentia iurispatronatus ad fauorem successoris, *Rot.d.dec.* 337. *nu.* 3. *par.* 2. *in recentior.* & est notandum, quòd vbi esset suspicio, vt patroni ad præsentandum moueantur, non propter vtilitatem ecclesiæ, sed carnali affectione, potest Episcopus illos astringere iuramento, vt in præsentatione principaliter respiciant vtilitatem ecclesiæ. pulchrè *Abb. in c.constitutis. per illum textum. de appellat. vbi Doct. & ibidem Decius* limitat quando contra patronos adesset prçsumptio periurij, quia tunc non deberet iuramentum deferri. *c.clericos.cum not.* ibi per *Abb. de cohabit. cler. & mul.* vide *Marc.Ant.Genuen. Episcopum Isern. in suis practicab.ecclesi.tricenario* 11. *quæst.* 318.

Adde prædictis, quòd sola quasi possessio attenditur in iurep. & præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi præfertur alijs. *c.querelam.de elect. d.c.cõsultationib. de iurep.* & fuit dictum in *Firmana iurispat.* 17. *Iunij.* 1584. *coram Card. Pamphilio.* & in *Pisana Capellaniæ* 1597. *coram Card. Millino.* quòd non procedit, quando ante institutionẽ constat de proprietate alterius *Rota dec.* 269. *nu.* 4. *&* 5. *p.* 2. *diuers.* & in *Aquinaten. beneficij.* 26. *Ianuar.* 1601. *coram Card. Seraph.* & in *Senen. iurispat.* 9. *Ianuar.* 1598. *coram Penia.* & quando certum est possessori in petitorio defensionem non competere. vt fuit dictum in *Lunen. Sarzanen.Capellaniæ.* 1. *Martij.* 1602. *coram Card.Sacrato.* & si simul concurrant requisita à *Calderino in consi.* 12. *de iurepat.* canonizata à *Rota in d. Aquinaten. aeneficij.* & in d. *Firmana Iurispat.* item procedit, quando constat de existentia iurispat. & solum dubitatur ad quem pertineat, secus quando dubitatur de iurispat. existentia, quia tunc sola quasi possessio non suffragatur, nisi prius verificato iurepat. cum causæ cognitione ad formam *Conc. Trid.* vt in d. *Firmana Iurispat.* & in *Comen. Iurispat.* 8. *Iunij.* 1601. *coram Card. Seraphin.* & an patronus existens in quasi possessione prçsentandi sit manutenendus, itaut prouisus ab Ordinario de beneficio tamquam de libero, qui est in possessione beneficij non sit manutenendus. vide in *Oueten, beneficij.* 15. *Ianuar.* 1597. *coram Orano.* vbi decisio est negatiua.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio fieri debet quando ecclesia vacat.*
2 *Patronus habet ius præsentandi in habitu, & in actu quando ecclesia vacat.*
3 *Promissio facta à patrono de beneficio vacaturo non valet.*
4 *Præsentatio fit quomodocumque cum effectu vacet beneficium.*
5 *Modi, quibus beneficia vacant.*
6 *Vacationum genera tria.*
7 *Beneficia aliquando vacent de iure. & de facto, per mortem.*
8 *Mors omnia soluit.*
9 *Beneficium vacat per resignationem.*
10 *Beneficia aliquando vacant de iure, & non de facto.*
11 *Beneficium intrusi dicitur vacare de iure.*
12 *Beneficia aliquando vacant de facto, & non de iure.*
13 *Clericus absens à diœcesi debet çitari ad exhibendum bullas sui beneficij.*
14 *Clericus absens quando priuari debeat beneficio.*

15 Clericis interdicta est euagatio.
16 Possessio amittitur per decennium, & beneficium habetur pro derelicto.
17 Beneficium absentis conferri potest accepta cautione de reddendis fructib.
18 Beneficia quando dicantur vacare de facto, & non de iure.
19 Beneficium potest vacare de facto per obitum vnius, & de iure per obitum alterius.
20 Vacationis appellatione venit vacatio tàm de iure, quam de facto.
21 Vacatio de iure, & de facto est verior, & potentior.
22 Et dispositio loquens de vacatione, de hac intelligi debet.
23 Beneficium propriè vacare dicitur, quando à nullo detinetur nec de iure, nec de facto.
24 Vacatio de iure, & de facto, vel de iure non de facto quando sufficiat.
25 Beneficium vacat per mortem naturalem beneficiati.
26 Beneficium de mensa, vel in ecclesia non numerata non vacat per obitū.
27 Beneficium commendatum non vacat per obitum commendatarij, sed vt prius.
28 Resignans & cedens beneficium, quoad dictum beneficium potest dici mortuus.
29 Resignatione simoniaca non vacat beneficium.
30 Præsentati si duo fuerint, & primus renunciat præsentationi, secundus debet institui.
31 Patronus potest iterare præsentationes in multis casibus.
32 Præsentatio secunda quādo fieri possit.
33 Beneficium vacat etiam ex causa permutationis.
34 Permutationi patroni consensus accedere debet.
35 Secus si permutatio fieret coram legato, & patronus esset ecclesiasticus.
36 Beneficium vacat per assecutionem alterius beneficij incompatibilis.
37 Beneficium primum vacat per assecutionem secundi, si requirant residentiam.
38 Residentia alia continua, & præcisa, alia continua, sed causatiuè, alia non continua.
39 Beneficium vnicum singulis conferendum.
40 Beneficium non vacat ipso iure per assecutionem secundi, si non requirant residentiam.
41 Ordinarius potest priuare obtinentem plura beneficia.
42 Dispensatio ad plura beneficia non inducitur ex narratiua obtentorum.
43 Sed in praxi seruatur contrarium.
44 Beneficij incompatibilis dimissio intra mensem fieri debet.
45 Beneficium primum vacat habita pacifica possessione secundi.
46 Beneficium primum non debet dimitti, quando super secundo lis est.
47 Dimissio beneficij primi hodie fit intra bimestre.
48 Beneficium vacat si beneficiatus ducat vxorem.
49 Beneficium vacat, si beneficiatus religiosus fiat.
50 Beneficium vacat, si beneficiatus non promoueatur ad ordines requisitos.
51 Beneficium vacat per translationem Prælati ad aliam ecclesiam.
52 Beneficiū vacat, si electus intra tempus assignatum electioni non consenserit.
53 Beneficium vacat, si electus intra trimestre non petierit confirmationem.
54 Beneficium vacat, quando electus ante confirmationē, vel præsentatus ante institutionem administrauerit bona beneficij.
55 Et tunc priuatur ipso iure, & beneficium vacat ut prius.
56 Beneficium uacat per promotionem beneficiati ad Episcopatum.
57 Nisi super hoc fuerit dispensatus.
58 Beneficium uacat ipso iure, si beneficiatus fiat miles.
59 Beneficium uacat per delationem uestium laicalium.
60 Beneficium uacat per cassationem electionis.
61 Beneficium uacat per repulsionem postulationis.
62 Beneficium uacat, si beneficium per uim occupetur.

Bene-

63 *Beneficium uacat per uiolationem sequestri.*

64 *Beneficium uacat per non ostensionem tituli, seu dispensationis.*

65 *Beneficium uacat per alienationem rerum ecclesiæ sine solemnitatibus.*

66 *Beneficium uacat, si habeatur pro derelicto.*

67 *Beneficium uacat per crimen hæresis.*

68 Beneficia *filiorum hæreticorum uacāt ipso iure.*

69 *Beneficium habitum ad preces hæreticorum uacat.*

70 *Beneficium uacat ipso iure per crimen simoniæ realis.*

71 *Simonia conuentionalis reddit quem inhabilem ad beneficia.*

72 *Beneficium uacat per crimen læsæ maiestatis.*

73 *Beneficium uacat ob crimen falsificatis literarum Apostolicarum.*

74 *Beneficium uacat ob percussionem* Cardinalium.

75 *Beneficium uacat ob percussionem* Episcopi.

76 *Beneficium uacat, si beneficiatus fiat assassinus.*

77 *Beneficium uacat, si beneficiatus occidat rectorem suæ ecclesiæ.*

78 *Beneficium uacat ob carcerationem* Clerici, *& quando.*

79 *Beneficia uacant, si beneficiatus suspensus administrauerit.*

80 *Beneficium uacat ob crimen sodomiæ.*

81 *Beneficium uacat, quando resignans non superuiuit per 20. dies post datum consensum.*

82 *Beneficium uacat ob non factam publicationem resignationis.*

83 *Ordinarius infra mensem debet conferre beneficiū coram se resignatū.*

84 Beneficium *uacat. ob non seruatam bullam Pij V. incipien. In conferendis.*

85 *Beneficium uacat, quando alij pro alijs se supponunt examini ad beneficia obtinenda.*

86 Pensionem *promittens pro habendo beneficio simoniam committit.*

87 *Beneficium uacat, si beneficiatus adhæreat schismati.*

88 Beneficium *collatum ad Papæ beneplacitum, per eius obitum uacat.*

89 Beneficium *collatum ad certum tempus, eo lapso uacat.*

90 Beneficium *manuale uacat per reuocationem prouidentis.*

91 Beneficium *uacat per depositionem, seu priuationem.*

92 Beneficium *uacat, si eius possessio capiatur ante literarum expeditionē.*

93 *Beneficium uacat, quando quis retinet scripturas Cam. Apostolicæ.*

94 *Beneficium uacat, si quis offendat litigantes in* Curia Romana.

95 *Beneficia uacant per assumptionem ad* Papatum.

96 *Beneficium uacat, quando quis insordescit in excommunicatione.*

97 *Beneficium uacat per decretum, quando ex eo tenetur quis dimittere beneficium.*

98 *Et tunc tempus currit à die possessionis pacificæ.*

99 *Beneficium collatum à* Card. *uigore indulti uacat si non expediantur literæ* Apostolicæ *in Vrbe.*

100 *Beneficia uacant per malam promotionem ad ordines.*

101 *Et si in eis ministrauerit fit irregularis.*

102 *Excommunicatus si ministret, fit irregularis, & priuatur beneficio.*

103 *Beneficia uacant, si confidentia committatur.*

104 *Beneficia uacant in casibus in quibus secundum formam fundationis uacare debent.*

105 Beneficium *uacat statim ac creatum est, & eget rectore.*

106 *Et tunc præsentationis tempus currit à die erecti beneficij.*

107 Beneficium *uacat quando à constitutione inducitur uacatio.*

108 *Beneficium uacat, si beneficiatus non incedat in habitu clericali.*

109 *Beneficium uacat, si collator conferat beneficium resignatum suis affinibus &c.*

110 Beneficium *uacat per intrusionem.*

111 *Beneficium uacat per subreptionem, uel obreptionem gratiæ.*

Digitized by Google

112 Beneficium vacat per vsurpationem iurisdictionis, & bonorum ecclesiæ.
113 Beneficium vacat si conferatur ei, qui de eodem beneficio alium priuauit ex constitutione Pij IV.
114 Beneficia pluribus modis dicuntur uacare de facto.
115 Vacationis verbo omnes modi vacationis ueniunt.
116 Vacationis vno modo expresso, non venit alius modus.
117 Casus, in quibus quis non est ipso iure priuatus beneficijs, sed venit priuandus.
118 Beneficij priuatio imponi debet in casib. à iure expressis.
119 Beneficium an vacet ipso iure, vel per sententiam, differt.
120 Beneficium quando vacat ipso iure, statim vacat.
121 Beneficium quando vacat ipso iure, si talis iam priuatus decedat, tamen per eius obitum non vacat.
122 Beneficium quando vacat ipso iure, non potest in alterius fauorem resignari.
123 Beneficio si quis priuari debet per sententiam, ante potest resignari ad fauorem.
124 Beneficium si ipso iure vacet, potest impetrari tamquam vacans.
125 Beneficium si vacet ipso iure, ex tunc beneficiatus non facit fructus suos.
126 Id, quod ipso iure venit, debetur etiam in foro conscientiæ.
127 Pœnitentiæ non est locus, quando quid fit ipso iure.
128 Nec mora purgari potest.
129 Beneficio cum quis ipso iure priuatur, tunc illud conferri potest non citato possessore.
130 Beneficio si priuandus sit per sententiam, potest interim ius suum prosequi.
131 Beneficia vacantia per priuationem sunt reseruata.
132 Actus ipso iure nullus iuramento non confirmatur.
133 Pœna ipso iure imposita non eget iudicis sententia, quia canon latæ sententiæ habet vim sententiæ hominis.
134 Emphyteuta aliquando ipso iure priuatur emphyteusi.
135 Factum proprium impugnari non potest, nisi sit ipso iure nullum.
136 Nullum ab initio tractu temporis non validatur.
137 Tutus ipso iure non habet opus opponere.
138 Accessorium ipso iure cadit, principali sublato.
139 Vacatio ipso iure, vel priuatio per sententiam quibus verbis inducatur.
140 Beneficia quomodocumque vacantia in mensibus ordinariorum, ab Ordinarijs conferri possunt.
141 Beneficium vacans concedi non potest iudici, qui ea priuatione beneficium vacare fecit.
142 Executor Apostolicus declarans literas non esse exequendas, non potest d. beneficium impetrare.
143 Patronus potest præsentare, quando beneficium de iure vacat.
144 Et quando per sententiam rector ob delictum fuit priuatus.
145 Etiam si sit priuatus iniustè, & si non appellauit.
146 Lite pendente inter duos electos, seu præsentatos, si alter eorum decedat, alius præsentari nequit.
147 Nisi intra quadrimestre mortuus sit, vel præsentationi renunciauerit.
148 Subrogatio fit viuentis per obitum collitigantis.
150 Beneficium quomodocumque vacet, patronus præsentare potest.
151 Coadiutor cum futura successione rectori ecclesiæ patronatæ datur cum consensu patroni.
152 Coadiutor ad vitam rectoris dari potest sine d. consensu.
153 Beneficium non vacat per obitum illius, qui habet ius ad rem.
154 Beneficium primum ibi uacat, ubi secundi beneficij capitur possessio.
155 Beneficium ibi præsumitur uacare ubi beneficiatus domicilium habebat, uel residere debebat.

Bene-

Presentatio habet locum, quando vacat beneficium Patronatum.

CAPVT QVINTVM.

1 Præsentatio autem fit per patronos, vel existentes in quasi possessione iuris præsentandi, quando Ecclesia vacat. *cap. illud. de iurepat. et cap. vlt. de conc. præb. vbi Card. Abb. et*
2 *Alij.* quia quamuis patronus in habitu habeat iuspræsentandi, tamẽ exercitium præsentandi non habet in actu, nisi quando Ecclesia, vacat
3 *d. cap. illud.* ideo præsentatio, seu promissio facta per patronum de beneficio vacaturo non valet, nec conualescit per mortem beneficiati. *ad c. vlt. vbi doct. & fuit dictum in Tullen. 4. Cappell. 16. Iun. 1595. coram Orano. et in Pampilon. beneficij de Huarte 13. Feb. 1595. corã Iusto. Aug. Barbosa de off. et pot. Episc. p. 3.*
4 *alleg.* 72. *num.* 3. 4. 5. *et* 6. & ideo quomodocumque verè, & cum effectu vacet Ecclesia, seu beneficiũ, semper data tali vacatione possunt patroni præsentare, quia vbi datur vacatio, ibi datur etiã præsentatio. *d. c. vlt. et ibi Doct. Lamb. de iur. lib. 2. p. 1. q. 6. a. 18.* & ideo ad vacaturam Ecclesiã non fit præsentatio. *d.*
5 *c. vlt.* Cũ autẽ de vacatione beneficiorum dictum sit, necesse est videre de modis, quibus beneficia vacant, de quibus, latè, & doctè *Hieron. Gonzal. in commen. ad reg. 5. cancell. glos. 15. §. 1. num. 1. et sequentib. Garcia de beneficijs part. 10. num. 1. et sequentib. Aug. Barbosa, vbi sup. num. 7. et seqq. Massobrius in prax. habẽdi concursum ad vac. parroch. eccl. req. 1. dub. 2. qui alio sallegant. Io. à Koch. sup. reg. 8. canc. gl. 7.*
6 Vacationum ergo genera reducantur ad tria, quorum primum est, quia aliquando beneficia vacãt de iure, & de facto, vt est per mortẽ na-
7 turalẽ beneficiati quia mors omnia soluit. *§. deinc. Auth. de nupt.* aut per
8 resignationẽ illius, qui verum titulum, & possessionem habebat. *Re-*
9 *buff. in praxi in titulo, requisita ad bonam collationem.*
10 Secundum est, quia aliquando vacant de iure, non de facto, vt per assecutionem alterius beneficij incompatibilis, tunc enim non dicuntur vacare de facto, nisi illorum possessio dimittatur, quia aliter de facto semper sunt occupata. *cap. cum nostris. ibi. cum præpositura. de conc.*
11 *præb.* vel quando quis est intrusus in beneficio absque titulo, & de facto est occupatum beneficium, de iure tamen vacat. *Lapus alleg. 16.*
12 Tertium est, quando vacant de facto, non de iure, veluti, quando quis est absens à beneficio, & ignorat. vbi sit, quia de facto nullus est, qui beneficio deseruiat. *facit text. in cap. 2. & in cap. ex parte il 1. de cler. non resid. & in praxi refert Ric-*
13 *cius in praxi rer. for. eccles. dec. 725.* quòd quando clericus beneficiatus est absens à diœcesi, debet per prædictũ citari ad exhibendum bullas sui beneficij, & ad probandum se satisfecisse obligationibus ipsius

beneficij etiam simplicis,& eo non
14 comparēte fit priuatio data tamen
absentia saltem per decennium, &
quod nulla notitia habeatur d. beneficiati,
& ratio est, quia euagatio
15 est clericis interdicta.*cap. vlt.& ibi*
Boic.num.5.de cler.non resid. Albanus
cons.93. nu.4. euagari enim est
16 delictum.*Bursatt.cons.397.nu.*20.
item quia tali casu habetur beneficium
pro derelicto, & per decennium
taliter transactum amittitur
possessio. *Menoch. de recuper. poss.*
remed.1.num.271.Flam.Paris.de
resign.benefic.liq.5.nu.21. Gerard.
Mazzol.*cons.60.num.6.* & ita consului
vacare beneficium ob absentiam
cuiusdam clerici, qui per triginta
annos, & vltra, nulla de eo
habita notitia, abfuit, & ad omnes
difficultates euitandas potest con-
17 ferri beneficium accepta cautione
à prouiso de restituendis fructibus
primo rectori, si rediret,& ita olim
vidi seruatum fuisse Pisis.
18 Vacant etiam beneficia de facto
& non de iure, quando quis habet
collationem, & non possessionem,
quia cum sit vacua possessio, vacat
de facto. *Pet.Gregor.Tolos.de bene-*
fic. cap.27. num.4. & in vna Compostellana
pensionis coram *Card.*
Seraph.quæ est decis.677.nu.2. fuit
19 dictum, quòd beneficium potest
vacare de facto per obitum vnius,
& potest vacare de iure per obitū
alterius, quod dicit etiam *Rota dec.*
12.num.6.in fin. de præb. in antiq.
Bisigneti,Cassador. decis.5. num.5.
de priuileg.
20 Et vacationis appellatione intelligitur
vacatio tàm de iure, quàm
de facto simul, *cap. cum in nostris.*
de conc.præb. & ibi Io.And.nu.5.&
24. Ant. de Butrio num. 6. Imol.
num.7.& Abb.num.4. Franc.Pauinus,de
off.& potest.Capituli sed.vac.
prælud.7.post prin.et num.17. Felin.
in cap.in nostra, num.34. et seq. de
rescrip. Selua de benef. par. 3. quæst.
11.num.111. Put.decis.290. nu.4.
lib.1. Mandos. cons.4. num.20. et
21 *24.* vbi dicit, quod ista vacatio de
iure, & de facto est verior, naturalior,
plenior, & potentior vacatio,
& ideo qualibet dispositio loquens
de vacatione debet intelligi de illa,
22 & in potiori significatu, quia propriè
vacare dicitur, quando à nullo
23 detinetur nec de iure, nec de facto.
Pauin.vbi sup.num.17.& plenum
dicitur beneficium, quando ab aliquo
possidetur de iure.*Rot.decis.*18.
de præb.in antiq. & quando sufficiat
24 vacatio de iure, & de facto, vel de
iure, non de facto, vel de facto, non
de iure, declarat *Gonzal. dict. §.1.*
num.14.et sequentibus.
Videamus nunc, quibus modis
vacent ipso iure beneficia, qui sunt
multi, quorum
25 Primus est per mortem naturalē
beneficiati.*cap. susceptum.& ibi gl.*
pen. in verbo, non morte.de rescrip.
lib.6.Barbosa d.alleg.72.nu.7.
26 Si tamen sit beneficium, vel de
mensa, vel in ecclesia nōnumerata
non vacat per obitum.*Felin.in cap.*
cum accessissent. nu.1. & 2. de const.
27 idem est si sit beneficium commendatum,
quia non vacat per obitum
commēdatarij, sed vacat semper vt
prius, neque attenditur mensis, in
quo commendatarius obierit. *Gonzal.ubi sup.glo.5.§.8.nu.49.*
28 Secundus est, per resignationem
factam ab ipso beneficiato, quia talis
resignans & cedens quoad dictū
beneficium resignatum potest dici
mortuus,& ideo tunc patronus poterit
præsentare.facit *Rot.de renunciat.decis.16.in antiq.*
& habetur in
toto *tit. de renunc.* & per *Flam.Paris.d. tractatu de resign.benef.* si au-
29 tem sit resignatio simoniaca, tunc
non vacat beneficium, vt per *Inn.*
in cap. cum vniuersorum.de rer.permutat.
& in d.dec.16. Rota habetur,
30 quòd renunciante primo præsentato
præsentationi de se factæ, secundo
præsētatus cumulatiuè à patrono,
qui variauit, debet institui; &
patro-

31 patronus potest iterum præsentare
quando præsentatus non consentit
præsentationi, vel quando post con-
sensum renunciauit, vel quando mo-
ritur ante institutionem, vel quando
non valet præsentatio ob aliquod
occultum crimen præsentati, seu ob
aliam causam non procedentem ex
culpa præsentantis, & dummodo
illud sit absque fraude. *Lambertin.*
ubi sup. d. quæst. 6. art. 4. & art. 5. præ-
32 sentatione autem prima non cassata,
nisi sit euidenter nulla, & nisi sit lo-
cus variationi, non potest fieri secū-
da præsentatio. *Lambert. ubi sup. art.*
33 7. eodem modo vacat beneficium
etiam ex causa permutationis. *cap. 1.*
de rer. permut. & in permutationibus
beneficiorum requiritur vera, & li-
bera renunciatio in manibus Supe-
rioris beneficiorum permutandorū,
ex quo tunc prædicta beneficia va-
care dicuntur, quæ si sint patronata,
34 patroni non præsentant, sed consen-
tiunt tali permutationi, & resigna-
tioni. *Flam. Paris. de resignat. benef.*
lib. 2. q. 4. n. 10. tomo 1. & lib. 11. q. 5.
nu. 20. tomo 2. nisi in tali permuta-
35 tione concurreret vtilitas, seu neces-
sitas ecclesiæ, vel populi, & patro-
nus esset ecclesiasticus, & permuta-
tio fieret per legatum Sed. Aposto-
licæ. *Lambert. ubi sup. art. 6.*
36 Tertius est per assecutionem alte-
rius beneficij incompatibilis. *cap. re-*
ferente. cap. præterea. & cap. de multa.
de præb. habetur in *Conc. Trid. sess. 7.*
cap. 4. de reformat. Alphonsus *Hoie-*
da de benef. compatib. & incompatib.
p. 1. c. 17. & sic primum beneficium
37 vacat per assecutionem secundi, etiā
si sint beneficia simplicia personalē
residentiam requirentia licèt non
sint curata, quod est verum, quan-
do residentia est continua & præcisa
38 sub priuatione tituli, sed quando re-
quiritur residentia non continua,
sed in certis temporibus, vel requi-
ritur residentia continua, non tamen
simpliciter, sed causatiuè, & solum
respectu priuationis fructuum, ita
quòd non residendo quis perdit fru-
ctus, titulo tamen non potest priua-
ri. de quibus *Card. cons. 3. Hoieda ubi*
sup. nu. 35. Gonzal. d. gloss. 15. nu. 20.
& 21. & seqq. Steph. Grasian. *discep.*
forens. cap. 133. num. 25. ea propter
Conc. Trid. *sess. 24. de reformat. c. 17.*
39 decernit, quòd vnum tantum bene-
ficium ecclesiasticum singulis confe-
ratur etiam si sit beneficium sim-
40 plex, & non inducitur vacatio ipso
iure per assecutionem secundi, si
vtrumque non requirit personalem
residentiam. *Nauar. cons. 10. & 13.*
de præben. potest tamen Ordinarius
41 priuare obtinentem plura beneficia
ex d. *cap. 17. Conc. Trid. Puteus dec.*
230. lib. 3. & Nauar. ubi sup. neque
42 ad retinendum plura beneficia satis
est, quòd in vltima prouisione nar-
rata sint omnia beneficia obtenta,
quia ex tali narratiua non inducitur
dispensatio super pluralitate, sed
operatur dumtaxat excusationem
subreptionis ob non expressionem
obtentorum, prout fieri debet. ita
est *text. in cap. non potest. §. ult. de*
præb. lib. 6. Nauarr. *de oratione. c. 22.*
miscellan. 16. nu. 64. & facit ad hoc
Regula *50. Cancell.* Gonzal. *d. glos. 15.*
43 *à nu 26.* quamuis in praxi seruetur
contrarium, videlicet, quia per talē
narratiuam inducitur dicta dispen-
satio super pluralitate pro congrua
sustentatione, quia si habens duo
beneficia prouideatur de tertio ta-
citè videtur dispensatus, vt illa tria
licite retinere possit.
44 Dimissio autem beneficij incom-
patibilis debet fieri antequam laba-
tur terminus datus ab *Extrauagante*
Execrabilis. de præben. in extrauag.
communib. qui terminus est vnius
mensis. *Garc. ubi sup. par. 11. cap. 5.*
nu. 35. ubi nu. 36. ait dimissionem
45 fieri debere sine mora, aliàs vacant
habita pacifica possessione secundi.
Massobrius ubi sup. requisito 1. dub.
6. Cardin. Seraphin. dec. 856. nu. 10.
46 & quando quis non teneatur dimit-
tere beneficium, quando super se-
cundo

cundo sibi sunt illatæ molestiæ etiã extraiudiciales, & de facto vide *Cardin. Seraph.* 1254. *& dec.*983.*nu.*5. nec dimittere quis tenetur primum beneficium donec patitur litem super secundo. *Ludouis.* qui fuit Gregor.XV. fœl. record. *dec.*451. & ibi annotat. *Beltramini nu.*9.*Massubr. d. dub.* 6.

47 Hodie adest regula Cancellariæ de decreto, quod ponitur in literis Apostolicis, quo prouisus de stylo nunc intra bimestre tenetur dimittere primum, aliàs vacat.

48 Quartus est per matrimonium per verba de præsenti contractum à clerico beneficiato in minoribus ordinibus constituto, non autem per sponsalia, & per verba de futuro. *cap.* 1. *& cap.*3.*de cler.coniugat.* & habetur Reg.57. *Cancell. Stapbil.de lit. grat. tit.de varijs modis vacationis.* §. *quintus vacationis modus.ubi n.*4.5. *&* 6. ait idem esse,si postea ex aliquo defectu, seu impedimento matrimonium sit nullum.

49 Quintus est per ingressum Religionis post emissam professionem. *cap. beneficium .de reg. iur. lib.* 6. & habetur in d. *reg.*57.*Canc.Stapbil.ubi sup.*§.*sextus vacationis modus*. quòd an habeat locum in Religiosis Venerab.Societ. Iesu in fine huius cap. cum Rota dicetur.

50 Sextus est propter non promotionem, quando obtinens parochialem non promouetur intra annum ad sacerdotium, quia elapso anno parochialis ipso iure vacat. ita habetur in *cap.licèt canon. de elect. lib.*6.*cap. statutum. c.cum ex eo, & c.commissa. de elect.lib.*6.*Stapbil.ubi sup.*§.*quartus prinsipalis* .& habetur in *Concil. Trid. sess.* 24. *de reformat.c.*12. ibi. aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac Synodo statutum initiari valeat. & ita etiam declarauit sacra Congregatio Concilij. & in d. *Concil.Trident.sess.*7. *de reformat. cap. tertio*.

51 Septimus est per translationem Prælati ad aliam ecclesiam, quia tunc vacat prima. *cap.in apibus .* §. *translatis .* 7. *q.* 1. *& cap. quanto . de translat. Episcop.* : dummodo sint expeditæ literæ secundæ ecclesiæ, & Prælaturæ, & ostendantur Capitulo iuxta *Extrauag. iniuncta.de elect. in extrauag. comm. Paris.ubi sup. de resignat.benef.lib.*7.*quæst.*21.*nu.*14.*& quæst.*23.*nu.*47.

52 Octauus est, si electus intra mensem à tempore electionis ei præsentatæ, vel a tempore sibi præstituto non cõsenserit electioni de se factæ. *cap. quàm sit.* §.*electus vero.de elect. lib.*6.*Menoch.de arbitr.iud.lib.*2.*centuria* 5.*casu* 477.

53 Nonus est, si electus intra trimestre post consensum electioni præstitum non petierit confirmationem. d.*cap. quàm sit.*§.*caterum. de elect.lib.*6.

54 Decimus est, quando electus, vel præsentatus ante confirmationem, vel institutionem per se, vel per aliũ se ingesserit, vel administrauerit bona, & reditus beneficij. ita est *text. in cap.auaritiæ.de elect. lib.*6. vbi habetur, quòd tunc talis ipso iure priuatur iure quæsito, & vacat beneficium vt prius. *Sarnen.in Reg. de triennali.quæst.*5.*uers.postremo.& isti modi.*8.9.*&* 10. sunt improprij.

55

56 Vndecimus est per promotionem beneficiati ad Episcopatũ post adeptã possessionem ipsius Episcopatus, vel post lapsum tempus ad petendã consecrationem, quia tunc ipso iure vacant beneficia antea obtenta per d. promotum. *cap. cum in cunctis.* §. *cum vero.de elect.* & habetur in *Conc.Trid.sess.*7.*de reform. cap.* 9. *& sess.*23.*de reformat.cap.*2.nisi prorogatio,vel retentio dictorum beneficiorum sit ex dispensatione obtenta. *Couarr.practic.quæst.cap.*36.*nu. finali*.

57

58 Duodecimus est, quia vacat ipso iure beneficium per militiam sæcularem statim ac quis fit miles. *glos. in cap.ult.uerbo, redierint.de cleric. nõ resident.Paris.ubi sup.de res.ben.lib.*1. *quæst.*

Digitized by Google

quæst. 1. *nu.* 22. ita etiam vacat per
59 delationem publicam, & continuatam habitus, & vestium laicalium per constitutionem Sixti V. fœl. rec. incip. *Cum sacrosancta.* quam refert *Quaranta in summa Bullarij. verbo, habitus clericalis.*

60 Decimus tertius est per cassationem electionis. *cap. consideramus. & cap. superea. de elect.*

61 Decimus quartus per repulsionē postulationis, *extrauagan. ex debito. §. huiusmodi. de elect. in extrauag. commun. cap. 2. & cap. 3. de postul. prælat.*

62 Decimus quintus est, quando beneficium violenter occupatur, vt si quis vi ingrediatur possessionem beneficij. *cap. eum qui. de preb. lib. 6. Rebuff. in praxi tit. de modis amitt. benef. nu. 28. Mandosius in reg. 21. de impetr. benef. viuent. q. 10.*

63 Decimus sextus est per violationem sequestri impositi vigore sententiæ diffinitiuæ in Romana Curia prolatæ in causa beneficiali. *Clem. 1. de sequest. poss. & fruct.* dummodo, sententia lata sit super petitorio, & possessorio, secus si esset lata in causa attentatorum. *Laucellott. de attentatis. par. 3. cap. 28. num. 143.* vel non sit appositum sequestrum ob Iudicis offensam. *Mohed. dec. 1. nu. 3. & 4. de sequest. poss. & fruct.*

64 Decimus septimus est per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram Ordinario, postquam beneficiatus fuerit monitus ad textum in *cap. Ordinarij. §. quod si forte.* & ibi *glo. in verbo, eo ipso. de off. ordin. lib. 6.* & habetur in *Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 5.*

65 Decimus octauus est per alienationem rerum, & bonorum ecclesiæ factam sine debitis solemnitatibus. ita habetur in *extrauag. ambitiosè. §. inferiores vero. de reb. eccl. non alien. inter extrauag. comm.* quam latè declarat *Gulielm. Redoan. in tract. de reb. eccl. non alien.*

66 Decimus nonus est, si habeatur beneficium pro derelicto per spaciū decem annorum. *ad not. in cap. ex parte. de cleric. nō resid. Paris. vbi sup. de resig. benef. lib. 1. quæst. 5. num. 21. Rebuff. vbi sup. num. 57. Riccius vbi sup. d. dec. 725.* & dixi supra in princ. huius capit. nu. 14.

67 Vigesimus est ob crimen hæresis. *cap. ad abolendam. §. 1. vbi glos. de hæreticis. Rebuff. vbi sup. à nu. 4. Iulius Clarus in praxi crim. §. hæresis. n. 14. Franciscus Pegna Rota Rom. Decanus in commentario 112. ad Directorium Inquisitorum.* idem est in apostata à fide. *Rebuff. vbi sup. num. 47.* & ob adhæsionem hæreticis factam. *Gonzal. vbi sup. d. glos. 15. nu. 92. & Kochier. vbi sup. glos. 7. casu 18. ad reg. 8. Cancell.*

68 Vigesimus primus est, quia etiam beneficia filiorum ipsorum hæreticorum vacant ipso iure ex communi opinione, de qua *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 8. nu. 4. Clarus vbi sup. n. 14. Simancas de Catholic. institut. cap. 29. nu. 20. Hoieda vbi sup. cap. 23. nu. 11. Roias de hæreticis assertion. 44.*

69 Vigesimus secundus est, quia vacant beneficia obtenta scienter ad præces hæreticorum, & tales etiam fiunt inhabiles ad alia. *cap. 2. §. ad hæc. de hæretic. lib. 6.*

70 Vigesimus tertius est, quia ipso iu-
re vacat beneficium per crimē simo-
niæ realis. vt in *extrauag. cum detesta-*
bile. de simonia. in extrauag. comm.
Cassador. dec. 5. nu. 1. de simonia. Ber-
nardus Diaz *in praxi criminali. c. 91.*
& ibi *Ignatius de Salcedo in addit. sub*
71 *litera.* D. sola autem simonia con-
uentionalis inhabilem reddit ad ob-
tinenda beneficia. *Puteus decis.* 80.
lib. 2.

72 Vigesimus quartus est per crimen læsæ maiestatis. *Rebuff. vbi sup. de mod. amitt. benef. nu. 32. Diaz vbi sup. cap. 119.*

73 Vigesimus quintus est ob crimen falsitatis literarum Apostolicarum. *cap. ad falsariorum. de crimine falsi. Diaz vbi sup. cap. 117. nu. 1.*

74 Vigesimus sextus est ob percus-
sionem

sionem S. R. E. Cardinalis. *cap. felicis. §. si qua vero. de pœnis.*

75 Vigesimus septimus est propter percussionem, seu homicidium Episcopi. *Clem. 1. §. à feudis. de pœnis.*

76 Vigesimus octauus est, quando clericus beneficiatus sit assassinus. per textum in *cap. 1. de homicid. lib. 6.* Diaz. *vbi sup. cap. 96. nu. 1.*

77 Vigesimus nonus est, si quis occidat rectorem suæ ecclesiæ, in qua habet beneficium. *cap. in quibusdam. de pœnis. Rebuff. vbi sup. nu. 45. vide Felin. in cap. inquisitionis. nu. 3. de accusationib.*

78 Trigesimus est, si quis clericum carcerauerit donec suum beneficiũ resignauerit. *Clem. multorum. §. quod. si inferiores. de pœnis.*

79 Trigesimus primus est, si quis tẽpore suspensionis, & dum erat suspensus se administrationi ingesserit. *cap. 1. §. vlt. & cap. cupientes. §. cæterum. de elect. lib. 6.*

80 Trigesimus secundus est ob crimẽ sodomiæ. *Rebuff. vbi sup. nu. 38. Solcedo vbi sup. in addit. ad cap. 86. literà C.* & habetur in constitutione Pij V. sanctæ memoriæ, quæ incipit *Horrendum.*

81 Trigesimus tertius est, quando resignans beneficium non superuixit per viginti dies post præstitum consensum dictæ resignationi, iuxta *Reg. 18. Cancell. Paris. vbi sup. de resig. benef. lib. 2. per totum.*

82 Trigesimus quartus est, ob non factam publicationem resignationis iuxta formam constitutionis Greg. XIII. fœl. rec. de public. resignat. quam declarat *Paris. vbi sup. lib. 11. per totum.*

83 Et si beneficium sit liberè resignatum coram Ordinario, debet Ordinarius tunc illud conferre infra mensem, aliàs deuoluitur ad Sedem Apostolicam. *Paris. vbi sup. lib. 11. quæst. 2. nu. 6.*

84 Trigesimus quintus est ob non seruatam formam constitutionis Pij Quinti, quæ incipit: *In conferendis.* quam refert *Quaranta vbi sup. in summa Bullarij. in verbo, beneficiorũ parochialium collatio.* vbi resoluit multas dubitationes occasione dictæ constitutionis. & *Maffobr. vbi sup. in princ. d. sua praxis.*

85 Trigesimus sextus est, quando aliqui pro obtinendis beneficiis se ipsos pro alijs supponunt examini, vel annuas pensiones offerunt, seu beneficia pro alijs impetrant, aut ab eis aliquid consequuntur, vel quando pro se ipsis impetrant beneficia cum intentione illa resignandi (reseruata sibi annua pensione, vel non reseruata) ad fauorem aliorum, nam ipso iure tunc vacant prædictorum beneficia, ex constitutione Pauli Quarti, quæ incipit: *Inter cæteras.* quam refert *Gonzal. d. glos. 15. n. 90.*

86 & qui vt facilius consequatur beneficium promittit soluere maiorem pensionem, quam ipsum beneficium ferre possit, committit simoniam, & venit priuandus. ita *Hieron.* Gigas *de pensionib. quæst. 41.*

87 Trigesimus septimus est per adhæsionem, vt si quis in schismate adhæreat Antipapæ, seu hæreticis. *Gonzal. d. glos. 15. nu. 92.*

88 Trigesimus octauus est per obitũ Papæ collatoris, quando fuit collatum ad ipsius beneplacitum. *cap. si gratiosè. de rescript. lib. 6.*

89 Trigesimus nonus est, quando beneficium à Papa collatum esset ad certũ tempus limitatum, tunc enim elapso dicto tempore vacat beneficium, & idem esset, si ita esset ab ordinario collatum. *Rebuff. vbi sup. in praxi in titulo, requisita ad bonam collationem, à num. 16.*

90 Quadragesimus est in beneficio manuali, & amouibili per reuocationem prouidentis, vel ad nutum conferentis. *Gonzal. vbi sup. glos. 5. §. 6.*

91 Quadragesimus primus est per depositionem, seu priuationem. *cap. ex literis, & cap. graue de excessibus prælat. Felin in cap. ad petitionem. nu. 2.*

de

de accusationib. Mandosius in reg. 32. canc. quæst. 8. à num. 13.

92 Quadragesimus secundus est per apprehensionem possessionis de beneficio collato à Papa ante literarũ expeditionem. *Felin. in cap. veniens, num. 3. de accusat. et adest constit. Iulij* III. *sub die 27. Maij* 1553. de qua tractat *Mandosius in reg. 27. cancell. de nõ iudicando iuxta formam supplicationis, quæst. 3. à num. 3. et quæst. 4. à num. 2.*

93 Quadragesimus tertius est, quando quis indebitè retinet scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, illasque non restituit, & istas sciens, & non reuelans, *vt ex const. Iulij* III. *quæ incipit, cum acceperimus in bullario, & de retinentibus bona Palatij Apostolici, vide const. 6.* Alex. VI. *& Clementis VII. const. 1. in bull.*

94 Quadragesimus quartus est, si quis offendat litigantes in Curia Romana, eorumque Iudices, Aduocatos, & Procuratores, vel notarios, per *const.* Alex. VI *quæ incipit, in eminenti Sedis in bullar. de qua Puteus decis.* 102. 103. *&* 104. *lib.* 1.

95 Quadragesimus quintus est, quia per assumptionem ad Papatum vacant beneficia Cardinalis assumpti. *ita Stef. Gratian. discept. forens. c.* 296. *num.* 11. *&* 12.

96 Quadragesimus sextus est, quando quis insordescit in excommunicatione per annum, & amplius, quia tunc talis citabitur coram iudice ad allegandum quas habeat defensiones, quare non debeat declarari vt hæreticus ad textum in *cap. cum contumacia. de hæretic. lib. 6.* & facta tali declaratione, ille remanet ipso iure priuatus beneficijs. *Menoch. de arb. iudic. par. 2. centuria 5. casu 416. nu. 52. & seq.* Conc. Trid. *sess. 25. de refor. c. 3. in fin.* quod tamen declara vt per *Gonzal. d. gloss. 15. à num. 104. Stef. Gratian. vbi sup. cap. 119. num. 3.*

97 Quadragesimus septimus est per decretum, idest, quando Papa confert alicui beneficium cum hoc, quòd infra sex menses dimittat primum beneficium in illius manibus, aliàs eo ipso vacet secundum, aut sit similis clausula de solutione facienda, aut de literis infra certum tempus expediendis, vel aliàs sub eadem vacationis pœna, nam si non adimplentur, vacat beneficium. *Egidius decis. 775. in prin. & Rota decis. 12. de re iud. in nouis*, & in casibus prædi-

98 ctis tempus incipit currere à die capræ possessionis pacificæ. *Verall. dec. 248. par. 1. et dec. 226. par. 2. Put. dec. 51. num. 1. lib. 1.* & est necessaria notitia dictæ pacificæ possessionis. *Gonzal. d. gloss. 15. num. 112.* idem est ra-

99 tione decreti contenti in Indultis Cardinalium; videlicet, quod prouisi à Cardinalibus de beneficijs reseruatis excedentibus valorem. 24. ducatorum teneantur infra quatuor menses si citra montes, & intra octo si vltra montes collationes fiant, à die collationis computandos, nouas prouisiones à Sede Apostolica impetrare, & literas Apostolicas expedire, alioquin elapso dicto tempore dicta beneficia eo ipso censeantur vacare, & hoc in casu dictum tempus currit à die notitiæ integræ de reseruatione, quando vacatio est talis, quæ potuit ignorari, vt ex vacatione per obitũ cubicularij. *et simil. Put. dec. 112. lib. 1. vide Gonzal. dict. gloss. 15. à num. 110.*

100 Quadragesimus octauus est per malam promotionem ad ordines, vt si beneficiatus habens primam tonsuram, vel minores ordines fuerit ad maiores promotus, cum aliàs fuerit inhabilis ex aliquo vitio, seu defectu, vel per saltum, vel aliter, nam

101 si in dictis ordinibus ministrare præsumpserit efficitur irregularis, & eius beneficia ipso iure vacant per constitutionem Sixti V. incipien. sanctũ, & salutare quæ constitutio redacta est ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini à Clemẽte VIII. de qua *Gonzal. d. gloss. 15. num. 128. & glos. 5. §. 10. nu. 33.* idem est in ex-

com-

102 communicato ministrante, seu celebrante, qui fit irregularis, & est priuandus beneficijs. *cap. fraternitati. de Cleric. excommun. ministr. Garc. vbi sup. p.11.c.10.nu.*47.

103 Quadragesimus nonus est per cōfidentiam, veluti quando quis resignat beneficium Titio sub confidentia, vt Titius illud resignet Caio, vel in alijs casibus, de quibus in cōstitutione Pij IIII. quæ incipit. *Romanum* Pontificem. & in constitutione Pij V. quæ incipit. *Intolerabilis. in* Bullar. latè *Flam. Paris. in tract. de confidentijs*.

104 Quinquagesimus est in omnibus casibus, in quibus fundator beneficij ita disposuit, vt ipso iure vacet, vt ob non residentiam, vel per assecutionem alterius simplicis beneficij, vel aliter. *Verall.decis.*290.*nu.*1.*p.*2. Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. rat. atat. nu.*6.

105 Quinquagesimus primus est in primæua erectione, & creatione beneficij, quia tunc vacat, & stante d. vacatione debet à patrono præsentati rector. *Bonifat. de Vitalinis in Clem.vlt.nu.*18.*de rescriptis.vbi glo.*

106 *vlt.* & omnes communiter. & tempus datum patronis ad præsentandū incipit currere statim creato, & erecto beneficio. *Gonzal.d.gloss.*15.*nu.*132.*& glos.*9.*§.vlt,nu.*50.

107 Quinquagesimus secundus est, quando ab aliqua constitutione, seu statuto inducitur ipso iure vacatio beneficij *Gonzal. d.glos.*15. *nu.*133.

108 Quinquagesimus tertius est, quia non incedentes in habitu, & tonsura ipso facto absque Iudicis decreto sūt priuati beneficij ex constitutione Sixti V. relata à Quaranta in summa bullarij, *in v. habitus clericalis*, quamuis non statim amittant fori priuilegium. *Stef. Gratian. vbi sup. cap.*440. *num.*1.

109 Quinquagesimus quartus est per collationem factam consanguineis, affinibus, vel familiaribus collatoris, vel resignantis, in manibus ordinarij collatoris, vt per constitutionem Pij V. relatam à Quaranta vbi supra in *verb. beneficiorum resignationes*. vbi etiam multa resoluit dubia circa talem resignationem.

110 Quinquagesimus quintus est per intrusionem. *cap. ad aures, de excessib. prælat.*

111 Quinquagesimus sextus est per subreptionem, vel obreptionem gratiæ. *Rebuff. vbi sup. in prax. in tit. differentiæ inter rescripta gratia, & iustitia num.*1.

112 Quinquagesimus septimus est per vsurpationem iurisdictionis Ecclesiæ bonorum, censuum, & iurium etiam feudalium, & emphiteuticorum, fructuum, & emolumentorum, & quarumcumque obuētionum, quæ in ministrorū, & pauperum necessitates conuerti debent per se, vel alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorū, seu quacunque arte, vel colore quæsito, in proprios vsus cōuersionem, aut vsurpationem, seu impedimenti præstationem, ne ab ijs, ad quos de iure pertinent, habeantur. *Conc. Trid. sess.*22.*de ref. cap.*11.*Gonzal. vbi sup. gloss.*51.*num.*152.*qui allegat* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, reuertatur. C. de reu. donat. à num.*168. *ad num.* 463. *vbi refert* 104. effectus, seu differentias inter vacationem ipso iure, & vacationem per sententiam.

113 Quinquagesimus octauus est in casu constitutionis Pij IV. quæ incipit *cupientes vnicuique iustitiam*, quæ est *constitut.* 20. *in bullar.* per quam prohibetur iudicibus causarum beneficialium vel criminalium concernentium beneficiorum priuationem, etiam S. R. E. Cardin. Palatij Apostolici Auditoribus, Referendarijs, & quibusuis alijs etiam Archiepiscopali, Patriarchali, & alia quauis maiori dignitate etiam legationis munere fungentibus, eorumque prænominatorum nepotibus, consanguineis, affinibus, procuratoribus, sollicitatoribus, ac domesticis, vel familia-

miliatibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, impetrare, aut ab alijs impetrari à sancta Sede, aut eius legatis, vel quibusuis ordinariis collatoribus sibi conferri, prouideriue facere, ecclesias, monasteria, prioratus, ac alia beneficia ecclesiastica tam in Romana Curia, quam extra eam, aut aliàs quomodolibet vacantia, & vacatura per priuationem irrogatam, seu declaratam in sententia, vel declaratione per ipsos lata, qui omnes vt supra nominati penitus inhabiles ad illa in posterum obtinenda fore, & esse declarantur, & quæcumque impetrationes, collationes, & prouisiones, & quæuis aliæ dispositiones, aut concessiones de huiusmodi ecclesijs, & beneficijs, &c. etiam per Summum Pontificum motu proprio &c. nullæ, & irritæ, ac inanes, nulliusque roboris, vel momenti, ac nullius iuris quæsiti, vel de annali, & triennali, aut aliæ regulæ Cancellar. suffragij fore, & esse denunciantur cum decreto, quod sic priuati ab eis Ecclesijs amoueātur, prout amotos esse in eadem constitutione declaratur.

114 Pluribus etiam modis beneficia vacare possunt de facto tātum quos refert *Kocbier. vbi sup. glos. 7. num. 4.* vt quando quis lōgo tempore abest, & ignoratur vbi sit, vel quando prouisus habet collationem, & non possessionem, vel quando beneficiatus de possessione eiectus est, & nemo illam occupauit, aut quando electus renunciauit; aut quando absens prouisus postea non acceptauit, vel quando intrusus decedit, vel cedit. *Massobr. vbi sup. requisito 1. dub. 2. num. 63.*

115 Notandum est insuper, quòd omnes modi vacationis veniūt sub verbo vacationis præsertim vbi eadem esset ratio. *glos. in cap. si propter. in verbo, vacabunt de rescript. & in cap. susceptum. de rescript. lib. 6. Felin. in c. in nostra. coroll. 37. de rescript. Paris. de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 14.*

116 *num. 24.* sed expresso vno modo vacationis, non veniunt alij. *d. cap. susceptum* quod quinque modis limitat *Felin. vbi sup. relatus à Garc. vbi sup. par. 11. cap. 1. de vacationis modis in communi, à num. 9.* vbi refert multas Rotæ decisiones. *& ibi in cap. 2. 3. & sequentibus per totam dictā partem* latè pertractat de modis vacationum, prout etiam *Aug. Barbosa vbi sup. de off. & potest. episc. par. 3. alleg. 57.*

117 Alijque sunt casus, in quibus ob diuersa delicta quis non est ipso iure priuatus beneficijs, sed priuandus venit per sententiam, vt homicida, publicus concubinarius, sacrilegus, residere nolens, bannitus, & alij, de quibus, *Rebuff. vbi sup. in praxi tit. de mod. amitt. benef. à n. 50. & alij etiam vt per Diaz. vbi sup. in praxi crimin. vbi cap. 131. num. 2.* ait priuationem

118 beneficiorum imponendam esse duntaxat in casibus à iure expressis, per textum *in cap. is, qui in princ. de sent. excomm.* & de causis, ex quibus clerici priuantur beneficijs eleganter pertractat *Marescott. vbi sup. var. resolut. lib. 2. cap. 35.*

119 Interest autem videre, an beneficium vacet ipso iure, siue per sententiā, quia plures sunt effectus, quorū

120 Primus est, quia quando beneficium vacat ipso iure, in ipso puncto, puta statim ac contrahitur matrimonium, vacat. *Rota decis. 707. n. 2. & 3. lib. 3. part. 3. diuers.* & ibi vacat, vbi actus fuit consummatus. *Rota vbi sup. decis. 728. num. 3.*

121 Secundus est effectus, quia quando beneficium vacat ipso iure, si talis iam priuatus decedat, antequam possessionem dimittat, non tamen vacat per obitum illius, sed per matrimonium ab eo contractum, & similia. *d. cap. susceptum. Felin. in cap. 2. num. 23. de rescript. Paris. vbi sup. de resig. benef. lib. 9. quæst. 25. num. 4.* quia si iam vacat ex vno capite, non potest vacare ex alio.

122 Tertius est effectus, quoniam beneficium, quod ipso iure vacauit non potest in fauorem alterius resignari, quia nemo potest resignare quod non habet. *cap. quod autem in fine, de iurep. latè Paris. vbi sup. lib. 1. q. 15.*
123 *num. 1. & lib. 2. quæst. 22. nu. 2.* si autem quis veniret priuandus per sententiam, veluti quia commisit homicidium, posset ante sententiam beneficium resignare ad fauorem alterius *glos. in cap. 2. verbo, finita, vt lite pend. lib. 6. Rebuff. in praxi tit. de mod. amitt. benef. num. 51. Crescent. decis. 6. num. 3. de renunc.*

124 Quartus est effectus, quia quando beneficium vacat ipso iure, potest tanquam vacans impetrari, vt vacuum, secus quando quis per sententiam esset priuandus. *Rebuff. vbi sup num. 52. & 53. Stapbil. vbi supra tit. d. var. mod. vacat. §. considerandi. in fine.*

125 Quintus est effectus, quia quando beneficium vacat ipso iure, ex tunc beneficiatus non facit fructus suos, & ad illorum restitutionem tenetur, secus si per sententiam sit priuandus. *glos. vlt. in c. fraternitatis 12. quæst. 2. Felin. in cap. 1. num. 42. de constit.* Tiraq. *in d. l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 293. cum sequentib.* Nauarr. *in manuali, cap. 23. num. 66. Hoieda vbi sup. par. 1. cap. 13. nu. 63. vbi à num. 59. ad nu. 67.* in dicto proposito plures alios effectus enumerat.

126 Sextus est effectus, quia ad illud, quod venit ipso iure, statim quis tenetur in foro conscientiæ, etiam ad pœnam. *Felin. in dicto capit. 1. num. 43. de constitut.* & est communis opinio.

127 Septimus effectus est, quoniam quando aliquid fit ipso iure non est locus pœnitentiæ. *glos. in clem. ne in agro. §. quia vero. verbo ipso facto, de statu monach. Bald. in Auth. habita col. vlt. C. ne fil. pro patre.* Dec. *cons.* 138. neque tunc admittitur moræ purgatio. *l. si is, cui, & ibi* Bart. *ff. de*
128 *leg. 2. glos. in cap. cupientes. §. quod si per viginti. verbo expectari, & ibi Doctores de elect. lib. 6. Salicet. in l. semel mora. col. 5. ff. sol. matr.*

129 Octauus est effectus, quia cum quis ipso iure priuatur beneficio, statim dictum beneficium conferri potest nulla data mora, neque citato possessore, secus si per sententiam esset priuandus. *per text. in cap. cum in cunctis. in princ. iunctis dictis per Bald. ibid. de elect.* & eadem ratione si sit beneficium iurispat. patronus potest præsentare.

130 Nonus est effectus, quia quando quis non priuatur beneficio ipso iure, sed expectatur sententia, non impeditur interim agere, & ius suũ prosequi, secus si ipso iure sit priuatus. *glos. in l. his consequenter. §. 1. verbo, non pertinere. ff. fam. ercisc.* & idem est in causa beneficiali. *Innoc. in cap. inter dilectos. post princ. de excess. prælat.* & beneficia vacantia per
131 priuationem sunt reseruata, *vide Massobrium vbi sup. de requisito 1. dub. 4. & 5. Eneam de Falcon. de reseru. quæst. 3. num. 12.*

132 Decimus est effectus, quia quando actus est nullus ipso iure, non confirmatur iuramento, secus si sit nullus ope exceptionis, seu restitutionis. *Bald. in l. non dubium. opposit. 17. C. de legib.* ea ratione, quia quando actus est ipso iure nullus non est confirmabilis. *Roman. cons. 12. nu. 2.*

133 Vndecimus effectus est, quia quando pœna imponitur ipso iure non est opus alia iudicis sententia declaratoria commissi criminis antequam procedatur ad executionem pœnæ. Tiraquell. *d. l. si vnquam verb. reuertatur, nu. 398. Geminian. in cap. vbi periculum. §. præterea not. pen. de elect. lib. 6.* quia canon latæ sententię habet vim sententiæ hominis. *glos. in l. amissione. §. qui deficiunt. vbi* Bald. *ff. de cap. diminut.* vt est in emphyteu
134 ta, qui ipso iure priuatus est emphyteusi in certis casibus. *Innoc. in cap. potuit. de locato.* Dec. *cons.* 146. *Corbulus*

bulus de iure emphit. Licet alij contrarium teneant.

135 Duodecimus est, quia, quamuis sint multæ distinctiones, vtrum quis possit venire contra factum propriũ, vt tradunt Bart. & Bald. in l. post mortem. ff. de adopt. attamen quando factum est ipso iure nullum, tunc potest quis contra factum proprium venire. gloss. in l. 1. vbi Bald. C. de liberali causa.

136 Decimus tertius effectus est, quia quod ab initio est ipso iure nullum, tractu temporis non validatur etiam sublato impedimento, quod reddebat illud nullum. glos. in cap. non firmatur de reg. iur. lib. 6. neque potest ratificari. glos. vlt. in cap. cum nos, de his quæ fiunt à præl. sine consf. cap.

137 Decimus quartus est, quia qui tutus est ipso iure, non habet necesse opponere. Bald. in l. si cum exceptione, in princ. in 2. lectura. ff. quod quisque iuris.

137 Decimus quintus effectus est, quia sublato principali, ipso iure, sublatũ est, & accessorium. l. cum principalis. ff. de reg. iur. & centum, & quatuor effectus, & differentias vacationis ipso iure, seu priuationis ponit Tiraquell. in d. l. si vnquam, verb. reuertatur à num. 268. ad 463. C. de reu. donat. & per quæ verba intelligatur, & inducatur vacatio ipso iure, vel pri-
139 uatio, seu per sententiam tradit Fel. in cap. Rodulphus, à num. 24. de rescr. & Tiraq. vbi sup. à num. 41. ad 244.

140 Et quomodocumque vacent beneficia in mensibus ordinariorum, possunt per ordinarios conferri, nisi sint reseruata vel aliter cautum sit. Nauarr. cons. 18. num. 3. de præb. sed quando vacat beneficium ipso iure,
141 vel per sentẽtiam ex aliqua de causis supradictis, non possunt prouideri de tali beneficio, nec à Sede Apostolica, neque ab ordinario illi, qui fuerunt iudices dictarum causarum, neque eorum nepotes, &c. prout supra dixi in 58. modo vacat. ex const. Pij IV. quam etiam refert Gonzal. d. glos. 15. num. 157. & 158. & in praxi notandum est, quod si quis executor
142 literarum Apostolicarũ declaret literas non esse exequendas tanquã subreptitias puta, quia non sint expressa obtenta, non potest, dictum beneficium vacans ob illam causam impetrare, & per dictam constitutionem remanet priuatus, & ita per tres sententias conformes fuit iudicatum in Vrbe.

143 Et est notandum, quòd quando beneficium vacat de iure, licet non de facto, patronus potest alium præsentare. Rota decis. 9. de iurepat. in antiq. Gonzal. d. gloss. 15. §. 1. nu. 43. cap. licet. Episcopus. de præb. lib. 6. non vocato possessore, quod procedit in rectore priuato per sententiã. Felin. in cap. ceterum. num. 24. de rescript. Lamber. vbi sup. d. quæst. 6. art. 9. & 10. idem est si rector ecclesiæ patro-
144 natæ ob delictum sit ea priuatus, & ea vacet. c. si Papa. dist. 40. cap. 2. & cap. vlt. de cler. non resid. Abb. & alij in cap. ad petitionem de accus. quia tunc patronus potest præsentare, nisi rector sit priuatus ex delicto, quo erat inquinatus tempore præsentationis, & quod delictum erat notum patrono, qui tunc pro illa vice quia præsentauit indignum scienter, priuatur iure præsentandi. cap. cum vos, vbi glos. in verb. minus idonei, & ibi Abb. de off. ord. facit distinctio. Abb. in cap. innotuit, num. 7. & 8. de elect. Lambert. vbi sup. art. 8. si vero rector
145 sit priuatus ob iniustitiam iudicis si non appellauit, patronus rectè alium præsentare poterit, quia pro sententia præsumitur, si non fuerit reuocata. c. cum inter, & cap. sicut de re iud. & ideo facit ius inter partes. d. c. cum inter. & ibi Abb.

146 Et si pendente lite inter duos electos, seu præsentatos cõtingat vnũ illorum mori, vel liti cedere, non potest alius eligi, seu præsentari, qui assumat illius iura. cap. 1. vt lite pend. lib. 6. quod etiam indistinctè locum habet in præsentatis à patronis ecclesia-

clesiasticis, cum eorundem præsentationes censeantur electiones, vt per *Abb. in cap. cum autem, num. 3. & in cap. pastoralis, num. 4. de iurep. & tex. in cap. pastoralis, num. 4. de iurep. & tex. in d. cap.* 1. habet etiam locum in duobus præsentatis à patronis laicis, quando vnus ex eis moritur, vel renunciat post tẽpus quadrimestre datum laicis ad præsentandum, & ideo si alius tunc fuerit præsentatus non tenet præsentatio. *c. 2. ut lit. pend. lib. 6*

147 Quod si mors, vel renunciatio eueniat ante lapsum dicti quadrimestris secus est, quia tunc laicus patronus potest intra dictum tempus accumulãdo variare, aliumque præsentare. *cap. cum autem, de iurepatr. Lambert. ubi sup. art.* 12. & per mor-
148 tem vnius ex collitigantibus fit subrogatio viuentis, qui debet habere beneficium exclusis alijs. *Ludouisius* qui fuit Greg. XV. *decis.* 125. *num.* 1. *d. cap. 1. ut lit. pend. lib. 6.* & intra mẽsem debet peti subrogatio. *Gregor. d. decis.* 125. *num.* 16. *& seq.* & gratio-
149 sè subrogatus tenetur tantum iustificare clericatum, litem, seu reseruationem, & obitum collitigantis in possessione. *Gregor. decis.* 32. 103. 306. 307. 394. & 426. *et ibi annotat. uide Zecchium de benef. et pens. c.* 12. *num.* 20. *et Riccium in d. praxi rer. for. eccl. dec.* 176.

150 Et quomodocumque vacet beneficium, semper patroni possunt præsentare, quia vbi datur vacatio, ibi datur, & præsentatio. *cap. ult. et ibi Doct. de conc. præb. Lamb. ubi sup. art.*
151 18. & si detur coadiutor cum futura successione rectori ecclesiæ patronatæ requiritur consensus patroni, nisi ei sit expresè derogatum, si autem
152 detur coadiutor ad vitam rectoris tantum, tunc benè esset habere consensum patroni cum agatur de interesse ecclesiæ patronatæ, vt per *Doct. in c. ult. de cler. ægrot. Lamber. ubi sup. art.* 20. nec potest rector eligere sibi successorem. *Lamber. ibi art.* 21. non
153 tamen dicitur vacare beneficium per obitum illius, qui habet ius ad rem dumtaxat. *glos. ult. in cap. penult. de præb. lib. 6.* Rota *decis.* 6. *num.* 2. *de elect. in nouis.* sed tunc vacat beneficium, vt prius. *Gonzal. d. gloss.* 15. *§. 2. num. 2.* & ibi dicitur vacare pri-
154 mum beneficium, vbi apprehenditur possessio secundi beneficij, & debet attendi locus, vbi procurator puta ad contradendum matrimonium exercet tale ministerium. *glos. in cle. 1. uerbo collatio ubi Card. et Doct. communiter, ut lite pend. Gonzal. d. §. 2. num. 8. et seqq. ubi num.* 25. ait in dubio ibi præsumi vacare beneficium,
155 vbi beneficiatus habebat domicilium, & si residentiam habebat, præsumitur vacare in loco residentiæ. *d. cle. 1. §. quod si unum.*

156 Cum autem beneficia vacantia in Curia sint Papæ reseruata. *cap. 2. de præb. lib. 6.* comprehenduntur etiã
157 beneficia iurispatr. personarum ecclesiasticarum, cum earum præsentatio sit electio, laicorum autem non. *Card. in clem. 2. quæst. 7. de præb. per glos. ibid. in uerbo Apostolicis*, & hanc esse communem testatur *Rocch. de Curte de iurep. in verb. honorificum nu. 7. et seqq.* præsertim cum in *d. c.* 2. non fiat mentio de præsentatione, & tamen ponatur differentia inter conferre, eligere, prouidere, & præsentare. *cap. cum in illis. §. cum autem*
158 *de præb. lib. 6.* attamen etiam beneficia iurispat. laicorum comprehenduntur in d. generali reseruatione, & Papa solet conferre cum expressa derogatione iurispatr. in totum pro ea vice, excepto iurepat. ad Reges pertinente. ita alios adducens concludit *Paris. ubi sup. tom. 1. lib. 2. q. 4. num. 45. 46. et 47. uide praxi Arch. Leonis par. 2. cap. 20.*

159 Et quatenus Massobrius vbi supra *prælud. 7. de ecclesia patronata dub. 2. num. 8. et 9. fol. 47.* dicit, quod Parisius, & ego decipimur, eo quia, vt ipse dicit, quando beneficium vacat in Curia propter non factam publicationem resignationis, vel ex ui de-

creti

creti de dimittendo beneficium incompatibile tunc Papa non confert cum derogatione iurispat. in totum, sed cum clausula accedente consensu patronorum, rectè dicit Massobrius, & ita locuti sumus Parisius, &
160 ego, quia nitimur auctoritate *Staphi. de grat. expectat. & liter. ad vacat. tit. de modo, & forma impetrandi. ver. sequitur videre. fol. mihi 46. & Mandos. de signat. grat. verb. derogationes iurispatronatus*, & aliorum quos ibi refert Parisius, & secundum Doctores, quos allegamus intelligendi sumus, qui loquuntur, vt loqui-
161 tur *Massob. dicit Mandos. ibi.* dum vacant beneficia per obitum apud Sedem, tunc derogatur etiam in totum ex *d. c. 2.* quod non procedit in iurep. regum, *& cat. & Staphil. ibi num. 10.* ait, quod in beneficijs vacantibus per obitum apud Sedem, etiamsi sint iurisp. laicorum, solet derogari in totum, secus quando
162 vacant ibidem aliter quam per obitum, quia tunc non solet derogari, fuisset enim ridiculum, quod Parisius vir disertissimus hæc ignorasset, & aliter intellexisset, propterea bene locuti sumus.

163 Si autem beneficia curata vacent in Curia Sede Apostolica vacante, vel vacauerunt ante obitum Papæ, si de illis ante suum obitum non fuerit prouisum, tunc potest Episcopus loci, in quo sunt ecclesiæ curatæ vacantes liberè illas conferre. *cap. si Apostolica. de preb. lib. 6. vide Gonzal. vbi sup. in §. 5. proœm. à num.* 125. facto tamen concursu iuxta dispositionem *Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap.* 18. & cū per obitum Papæ expirent Regulæ
164 Cancell. si Sede Apostolica vacante in partibus aliqua Cathedralis Ecclesia vacaret, possent Capitulum & Canonici nouum Episcopum eligere, quem Metropolitanus postea confirmaret, vt per *Gonzal. ibid. à nu.* 119. sed obstant constitutiones Summorum Pontificum, quibusuis datur forma examini, & processiui Episcoporum promouendorum, quæ forma impleri non potest Sede vacante, ideo erit expectandum, quod Papa eligatur. Et ad hoc declarandum affertur Rotæ decisio, quæ est

In *Andrien. Archidiaconatus* 5. *Decembris* 1625. *coram Domino Merlino*.

Sanctæ mem. Gregorius XV. è viuis sublato, & antequam Sanctissimus D.N. ad Apostolatus apicem assumeretur, vacauit Archidiaconatus, de quo agitur per obitum Vangellæ, & de eo fuit per Ordinarium prouisus Ioannes, & postmodum à Sanctissimo fuit collatus Riccardo, & per A. C. vigore breuis relaxatum mandatum cum declaratoria contra dictum Ioannem, qui appellauit, & causa mihi commissa cum clausula, parito, arbitrio Rotæ, super hoc arbitrio hodie proposui dubium, & Domini dixerunt, illud non intrare pro retardatione executionis, quoniam dicta clausula, arbitrio, intelligitur prout de iure *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. videbitur. n.* 8. *et dicit Rota in Meten. Prioratus.* 2. *Decembris* 1622. *coram me.* & in alijs ibi allegatis, iuri autē consonum est, vt literæ Apostolicæ si sint iustificatæ, executioni omnino demandentur. *Mobed. decis.* 13. *vt lit. pend. Rot. recent. dec.* 558. *num.* 2. *par.* 1. *et in Fanen. pensionis.* 20. *Maij* 1624. *coram me.* in præsenti vero huiusmodi literæ iustificatæ visæ sunt.

Nam quod iste Archidiaconatus sit prima dignitas in Cathedrali, & sit reseruata, iuxta regulam Cancellariæ tertiam, hodie quartam, præsumptio iuris suadet, quia de iure regulariter Archidiaconatus est prima dignitas, *Aret. cons.* 23. *num.* 7. *vers. quia de iure communi.* cum alijs cumulatis per *Adden. ad sanct. mem. Greg. XV. decis.* 411. *nu.* 5. & concurrit etiam specialis consuetudo huius ecclesiæ, & vltimus status, cum aliàs hæc præbenda fuerit tanquam prima dignitas d. Vangello, & alijs collata,

& demum dantur testes asserentes hunc Archidiaconatum esse,& communiter reputari primam dignitatē.

De obitu autem, & possessione Vangellæ, & alijs narratis non dubitatur, quia cum ijsdem narratiuis vterque prouisus impetrauerat.

Dubitatio verò tota versabatur in reseruatione, & difficultatem faciebat, quod huius Archidiaconatus vacatio contigerat Sede Apostolica vacante, quo tempore regulæ Cancell. desinunt, nec aliquid operantur, per mortem enim Pontificis cōditoris,earum vis, & authoritas expirarunt. *Caputaq. decis.86. num.3. lib.1. Seraph.decis.980. num. 12. Gomes.in proœm.regul.quæst.1.nu.2.Paris.de resign.lib.11.quæst.2.num.31.* & ideo Sede Apostolica vacante, omnes menses sunt ordinariorum, possuntque Episcopi tanquam ad ius commune reuertentes prouidere de beneficiis vacātibus in quolibet mēse. *Caputaq.d.dec.86.num.1. par.1. & decis.214.num.5. par. 2. Gonzal. sup.reg.8.§.5.proœm. nu.46.* Verùm Domini in hoc articulo distinguebāt duos casus, Primus est,quando agitur de reseruatione, quæ fit ratione temporis, prout in reg.8.tunc enim reseruatio, & affectio non contrahitur, nec inducitur nisi in mensibus in d.reg.8. statutis vacatio beneficij contingat, & ad effectum huius reseruationis consideratur illud tempus vacationis. *Cassador.decis.8.nu.9 & 12.de præb.Rot.dec.774.num.3.& 10.lib.3.par.3.diuers.* quia hæc reseruatio beneficij inducitur solum in ipso obitu possessoris, & vacationis contingentis tali mense Sedi Apostolicæ ad conferendum assignato. Vnde si talis vacatio cōtingeret Sede ipsa Apostolica vacante, etiamsi aliàs esset mensis Apostolicus, nihilominus collatio spectaret ad ordinarium, quia vacatio Sedis Apostolicæ impedit, & excludit reseruationem, & regulæ Cancellariæ tunc non operantur,& ita procedunt Doctores allegati, & considerat *Gonzal. sup. reg.8. §.1. proœm. num.74. post med. vers. secus vero in reg. nostra.* & alij inferius allegādi,alius verò est casus, quando agitur de reseruatione, quæ inducitur vel ratione personarum, vt puta, quia possidens beneficium erat familiaris Cardinalis, vel collector, vel subcollector, vel alia adesset reseruatio, quæ personæ possessoris hæreret,vel ratione ipsius beneficij, vt quia esset prima dignitas, monasterium, vel alio modo ratione rei affectum Sedi Apostolicæ, tunc enim etiamsi vacatio contingat Sede Apostolica vacante,attamen collatio spectat ad futurum Papam, quia hoc casu reseruatio non inducitur in ipso obitu possessoris, & sic in vacatione, quo tempore iam regulæ Cancellariæ expirarunt, sed reseruatio fuit inducta, & iam infixa à principio statim ac ille fuit familiaris, collector,vel subcollector, vel beneficium fuit prima dignitas, vel alio modo antea affectum Sedi Apostolicæ, quo tempore Regulæ Cancellariæ vigebant, & suum effectum, nempe reseruationem iam induxerāt & quamuis Sede Apostolica vacante dictæ regulæ Cancellariæ,tanquā authoritatis tunc destitutæ non inducant eo tempore reseruationem, non inde tamen reseruationes prius viuente Papa, & regulis vigentibus inductæ, & infixæ desinunt, nec expirant, imò beneficium semel affectum semper remanet affectum. *extrauag. ad Romani.de præb. Anchar. cons.138.num.3.Gemin. cons.93. nu.16.* qui hoc tritissimum dicit axioma *Rota decis.10.de præb.in nou. & dec.11.num.2.et decis.31.num.1.eod.tit.* & in terminis reseruationis ratione familiaritatis, vel alterius qualitatis personalis, quod etiamsi familiaris, vel alius decedat Sede Apostolica vacante,nihilominus collatio spectet ad Papam, & ordinarius non possit se intromittere tradidit *Gemin. seu potius Felin.ad dictum illius cons.93. num.16.*

*num.16.idem Felin.in c.in nostra. coroll.2.num.20.vers. et caue. de rescr. Sarnen.super reg. de publicam resign. quæst.6.num.6.vers.sic etiam Simon. de reseruat.quæst.17.num.1. vers.sed hodie,et num.*5. & etiam in terminis reseruationis ex eo, quod beneficiũ sit prima dignitas, prout in casu nostro. *Gonzal.sup.reg.8. d.§.5. proœm. num.43.vers. quia hoc rectè procedit. Cochier. in addit. ad antiq. glos. in proœm.num.21.in fin. Garz.de benef. par.5.cap.3.nu.789.* & fuit pro maiori parte Auditorum hoc idem resolutum in Rota tempore Gambari, vt ipse testatur in *tractat. de off. leg. lib.3.n.180. et seqq.* & idem censuit Rota in *Abulen. parochialis.* 24. Ian. 1594.*coram bo. mem. Corduba.* quæ est apud *Garz.d.loco num.791.*

Non obstat, quod Riccardus in sua gratia nõ narrauerit reseruationem ex eo, quòd beneficium esset prima dignitas, sed quod vacauerit in mense Apostolico, quia contrariũ apparet ex lectura ipsius gratiæ. Et ita vtraque parte informante. &c.

Quòd autem Religiosi venerabilis Societatis Iesu per emissionem trium votorum simplicium non amittant beneficia, neque pensiones, fuit dictum in *Nullius, seu Caputaq. pensionis* 18.*Aprilis* 1616.*coram Martino Andrea,vt infra.*

Res non noua, sed à Doct. non tacta, & in hoc Sacro Auditorio nũquam proposita, dedit causam disputationi corã me in specie huiusmodi, ex facto enim inciderat, quòd aliàs auctoritate Apostolica fuerat reseruata annua pẽsio duc.100.monetæ Neapol. super fructibus Abbatiæ S. Angeli ad Fossanellam nullius diœcesis Prouinciæ Salernitanæ, ad fauorem D. Francisci Neri Presbyteri, qui cum post plurium annorum exactionem Venerab. Religionem Societatis Iesu ingressus fuisset, ac elapso biennio probationis, in ea tria vota simplicia emisisset, hinc Abbas prætendebat fuisse extinctam pensionem, quòd negabat D. Franciscus; ideoque causa commissa in Rota, dubitaui, an per emissionẽ triũ votorum simplicium post biennium probationis esset extincta pensio, & Domini vnanimiter negatiuè respondendum putarunt.

Quamuis enim adscripti huic Societati postquam emiserint tria vota simplicia, verè, & propriè sint Religiosi, vt diffiniuit S.*me.Greg.XIII. in sua constit. incip. Quanto fructuosius. sub Dat.Roma Kal. Febr. anno* 1582. *et in alia incip.Ascendẽte Domino, sub dat.8.Kal.Iun.1584. et tradunt* Nauarr.*de regularib.comment.1.nu.19. Mandos.cons.13.nu.3. et seq.* Eman. Roderic.*quæst.regul. tom.1. quæst.1. ar.4.Carol.Tap.in auth. ingressi verbo, monasteria.tom.10.num.8.C.de sacros.eccl. Garz.de benef. quæst.7. c. 10.nu.53.vers.et clarius patet.Sanch. de matrim. lib.7. disp.25. nu.15.* nihilominus secundũ statuta dictæ religionis auctoritate Apostolica confirmata ante solemnem professionẽ possunt retinere beneficia, quæ ante ingressum habebant, appellatione autem beneficij in hac materia larga, & fauorabili, vt mox dicetur, venit pensio. *Abb.in cap.audientiam, il 2.in 1.not. et ibi Felin. in princ.de rescript.Gig.de pens.quæst.28. num.1. et 18. idem quæst. 57. num. 5. in fine, et seq.* vbi propterea concludit, quòd sicut per professionem vacat beneficium, ita etiam extinguitur pensio, & idem tradit G*abr. cons.* 187.*num.11.lib. 2. Nauar. cons.11. num.2.de temp.ordin. Garc. vbi sup. par. 1. c. 5.num. 114.* ergo si à pari procedunt vacare beneficium, & extingui pensionem, vbi sumus in causa uacationis beneficij, quando è cõtra non uacat beneficium, ut in casu nostro per emissionem trium simplicium uotorum, nec dici potest extingui pensio; quia quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito, *l.et si contra,*

ff.de

ff. de vulg. l. vlt. §. fin. ff. de leg. 3. et vtrobique Bart. *et Doct.* Præsertim in vtraque constitutione Gregorij XIII. scilicet *in 1. in vers. quòd vero ad paupertatem, & in 2. in vers. & licèt*, expressè conceditur, vt qui emiserit dicta tria vota simplicia possit retinere ius, & dominium bonorum suorum, ad effectum ea distribuendi in pios vsus, appellatio autem bonorū latissimè patet, vt etiā comprehendat pensiones, saltem vbi viget eadem ratio, vt fuit dictum in C*onchen. pensionis. 6. Martij* 1598. *coram* Peregrino, vbi quod aliàs hoc habuit pro absoluto, & vbi prout hic concurrit fauor materiæ, ex infra dicendis in *vers. minus etiam*.

Vlterius hæc emissio trium votorū simplicium, quicquid sit quoad ipsos emittentes, qui quantum in eis est, remanent perpetuò obligati, nō sit irreuocabiliter quoad ipsam societatem, cuius superior generalis potest eos semper dimittere cum causa etiā absque illorū culpa, iuxta statuta dictæ Religionis, & præfatas cōstitutiones, & cōfirmationes Apost. Vnde vt maiorē Societas haberet libertatē illos, si opus esset cū minori offensa dimittēdi, sapiēter fuit prouisum, vt eis liceret retinere bona sua, & beneficia, nè postea dimissi eis priuati remanerent, vt in *const. d. societ. p. 4. cap. 4. litera E, in fine, & par. 6. cap. 2. lit. H. & in examin. gener. c. 4. vers. interrogetur, & num. 5. & in 1. Congreg. gener. tit. 6. decret. 61.* quæ ratio expressè legitur in *d. constitut. Gregoriana incip. Ascendente Domino. ante med. vers. & licet qui ad gradus professorum*, & est eadem, qua motus Bonifacius VIII. in *c. beneficiū de reg. in 6.* decreuit beneficium ingressi Religionem intra annum probationis non vacare, vt in specie animaduertit R*ibadaney in tract. de Rati. instit. Societ. cap. 18. ante med. vers. y por esta misma causa, & ideo* A*rchid. ibid. num. fin. vers. ad hoc dicas, post Tancred. & Bartolom. Brix.* tenet, quod beneficiatus interim facit fructus suos, quia potest ad seculum reuerti, sequitur *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 8. num. 34. in fin. Siluest. in verbo, religio il 2. nu. 8. ad med. vers. reliquum verò. Eman. Roderic. vbi sup. tom. 1. quæst. 37. ar. 1. vers. 3. nota.* quæ ratio militat etiam in pensione.

Et licet ille text. in d. cap. beneficium, loquatur de ingresso, qui nōdum emisit professionem, attamen eius ratio attendenda est, quia scilicet ille potest ad seculum redire, quæ ratio æquè militat in eo, qui emittit dicta tria vota simplicia, atque ita idem ius debet procedere ad *text. in l. illud. ff. ad l. aquil. & cap. in causis. de re iud.* ratio enim dicitur communis lex ad omnes casus. C*alder. cons. 1. ad med. vers. nec obstat de regularib.* A*ym. cons.* 190. *num. 2. Rimin. Iun. cons. 67. num. 17. & cons.* 510. *nu.* 30. ideo non est curandum de casuum diuersitate, vbi adest eadem ratio, quia tunc non dicitur fieri extensio, sed comprehensio. *glos. in c. 1. verbo,* Italiæ, *de temp. ord. in 6. Calder. cons. 1. in princ. vt lit. pend. Crauett. cons.* 183. *num. 3. & d. cons.* 190. *num. 2. Rimin. iun. dict. cons. 67. num. 17. & seq.* Put. *decis. 55. num. 3. vers. et hoc sine difficultate, lib. 3.* & ita in proposito rationem illius text. applicat Ribadaney vbi sup.

Vni etiam ex DD. placebat, quòd *text. in d. c. beneficium.* quē extendūt Doctores ad vacationem pensionis post emissam professionē minimè applicetur casui nostro, quia loquitur de professione expressa, vel per susceptionē habitus professorum scienter, vt habetur in dict. text. quem intelligunt Doctores, quādo ex ipsa susceptione habitus professorum inducitur professio tacita, aliàs secus. I*o. And. in d. c. beneficium, in verb. professorum.* Franc. *num. 1. vers. 3. nota. Eman.* Roder. *quæst. reg. tom. 1. quæst. 37. art. 1. ante med. vers. circa quam constitutionem*, quæ professio siue expressa,

pressa, siue tacita, non conuenit huic emissioni trium simplicium votorũ, & ideo bene arguere licet ab eo, quod nullibi cautum reperitur, quod per eam vacet beneficium, & per cõsequens, nec dici possit extincta pẽsio, prout in simili arguit *Archid. in d.c.beneficium. ad fin. super verb. portione, vers. tu qui tenes contra:* & post eum *Io.And. num. 3. post med. vers. dicit autem Anchar. num. 1. ad fin. ver. idem Archidiac. et ibi etiam Dominic. num. 7. circa med. in glos. fin. et Franc. num. 6. in princ.* & hanc differentiam inter professionem expressam, & hãc simplicem emissionem votorum, ad istum effectum agnoscit *Ludouic. Mirand. in manual. prelator. regular. q. 10. art. 3. ad fin. vers. quod si Innocentius, et Rybadeneyr d.c. 18. ad fin. ver. y repugna.*

Quibus optimè conuenit, quòd illi, qui emiserunt dicta simplicia vota in hac societate, donec expressè in ea professi fuerint, semper dicantur esse in probatione, vt in *exam. gener. c. 4. num. 17. et in const. par. 4. cap. 4. in declaratione, sub lit. E, in fin. et part. 5. cap. 2. et par. 10. nu. 7. vers. non enim alij. et in d. confirmatione Iulij III. ad finem uers. hæc sunt.*

Vltimo pro hac parte facit obseruantia subsecuta, & vniuersalis, atque inconcussus vsus dictæ Societatis, in qua tàm Nouitij, quàm illi, qui emiserunt dicta simplicia vota retinent ius, & dominium bonorum suorum, non solum temporalium, sed etiam in specie retinent beneficia, & pensiones, quæ obseruantia est optima legum interpres. *l. si de interpretatione. cum seq. ff. de legib. Surd. cons. 362. num. 10. Pat. dec. 12. lib. 3.* de cuius viribus non potest dubitari cum nedum non repugnet dictis cõstitutionibus Apostolicis, verum etiam illis sit maximè conformis.

Hinc facilè patet responsio ad omnia ex aduerso deducta pro Abbate. nam quod ex emissione trium votorum simplicium dicti Patres Societatis Iesu constituantur veri regulares non secus, ac alij quorumuis ordinum Regularium professi iuxta dictam constitutionem Greg. XIII. non impedit, quin ipsi interim possint retinere ius, & dominium bonorum suorum, donec superior aliter mandauerit, vt cauetur expressè in dicta constitutione, & alijs supra relatis. in quo isti Regulares non sortiũtur naturam aliorum regularium, sed penitus diuersam, ità quod non liceat ab alijs Regularibus ad istos arguere, cum ex diuersis non fiat illatio. *l. Papinianus exuli. ff. de minorib. c. dilectus, de offic. ordin. cum alijs per Euerar. in loco à separatis. nu. 1. et 2.* & quod his temporibus, & in hac Religione hoc speciale sit, ac diuersum ab alijs Religionibus in puncto tradunt *Vasq. in par. 2. tom. 2. disput. 165. nu. 104. in fin. Eman. Roderic. ubi sup. d. act. 4. post princ. uers. differt tamen. Less. de iust. iur. lib. 2. c. 4. dubit. 5. num. 27. Molin. de iust. tract. 2. disp. 139. col. 3. uers. illi, qui finito. Ludouic. Mirand. in manual. prelat. quæst. 10.* in conclusione, & respõsione ad primum. *Rybadaneyr. d.c. 18. Garc. de benef. p. 7. cap. 10. num. 62.*

Nec obstat quod cum dicta facultas retinendi bona sua limitetur ad tẽpus iudicio generalis, nec illis possint vti sine superioris licentia, id nõ destruit præcedens votum paupertatis, quin operetur suos effectus, prout idem est de iure communi, quo inspecto similis concessio à Prælato facta non repugnat voto paupertatis, *Abb. in cap. 1. num. 4. in 3. not. de stat. monach. Syluest. in uerb. religio 6. num. 7. uers. si autem prælatus. Rot. decis. 772. num. 2. et seq. par. 1. et dec. 216. num. 12. et 13. par. 2. diuers.* & in hac Societate *Gabr. cons. 28. num. 3. uers. neque uero lib. 1.* Vnde aut istud indultum concessum Societati retinendi bona propria, est conforme iuri communi, & sicuti illo attento, nihilominus pensio extinguitur, ita etiam in hoc casu non obstante indulto

dulto propter passiuam interpretationem à iure communi, aut continet priuilegium contrarium, & tamquã exorbitans, cum loquatur de bonis, quæ propriè sunt temporalia, & patrimonialia, non debet extendi ad beneficia, & pensiones, quæ sunt ecclesiastica, & spiritualia. Quia respõdetur, quòd licet alij Regulares possint de licentia Prælati habere administrationem temporalem, & vsum quorundam bonorum, non tamen possunt habere dominium, & proprietatem. *cap. cum ad monasterium. in fin. ibi. nec æstimet* Abbas, *quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare. de statu monach. c. non dicatis. vbi Præposit. num.12. in 1. conclus. 12. quæst.1. Calderin. consf. 2. in princ. vers. & ratio de regul.* Carol. Tap. *vbi sup. in verb. ipso ingressu. cap.3. nu.33.* Iacob. de Graff. *dec. aur. par. 2. lib. 3. cap. 18. num. 23. & ideo in cap. 2. de stat. monach.* Butr. *num.10.* Abb. *num. 4.* & communiter Doctores notãt, quòd Abbas nõ potest dispensare cum monacho, vt teneat peculium, vt proprium, sed quoad administrationem, & idem in pensione tradunt. Panorm. *in cap. nisi essent. nu.12. de præb.* Carol. Tap. *vbi sup. num.43.* Iacob. de Graff. *d. ci 18. nu.47.* & in specie in hoc differre istos Regulares Societatis ab alijs Regularibus quòd isti, qui emiserũt tria vota, possunt ad tempus, arbitrio Superioris retinere dominium bonorum, sed sine vsu, & administratione, cæteri verò possunt tenere administrationem, & vsum, non tamen dominium. *trad. Eman. Roderic. vbi sup. d. quæst. 1. art. 4. post princ. vers. differt tamen.*

Negari igitur non potest, quin illa facultas retinendi ius, & dominium bonorum suorum in persona regulari attento iure communi, quodammodo afficiat, & limitet votum paupertatis, etiamsi de illis non possit ad libitum disponere, & sit etiam parata arbitrio Superioris illud dominium à se abdicare. Less. *vbi sup. cap. 41. dubit. 8. num. 7. ad med. vers. nihilominus. & num. 71. vers. 2. est.* Vnde necessaria fuit authoritas Romani Pontificis, qui ex causa potest super huiusmodi voto paupertatis, cum monacho etiam remanente monacho dispensare, vt post. Inn. *in d. c. cum ad monasterium. num. 2. est communis op. Canonist. ibi. & in d. cap. non dicatis. vbi Præpos. num. 12. in 1. concl. & num. 13.* dicit communem, prout Nauar. *ibid. in commen. 2. de regular. num. 17.* fatetur communem; licèt ab ea discedat. Couar. *in cap. 2. num. 10. & seq. de testam.* Greg. Lop. *in l. 2. verbo, non puede. tit. 6. p. 1.* Garc. *de benef. par. 7. cap. 10. nu. 60. & 91.* Eman. Roder. *vbi sup. in vers. cui obiectioni.* Qui omnes ita respondẽt. *text. in d. c. cum ad monasterium in fin.* vbi dicitur, quòd abdicatio proprietatis, sicuti & custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere, vt scilicet intelligatur sine causa, non autem cum causa, prout in casu nostro.

Et ratio est, quia voto paupertatis, & illius substantiæ non tàm repugnat dominium, quàm vsus, & sola ecclesiæ constitutione monachus est incapax dominij, quo fit, vt Papa, qui est supra ius, & ecclesiæ constitutionem rectè possit illum facere habilem, & capacem dominij etiam manentem monachum, modo quoad vsum religiosam paupertatem seruet & sit paratus arbitrio Superioris quandocumque dimittere, vt in puncto declarat Vasq. *in 1. 2. tom. 2. disp. 165. cap. 6. per tot.* Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 4. dubit. 5. num. 27. vers. vbi notandum,* Ludouic. *Miranda in manuali prælat. regular. quæst. 10. art. 3. in conclus. & respons. ad primam.* Rybadaneyr *latiss. d. cap. 18.* Couarr. *d. cap. 2. num. 12.* Garc. *qui alios refert, vbi sup. num. 64. & 87.*

Minus etiam obstat, quod constitutiones Societatis, non loquuntur de

de pensionibus, sed de beneficijs, vnde non sunt extendendæ ad pensiones, quia in dispensationibus non valet argumentum ab identitate, vel maioritate rationis, hoc enim procedit in dispensationibus particularibus, & odiosis, secus verò in generalibus, & fauorabilibus, vt in casu nostro, in quo agitur de fauore religionis, & per viam legis proceditur. *Barbos. in l. 1. p. 1. num. 19. & 20. ff. sol. mat. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 8. 33. & 36. Eman. Roderic. quæst. reg. tom. 1. quæst. 11. art. 9. ad fi. vers. nec his obstat.* Vnde cum simus in materia larga, & fauorabili, appellatione beneficij venit pensio ex supradeductis in princ. & etiam comprehenditur appellatione bonorum, vti quid temporale, & prophanum ab ipso beneficio ecclesiastico diuersum. *Gig. de pensionib. quæst. 1. nu. 1. Cæs. de grass. decis. 3. num. 8. de præben. Rota decis. 425. num. 2. par. 1. diuers.* & obiectum similiter non procedit, quando dispensatio habet expressam causam, vel rationem, quæ militat etiam in casu non expresso, tūc enim benè admittitur extentio. *Abb. in c. ast si clerici. §. de adulterijs. num. 8. de iudic. vers. posset tamen. Rip. in cap. ad aures, nu. 41. limit. 1. de rescrip. Sanch. d. disput. 1. num. 34. cum adductis sup. in vers. & licet.* ratio autem expressa in d. constitut. Greg. XIII. est, vt maiorem Societas habeat libertatem, eos, qui emiserunt huiusmodi tria vota, cum minori offensione dimittendi, quæ ratio tàm militat in pensionibus, quā in beneficijs, & bonis temporalibus, & ita conclusum pensionem non esse extinctam.

Adde prædictis in præsenti cap. quòd præsentatio dicitur simoniaca, quando aliquid datur, vel promittitur pro habendis vocibus, seu præsentationibus patronorum. *cap. venies, il 1. vbi Abb. & Dec. in 2. not. de testibus. Summa Angelica, in ver. Simonia 3. nu. 2. Syluest. eod. uer. quæst. 13. Nauarr. in manuali. cap. 23. num. 100. vers. nam cum quis. et conf. 21. nu. 4. de simonia. Roch. de Curte de iurepat. verb. et utile, quæst. 3. num. 19. Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 1. q. 9. art.* 8. & fuit dictum in *Comen. Cappellæ. 16. Martij. 1595. coram Illustr. Card. Millino, & in Romana iurisp. 29. Ianuar.* 1601. *coram eod.* quod procedit etiamsi tales pactiones illicitæ fiant etiam ipso præsentato ignorante. *cap. pen. de elect. c. nobis, cum ibi not. de simon.* Rota *decis.* 285. *num.* 3. *par.* 1. *diuers. et in dicta Comen. Cappella,* nisi adsint aliquæ præsentationes de eodem præsentato factæ sine dicta pactione vt ibi, quod procedit etiamsi aliquid promittatur in fauorem ecclesiæ. *cap. ex multis. §. constituimus, il 4. 1. quæst. 3. Crescent. decis. vlt. de simon.* & fuit dictum *in d. Romana iurisp.* & etiam si detur aliquid spirituale. *c. quæsitum. de rer. permut. Nauar. d. c. 23. num.* 100. & habetur in *d. Romana iurisp.* attamen præsentatio facta sub conditione, seu onere celebrandi missas non dicitur simoniaca, ut haberur in *d. Romana iurisp. 19. Ian. 1601. & 10. Decemb. 1600. coram Card. Millino vbi hab.* quòd magis communiter ita intelligitur tex. secundum ueriorem intellectum *in c. significatum, de præb. et ibi gloss. 1. et Goffred. in summa d. tit. col. 2. in fine.* secus si onus missarum impositum præsentato spectaret ad ipsum præsentantem, nam tunc esset præsentatio simoniaca, cum per tale pactum releuetur à dicto onere, & videtur de mēte *Rot. in d. Romana iurisp.* non tamen præsentatio est simoniaca ex onere defendendi iura beneficij, recuperandi bona, & congerendi in unum scripturas attinentes ad beneficium, cum hæc spectent ad institutum in beneficio, ut per *Lambert. ubi supra lib. 3. quæst. 2. in princ. num.* 2. & conditiones, quæ de iure sunt, non inducunt simoniam, ut habetur in *d. Romana iurisp.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Patronus ipse, vel eius procurator debet præsentare.*
2 *Procurator ad præsentandum constitui debet dum ecclesia vacat.*
3 *Absens potest inuestiri de beneficio in persona sui procuratoris.*
4 *Procurator ad præsentandum in beneficijs vacaturis non potest constitui.*
5 *Collator ante vacationem procuratorē constituere nequit.*
6 *Votum captandæ mortis est tollendum.*
7 *Expectatiuè ad beneficia vacatura sunt sublatæ.*
8 *Procurator in resignatione, & permutatione constitui potest à patrono ad consentiendum antequam fiant.*
9 *Procurator potest fieri ad vacatura, si non exprimetur persona præsentanda.*
10 *Procurator ad vacatura fieri potest ex causa iusta.*
11 *Consuetudo Pisana circa tales procuratores.*
12 *Comes Nicolaus Gallettus patronus plurium beneficiorum.*
13 *Procurator potest constitui ad præsentandum, in limine fundationis.*
14 *Præsentatio facta à patrono de beneficio tanquam vacante, quod non vacabat, reconualescit secuta vacatione.*
15 *Conferendi data potestate, & potestas præsentandi data intelligitur non è contra.*
16 *Minus inest in eo, quod plus est.*
17 *Minus non continet quod plus est.*
18 *Procuratores si duo sint in solidum dati ad præsentandum, si vnus præsentet, alius præsentare nequit.*
19 *Nisi duret tempus ad præsentandum quia si sit laicus potest variare.*
20 *Patronus potest præsentare, quamuis constituerit procuratore ad præsentandum.*
21 *Et si prius procurator præsentauerit, patronus laicus potest alium cumulatiuè præsentare.*
22 *Mulier patrona potest procuratorem constituere sine aliorum consensu.*
23 *Procurator à diuersis patronis constitutus non potest diuersos præsentare.*
24 *Iura loquentia de electione procedunt in præsentatione.*
25 *Falsus procurator reijcitur à præsentando.*
26 *Patronus potest præsentare etiamsi procuratorē fecerit cum iuramento.*
27 *Et ad euitandum periuirum prius debet petere absolutionem.*
28 *Procurator à patrono reuocari potest.*
29 *Procurator ignorans, quando reuocari potest.*
30 *Patronus potest præsentare per nunciū.*
31 *Patronus potest præsentare per literas.*
32 *Literis stabitur, donec contrarium probetur.*
33 *Pater pro filio præsentare potest, & alij cum promissione de rato.*
34 *Præsentatio cum promissione de rato valet, si postea ratificetur.*
35 *Præsentatio quando ratificata censeatur.*

CAPVT SEXTVM.

Patronus, vel existens in quasi possessione iurispræsentandi, per se, vel per procuratorem constitutum ad præsentandum debent præsentare Rectorem quando vacat beneficium.

1 PATRONVS igitur, vel alius existēs in quasi possessione iurispræsentādi debet præsentare Rectorem per se, vel per procuratorem, quando ecclesia vacat, *cap. ea noscitur, vbi glos. Card. Abb. & alij, de his quæ fiunt à prælat. sin. cons. capit. & cap. vlt. de concess.*
2 *præb.* quòd procedit in beneficio vacante, tunc enim potest constitui procurator ad præsentandum, & requiritur speciale mandatum. *Card. Seraph. decis. 59. par. 1. Card. Put. dec. 312. lib. 3. Verall. decis. 365. num. 1. par. 2.*

par. 2. Riccius in praxi rer. for. eccle-siast.decis.189.num.193. & 194. &
3 absens potest inuestiri beneficio ab habente auctoritatem in persona sui procuratoris. *cap.accedens.de præben. facit Felin. in cap. cum venerabilis. in princ. de exceptionib.*
4 In vacaturis autem beneficijs patronus non potest constituere procuratorem ad præsentãdum, vel committere actum præsentationis faciendæ. *cap.vlt.de conc.præb.*& idem est, si præsentatio vigore talis mandati fiat post vacationem, quia non valet ex defectu dicti mandati, sed requiritur nouum mandatum, ex quo consensus non præsumitur durare.
5 *Cassad.decis.5.de iurep.*neque habẽs ius conferendi potest ante vacationem procuratorem constituere.*cap. quia propter. §. illud autem. de elect.*
6 quia daretur votum captandæ mortis, quod de iure improbatur,& aperiretur via fraudibus.*d.cap.vlt.*& ex
7 eàdem ratione in simili,expectatiuæ gratiæ ad beneficia vacatura omnino prohibentur à *Concil.Trid.sess.24 de reform.cap.19.*
8 Quæ conclusio de procuratore, primo declaratur, vt non procedat in resignatione, & permutatione, in quibus potest constitui procurator ad consentiendum vice patroni tali renunciationi, & permutationi etiam antequam fiant.*Lambert.de iurep.lib.2.par.1.quæst.4.art.2.nu.6.*
9 Secundò, non procedit, quando mandatum ad præsentãdum factum ante uacationem beneficij non exprimit certam personam præsentandam, tunc enim est ualidum mandatum, secus quando fuit datum mandatum ad præsentandum certã personam, ut pluries dixit Rota relata à Marescotto *variar. resol.lib. 2. cap.33. nu.1. & sequentib. ita Cassador.dec.5.de iurepat. Riccius vbi sup. decis. 182. Rota in vna Pampilonen. iurispat.13.Febr.*1595.*coram Iusto.*
10 Idque procedit, quando mandatum ad vacatura fuit factum ex causa iusta, puta longæ absentiæ ipsius patroni, tunc enim valet mandatum factum à patrono generaliter de omnibus suis negocijs, & etiam ad præsentandum succedente vacatione argumento *text.in cap.quoniam,de iurep.& in cap. nihil de elect.* faciunt dicta *per Innocent.in cap.1.vbi Felin. col.14. de constit. Io. Andr. in d. cap. vlt. num.3. de conc. præb.* Rota *decis. 521.num.7. par.1. in recentioribus, Marescott.ubi sup.* & ita in praxi vi-
11 di seruari Pisis, & ita solet facere Illustrissimus D. Nicolaus Gallettus
12 Centegles Comes Galeani commorans Panhormi, qui habet multa beneficia in Ciuitate,& Diœcesi Pisana,& in ea habet certum procuratorem ad prædicta, qui præsentat euenientе vacatione, & obtinet præsentationis confirmationem, & institutionem, & possessionem, validum ergo est mandatum generale ad vacatura stante præsertim iusta causa & dicit *Cassad.d.dec.5.de iurepatr.* & fuit dictum in *Pampilonen. de lauros 17.Maij 1595.coram Orano,& 19. Ianuar.1595.coram Peregrino,& in Barchinonen. beneficij 17. Nouembris 1586.coram Card.Seraf.*& melius esset si accederet Episcopi consensus.*Io.And.in d.cap.ult.de concess. præben.*
13 Tertio non procedit, quando mandatum ad præsentandum ad beneficium, antequam vacet datum fuit in limine ipsius fundationis, tunc enim est validum. *Rota decis. 530. num.2.par. 1. in recentiorib. Gregor.* & ibi *adnotat. decis. 420. num. 7.*& de his latè *Garc.de benef.par.10.c.1. num. 14. et sequentib.* & præsentatio
14 facta sine dolo à patrono de beneficio tanquam vacante,quod verè non vacabat, reconualescit secuta vera vacatione, si patronus non dissentiat, vt probat *Marescott. ubi sup. num.5.et sequentib. ex Rota decis. 16. num.3.de renunc.in antiq.*
15 Et si sit data potestas conferendi beneficium, intelligitur data etiam

potestas præsentãdi, cum in vtraque
sit eadem ratio, cum maius sit con-
ferre, quam præsentare, & in eo,
quod plus est inest quod est minus.
16 *cap.cui licet.de reg.iur. lib.6. l. in eo,*
quod plus.ff.de reg.iur. sed data facul
tate præsentandi, non dicitur data
facultas conferendi, cum minus non
17 comprehendat id, quod est maius, vt
notat *Abb.in cap.cum in causis.col.2.*
de elect. Quòd si duo dati sint procu
18 ratores in solidum ad præsentandũ,
& vnus præsentet, & præsentatus re-
nunciet præsentationi, ille alter pro-
curator non poterit præsentare, quia
præsentationis actus fuit occupatus
per primum, *ad text. in cap. si duo. de*
procur.lib.6.Ioan.And.in cap.si quis,
de elect.lib.6. nisi adsit, & duret tem
pus ad præsentandum alium. quia
si sit laicus variare potest. *cap. quòd*
19 *autem de iurepat.* & melius facit pro-
curator, qui prius præsẽtauit, si duos
cumulatiuè præsentet, quia ita im-
pedit omnem aliam alterius procu-
ratoris præsentationem. Patronus
20 autem quamuis constituerit procu-
ratorem ad præsentandum, poterit
tamen præsentare. *Dec. cons. 542.*
num.7. quo præsentante, procurator
postea non poterit præsentare, quia
tunc ex facto videtur reuocatum
mandatum, si verò prius procurator
21 præsentauerit, poterit tunc patro-
nus alium cumulatiuè præsentare.
ita Geminian.in cap.dudum.num.5.de
22 *præb.lib.6.* similiter mulier patrona
poterit procuratorem constituere
absque consensu propinquorum, &
liberè præsentare per dicta à Docto-
ribus, & præsertim à *Felin.In cap.Ec-*
clesia S.Mariæ.de constit. si quis au-
23 tem constituitur procurator à diuer-
sis patronis, nõ potest diuersos præ-
sentare. *c.pen.§.porro.de elect. lib.6.*
qui textus loquitur de electione, &
procedit etim in præsentatione, quia
24 iura loquentia de electione proce-
dunt & in præsentatione *per text. in*
cap.fin.& ibi glos.in verbo, electione.
de elect.lib.6.

25 Falsus autem procurator reijcien-
dus est à præsentando, si constet de
falsitate, vt per *Lamber. vbi sup. art.*
12. Si autem patronus constituerit
26 procuratorem, quem non reuocare
iurauit, poterit tamen præsentare,
sed erit periurus. *Paulus de Castro*
cons. 362. quod incipit. in Christi no-
mine amen.venerabilis vir,par.1.In-
noc. in cap. dilecto. num. 5. & ibi Io.
And. de præb. cautela tamen est, vt
27 iste patronus antequam præsentet,
ad euitãdum periurium, quòd adeat
Episcopum, & faciat se absoluere à
vinculo dicti iuramenti prædicti ad
effectum, vt absque incursu periurij
liberè, & licitè præsentare possit,
quod solitum est fieri, de qua abso-
lutione, seu relaxatione à iuramen-
to latè *D. Io.Baptista Marchesanus*
par.1.commissionum, siue rescriptorum
vtriusque signaturæ.cap.1.2.3.4.5.&
6.commiss. 1. de commissione rela-
xationis iuramenti ad effectũ agẽdi.
28 Poterit etiam talis procurator à
patrono reuocari ad hoc vt præsen-
tatio non teneat, etiamsi reuocatio
non perueniat ad notitiam reuocati.
29 *Paul.de Castro vbi sup. cons.57.* vbi
ponit, quando procurator ignorans
possit reuocari, & reuocatio teneat,
id tamen non procedit in casu *cle-*
ment. cum illusio, de renunciat. po-
30 terit etiam patronus præsentare per
nuncium, quoniam illa, quæ possunt
expediri per literas, possunt etiam
expediri per nuncium. *Abb.& alij in*
cap.prudentiam.sup.glos.in verbo, per
certum nuncium.vbi Abb.num.21.de
off.deleg. & Lamber.vbi sup. art. 15.
31 etenim patronus potest per literas
præsentare quando vacat ecclesia,
seu beneficium. *cap.ea noscitur, de his*
quæ fiunt à prælat. fin. cons. capit.vbi
Cardin. Abb. & alij. & dictis literis
32 stabitur, donec contrarium probe-
tur. *cap.post cessionem. de probat.* po-
33 test etiam pater præsentare pro filio
patrono, frater pro fratre, coniun-
ctus, pro coniuncto, amicus maxima
amicitia astrictus pro amico patrono
sed

sed cum promissione de rato ad *tex. in l.sed & hæ, ff.de procur.* quæ præ-
34 sentatio cum promissione de rato valet, si postea sit ratificata à patrono infra tempus ei à iure concessum ad præsentandum, aliàs non secuta dicta ratificatione, deuoluitur beneficium ad Superiorem, qui illud tunc liberè conferr, voluit tamen *Lamb.*
37 *vbi sup.art.17.* quòd censeatur ratificata præsentatio, quando patronus infra dictum tempus alium non præsentauit.

SVMMARIVM.

1 *Patronus vbi habet iusp.ibi præsentat.*
2 *Patronus non potest præsentare rectorem ecclesiæ collegiatæ.*
3 *Ecclesia collegiata est eadem cum conuentuali.*
4 *Patronus ex Papæ priuilegio potest præsentare rectorem collegiatæ.*
5 *Patroni consensus de æquitate requiritur, quando rector collegiatæ est electus.*
6 *Patronus potest esse quis, & non habere ius præsentandi.*
7 *Patronus potest præsentare ad Beneficia in ecclesia collegiata existentia.*
8 *Patronus in conuentu regularium non potest superiorem præsentare.*
9 *Patronus potest præsentare capellanum in ecclesia monialium.*
10 *Abbatissa eligitur per scrutinium.*
11 *Abbatissa ex Conc. Trid. quomodo eligatur.*
12 *Superior regularis in suis monasterijs præest electioni Abbatissæ præsente Episcopo, seu eius Vicario.*
13 *Abbatissa electa benedicitur.*
14 *Patronus potest moniales nominare, si in limine fundationis sit ei talis facultas reseruata.*
15 *Et tunc seruari debet* Conc.Trid.*sess. 25.cap.15.& 17.de regul & mon.*
16 *Serenissima Christina Lotharingia magna Ducissa Hetruriæ Monasterij fundatrix.*
17 *Patronus clericum pro auxilio rectoris præsentare potest.*
18 *Iuspatr.vbi cadit,ibi cadit præsentatio. & ponitur decisio* Rotæ.

CAPVT SEPTIMVM.
Præsentatio non cadit in Ecclesijs Collegiatis.

1 PATRONVS ergo, vel alius existens in quasi possessione præsentãdi præsentãt in Ecclesijs & locis, in quibus habẽt iuspatron.vel iuspræsentandi. roto tit. de iurepatronatus in decretalibus in sexto, & Clemenrinis, non possunt tamen præsentare, siue eligere in Ecclesia Collegiara rectorẽ. *Card.Seraf.decis.1444. num.11.cap. nobis.§. cæterum. & ibi glos. de iurep.*
3 vbi habetur, quòd ecclesia collegiata est eadem cum conuentuali, & eadem est ecclesia, quæ habet Capitulum, conuentum, collegium, & vniuersitatem. vt per *Doct. in cap.cum terra.de elect. & de ecclesia collegiata,* dixi *sup. lib.1.c.1. & lib.3.cap.1.* nisi ex priuilegio Papæ patronus habeat
4 facultatem præsentandi in dicta ecclesia collegiata. *Lamber.de iurepat. lib.2.par.1.quæst.5.art.1.Rota dec.4. tom.1.in recent. & in d. §. cæterum.*
5 habetur, quod quamuis patronus non eligat rectorem in collegiata, electioni tamen factæ huiusmodi eius postulatur consensus de honestate, & æquitate, nisi aliter de necessitate ex priuilegio, vel alio iure requiratur dictus consensus. vt per *Lamber. vbi sup. art. 2.* & per *Abb. in cap. de*
6 *hoc.num.10.de simonia.* quia potest quis esse patronus ecclesiæ, & non habere ius præsentandi in ea. *Zecch. de benefic. & pens. cap.12.num.3. in*
7 *fin.* Potest nihilominus parronus præsentare ad dignitares, & præbendas, & beneficia existentia in dicta ecclesia collegiata, si super illis habeat iuspatronatus. *Io.And. in cap.vlt.in princ.*

prin.de concess. præb.Abb.in cap.suggestum.num. 3.de iurepatronat. & pa
8 ri ratione patronus non potest præsentare in monasterio, & conuentu Regularium, neque monialium, Abbatem, seu Priorem, Abbatissam,
9 seu Priorissam; poterit tamen præsentare Capellanum idoneum perpetuum ad regimen ecclesiæ monasterij monialium.ita *Federic.de Senis*
10 *cons.* 95. Abbatissa autem eligitur per scrutinium seruata forma *text.in in cap. quia propter. de elect. & in c. indemnitatibus. §.sane de elect. lib.6.*
11 & seruato decreto *Conc.Trid.sess.* 25 *de regul.& mon.c.6.&* 7.quo disponitur, vt Abbatissæ, Priorissæ, seu Præfectæ monialium eligantur ab Episcopo, seu illarũ Superiore, qui ante Cãcellorum Fenestellam vota singularum audiat, seu accipiat, quæ vota debent esse secreta, aliàs non valeret electio tanquam facta contra formam dicti Concilij, vsu tamen receptum est, vt Episcopus vnà cum suo Vicario, & suo Cancellario assistat dictæ electioni. hodie tamen ex constitutione Gregorij XV. fæl. record.regularis superior non potest
12 solus eligere Abbatissas, seu Priorissas in monasterijs sibi subiectis; sed debet esse præsens Episcopus, vel eius Vicarius, & officium prædictarum non potest vltra triennium durare, neque possunt confirmari, sed per triennium debẽt abstinere à tali administratione sec.cõst. Greg.XIII. fæl.rec.quam refert Quaranta in Sũma Bullarij, in verbo, Abbatissa, & ita in praxi seruaui decretũ d.Conc. Trid.per nouẽnium dum essem Vicarius monialiũ Pisarũ, dum essem Vicarius Generalis Tuderti, quæ Abbatis-
13 sæ per D.Archiepiscopum, seu Vicariũ sacris ritibus seruatis bene dicuntur, pro prima vice, & ita Pisis seruatur ex inueterata consuetudine, de qua benedictione. *Nauarr.cons.2.de statu monach.lib.3.*
14 Est tamen notandum, quòd si monasterium monialium sit fundatum, & in limine fundationis sit patrono reseruata facultas eligendi, seu nominandi moniales, tale ius esset seruandum, dummodo in moniales nominarentur puellæ habentes qualitates requisitas à *Conc.Trid.vbi sup.*
15 *cap.*15.& 17.vt est Pisis, vbi à Serenissima Christina Lotharingia ma-
16 gna Ducissa Hetruriæ fundatum est anno Domini M.DC.X. monasteriũ mulierum conuertitarum, seu pœnitentium, quæ aluntur sumptibus dictæ Serenissimæ, cuius Pietas, liberalitas, charitas, & religio in omnibus rebus splendescunt, & mulieres ad nutum, & voluntatem suæ celsitudinis Serenissimæ admittuntur in prædictum monasterium.

Et Illustriss. Petrus Vsimbardus Episc.Aretinus, præter cætera, quæ Florẽtiæ, & Aretij suæ in Deum pietatis monumenta reliquit, in Ciuitate Collis, vbi eius maiores ciuilib. discordijs Remp.Floren.in qua hæc familia opib.& honorib.floruit, pertinaciter vexantib.deterriti olim sese receperant, Monasterium monialium à fundamẽtis extructum apost. auctoritate fundauit, vtque plures virgines per seniorem ex ipsius familia nominandæ, sine dote reciperentur, annuo reditu ad id cõstituto, mãdauit, quod postea institutum, eius cõsanguinei æmulati, vt numerus talium gratis recipiẽdarum in dies augescat, curauerunt, & quæ est ipsorũ pieta, in posterũ curaturos creditur.

17 Poterit etiam patronus præsentare clericũ pro auxilio rectoris, quãdo talis clericus deberet institui ad *text.in c. principali dist.*63. si autem ad libitum remoueri potest, solus rector potest sibi talem clericum deputare. argumento textus in *cap. vt quisquis clericus. de vita, & honest. cleric.* & ita videtur velle *Io. And. in cap.postulasti de iurepat.* & regulariter
18 in omnibus locis, in quibus supradixi cadere iuspat.cadit & presentatio, vt in hospitali, oratorio, & similibus.

Et quomodo cognoscatur Eccle-

sia collegiata, & quæ sit talis fuit dictum in *Brixien. Archipresbyteratus* 21. *Aprilis* 1625. *coram* Remboldo. prout infra.

Domini dixerunt constare, quòd Ecclesia S. Laurentij, seu sanctæ Mariæ Vrceorum nouorū sit Collegiata; Quòd enim Ecclesia sit Collegiata probatur etiam signis, & coniecturis, quando aliàs non constat de fundatione *Innoc. in cap. postulasti in princ. de iurep.* Io. *And. Abb. & alij in cap. nobis; eod. tit. Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 89. sub num. 24. cum alijs cumul. in vna Cremonen. Præpositura* 24. *Maij* 1621. *coram me, & in Placentina Achipresbyteratus* 17. *Martij* 1623. *coram R.P.D. Pirouano, & in Asculana Plebaniæ* 12. *Ianuarij* 1624. *coram* R.P.D. *meo Merlino*.

Et in casu isto plura signa, & coniecturæ concurrunt, quinimò adest etiam plena, & concludens probatio; In primis enim apparet quòd anno 1237. ordinatum fuit per Episcopum tunc Brixieñ, quòd in dicta Ecclesia perpetuis futuris temporibus adessent nouem Canonici sub ordinibus tamen distinctis, nempè vnus Archipresbyter, tres Presbyteri, vnus Diaconus, & vnus Subdiaconus, & tres Clerici, quibus onus residendi, & Ecclesiæ inseruiendi iniunxit, & eos in vnum viuere & moti iussit, vt patet ex literis d. Episcopi Brixieñ datis 11. Maij dicti anni 1237. ex quibus satis videtur probata Collegialitas, aut saltem, quod in dicta Ecclesia adessent plures Canonici & vnus Archipresbyter, tanquam caput Canonicorum, quæ sunt præcipua signa collegialitatis *Alex. cons.* 75. *num.* 31. *lib.* 4. *Card. Mant. decis.* 175. *nu.* 1. cum alijs adductis in alia *Brix. S. Nazarij* 13. *Iun.* 1605. *coram bo. me. Penta, & in d. Cremon. præpositure* 24. *May* 1621. *cor. me.*

Secundo eadem Collegialitas probatur ex collatione d. Archipresbyteratus facta, vti de dignitate in Ecclesia Collegiata cuidam Beneuenuto de Zanuchis anno 1444. & dicta collatio probatur effectuata, eo quòd apparet eundem Archiptesbyteratum fuisse collatum vti vacantē per obitum d. Beneuenuti cuidam Zachariæ Triuisano, qui sub die 9. Februarij 1487. mandatum coram executore Apostolico ad capiendam possessionem Ecclesiæ obtinuit, & etiam literas conualidatorias prioris suæ gratiæ, sub Dat. Romæ 20. Nouembris eiusdem anni 1487. expediuit, in quibus dicta Ecclesia exprimitur Collegiata.

Tertiò accedit, quòd constat dictum Archipresbyterum Beneuenutum annis 1449. & 1451. & 1457. 1467. vna cum canonicis Capitulariter cōgregatis locasse quasdam petias Terræ ad d. Ecclesiam spectantes in emphyteusim, vnde plurimum corroboratur d. Collegialitatis existentia, præsertim cum dictæ locationes probentur effectuatæ *Barbat. inter cons. Alex. cons.* 84. *num.* 4. *lib.* 4. & fuit ponderatum in *d. Brixien. S. Nazarij coram bo. me. Penia*.

Quarto concurrunt plures prouisiones Apostolicæ Canonicatuum in d. Ecclesia existentium, & subsequutæ possessiones per prouisos captæ cum assignatione stalli in Choro, & loci in Capitulo, de quibus in *summario. num.* 7. 8. & 9. quod pariter manifestum Collegialitatis signum est.

Quintò probatur eadem Collegialitas ex pluribus alijs enunciatiuis antiquissimis, quæ cum habeant vim famæ plenè probant in antiquis, vt in puncto Ecclesiæ Collegiatæ, *Card. Seraph. dec.* 102 1. *num.* 1. & fuit dictum in *d. Cremonen. præpositura coram me*.

Et denique multum facit ad cōprobañ eādem Collegialitatem Visitatio S. Caroli, Tabella, seu ordo Missarum, Testes, Citationes, & Decreta, aliaq. per Scribentes pro Hieronimo deducta, & latè ponderata,

quæ proculdubio probationem d. Collegialitatis plurimum coadiuuant, itaut omnibus saltem simul iunctis de ea nullatenus dubitari valeat.

Nec obstant enunciatiuæ, quòd d. Ecclesia sit Parochialis, & Plebana, quia possunt stare insimul, quod Ecclesia sit Parochialis Plebana, & etiam Collegiata, atque ita dictæ Enunciatiuæ non destruunt qualitatem d. Collegialitatis, vt in puncto dixit Rota in *d. Brixien. S. Nazarij cô ram bo. me Penia*, & in *allegata Cremonen. præpositure coram me*, & in *Asculana Plebaniæ coram* R.P.D. *meo Merlino*.

Minus facit asserta Visitatio Episcopi Bolani facta anno 1565. quia quatenus in ea, vt prætenditur, dicatur, quòd d. Ecclesia non est Collegiata, manifestè detegitur erronea tam ex supra deductis, quàm etiam ex circumstãtijs in eàdem Visitatione relatis, & in omnem euentum assertio dicti Episcopi in d. Visitatione intelligi deberet de Collegialitate actu, non autem habitu, vt ita ad cõcordiam reducatur cum alijs Visitationibus, & lucidissimis probationibus.

Nec denique obstant assertæ Collationes factæ per Ordinarios, quia dato, quod sint veræ, quodque fuerint sortitæ effectum, non potuit per dictas Collationes mutari status antiquus Ecclesiæ, de quo constat ex supra deductis, deficit enim vtrumque requisitum ad hunc effectum, potestas scilicet, & voluntas, vt fuit dictum in sæpius allegata Asculana Plebaniæ corã R.P.D. meo Merlino.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.



LIBER

Digitized by Google

13-6-E-25

LIBER SEXTVS
IN QVO EXPLICATVR
MATERIA PRAESENTANDORVM.

SVMMARIVM.

1 *Præsentari possunt qui non sunt prohibiti, idest clerici.*
2 *Beneficia clericis conferri debent.*
3 *Laicus est incapax spiritualium.*
4 *Beneficium est res spiritualis.*
5 *Beneficium habet principale spiritualitatem, & accessorium temporalitatem.*
6 *Præsentandus dum præsentatur debet esse clericus.*
7 *Et debet incedere in habitu, & tonsura, & primam tonsuram habere.*
8 *Prima tonsura clericalis ordo confertur.*
9 *Ordines sunt nouem secundum Canonistas.*
10 *Ordines sunt septẽ secundũ Theologos.*
11 *Clerici beneficiati, idest in sacris constituti in habitu, & tonsura clericali incedere debent.*
12 *Habitus clericalis consistit in tonsura, & vestibus.*
13 *Clericalis habitus est vestis talaris nigri coloris.*
14 *Clerici corpus veste nigra totum tegitur, & quare.*
15 *Clericatus non requiritur, quando quis nominatur à patrono, sed quando præsentatur.*
16 *Præsentandus debet esse clericus, & 14. annorum.*
17 *D. Alexander Raudensis, & D. Paulus eius eius filius viri eximij.*
18 *Clericus primæ tonsuræ gaudet priuilegio fori, & Canonis.*
19 *Et circa priuilegium fori Conc. Trid. disponit.*
20 *Clericus primæ tõsuræ, vel minorũ Ordinũ gaudet priuilegio fori, si habeat beneficium, vel si ecclesiæ deseruiat.*
21 *Nec trina monitio requiritur ad hoc, vt clericus perdat fori priuilegium.*
22 *Clericus si non gaudet ex Conc. Trid. priuilegio Canonis, gaudet priuilegio fori.*
23 *Et contra eum delinquentem Episcopus animaduertere potest.*
24 *Clericus quando possit clericatui renunciare.*
25 *Clericus primæ tonsuræ ad beneficium potest præsentari, nisi beneficium alium ordinem requirat.*
26 *Clerici capacitas attenditur tempore præsentationis.*
27 *Clericus coniugatus præsentari nequit quamuis veniat clericorum appellatione.*
28 *Coniugatus non potest perfecte Domino famulari.*
29 *Clericatus quando dicatur receptus à proprio Episcopo.*
30 *Rotæ decisio circa clericatum.*
31 *Episcopus non potest conferre Ordines, nisi suo subdito origine, domicilio, vel beneficio.*
32 *Domicilium vt constituatur animus, & factum requiruntur.*
33 *Puer non videtur habere animũ contrahendi domicilium.*
34 *Domicilium requiritur, si quis in loco habitet cum familia, et maiori parte fortunarum.*

Præ-

Tàm

ne potest capi à laico, vt ad ecclesiasticum remittatur.

150 Episcopus non potest laico delegare causas clericorum.

151 Iudex laicus potest punire laicum, qui clericum offendit.

152 Iudex ecclesiasticus est competens in causis mixt. for. inter laicos.

153 Punitus in delictis mixti fori à laico, an possit puniri ab ecclesiastico.

154 Et quomodo.

155 Iudex ecclesiasticus est competens super laicis hospitalium administratoribus.

156 Iudex laicus potest punire laicum in ecclesia delinquentem.

157 Clericus à non suo Episcopo ordinatus gaudet fori priuilegio.

158 Sed non potest consequi beneficium.

159 Et gaudet fori priuilegio ordinatus ab Episcopo impedito ordines conferre.

160 Clericus Min. Ord. si post delictum dimittat habitum, puniri debet ab ecclesiastico.

161 Clericus potest à patre emancipari coram laico.

162 Clericus incorrigibilis potest à laico puniri.

163 Clericus incorrigibilis quis sit.

164 Clericus exercens se in enormitatib. à laicis puniri potest.

165 Clericus assassinus quando à laico puniri possit.

166 Clericus degradatus à laico puniri potest.

167 Clericus gaudet fori priuilegio, si possideat beneficium.

168 Pensionem habens quando gaudeat fori priuilegio.

169 Clericus habens beneficium sine redditibus gaudet fori priuilegio.

170 Iudex ecclesiasticus est competens, vt decidat, an quis sit clericus.

171 Vel quis sit captus in loco sacro.

172 Laicus debet remittere cum modestia clericum ad iudicem suum.

173 Iudex ecclesiasticus potest prohibere, ne laici habitum clericalem deferant.

174 Clericus priuatus clericali priuilegio remanet clericus.

175 Fori priuilegium vt perdatur, quæ requirantur.

176 Clerici non ligantur statutis laicorū.

177 Nec eorum bona.

178 Etiam si esset statutum priuilegiatiuum.

179 Neque clerici sponte possunt se subijcere statutis laicorum.

180 Statuta contra libertatem ecclesiasticam sunt nulla statim.

181 Statutum laicorum non valet super matrimonio, iuramento, & similib.

182 Statutum laicorum non valet, si piæ causæ præiudicet.

183 Statutum feminas feminas, an excludat ab hæreditate clerici.

184 Clerici si ligentur statutis ab Ecclesiastico possunt adstringi.

185 Statuta fauorabilia competunt etiam clericis.

186 Clerici sunt exēpti à solutione onerū.

187 Et laici, exigentes collectas à clericis puniuntur.

188 Coloni clericorum sunt exempti à solutione onerum, & quando.

189 Emphiteuta quando sit exemptus à solutione onerum.

190 Clerici nec sponte possunt soluere collectas.

191 Episcopi tenentur inquirere contra exigentes collectas à clericis.

192 Clerici sunt exempti à gabella imposita pro capite animalis.

193 Famuli clericorum quando sunt exempti à solutione onerum.

194 Clerici an possint collectari pro communi vtilitate, & necessitate, &

195 Clerici vt possint collectari, quæ requirantur.

196 Clerici nō possunt succedere in feudis.

197 Idque declaratur in multis casibus.

198 Clerici in sacris constituti nō possunt contrahere matrimonium.

199 Idque non procedit in clericis Min. Ord.

200 Clerici non possunt negociari.

201 Clerici non possunt pro causa ciuili carcerari, & quando.

Clericus

202 *Clericus non potest esse tabellio.*
203 *Clericum percutiens est excommunicatus.*
204 *Moniales percutiens est excommunicatus.*
205 *Clericus vt præcipitet, dans causam est excommunicatus.*
206 *Milites Hierosolymit. & similes percutiens est excommunicatus.*
207 *Clericum mortuum percutiens est excommunicatus.*
208 Excommunicati *percussores clericorũ à Papa sunt absoluendi.*
209 *Clericum percutiens per errorem, vel aliter quando excusetur.*
210 *Clericus non potest testificari coram iudice laico, neque ibi esse laici procurator, nec potest esse officialis inter laicos.*
211 *Clerici beneficiati, & in sacris constituti, et religiosi tenentur ad recitandum officium diuinum.*
212 *Clerici non possunt esse aduocati coram iudice laico.*
213 *Clerici litigantes non tenentur iurare de calumnia.*
214 *Clerici venari non possunt, nõ possunt legitimari à seculari, & si confugiant ad ecclesiam possunt extrahi.*
215 *Clericus patronus ecclesiæ intra semestre præsẽtare debet, & de alijs dub.*
216 *Clericus si vendidit rem duobus, primus emptor præfertur, & per clericatum quis nobilitatur.*
217 *Clerici non possunt pœnas conuentionales exigere vltra interesse, & cum duobus testibus testamentum facere possunt, &c.*

CAPVT PRIMVM.

Clerici debent præsentari, qui omnes possunt præsentari, si non reperiuntur prohibiti, & de clericatu tractatur.

NVNC est videndum, qui præsentari possint in ecclesia patronata, seu beneficio dum euenit vacatio.

1 Præsentari ergo possunt omnes, qui non reperiuntur prohibiti. vt in toto *tit. de iurepatr. & 16. quæst. 7. per tot. nimpe clerici. Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. par. 3. allegat. 72. num. 72. Zecch. de benefic. et pens. cap. 12. n. 21. Gonzal. in comment. ad reg. 8. Canc. gloss. 2. num. 60. et Garcia, de benefic. par. 7. cap. 1. num. 1.* quia beneficia
2 ecclesiastica sunt conferenda clericis, non autem laicis. *cap. cum adeo, de rescript. cap. ex literis. de trãsactionib. et c. 2. de institutionib.* & vbique tradunt communiter Doctores, *Rebuff. in praxi, tit. de clericis, & à quibus, & quomodo creentur. nu. 4. Mandosius in reg. 24. de male promotis. n. 3 Lamber. de iurep. lib. 2. par. 1. quæst. 7. art. 7. num. 2. & sequentib. Menochius de arbitr. iudic. casu 201. num. 33. Alfons. Hoieda de comp. & incomp. benef. part. 1. cap. vlt. num. 71. et seqq. Flam. Paris. de resig. benef. lib. 4. quæst. 2. n. 2. & per totum.* Nauar. *cons. 1. de preben. Carolus de Grassis in tractatu, de effectibus clericatus. effect. 15.* vbi optime materiam istam declarat.

3 Et ratio est, quia laicus est incapax spiritualiũ. *c. si quis deinceps. 16. quæst. 7. cap. causamque. de præscript. et cap. quamuis.* & beneficium est
4 res spiritualis. *cap. dilecto. et ibi Abb. num. 16. de preben. Hoieda vbi sup. d. nu. 71.* etenim omnia beneficia duo in se continent, idest spiritualitatem,
5 quod est principale, & temporalitatem, quod est accessorium. *c. sanctorum. §. quis. dist. 70. c. eos qui. dist. 81. Mandos. in reg. 22. Cancell. quæst. 4. num. 2. Selua de benef. par. 1. quæst. 1. nu. 5.* nisi laicus ex dispensatione Papæ beneficium habuerit *Felin. in d. cap. causam quæ. num. 6. Verall. dec. 138. par. 2. et decis. 24. par. 3. Doct. in cap. Ioannes. de cleric. coniug. et aliàs limit. refert* Gonzal. *vbi sup. d. gloss. 2. à nu. 69. ad finem. vide Lamber. vbi sup. lib. 2. par. 1. quæst. 7. art. 3. et 7. et d. Paris. d. quæst. 2.*

6 Ergo ad hoc vt quis præsentari possit à patrono ad beneficium vacans

cans debet esset clericus, & capacitas attenditur, ipsius præsentationis tempore. *Rota dec.69.par.3. lib.1.diuers. Mar. Antonin. variar. resol. lib.1. resol.19. num.1. Barbos. d. alleg.72. num.78.* & simul requiruntur clericatus, & ordo, vt incedat in habitu,
7 & tonsura, & saltem primam tonsuram illi collatam à suo ordinario habeat, quia licet incederet in habitu, & tonsura, & communiter clericus reputaretur, si tamen postea constet de veritate, non tenet collatio beneficij. *Staphil. de lit. gra. tit. de expectatiuis. noua forma expectatiuar. nu.24. Selua vbi sup. par.3. quæst.5. num.24. Paris. d. quæst.2. Gonzal. d. gloss.2. n.64. Garc. vbi sup. nu.11. et 12. et Barbosa vbi sup. num.73.* & satis est quòd sit clericus primæ tonsuræ, per quam ordo clericalis confertur. *c. cum con-*
8 *tingat. et ibi Doct. de æt. et qualit.* & communis Canonistarum sententia, vt per *Felin. in cap. sicut. el 3. num.2. de simonia. Mandos. in reg.24. Canc. quæst.1. num.2. Couarr. in cap. quia nos. nu.4. de testament.* Rota *decis.731. num.5. et 6. part.1. diuers. et Guido Pap. decis.449. nu.1.* vbi additio. quia
9 secundum Canonistas nouem sunt ordines addēdo psalmistatum, idest, primam tonsuram, & Episcopatum secundum nouem ordines Angelorum Ecclesiæ triumphantis. *c. cleros. dist.21. Abb. in cap. cum in cunctis. §. cum vero. nu.2. de elect. gloss. et Doct. in princ. proœmij Sexti* Decretalium, *in verbo, Episcopus, et in d. cap. cum contingat.* Nauarr. *consil.11. num.1. et 3. de tempor. ordin. Suarez, de relig. tractatu 3. lib.4. cap.13. nu.8. et cap. 56. num.5.* & ideo Decretum *Concil. Tri. sess.7. de ref. cap.10.* quoad principalem dispositionem comprahendit primam tonsuram. *Garc. vbi supra par.5. cap.7. num.95. et decretum cap. 18. de ref. sess.23.* ibi vnusquisque à proprio Episcopo ordinetur, cōprahendit etiam primam tonsuram. *Garc. d. p.1. cap.1. de cler. et ord. nu.7.*
10 *et 8.* Quamuis Theologi septem tantum ordines ponant ob septiformem gratiam Spiritus sancti. vide Diuum Thomam Doctorem Angelicum in supplemento ad tertiam partem. *quæst.37. art.2.* & secundum eos prima tonsura non est ordo, sed dispositio, & præparatio ad ordines, de qua re, & quot sint ordines an nouem, vt volunt Canonistæ, an septē, vt volunt Theologi tractant *Albertus Tror. de vero, et perfecto clerico. lib.1. cap.2.* Lambert. *vbi sup. par.1. lib.2. quæst.7. art.2. Couar. var. resol. lib.1 cap.10. à num.10.* Nauarr. *in man. cap.22. num.18.* Angel. *Syluester, Rosella, Tabiena, Armilla, et alij Summistæ in verbo, ordo. Catechismus ad parochos, de Sacramēto Ordinis. vers. docendum igitur erit.* Barthol. *Ledesma in Summario de Sacramentis, de Sacramento Ordinis, difficultate 5. Cādelabrum aureum, tit. de Sacramento Ordinis num.6. 10. et 11. Eman.* Rodriq. *in summ. tom.2. cap.13. Card. Tuscus pract. conclus. iur. conclus.189. lit. O.*
11 Adde quod hodie adest *Constitut. Sixti V.* relata à *Quaranta in summa Bullarij, in verb. habitus clericalis,* per quam ordinatur vt collatio beneficij fiat clericis in habitu, & tōsura incedentibus, & saltem prima tonsura insignitis, & ita omnes clerici beneficiati, vel in sacris ordinibus constituti in habitu clericali, & tonsura incedere debent ex dicta constitutione, & sic habitus
12 clericalis consistit copulatiuè in tonsura, & vestibus. *Bald. in l. si qua per calumniam, C. de Episc. et cler. nu.1. et Pacianus de probat. lib.2. cap.34. num.*
13 *25. et seqq.* & vestes talares sunt clericis congruentes idest, qui hominem vsque ad pedes tegunt, vt habetur in Calepino, in verbo talares. *Pet. Ledesma in summ. par.2. tract.7. cap.2. concl.14. circa finem. Garc. d. cap.1. num.21. et seqq.* & coloris nigri, vt dicam in *cap. vlt. huius prax.* totum enim corpus clericorum tegitur, & nigro colore, forsan quia sunt mor-

mortui mundo, nec amplius vt laici
debent palam apparere, sed manus,
& pedes tantũ expeditè habere de-
bent ad faciendum, & operandum,
os autem ad populum docendum,
15 & laudandum Deum. Et licet quis
non sit clericus quando à patronis
fuit nominatus, tamen sufficit quòd
sit clericus, quando præsentatur.
ita Rota *in vna Imolen. iurispatrona-*
tus. 19. Nouemb. 1584. *coram* D. *Ora-*
no. & latè Garc. *vbi sup. d. cap. 1. nu.*
32. & seqq. vide *Riccium in praxi*
rer. fori eccles. decis. 157.
16 Præsentandus debet esse clericus
vt supra dictum est, & ante 14. annũ
inceptũ non potest beneficium obti-
nere. vt habetur in *Concil. Trid. sess.*
23. de reform. cap. 6. Nauarr. d. cons.
11. nu. 3. de præb. Paris. de res. ben. lib.
3. q. 7. & lib. 4. quæst. 1. n. 7. & quæst.
9. nu. 3. Prax. Archiep. Neap. par. 2. cap.
18. nu. 14. Mar. Antonin. vbi sup. lib.
1. resol. 122. casu 51. D. *Alexander*
17 *Raudensis Patritius Mediolanen. &*
Comes Burgeti decis. 135. nu. 22. &
seqq. qui olim Primarius Iuris Ciui-
lis interpres Præstantissimus in Pi-
sano Gymnasio fuit præceptor meus
carissimus, & pariter D. Paulus eius
filius vir peritissimus dum in prædi-
cto Gymnasio Institutiones legeret
fuit Præceptor meus, quibus pluri-
mum debeo. *Riccius vbi sup. dec. 187.*
& de alijs requisitis ad beneficium
obtinendum dixi sup. lib. 1. cap. 1. &
dicam infra hoc eodem lib. 6. cap. 10.
& vide *Garc. vbi sup. d. par. 7.* per
omnia capita d. partis.
18 Qui clericus primæ tonsuræ gau-
det priuilegijs clericalibus, videlicet
priuilegio canonis. *si quis suadente.*
17. q. 4. & priuilegio fori. *cap. si di-*
ligenti. de foro compet. Hodie verò
19 circa priuilegium fori adest decretũ
Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 6.
quo decernitur, vt clericus gaudeat
20 fori priuilegio, clericus, idest primæ
tonsuræ, vel minorum ordinum, si
habeat beneficium ecclesiasticum,
aut clericalem habitum, & tonsurã
deferens alicui ecclesiæ ex mandato
Episcopi inseruiat, vel in Seminario
clericorum, aut aliqua Schola, vel
Vniuersitate de licentia Episcopi,
quasi in via ad maiores ordines su-
scipiendos versetur. de quo vide
Mar. Antonin. vbi sup. lib. 3. resol. 48.
per totam. & Stephanum Gratianum
disceptat. forens. cap. 212. nu. 40. & d.
licẽtia Episcopi sufficit etiamsi ore-
tenus sit data sine scriptis, ita de-
clarasse Sacram Congregationem
refert *Riccius vbi sup. dec. 599.* ne-
21 que hodie requiritur trina monitio
adhoc vt clericus non incedens in
habitu & tonsura amittat fori priui-
legium, sed statim ex *d. c. 6. conc. illud*
amittit. pulchrè declarat *Riccius vbi*
sup. decis. 606. qui clericus quãuis ex
22 d. concilio non gaudeat fori priuile-
gio, tamẽ gaudet priuilegio canonis
etiam post d. conciliũ. *Gutierez de*
iuram. confirm. p. 2. c. 17. n. 12. Garz.
vbi sup. p. 2. d. c. 1. nu. 3. & seq. Mastrill.
dec. Reg. Sicil. 104. & ita declarasse
Sacram Congregationem refert *Ric-*
cius vbi sup. decis. 607. vbi nu. 3. re-
fert eandem S. Congregationem
declarasse, quòd licet ex d. *cap. 6.*
clericus non incedens &c. perdat fo-
ri priuilegium, tamen id non obstat
23 Episcopo, quominus in tales clericos
delinquentes, si adhuc permanent
clerici possit animaduertere. &
24 quòd talis clericus possit renuncia-
re clericatui probat *Riccius vbi sup.*
decis. 597. qui ait in praxi tali clerico
delinquenti pro pœna imponi, vt
habitum dimittat.
25 Clericus autem primæ tonsuræ
rectè præsentatur ad beneficium, nisi
sit tale beneficium, quod ex funda-
toris ordinatione requirat in præ-
sentato maiorem ordinem, puta Sa-
cerdotium, vel alium ordinem sa-
crum, eo enim casu talis habens or-
dinem requisitum debet præsentari.
cap. significatum. de præbend. atten-
ditur igitur natura beneficiorum,
iuxta notata in *cap. cum accessissent.*
de constitut. Lambertin. vbi sup. lib. 2.

par.1.quæst.7.art.2. Garc. vbi sup.d. par.7. cap.1. nu.7. & seqq. & in be-
26 neficijs attenditur capacitas clerici tempore præsentationis si beneficiũ sit iurispat. seu collationis, si beneficium sit liberum. *Rota d. decis. 69. Mar. Autonin. vbi sup. lib.1. resolut. 19. num. 1. Barbosa d. allegat. 72. num. 78.*

27 Clericus autem coniugatus licet ueniat appellatione clericorum, & possit habere vxorem vnicam & virginem. *c. 1. de cleric. coniug.* nihilominus non potest habere beneficiũ. *d. cap. 1. cap. 2. cap. diuersis. & cap. Ioannes. de cleric. coniug.* & ratio est secundum *Abb. in d. cap. diuersis. nu. 1.*
28 quia talis cõiugatus non potest perfectæ Domino famulari, cum non habeat ex toto sui corporis potestatem, & amore filiorum, & coniugis ecclesiarum substantia dilapidaretur, & quia reputatur immundus respectu obsequij spiritualis. *cap. quod ad te. de cleric. coniug.* vbi idem Abb. notat; si tamen incedat in habitu, & tonsura potest ex Apostolica dispensatione habere beneficium simplex. *gloss. vlt. in d. cap. Ioannes.* cũm consensu patroni si beneficium sit iurispat. *Lambert. vbi sup. art. 3.*

29 Et placet afferre in materia clericatus, quando dicatur receptus à proprio Episcopo, decisionem *Rotæ coram Orano in Cæsaraugustana Pensionis 9. Martij* 1598. quæ est talis.

30 Reseruata fuerat Apostolica auctoritate q. Balduino Episcopo Auersano pensio 400. ducat. super fructib. Prioratus, & mensæ Capitularis ecclesiæ S. Mariæ de Pilari, cum facultate eam in vnam, vel plures personas transferendi, quam cum in personam D. Christophori eius ex fratre nepotis trãsferri deliberasset, Christophorus impetratis literis dimissorijs ab eiusdem Episcopi Vicario ad effectum, vt à quouis Catholico Antistite posset ad primam tonsuram promoueri, obtinuit in vim earum per Episcopum Casertanum sibi eam conferri, & successiuè præfatam pensionem ad sui fauorem transferri, sed quia oriundus erat ex diœcesi Lucana, dubium fuit, an ad hunc effectum clericatus sibi suffragaretur.

31 Et Domini venerunt in sententiã negatiuam, quia clari iuris est, Episcopum non posse valide mandare alicui conferri, vel etiam conferre tonsuram, aut ordinem, nisi ille, vel ratione originis, vel beneficij, vel etiam domicilij fuerit sibi subditus. *c. cum nullus. de temp. ord. lib. 6. Ant. in c. quoad translationem. nu. 3.* & ibi *Abb. nu. 2. de temp. ord. Aegid. in cap. adeo. de rescrip. Paris. cons. 136. n. 4. lib. 4. cum alleg.* vnde cũ in D. Christophoro nulla præmissarum qualitatum inesset, propter quam tempore dimissoriarum fuerit factus Episcopi Auersani subditus, sequitur, quòd clericatu vigore dimissoriarum obtento iuuari non potest, vt enim ostensum est, origo eum subditum facere Episcopo Auersano non potuit, cum esset Lucanæ diœcesis, neque beneficium, quia ante primam tonsuram illius incapax erat, minus
32 domicilium, quoniam ad illius constitutionem duo cõcurrere oportuit, animum scilicet, & factum, *l. domicilium.* & ibi *DD. ff. ad municipal. Bart. in l. placet. ff. eod. Gabriel cons. 189. n. 22. vol. 2.* animus autem cum à priori, & posteriori, vt inquit *Bald. in l. tres denunciationes. nu. 5. C. quom. & quando iud.* colligitur, si inspicimus initiũ, in eo defuit, quia eius pater cum filijs se contulit Auersam, vt ibi permaneret cum Episcopo fratre, sicut permansit, & vt filij operam nauarent literis, quo fit vt verisimile
33 non sit, ipsum, qui erat puer, habuisse animum sibi in ea ciuitate constituendi domicilium, licèt enim in ea ætate constitutus possit habere domicilium facto, vbi maior pars est fortunarum suarum, nihilominus nõ potest animo illud habere. *Bart. in l. placet. 2. q. ff. ad municip. & in l. 1. ff. de*

de tutor. & curatorib. Soccin. & alij, de quibus per *Silu.conſ.25.nu.37.* & ad hoc facit ratio tradita per *Pet. de Vbald.de canon.Epiſc.p.2.c.7.nu.25.* vbi pupillus traductus ad educandū extra domicilium originale nō contrahit domicilium accidentale,quia animum intellectualem non habet. *l.placet.l.aſſertio.§.fin. ff.ad municip. Gabriel.conſ.189.col.pen.vol.2.*

Quod ſi etiam reſpicimus tempus poſt mortem Epiſcopi, patet ex dictis teſtium ipſum Auerſa diſceſſiſſe, & in patriam redijſſe, quòd efficax reddit argumentum, ipſum non habuiſſe animum ibi conſtituendi domicilium, ſed permanendi cum patruo Epiſcopo. *Rimin.iun.conſ.468. n.71.per text. in §.pauonum.Inſtit.de rer. diuiſ.* maximè quòd Iulius eius frater remanſit Auerſæ, vbi vxorem duxit, & cum quo vlterius Auerſæ non habitauit. Quòd ſi vero mediū tempus attendimus, cum ſe contulerit ad patriam, & ſteterit abſens à ciuitate Auerſana per annum, manifeſtum fit non fuiſſe eius animum contrahere domicilium in ciuitate Auerſana. *Rim.iun. conſ.515.n.33.* quibus accedit, quòd non fuit habitus ibi pro incola, cum non conſtaret ipſum ea intentione habitatum Auerſam veniſſe, vt ibi perpetuo eſſet. *l.pupillus.§.incola. vbi Alc.nu. 11. de verb. ſignif.* nec diſtraxerat bona, quæ habebat in patria, nec in ciuitate Auerſana habebat maiorē partem fortunarum. *iux. l. ciues C. de incol.lib.10.vbi gl.in verb. larem.* neque ibi ſubſtituit onera. *Bald.cōſ. 47.lib.3. & conſ.339.eod.vol.*

Non obſtant coniecturæ adductæ per informantes pro D. Chriſtophoro, vt eſt habitatio per decennium in d. ciuitate, quia cum illa fuerit in domo aliena, nempe Epiſcopi ſui patrui, apud quem permanebat, iſta cauſa excludit præſumptionem, quòd permanſerit cauſa conſtituendi domicilium, nam vt acquireret domicilium, neceſſarium fuit, quòd

34 domum propriam, vti paterfamilias habitaret, & tranſtuliſſet larem cum familia, & maiori parte fortunarum. *d.l.ciues.vbi glo. in ver. larem. C. de incol.lib.10.Bald. in rubr. C. ſi à non compet.iud.nu.2. Socc.iun.conſ.7.vol. 2.* ibiq. animum perpetuo manendi retineret, ſiquidem aliàs ex quantumuis longeua habitatione non dicitur contraxiſſe domicilium. *Bart. in l.quæſitum. in princ.ff.de leg.3. Felin. in cap. dilectus.il 2. nu.2.de reſcr. Caſtrenſ.in l.2.n.2.verſ. & per præd. C. vbi Senatores.*

35 Hinc præfectus arcis, etiam quòd per decennium, vel vltra morā trahat extra locum originis, antiquum domicilium non mutat, nec nouum conſtituit. *Alc. reſp.55. num. 9.* &

36 ſcholaris, qui per quamplurimos annos cauſa ſtudiorum in aliqua ciuitate, vel vniuerſitate degit, non ideo contrahit ibi domicilium. *l.2.* vbi *Doct.C.de incol.Bart.in l.lex cornelia.§.ſi tamen. ff.de iniur.Caſtrenſ. in l.hæres abſens.§.vt ſi quis. ff.de iudic.cum ſimil.per Cæphal.in conſ.451. nu. 132.* quia animum recedendi à ſtudio habet. *Alber. Salic. & Rom. in l.cum filius.ff.ſi cert.pet.Ruin.conſ. 112. nu.12. lib.5.* & in his terminis fuit reſolutum coram R.P.D. *Mellino in vna Romana Cambiorum. 4. Decembris. 1592.*

Non obſtat emptio feudi, quia fuit facta à patre, & conſtitutio domicilij requirit factum proprium. *l.libertus. §. patris domicilium. ff. ad municip.Bald.in l.1.nu.6.C.de munic.*

37 *& origin.* & ſola emptio, ac poſſeſſio bonorum non acquirit ementi domicilium. *d.l.libertus. §. ſola poſſeſſio.* ſed extra locum originis ad conſtituendum domiciliū oportet, concurrat translatio maioris partis facultatum cum familia, & animo perpetuo ibi habitandi. *Alc. lib. 2. parerg.cap.7.*

38 Neque domicilium patris accidentale eſt domicilium filij. *l.aſſumptio.§.filius ciuitatem.ff. ad municip.*

l. non vtique. ff. eod. gl. in l. filius. C. de munic. & orig. lib. 10. vbi Io. de Plarea dicit, quòd domicilium originis
39 sit immutabile, secus domicilium accidentale, quia potest sæpissime mutari. *Marian. in cap. fin. nu.* 53. *de for. compet. gl. in l. senatores in verbo, adiectionem, in fine, ff. de senat.*

Nõ obstat declaratio per D. Christophorum, quòd volebat habitare
40 Auersæ, quia potentior est voluntas, quæ factis, quam quæ verbis declaratur. *l. si tamen. §. ei qui dicit. ff. de edil. ed.* Castrens. *in l. si procurator, falsa. nu.* 3. *ff. de condit. ob causam.* & fuit dictum in causa *Oriolen. beneficij.* 6. *Martij.* 1593. *coram Illustrissimo Mantica.* nam sæpius contra intentionem aliquod dicitur, quòd nõ contingit in factis. *Aym. cons.* 292. *nu.* 15. & *cons.* 301. *nu.* 13. ideoquè
41 quòd dicitur momento cõtrahi domicilium, cum quis declarat perpetuo velle manere in aliquo loco, procedit, vbi voluntas perducitur ad factum transferendo se ad locum, & ibi habitando in propria domo, vel saltem conductitia, vel gratuita. *Bal. cons.* 198. *nu.* 3. *lib.* 2. *Menoch. de arbitr. cas.* 86. *nu.* 2. præterea testis primus est vnicus, qui de eo deponit super septimo, cui nulla potest fides adhiberi, cum fuerit periurus, & conuincatur de mendacio, dum respondit de crimine aliquo non fuisse inquisitum, quod tamen ex processibus conuincitur falsum, & istius depositio valde dubia redditur, dum hoc audiuisse ait ante, & post mortẽ Episcopi, potuit enim audiuisse immediatè post clericatum, aut dum esset in pupillari ætate constitutus,
42 & cum vis sit in tempore, probatio debet esse concludens *DD. in cap. præsentia. de testib.*

Alij vero testes in genere de declaratione animi deponentes non præsumuntur contestes. vt fuit resolutum in vna Romana de Incoronatis. 7. *Febr.* 1575. *coram Cotta.*

Vlterius habitatio non potest hoc casu coniungi cum declaratione animi, nam illa habet suam causam, & ideo non seruit, declaratio vero non probatur, nisi per dictum vnius contestis, quæ probata, vt ex præmissis liquet, non releuat, cum illi repugnent facta, vt benè deducunt hic informantes, qui omnibus in contrarium consideratis respondent.

Et in simili adest *decis.* 742. *Card. Seraphini in* Neapolitana *Canonicatus.* vbi taliter ordinatus dicitur clericus, sed non quoad ordinis executionem.

Quoniam autem Clericus præsentari debet ad beneficia ecclesiastica, & sæpe de clerico in hac praxi fit mentio, ideo necessarium est breuiter de clericatu ipso, & eius effectibus breuiter videre.

43 Clericatus igitur de Iure Diuino constitutus est. *c. continua. & c. sacerdotibus.* 11. *q.* 1. & *c. si Imperator. dist.* 96. *Abb. in c. solitæ. de maior. & obed. Anast. Germon. de sacror. immunit. lib.* 3. *c.* 3. *nu.* 35. appellantur au-
44 tem clerici à verbo græco, cleros, quod idem est, quod sors, seù hæreditas latinè sonat. *c. cleros. vbi gloss. dist.* 1. *Isidor. lib.* 7. *etimolog. tit. de clericis*, & statim ac quis ad clericatũ
45 assumptus est, translatus dicitur ad Domini famulatum, & à cætu laicorum est segregatus. *Host. in summa tit. de temp. ordin.* ex quo clerici ser-
46 ui Dei dicuntur, ac Deo obsequi, & seruire profitentur. *d. c. cleros. c. cui portio.* 12. *q.* 1. *c. cum secundum Apostolum. de præb.* & de clericorum vita habetur in *Concil. Trid. sess.* 22. *cap.* 1.
47 *de reform.* ideoq. clerici omnino casti, & continentes esse debent. *c. vt clericorum. de vit. & hon. cler.* & in
48 ipsis ignorantia cærerorum malorũ mater damnatur. *c. ignorantia. dist.* 38. atque à clericis auaritia abesse debet, quæ est idolorum seruitus. *cap. cum omnis.* 1. *q.* 1. *c. auaritia. de*
49 *præb.* clerici etiam debẽt esse sobrij, honesti, & à crapula alieni. *c. à crapula de vit. & hon. cler. c. vinolentum. & c.*

& c.ante omnia. dist.35. debent esse misericordes, & charitatiui. *cap. 2. dist.42.* & in suis actibus nullam debent adhibere fraudem. *Graff.decis. aur.par.2.lib.3.cap.1.nu.7.* & rebus temporalibus se immiscere non debent. *c.1. & 2. 21.q.1.* componentes vitam, & mores habitu, incessu, visu, & sermone, itaut à planta pedis vsque ad verticem capitis honestatẽ præseferant. *Grassus de effectib. clericat. in prælud. nu. 76.* & tales esse debent, prout eos describit *Isidor. lib.2. de ecclesiast. offic. cap.2. & in c. his igitur.dist.23.Belletus in p.1. disquisitionis clericalis. de disciplina clericali. §.1. & seqq.* & quia clericatus

50 à natura non venit, sed fit extrinsecè, in dubio non præsumitur. *c.presbyteris.& ibi gloss.dist.68. Mascard. de probat.conclus.302. nu.13. Gomes. super reg.* Cancell.*tit.de annali possess. q. 58.*

51 quando tamen quis in quasi possessione clericatus reperitur per longam habitus delationem, tunc clericus præsumitur *Dec.in c.si scriptura.nu.48. de fid.instrum.Mascard. vbi sup. conclus. 304. num. 1.* vel si tamquam clericus in possessione beneficij reperiatur. *Rot.dec.13.de probat.in antiq. Mascard. vbi sup. conclus.302.num.16.* vel si per aliquod tempus, vt clericus ecclesiæ inseruisset. *Felin.in c.illud.nu.5. de præsumpt. Belletus vbi sup.§.14. de fauore clericorum personali.*

52 Clericatus autem probatur per literas testimoniales, seu dimissorias Episcopi attestantis se ordinem contulisse illi, qui se dicit esse clericum. *Abb.in c.1.nu.3.de cleric.pereg.Felin. in c.post cessionem.nu.3. & 15. de probat. Mascard. vbi sup. conclus. 305. num. 1.*

53 Secundo probatur per scripturam de ipso clericatu confectam. *c.legum. 2.q.1.cap.tua.de cler.peregr.*

54 Tertio probatur ex confessione partis aduersæ. *Mascard.d.conclus. 305.num.6.* quòd procedit, quando essemus in possessorio, quia tunc ad colorandam possessionem, confessio rei facta de clericatu actoris, prodest actori, secus in petitorio. *Gemin. in c.1.nu.6. de eo, qui mitt.in poss.lib.6.* vbi *Franc.col.vlt. Graff. vbi sup. nu. 201. & seqq.*

55 Quarto probatur per inditia, & argumenta. *c.inter quatuor. vbi gloss. in verbo, per argumenta. de cler. peregr.Barsius decis.3.nu.13.*

56 Quinto ex communi opinione, & reputatione, vt si quis tanquam clericus fuisset communiter habitus, & reputatus per multum tempus. *Innoc. in cap. innotuit. de eo, qui mitt.in poss. Bars.d.decis.3.nu.15.*

57 Sexto probatur per famam concurrentibus aliquibus alijs adminiculis. ita *Mascard. d. conclus.305. num. 1.*

58 Septimo probatur per testes, qui actui clericandi interfuerunt. *c.2. & 3.de cler.peregr.Guid.pap.decis.474. Mascard.vbi sup. conclus.303. n.1. & 11.* & probatur etiam per vnum testem. *Bald. & Felin. in c.licet vniuersis. in fine. de testibus.* quòd declara, & limita, vt per *Grassum vbi sup. à nu.212.*

59 Octauo probatur per assertionem Cardinalis attestantis quem esse clericum. *Bald. in proœm. decretal. in princ. nu.23. Mascard.d.conclus. 305.nu.15.* non tamen probatur per

60 verba enunciatiua Papæ, vel prælati dicentium in bulla talem esse clericum. *Pet. de Ancbar. in cap. si iudex laicus.de sent.exc.lib.6. Marchesan. de commission. p.1.c.14. nu.60.* attamen talis nominatio pro nominato inducit præsumptionem, quæ transfert onus probandi contrarium in aduersarium. *Fel. in c. à nobis. col.3.*

61 *de testib.Bars.d.dec.3.nu.12.* & si talis nominatus clericus captus sit per iudicem laicum, absque alia probatione remitti debet ad iudicem ecclesiasticum. *Fel.in c.nonnulli.§.sunt & alij.col.3.in 4.ampliat. de rescript.* sed talis nominatio non sufficit, si talis nominatus ita vellet vendicare

beneficium ab alio possessum. *Mascard. vbi supra conclus.304. nu.23.*

62 Et licèt quasi possessio clericatus non probet clericatum. *Mascard. vbi sup.conclus.314.num.8.& 19.* tamen transfert onus probandi contrarium in contradicentem. *Mascar. concl.302. num.6. & 12. & conclus.*

63 *304. num. 10.* quæ quasi possessio prodest, quando quis in sua patria reperitur, secus si sit alienigena, & ignotus. *Mascard. & Menoch. vbi sup. vide Belletti vbi sup. par. 1. de fauore clerici personalis* §. 14. & de probatione clericatus fuit dictum in *Neapolit. canonicat. 9. Decemb. 1585. coram Card. Seraf. prout infra.*

Fuit resolutum clericatum Stephani esse sufficienter probatum nam de eo per literas ordinantis constat, neque obstat, quod fuerit à non suo Episcopo, neque constet de locatione, ea namque ex multis coniecturis præsumitur, & primo, quia tonsuratus fuit in propria diœcesi sui ord. quod non ex verisimile factum fuisse sine eius licentia, vt coram me aliàs dictum fuit in vna *Ispalen.* 2. quia iacessit per longum tempus in habitu, & tonsura, vt probant testes, sextus, & septimus *sup. 3. art. 3.* quia in sentẽtia lata per vicariũ vocatur clericus 4. & vltimo adest remissio facta à Curia seculari ad Curiam Archiepiscopalem de eo tanquam clerico, quæ omnia sunt sufficientia ad inducendam præsumptionem licentiæ, cum simus in materia, in qua leuiores probationes sufficiunt. *Rot. decis. vlt. de fil. presb.* in nou. & potuit licentia separatim concedi, vt verisimile est in ordinante in aliena diœcesi, tunc enim non particulares licentiæ dantur ijs, qui volunt suscipere ordines, sed sufficit generalis licentia, quia datur ei, qui ordines confert, quæ facilè præsumitur *Bell. conf. 46. num. 4. Capic. decis. 4. nu. 30.* accedit etiam ordinantis auctoritas, quæ præsumptionem coadiuuat *c. nisi essent.* & ibi *Abb. in 2. not. de praeben. Oldrad. cons. 215. num. 9.* maximè accedente tempore satis longo. *glos. in cap. peruenit. de empt. et vend. cum simil.* bene facit *Pereg. dec. 53.* dubitaui in causa *Astoricen. lib. 1.* & quod versamur in præsumptione solemnitatis, non autem substãtiæ actus iuxta adducta per *Aym. de antiq. temp. par. 3. num. 2. et 3.* quantum ad ætatem, licet ex testibus Ioannis Dominici videretur probari, tamen quia pars contraria super eo ex professo informauit, & cepit particulariter audiri, non fuit capta resolutio, & ob id iterum causam super hoc articulo proponam & de probatione clericatus vide eundem *Card. Seraf. decis. 162. 962. 1292. Rota decis. 248. nu. 2. 572. num. 1. 613. num. 4. 101. num. 1. 321. num. 5. 629. num. 3. 257. num. 6. 700. num. 5. et 715. num. 3. par. 1. in recent. et dec. 455. nu. 7. 605. num. 2. 736. num. 4. et 252. num. 6. part. 2. in eisdem recentiorib.* & fuit dictum in *Seguntina parochialis. 24. Ian. 1614. coram Buratto.* vbi gratiosè subrogato dari immissionem iustificato ipsius clericatu, reseruatione, quæ notoria sit, & possessione, ad quam fit subrogatio, indubia est in Rota conclusio. cum itaque hæc tria bene præstitisset Gaspar, resolutum fuit immissionem illi concedendam de clericatu deponunt duo testes reddentes causam scientiæ, quia viderũt illum sæpius, & à pluribus annis Missam celebrantem, in habitu, & tonsura incedentem, & communiter pro tali reputatum, quorum vnus etiam de fama formiter, cum tamen communis reputatio sufficiat. *Rota decis. 14. de prob. in antiq. Aegid. dec. 134. si impetrans. Gabr. qui de communi obseruantia. conf. 182. num. 14. lib. 2. Rota in Colonien. canonicat. 20. Maij 1620. coram bo. mem. Card. Pamphilio et in Narnien. canonicatus 30. Apr. 1594. coram bo. me. Litta, et in alijs plurib.* reseruatio est patens ex decreto apposito in prouisione apostolica facta Ioanni Camer. &c. vt ibi, & possessio

dicti

dicti Ioannis probetur ex ijdem testibus, vt ibidem habetur.

64 Quomodo autem probetur, quod quis non sit clericus vide *Grassum vbi sup. à nu.* 233. vbi refert quatuor modos.

65 Ordo etiam non præsumitur, & probato clericatu, si non constet in quo ordine sit, præsumitur habere primam tonsuram dumtaxat. *Butr. in c.1. col.1. de cler.* Peregr. *Rebuff. in praxi, de forma lit. prim. tonf. nu.* 22. *Menoch. d. præsump.* 76. *num.* 2. 3. *et* 28. & asserens se ordinatum debet ostendere literas testimoniales sui Episcopi. *Paris. de resign. benef. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 86.

66 Sciendum est insuper, quod hoc nomen, clericus, est generale comprehẽdens omnes species, & in quocumque ordine existentes, & tam maiores, quam minores. *c. de persona,* 11. *quæst.* 1. *cap. duo.* 12. *quæst.* 1. & omnes ordinatos comprehendit. *Henr.* Botta *de Synodo Episc. part.* 1. *num.* 60. & comprehendit omnes inseruientes Diuinis ministerijs, & omnes, qui non sunt laici. *Rosella in summa, in verbo, clericus, el* 1. *in princ.* & clericorum appellatione

67 veniunt monachi, & religiosi cuiuscumque regulæ. *Vitalin. in clem. si vera. nu.* 12. *de sepult.* sic è contra reli-

68 giosorum appellatione lato sumpto vocabulo veniunt etiam clerici seculares. *gloss. in c. præsens.* 20. *quæst.* 3. *Fel. in c. tua nos. num.* 1. *de iureiur.* &

69 clericorum appellatione veniunt nouitij, conuersi, & moniales cuiuscunque religionis approbatæ. *c. locum. de sent. exc.* & tam clerici seculares, quàm regulares *c.* 1. *& c. generaliter.*

70 16. *q.* 1. Item veniunt milites Hierosolymitani, S. Iacobi, S. Stephani, S. Mauritij, & *Sim. Io. monachus in c. ex eo. in fin. de elect. doct. in cap.* 2. *de for. comp. vbi Abb. num.* 11. *& Fel. num.* 10. *Grassus vbi sup. effectu* 1. *num.* 109. veniunt etiam Heremitæ,

71 qui sunt sub obedientia alicuius superioris. *gloss. in cap. qui vere. & ibi Archid.* 16. *quæst.* 1. & veniunt clericorum appellatione omnes in quacunque dignitate Ecclesia positi. *c. cum tibi. de verb. signif.* & hoc in materia fauorabili, secus in odiosa. *Grass. vbi sup. in prælud. à nu.* 260.

72 Clericalis autem habitus in duobus cumulatiuè consistit, idest, in veste, & tonsura, nec vnum sine alio sufficeret. *c. si iudex circa med. de sent. excom. lib.* 6. & de veste, habituque clericali quamuis in iure non sit determinatum, consuetudo est attendenda. *glos. in cap. penul. de vit. & honest. cler.* & hodie adest *Constit. Sixti* V. *de habitu cleric.* qui debet esse talaris, & communiter est nigri coloris. *Moscon. in tract. de maiest. milit. eccles. lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 2. *vers. de habitu*

73 *autem.* quoad tonsuram, rasuram clericam, seu coronam, quæ videntur synonima, quæ est pars capitis pilis denudata per modum coronæ circularis, de qua in *cap. prohibente. dist.* 23. *& in d. cap. duo.* 12. *quæst.* 1. vbi habetur, quod pilorum rasura liberam mentem à mundi cogitationibus denotat.

74 Clericales autem ordines sunt nouem, vt dixi supra num. 9. prima tonsura, ostiariatus, lectoratus, exorcistatus, acolithatus, subdiaconatus, diaconatus, & Presbyteratus, & Episcopatus. *glos. in proœm. Sixti. decr. verbo, Episcopus Card. à tunc crim. in d. cap. cleros. num.* 10. *dist.* 21. *Fel. in c. sicut. de simonia.* & hoc secundum Canonistas, sed secundum Theologos ordines sunt septem, vt supra exceptis prima tonsura, & Episcopatu. *Bart. Vgolinus, de simonia, tabula* 1. *cap.* 43. *nu.* 3. *Grassus vbi sup. in prælud. à num.* 282. & prædicti ordines gradatim sunt suscipiendi, &

75 non per saltum. *cap. vnico, de cleric. per saltum promoto*, & ordines sacri non possunt conferri, nisi seruatis interstitijs decretis à *Conc. Trid. sess.* 23. *de ref. cap.* 11.

76 Item est etiam sciendum, quòd quamuis clerici non sint in iurisdi-

ctione

ctione Imperatoris, Regis, seu Principis. *Io.Bapt.Asinius de execut.§.9. cap.* 16. & non sint eisdem subditi. *Bald.in l.de quibus.vers. sexto queritur .ff. de legib.* attamen non dicun-
77 tur forenses, sed de loco, in quo sunt nati. *Dec. in c. ecclesia S. Mariæ. nu.* 220. *de constit.* & naturaliter, & originariè dicuntur esse de loco, & ditione illius Principis, in cuius terris nati sunt. *cap.de capitulis.dist.*10. *Clarus in §. crimen lesæ maiestatis. nu.*7. ideoq. in fauorabilibus clerici
78 veniunt appellatione districtualium, secus in odiosis.*c.vlt.vbi Anchar.in* 4.*not.de off.deleg.lib.*6.*Dec.in d.c.ecclesia S. Mariæ. nu.*34. & tunc clerici veniunt appellatione ciuium. *c.de ijs.dist.*12. & dicunt alij relati à *Grass.d.prælud.nu.*368. & non solum dicuntur ciues ciuitatis, in qua sunt nati, verum etiam illius, in qua habent beneficium. *cap.*3.*de temp.ord. lib.*6.*Surd.dec.*301.*nu.*7. & tales be-
79 neficiati gaudent prærogatiuis concessis ciuibus. *Freccia de subinfeudat. car.* 46. & idem est in regularibus. *Nauarr.cons.*6.*nu.*3.*de testament.* &
80 tunc etiam clerici veniunt appellatione populi. *cap.*1.*de præb.Dec.vbi sup. nu.* 8. & veniunt appellatione vniuersitatis. *Card. in clem.*1.*quæst.* 3.*de immunit.eccl.* & veniunt appel-
81 latione vassallorum quatenus considerantur vt ciues, & in his, quæ non repugnant ecclesiasticę libertati. *Aluar.Valasc. dec.*100. *nu.*7. ita in fauorabilibus veniunt appellatione prouincialium. *c.dilecti.de for. compet.* & veniunt hominum appellatione, & ideo concesso priuilegio hominibus alicuius loci, veniunt etiam clerici si velint, & possint. *d.cap.dilecti.* quæ declara, vt per *Grassum d. prælud. à nu.* 378.
82 Insuper sciendum est, quòd iurās, vel vouens nō clericari, fit & dicitur irregularis, quamuis votum, & iuramentum sint nulla. *c. archidiaconū. dist.* 85. *Maiol.de irregularit. lib.*5. *c.*24.*nu.*3. vbi ait clericum min. ord.
83 expressè renunciantē ordinib. suis, & clericatui, non esse vlterius ad clericatū admittendum, & si relinquatur alicui legatum sub conditione, quòd ei non debeatur, si ingrediatur monasterium, & fiat religiosus, dicta conditio tanquam impeditiua vitæ spiritualis reijcitur, & legatum debetur. *Bald. in l.cum ita.ff.de cond.*
84 *& demon.* eàdem ratione, si puellæ relicta sint mille, si nubat, & quingenta, si fiat monialis, si fiat monialis, debentur mille. *Butr.Abb.Fel.* & alij in *c. in præsentia.de probat. Dec.*
85 *cons.* 419. quia ingrediendo monasterium dicitur nubere. *Leander Galganettus Aduocatus Romanus de condit. & demonstrat. p.*1.*cap.*8.*nu.*44. *& seq.* hinc fit, vt si relicta sint ali-
86 menta præstanda in domo testatoris tantum ad *Bart.in l.Caio.§.Imperator.ff.de al.& cib.leg.* tamen si legatarius fiat religiosus & monasterium ingrediatur, ibi debet habere illa alimenta. *Ant.Corduba in repetit. l. si quis à liberis.§.si quis ex his.n.*174. *ff. de lib.agnosc.* hinc etiam est, quòd
87 si institutus sit sub conditione de restituendo hæreditatem alteri, si ipsę sine filijs decesserit, & fiat religiosus, & decedat sine filijs, erit exclusus substitutus, & succedet monasteriū, quod quomodo procedat, declarat *Simon de Pretis cons.*39.*nu.*10. *Vinc. Honded. cons.*62.*num.*50.51. *&* 52. *Mastrill.decis.*152.*nu.*18. *Nic.Intrigliolus de feudis, centuria* 1.*quæst.*46. *nu.*83.*& seqq.* & dummodo religio, ad quam institutus transit, sic capax
88 successionis hæreditariæ. quid si talis institutus fiat clericus secularis, an substitutio euanescat. dixi sup. lib.2.cap.5. & vide *Io. Aloys. de Leo in l.*1. *nu.*16. *C. de instit. & substit.*
89 hinc etiam filiusfam. etiam patre inuito, & contradicente potest clericari, & monacari, nec per hoc erit ingratus, nec exhæredari poterit. *Salicet. in l. Deo nobis. C. de Episc. & cler. Ant. Scappa de iure non scripto, lib.*1.*cap.*55.*nu.*1.*&* 2.

Scien-

90 Sciendum est etiam priuilegia clericis concessa esse latissimè interpraetanda. *l. priuilegia. C. de sac. eccles.* & quòd donatio à patre facta

91 filio, vt ad ordines sacros promoueatur, non computatur in legitima. *Faber in §. vlt. Institut. de inoff. test. Crauetta cons. 136. lib. 1.*

92 Et insuper clerici, & personae ecclesiasticae comprahenduntur inter personas miserabiles. *Innoc. & Butr. in c. significantibus. de off. deleg.* & di-

93 cens se esse clericum, cum non sit, falsi poena punitur. *Bald. in l. sub praetextu. C. de sac. eccles. Fel. in c. tertio loco. nu. 1. de probat.* & si vtatur veste

94 clericali, vel monacali, poena exilij, & corporali punitur. *Menoch. de arb. iud. cent. 6. casu 561. nu. 7.* & si quis

95 non sacerdos, audeat missam celebrare debet comburi ex constitutione Clementis VIII.

96 His praemissis videamus de effectibus ipsius clericatus, &

97 Primus effectus est, quia clerici eximuntur à iurisdictione, & potestate laicorum, & coram laico iudice conueniri nequeunt. *c. 1. & seq. 11. q. 1. c. si diligenti. & c. significasti. de for. comp. Azor. instit. moral. lib. 5. c. 12. vers. in hoc proculdubio. Aufrer. in tract. de pot. iud. sec. sup. pers. eccles. num. 5. Surd. cons. 193. num. 4. Honded. cons. 3. num. 12. lib. 1. Abb. in cap. solitae. num. 14. de maior. & obed. Marc. Ant.* Eugenius *cons. 26. num. 23. Hieron. Papponius Conciuis meus cons. 29. num. 10. Farinac. in suo tract. crim. quaest. 8. n. 1. Flamin. Chartarius in quaest. de interrogand. reis. lib. 1. c. 1.*

98 *num. 12.* & hanc exemptionem consequuntur clerici nedum de iure positiuo, verum etiam de iure Diuino. Vt in *Psalmo* 104. *Nolite tăgere Christos meos. c. continua. 11. q. 1. & c. futuram. 12. q. 1.* & laici sunt incapaces iurisdictionis in personas ecclesiasticas. *Bald. in l. si quis ex aliena. ff. de*

99 *iudic.* tam in ciuili causa, quam in criminali. *Roland. à Valle cons. 23. num. 13. lib. 2. Lud. Molin. de iust. & iure. tract. 2. disput. 30. in princ. Lelius de Zanchis de priuileg. eccl. priuileg.*

100 *85. num. 2.* quod est verum tam si clericus conueniatur actione reali, quam personali, quia sicut clerici iudici laico non subijciuntur, ita nec

101 eius bona. *Auth. statuimus. C. de episc. & cler. c. statuimus. 11. q. 1. Farinac. d. q. 8. num. 21.* vbi de communi, & magis communi. & si clericus

102 conueniatur actione reali, debet cōueniri coram iudice ecclesiastico loci vbi res est sita. *l. vlt. vbi Doct. C. vbi in rem actio. Scaccia de iudicijs. par. 1. c. 11. num. 31.* & praedicta pro-

103 cedunt in quolibet iudicio, ordinario, extraordinario, summario, petitorio, possessorio, reali, personali, vel mixto. *Socc. sen. cons. 95. num. 7.*

104 *vol. 3.* neque hic fori priuilegium potest clericis auferri. *Signorol. de homod. cons. 21. col. 2. Dec. cons. 276.*

105 *num. 2.* potest tamen Papa aliquo casu auferre priuilegium clerico, vel clericis certi ordinis. *c. bene quidem. dist. 96. Farinac. d. q. 8. num. 4. Couarr. pract. quaest. c. 31. num. 4. & 6.* vel si Papa causam delegaret iudici laico super certis clericis. vt habetur in *c. mennam. 2. q. 7. & in c. verum. de*

106 *foro compet.* clerici autem dicto fori priuilegio renunciare nequeunt. *d. c. si diligenti. & d. c. significasti. Couar. vbi sup. cap. 10. nu. 4. Marchesan. de commission. par. 2. cap. 3. quarti capit. princ. num. 34. Scaccia de iudic. par. 1. c. 11. nu. 35. Farinac. d. q. 8. nu. 10.* neque tacitè possunt hoc facere permittendo se conueniri coram iudice laico. *c. insolita. 11. q. 1. Doct. in d. c. si diligenti. Vinc. de Franch. decis.*

107 *329. num. 2.* nec etiam cum Episcopi consensu potest clericus renunciare fori priuilegio. *gloss. & Doct. in d. c. significasti.* idem est etiam in

108 clericis coniugatis, qui non possunt conueniri, nisi coram iudice ecclesiastico, si habitum, & tonsuram deferant, & vnicam, & virginem vxorem habuerint, & deseruiant ecclesiae. *Conc. Trid. sess. 23. de ref. cap. 6.* dum-

dummodo se negocijs secularibus non immisceant. *cap. Ioannes. in fine. vbi gloss. & Butr. de cler. coniug.* eo-
109 dem priuilegio fruuntur tertiarij S. Francisci, seu alterius regulæ. *Marc. Ant. Eugenius consi. 26. nu. 1.* sed cõtraria opinio verior est in talibus tertiarijs. *Festasius de ex timo. par. 4. cap. 1. num. 10.* quòd declara vt per *Grassum vbi sup. effectu primo. à num. 92.*

110 Moniales etiam eodem foro priuilegio gaudent. *c. de persona. 11. q. 1. Abb. in cap. cum monasterium. nu. 3.*
111 *de elect.* & idem est in heremitis. *cap. indemnitatibus. de elect. lib. 6. Innoc. & Doct. in d. cap. cum monasterium.* vide Decianum *in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 32.* vbi refert contrarium tenentes, eosq. distinctione
112 conciliat, eodem fori priuilegio gaudent regulares religionum approbatarum. *cap. vlt. de relig. domib. Doct. in cap. 2. de for. comp.* Decian. *d. cap. 9. num. 29. & 30.* idem est in militibus
113 Hierosolymit. S. Iacobi, S. Stephani, & sim. *Io. monachus in cap. ex eo. de elect. doct. in d. cap. 2.* & idem est
114 in Hospitalarijs, & Rectoribus Xenodochiorum, qui in manibus Episcopi aliquam regulam approbatam profitentur. *Abb. in d. c. 2. nu. 11.*

115 Est idem in Canonica seculari, dummodo eius regula sit approbata à Papa vel ab Episcopo. *Mar. Soc. in cap. 1. nu. 15. de for. comp.* nec etiam
116 clericorum collegia, seu Vniuersitates, vel Capitula ecclesiarum conueniri possunt coram iudice seculari. *Aufrer. vbi sup. num. 12.* insuper
117 familia Episcopi etiam laica gaudet fori priuilegio. notatur in *cap. cum non ab homine. de iudic. Abb. in d. c. 2. nu. 6. de for. comp. Vulpell. de libert. eccles. p. 3. nu. 24. Farinacc. d. q. 8. nu. 46.* vbi de communi. *Leontus in Thes. for. eccles. p. 1. cap. 11. num. 19. Thesaur. decis. 22. nu. 6.* si tamen viuat de expensis Episcopi, aut pro administratione suæ iurisdictionis. *Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 1.*
118 *resolut. 75.* & Episcopus potest habere familiam armatam pro tuitione, & executione suæ iurisdictionis. *Roi. à Valle cons. 37. lib. 4. Aufrer. vbi sup. de aut. iud eccl. sup. laic. nu. 18. Menoch. de arbit. iud. casu 394. nu. 7.*
119 Clericus autem semper conueniatur coram iudice ecclesiastico, & secũ trahit litis consortem, vel cum eo delinquentem, quia maius dignũ trahit ad se minus dignum. *l. de honorario. C. de off. præf. prat. Aufrer. ubi sup. num. 13. Clar. § fin. q. 36. nu. 41. Menoch. vbi sup. casu 371. nu. 12. & 13.* vbi de magis communi. *Marchesan. de commiss. p. 1. commiss. 2. c. 2. nu. 27. & seq. Rim. iun. cons. 551. nu. 67. lib. 5. Surd cons. 222. num. 1. lib. 2. & cons. 396. num. 16. lib. 3.* & an in
120 rebus inseparabilibus, & quæ diuidi nequeunt, procedat dicta opinio, aut in rebus etiam separabilibus, vide *Bart. in l. præcipimus. § eodem obseruando. C. de appellat. & in l. iurisperitos. § fin. ff. de excus. tut. Couarr. vbi sup. pract. quæst. cap. 34. nu. 2. Gail. obseruat. 37. num. 2. lib. 1. Vincen. de Franch. dec. 426. nu. 4. lib. 2. annot. ad Afflict. dec. 213. nu. 7. Mandos. de inbibit. quæst. 69. per totam. Farinac. vbi sup.*

121 Familia insuper ipsorum clericorum conueniri debet coram ecclesiastico iudice. *gloss. in cap. clericum. il 1. 11. q. 1. Maranta in praxi iudic. p. 4. dist. 11. nu. 23.* vbi addit. *Decian. d. c. 9. nu. 47.* vbi hoc declarat. *Vulpell. de libert. eccl. p. 3. num. 24.* & con-
122 trarium tenent *Capic. decis. 12. nu. 2.* vbi de communi. *Farinac. d. q. 8. nu. nu. 46. Scaccia de iudic. p. 1. c. 11. nu. 22. & Clar. d. § fin. q. 35. Menoch. vbi sup. casu 562. nu. 4. & seq.*

123 Et coloni clericorum, & ecclesiarum gaudent fori priuilegio, quia clerici non possent commodè vti suo priuilegio, nisi ipsi coloni eodem priuilegio potirentur. *Felin. in cap. quam sit. nu. 1. de iud. & in c. 2. nu. 2. de for. comp. Surd. cons. 304. nu. 11. lib. 3.*

Verum

124 Verum si iudex laicus audeat iudicare de clerico coram se conuento, priuatur suo officio. *d. c. inolita. Syluest. in summa, in verbo, iudex.*
125 *il* 1. *nu.* 3. & si iudex laicus non remittat clericum ad suum iudicem ecclesiasticum, peccat mortaliter. *c. si rector. vbi gloss. dist.* 41. *Sairus in claui regia. lib. 2. c. 7. num. 6.* & iudex laicus attentans procedere contra clericum ipso facto excommunicationem incurrit. *Guid. pap. dec.* 77. & si detineat clericum carceratum, cõmittit sacrilegium. *c. si diligenti, de*
126 *for. comp.* non enim potest etiam incidenter de delictis clericorum cognoscere. *c. si iudex laicus. de sent. excomm. lib. 6. Doct. in c. at si clerici. de iud. Rol. à Valle cons.* 12. *nu.* 38. *&* 41. *lib.* 2. quamuis contrarium teneat *Butr. in c. tuam. in fine. de ord.*
127 *cognit.* processus autem factus contra clericum coram iudice laico est ipso iure nullus, tàm in eius contumacia, quàm eo comparente. *l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur. Afin. vbi sup. §. 6. c. 49. nu.* 8. *Alu. Valasc. decis.* 65. *nu.* 3. *Vant. de nullit. tit. de nullit. ex def. iurisd. nu.* 4. & con-
128 fessio facta à clerico coram iudice laico est ipso iure nulla, sibiq. non præiudicat. *d. c. at si clerici. vbi Abb. & alij. Decian. d. c. 9. nu.* 64. *Afin. vbi sup. §.* 14. *n.* 7. *c.* 1. potest tamen cogi
129 à suo iudice ad perseuerandum in tali confessione, si coniecturis adiuuetur. *Felin. in d. cap. at si clerici. num.* 5. immò dicta confessio facit adminiculum, & corroborat alias probationes, & inditia. *Io. Andr. in d. c. at si clerici. num.* 2. minus
130 potest iudex laicus condemnare, seu absoluere clericum coram se conuentum. *Bald. in auth. clericus. nu.* 20. & ibi alij. *C. de episc. & cler. & in d. c. at si clerici.* nec potest
131 clericus conueniri coram iudice laico, etiamsi in iudicio clericus sit laudatus, & nominatus ab emptore. *gloss. in c. clericum. il 2. 11. q. 1. Aretin. in §. actionum autem. nu.* 43. *Instit. de actionib. lud. Molin. de contractib. disputat.* 380. *num.* 11. vbi alios allegat, & de communi testatur. secus si laicus nominetur à clerico coram iudice ecclesiastico. *Aufrer. de pot. iud. laic. reg. 2. fall. 5. num. 6. Gail. obser. 31. nu. 7. lib. 1.*
132 Clericus etiam successor, & hæres laici nulla actione coram laico potest conueniri. *gloss. in c. is, qui in ius, de reg. iur. lib. 6. Abb. & alij in c. quia, de iud. Surd. dec. 110. num. 4. & cons. 57. nu. 2. lib. 1.* & alij relati à *Grasso d. effectu 1. nu. 282. & seq.*
133 Insuper est notandum, quòd iudex laicus nullam habet iurisdictionem contentiosam in clericos, & personas ecclesiasticas, nec etiam voluntariam. *Dec. cons. 150. nu. 4. Surd. dec. 129. num. 6.* & Episcopus potest
134 interdicere locum, quando officiales temporales nolint remittere clericum ad curiam ecclesiasticam. *Aufrer. de pot. iud. eccl. sup. laic. nu. 8.* & potest petere clerici remissionem etiam inuito clerico, & contradicente. *d. c. si iudex laicus. Sbrozz. de vic. episc. lib. 2. c. 191. nu. 11.* idq. tenetur ex officio facere, aliàs posset deponi. *Abb. in c. dilectis. nu. 4.* & ibi alij. *de*
135 *appellat.* immo laicus debet clericũ remittere ad iudicem suum, etiamsi id non sit petitum, aliàs peccaret mortaliter. *d. c. si iudex laicus. in princ. iuncta ibi gloss. Sbrozz. vbi sup. nu. 3.* ideoq. sententia laici contra clericum lata est nulla. *c. nullus iudicum. 11. q. 1. d. c. at si clerici. Guid. pap. dec.* 450. & trahens clericum co-
136 ram iudice laico excõmunicari deaet. *d. c. inolita. vbi Arcbid. Quarãta in Summ. bull. in verb. forum com-*
137 *petens.* potest tamen clericus à laicis ministris torqueri in causa criminali coram iudice ecclesiastico. *Bald. in c. decernimus. de iud.*
138 Et officialis laicus capiens, & carcerans clericum, si statim eum non remittat ad iudicem ecclesiasticum, incidit in excommunicationem. *cap. nuper. in princ. de sent. excomm.* etiam si esset

si esset delegatus iudicis ecclesiastici. *gloss. in c.cum non ab homine. de iudic.* quamuis *Felin. in cap.vt fame, de sentent. excomm.* teneat contrarium.

139 Neque ex quauis consuetudine potest clericus conueniri coram iudice laico. *c. clerici, vbi gloss. de iudic.d.cap.inolita. Innoc.in cap.postulasti de for.comp.* Abb.*& alij in d.cap. ecclesia S. Mariæ. de constit.& in cap. solitæ,de maior.& obed. Rot.decis.*10. *num.* 4. *de consuetud. in antiq.* Paris. *de resignat.benef.lib.*7. *quæst.* 9. *nu.*6. *Caualcan.decis.*27.*nu.*31. *lib.*1. etiãsi esset consuetudo immemorabilis, & præscripta. Rot. *d. decis.*10. *Aufrer. in add. ad Cap.Tholos.decis.*126.*Cened. in collectan. iur. can.p.*1.*collect.* 57.*num.*1.

140 Pari ratione laicus iudex non potest se intromittere in causa rei spiritualis inter laicos, vt est causa vsurarum, matrimonij, decimarum, hæresis, legitimationis, iurispatronatus, & similium, in quibus ecclesiasticus est iudex competens. *cap. tuam. vbi Abb.de ord, cognit.* Gail. *lib.*1.*obseru.*38. *num.* 1. *Alex. Raudensis* præceptor meus in *cons.*17.*nu.* 15.*lib.*1. *Moneta de decimis,cap.*8. *num.*1.2.11. *&* 12.*Vantius vbi sup. tit. de nullit. ex def. iurisd. num.* 54. vbi ait, siue sit causa spiritualis ciuilis, criminalis, realis, seu personalis, tàm petitorij, quàm possessorij, quia laicus est incapax spiritualium. *cap. benè quidem. dist.* 96. &

141 idem est in causis annexis spiritualibus. *c. quanto.de iudic.* & laicus de istis nequit cognoscere nec principaliter, neque incidenter. *Garz. de vlt.fin. iur.canon. & fin. num.* 229. *Dec. in d. c. at si clerici,nu.*3.*in fine, de iudic.*

142 His præmissis, actor agens contra clericum coram iudice laico, debet causam amittere, & si est clericus, arcetur à Sacramentorum cómunione, & fit irregularis, siue sit

143 causa ciuilis, siue criminalis. *c.placuit.*11.*q.*1.*Auth.statuimus.vbi Bal. nu.*1. *C.de Episc. & Cler. Menoch. de arbitr.iud. casu* 246. *nu.*5. *Scaccia de iudic.p.*1.*c.*11.*nu.*45.

Quod procedit etiamsi dumtaxat actor facit citare clericum coram laico iudice. *Syluest. in summa. verbo, iudex, il* 1. *num.*3. & taliter citatus non tenetur comparere. *Doct. in c.bonæ.de elect.Guid.pap.dec.*450.

144 *Scacc.vbi sup.nu.*45. & si clericus,& laicus sint cohæredes, vel simul executores dari in testamento, eorum iudex est ecclesiasticus. *Card. in c. Ioannes.de testam. Aufrer.de pot.iud. eccl.sup.laic. nu.* 13. Idq. procedit in omnibus casibus supradictis,etiamsi clericus esset infamis, quia per solã infamiam non amittitur priuilegium clericatus. addentes ad Baldum *in l.quòd ait, num.* 3. *ff. de his, qui not. infam.* & si compromissum fuerit in

146 clericum, & laicum, postea reductio fieri debet coram ecclesiastico iudice. *Bart. in l.* 1. *§. si quis in appellatione. ff. de appellat. Aufrer. vbi sup. num.*11. 12. *&* 13. & similiter sicut

147 ipse laicus non potest de causis clericorum cognoscere, ita nec clericus à laico delegatus, qui nihil habet ex se, sed à delegante ad *l.* 1. *§. qui mandata. ff.de offic.eius, &c.* nec

148 clericus potest conueniri nisi coram iudice ecclesiastico etiamsi pro delicto inducente irregularitatem fuerit depositus, qui tunc gaudet fori priuilegio, donec realiter fuerit degradatus. *c.dictum.dist.*81. *Abb.Dec. & alij.in c.cum non ab homine. de iudic. Decian.d.c.*9.*nu.*19.

149 Est tamen notandum, quòd clericus repertus in fragranti crimine, idest,in actu delinquendi potest capi à iudice laico, eiusq. ministris, vt infra vigintiquatuor horas illum suo iudici ecclesiastico remittat. *Bart. in l.siquis in seruitute. num.*2.*ff. de furt. & in l.si miles. C.de exib.reis. Doct.in d.cap. cum non ab homine. Card. in clem.* 1.*quæst.*1. *de off.deleg. Io.Garz.de nobilit.gloss.*9. *nu.* 32.*&* 39.

139. Beat. dec. 11. nu. 99. Menoch. de arb. iud. casu 180. nu. 18. & 23. Dexius d. c. 9. nu. 118. Scappa de iure non scripto. lib. 1. cap. 1. num. 11. & cap. 4. num. 6.

150 Non potest tamen Episcopus delegare iudici laico; vt de causis clericorum cognoscat. *gloss. in cap. 2. verbo, non præsumat.* & ibi *Doct. de Iudic. Ripa in d. c. decernimus. nu. 34.* vbi de communi. *Farinac. d. q. 8. nu. 4.* nec etiam potest delegare simul laico, & clerico. *Dec. in d. c. decernimus, nu. 5. in fine. Farinac. vbi sup.* ibiq. testatur de communi.

151 Potest tamen iudex laicus punire laicum, qui clericum offendit. *gloss. in Auth. item nulla communitas, verbo, ecclesia. C. de Episc. & Cler. Aufrer. de pot. iud. eccl. super laic. num. 38.* & hoc casu, cum sit delictum mixti fori, est locus præuentioni. *Guid. pap. decis. 562.* nam iudex ecclesiasticus est
152 competens, etiam inter laicos in causis, & delictis mixti fori. *c. tua. de procurat.* vbi *Doct. Felin. in c. cum sit. de for. compet. Farinac. in tract. crim. p. 1. quæst. 7. num. 52.* & in de-
153 lictis mixti fori, quando quis ab vno ex iudicibus est absolutus, vel condemnatus, vtrum possit ab alio iudice iterum puniri, vel absolui, vide *Clarum in §. fin. quæst. 37. nu. 9. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 27. nu. 16.*
154 & quando iudex ecclesiasticus pœnis spiritualibus, & alijs possit punire delinquentem, & iudex laicus pęna sanguinis, vide *Kircou. in com. opin. centur. 3. conclus. 93.* quo casu vterque procedere potest. *Bart. in l. si cui. §. fin. ff. de accusat. Abb. in c. inter alia.* vbi *Felin. & alij. de immunit. eccles. Pet. Caball. resolut. crim.*
155 *casu 64.* item iudex ecclesiasticus est competens super laicis administratoribus rerum ecclesiæ. ita notatur in *c. iudicatum est, dist. 89.* dicit *Gail. obseru. 37. num. 7. lib. 1.* po-
156 test tamen iudex laicus punire laicum in ecclesia delinquentem, quia hoc est sacrilegium, quod est mixti fori, & in eo habet locum præuentio. *Bart. in l. senatus. col. 1. ff. de accusat. Abb. in d. c. inter alia. nu. 29.*

157 Clericus autem gaudet fori priuilegio, etiamsi esset bona fide ordinatus à non suo Episcopo sine literis dimissorialibus, nam ordines collati à non suo Episcopo tenent, & is, cui conferuntur, efficitur clericus, & imprimitur character. *c. eos. de temp. ord. lib. 6. Guid. pap. dec. 449. num. 3. Archid. & Prap. in cap. vlt. 9.*
158 *quæst. 2.* licèt non quoad consecutionem beneficij, quod tunc obtinere non potest. *Gemin. cons. 133. & Cephal. cons. 572. nu. 11. lib. 4.* & ratio est, quia taliter ordinatus remanet suspensus, & irregularis, nec habet ordinis executionem. *c. 1. 2. &*
159 *3. 9. quæst. 2.* pariter clericus potitur fori priuilegio etiamsi ordinatus sit ab Episcopo, qui erat impeditus ordines conferre aliquo iuris impedimento. *Brunus in tract. quod stant. masc. fœm. non succ. art. 6. num. 54.* & etiam si clericus sit excommunicatus, interdictus, & suspensus, attamen gaudet fori priuilegio. *Foller. in fragm. post. pract. crim. tit. de ijs, qui ad eccl. conf. nu. 20. ex d. c. dictum*
160 & si clericus minorum ordinum habitum dimiserit post commissum delictum, non poterit puniri, nisi per iudicem ecclesiasticum. *Bald. in l. affinitatis. in fine. C. comm. de succes. Vinc. de Franch. decis. 417. nu. 4. lib. 2. Sairus in claui regia lib. 12. c. 7. nu. 9.* quia attenditur status, in quo delinquẽs erat tempore patrati delicti. *Aufrer. in addit. ad Cap. Thol. decis. 377.*

161 Item clericus à patre emancipari potest coram iudice laico, quia illa emancipatio est actus patris & non filij. *Dec. in cap. 2. num. 220. de iudic. & cons. 150. num. 3. Rota dec. 7. de iudic. in nou. Io. Maria Bellettus Vercellen. disquisitionis Clericalis. par. 1. de fauore clericorum personali. §. 5. num. 12.*

162 Clericus autem incorrigibilis po-

test à iudice laico puniri. *d.c.cum nō ab homine. vbi Host.nu.*11. *Abb.n.*5. *Felin.nu.*9. *Dec.nu.*70. *de iudic.* dicitur autem incorrigibilis, quando fuit excommunicatus, & anathema-
163 tizatus, & tàm depositionis, quàm excōmunicationis fuit contemptor, & est actualiter degradatus. *d.c.cum non ab homine.* & ibi *Felin. num.* 9 si tamen fuit verbaliter depositus; gaudet fori priuilegio, cum tunc etiam clericariter viuere teneatur. *d.cap.dictum. dist.*81. & requiritur actualis degradatio. *Abb. in c. tuæ. nu.*2. *de pœnis.* Bellett. *vbi sup.* §.6.
164 Potest etiam clericus puniri à iudice laico, quando se exercet in enormitatibus, *c. perpendimus.* & ibi *Abb.* & alij. *de sent. excomm.* si hæc concurrant. 1. si præcessit trina monitio. 2. si plura commisit delicta. 3. quòd incedat sine habitu, & tonsura. 4. vt prius degradetur. 5. quòd in illis enormitatibus deprehendatur, & captus sit in fragranti. 6. & delicta sint enormia. *Bellett.vbi sup.* §. 7.
165 Et quamuis pro assassinij crimine dicatur, quòd iudex laicus possit punire clericum, qui ex tali delicto priuatur omni priuilegio. *Gemin in c.* 1. vbi alij. *de homic. lib.* 6. tamen id procedit tantum, si prius constet de crimine assassinij coram iudice ecclesiastico, & ab eo fuerit damnatus, & degradatus. *Bellet.vbi sup.d.* §. 7. vbi alios refert. quia tunc cle-
166 ricus actualiter degradatus potest puniri à iudice laico. *c.* 2. *de pœnis. lib.*6. *Abb. in d.c.cum non ab homine. nu.*5. & ibi *Alciat.nu.*108. *Bellet. vbi sup.* §.10. *& ibi in* §.9. tractat de clerico ioculatore, seu exercente artē sordidam, & in §. 21. *de disciplina clericali*, pertractat de clerico negociatore.
167 Clericus autem gaudet fori priuilegio, si habeat titulum beneficij, eiusq. possessionem. *Farinac. d.q.*8. *nu.* 85. etiamsi de facto sit in possessione beneficij. *Vinc.de Franch. dec.* 189.*nu.*1. *lib.*3. & habens beneficiū gaudet fori priuilegio. etiamsi non deferat habitum, quia *Concil.Trid. sess.*23. *de reform. c.*7. loquitur alternatiuè ibi. nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens. & cæt. faciunt dicta per *Vrsillum in addit.ad Afflictum decis.*24.*nu.*19. *ita Cam.de Curte.in diuersorio, seu comprahens. iuris feud.p.*2.*c.*2.*nu.*91. habens au-
168 tem pensionem, & primam tonsuram si incedat in habitu, & tonsura gaudet fori priuilegio. *Paris. de resign. benef. lib.*2.*q.*15. *nu.* 14. & refert ita declarasse Sacram Congregationē.
169 Clericus autem gaudet fori priuilegio etiamsi habeat beneficium sine redditibus, faciunt dicta per *Paris.vbi sup. lib.*2. *q.*8. *nu.*2. idem est, si habeat Hospitale in titulum. *Cardin. cons.* 117. vel si habeat beneficium in commendam, quæ est titulus. *c.qui plures.* 21.*q.*1. *Gambar. de off. & potest.leg.lib.*4.*num.*16. *&* 17. & sexagintaseptem limitationes ad regulam, quòd clericus gaudet fori priuilegio, adducit *Grassus d. effectu* 1. *à nu.* 668. *ad* 1256.
170 Iudex autem ecclesiasticus solus est iudex competens ad decidendū, an quis sit clericus. *Doct. in d. c. si iudex laicus. de sent. excomm. lib.*6. *Menoch.de præsumpt. lib.*6.*præsump.* 76. *nu.*30. *& seqq. Lancellott. de attent.p.*2.*c.*20. *in præfat.q.*3.*num.*80.
171 idem est, si disputetur, an quis fuerit captus in loco sacro, quia iudex ecclesiasticus solus de hoc cognoscet. *Couarr.pract.quæst. c.* 23. *vers. primum istud*, ita etiam, si disputetur de inualiditate clericatus. *Vinc. de Franch. decis.*189.*num.*3. *lib.* 1. & tali pendente disputatione, clericus custodiri debet penes iudicem ecclesiasticum. *d.c.si iudex laicus.* se-
172 cularis autem iudex debet remittere clericum ad iudicem ecclesiasticum cum modestia, aliàs, si eum remitteret cum ignominia, incideret *in can. si quis suadente.* 17. *q.*4.*c.nuper.*

per.de sent.excomm.Shrozz.de off. vic. episc.lib.1.cap.132. num.30. Clar. d. §.fin.quest.36. num.43. & cuius expensis debeat fieri dicta remissio, vide *Menoch.de arb.iud.casu 228.nu. 8.et Couar.vbi sup.cap.33.num.5.*

173 Iudex autem ecclesiasticus potest prohibere, ne laici deferant habitum, & tonsuram clericalem. *Geminian. et Franc.in c.vlt.in fine. de bigam. lib.6. Genuens.in praxi cur. Arch. Neapol. cap.53. num. 8.*

174 & quando clericus clericali priuilegio priuatur, possessione clericatus dumtaxat priuatur, quia remanet clericus, cum charactier clericalis sit indelibis. *Alexand. de neuo.cons.62.nu.6.* & quae requi-

175 rantur, vt quis perdat fori, & clericatus priuilegium vide *Io. Franc. à Ponte cons.24.num.4.& 5.Decian.in tract.cri.par.1.lib.4. cap.9. nu.103. et 106. et Menoch. cons.912. nu.33. lib.3.*

176 Secūdus effectus clericatus est, quia clerici non ligantur statutis laicorū. *c.benè quidem. dist.96.c. at si clerici, & c.clerici,de indic. c.2. de for. comp. Auth.cassa,& irrita. C.de sacros. eccl. Lapus allegat.101. num. 22.Seraph. de priuil. iuramenti. priuil.77.num. 24.Surd.cons.2.num.14. lib.1.* & tàm clerici sacrorum, quam minorum ordinum.*d.c.2.Decian. d.c.9. num.59. Abb.in c.vlt.de vit.& hon.cler.Mar sil.singul.295.Bellet.vbi sup.de exēp. cler ic.à statut.laicorum, §.1.& seqq.*

177 nec etiam bona ecclesiarum, seu clericorum ligantur statutis laicorum. *c.vlt.de vit.& hon.cler.cap.1.de immunit.eccles.lib.6. d.c.ecclesia S.Mariae.de constit.c.non minus,de immun. eccles.Rota decis.5. de for. compet. in antiq. Oldrad.cons.23.* neque Ecclesiae ipsae subijciuntur statutis laicorum.*d.c.ecclesia S.Mariae.vbi Doct. l.1.vbi Doct.C.de Su.Trin.& fid.cat.*

178 & idem est etiamsi esset statutum priuilegiatiuum clericorum, nisi esset a Papa approbatum. *Io.And.& Cald. in cap.1.de nou.ep. nunc.Surd.cons.2. num.15.lib.1.Gail.obser.32. num.2. lib.2.* vbi de communi, quod non procederet, si statutum disponeret non praecipiendo, sed merè priuilegiando. *Abb.in d. c. ecclesia S.Mariae num.4.& Fel. num.81. Dec.cons. 83.num.4.*

179 Neque possunt clerici voluntariè se subijcere statutis laicorum, etiam per pactum iuratum. *c.si diligenti de for.compet.* contrarium tamen tenet *Abb.cons.33.par.2.* nec ligantur clerici statutis laicorum etiam respectu iuris indiuidui, quod habent cum laicis.*Decian.in tract.crim.p.1.lib.2. cap.35.nu.8.Rocch.de Curte, de consuetud.sect.8.num.62.*& statuta contra libertatem ecclesiasticam sunt nulla ipso iure,& ipso facto.*d.Auth. cassa,& irrita,vbi Doct. Dec.vbi sup. c.34. n.7.*& statuētes tūc sunt excōmunicati.*c.nouerint. de sent. excom.* & statutum sex modis dicitur contra libertatem ecclesiasticam vt declarat *Graff.vbi sup.effect.2.n.66. & seqq.*

181 nec valet statutum laicorum super matrimonio,iuramēto, decimis, & sim. vt sunt statuta paenalia contra contrahentes matrimonium sine consensu parentum,seu cum exteris, quia statuere circa spiritualia pertinet ad summum Pontificem.*c.tuam. de ord.cognit.c.lator.qui fil.sint legit. Fel.in d.c.Ecclesia.S.Mariae. nu.59. & 63.& in cap.1.num.13.de sponsa. lib.Dec.cons.231. Clar.d.§.fin.q.82.* & super libertate matrimonij adest decretum *Concilij Triden.sess.24. de ref.cap.9.*

182 Non valet etiam statutum laicorum,si praeiudicet alicui piae causae. *Alex.cons.103.num.8.lib.3.Decian. vbi sup. par.1. lib.2.cap.5.num.6. in fine.* idem est, si statutum puniat cōsanguineos clericorum ratione eorundem clericorum. *Fel.in d.cap.Ecclesia S.Mariae.nu.70.in fin.& seqq. de constit.*& regulariter statutum laicorum est nullum, si disponat tàm directè, quàm indirectè de ecclesijs, & ecclesiasticis personis. *Surd. cons. 301.num.77.lib.3.*quòd si statutum

Ii 2 sit

Digitized by Google

sit à Papa confirmatum, ligat clericos. *Bald. in d. cap. ecclesia S. Mariæ.nu.*14.dummodo in statuto confirmato fiat expressa mentio de clericis, *Decian.vbi sup. cap.*35.*nu.*15. quia tunc dicuntur statuta Apostolica, & Papalia,& omnes ligant. *Alciat. in c. cum contingat. num.*209.*de iureiur.*

183 Quid si statutum excludat feminas propter masculos ab hæreditate,excludet ne etiam feminas ab hæreditate clerici.*Rom.sing.*446. tenet affirmatiuam, alij negant,vt per *Rimin. sen.cons.*268.*et cons.*483.

184 Et pro finali intelligentia huius secundi effectus clericatus,sciendum est, quòd in casu, quo clerici ligantur laicorum statutis, ad eorum obseruantiam à solo iudice ecclesiastico possunt adstringi. *Salicet. et Deci. in d.Auth.cassa,et irrita,*& statuta fa-
185 uorabilia laicorum competūt etiam clericis. *Dec.in d.c. Ecclesia S. Mariæ.num.*52. si clerici illis vti voluerint.*Surd.cons.*301.*num.*14.*lib.*3.

186 Tertius effectus clericatus est, quia clerici sunt exempti, & liberi à solutione onerum personalium, & realium,& sic sunt immunes à gabellis collectis, vectigalibus, ac cæteris muneribus tàm patrimonialibus, quàm personalibus *cap.clericos.de immunit.eccles.lib.6.c.quamquam de censibus.lib.6. cap. non minus. de immunit.eccles.Conc.Trid.sess.*25.*de reform.cap.*20.*l.vniuersi.C.de vectigalibus, l.placet.Auth. omnis, et Auth. item nulla communitas.C.de sacros.eccles.Azor.instit. moral. lib.* 5.*cap.*12. *vers.iuris ciuilis. Franc. Marc. decis.* 372.*nu.*4.*p.* 1. *et alij relati à Grasso vbi sup.effectu* 3.*nu.*3.*et a Bellett. vbi sup.de exceptionib.clericorum,& eorūdem bonorū à munerib. publicis.* §.1. *et seqq.* & laici exigentes collectas à
187 clericis subijciuntur banno imperiaii, & mulctantur ad triplum illius, quod receperunt.*d. Auth. item nulla communitas. vbi Bart.et alij Doct.in d.c.non minus,*& quotannis in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur, & ita sunt excommunicati, & tenentur ad restitutionem prædicti, & cōsulentes ad talem impositionem, & exactionem gabellarum faciendam. *Paul.de Lazarit.in clemen.*1. *de immun.eccles.*& bona patrimonialia clericorum potiuntur eodem priuilegio sicut bona ecclesiastica. *c.*1.*de immu.*
188 *eccl.lib.*6. & idem procedit in colonis ecclesiæ,& ecclesiasticæ personæ vt non possint grauari onere collectarum,nec teneantur subire munera personalia, seu realia. *glos. in l. bipenes.in verbo recepta,C.de agric. & cens.lib.*10.*Capyc. dec.*22. quia si coloni grauarentur,per indirectum læderentur clerici, qui non ita faciliter inuenirent, qui colerent eorum prædia, nisi cum eorum graui damno, & essent adstricti locare prædia tantominus.*Socc.sen.cons.*297. *lib.*2. *Rol. à valle cons.* 61. *num.* 18. *lib.*4. *Rim.sen.cons.*724.*nu.*47. *lib.*4. *Surd. cons.*301. *num.*75. *lib.*3.contrarium tenet *Specul. in tit. de immun. eccles.* §.1.*in vlt. vers.*1.& ideo in hoc articulo sunt tres casus constituendi.

Primus casus est in colono partiario, qui si grauetur ratione omnium fructuum, quos ex fundo percipit, tunc quia clerici per indirectum grauarētur, non valet talis impositio, secus si tantum grauentur pro parte colonica. ita *Feder. de sen. cons.*111.*num.*9. *Bertachin.de gabellis.par.*7. *num.*13. *et* 17. *Nauarr.in man. cap.*22. *num.*128. *et Menoch. de arb. iud. casu* 180. *num.* 8. *et casu* 562.*num.*35.*Fel.in cap.*2. *num.*3. *de for.comp.Surd.d.cons.*301.*num.*85.*et* 89.*lib.*3.

Secundus casus est in colonis perpetuis, & ascriptitijs clericorum, & isti sunt immunes, & fruuntur omni immunitate ecclesiæ, & clericis cōcessa. *Menoch.vbi sup. d. casu* 562. *num.*20.*Thesaur.decis.*116.*num.*72.

Tertius est casus in colonis conductitijs, & isti nulla potiuntur immunitate. *Menoch. ibidem num.* 17.

Abb.

Abbas in c. ex parte, il 1. num. 4. de decimis; & de colonis clericorum tractat *Graff. vbi sup. effect. 3. num. 50. &*
189 *seqq.* & si emphyteuta soluat annuũ canonem ecclesiæ correspondentem fructibus gaudet tali immunitate; secus si quid modicum soluat in recognitionem directi dominij. *Corbul. de iur. emphyt. de. caus. priu. ob alienat. ampliat. 39. num. 6. Menoch. d. c. casu 56. num. 29.*
190 Neque possunt clerici etiam volentes, & spontè soluere gabellas, & collectas, & alia munera subire sine licentia Papæ c. *exigit. & ibi gl. in verb. volentes, de censib. lib. 6.* quamuis communiter teneāt posse spontè clericos soluere gabellas, & laicos recipere posse liberè. *Specul. in tit. de cler. coniug. §. 1.* nō tamen posse munera personalia etiam spontè subire. *Alex. cons. 105. num. 4. lib. 1. Graffus vbi sup. num. 99. & seqq.* &
191 Episcopi tenentur inquirere contra exigentes collectas à clericis, etiamsi clerici non recurrant. *Brit. Iacob. de gabell. par. 7. num. 23. & 24.* & pari-
192 ter clerici sunt immunes à gabella imposita pro quolibet capite animalis. *l. sacrosanctæ. & ibi glos. C. de sacros. eccles. Calder. cons. 2. de censib.* insuper eadem immunitate gaudent serui, & famuli clericorum si perpe-
193 tuo sint obligati seruire, secus si ad tempus. *Bald. in l. 1. num. 3. & in l. 2. num. 4. C. de Episc. & cler. Abb. in d. cap. non minus. num. 14. de immunit. eccles.* Verùm autem clerici possint
194 collectari, quando adesset communis vtilitas, & necessitas pro conseruatione ciuitatis, vel regni, vel pro aggeribus fluminum reparādis, vijs, pontibus, vide *Ozascum decis. 68. num. 5. & decis. 181. num. 6. Rim. iun. cons. 1. num. 20. & cons. 4. nu. 20. lib. 1. Luderch. cons. 145. nu. 3. lib. 1. Surd. cons. 301. lib. 3.* & alios relatos à *Graf. vbi sup. num. 200. & seqq.* & tunc illud fieri debet semper cum licentia Papæ, & vidi seruari Pisis circa exitium exigendum à clericis pro cōseruatione aggerum, foueorũ, & cæt.
c. quia id fuit concessum à fæl. record. Clem. VIII. Paulo V. & Greg. XV. & ad hoc vt clerici possint collectari, hæc requiruntur.
195 Primum, quando facultates laicorum non suppetunt ad onera supportanda, de quib. *Caualcan. dec. 44. num. 100. lib. 1.*
Secundum quòd contributio fiat consulto, & consentiente Papa. *d. c. non minus. & c. aduersus, de immunit. eccles.*
Tertium, quòd adsit necessitas, de qua constet, secus si fieret ad pompam, seu ad ornatum. *Bald. in cap. 1. nu. 15. de pace. Constant. in vsib. feud.*
Quartum, si pecunia, pro qua gabella imponitur, sit consumpta, vel ad illum vsum consumi debeat. *Castren. cons. 438.*
Quintum, & tunc non sufficit consensus populi imponentis collectam, sed requiritur consensus clericorum. *Abb. in d. cap. non minus. num. 20.*
Sextum, quòd immineat necessitas, & vtilitas magna. *Abb. ibid.*
Septimum, quòd vtilitas, seu necessitas debet etiam principaliter, & immediatè tangere clericos, & ecclesiam. *Rim. sen. cons. 14. num. 8. lib. 4.*
Octauum, quòd Princeps, in cuius dominio sunt tales necessitates, sit inhabilis ad faciendum tales expensas de per se, vel cum laicis. *Caualc. d. decis. 44. num. 100. lib. 1. vide Lup. de immunit. eccles. quæst. 4. num. 3.*
196 Quartus effectus clericatus est, quia clerici non possunt succedere in feudis. *Curt. iun. de feud. p. 3. secunda part. princ. num. 13.* quæ est res controuersa, & deducitur ex *c. 1. in fin. de feud. fœmin. in vsib. feud. Graffus vbi sup. effectu 4. num. 1. & seqq.* vbi alios allegat, & ibi *nu. 3.* refert alios contrarium tenentes, quamuis prima opinio sit communis. *Bellon. vbi sup. de bonis clericorum, §. 19.*
197 Limitatur tamen talis quartus effectus, vt non procedat, quando seruitium pro feudo sit tale, quod pos-

sit per clericum præstari, vel si sit clericus minorum ordinum, vel deferret clericatum de licentia Papæ, vel nisi esset Cardinalis, Episcopus, seu magnus Prælatus, vel nisi adesset consuetudo in loco, qua clerici soleant in feudis succedere, vel nisi sit feudum improprium, vel nisi clericus habilitatus sit à domino feudi, vel ita dictum sit in inuestitura, vel nisi seruitium pro feudo præstari possit per substitutum, vel nisi sit feudum trãsitorium ad omnes, & quoscunque hæredes, vel nisi sit feudum francum, & liberum, vel empititium, vel feminеũ, de quibus *Gras. vbi sup. d. eff. 4. Fel. in c. in præsentia, à nu. 43. & ibi Abb. n. 69. de proh. Bell. d. §. 19.*

198 Quintus effectus clericatus est, quia clerici sacrorum ordinum, seu religiosi non possunt cõtrahere matrimonium. *Clem. 1. de consag. & affin. cap. 1. in fine ne cler. vel mon.* aliàs peccant mortaliter. *cap. secundum ne cler. vel mon.* & sunt suspecti de fide, & priuantur officio. *c. sane, de cler. coniug.* incurrunt in pœnam excommunicationis. *c. eos, qui. de consag. & affin.* & filij nati ex tali matrimonio fiunt serui ecclesiæ. *c. cum multa 15. q. 8.* perdunt immunitatis priuilegiũ *c. vnico. de cler. con. lib. 6.* sunt suspẽsi. *Abb. in c. sane. il 2. n. 2. de cler. coniug.* possunt puniri per suos superiores. *Fel. in cap. sua nos. n. 4. de iureiur.* & perdunt beneficia. *Abb. & alij in c. 1. de cler. coniug. & pensiones Gig. de pensionibus, quæst. 53. nu. 3.* quod tamen
199 non procedit in clericis minorum ordinum, isti namque solum amittunt beneficia per sententiam. *glos. in d. cap. 1. de cler. coniug.* vel quando vxor sit contenta intrare monasteriũ & vouere castitatem, & ipse vir velit iterum effici clericus, quia poterit habere beneficium. *Maiolus de irregularit. lib. 1. cap. 34. num. 1. & 5.*

200 Sextus est effectus, quia clerici non possunt negociari, neque exercere mercaturam. *cap. fin. de vit. & honest. cler. vbi gloss.* nec, etiamsi negociatio esset honesta, possunt tamẽ emere animalia pascenda in eorum prædijs, vel ea vendere, seu eorum partum. *Molin. de contract. disput. 342. num. 24.* vel si semel tantum emerent, & venderent, nullam pœnam incurrunt. *Diaz in praxi crim. c. 55.* vel quando per submissam personam negociarentur. *arg. cap. 1. de vit. et hon. cler. Molin. vbi sup.* vel nisi essent clerici pauperes in necessitate constituti. [illegible] *ne cler. vel mon.* vel nisi exercerent agriculturam pro victu quærẽdo clericis permissam casu, quo non possint aliter honeste viuere. *c. de lecto. de decimis,* vel nisi esset negociatio mixta artificio. *Card. in clem. fin. not. 3. de censib. Bellett. vbi sup. de disciplina clericali. §. 21.*

201 Septimus effectus est, quia non possunt pro causa ciuili carcerari. *c. peruenit. de fideiuss. c. Odoardus. de solut. Marchesan. de commiss. p. 2. c. 7. num. 1.* & tàm clerici in sacris, quàm in minoribus ordinibus constituti. *Anchar. in d. c. Odoardus.* quod tamen non procedit in clerico, qui reperitur in dolo, vel quando debitum processit ex delicto, vel quasi, vel si debitum negaret, vel nisi esset condemnatus per tres sententias conformes, vel nisi esset beneficiatus, qui pro pensione soluenda carcerari potest, vel nisi bona consumpserit in rebus turpibus, vel nisi conueniatur pro rerum alienarum administratione, vel nisi sit excommunicatus, vel nisi ad pinguiorem fortunam deuenerit, vel nisi esset debitor alicuius, qui esset magis pauper, quàm clericus ipse, vel nisi esset debitor pro deposito apud se facto, vel nisi factus sit clericus, postquam condemnatus fuit ad soluendum, vel nisi se immisceat negocijs secularibus, vt per *Grassum vbi sup. effectu 7.*

202 Octauus est effectus, quia clericus non potest esse tabellio. *c. vt officij. §. ad conscribendas. de hæret. lib. 6. c. si.* cui.

gat. ne cler. vel mon. vbi Abb. num. 2.
quod non procedit in clerico mino-
rum ordinum. *d. c. ficut.* & ibi Doct.
nec in causa hæresis. *d. §. ad conscri-
bendas.* neque in magistratu eccle-
siastico. *Abb. in d. c. ficut. num. 6.*
seu in causis spiritualibus. *Iaf. in l. 1.
§. huius studij. num. 8. ff. de iust. & iur.*
vel quando clericus nõ haberet, vn-
de viueret. *Abb.* & alij. in *d. c. ficut.*
& quando esset super hoc à Papa
dispensatus. ex *d. c. ficut.*
203 Nonus effectus clericatus est, quòd
si quis violentas manus in clericum
secularem, seu regularem, minorum,
vel sacrorum ordinum, iniecerit, est
ipso facto excommunicatus. *cap. si
quis suadente. 17. q. 4.* idem etiam est
in mandante, instigante, consulente,
& sollicitante. *Caetanus in summula,
in verbo, excommunicatio. cap. 10.*
idemq. est in ratam habente percus-
sionem. *gloff. in c. mulieres, de sent.
excomm.* & idem est in eo, qui po-
tuit prohibere percussionem sine suo
periculo, & non prohibuit. *gloff. vlt.
in d. c. mulieres.*
204 Idem procedit in percutiẽte mo-
niales. *Abb. in c. veniens. num. 2. de
sent. excomm.* & ipse clericus enor-
miter seipsum verberans excommu-
nicatur. *Archid. in d. c. siquis sua-
dente. Graff. decis. aurear. p. 2. lib. 2. c.
49. nu. 21. Henric. Boich. in c. super eo.
nu. 5. de sent. excomm. Bellettus vbi
sup. de fauore clericorum canonis,
§. 1. & seqq.* incidit etiam in d. ex-
205 communicationem dans causam, vt
clericus præcipitet, & cadat, vt equũ
tenendo, seu percutiendo, & frenum
retinendo, & similia faciendo. *De-
cian. in tract. crimin. p. 2. lib. 6. c. 19.
nu. 11.* item qui in clericum pulue-
rem, aquam, sputum, oleum, vel
quid simile iniecerit eum aspergen-
do. *Caetan. d. c. 10.* & idem est, si quis
clericorum consanguineis iniuriam
inferat contemplatione ipsorum cle-
ricorum. *Fel. in d. c. ecclesia S. Ma-
riæ. nu. 99. de constit. Decian. vbi sup.
cap. 17. nu. 15.* eamdem excommu-
206 nicationem incurrunt percutientes
Milites S. Ioannis, S. Iacobi, & si-
miles. *Nauarr. cons. 11. de regular.
Decian. d. c. 17. num. 11. Mar. Anto-
nin. var. resolut. lib. 1. resolut. 112. ca-
su 63.* idem est in offendente fami-
liam Papæ, vel Cardinalium. *c. Fe-
licis. de pœnis.* & in sponte torquen-
te clericum. *Decian. vbi sup. c. 19. nu.*
207 *5.* idem est in percutiente clericum
mortuum, qui eodem gaudet priui-
legio. *c. quod in te. de pœnit. & remiss.
Abb. & Fel. in c. à nobis. il 2. de sent.*
208 *excomm.* & tales excommunicati à
Papa absolui debent. *d. cap. si quis
suadente.* excepto articulo, seu peri-
culo mortis. *Felin. in c. pastoralis. §.
præterea. nu. 12. de off. ord.* & in mul-
tis alijs casibus possunt ab alijs ab-
solui relatis à *Grasso vbi sup. effectu
9. à nu. 153.* & præsertim si esset per-
cussio leuis, & quando dicatur leuis.
vide *Clarum in d. §. fin. q. 77. nu. 14.*
& ibi *Baiardum in addit. num. 17. &
Decian. vbi sup. c. 34.* & quando per-
209 cutiens clericum per errorẽ, & igno-
ranter, vel pro sua defensione excu-
setur, vide alios referentem *Graßum
vbi sup. à num. 186.* vbi refert qua-
dragintaquatuor limitat. ad d. *c. si
quis suadente.*
210 Decimus effectus est, quia cleri-
cus non potest ferre testimonium
coram laico iudice sine sui Episcopi
licentia. *c. quamquam. 14. q. 2. c. testi-
monium. 11. q. 1.* quod amplia, & li-
mita vt per *Grassum vbi sup. effectu
decimo.* neque potest esse iudicialis
procurator laici. *c. denique. 14. q. 5. in
perlatum. dist. 88.* nec potest accusa-
re laicum de aliquo delicto, præser-
timj vbi veniret imponenda pœna
sanguinis. *c. nullus clericus. 11. q. 1.*
neque potest esse officialis, nec iudex
inter laicos. *c. sacerdotibus. ne cler.
vel mon.* nec clericus pro quouis de-
licto potest torqueri, nisi valde fue-
rit diffamatus. *Diaz in praxi crim.
c. 135. in princ.* nec potest in testa-
mento, neque per curiam dari tu-
tor. *c. Ciprianus.* & ibi *gloff. 2. q. 8.*
nec

Digitized by Google

nec potest capi pro repræsalijs. *c. & si pignorationes. de iniur. & damno dato.*

211 Vndecimus effectus est, quia clerici beneficiati, & in sacris ordinibus constituti, & religiosi tenentur quotidie recitare septem horas canonicas, aliàs peccant mortaliter. *Nauar. in comment. de orat. & hor. can.* & nullus potest ecclesiasticum beneficium obtinere, nisi sit clericus. *Abb. Dec.* & alii *in c. cum adeo. de rescrip.* & clerici tantum possunt esse Vicarii Episcopi, & non laici. *c. decernimus. de iudic. vbi Abb. nu. 12. Fel. num. 6. Dec. nu. 15.* & ibi alii Doct. qui clerici potiuntur priuilegiis concessis militibus. *gloss. & Doct. in l. miles. vbi Ias. nu. 11. ff. de re iud.* clericis attamen magis est interdictus armorũ vsus, quam laicis. *c. clerici. vbi Doct. de vit. & hon. cleric. Menoch. de arbit. iud. casu 394. nu. 31.* & clerici pugnare manu propria prohibentur. *c. quicunque clericus. & c. clerici. 23. q. 8.* nec possunt esse obsides. *Fel. in c. ex rescripto. nu. 10. de iureiur.* & clerico decedenti nullis relictis consanguineis ab intestato non fiscus secularis succedit, sed ecclesia, & Episcopus. *Rota dec. 7. de testam. in antiq. Peregrin. de iure fisci. lib. 4. tit. 3. nu. 10.*

212 Duodecimus effectus est, quia clerici non possunt esse Aduocati in curia, & coram seculari iudice. *c. 1. vbi Abb. ne cler. vel mon. Card. Turrecrem. in c. 1. 15. q. 2. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 9. in fine.* aliàs peccant mortaliter. *Nauarr. cons. 1. de postul.* & poterunt mulctari ab Episcopo eius arbitrio. *Host. & Inn. in c. 1. de iuram. calum.* quod tamen non procedit in causis propriis. *c. 1. de postulat. prælat.* neque in Curia Romana. *Maiol. vbi sup. c. 19. nu. 4.* nec in curiis ecclesiasticis. *Redoan. de spolijs ecclef. quæst. 2. num. 22.* nec pro persona miserabili. *d. c. 1. de post. prel.* nec in causis ecclesiæ, vel pii loci. *Redoan. vbi sup. nu. 19. & 20.* nec in causis amici, seu coniunctæ personæ. *Butr. in c. vlt. de postul.* nec in vno negotio tantum. *Innoc. in c. 1. & 2. de re iud.* nec in allegationibus in scriptis. *Emmanuel Rodriquez in summa cas. conscient. p. 1. c. 10. n. 1.* nec procedit in clericis minorum ordinum. *Redoan. vbi sup. quæst. 8. nu. 48.* ad offensam tamen clericus nunquam permittitur in causis criminalibus aduocare. *Henr. Boich. in c. 1. clericis num. 2. de postul.* nec ad defensam. *3 c. ad sententiam. ne cler. vel mon.* & clerici à ludis debent abstinere. *Conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 1.*

213 Decimustertius est effectus, quia clerici quando litem habent non tenentur iurare de calumnia. *c. 1. cum ibi non. de iuramento calumnia.* item clerici peregrinari non possunt, nec ab eorum diœcesi discedere sine licentia Episcoporum suorum. *c. non oportet. de consec. dist. 5.* nisi ad Papam accederent in causa appellationis. *c. omnis oppressus. 2. q. 2.* nec possunt in eorum domibus habere mulieres suspectas, & si moniti eas nõ eiecerint, suspenduntur, & post vt incorrigibiles deponuntur. *c. 1. & 2. de cohabit. cler. & mul. c. sed si forte. dist. 81. Conc. Trid. sess. 25. de ref. c. 14.* & dum conueniuntur, nunquam possunt opponere exceptionem excussionis. *Garcæus de excuss. p. 1. q. 3. n. 3.*

216 Decimusquartus effectus est, quia clerici venari non possunt. *c. Esau. dist. 86.* secus si venatio sit sine strepitu, & causa recreationis. *Card. in c. qui venatoribus. dist. 86. Bellet. vbi sup. de disciplina clericali. §. 19.* possunt etiam piscari. *c. nunquam. de consec. dist. 5.* & cum retibus venari. *Graff. vbi sup. p. 2. lib. 3. nu. 9. & 14.* & clerici dicuntur potentiores laicis ratione officii. *Vanchar. in c. ex parte. num. 4. de alien. iud. mut. cau. fa.* & clerici, seu eorum filii non possunt legitimari à Principe seculari. *Dec. consi. 150.* & dum iurant, id faciunt tacto pectore. *c. si quis presbyter. 2. q. 5. & c. vlt. de iureiur.* nec possunt barbam nutrire. *c. clericus. de vit. & hon.*

Bon. cler. & confugientes clerici ad ecclesiam pro quolibet delicto possunt ab ea extrahi iussu suorū Prælatorum. *Abb. in c. inter alia. num.* 13. *de immunit. eccl.* Diaz. *in praxi crim. c.* 115. vbi testatur de communi cōsuetudine. nec possunt edificere artem medendi, seu eam exercere, aliàs excommunicati sunt, *c. vlt. vbi Doct. ne cler. vel mon.* nec leges ciuiles. vt ibi, nec in digitis anulos deferre possunt, nisi sint doctores, vel in dignitate ecclesiastica constituti. *Abb. in c. decorem. de vit. & hon. cleric.*

215 Decimusquintus effectus est, quia clericus patronus ecclesiæ habet semestre ad præsentandum rectorem. *c. vnico. de iurepat. lib.* 6. & si clericus in sacris constiturus instituatur hæres cum conditione ista, si decederet sine liberis legitimis, & naturalibus ex suo corpore legitimè descendentibus, tunc dicta conditio vt impossibilis reijcitur, & purificatur fideicōmissum. *Salicet. in l. generaliter. §. cū autem. C. de instit. & subst. Cardin. Paleot. de noth. & spur. c.* 28. nec pater potest pro necessitate vēdere filiū clericum. *Marsil. singul.* 101. nec clerici possunt esse fideiussores. *c.* 1. *de fideiussorib. cap. non satis. dist.* 86. aliàs puniuntur à suis prælatis pœna arbitraria. *gloss. in c. penult. in verbo, grauiori. de fideius.* nisi facerent causa pietatis. *gloss. in c. quod quibusdam. de fideius.* nec puniuntur ex crimine læsæ maiestatis per patrem commisso. *gloss. in c. satis peruersum. dist.* 56. nec pro delicto puniri possunt pœna sanguinis. *c. panā. ne cler. vel mon.* sed detruduntur in perpetuum carcerem. vt ibi dicitur. & si filius post cōmissam aliquā causam ingratitudinis in patrem, fiat clericus non potest à patre exhæredari. *c. non liceat. vbi Doct.* 19. *q. vlt.* & filius clericus studens non debet conferre libros in diuisione paternorum bonorum cum alijs fratribus. *Ias. in l. filia licet. col.* 2. *C. de collat.* & clerici in causa pecuniaria non debent cauere de iudicio sisti, sed satis est hypotheca bonorum. *Abb. in c. vlt. & in alijs. nu.* 2. *vt lite non cont.* & fideiussor de iudicio sisti est liberatus, si is, pro quo fideiussit fiat clericus, vel monachus. *Card. in clem.* 1. *q.* 4. *de consibus.*

216 Decimussextus effectus est, quia si clericus vendidit rē duobus, præfertur primus emptor, quamuis secundus fuerit possessionem adeptus. *Io. And. in c. continebatur. de his, quæ fiunt à præl. sin. cons. cap.* & ibi *Hostiens.* quamuis contrarium teneat *Bald. Card. Abb. & Imola ibidem in d. c. continebatur.* & donatio à patre facta filio clerico in sua potestate existenti valet. *Surd. cons.* 259. *nu.* 1. *lib.* 1. & per clericatum quis nobilitatur. *Io. And. in c. libentius. de seru. non ord. Pacian. in tract. cui inc. on. prob. vrg. lib.* 2. *c.* 34. *nu.* 4. *Tiraquell. de nobilit. c.* 9. *nu.* 4. & filius illegitimus, & spurius per clericatum, seu Religionis ingressum nobilitatur. *Bald. in l.* 1. *col.* 4. *C. de sacros. eccl.* & clericus in causa criminali potest cōparere per procuratorem, & se defendere. *Farinac. in tract. crim. q.* 99. *nu.* 9. & in causa beneficiali, seu spirituali clericus filiusfam. potest stare in iudicio sine consensu patris. *c. vlt. in fine. de iudic. lib.* 6.

217 Decimusseptimus, & vltimus effectus est, quia clerici non possunt pœnas conuentionales exigere, nisi quatenus eorum interfit. *Innoc. in c. dilecti. de arbit.* & clerici nunquam permittūtur occidere furem nocturni, seu malefactorem. *Decian. in tract. crimin. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 4. & si clericus, & laicus commiscentur in executione alicuius negocij, semper est præponendus clericus. *Anchar. in c. Ioannes. nu.* 7. *de testam.* & clericus, qui fatetur, se mutuo accepisse pecuniam, infra biennium negando pecuniam se recepisse, tenetur probare, quòd sibi non fuerit numerata. *c. si cautio.* vbi *Doct. de fide instr.*

&

& clerici possunt testari coram duobus testibus. *c. cum esses. de testam.* & ibi *Doct.* Aluar. Valasc. *det.* 74. & in materia clericatus vide *Graff. vbi sup.* & præsertim *Bellett. d. tract. disquisit. clerical.* vbi pertractat de disciplina clericali, de fauore clericorum canonis, de fauore clericorum personali, de fauore clericorum reali, de exemptionibus clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis, de exemptionibus clericorū à statutis laicorum, de clerico debitore, de clerico teste, & de bonis clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Monachi, & alij regulares veniunt clericorum appellatione.*
2 *Regulares non possunt præsentari nisi ad beneficia regularia.*
3 *Regularia beneficia regularibus sunt conferenda.*
4 *Ecclesiis non debent præfici homines disparis professionis, vel habitus.*
5 *Regulares possunt promoueri ad Episcopatus.*
6 *Beneficium regulare si impetretur à clerico seculari, non facta mentione, quòd beneficium sit regulare gratia erit nulla.*
7 *Beneficium seculare fit regulare per spacium 40. annorum.*
8 *Beneficium regulare fit seculare decennio.*
9 *Beneficium vt sit seculare, vel regulare, attenditur vltimus status.*
10 *Beneficium regulare potest conferri clericis secularibus ob defectum regularium.*
11 *Clerici seculares apponi possunt in monasterio, quando religiosi sint incorrigibiles.*
12 *Clericatum & ordinem aliquando quis recipere cogitur.*
13 *Rigor legis quando ob necessitatem moderetur.*
14 *Milites Hierosolymitani sunt verè religiosi, & præsentantur ad beneficia religionis.*
15 *Regularia beneficia ab Ordinario possunt conferri clericis secularibus eo hoc, vt habitum religionis assumant.*
16 *Equites Cappellani S. Stephani Pisarum præsentantur ad ecclesias seculares.*
17 *Milites de Alcantara, & similes non sunt verè religiosi.*
18 *Milites S. Iacobi de Spatha non sunt incapaces beneficiorum secularium.*
19 *Religionis S. Stephani laudes, & fundatio.*
20 *Pij iv. priuilegium concessum religioni S. Stephani.*
21 *Sixti v. priuilegium concessum religioni S. Stephani.*
22 *Pauli v. priuilegium concessum religioni S. Stephani.*
23 *Beneficia in dubio secularia præsumuntur.*
24 *Beneficia secularia sunt multiplicia. vt*
25 *Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Primatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia secularis, Decanatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus. &c.*
26 *Cardinalatus est beneficium seculare.*
27 *Patriarchatus est beneficium seculare.*
28 *Primatus est beneficium seculare.*
29 *Archiepiscopatus est beneficium seculare.*
30 *Episcopatus est beneficium seculare.*
31 *Abbatia secularis est beneficium seculare.*
32 *Decanatus est beneficium seculare.*
33 *Archidiaconatus est beneficium seculare.*
34 *Archipresbyteratus est beneficium seculare.*
35 *Primiceriatus est beneficium seculare.*
36 *Sacristia est beneficium seculare.*
37 *Thesaureria, seu custodia est beneficium seculare.*
38 *Præpositura est beneficium seculare.*
39 *Prioratus secularis est beneficium seculare.*
40 *Personatus, & officium est beneficium seculare.*

Paro-

41 *Parochialis ecclesia est beneficium seculare.*
42 *Vicaria perpetua est beneficium seculare.*
43 *Canonicatus secularis, & præbenda secularis.*
44 *Præstimonium, capellania, & sim. sunt beneficia secularia.*
45 *Regularia beneficia quædam sunt duplicia.*
46 *Regularia beneficia quæ sint.*
47 *Regularia beneficia quædam sunt simplicia.*

CAPVT SECVNDVM.

Regulares præsentatur ad Beneficia Regularia, non ad secularia.

1 MONACHI, Canonici Regulares, Fratres Ordinum Mendicantium, Clerici Regulares, Hæremitæ, & similes quamuis tanquam in sortem Domini vocati veniant clericorum appellatione. *glos. in c. duo sunt genera. 12. q. 1.*
2 attamen non possunt præsentari, nisi sint capaces de iure, prout est in beneficijs regularibus ad textum in *cap. ex eo. §. vlt. de elect. lib. 6.* vel sint capaces ex speciali fundatorum dispositione, seu ex Papæ priuilegio. *Lambertin. de iurepat. lib. 2. p. 1. quæst. 7. art. 4. & 10.* etenim clari iuris est,
3 quod beneficia regularia regularibus sunt conferenda. *cap. cum de beneficio. de præb. lib. 6. Rebuff. in praxi, tit. de dispens. cum regul. Coras. de benefic. p. 3. cap. 5. nu. 13. Mandos. de signat. grat. tit. de prouision. vers. beneficia regularia. & tit. de dispensat. monach. pro obtinen. benef. Couarr. in cap. 2. de testam. num. 2. & 3. Nauar. cons. 3. de præbendis. Flamin. Paris. de resig. benef. lib. 4. quæst. 5. Hoieda de ben. compat. & incompat. cap. vlt. nu. 92. Hieron. Gonzalez in comment. ad reg. 8. Cancell. glos. 7. à nu. 3. & glos. 8. Garcia de benef. par. 7. c. 10. num. 1. & seqq. Cardin. Tuscus practic. conclus. iuris. lit. B. Riccius in praxi aurea. resolut. 332. & par. 4. collectan. in collectan. 763. Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 57. num. 170.* & habetur in *Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 10. & in clem. 1. §. sanè prioratus. de statu monach. Cardin. Mantica decis. 68. num. 5.* regularis enim sine dispensatione est incapax beneficij secularis, & secularis est incapax beneficij regularis. *Cardin. Seraphin. decis. 1165. nu. 12. & 13. & 1305. num. 4.* etenim est indeco-
4 rum, & rationi non congruit, ecclesijs præficere homines disparis professionis, vel habitus, aut in eadem ecclesia tales sociari. *clem. 1. de elect.*
5 potest tamen monachus, & quilibet alius regularis promoueri ad Episcopatum. *c. 1. 18. q. 1. c. quorundam. cap. si religiosus. & cap. nullus religiosus. de elect. lib. 6. d. clem. 1. de elect. Gonzal. d. glo. 7. num. 48.*
6 Et ideo beneficiũ regulare si impetretur à clerico seculari non facta mentione, quòd beneficium sit regulare, gratia erit nulla. *Felin. in cap. in nostra, num. 41. de rescript. Selua de benefic. p. 3. quæst. 11. num. 122. Cassador. decis. 4. à num. 1. de præb.* sicut è contra non valeret collatio facta monacho, vel aliò regulari de beneficio seculari, non facta mentione, quòd beneficium sit seculare. *Felin. in d. cap. in nostra. num. 44. Bellam. dec. 171. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 3. casu. 201. n. 86. & 87.*
7 & quamuis ad præscribendum statum regularitatis, & efficiendum quod beneficium seculare fiat regulare requiratur præscriptio quadragenaria *d. cap. cum de beneficio.* ibi. vt præscriptio legitima sit completa. *de præb. lib. 6. Staphil. de. lit. grat. in 8. forma expectatiuarum, nu. 40. Rebuff. in praxi, tit. quotuplex sit beneficiũ,*
8 *num. 5.* tamen ad præscribendum statum secularitatis sufficiunt decem anni,

anni, cum ob assistentiam iuris cōmunis, quo beneficia præsumuntur secularia, fiat reductio ad primæuũ statum, & res de facili redeat ad pristinam naturam; *Staphil. vbi sup. in 10. forma expectat. num. 3. Gomes. de expectatiuis. num. 106.* verum si per 40. ann. beneficium fuit regulare, non statim per decem annos fit seculare, prout differit *Gonzal. d. glos. 7. num. 15. & seqq.* & in dubio

9 ad hoc vt beneficium dicatur seculare, vel regulare, attenditur vltimus status illius, idest an vacauerit per obitum personæ regularis, vel secularis. *Rota dec. 2. de præb. in nou. Geminian. Franch. & alij in d. c. cum de benefic. Milis in repertorio, in verb. beneficium si est impetratum i. Felin. in cap. eam te. num. vlt. de rescrip. Calderin. conf. 23. de præb.* Put. *dec.* 189. *& 192. lib. 1.* Rocch. *de Curte in cap. vlt. de consuetud. sect. 4. num. 82.*

10 Attamen propter defectum regularium beneficia regularia possunt conferri secularibus clericis, quia tunc necessitas non habet legem. *cap. si quis propter. de furtis. cap. inter quatuor. §. sed si regulares, de relig. domib. & cap. Abbate, in fine, de verb. signif. & Abb. in cap. relatum, num. 5. ne cler. vel monach.* dicit,

11 quòd si monasterium habeat monachos incorrigibiles, neque alij idonei reperiantur, possunt apponi clerici seculares. vide *Gonzal. d. glo. 7. num. 43. & seqq.* Garc. *d. cap. 10. nu. 16. &* Barbosam *d. alleg. 57. nu. 171.*

12 & in casu necessitatis deficientibus clericis poterunt laici prudentes, & digni præuijs benignis monitionib. compelli ab ordinarijs ecclesiasticis, vt ordinem sacrum recipiant, & ministri fiant sacramentorum, & rerum ecclesiasticarum. *Scotus in 4. senten. dist. 25. quæst. 1. art. 2. Hoieda vbi sup. par. 2. cap. 9. num. 15. & 22. Lambert. de iurep. lib. 2. p. 1. q. 7. princ. art. 17.*

13 *per totum.* & quando propter necessitatem rigor legis infringatur, & moderetur, plene tractant *Hoieda d. cap. 9. per totum. Felin. in cap. 1. nu. 49. & 50. de constit. Iason in l. 1. C. de pracib. Imper. off. Tiraqu. de retract. lignag. §. 26. glos. 1. num. 16. & seqq. Rolā Valle conf. 56. lib. 4. & Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu 182. per totum.* & quando dicatur beneficiũ seculare, vel regulare, vide Doctores sup. citatos, & dixi supra lib. 1. cap. 1.

14 Et ideo Milites sacræ, & Illustrissimæ Religionis Hierosolymitanæ, & similes emittentes tria vota substantialia obedientiæ, paupertatis, & castitatis, cũ verè sint religiosi præsentari possunt dumtaxat regulariter ad beneficia suarum religionũ. Lambert. *vbi sup. art.* 5. & regularia

15 beneficia possunt ab ordinarijs collatorib. conferri clericis secularibus, qui habitum illius Religionis, vbi consistit beneficium suscipere, & professionem emittere se adstrinxerint. *ex d. cap. 10. de ref. sess. 14. Conc. Trid. & concordant tex. in cap. officij, & in cap. cum in magistrum. de elect. & in d. clem. 1. de elect. & in clem. 1. §. ad prioratum. de regularib. Put. decis. 262. lib. 2.*

16 Vsu tamen receptũ est, & ita decisum est Pisis in clericis, qui vocantur equites Capellani Sacræ, & Illustrissimæ Religionis S. Stephani Papæ, & Martyris, vt etiãsi regulares videantur, & habeant ecclesias proprias eidem Religioni subiectas præsententur ad alias ecclesias seculares, & institutionem obtineãt, & possessionem, ita habetur. in *lib. statutorum d. Religionis S. Stefani fol. 26. & seqq.* vbi sunt relatæ decisiones Rotæ Romanæ Dominorũ Robusterij. *Card. Seraphini. Card. Pamphilij. & Cardin. Arigonij.* & de qua re pertractat *Nauar. conf. 10. de regularib. & Garc. vbi sup. par. 1. & c. 4. n. 17. & seqq.* dicit illos non esse verè religiosos, maximè cum proprio non careant, & cũ deficiat votum substantiale paupertatis. *Azor. inst. moral. lib. 13. cap. 3. quæst. 2. ad fin.* idem fuit dictum de mili-

17 militibus de Alcantara in vna *Plac-*
tina de Medelinis, coram Card. Seraph.
4. Iun. 1582. & est impressa dec. 587.
& ita declarasse Sacram Congrega-
tionem, die 10. Nouemb. 1609. re-
fert *Garc. in addit. ad d. cap. 4. nu. 24.*
milites regulares S. Iacobi de Spa-
18 tha aliosque huiusmodi non emitten-
tes dicta tria substantialia vota non
esse incapaces beneficiorum secula-
rium simplicium, curatorum, & pen-
sionum. vide *Garc. d. cap. 10. nu. 32.*
par. 7.

19 Quae inclyta Diui Stephani Reli-
gio fundata fuit anno Domini 1561
in nobilissima Ciuitate Pisarum à Se-
renissimo, & Prudentissimo Cosmo
Medice Florentiae, & Senarum tunc
Duce, postea primo Magno Duce
Hetruriae ad Dei laudem, & gloriam
ac Fidei Catholicae defensionem,
Marisque mediterranei ab infideli-
bus tuitionem, ac posteritatis suae
decus, & honorem sub Ordine sancti
Benedicti, & approbata à Pio Quar-
to fael. record. sub die 1. Febr. 1562.
à quo deinde eodem anno nonis Iul.
fuit eidem Cosmo d. Religionis pri-
mo Magno magistro, eiusque succes-
soribus eidéq. Religioni concessum
amplissimum priuilegium exemptio-
nis in bulla, quae incipit altitudo di-
20 nae prouidentiae. vt in Bullario tom.
2. fol. 86. & 87. per quã motu pro-
prio Pius IV. omnes, & singulos d.
militiae milites, priorem, caeterosque
ministros ecclesiae dicti conuentus,
& alias personas etiam in sacris, &
praesbyteratus ordinibus cõstitutas,
etiam quaecunque, quorcunque, &
qualiacunque cum cura, & sine cura
beneficia ecclesiastica obtinentes,
eorumque beneficia, commendas,
res, & bona quaecunque ab omni iu-
risdictione, superioritate, & visita-
tione, dominio, & potestate quorũ-
cunque Archiepiscoporum, Episco-
porum, aliorumque locorum ordi-
nariorum Apostolica auctoritate ex
certa scientia perpetuo exemit, &
totaliter liberauit, illosque dicto
Cosmo Duci, & magno magistro in
spiritualibus, & temporalibus imme-
diate subiecit, & supposuit, ita quod
ipsi locorum ordinarij nullam in eos
iurisdictionem, superioritatem, do-
minium, vel potestatem etiam ratio-
ne cuiuscunque contractus, delicti,
vel alterius rei, vbicunque ineatur
contractus, committatur delictum,
& res ipsa consistat, exercere valeãt
sed milites, Prior, & aliae personae
huiusmodi de iustitia corã solo Ma-
gno magistro praedicto; vel eius de-
putato respõdere debeant, & à Sixto
Quinto fael. record. decimo Calend.
Iunij 1590. vt in *Bullar. tom. 2. fol.*
21 681. fuit concessum priuilegium quo
milites S. Stephani etiam bigami, &
absque habitu clericali incedentes
annuas pensiones ecclesiasticas vsq.
ad ducatos ducentum retinere, &
transferre possint, quod fuit à Paulo
V. fael. record. 14. calend. Iulij 1608.
vt in *Bull. tom. 3. fol.* 237. extensum
ad duc. quatuorcentum, vbi in initio
d. Bullae ait Summus Pontifex Pau-
lus V.

22 Dum generosa militum militiae
S. Stephani Papae, & Martiris sub fae-
lici Religiosissimi Principis Ferdi-
nandi Magni Haetruriae Ducis, & d.
militiae Magni Magistri auspicio, gu-
bernio, & directione plurimũ pro-
gredientis gesta, laudabilesque, &
gloriosas contra nefarios turcarum
ausus reportatas victorias animo
perpendimus, dignum, quin potius
debitum arbitramur, vt eosdem mi-
lites, vtpote D.N. Iesu Christi athle-
tas acerrimos peculiari beneficien-
tiae nostrae largitate prosequamur,
eorumque commodis, & congruae
sustentationi opportune cõsulamus,
vt ipsi exinde ad maiora ab ipsorum
turcarum copijs trophaea reportan-
da alacriores reddãtur, & promptio-
res, & paulo post relatis suorum prae-
decessorum priuilegijs d. Religioni
concessis, subijcit sequentia. Cum
autem sicut nobis innotescit dicta
militia sub felicibus ipsius Ferdinan

di Magni Ducis auspicijs fortium, & strenuorum militum, triremiumq; & aliorum nauigiorum bellicis, & nauticis apparatibus optime instructorum numero copioso aucta ipsiq; illius milites piratarum infidelium oras, tyrrenique maris passim infestantium excursionibus, & deprædationibus, armata classe obsistentes, non solum Italiam ipsam pluries ab incursionum huiusmodi damnis, & incõmodis, magno eius bono, egregia animi fortitudine tutati sunt, sed etiam in ipsorummet infidelium dominia, & regiones, magnis ausis sũmo cum vitæ, fortunarumque discrimine irrumpentes, graues eis clades oppidorumque expugnationes, & direptiones intulerint, ac parti, non semel de illis insignibus victorijs eorundem audaciam represserint, vires fregerint, impios conatus confuderint, ac perinde sese magna sui gloria, & nominis christiani commendatione formidabiles eis reddiderint. Hisce & alijs rebus præclarè gestis de ipsa Italia, atque adeo tota Republica Christiana optime meriti, & apud etiam exteras nationes inclytam magnanimitatis, reique militaris peritiæ famam adepti sint, ipsaq; militia tum dicti Ferdinandi Magni Ducis, qui maiorum suorum vestigijs insistens, in hoc eius eminentiori animi studio, & cura incumbit, præstanti virtute, & potentia, tum etiam propriorum militum fortitudine eximia, clarior, & illustrior in dies euadat, & quemadmodum hucusque Reipublicæ Christianæ aduersus infidelium incursiones magno propugnaculo fuit, ita etiam de cætero in expeditionibus contra eosdẽ infideles, pro Fidei Catholicæ defensione pari, vel maiori adiumento esse possit, nos idcirco eam magis in dies florere, ac nouis incrementis augeri desiderantes, illiusque milites pro insigni eorum virtute, se in nos, & Sedem Apostolicam deuota propensione, speciali aliqua apostolicà beneficentiæ gratia cohonestare volentes, &c.

Hæ sunt laudes, hæc præconia sanctissimi Vicarij Iesu Christi Domini nostri, & alia addere non est opus, cum tantus adfuerit laudator, & merito laudauit, cum, & ab omnibus dicta militia semper sit collaudata, nihil enim est laudabilius, quã quod ab omnibus laudari potest, & eiusdẽ militiæ præclarissimæ res gestæ in vniuerso terrarum orbe prædicantur, eiusque triremes Auroram inter & Hesperum insignes; & fortissimi Equites sub fælicissimis auspicijs Serenissimorum, & Inuictissimorum Magnorum Ducum Hetruriæ, & Magnorum Magistrorum Cosmi Primi, Francisci, Ferdinandi, & Cosmi Secundi, & nunc sub fælicissimo Imperio Serenissimi Ferdinandi Secundi filij Serenissimi Cosmi Secundi, & Serenissimæ, & Augustissimæ Archiducissæ Mariæ Magdalenæ Austriaceæ sororis incomparabilis Potentissimi Ferdinandi Secundi Romanorum Imperatoris captis Turcarũ triremibus, locis, oppidis, Vrbibus munitissimis, demumque restituta Mediterraneo Mari tranquillitate, & securitate ob debellatos Turcarum impetus, semper incolumes liburnum multo rediere triumpho adeo vt meritò dicantur Turcarum terror, salus publica, infidelium exterminium, & Tutela nauigantium. & consequenter liburnum nobilissimum, celeberrimum, & munitissimum nedum Italiæ, sed totius Europæ emporium effectum esse constat, & magno ditissimorum mercatorũ numero ex vniuerso ferè toto terrarum orbe illuc confugientium esse repletum.

23 Adde nunc, quod in dubio omnia beneficia præsumuntur secularia, nisi regularia probentur, quia cum S. Petrus Apostolorum Princeps fuerit secularis, præsumũtur sic fundata beneficia sequendo istum primum patronum, & primum statum.

Rota

Rota decis.2.num.2.de preb. in nouis. Francus post alios in d. c. cum de beneficio.num.5.de præb.lib.6.& ibi Filippus Probus in addit. ad Monachũ num.5.Staphil.de lit. grat. in decima forma expectatiu. num.3. Rebuff. in praxi. tit.quotuplex sit beneficium. num.4,Hoieda vbi sup.in præfat.n.6. Mascard. de probat. conclus. 272.& Gonzal.vbi sup.gloss.7. num.1.& 2. Garc.vbi sup.par.1.cap.6.num.11.& 12.& par.7.cap.10. num.1. Barbosa d.allegat.57.num.167.

24 Secularia autem beneficia sunt multiplicia, &

25 Primo est Papatus.*cap.1.de maledicis, ibi in depressionem beneficij.*

26 Secundò est Cardinalatus, qui dicitur beneficium seculare,lata saltem interpretatione ratione tituli adhærentis, vt in *cap.2. de cler. non resid.*

27 Tertiò est Patriarchatus.*cap.antiqua. de priuilegijs.*

28 Quarto est Primatus, qui præest Archiepiscopis,& habet primam Sedem in regione.*cap.1.c.nulli.dist.99.*

29 Quintò est Archiepiscopatus,qui dicitur Metropolitanus, & præest Episcopis suffraganeis. *d.c.nulli.*

30 Sextò est Episcopatus. *cap.felicis. §.quod si quis.de pœnis lib.6.c.cleros. §.Episcopus.dist.21.*

31 Septimò est Abbatia secularis. *c. ex transmissa.de renunciat. cap.2.de iudicijs.*

32 Octauò est Decanatus.*cap.ex parte Decani. de rescript. c.post electionem.de concess.prebend. cap.cum inter vniuersas. iuncta ibi gl.in verbo ,ad Decanum. de elect. Rota decis.17. de concess.præb.in antiquis.*

33 Nonò est Archidiaconatus, de quo in rubro,& nigro,de officio Archidiaconi.

34 Decimò est Archipræsbyteratus, vt in rubro, & nigro, de officio Archipresbyteri.

35 Vndecimò est Primiceriatus,idest cantoria,vt in rubro,& nigro de officio Primicerij.

36 Duodecimò est Sacristia,vt in rubro,& nigro de offic.sacristæ.

37 Decimotertiò est Thesaureria,seu custodia, vt in rubro, & nigro, de officio custodis.

38 Decimoquartò est Præpositura. *cap.quamuis.de verb. signif. c.Saluator.1.quæst.3.*

39 Decimoquintò est Prioratus secularis. *cap.vlt.de off.ordin.lib.6.cle.2. cum ibi not.de rescript.*

40 Decimosextò est officium, & Personatus. *vt in cap. cum accessissent. de constitut.cap.1.de consuetud.lib.6.*

41 Decimoseptimò est Ecclesia Parochialis, seu beneficium curatum. *cap. cum in cunctis. de elect. cap.extirpandæ.& cap.de multa.de præb.*

42 Decimaoctaua est Vicaria perpetua.*vt in clem.1.de off.vic.*

43 Decimonono est canonicatus secularis, & præbenda.*c.2. de renunc.* & sunt alia, vt canonicatus similia beneficia secularia sine administratione.

44 Vigesimò adsunt præstimonia, Capellaniæ, Altaria, Hospitalia, & alia simplicia beneficia secularia,de quibus vide *Seluam de benefic.par.1. quæst.2. à num.35. Rebuff. vbi supra Hoiedam,& alios vbi sup. & Gonz. d.glos.7.à num.38.*

45 Regularia beneficia quædam sunt duplicia ex eo,quod illa obtinentes duplici onere funguntur,& sunt.

46 Primò Abbatia Regularis.*c.quanto.in fine.de off.ord.cap.cum ad monasterium.de statu monach.*

Secundò Officium.*cap.cum singula.de preb. lib.6. d.cap.cum ad monasterium. vers.tales autem. & c.seq.*

Tertiò Prioratus conuentualis, qui in Conuento Religiosorum vbi non est Abbas, præfectus est & caput. *clem. ne in agro. §.cæterum. de statu monach. cap.nisi essent. de præb.*

Quartò Prioratus claustralis,idest secunda persona in monasterio videlicèt post Abbatem. *d.cap.cum ad monasterium.§.prior.*

47 Alia sunt regularia beneficia sim-

plicia, ideſt prioratus ſimplex, monachatus, & canonicatus regularis, hi enim ſimplici funguntur onere. *cap. quod Dei timorem, & cap. vlt. de ſtatu monach. de quibus omnibus, vide Scluam vbi ſup. p. 1. quæſt. 2. à nu. 78. & Gonzal. vbi ſup. gloſſ. 5. §. 3. de vicarijs. & §. 6. & gloſ. 7. et gl. 8. n. 111. et ſeqq. et dixi ſup. lib. 1. cap. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Fœmina non poteſt præſentari ad beneficium, neque ordinari.*
2 *Fœmina ab omnibus officijs ciuilibus remouetur.*
3 *Fœmina non poteſt eſſe iudex, nec magiſtratum gerere.*
4 *Fœmina poteſt præſentari vt ſit monialis.*
5 *Abbatiſſa qua eligenda ſit.*
6 *Fœmina poteſt eſſe canonica regularis.*
7 *Piſis adeſt Societas Canonicarum.*
8 *Fœminæ aliquando poſſunt eſſe Canonicæ ſeculares.*
9 *Fœmina eſt capax iuriſdictionis.*
10 *Fœmina non poteſt beneficia conferre.*
11 *Niſi id habeat ratione dignitatis, vel ex priuilegio.*
12 *Laicus præſentari non poteſt ad beneficium.*
13 *Laicus poteſt habere præbendam ſeparatam à Canonicatu.*
14 *Filiusfam. poteſt ad beneficium præſentari.*

CAPVT TERTIVM.

Mulieres, laici, & filijfamilias, numquid præſentari poſſint.

1 MVLIER autẽ non poteſt præſentari ad beneficiũ, quia non poteſt ordinari ſexu impediẽte. *c. diaconiſſam. & ibi gloſ. 27. q. 1. Doct. in cap. noua. de pœnit. & remiſſ.* & ratio etiam eſt, quia cum clericus ordinatur, tacitè coniugatur eccleſiæ tanquam ſponſus ſponſæ, quod myſterium non poteſt cadere in fœmina, quæ ipſa
2 eſt ſponſa. *Piaſecius in praxi Epiſc. par. 1. cap. 1. de fœm. gentil. & infid. iud. non ordinandis. nu. 17.* vbi idem dicit de hermaphrodito, ſi in fœmineũ ſexũ magis inclinet. *c. illiteratos, diſt. 26. Doct. in c. ſi teſt. 15. §. hermaphroditus. 4. q. 2.* ſic videmus à iure ciuili fœminas ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis eſſe remotas, & ideo neque iudices eſſe poſſe, nec
3 Magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, neque procuratrices exiſtere. ita habetur in *l. fœmina. 2.* & ibi latè *Decius, & Cagnolus. ff. de reg. iuris.* & in multis caſibus fœminæ ſunt melioris conditionis, quàm maſculi, & quibuſdam prærogatiuis fruuntur. de quibus *Dec. in d. l. fœmina, n. 71. & ſeqq.*
4 Poteſt tamen mulier præſentari, ſeu nominari, vt ſit Monialis, vt dixi ſup. lib. 5. cap. 5. & Monialis poteſt eligi
5 in Abbatiſſam ſi ſit ætatis annorum quadraginta, & octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit, & ſeruata forma tradita à *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. & monialib. cap. 7.*
6 Poſſunt etiam mulieres eſſe Canonicæ Regulares. *cap. dilecta. ibi. Canonicas ſuas. de maiorit. & obed. & clem. attendentes. §. illas quoque mulieres. de ſtatu monach.* quæ tamen viuunt ſecundum vitam, & ordinem Canonicorum ſecularium. *d. §. illas quoque.* Piſis etiam in inſi-
7 gni Primatiali eccleſia adeſt Societas quædam nuncupata Canonicarum Altaris Beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis Reginæ Cœlorum, quæ Canonicæ venerabiles ſunt mulieres matronæ ætate graues, & honeſtæ, & quolibet ſabbato congregantur apud Altare prædictum, in quo cantatur Miſſa de B. Virgine, & poſtea fit proceſſio per eccleſiam à clericis Seminarij, & à duobus Capellanis, qui

qui curati officiú in d. ecclesia exercent, & vnà simul incedunt dictæ Canonicæ in processione, quæ multis gaudent Indulgentijs, & gratijs, earumq. Societas, seu Congregatio confirmata fuit à Sanctissimo Leone Papa Decimo fæl. record. eidemq. Societati fuerunt concessæ quædam aliæ Indulgentiæ à Clemente Papa Octauo fæl. recor. & antea etiam ab alijs Summis Pontificibus. & quòd
8 adsint Canonicæ seculares ponit *Gonzal. in Comment. ad reg.* 8. *Cancell.glos.* 22. *nu.* 16. *&* 17. quæ nunquam faciunt professionem, nec renunciant proprijs, immo quandoq; contrahunt matrimonium. *cap. indemnitatib.* §. *supradicta. de elect. lib.* 6. *Rota dec.* 8. *de iudic. in nouis. Lambert. de iurep. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 7. *art.*
9 6. *num.* 4. & fæmina est capax iurisdictionis, quamuis excommunicare non possit. *Abb. in d. cap. dilecta.* per dictum textum de *maiorit. & obed.*
10 Quamuis fæminis de iure sit prohibitum beneficia ecclesiastica conferre, & quamcumque iurisdictionem habere. *cap. mulierem.* 33. *q.* 5. *cap.* 2. vbi notant *Doct. de iudic. d.l. feminæ, Selua de benefic. par.* 2. *quæst.* 5.
11 *num.* 2. quòd tamen fallit, si ratione dignitatis fæmina habeat ius conferendi. *d. cap. dilecta. & ibi not. glos.* 1. *vbi Abb. num.* 5. *& Felin. num.* 1. *de maior. & obed. Dec. in d.l. feminæ. num.* 8. & ibi *addit. in verbo, beneficiorum. Tiraquell. de primog. quæst.* 50. *num.* 13. *cum seqq.* vel si mulier tale ius conferendi habeat ex priuilegio Apostolico. *cap. dilecto.* 40. *vbi* Abb. *num.* 1. & alij. *de testib. Selua vbi sup. d. quæst.* 5. *num.* 1. *& seqq. Baer. decis.* 32. *num.* 20. *& Gonzal. vbi sup. d. glos.* 22. *nu.* 12. *& seqq.*
12 Quoad laicum, dicas, quòd cum non sit clericus non potest à patrono præsentari, *cap. ecclesia S. Mariæ. de constit. & glos. in cap. cum. M. in verbo, receperunt.* vbi *Abb. Felin.* & alij. *de constitut.* quæ glossa ait laicũ
13 posse habere præbendam separatam à Canonicatu, vt quia sit magister in ecclesia, vel causa remunerationis, & sic quando præbenda non est annexa canoniæ. & videas quæ dixi sup. hoc eodem libro cap. 1. & Doctores ibi allegatos, & *Riccium in praxi rerum fori ecclesiastici. decis.* 157.
14 Filiusfamilias demum cum possit esse Sacerdos, & Episcopus, potest etiam ad beneficium præsentari, quod probatur in *cap. si annum. in fine. de iudic. lib.* 6. vbi præsupponit textus filiumfamilias habere beneficium. *Lambert. vbi sup. art.* 8. dummodo talis filiusfam. habeat omnia alia requisita necessaria ad obtinendum beneficium ecclesiasticum.

SVMMARIVM.

1 *Seruus præsentari non potest, quia non potest ordinari.*
2 *Clericus qui vult effici debet esse liber.*
3 *Seruus si manumissus sit, potest præsentari.*
4 *Infidelis præsentari non potest.*
5 *Ordo nequit conferri non baptizato.*
6 *Illegitimus præsentari non potest.*
7 *Illegitimi sunt, qui non sunt nati ex legitimo matrimonio.*
8 *Fama promouendi in nullo debet vacillare.*
9 *Infantes expositi in Hospitali habetur pro legitimis.*
10 *Legitimatus per subsequens matrimoniũ fit legitimus quoad omnia.*
11 *Dummodo tempore, quo genitus fuit, nullum adfuerit impedimentum.*
12 *Illegitimus si de facto ordinetur, remanet suspensus ad ordine suscepto.*
13 *Illegitimus non legitimatur per subsequens matrimonium inualidum.*
14 *Spurij, & sim. non legitimantur per subsequens matrimonium.*
15 *Et quòd tempus sit considerandum, vt filij iudicetur naturales, vel spurij.*
16 *Filij nati ex incestu legitimi fiunt per subsequens matrimonium ex Papæ dispensatione contractum.*

nata sine dimissorijs à non suo Episcopo.

66 *Episcopus potest dispensare cum ordinata ab Episcopo schismatico.*

67 *Episcopus absoluit ab excommunicatione, suspensione, & interdicto Superiori reseruatis.*

68 *Episcopus quando cum simoniaco dispensare possit.*

69 *Sed cum simoniaco in ordine scienter, dispensare nequit.*

70 *Et cum simoniaco in beneficio, si sit occultum, potest dispensare.*

CAPVT QVARTVM.

Seruus, Infidelis, Illegitimus, irregularis, seu suspensus ab ordine, præsentari non possunt.

1 SERVVS non potest præsentari, etiã si baptizatus, & Christianus sit, quia non potest ad ordines promoueri, nisi prius manumittatur. *c. 1. 2. & 3.*
2 *distinct.* 4. etenim debet esse immunis ab alijs, qui Diuinæ Militiæ est aggregandus. *d. c.* 1. si ergo manu-
3 missus sit, & fiat clericus poterit præsentari, dummodo habeat alia requisita ad obtinendum ecclesiastica beneficia. vide *text. in cap. consuluit. de seruis non ordinandis. Henriq. in summa. lib. 14. cap. 8. §. 7. in comm. lit. K. Bellett. disquis. clerical. p. 1. tit. de disciplina cler. §. 14. Aug. Barbosã de off. & pot. Episc. par. 3. allegat. 72. num. 79.*

4 Infidelis, quia est extra ecclesiã, & de his, qui foris sunt nihil ad nos. *cap. gaudemus. de diuortijs. c. multi. 28. q.* 1. tamquam incapax non potest præsentari, quia præsentandus debet esse clericus, & clericatus confertur Christiano baptizato & confirmato. *Lambert. de iurep. p. 1. lib. 2. quæst. 7. art. 9.* nec etiam neophytus. *c. 1. dist. 48. cap. neophytus. dist. 61. c. si clericatus. 16. q. 1. Bellet. vbi sup. §. 12. Barbosa vbi sup. nu. 80. & 83.*

5 Nam qui non sunt baptizati non debent, nec possunt ordinari, & ordinati non recipiunt characterem, quia baptismus est ianua, & fundamentum omnium sacramentorum. *c. 1. & c. 3. de presb. non bapt.* & ibi *Abb.* Innoc. *& Hostiens. in summa. eod. tit. Nauarr. in man. c. 27. nu. 207.* idẽ est in rebaptizatis. *c. qui bis ignoranter. de consec. dist. 4.* Nauarr. *vbi sup. nu.* 246. non idem est in iterantibus alia sacramenta ordinis, seu confirmationis, quamuis peccent. *Nauarr. ibid. num.* 247.

6 Illegitimus autem quocumque nomine censetur prohibetur ordinari. *c. per venerabilem. qui fil. sint legit.* ideo non potest eligi, nec præsentari. *arg. text. in c. accepimus. de æt. & qualit. Card. Seraphin. decis. 1442. nu. 9. Garcia de beneficijs. p. 7. c. 2. de legitimitate. num. 1. & seqq.* &c. repellitur tamquam inhabilis, cum neque ad ordines, neque ad clericatum admittatur. *c. innotuit. de elect. cap. vlt. de fil. presbyt. & c. 1. de fil. presbyt. lib. 6.* facit *Concil. Tridem. sess. 23. de reform. cap. 5. ibi natalib. & cap. 7.* ibi ordinandorum ge-
7 nus. *Quaranta in summa bullarij in verbo Illegitimi.* & intelligũtur illegitimi, qui non sunt nati ex legitimo matrimonio. vt in *c. 1. de refor. sess. 7. in Conc. Trid. & sess. 24. de ref. cap. 1.* nam ex parentum incontinẽtia quasi maculatus est illegitimus, & inhonestatus censetur, verum fa-
8 ma promouendi in nullo debet vacillare. *c. laici. dist. 33.* si tamen de facto ordinetur, tenet ordinatio. *cap. vlt. de tempor. ordinat.* & de illegitimorum inhabilitate ad ordines, & beneficia, seu de irregularitate, & eius materia, præter supracitatos videndi sunt Doctores in *tit. de fil. presbyt. Hostiens. in summa. tit. de fil. presbyt.* Albert. *Trottius de vero, & perfecto clerico. lib. 2. cap. 1. & 2. Lambert.*

de

de interp. p. 1. lib. 2. quæst. 7. art. 11. Re-
buff. in praxi. tit. de dispēsat. super def.
natal. Corasius de beneficijs. p. 3. c. 2.
Mandos. de signat. grat. tit. de dispen-
sat. super def. natal. Diaz in praxi cri-
minali. c. 14. & ibi add. Card. Paleo-
tus de nothis, & spurijs, præsertim
c. 57. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2.
casu 201. à num. 35. Flamin. Paris. de
resignat. benef. lib. 4. quæst. 4. à num. 8.
Vgolin. de irregularitate. c. 44. lib. 12.
tit. 6. p. 1. Nauarr. in manuali cap. 27.
num. 201. Angel. Syluest. Rosell. Ar-
milla, & alij Summistæ, in verbo, ille-
gitimus. Ludou. Lopez in instructor.
conscient. tom. 2. par. 2. cap. 23. Emma-
nuel Rodriquez in summa. tom. 1. c.
16. & in quæst. regul. tom. 1. quæst. 13.
Pet. de Ledesm. in summa de matri-
monio, c. 34. Cardin. Tolet. in instruct.
confess. lib. 1. c. 58. Sayrus de censuris.
lib. 6. cap. 10. & Suarez tom. 5. disput.
50. Aula de censuris par. 7. disput. 3.
dub. 6. & seq. Barbosa d. allegat. 72.
num. 83. Paul. Piasecius in sua praxi
Episc. p. 1. c. 1. de requisitis ætatis, con-
firmationis, Natalium. fol. 34. & in
quibus casibus possit dispensare Epi
scopus cum inhabilibus ad ordines.
fol. 62. idem Pias.
9 Infantes autem & expositi in pu-
blico Hospitali, quorum parentes
ignorantur, habentur pro legitimis,
& possunt absque dispensatione pro-
moueri, quia etiam multi legitimi
exponuntur, & pro legitimitate in
dubio fit interpretatio ad textum in
c. ex tenore. qui fil. sint legit. ibi. in
fauorem prolis potius declinamus.
hanc opin. sequitur Felin. in c. cum
deputati. num. 1. de iudic. Card. Paleot.
vbi sup. c. 63. vbi dicit id esse rece-
ptum. Menoch. vbi sup. casu 396.
Emmanuel Rodriq. d. q. 13. art. 1. &
q. 14. art. 3. Garc. vbi sup. d. p. 7. c. 1.
num. 7. vbi num. 8. & seqq. adducit
tenentes contrarium. sed quòd sint
legitimi habendi ibi num. 27. refert,
quòd Henriquez in summa lib. 14. c.
8. glos. 10. lit. K. ait, quòd Gregorius
XIV. fæl. rec. per suam bullam de-
clarauit, vt tales expositi habeantur
pro legitimis ad omnes præbendas.
Piasecius vbi sup. de requis. et confir.
natal. num. 27. & quòd illegitimi sint
inhabiles ad ordines, & beneficia,
adest. constit. 8. Gregorij XI. in bul-
lar. tom. 1.
10 Limitatur primo, si illegitimus
fuerit per subsequens matrimonium
legitimatus, nam tunc fit legitimus
quoad omnia (præter Cardinalatũ
ex constit. Sixti V.) c. tanta. & ibi
gloss. Abb. & alij. qui fil. sint legit. d. c.
innotuit. de elect. Card. Mantica de
coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 12. Pe-
regrin. de fideicomm. art. 24. à nu. 1.
Vgolin. de irregul. c. 44. §. 3. Enriq. vbi
sup. lib. 11. c. 20. §. 1. & 2. Sayrus d. lib.
6. c. 10. à num. 13. Thesaur. decis. 83.
Garc. d. c. 2. num. 28. & seq. vbi alios
adducit. dummodo tempore, quo
11 genitus fuit nullum adfuerit impe-
dimentum, quominus contrahi pos-
set matrimonium, aliàs si adfuerit
impedimentum, quamuis postea
dispensetur super impedimento ad
effectum contrahendi, & contrahāt,
filij tamen antea nati manebunt il-
legitimi, nisi in dispensatione cum
illis quoque expressè dispensetur.
Præposit. in d. c. tanta. quæst. 7. & ibi
Abb. nu. 14. Piasecius vbi sup. de req.
æt. confirm. nat. nu. 26. vers. limitatur
autem primo. & fuit dictum in vna
Hispalen. legitimitatis. 4. Febr. 1613.
12 coram D. Vbaldo. & si illegitimus
ordinetur, & post ipsius parentes
contrahunt matrimonium quamuis
talis legitimetur per subsequēs ma-
trimonium, attamen ordinum susce-
ptio non conualidatur, & manet su-
spensus ab ordine suscepto, donec
cum ipso dispensetur. Viuald. de ir-
regularit. num. 119. & intellige per
matrimonium, etiam putatiuum, bo-
na fide contractum saltem vnius con-
iugum. d. c. tanta iuncto d. c. ex teno-
re. Cassador. decis. vnica. de sponsalib.
Ant. Gabr. c. 1. concl. 1. n. 4. Menoch.
de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 81. nu. 3.
Molina de iust. et iu. tract. 2. disp. 172.
Dum-

Digitized by Google

13 Dummodo matrimonium non sit clandestinum, vel interdictum, tunc enim per ipsum inualidum non legitimatur *cap. vlt. §. 1. de clandest. desp. Conc. Trid. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.* filij tamen spurij, putatiui, &
14 fim. non legitimantur per subsequēs matrimonium. *Cassad. vbi sup. Gabr. d. concl. 2. Peregr. d. art. 24. Molina d. disput. 172. Garc. d. cap. 2. num. 33.*

15 Et quod tempus sit considerandum conceptionis, vel natiuitatis vt filij iudicentur naturales, vel spurij, aut legitimi, dicas, quod illud tempus considerari debet, quod vtilius fuerit proli argumento. *text. in §. sufficit. instit. de ingenuis. et in l. nuper. C. de natur. lib. et in Auth. quib. mod. nat. eff. sui §. si quis igitur. ita tenent Hostiens. Io. And. Card. Butr. Ancb. et alij in d. cap. tanta, Gabr. d. concl. 2. num. 10. Facchineus controuers. iur. lib. 3. cap. 50. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 7. num. 19. et alij relati à Garc. d. cap. 2. num. 35. vbi ex Couar. ait hanc esse communem licet nu. 36. et seq.* referat attendendum esse tempus conceptionis, & ita teneat, vbi refert illam opin. tenentes.

16 Et an filij habiti ex incestu, quorū parentes postea contraxerunt matrimonium ex Papæ dispensatione cum solita clausula, prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendam exinde legitimam decernendo, efficiantur legitimi per subsequens matrimonium, & ex eo vere legitimi censeantur quoad omnia etiam ad successiones, fideicommissa, & maioratus sicut naturales, an vero legitimatio ista censenda sit sicuti si esset facta à Papa separatim absque matrimonio itaut solum prosit ad spiritualia, & ecclesiastica tanquam facta per rescriptum Papæ.

Et dicas, quòd efficiuntur legitimi per subsequens matrimonium, & ex eo verè legitimi censentur ad omnia. *Sanch. vbi sup. lib. 8. disput. 6. nu. 26. et disput. 7. num. 15.* licet contra sit. *Rota decis. 207. par. 1. diuers. Gonzal. in comm. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 9. num. 57. Additio ad Quarantam in summa Bullarij, in verbo matrimoniales dispensationes. ad fin. Abb. in d. c. tanta. nu. 14. late Garc. d. c. 2. num. 40. & ibi adducit quasdam Rota decis.* & an legitimati per subse-
17 quens matrimonium admittātur ad fideicommissa, seu primogenia, ad quæ vocantur nati ex legitimo matrimonio vide *Ruin. cons. 92. lib. 3. Crass. de success. §. fideicommissum q. 38. nu. 5. et 7. Molinam de Hisp. primog. lib. 3. cap. 1. nu. 10. Card. Man. vbi sup. d. lib. 11. tit. 12. Sfort. Odd. de compend. par. 6. art. vlt. vers. legitimati, Ioann. Garc. de Nobilitate gloss. 21. num. 21. et 62. Ant. Thesaur. decis. 196. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 81. Peregr. de fideicomm. d. art. 24. à num. 14. Surd. decis. 319. Facbineū vbi sup. lib. 7. cap. 51. Molinam d. disput. 172. Garc. d. c. 2. num. 43. vbi affirmatiuam tenet.* & de filijs natis in figura matrimonij ex matrimonio
18 putatiuo, an, & quando sint legitimi vide *text. et ibi Doct. in d. cap. ex tenore. et in cap. 2. cap. perlatum, et in cap. peruenit. qui fil. sint legit. Cardin. Paleott. vbi sup. cap. 9.*

19 Limitatur secūdò, quādo parētes stante impedimento contraxerunt, prolemque susceperunt, sed impedimentum alter eorum, vel vterque ignorauit, nam d. proles suscepta erit habilis ad ordines. *d. cap. ex tenore iuncta ibi gloss. in verbo legitimum.*

20 Limitatur tertiò in illis, quorum parentes in infidelitate existentes in gradu à Sacris Canonibus prohibito contraxerunt, sic enim nati si conuertuntur, & fiant Christiani post conuersionem legitimi habentur, & ordinari possunt, nisi ex alia causa prohibeantur. *cap. vlt. qui fil. sint legit. Hostiens. in sum. vbi sup. num. 11.*

21 Limitatur quartò in illegitimis ingredientibus Religionem, iura enim cum talibus dispensarunt fauore Religionis. *c. 1. de fil. presb. et Greg. XIV.*

XIV. *anno* 1590. moderando constitutionem Sixti V. permisit arbitrio superiorum Regularium susceptionem illegitimorum.

22 Limitatur quintò, quando illegitimi fuerunt per Papam legitimati nã tunc habentur vt legitimi ad ordines, & beneficia. *Coras. vbi sup. par. 3. cap. 2. num. 1, Doct. in d. c. 1. §. 1. de fil. presb. lib. 6. et in cap. per venerabilem, qui fil. sint leg. Tiraquell. in l. si vnquam. verbo, susceperit liberos, à num. 64. C. de reu. donat. Nauar. cons. 1. et 2. qui fil. sint legit. Molina vbi sup. disput. 173. Garc. d. cap. 2. nu. 45. et 46.*

23 Limita sextò, quando cum illegitimis fuerit dispensatum per habentem potestatem ad id. *d. cap. 1. de fil. presb. lib. 6.* & quidem Episcopus potest

24 dispensare cum illegitimis ex quocumque etiam damnato coitu natis ad minores ordines tantum, & beneficium simplex & sine cura. *dict. c. 1. de fil. presb. lib. 6. et ibi Io. And. Syluester in summa, in verbo, illegitimi, num. 8. Sairus d. c. 11. num. 8.* cum sunt honestæ vitæ, & virtute præditi. *Lamber. vbi sup. par. 1. lib. 2. quæst. 7. art. 11. num. 12.* & sic dispensatio fit ex causa, ad maiores tamen ordi-

25 nes, & beneficia curata Episcopus dispensare nõ potest, sed Papa. *d. c. 1. vers. ad ordines, et ibi gl.* & solus Pa-

26 pa cum eis dispensat ad dignitates, personatus, seu canonicatus in cathedrali. *de quibus late Garc. d. cap. 2. nu.*

27 *53. et seqq.* cum expositis autem si velimus eos habere pro illegitimis, Episcopus potest dispensare ad omnes ordines, quia cum talibus facilius dispensatur. *Abb. in d. cap. cum deputati. de iudic. Couar. in clem. vnica. de homic. par. 1. num. 9. et quamuis Episcopus ex cap. 6. sess. 24. de reform.*

28 *Conc. Trid.* possit dispensare super irregularitatibus ex occulto delicto prouenientibus, attamen non potest dispensare super illegitimitate, quæ non prouenit ex delicto, nec super bigamia, seu corporis defectu, immò *Nauarr. in manual. cap. 27. num. 252.*

29 dicit homicidium iustum ex defectu perfectæ lenitatis proueniens non posse dici ex delicto. *et in cons. 39. de*

30 *homic.* & occultum eo casu dicitur prout opponitur notorio manifesto, vel publico, ita quod sciatur ab aliquibus etiam pluribus non tamen à maiori parte viciniæ, & tergiuersatione cælari possit. *Nauar. d. cap. 27. num. 255. Henriq. de irregular. c. 20.* & attendẽda est radix delicti, quod sit occulta, vnde si excommunicatus

31 occultè, publicè celebret, licet celebratio sit notoria, irregularitas tamen dicetur occulta ob occultam excommunicationem, à qua descendit. *Nauar. ibidem. Genuens. in prax. Archiep. Neapol. cap. 67. num. 4.* & dummodo non sit deductum ad fo-

32 rum contentiosum, quod tamen deductum est, quando reus pro tali delicto fuit in iudicium citatus. *Ge-*

33 *nuens. d. c. 67. num. 5.* nec sufficit, si super delicto curia capiat informationem, vel si socius criminis fuerit tractus ad iudicium, vel si reus fuerit absolutus sed ex falsis probationibus. *Genuens. ibidem.*

34 Regulariter autem circa dispensationum materiam teneas, Episcopum in omnibus irregularitatibus dispensare posse quoad minores ordines, & simplex beneficium, excepta bigamia, & homicidio voluntario *c. vnico de biga. lib. 6.* in bigamia similitudinaria Episcopus etiam dispensat. *Ptas. vbi prox. n. 60. Doct. communiter in cap. ad audientiam de homicid. Viuald. vbi sup. num. 317.*

35 Item & ad maiores ordines in omnibus casibus, in quibus dispensare à iure non prohibetur expressè. *cap. nuper. de sent. excom. iuncta ibi gloss. in verbo. non retinuit. gloss. in c. ac si clerici. verbo, dispensare, et ibi Inno. de iudic.*

36 Et semper à quibusuis legibus, & prohibitionibus excepta intelligitur necessitas, quæ legem non habet, & in omni casu Ecclesiæ necessi-

cessitate, vel vtilitate vrgente, maxime ex post facto, & vbi iusta ignorantia excusat, Episcopus potest dispensare. ita *Hostiens. in summa. tit. de temp. ord. num. 34. et in tit. de at. et qualit. num. 1.* Si vero Episcopus ordi-
37 naret aliquem habentem impedimentum, in quo ipse dispensare posset, & sciret de impedimento, censeretur ipso facto dispensare cum ordinando, licet aliquo actu id non expressisset. *Hostiens. vbi sup. tit. de scrut. in ord. num. 6. Syluester in summa, verbo irregularitas. quaest. 28.* &
38 gratis & sine praemio, & mercede danda est dispensatio. *Conc. Trid. sess. 25. cap. 18. de ref. Nauarr. cons. 7.* de simonia, super de facto aetatis Episcopus non potest dispensare. *cap. vel non est compos. de temp. ord. prax. Archid. Leonis. cap. 23. num. 53.* cum criminosis autem potest dispensare.
39 *d. c. at si clerici, et ibi glos. in verbo, dispensare.* Item cum haeretico, neophyto, non potest dispensare Episcopus.
40 *Nauarr. d. cap. 27. num. 205. Ptasc. vbi sup.* in quibus casibus dispensare possit Episcopus cum inhabilibus ad ordines. *num. 6.* & ibi ponit alia ad hanc materiam.
41 Irregularis etiam, qui extra regulam positus est, non potest praesentari, cum non possit ad ordines promoueri, nisi fuerit dispensatus, quia
42 irregularitas est impedimentum canonicum de facto proueniens, quod impedit ad ordines ecclesiasticos promoueri, & iam promoto in illis prohibet administrationem, *ad text. in cap. vltimo, de temp. ord.* & potest
43 quis fieri irregularis viginti tribus modis positis per Syluestrum in sua summa, verbo irregularitas, & irregulares sunt corpore viciati, biga-
44 mi, & alij, quos elegantissimè recenset D. meus Vincentius Mozzolus Primatialis Ecclesiae Pisanae Decanus, auunculus meus carissimus recolendae mem. in sua breui regula ad Confessarij, & confitentis munus rite obeundum composita parte secunda in verbo, irregularitas. *num. 269. & seqq. Lambert. vbi sup. artic. 12. 13. et 14.*

45 Et ideo collatio, seu prouisio beneficij facta irregulari est nulla. *Dynus in cap. 1. de reg. iur. lib. 6. num. 23. Felin. in cap. inquisitionis. num. 7. de accusat. Rebuff. de pacific. possess. num. 280. Achill. decis. 341. num. 3. Verall. decis. 236. num. 4. par. 2. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 7. num. 1. et in reg. peccatum, par. 2. §. 8. num. 6. Nauarr. in manuali, cap. 27. num. 249. vers. 6. et cons. 12. num. 3. de sacram. non iter. et cons. 7. de temp. ordin. Hoieda de compat. et incompat. benefic. par. 1. cap. 24. à num. 83.* Flam. *Paris. de resignat. benef. lib. 4. quaest. 3. à num. 32. Vgolin. de irregularitate, cap. 65. in prin. Sairus de censuris. lib. 6. cap. 2. num. 21.* Azorius *instit. moral, part. 1. lib. 6. cap. 7. quaest. 2:* Lessius *de iust. et iur. lib. 2. cap. 54. num. 120. Molina de iust. et iur. tract. 3. disput. 78. nu. 21* Garc. *vbi sup. par. 7. cap. 7. num. 1. & seqq. Ricc. in praxi rer. for. ecclesiast. dec. 185. Aug. Barbosa d. allegat. 72. num. 82.* quae conclusio probatur ex *cap. 2. in fin. de cler. pug. in duello. & ex cap. 2. de cler. non ord. min. ex cap. vlt. in sua ratione. ibi. pro eo quod. & cap. de cler. excom. min.*

46 Quod procedit etiamsi nesciret se esse irregularem. *Alexand. de neuo. cons. 95. num. 3. & seqq. Comitul. cons. 93.* quia huiusmodi ignorantia
47 non efficit capacitem acquisitionis. *Nauarr. d. c. 27. num. 172. Emanuel Sa. in aphorism. confess. verbo, beneficium. num. 24.* immo si collatio bene-
48 ficij illi fiat, qui ob poenam, vel ob aliam causam sit irregularis, erit ipso iure nulla, nullum ius tribueret tali beneficiato, immo teneretur beneficium dimittere & fructus perceptos restituere. *Fel. in cap. 2. col. 3. de rescript. Lamber. vbi sup. lib. 2. part. 1. quaest. 9. art. 4. & Couarr. in d. reg. pec. catum. d. §. 8. num. 6.* Item irregula-
49 ris suspensus est ab officio, cuius causa datur beneficium *cap. vlt. vbi glos.*

de

de refcript.lib.6. Abb.in cap. cum dile-
*ctus.num.*20.*de confuetud.*
50 Sufpenfus demum ab ordine, feu
ab officio, & beneficio non poteft
præfentari, quia fufpenfio æquipol-
let excommunicationi, cum ipfa
quoque inter ecclefiafticas cenfuras
numeretur. *c. quærenti de verbi fign.*
Bald.in cap.præterea.num.4.& feq.de
*appellat.Felin.in cap. de cætero. nu.*5
51 *de re iud.*fed excommunicatus non
poteft ad beneficium præfentari.
*Lambert.vbi fup.quæft.6.princ.art.*10
*Rot.decif.4.de rurepat. in antiquis,*er-
go nec fufpenfus. Lambert.*vbi fup.q.9.*
in princ.art.2.Nauarr. d.cap.27.nu.
163.item quia fi fufpenfus celebra-
52 uerit fit irregularis.*cap.1.de fent.ex-*
comm.lib.6.cap.1. in fine de re iudic.
lib.6. Garc. vbi fup. d.par.7. cap.14.
num.1.& feqq. Riccius vbi fup. decif.
183.& ita fuit refolutum per Rotam
in vna *Meliten.Abbatiæ.24.Iannar.*
1590. *coram* R.P.D. *Gypfio. relata à*
Garc.*vbi fup. num.3.* idem eft in in-
53 terdictis perfonaliter.*glof.in cap.tan*
*ta.de excef.prælat.*Nauar.*in manual.*
*cap.25.num.*133.& ideo in prouifio-
54 nibus Apoftolicis fit abfolutio nedũ
ab excommunicatione, fed etiam à
fufpenfione, & interdicto ad effe-
ctum gratiæ confequendum per illã
claufulam, *teque à quibufuis, &c.*
Garc.*vbi fup.nu.6.& d.p.7.c.13.n.*
59. & feqq. & eadem claufula abfo-
55 lutionis poffunt vti etiã ordinarij in
eorum prouifionibus, & per eã tan-
tum abfoluent, ab ijs, à quibus alias
poterant. *Cucch. in inftit. maior. lib.*
4.tit.1.num.189.Suar.5. tom.de cen-
furis, difput.38.fect.3.nu.5. qui idem
ait in ceffatione.difp.39.fect.4.num.4.
Garc.d.cap.13.num.71.& 72.
56 Epifcopus autem poteft difpenfa-
re, vt quis poft abfolutionem reti-
neat beneficium, quod fibi fuerat
tempore excommunicationis colla-
tum.*glof.in cap.poftulaftis. in verb.di-*
*fpenfatum.de cler.excomm.min.*quam
ibi fequuntur. *Abb.num.8.et alij*,
57 quia hæc difpenfatio eft quædam
virtualis beneficij collatio, licet fu-
tuus effet vt fiat noua collatio. *Garc.*
d.cap.13.num.73. et feqq. non poteft
tamen Epifcopus difpenfare quando
beneficium illud non poteft confer-
re. *Nauarr.d.cap.27.num.271.* quia
ad alium fpectet collatio, electio, feu
præfentatio, & etiam quando Papa
58 prouidet de beneficio, Epifcopus nõ
poteft difpenfare, quia beneficium
manet affectum. *Gonzal.vbi fup.glof.*
52.*num.*27.nec poteft Epifcopus di-
fpenfare, quando fcienter tale bene-
ficium contulit.*Abb.in d.cap.poftula-*
59 *ftis.num.9.*nec poteft Epifcopus di-
fpenfare quando quis eft fcienter
60 intrufus in beneficio ob inhabilita-
tem ex intrufione contractam. *Garc.*
*d.c.13. num.*88.
61 Poteft etiam Epifcopus difpenfa-
re cum clerico per faltum promoto,
fi in ordine non miniftrauerit, & etiã
fi miniftrauerit, fed hoc fecerit igno-
ranter.ex *Conc.Trid.feff.23.de refor.*
*cap.14.Nauarr.d.cap.27.num.*242.
62 Item cum eo, qui plures ordines
facros vno die fufcepit, quoad vfum
fufceptorum poteft difpenfare, nifi
ipfemet Epifcopus circa hoc deli-
querit.I*nnoc.in cap.dilectus.de temp.*
ordin.
63 Item cum eo, qui miniftrat in or-
dine, quem non habet.*cap.2.de cler.*
non ordin.min.iuncta glof.ibi ver. mi-
*fericordiã. Inn. vbi fup.*fimiliter cum
64 eo, qui furtiue ordines fufcepit fer-
uata diftinctione. *cap. 1. de eo, qui*
furtiuè, et c. fi Epifcopus ante ordina-
tionẽ non prohibuerit fub excommu-
nicationis pœna accedere ad ordina-
65 *tionem non approbatos.*, poteft etiam
Epifcopus difpenfare cum ordinato
abfque dimifforijs, à non fuo diæ-
cefano, vel extra tempora à iure fta-
tuta. *cap.confultationi, iuncta glof.in*
ver.poterit.de temp.ord.
66 Item cum ordinato ab Epifcopo
fchifmatico, hæretico, excommuni-
cato, cuius denunciationem ordina-
tus ignorauit. *Nauar.ibidem, nu.*241.
& excommunicationem, fufpenfio-
nem,

67 nem, & interdictum absoluit Episcopus, si non fuerit Superiori reseruata. *Nauarr. vbi sup. nu. 244.*

68 Cum simoniaco extra ordinem, & quoad beneficium potest Episcopus dispensare, cum nullibi prohibeatur. *Hostien. in summa. tit. de simonia. nu. 16.* sed cum simoniaco in

69 ordine scienter non potest dispensare stante prohibitione Sixti V. & Clementis VIII. relata à *Piasecio vbi sup. fol. 64.*

70 Et cum simoniaco in beneficio, si occultum sit potest Episcopus dispẽsare non tamen vt retineat d. beneficium per simoniã quesitum, etiã si in conferendo d. beneficium deliquerit Episcopus. *Nauarr. cons. 97. nu. 5. & 12. de simon.* & alia vide apud *Piasecium vbi sup. par. 1. cap. 1. de dispensationib.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus criminosus præsentari non potest.*
2 *Excommunicatus præsentari non potest, nec eligi.*
3 *Iura loquentia in electione procedunt in præsentatione.*
4 *Excommunicato beneficia conferri non possunt.*
5 *Censura quid sit.*
6 *Censura dicitur à censendo.*
7 *Censura est triplex, excommunicatio, suspensio, & interdictum.*
8 *Excommunicatio quid sit.*
9 *Excommunicatio est duplex, maior, & minor.*
10 *Excommunicatio maior, & minor, quid sit.*
11 *Excommunicatio quomodo feratur ab homine. &c.*
12 *Excommunicationis effectus. &c.*
13 *Excommunicationis absolutio quomodo detur.*
14 *De excommunicatione in lata bulla Cœna Domini, & lata ob percussionem clerici.*
15 *Excommunicationes à iure reseruatæ Papæ, vel nemini.*
16 *Suspensus, nec eligi, nec præsentari potest.*
17 *Suspensio quid sit.*
18 *Suspensio quotuplex sit, quis possit suspendere. &c.*
19 *Suspensus violans suspensionem peccat, & fit irregularis.*
20 *Suspensionis absolutio quomodo fiat.*
21 *Interdictus personaliter præsentari nõ potest.*
22 *Absolutio à censuris in literis Apostolicis ponitur.*
23 *Excommunicari, & interdici possunt fideles, clerici suspenduntur.*
24 *Clericus seruans interdictum generale, seu speciale potest præsentari.*
25 *Clericus, cui sit interdictus ordo, præsentari nequit.*
26 *Interdictum quid sit.*
27 *Interdictum vel est locale, vel generale loci, vel personale.*
28 *Interdicti tempore quæ sacramenta ministrari possint.*
29 *Interdicti tempore quid agendum circa sepulturam, & alia.*
30 *Interdicere potest is, qui potest excommunicare, & suspendere.*
31 *Interdicti sententia quomodo sit ferenda.*
32 *Interdictum violantes peccant mortaliter.*
33 *Interdictum violantium clericorum pœna.*
34 *Cessatio à Diuinis, quid sit.*
35 *Degradationis, & depositionis pœna.*
36 *Irregularis præsentari non potest, quia non potest ordinari.*
37 *Irregulari collatio facta est ipso iure nulla.*
38 *Et debet priuari beneficijs.*
39 *Clericus acceptans officium habẽs annexam iurisdictionem secularem, & criminalem fit irregularis.*
40 *Irregularitas quare sic dicta.*
41 *Irregularitas quid sit.*
42 *Irregularitas multipliciter cõtrahitur.*
43 *Irregularis interdum quis fit sine culpa.*
44 *Irregularis quis fit ex defectu sacramenti.*
45 *Corpore vitiatus est irregularis.*

CAPVT QVINTVM.

Enumerantur Criminosi, qui præsentari non possunt.

1 CLERICVS criminosus generaliter præsentari non
2 potest. & Primò præsentari non potest excõmunicatus, qui sicuti eligi non potest. *cap. illa. & c. per inquisitionem. vbi glo. de elect. Archid. in cap. nullus. dist. 63.* quòd procedit etiam in excommunicato excommunicatione minori. *Abb. in d. cap. illa.* ita talis non potest præsentari per vulgatam regulam, qua habetur, quòd iura lo-
3 quentia in electione, locum habent in præsentatione. *cap. vlt. iuncta glo. in verbo, electione. de elect. lib. 6. Rocchus de Curte de iurepat. in verbo, honorificum. quæst. 4. princ.* vbi de excommunicato minori excommunicatione se remittit ad *textum in c. si celebrat.* vbi Doct. ita concludunt. *de cler. excomm. minist.* quòd idem fit in excõmunicato excommunicatione minori. *Garc. infra num. 27. Riccius in praxi rei fori ecclesiast. decis. 184. num. 169. Couarr. in c. alma mater. p. 1. §. 7. in princ. col. 1. de sent.*

excomm.Garc.de beneficijs. p.7.c.13. nu.3.Gonzal.in comment.ad regul.8. Cancell.gloss.58.num.25.& seq. nam
4 excommunicato beneficia conferri non possunt. *c. postulastis.de cler.excomm. min.* & collatio facta excommunicato est nulla, etiam in foro conscientiæ. vt *in d.c. Selua de benef. p.3.q.4.Card.Tolet. in inst.sacerd.lib. 1.c.13.Sairus de censuris. lib.2.cap.5. num.1.Put.dec.78.lib.3.*

Horum occasione breuiter videamus quid sit censura &c.

5 Censura ergo est sententia lata à capace ordinis mediãte iurisdictione ecclesiastica fori exterioris, qua quis priuatur communione Sacramentorum, vel hominum, vel exercitio diuinorum spiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel Sacramenta, vel sepultura. ita *Nauar. in man. cap.28.num.1.* vel censura ecclesiastica est pœna spiritualis fori exterioris ecclesiæ, qua spiritualium vsus impeditur, vt à contumacia discedatur. *Bart. Vgolin. de ecclesiast. censur.tab.1.c.16. §.4.n.5.* & dicitur
6 censura à censendo, & sumitur pro sententia, seu correctione. vide *Sairum vbi sup. de censur.ecclesiast.lib.1. cap.1.in princ. vbi num.4.* ait censuram illam esse triplicem excommu-
7 nicationem, suspensionem, & interdictum, & censurarum appellatione illa tria veniunt, nam cessatio à diuinis non videtur esse censura. *vt ibidem Sairus.*

8 Excommunicatio autem est censura ecclesiastica à canone, vel à iudice ecclesiastico prolata, qua Christianus à communione ecclesię quoad fructum, & suffragia generalia eius, & conuictu fidelium excluditur. *Sair. vbi sup. c.5. num. 10.* & est duplex, maior, quæ priuat actiua & passiua participatione Sacramen-
9 torum, quam violans si sit clericos fit irregularis, si sit ordine sacro insignitus, & actum aliquem d. ordinis exercet. & appellatione excommunicationis de maiori intelligitur.

10 Minor autem sola participatione passiua priuat omnium Sacramentorum. *d.cap. si celebrat.Sair. d. cap. 5.*
11 *num. 18.* quomodo autem excõmunicatio feratur ab homine, qui possunt excommunicari, de causis, propter quas sit ferenda excommunicatio, & quando possit iterari, quæ sit forma excommunicationis, & quæ conditiones & circumstantiæ ad ferendam excommunicationem requirantur, de ordine, loco, & tempore in ea ferenda obseruandis, de cæremoniis in solemni excommunicatione adhiberi solitis, & de fine excommunicationis quando excommunicatio sit nulla, seu iniusta, de causis, quæ excusant ab excommunicatione. vide *Sairum vbi sup. d. lib. 1. cap. 1. & sequentib. per d. librum totum.*

12 Et de effectibus excommunicationis, de beneficiis excommunicato collatis, de obligatione vitandi excommunicatos, de pœnis violantium
13 excommunicationem, de forma absolutionis ab excommunicatione, de pertinentibus ad dandam absolutionem ab excommunicatione ad cautelam, quomodo absolutio ab excõmunicatione legitimè conferatur, & quibus præmissis, de absolutione excommunicationis latæ ab homine, de absolutione ab excommunicatione minori. vide *Sairum vbi sup.lib. 2. c. 1. & seqq. per d. totum librum.* &
14 de excommunicatione lata per Bullam Cœnæ Domini. vide *Sairum vbi sup.lib.3.c.1. ad c. 25.* & de excommunicatione ob clerici percussionem. vide eundem *d. lib. 3. c. 26. 27. & 28.* & de alijs excommunica-
15 tionibus à iure reseruatis Summo Pontifici *d. Sair. d. lib.3. c.29.* & de excommunicationibus Papæ reseruatis ex extrauagantibus in corpore iuris insertis. *ibidem cap. 30.* & de alijs excõmunicationibus Papæ reseruatis ex extrauagantibus nondum insertis in corpore iuris. *ibid. cap.31.* & demum de excommunicationib.

tionib. quarum absolutio nulli reser-
uatur. vide *ibidem cap. 32. 33. 34. & 35. & Card. Tolet. in inst. sacerd. lib. 1. cap. 5. & seqq.*

16 Secundo suspensus sicuti eligi nō
potest. *glos. & Doct. in d. cap. illa. vbi Abb. de elect.* siue sit suspensus à
beneficio. vt in c. *per inquisitionem. & ibi glos. de elect.* siue ab officio, vt
in *cap. cum dilectus.* & ibi *Abb. nu. 17. de consuetud.* ita non potest præ-
sentari. *Lambert. de iurep. lib. 2. p. 1. q. 9. princ. art. 2.* etiamsi defectus es-
set occultus, & toleratus. *Card. Tolet. vbi sup. lib. 1. c. 14. nu. 5. Nauarr. in manuali c. 27. nu. 163. Riccius vbi sup. decis. 183. Garc. d. par. 7. c. 14. vbi nu. 3.* refert Rota decisionem in vna
Meliten. Abbatiæ. 24. Ianuar. 1590.
coram D. *Gypsio.* qua fuit resolutum
quod quidam tamquam suspensus
non potuit consequi d. Abbatiam,
quòd est verum quando esset suspen
sio ab omnibus ordinibus, secus si
esset suspensus ab vno ordine sacro
tantum, quia ratione alterius ordi-
nis, quem tenet sine suspensione po-
test obtinere beneficium. *tex. aureus in c. vel non est compos. de temp. ordin.* firmat *Abb. in c. cum bona. num. 6. de æt. & qual. Lambert. de iurep. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 2. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 19. num. 6.* quod de-
clara vt ibi per eum.

17 Suspensio autem est ecclesiastica
censura, qua clerico quatenus cleri-
cus est, ob suam culpam prohibetur
exercitium ordinis, officij, vel bene-
ficij à potestatem habente ad tem-
pus, vel in perpetuum, in totum, vel
in partem. *Sair. vbi sup. lib. 4. cap. 1.*

18 quotuplex autem sit suspensio, quis
possit suspendere, de forma illam
ferendi, de varijs modis, quibus fer-
tur, de octo modis, & de alijs tribus
modis suspendendi, de suspensione
à beneficio, seu beneficijs, de suspē-
sione ab officio, & beneficio, seu ab
ingressu ecclesiæ, de duratione sus-
pensionis, de effectu appellationis à
suspensione, de violatione suspen-
sionis, & quod clericus violans sus-

19 pensionem peccat mortaliter, & fit
irregularis, de suspensione contra
Episcopos, & Prælatos in iure lata,
seu contra iudices ecclesiasticos, re-
ligiosos, & Capitula, seu Conuen-

20 tus, siue clericos, quibus casibus sus-
pensus irregularitatem incurrat, de
absolutione à suspensione vide eun-
dem *Sairum vbi sup. d. lib. 4. c. 1. & seqq.* per totum dictum librum. *Card. Tolet. vbi sup. d. lib. 1. cap. 43. & sequentib.*

21 Tertio. Interdictus personaliter
non potest consequi beneficia. *cap. tanta. de excessib. prælat. Lambert. vbi sup. art. 2. Coras. de benefic. par. 4. c. 3. nu. 22. Nauarr. in man. c. 25. nu. 133. Vgolin. de censuris. tab. 5. cap. 13. §. 1. nu. 2. Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 34. nu. 116. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 7. q. 2. Garc. d. p. 7. c. 14. num. 5. vbi nu. 6.* ait in prouisionibus Apsto-

22 licis fieri absolutionem non solum
ab excommunicatione, sed etiam à
suspensione, & interdicto, ad effectū
gratiæ consequendum, cum excom-
municatio, suspensio, & interdictum
censuræ ecclesiasticę nomine veniāt.
c. quærenti. de verb. signif. quamuis
differant in multis.

23 Satis sit, quòd excommunicatio,
& interdictum feruntur in clericos,
& laicos, suspensio autem fertur tā-
tum in clericos, quòd si clericus ser-
uet interdictum generale, seu spe-

24 ciale, potest præsentari, cum faciat
maius, quòd est celebrare Diuina.
ad textum in c. alma mater. de sent. excomm. lib. 6. secus autem est, si cle-
ricus non seruet interdictum, seu si

25 sit clericus, cui specialiter sit inter-
dictum officium, vel talis ordo, tunc
enim præsentari non poterit, si ob-
stet interdictum ordinis, vel alterius
rei. de quibus *Lambert. vbi sup. lib. 2. p. 1. q. 11. art. 3.*

26 Interdictum autem est ecclesiasti-
ca censura, qua prohibentur Diuina
officia, & Sacramenta, & ecclesia-
stica sepultura actiuè, & passiuè. *Sair.*

vbi ſup. lib. 5. c. 1. n. 8. Card. Tolet. vbi ſup. poſt lib. 7. in tract. de interdicto.
27 *Nauarr. d. c. 27.* interdictum vero eſt
locale, generale loci, & perſonale,
& de effectu interdicti localis, & per-
ſonalis, & quid circa Diuina officia
ſit licitum, vel illicitum, quæ ſacra-
28 menta miniſtrari poſſint tempore in-
terdicti, ideſt Baptiſmus, Confirma-
tio, Pœnitentia, Euchariſtia, de Or-
dine, & Matrimonio, & Extrema vn-
ctione, dic vt infra. quid ſit agendũ
29 circa ſepulturam tempore interdi-
cti, quid circa campanarum pulſa-
tionem, & de eo, cui eſt interdictus
30 ingreſſus eccleſiæ, & qui poteſt ex-
communicare, & ſuſpendere poteſt,
& interdicere, & è contra, qui poſ-
ſunt excommunicari, & ſuſpendi
poſſunt, & interdici. quomodo ſit
31 ferenda ſententia interdicti, de in-
terdictis in iure latis, de tribus mo-
dis, quibus ſuſpenditur interdictum.
de pœnis violantium interdictum,
32 nam laicus violans interdictum pec-
cat mortaliter, ita & Moniales, &
Regulares non habentes ordinem.
33 clerici autem ſeculares, & regulares
ſacris initiati violantes quodcum-
que interdictum peccãt mortaliter,
ſpoliantur beneficijs, deponuntur,
fiunt incapaces beneficiorum, eis in-
terdicitur ingreſſus eccleſiæ, ſuſpen-
duntur ab officio, & beneficio, ſunt
ipſo iure excommunicati, carent ec-
cleſiaſtica ſepultura, & exercentes
aliquem ordinem ſacrum ſunt irre-
gulares. & de relaxatione, ſeu ab-
ſolutione interdicti, & de miniſtro
34 illius. & quid ſit ceſſatio à Diuinis,
& de cauſis illius. de pœna degra-
dationis, de criminibus degradatio-
35 ne, ſeu depoſitione dignis, & de
modo degradationis, & depoſitio-
nis vide de omnibus ſupradictis la-
tiſſimè dicentem, & alios allegantẽ
doctiſſ. *Sair. vbi ſup. d. lib. 5. c. 1. & ſeqq.* per totum d. librum.
36 Quarto. Irregularis non poteſt
præſentari ſicuti ſupradicti, cum
non poſſit ordinari. *c. 3. & c. diuer-
ſis fallacijs. de cler. coniug.* & nul-
lus poteſt præſentari, niſi ſit cleri-
cus. *c. 2. de inſtitut.* eiq. non poteſt
beneficium conferri. *Dinus in c. 1.
de reg. iur. lib. 6. Innoc. in c. cum no-
ſtris. in princ. de conceſſ. præb.* & col-
latio facta irregulari eſt ipſo iure
nulla. *Din. ibidem. num. 23. Verall.
dec. 236. num. 4. par. 2. Couarr. in d. c.
alma mater. par. 1. §. 7. nu. 1. Nauarr.
d. cap. 27. num. 249. Vgolin. de irre-
gularit. c. 65. in princ. & §. 1. Azor.
vbi ſup. d. quæſt. 2. Garc. d. par. 7.
cap. 11. Riccius vbi ſup. deciſ. 185.*
38 immo irregularis debet priuari ha-
bitis beneficijs. *cap. clerici. de cler.
excomm. min.* ſi autem irregularitas
contracta ſit ante baptiſmum, & per
baptiſmum deleta, talis poterit præ-
ſentari per ea, quæ dicit *Abb. in
c. presbyterum. num. 2. de homicid.*
& de homicida irregulari vide *Lam-
bert. vbi ſup. art. 14. & Garc. d. c. 11.
num. 6. & ſeqq.* & adde, quod cle-
39 ricus, qui acceptat officium habens
annexam iuriſdictionem ſecularem,
& criminalẽ, etiam quòd illam non
ſit executus efficitur irregularis. ita
Specul. in tit. de diſpenſatione. n. 10.
quem ſequitur *Mar. Soccinus in
cap. ad audientiam. num. 144. de ho-
micidio*, & habetur in *rubr. ne cler.
vel mon. ſec. neg. ſe immiſc.*
40 Irregularitas autem dicitur, quia
per eam quis extra regulam ſit, &
conſtituitur. *Syluest. in ſumma. in
verbo, irregularitas*, & eſt impedi-
41 mentum Canonicum ex facto, vel
defectu proueniens, quo quis ad ec-
cleſiaſticos ordines promoueri, & iã
promotus, in ijſdem miniſtrare pro-
hibetur. *Sairus vbi ſup. lib. 6. cap. 1.
num. 16.* D. Vincentius Mazzolius
Decanus Piſanus recol. mem. auun-
culus meus in ſua breui regula ad
confeſſ. &c. *in verbo, Irregularitas,
fol. 233.*
43 Quædam irregularitas contrahi-
tur abſque culpa, & ſic ex defectu,
quædam ex delicto, & ſic ex facto
proprio, & caſus vigintitres, in qui-
bus

bus contrahitur irregularitas ponit. *Syluest. vbi sup.*

44 Absque culpa, idest ex defectu sacramenti est irregularis bigamus, qui defectus prouenit ex secũdis nuptijs vel quia viduam ducit. *vt in tit. de bigam.*

45 Item quis est irregularis ex corporis defectu, qui in iure dicitur corpore vitiatus, de quo *Garc. d. par. 7. cap. 13. num. 1. & seqq. & habetur in toto tit. de corpore vitiatis. & de cler. agrot. & in decreto dist. 55. tradit Maiolus de irregularit. lib. 1. cap. 14. & seqq.* Nauarr. *d. c. 27. nu. 198. & seqq.*

46 Et est vel debilitatus, vel mutilatus, vel habens omnia membra, sed vnum inutile, vt qui caret oculo, vel habet manum aridam, vel caret membro necessario ad vsum ordinis, vel inducit notabilem deformitatem, vel si sit monstruosus, & fit etiam quis irregularis ex morbo, vel infirmitate corporis.

47 Item illegitimi sunt irregulares, exceptis expositis in publico hospitale orphanorũ, vt dixi sup. hoc lib.

48 Irregularis etiam est, quis ex defectu ætatis requisitæ. item ex defectu animæ, vt amens nõ baptizatus, illiteratus, & neophitus, vel ex defectu libertatis, vt seruus, idest mancipium, obligatus ad ratiocinia, seu curiæ seculari.

49 Item irregularis fit ex defectu lenitatis, cum quis occidit vel mutilat hominem etiãsi id faciat ad sui defensionem, & sine peccato, & Iudex proferens mortis, aut mutilationis

50 sententiam, eam scribens, vel exequens, & qui reum accusauit secuta morte, item testis, procurator fiscalis, & aduocatus contra reum, & Iudex ecclesiasticus, qui reum extrahi ex sua licentia permittit extra casus Bullæ Greg. XIV. si sequatur mors, vel mutilatio extracti.

51 Irregularitas alia contrahitur ex delicto, puta ex homicidio, vel mutilatione voluntarijs, & iniustis, & eam incurrunt tàm laici, quàm clerici, & operans, mandans ad prædicta perpetranda, consulens, seu dans consilium, vel auxilium, ratificans autem non fit irregularis, licèt aliqui contrarium teneant, item reba-

52 ptizans, & rebaptizatus scienter id facientes fiunt irregulares.

53 Item excommunicatus, suspensus, & interdictus, si exerceant actum aliquem ordinis sacri, quem habẽt, fiunt irregulares, item exercens, & ministrans in ordine sacro, quem non habet, fit irregularis, prout etiã

54 is, qui innodatus aliqua censura ordines recipit, vel qui recipit ab Episcopo censuris innodato, vel ab Episcopo, qui loco, & dignitati renunciauit, item qui eadem die omnes

55 ordines minores simul cum Subdiaconatu recipit, vel recipit ante legitimam ætatem, vel extra tempora canonica, aut sine literis dimisorijs sui Episcopi ordinetur, est suspensus ab ordine, & si ministrat fit irregu-

56 laris, idem est in furtiuè, & absque examine ordines recipiente, vel per saltum. Item infamis est irregularis,

57 & ille, qui est delinquens enormis, notorius, & dignus depositione.

58 Tollitur autem irregularitas per Baptismum, & per professionem in Religione approbata, si proueniat ex proprio delicto, vel infamia proueniente ex facto proprio, per quam professionem tollitur etiam illa, quæ prouenit ex defectu natalium, non autem ea, quæ oritur ex defectu aliquo corporis, vel animæ, & denique omnis irregularitas tollitur per Pa-

59 pæ dispensationem, & Episcopi possunt dispensare in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus excepta ea, quæ oritur ex homici-

60 dio voluntario, & exceptis alijs ad forum contentiosum deductis, vt habetur in *Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6.* & occultum dicitur, vt distinguatur à notorio, & publico, & est occultum, quod non est notorium, quod notorium vel est per confessio-

61 nem delicti factam in iudicio, vel per sen-

sententiam iudicis, vel per facti euidentiam, & est occultum, quod non potest probari, vel quamuis probari possit per testes. eandem auctoritatẽ habent superiores regulares quoad
63 eorum subditos ex Papæ priuilegio. de quibus omnibus supradictis vide *Sayrum vbi sup. lib. 7. per totum librũ. Mazzolium vbi sup. Vgolinum, & Maiolum vbi sup. Viualdum in candelabro aureo. tit. de irregul. Nauarr. in d. cap. 27. num. 250. Valer. Reginaldum. in praxi fori pœnitent. lib. 5. Suarez de censuris. tom. 5. disput. 7. Card. Tolet. vbi sup. d. lib. 1. cap. 52. & seqq. & Garc. d. par. 7. cap. 11. & 12.*

60 Quintò, degradatus non potest præsentari, cum in foro canonico depredatio sit vltimum supplicium. *Doct. in cap. at si clerici. §. de adulterijs. de iudic. et in cap. cum non ab homine, de iudic.* degradatio autem est duplex, verbalis, & actualis. *cap. de-*
65 *gradatio. de pœnis. lib. 6. Abb. & Doc. in cap. non potest. de re iudic.*

66 Sextò, hæreticus non potest præsentari, quia est excommunicatus, *cap. excommunicamus, et c. ad abolendam, de hæretic. et cap. 1. 24. quæst. 1.* & est extra Ecclesiam. *cap. 1. & cap. vergentis, de haret.* etenim hæretici
67 debet repelli à ciuitate, & Regno. *d. cap. ad abolendam.* neque possunt habere honores, & sunt infames. dixi sup. lib. 2. c. 6.

68 Septimò, fautores, defensores, & receptatores hæreticorum sunt excommunicati. *d. cap. excommunicamus. §. credentes. et d. cap. ad abolendam.* & ideo præsentari non possunt ad beneficia.

69 Octauo, schismaticus sicuti eligi non potest. *cap. quia diligentia. de elect.* ita neque præsentari potest, cũ sit excommunicatus, & hæreticus. *Abb. & Doct. in rubr. de schismat.*
70 quod si conuersus sit ad vnitatem ecclesiæ, tamen non potest eligi, neque præsentari, nisi secura dispensatione. *d. cap. quia diligentia. vbi Abb.* & de hoc vide *Lamber. vbi sup. art. 8*

71 Nonò, Apostata, qui dicitur ab Apostasia, quæ est temerarius à statu fidei, vel religionis recessus, quasi post actio, idest, retrogradatio, si sit à fide, tanquam hæreticus non
72 potest præsentari. *d. cap. ad abolendam.* si autem sit apostata à religione, cum sit excommunicatus ipso fa-
73 cto. *cap. 2. ne cler. vel mon. lib. 6. et ibi gloss.* non poterit præsentari, & si sit
74 apostata ab obedientia Religionis, itaut extra eam vagetur, idem est, sed si sit apostola à simplici obedientia, cum per hoc non incurrat excommunicationem, sed tantum possit excõmunicari. *cap. si quis 3. quæst. 4.* tunc habito respectu talis inobedientiæ, & pœnitentiæ secutæ, vel non secu-
75 tæ, res erit decidenda. Quod si conuertantur, & redeant possunt præsentari, & obtinere beneficia suarum religionum. *Lamber. vbi sup. art. 9.*

76 Decimò, Simoniacus tanquam hæreticus præsentari nõ potest; quia simonia dicitur hæresis. *cap. quoties, de simon. et c. sicut simoniaca. de sim.* vbi etiam simonia dicitur pestis, &
77 simoniacur dicitur infamis. *Abb. in cap. ex diligenti. num. 6. de simon.* & de simoniaco occulto, & publico. *Abb. in cap. accusatum. & in c. tanta. de simon.* & quomodo committa-
78 tur simouia, & præsertim inter præsentantem, & præsentatum vide *Lamber. vbi sup. art. 11. & Nauarr. d. cap. 27.* est autem simonia studiosa
79 voluntas contractandi prætio rem
80 spiritualem, & est mentalis, conuentionalis, & realis, quæ declara vt per *Card. Toletum vbi sup. lib. 5. cap. 86. & seqq.*

81 Vndecimò, ambitiosus non potest præsentari, quia iste cupit præesse, & non prodesse. probatur in *cap. per nostras. de iurepatr.* vbi prohibetur, ne quis se ipsum presentet, vt euitetur ambitio, ex quo ambitiosus præsentari non potest per *tex. in cap. in scripturis. 8. quæst. 1.* item alia est ratio, quia simonia, & lex
82 iulia de ambitu æquiparantur. *Doct.*

in

in rubr. de simonia. Lambertin. vbi sup. art. 12. sed proh dolor, quot ambitione ducuntur ad quærenda beneficia, non vt Deo continue famulentur!

83 Duodecimò, requisitus vt præsentetur, si ante præsentationem consentit præsentationi, non potest præsentari, quia in simili, si eligendus consentiat electioni de se faciendæ, non tenet electio, *cap. cum post. vbi glos. penult. & vlt. de elect.* & vt euitetur ambitio, nam talis consensus intempestiuus ambitionem indicat. *cap. per laicos.* 16. *quæst.* 7.

84 Decimotertiò, periurus sicuti eligi non potest, nisi pœniteat, ita nec præsentari, quod procedit in eo, qui venit contra iuramentum assertoriũ, ex tali enim periuro potest quis be-
85 neficijs priuari. *Doct. in cap. quærelam. de iureiur.* Si autem simus in eo, qui venit contra iuramentum appositum in contractu, quod periurium
86 infamat, & tunc non sufficit, vt eum pœniteat, sed debet ei fama restitui, & est aduertendum, quod tali casu debet constare de confessione, & expletione, seu satisfactione pœnitentiæ, de quo latè *Felin. in cap. testimonium. col.* 11. *de testibus. Lambert. vbi sup. art.* 15.

87 Decimoquartò, quoniam oportet promouendum, cuius opinio in nullo vacillare debet. *cap. laici dist.* 33. nulla nota, vel infamia respersum esse. *cap. vlt. de furtis. Abb. in cap. super eo. de elect. Coras. de benef. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. Ideo infamis infamia iuris, & facti ad dignitatem promoueri non potest. *cap. infamibus. de reg. iur. lib.* 6. *vbi Dynus, & Io. And. l. vnica. C. de infamibus, lib.* 10. *& l.* 2. *C. de dignitatib. lib.* 12. *cap. inter dilectos. de excessib. prælat. Molina de Hisp. primog. lib.* 1. *cap.* 13. *à num.* 7. *Garc. de benef. par.* 7. *cap.* 8. *num.* 2. *Riccius vbi sup. decis.* 676. *nu.* 4. *Farinac. in sua pract. crim. p.* 1. *tit. de delict. & pœnis. quæst.* 23. *num.* 26. *& seq.* & accipitur hoc casu dignitas pro quolibet beneficio

88 *Abb. & Doct. in d. cap. querelam. de iurer. Lamber. vbi sup. par.* 1. *lib.* 2. *q.* 9. *art.* 16. *nu.* 3. *Couarr. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. & semper infamia impedit habere beneficia. *Duarenus, de benefic. lib.* 4. *cap.* 1. & ideo accusatus, seu denunciatus de aliquo crimine, interim pendente accusatione, seu
89 denũciatione promoueri non debet. *l. reus. ff. de muneribus. l. reum criminis. C. de procurat. cap. vlt. de testibus. et cap. omnipotens. et ibi Doct. de accus. Selua, de benefic. par.* 3. *quæst.* 5. *num.* 31. *Coras. vbi sup. cap.* 6. *num.* 9. *et* 10. quod procedit, si talis denunciatus sit infamatus apud bonos, & graues vi-
90 ros. *Garc. d. c.* 8. *num.* 8. & sub hoc vocabulo promoueri includitur collatio, electio, & præsentatio: *Abb. in d. c. super eo, num.* 2. *de elect.* & regulariter infames secundum leges sunt infames secundum canones. *cap. om-*
91 *nes vero.* 7. *quæst.* 1. *Felin. in cap. testimonium. num.* 15. *de testib. Lambert. d. art.* 16. *num.* 2. *Maiolus de irregularit. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. *Azorius instit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *q.* 3.

92 De triplici autem infamia vide *Abb. in d. c. testimonium. vbi latè. de testib. glos. Dyn. et Io. And. in d. cap. infamib.* idest infamia iuris à iure prouenienté. *cap.* 2. *§. porro. et ibi glos.* 3.
93 *quæst.* 7. *l.* 1. *cum seq. ff. de his, qui not. infam. Vgolin. de irregularitate. cap.* 60. *Card. Tolet. vbi sup. lib.* 1. *cap.* 64. *Suyrus vbi sup. lib.* 7. *cap.* 11. *nu.* 3.

94 Infamia facti proueniente ab eo, quo apud aliquos quis infamis habetur. *c. §. porro.* apud aliquos graues & bonos de aliquo crimine, seu peccato. *Dyn. vbi sup. num.* 2. *Felin. in d. cap. testimonium. num.* 14. *Vgolin. d. c.* 60. *num.* 4. & de infamia canonica, quæ causatur a peccato mortali. *cap.*
95 *infames.* 6. *quæst.* 1. *Abb. in d. c. testimonium. Nauarr. in repetit. cap. inter verba* 11. *quæst.* 3. *conclus.* 6. *Corrol.* 48. *in fine.* quæ infamia canonica per solam absolutionem tollitur, & restituitur. *Lambert. vbi sup. art.* 17.

96 Ergo tales infames infamia iuris, & facti

96 & facti præsentari non possunt, nisi
ab habente potestatem fuerint resti-
tuti, vel alias ab infamia liberati. vi-
de *Lambert. vbi sup. art. 16.* & infa-
97 mia non solum impedit præfici, sed
etiam remoueri facit à dignitatibus
*l. infamia. C. de decurion. lib. 10. quod
procedit in infamia iuris. Dynus vbi
sup. in addit. in verbo, infamia. Garc.
d. c. 8. num. 35.* & collatio facta infa-
98 mi est ipso iure nulla. *Abb. in d. cap.
querelam. num. 3. & in d. c. super eo,
num. 5. Rot. decis. 426. num. 2. par. 1.
diuers. Selua dict. par. 3. quæst. 2. &
quæst. 5. num. 31. Zecchius de benefic.
& pens. cap. 3. vers. secundo si collatio.
Suarez de relig. tom. 2. tract. 5. lib. 3.
cap. vlt. num. 4. 5. & 17.* & infamis
99 tam facti, quam iuris infamia est
irregularis. *Specul. de dispens. §. iuxta.
num. 28. Nauar. d. c. 27. nu. 204. Vgo-
lin. d. c. 60. §. 5. num. 1. Card. Tolet. d.
cap. 62. Garc. d. c. 8. num. 44. & seqq.*
vbi prædicta declarat quomodo pro-
cedant, & sint intelligenda.

100 Decimoquinto, Sodomita etiam
non potest præsentari, cum tale cri-
men sit enorme, & infame, & grauis-
101 simum. *Abb. in cap. nisi cum pridem.
num. 7. et ibi Doct. de renunc.* immo
talis videtur irregularis, & dicitur fi-
102 lius diffidentiæ, idest de cuius salute
est diffidendum. *cap. vt clericorum.
de vita. et honest. cler.* & clericus So-
domita debet deponi, & detrudi in
103 monasterium, & laicus debet excom-
municari, vt in *cap. clerici. de excessib.
prælat. vide Lambert. vbi sup. art. 18.*
104 *et ex. constit. 70. Pij V. sanctæ mem.*
clerici tam dirum nefas exercentes
omni priuilegio clericali, omni offi-
cio, dignitate, & beneficio ecclesia-
stico priuantur, ita quod per Iudi-
cem ecclesiasticum degradati pote-
stati statim seculari tradantur, &c. &
sic ipso iure priuātur beneficijs, of-
ficijsque executione, & sunt ipso iure
depositi, & in effectu irregulares.
*Nauarr. d. c. 27. num. 249. Quaranta.
in summa Bullarij. in verbo, Sodomia.
Garc. vbi sup. par. 11. cap. 10. §. 2. nu.
191. et seqq.* quod habet locum, &
procedit etiā in foro interiori, & oc-
culto saltem quoad priuationem
executionis officij, & inhabilitatem,
seu in effectu irregularitatē. *Nauar.
vbi sup. Additio ad Quarantam vbi
sup. limit. 5. vide* Riccium *vbi sup. deci.*
105 352. & id extenditur ad exercentes
vitium bestialitatis, & exercentes
præposteram venerem cum fœminis.
*addit. ad Quarantam. vbi sup. in prin.
et amplias. 2.*

106 Decimosextò, adulter non potest
præsentari, & ratio est, quia *Doct. in
cap. at si clerici §. de adulterijs. et ibi
Abb. col. vlt. de iudic.* præsupponunt
adulterum esse priuandum benefi-
cijs, at facilius quis prohibetur ab
acquirendo beneficio, quā priuetur.
107 *Abb. in d. c. super eo col. 2. de elect.* dū-
modo adulterium sit manifestum, vel
per propriam confessionem adulteri
etiam extra iudicium, vel per famam
vel per sententiam *Lambert. vbi sup.
art. 19.*

108 Decimoseptimò, concubinarius
præsentari non potest, quia nec etiā
potest eligi. *c. vlt. dist. 33. et c. mari-
tum. ead. dist.* si tamen sit talis concu-
binarius notorius per sententiam,
vel per confessionem sponte factam,
cum eo casu sit infamis, vel ex noto-
rietate facti, quia habet concubinā
publicè secum cohabitantem, & de
hoc vide *Abb. in cap. vestra. de coha-
bit. cler. & mul.* & de istis concubina-
rijs tractat *Lamber. vbi sup. art. 20. et
Garc. d. par. 11. cap. 10. §. 2. num. 181.
et seqq. et Conc. Trid. sess. 24. c. 8. de*
109 *reformat.* vbi detestatur concubina-
tū, & bulla 5., seu constitutio Pij V.
qua monet omnes ordinarios vt fa-
ciant seruari statuta edita contra
concubinarios.

110 Decimooctauo. Vsurarius cum
nō possit eligi. *c. de Petro. dist. 47.* im-
mo si elect⁹ sit deponi debeat. *c. Epi
scopus. d. dist. 47.* ideo præsentari non
potest, cum sit infamis. *d. c. 2. §. por-
ro. 3. quæst. 7. l. improbum fœnus. et ibi
glos. C. de his. qui not. infam.* immo
vsura-

111 vsurarius si sit manifestus triplici pœna punitur, quia repellitur à cōmunione. *Abb. in c. quia in omnibus. de vsur.* decedens in tali peccato caret ecclesia sepultura. ita *clemen. eos. vbi gl. de sepult.* & repellitur ab oblatione facienda ecclesiæ. *Abb. in d. cap. quia in omnibus*, vbi docet, qui sint vsurarij manifesti. & *gloss. in c. 1. et 2. de vsuris. lib. 6.* & omnia supradicta de vsuratijs manifestis sunt intelligenda, de quibus. *Lambert. vbi sup. art. 21. Garc. d. cap. 8. num. 20. et seqq.*

112 Vsura autem est quicquid accedit sorti principali, & est lucrum rei pecunia æstimabilis ratione mutui principaliter proueniens, & alia est mentalis, alia realis seu exterior; si-
113 ue alia explicita, & expressa, alia implicita, seu palliata. *Card. Tolet. d. lib. 5. cap. 29. et seqq. et dixi in rub.*
114 *et clem. vnica. de usuris.* & recipiens mutuam pecuniam sub vsuris ad sui necessitatem à solito fœnerari non peccat. *S. Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 4.* sed si recipiat non ad sui necessitatē sed ob lucrum, aut vanitatem peccat. *Sot. de iust. et iur. lib. 6. quæst. 1. art. 5.* verum dans mutuum sub vsuris
115 semper peccat, & tenetur ad restitutionem, & quando possit quis recipere aliquid ratione lucri cessantis
116 & damni emergentis vide *Card. Tol. ubi sup. c. 33. et 34.*

117 Sed hic obiter est notādum, quod vsurarius mentalis tenetur acceptum restituere, simoniacus autem mentalis non tenetur, sed agere debet pœnitentiam de mente deprauata. *gloss. ult. in c. ult. de simonia. uers. sed secus uidetur in usura*, sed non affert rationem diuersitatis, & multas in hoc rationes affert *Abb. in d. c. ult.*
118 *num. 6. et 7.* quarum vltima melior videtur scilicet, quia si mentalis vsurarius restituere non teneretur, daretur sæpè materia figmentis, & fraudibus, vt sine pacto solueretur vsuræ; verum quod simoniacus mentalis, non teneatur restituere, id restringendum est ad simoniam prohibitā ex ecclesiæ constitutione, vel intelligi debet de simonia mentali ex spe secundaria, non primaria, sed in vsura habetur, mutuum date nihil inde sperantes, & sic vbi spes est principalis, ibi est & restitutio.

119 Decimononò, præsentari non potest falsificans literas Apostolicas, & supplicationes cum ipso iure sit excommunicatus. *Caietan. in summa, verb. excommunicatio. c. 26. Nauarr. d. c. 27. à nu. 62. Vgolin. in Bulla Cœnæ. par. 2. cap. 6. Card. Tolet. vbi sup. lib. 1. c. 22. Sairus vbi sup. lib. 3. c. 10. vide Bern. Diaz. in pract. crim. c. 17. seu 117. et ibi addit. Clar. in §. falsum. lib. 5. recept. sentent.* & sunt priuari beneficijs. *c. ad falsariorum. et ibi Abb. et Doct. de crimine falsi. Lambert. vbi sup. par. 1. lib. 2. quæst. 9. art. 22. Rebuf. in praxi tit. de mod. amitt. benef. num. 43. Garc. d. par. 11. c. 10. §. 2. nu. 170. et seq.*

120 Vigesimò, sacrilegi etiam ad beneficia præsentari non possunt cum sint infames. *c. infames. 6. quæst. 1.* & impediuntur promoueri. *c. venerabilem. vers. numquid enim. et ibi glos. in uerb. sacrilegium. de elect.* & debent priuari beneficijs. *Rebuff. ubi sup. nu. 56.* sacrilegi autem insequentes, per-
121 cutientes, aut capientes S.R.E. Cardinalem sunt ipso iure priuati beneficijs. *c. fœlicis. de pœn. lib. 6. Coras. ubi sup. p. 3. c. ult. n. 14. uide Nauarr. d. c. 27. à num. 67. et alios relatos à Garc. ubi sup. num. 173. et seqq.*

122 Vigesimoprimò. Criminosus regulariter, & generaliter præsentari non potest, si inquinatus sit aliquo crimine inducente irregularitatem, degradationem, priuationem beneficiorum, depositionem, excommunicationem, vel interdictum latæ sententiæ, vel infamiam iuris, vel facti. *uide Rocchum de Curte, de iurep. in uerbo, honorificum. quæst. 4. princ. nu. 16. et Lambert. ubi sup. art. 23.* vt est homicidium, hæresis, apostasia schisma, periurium, falsitas, sacrilegium,

con-

cōcubinatus, sodomia, & simonia, de quib. sup. & *Gar. d. c.* 10. *à n.* 38. *ad fi.*

123 Vigesimosecundò. Illiteratus non potest præsentari, quia neque etiam potest ad ordines promoueri. *cap. illiteratos. dist.* 36. item illiteratus eligi non potest. *cap. cum in cunctis. cap. nobis. & cap. congregato. de elect.*

124 Immo talis illiteratus est irregularis. super quo casu Papa raro, aut nunquam dispensat. *Nauarr. d. c.* 27.

125 *num.* 205. *D. Vincent. Mazzol. vbi sup. p.* 2. *fol.* 239. *vers. illiteratura est. Vgol. de irreg. c.* 3. *Gonzal. vbi sup. gl.* 4. *n.* 41. *et n.* 47. ait collationem factā illiterato esse ipso iure nullā, si sit illiteratus, qui nūquam literas didicit, itaut pro vsus illas ignoret. *Garc. vbi sup. par.* 7. *cap.* 7. *num.* 12. & *num.* 19. & *seqq. vbi n.* 22. ait talem illiteratum teneri fructus restituere, & col

126 latores conferentes beneficia habentibus defectum scientiæ competentis, seu alias indignis non solum peccant mortaliter. *Lamber. vbi sup. quæst.* 10. *art.* 2. *num.* 10. sed etiam tenentur ecclesiæ, de damno, & interesse. *Felin. in cap. si quando. de rescr. num.* 7. *Nauarr. de reditib. ecclesiast. quæst.* 2. *monitione* 23. *Couarr. in reg. peccatum. par.* 2. §. 7. *num.* 2. *Pet. Nauarr. de restitut. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 172. & *seqq. Gonzal. d. glos.* 4. *à num.* 51. qui dicunt eos teneri restituere ecclesiæ fructus, & reditus, quos talis indignus quotannis percipit ex beneficio indignè.

127 Hisce de causis, quia in beneficiando scientia, & literatura exigitur. *d. cap. cum in cunctis. de elect. cap. graue nimis. de præb. clem.* 1. *de æt. & qualit. decretum optimè fuit in Concilio Trident. sess.* 23. *de refor. cap.* 4. vt ad primam tonsuram (quæ saltem in

128 præsentando, & volente beneficium requiritur) non promoueatur, qui nesciat fidei rudimenta, legere, & scribere, & de quo probabilis coniectura non sit, eum non secularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstet, hoc vitæ genus elegisse, ad minores autem ordines promouendus saltem linguam latinā intelligere deber. *Cōc. Tri. vbi sup. c.* 11

129 Et clericus præsentatus ad beneficium antequam instituatur debet ab Episcopo, seu eius Vicario examinari super idonetate. *Conc. Triden. sess.* 24. *de reformat. cap.* 18. etiam si institutio pertineat ad inferiorem Episcopo, non autem ad ipsum Episcopum. *Conc. Trid. sess.* 25. *de reform. cap.* 9. *vers. ad hæc liceat.* alioquin institutio ab inferioribus facta irrita sit, & inanis, ideoque si præsentatus sit illiteratus, & se subijciat exami-

130 ni, tanquam indignus, & inhabilis reijciendus est, & non admittendus ex respectu fauoris, amicitiæ, seu muneris, expedit enim animarum saluti à dignis, & idoneis gubernari, & ita seruatur Pisis, semper enim præsentatus, & promouendus, exa-

131 minatur, & quando præsentatio fit coram Capitulo Pisano semper præsentatus antequam instituatur, examinatur ab Illustriss. D. Archiepiscopo, seu eius Vicario, & visa tali attestatione super idoneitate Capitulū d. præsentatum instituit, vel si sit inhabilis, repellit. vide *Lāb. vbi sup. a.* 24

132 Et quamuis ad primam tonsuram satis sit sufficientia supradicta, tamē ad beneficium etiam simplex maior sufficientia requiritur, nempe quod sciat legere, scribere, construere, & cantare. *gl. in clem.* 1. *de conceß. præb. verbo, reputamus.* quam ibi sequitur. *Imola, Card. & Abb. Nauarr. de oratione miscell.* 43. *n.* 3. & quod dicitur de cantu procedit in beneficio requirente residentiā, & seruitium personale, & denique in clerico beneficiando talis sufficientia requiritur si simplex sit beneficium, quæ requiritur ad primam tonsuram, & quod sciat, & possit recitare horas canonicas, ad quas tenetur, necnon cōstruere, & intelligere. *Gonzal. dict. glos.* 4. *num.* 73. *Azor. vbi sup. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *quæst.* 2. & 3. *Garc. d. c.* 7. *num.* 4. & *seqq. Riccius vbi sup. decis.*

390.

Digitized by Google

133 390. & ordinatus ordine sacro cen-
setur idoneus ad beneficiũ simplex.
*Rot.dec.16,num.1. par.2. diuers. Pa-
cian. de probat. lib.2.c.34.num.125.
Gonzal. d.gloss.4. num.84.* in benefi-
134 cijs autem habentibus annexum ali-
quem ordinem, tunc in promouendo
ea scientia requiritur, quæ necessa-
ria est in d. ordine annexo. *Azor. d.
quæst. 2. Hoieda de benef. compat. &
incompat.p.1.c.vlt.nu.38.*

135 Et si Prælatus admisit aliquem
semel, vel bis ad beneficium, potest
etiam tertio venientem examinare,
& etiam ex causa tanquam illitera-
tum repellere.. vide *Doct. in cap.di-
uersis fallacijs. de cler. coniug. &
Lambert. vbi sup. art.25. & Riccium
vbi sup. decis.* 700.

136 Et hic adnotes, quòd beneficium
ecclesiasticum non potest conferri
laico habitum, & tonsuram clericalẽ
gerenti, & clerico existenti sola ani-
mi destinatione, quia ex *Conc.Trid.
sess.23. de refor. c.6.* requiritur quòd
137 promouendus ad beneficium saltem
sit clericus prima tonsura initiatus,
& quòd habeat 14. ann. vide latè
*Riccium vbi sup. dec.*385.

138 Vigesimotertio. Furiosus, quia
ad ordines promoueri non potest.
*c.maritum.dist.*33. non potest etiam
ad beneficia præsentari durante fu-
139 rore. *Riccius vbi sup. decis.*695. si-
militer laborans morbo caduco, qui
non potest ad ordines promoueri, &
promotus remanet suspensus, *gloss.
magna in c.communiter. dist.*33. non
poterit ad beneficia præsentari, nisi
ad simplicia secundum *Riccium vbi
sup. decis.* 698. vbi refert *Rota decis.
in Tullen.* Canonicatus. 9. Nouemb.
1591. *coram Vestano.*

140 Vigesimoquarto. Clericus hi-
strio, scurra, seu mimus præsentari
non potest, quia neque eligi potest.
*d.c.maritum.dist.*33. immo talis non
141 admittitur ad sumendum Euchari-
stiam. *cap. pro dilectione. de consecr.
dist.2.* cum notoriè sit infamis, sicu-
ti nec existens in peccato mortali
secundum *gloss. in d.c. pro dilectione.*
142 immo talis clericus non gaudet pri-
uilegijs clericalibus. *c. vnico.de vi-
ta, & honest.cler.lib.6.* secus est si in
occulto, vel honestæ rei causa aliquid
ioco faceret. *ad dicta in c.donare.vbi
glos.dist.86.Lambert.vbi sup.art.26.*
143 & semel repulsus ab electione, seu
præsentatione tanquam criminosus,
non debet amplius admitti ad idem,
vel aliud beneficium durante impe-
dimento. *Abb. & Doct.in d.c.super
eo.de elect.Lambert.vbi sup.art.27.*
144 Scienter autem præsentans indi-
gnum, si sit patronus ecclesiasticus
incidit in pœnam. *textus in cap.per
inquisitionem. de electione.* secus si
sit patronus laicus, qui pro illa vi-
ce priuatur facultate præsentandi,
vt late *Lambert. vbi sup. art.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Clericus præsentari potest, si habeat ætatem legitimam.*
2 *Clericus ante* 14. *annum beneficium obtinere non potest.*
3 *Et beneficium curatum ante* 25. *annũ.*
4 *Et dignitates, & Canonicatus ante* 22.
5 *Episcopus esse debet* 30. *annorum dum promouetur.*
6 *Episcopus non potest dispensare super ætate.*
7 *Annus cœptus habetur pro completo in fauorabilib.*
8 *Beneficij appellatione venit etiam beneficium iuspat.*
9 *Dispensatio super ætate ad beneficia quando soleat concedi.*
10 *Clericus attingens* 14. *annum Canonicatum in collegiata obtinere potest.*
11 *Prouisio facta non habenti ætatem legitimam, est nulla.*
12 *Etiam in conscientia, etiamsi parum desit.*
13 *Arbitrium non cadit in determinatis à iure.*
14 *Aetas à natiuitate numeratur.*
15 *Aetas* 22. *ann. ad Canonicatus de-*

bet esse 22. ann. completorum.

16 Minor 14. ann. stante fundatione præsentari potest.

17 Lex fundationis ad vnguem seruanda est.

18 Lex fundationis vsu non recepta seruanda non est.

19 Præsentatio facta de inhabili sub spe dispensationis an valeat.

20 Sacerdotale ad beneficium solus sacerdos præsentatur.

21 Clericus dum præsentatur debet esse actu clericus.

22 Tempus data attenditur in impetrationibus.

23 Episcopus potest legem fundationis mutare cum consensu patroni.

24 Sacerdotale beneficium quale sit, & quando dicatur tale.

25 Sacerdotale beneficium est, si præsentari debet is, qui celebret, vel dicat missas.

26 Et satis est vt intra annum fiat sacerdos.

27 Secus si verba respicerent tempus præsentationis, quia dum præsentatur debet esse sacerdos.

28 Sacerdotali in beneficio sufficit babilitas ad sacerdotium.

29 Ecclesia parochialis confertur clerico habili ad sacerdotium.

30 Verba quando non respiciunt tempus præsentationis, sed ipsius prosecutionem operantur, vt præsentandus habitu sit sacerdos.

31 Cappellania quando non dicatur sadotalis.

32 Verba illa, celebret tot missas respiciunt anus, non factum ipsum celebrationis.

33 Fundator censetur se velle conformare iuri communi.

34 Beneficia cum onere celebrationis missarum non sunt sacerdotalia.

35 Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.

36 Sacerdotij qualitas non præsumitur in fundatione beneficij iurispat.

37 Sacerdotale beneficium an' sit, quando debent præsentari presbyteri.

38 Presbyteri appellatione veniunt clerici.

39 Obseruantia est dispositionum interpres.

40 Sacerdos si ex fundatione sit præsentandus, & postea simplices clerici sint præsentati, non est amplius sacerdotale beneficium.

41 Communis vsus loquendi attenditur in intepretanda voluntate testatoris.

42 Sacerdotale beneficium an' sit, quando ex fundatione cappellanus debet celebrare Diuina officia die, noctuque.

43 Sacerdotale est beneficium, quando fundator dixit, quòd præsentetur actualiter sacerdos.

44 Idem est, si præsentari debeant presbyteri, vel sacerdotes.

45 Nisi obstet obseruantia subsecuta.

46 Beneficij qualitas dignoscitur ex prima patroni prouisione.

47 Sacerdotale est beneficium, si ex fundatione missa non possit celebrari per substitutum.

48 Cappella S. Hieronymi in Campo sancto Pis. est sacerdotalis.

49 Sacerdotale est beneficium, si dictum sit, quòd missæ celebrentur per proprium rectorem.

50 Vel si dictum sit, quòd præsentatus ministret in ordine sacerdotali.

51 Et potest præsentari tunc clericus talis, qui intra annum promoueatur nisi sit dictum, quòd actu sacerdos præsentetur.

52 Beneficium non sacerdotale, potest effici sacerdotale.

53 Capitulum sede vacante non potest infra annum literas dimissorias ad ordines dare nisi arctatis.

54 Arctatus est, qui obtinuit beneficium requirens personalem residentiam, & certum ordinem.

55 Arctatus dicitur ille, qui sub pœna aliquid facere tenetur.

56 Arctatus dicitur is etiam, qui vult præsentari ad aliquod beneficium, & opus est vt habeat primam tonsuram.

57 Litera dimissoriæ ad ordines per mortē Episcopi re integra non expirāt.

Neque

Digitized by Google

58 *Neque concessa à Capitulo, vel eius vicario expirant per ingressum noui Episcopi.*
59 *Capitulum sede vacante dispensat super interstitijs, sicut* Episcopus.
60 *Sacerdotale beneficium est, si dictum sit in fundatione, quòd conferatur sacerdoti, vel quòd teneatur fieri sacerdos.*
61 *Sacerdotale beneficium fit non sacerdotale ex cursu temporis, & obseruantia.*
62 *Beneficij status mutatur quadragenaria.*
63 *Dummodo prouisiones sint factæ animo, vt status mutetur.*

CAPVT SEXTVM.

Aetas quæ requiratur in præsentandis.

1 CLERICVS à patrono præsētari potest, si habeat ætatem requisitam ad illud beneficium obtinendum. *cap. cum in cunctis. de elect. toto tit. de ætate, & qualitate. Abb. in c. super inordinata. de præb.* Nec hodie opus est disputare, quæ ætas requiratur in præsentando, cum ex *Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 6.* nullus clericus an-
2 te decimum quartum annum beneficium possit obtinere, quòd etiam habetur in *c. indecorum. de ætate, &*
3 *qualit.* & in beneficijs curatis ante vigesimum quintum annum clericus præsentari non potest, & ad Di-
4 gnitates, & Canonicatus non habētes curam animarum ante vigesimū secundum annū nullus clericus præsentari potest, seu de illis per electionem, vel collationem prouideri, vt in d. *Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 12.* & in Episcopo requiritur tri-
5 gesimus annus completus. *d. c. cum in cunctis.* & habetur in *Concil. Trid. sess. 7. de refor. c. 1.* & dixi sup. lib. 1. cap. 1. de ætate prædictorum, & de ætate ordinandorum. & super dicta
6 ætate non potest Episcopus dispensare. *Azorius instit. moral. par. 2. lib. 6. c. 5. nu. 91. quæst. 8. & 9. Garc. de benef. par. 7. c. 4. nu. 8. Cavalcan. dec. 29. num. 1. Card. Tolet. in instruct. confess. lib. 5. c. 79. vers. 3. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. nu. 166. in fine. Iacob. de Graffis dec. aur. lib. 2. c. 51. num. 8. tomo 1. Henriquez in summa lib. 10. cap. 19. §. 1. Pet. Ledesma in summa p. 1. tit. de sacram. ord. c. 7. & par. 2. tract. 7. c. 1. conclus. 7. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 4. quæst. 1. nu. 7. & quæst. 11. nu. 13. & lib. 3. quæst. 7. num. 65. Lessius de iust. & iure. lib. 2. c. 34. dubit. 20. nu. 109. Io. Aloysius* Riccius *in collect. decis. collect.* 860. & in Praxi *rerum fori ecclesiast. decis.* 187.
7 Clericus ergo ante 14. annum ad simplex beneficium præsentari non potest. *ex d. c. 6.* quo casu annus cœptus habetur pro completo cum simus in fauorabilibus. *Surdus decis.* 178. *nu.* 5. & cum ibi non dicatur, quòd annus debeat esse completus, sed dicitur ante decimum quartum annum &c. *gloss. in cap. 1. in verbo, compleuerint. de æt. & qualit. lib. 6. Henriq. d. §. 1. Gonzal. in comment. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. *nu.* 90. & 95. *Lessius vbi sup. nu.* 109. *Garc. d. c. 4. nu.* 11. *Riccius d. collect.* 860. & *d. decis.* 187. & *Thom.* Valasc. *tomo* 1. *alleg.* 7. *Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut.* 122. *casu.* 51. *Raudens. decis.* 135. *nu.* 22. & *seq. Prax. Archiepisc. Leonis. par. 2. c. 18. nu.* 14. & ita semper in praxi vidi seruati, idest, quod attingens 14. annum rectè præsentatur ad simplex beneficium.

Nec obstat *Rota dec.* 482. *num.* 3. *par.* 1. *diuers.* in qua habetur, quòd *d. c. 6. Conc. Trid.* habet locū dumtaxat in beneficijs liberis, non autē in beneficijs iurispat., quia seruatur contrariū in praxi, vt testatur *Mar. Antonin. vbi sup.* & ideo solent obtineri dispensationes à Papa etiam

in beneficijs iurispatr. & ratio est, quia Concilium loquitur generaliter de beneficio, cuius appellatione
8 venit etiam beneficium de iurepatronatus. *Rebuff. in praxi. vers. seculare beneficium. num.* 15. *& sequ. Nic.* Delphin. *de iurepat. lib.* 1. *nu.* 26. *cum seq.* Gonzal. *d. glos.* 5. *nu.* 32. Ricc. *d. dec.* 187. *nu.* 186. & ego vidi plures dispensatos super ætate ad beneficia simplicia etiam iurispatr. cũ
9 essent nouem, seu decem annorum. ex aliqua enim causa rationabili id fieri solet, puta si clericus præsentatus sit ex consanguineis patronorũ. vel sit de compatronis, vel ex alia causa.
10 Et adnotes, quòd ad canonicatũ ecclesiæ collegiatæ etiam insignis, sufficit esse clericum primæ tonsuræ, & attingere 14. annum sicut ad alia beneficia simplicia. *Azorius d. t.* 5. *quæst.* 6. *Lecchius de repub. eccles. cap.* 24. *de canonic. nu.* 3. *vers.* 4. *& nu.* 6. *vers.* 5. *Mandos. cons.* 20. *Gonzal. vbi sup. à nu.* 92. *Garc. d. c.* 4. *nu.* 39.
11 *& seq.* & si prouisio fiat non habẽti ætatem in beneficio requisitam, est nulla. *Paris. vbi sup. lib.* 4. *quæst.* 9. *à num.* 20. *Eman.* Rodriq. *in summa. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 1. *Azor. d. cap.* 5. *quæst.* 12. etiam in conscientia. *Pet. Ledesm. in summa. par.* 2. *tract.* 7. *c.* 2.
12 *concl.* 7. *difficult.* 17. quòd procedit etiamsi ad ætatem requisitam desit quantumuis paruum, & modicum tempus, vt vnus dies, vel hora, quia
13 in his, quæ à iure sunt determinata, & limitata non licet arbitrari, facit, quod tradit *Thom. Zanchez de matrim. lib.* 1. *disput.* 16, *num.* 4. *Garc. d. cap.* 4. *num* 84. quòd etiam in præ-
14 sentatione procedit. *Nauarr. cons.* 2. *num.* 1. *de æt. & qualit.* quæ ætas à natiuitate connumeranda est, non à conceptione. ita *Couarr. in* 4. *p.* 2. *cap.* 8. §. 2. *num.* 3. *&* Garc. *d. cap.* 4. *num.* 89.
15 Adnotes autem, quòd *text. in c.* 12. *sess.* 24. *de ref. Conc.* Trid. quo decernitur, quòd ad dignitates, & personatus, quibus animarum cura nulla subest, clerici alioquin idonei, & 22. annis non minores ascisc ãtur, intelligitur de 22. annis cõpletis, & ita pluries S. Cõgregatio declarauit, prout refert *Garc. d. c.* 4. *n.* 67. *et seqq. Molina de iust. & iur. disput.* 573. *circa princ.*
16 Limitatur autem quod dictum est de ætate, vt non procedat, quando in fundatione beneficij aliter esset cautum, quia tunc posset quis ex lege fundationis etiamsi esset minor 14. ann. ad beneficium iurisp. præsentari, prout declarasse S. Congregationem refert *Emmanuel Sa in Aphorism. confess. in verbo, beneficiũ. num.* 30. *Merenda cons.* 33. & ratio
17 est, quia lex posita in fundatione ad vnguem seruanda est argumẽto *text. in l. à testatore. ff. de cond. & demonst. Crescent. dec.* 7. *de iurep.* Nauar. *cons.* 3. *de tler. non resid,* quòd fallit, quando lex posita à fundatore non est vsu
18 recepta, quia tunc non est seruanda. *Emman. Sa vbi sup. in verbo, iuspatronatus. num.* 4. *Ricc. d. dec.* 187. *nu.* 189. *Gonzal. d. gloss.* 5. *num.* 91. quia per Concilium non est derogatum legi fundationis. ita *Garc. d. c.* 4. *n.* 9.
19 Solet aliquando præsentari inhabilis sub expressa conditione impetrandi à Summo Pontifice dispensationem, vel super ætate, vel super alijs in fundatione requisitis. Quæritur an' ita præsentans priuetur pro illa vice facultate præsentandi, cum scienter præsentet indignum, & inhabilem. & in hoc adest *Rotæ decis.* in vna *Firmana Altaris S. Ludouici,* 4. *Martij.* 1596. *coram Card. Seraphino. quæ est impressa dec.* 1173. quã refert *Riccius in d. praxi decis.* 205. qua fuit decisum patronum, tunc non priuari, neque intrare deuolutionem in casu prædicto.

Quia præsentatio fuit facta cum decreto, quòd præsentatus deberet obtinere dispensationem super requisitis à testatore, & poterant patroni durante quadrimestro tali dispensa-

pensatione non obtenta de nouo saltem cumulando præsentare, neque priuati erant hac facultate, tanquam præsentasset indignum, ex quo facta sub conditone obtinendi dispensationem, neque deuolutio fiebat ad alios nisi completo d. quadrimestre. vt ibi. vide *Garciam vbi sup. par.* 8. *c.*2.*nu.*3.

20 Si autem beneficium sit sacerdotale, ad illud solus sacerdos præsentari debet, qui debet esse sacerdos non solum habitu, sed actu. *Barbat. cons.*33.*num.*33.*num.*23.*lib.*2. *Rota decis.*496.*p.*1.*& dec.*216.*p.*2.*in recentiorib. apud Farinacium*. ita &
21 clericus quando præsentatur debet esse actu clericus, aliàs non dicitur idoneus præsentatus. *cap.*2.*de instit.* & in impetrationibus attenditur tē-
22 pus datæ, vt tunc sit clericus. *c. si eo tempore. de rescript. lib.*6. & ideo non sufficeret, quòd post tempus datæ, ad clericatum promoueretur. *Lambert. de iurep. lib.*2.*par.*1.*quæst.*7.*artic.*29.
23 potest tamen Episcopus dictam legē in fundatione appositam mutare cū consensu patroni stante maxima vtilitate, & necessitate ecclesiæ, & sic patronus saltem pro vna vice præsentare clericum non sacerdotem. *Abb. in c. cum accessissent. nu.*5.*de const. Lambert. vbi sup. art.*30.

24 Sed necessarium est videre Quale sit beneficium sacerdotale, & quando dicatur tale.

Et quoad hoc constitue plures casus.

25 Primus est Casus. quando in fundatione fuit dictum, quòd præsentetur, & eligatur Cappellanus, qui celebret, vel dicat tot Missas in qualibet hebdomada. in quo casu controuertunt scribentes, nam alij dicunt sufficere, si tunc præsentandus sit in ætate legitima, ad consequendum sacerdotium. *Garc. de benefic. d. par.*7.*c.*1.*nu.*78. & hanc sententiā sequitur *Rota in Romana Capellania*. 19.*Martij. &* 14.*Nouembr.* 1586. *coram Card. Pamphilio.* relata à *Garc. ibid. num.*79.*&* 80. quia tunc d. capellania habet annexum ordinem
26 sacerdotalem, ita vt intra annum d. præsentatus possit ad sacerdotium promoueri, quia licet quando verba respiciunt ipsum tempus præsenta-
27 tionis, requiratur, quòd præsentatus sit actu sacerdos, dum præsentatur, veluti, quando in fundatione dicitur, quòd præsentetur sacerdos, qui Missas celebret; verum quando verba fundationis non respiciunt ipsum actum præsentationis, sed potius illius prosecutionem, tunc satis est, quòd præsentatus habitu sit sacerdos non actu. *Abb. in d. c. cum in cunctis. §. inferiora. nu.*10. & ibi *Dec. num.*12. *de elect.* & facit, quia regu-
28 lare est in beneficijs sacerdotalibus sufficere solam habilitatem ad sacerdotium. *cap.*2.*cum ibi not. de instit. lib.*6.*Innoc. Abb. & Dec. in d. §. inferiora.* & de cōmuni *Roland. à Valle cons.*47. *num.* 59. *lib.*1. Quapropter
29 videmus parochiales ecclesias, quæ semper habent annexum sacerdotiū cunferri etiam clericis solum habilibus ad sacerdotium intra tempus eis præfixum. & ideo, si dictum sit in fundatione, pro sustentatione vnius
30 clerici, qui d. Capellaniæ deseruiat in Diuinis, & postea, & obtinens d. Capellaniam certas Missas qualibet hebdomada celebrare debeat, cum hæc omnia non respiciant tempus ipsum præsentationis, sed prosecutionem ipsius præsentationis, sufficit, quòd præsentatus habitu sit sacerdos.

31 Verum resolutio est, talem Capellaniam non esse sacerdotalem, neque præsentandum debere esse actu sacerdotem, neque in ætate legitima ad sacerdotium, sed sufficere, quod sit clericus etiam 14. annorum, quia per alium potest Missas celebrari facere. hanc partem tenet *Gonzal. vbi sup. d. gloss.* 5. *num.*74.
32 *& seqq.* item quia verba illa, celebret tot Missas non respiciunt factū ipsum celebrationis Missarū ab ipso

Capellano, sed potius sunt posita ad denotandam obligationem, & onus, quòd fundator imponebat, & sufficit, quòd onus non sit expresse ita impositum Capellaniæ, quòd per
33 alium expleri non possit; item quia fundator censendus est se velle conformare cum dispositione iuris com munis, & vniuersalis consuetudinis. *l.2.ibi.ad ius retulit.C.de hared.instit. Mohedan.dec.18.de cau.poss.& prop. Puteus dec.197.num.8.lib.2.Spinus in speculo testamentorum. gloss. 4. princ. num. 66.* & de iure communi sufficit in præsentando ad simplex beneficium prima tonsura, & annus 14. cœptus. *Garc. vbi sup. nu. 81. 82. & 90.* Gonzal. *vbi sup. nu. 82. Moneta de commut. vlt. vol.c.10.de derogat. qualit. in fundat.benef.apposit. à num. 135. ad num.142.* & in praxi, consuetudo, quæ est vera legum interpres ita seruat, nam tùm Pisis, tùm in Diœcesi Tudertina, & alibi vidi
34 plures fundationes beneficiorũ cum simili onere, quòd illa obtinentes tenerentur ad Missarum celebrationem, & tamen illa beneficia tanquã non sacerdotalia conferuntur clericis etiam primæ tonsuræ, & in 14. anno. & per aliũ satisfaciunt oneri
35 imposito celebrationis Missarum quia qui per alium facit per seipsum facere videtur. *cap. qui facit. de reg. iur. lib.6.* hanc opinionem amplexa est *Rota in vna Romana Capellaniæ. 23.Ianuarij.1589. coram Card.Pamphilio*, recedendo à decisione facta in d. causa. 19. *Martij*. 1586. ita etiam fuit resolutum in vna *Lucana Capellaniæ.12.Decemb.1593. coram Gypsio.* & nouissimè in *Tirasonen.Capellaniæ. 9.Iunij.1603. coram Card. Sacrato.Lapus allegat.35.n.2.* quem sequitur. *Card. in c. de multa. prope finem. de preb. Felin.in c.cum omnes. num.32. de constitut.* & ibi *Dec.in 2. lect. ante finem*. & in dubio non est
36 præsumenda in fundatione beneficij iurispat. qualitas sacerdotij. *Spin. vbi sup. num.19. Riccius in d. praxi rer. fori eccles.dec.202.* vbi refert decis. supradictam coram Card. Pamphilio.

37 Secundus casus est, quando in fundatione fuit dictum, quòd ad dictum beneficiũ præsententur presbyteri.

Et tunc si ex obseruantia subsecuta constet aliquando & sæpe admissos fuisse simplices clericos, d. Capellania non erit sacerdotalis. *Gonzal.d.gloss.5.num.85. & seq.* vbi refert ita fuisse decisum in *Rota in vna Pampilonen.beneficij.11. Februarij.1591.coram Card. Mantica.* quæ est impressa *dec. 129.*licet enim presbyteri propriè dicantur sacerdotes,
38 tamen hoc nomen potest etiam alijs clericis conuenire. vt colligitur *ex c.vestra.tuncto princ. cum fine. de cohab. cler. & mul.* obseruantia enim
39 est optima cuiuslibet dispositionis interpres. *l. si de interpratatione. & l.minime.ff.de legib.Roman.conf.271. num.4. Crauett.conf.101.num.7.* latè *Surd.conf.140.nu.43. & Paris. cons. 50.num.19.lib.4.* Idem est, si dictum
40 sit in fundatione, quod præsententur sacerdotes, & postea ex obseruãtia subsecuta præsentati sint minores clerici, quia & in his intrat præscriptio, similiter si in loco fundationis, appellatione sacerdotis communiter veniunt alij clerici, nam in interpretanda testatoris voluntate &
41 disponentis, attenditur communis vsus loquendi ipsius, & communis modus loquendi in eo loco, vel si ita disponens intellexit. *Card. Mantica de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.9. Menoch. de præsumption. lib.1. quæst.28. num. 7. & 8.* vide *Monetam vbi sup. num.142. & Ricc. d. decis.202. num.234.*

42 Tertius est Casus, quando fundator dixit, quòd Capellanus debeat celebrare Diuina officia die, noctuq., & tunc d. Capellania non est sacerdotalis. *Gonzal. d. gloss.5. num. 88.* vbi dicit ita declarasse Sacram Congregationem. *Garc.d.c.1. num.*

num. 93. Quarantā in summa bullarij.in verbo, seruitium Capellaniā. & Moneta vbi sup.nu.143. vbi alios adducit. & fuit dictum in Romana Capellania 23. Ianuar.1589. coram Card.Pamphilio. & in Hispalen. Capellania.24.Martij.1608. coram Pāphilio. & beneficium dicitur sacerdotale, quando semper fuit ad illud præsentatus sacerdos. vt fuit resolutum in Salamantina Capellania del voto. 13. Nouembris. 1585. coram Orano.

43 Quartus est Casus. quando fundator expressè in fundatione dixit, quod præsentetur actualiter sacerdos, siue constitutus in ordine sacerdotali, tunc enim absque dubio Capellania est sacerdotalis. Gonzal. d. gloss.5.num.105. Lambert.lib.2.p.1. quæst.7.art.29.num.1. cum seqq. de iurepat. Put. dec.337. num. 2. & 3. lib.1. Selua de benefic. p.3.quæst. 52. num.1. & per totam. Quaranta vbi sup. in vers. prædicta sunt intelligenda. nisi obseruantia subsecuta sit in contrarium. vt dixi in secundo casu.

44 Quintus est Casus. si fundator dixerit expressè, quòd præsententur Capellani presbyteri, vel sacerdotes. tunc enim d. Capellania etiā est sacerdotalis, vt probat Garc.d.c. 1. nu. 58. & seqq. & Moneta alios deducens vbi sup. num.145. nisi ex
45 obseruantia subsecuta sint admissi clerici minores, vt dixi sup. in secundo casu, & ad inspiciendam qualitatem beneficij prima patroni pro-
46 uisio inspicienda est. Lambertin.vbi sup. art.30.num.22.Crauett.cons.20. nu.1.Bitc.d.dec.202.nu.234.

47 Sextus est Casus. quando in fundatione fuit expressum, quod Missæ celebrari, seu Diuina officia exerceri non possint per substitutū; siue sit dictum, quòd Capellanus per se ipsum celebrare debeat, aut residere vel personaliter deseruire. prout est Capellania S. Hieronymi
48 fundata, & dotata in Campo sancto Pisarum ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Carolo Antonio Puteo Archiepiscopo Pisano, cuius Capellaniæ rector per se ipsum Missam quotidie celebrare debet, excepta feria quinta.

49 Vel si dictum sit, quod Missæ celebrentur per proprium rectorem. Card. Mantica dec.147.num.1.Rota dec.366.num.2. & dec. 635. num. 2. & dec.719.num.1.par.2. in recentior. apud Farinac. annotat. ad Greg. XV. dec.108.nu.15.& in Placentina Canonicatus.9.Iunij.1613.coram D.Pirouano. vel expressum sit, quòd Capellania sit sacerdotalis. tunc enim præsentandus debet esse sacerdos modo, quo infra dicetur.

50 Vel si dicatur in fundatione, quòd præsentatus ministret in ordine sacerdotali. his enim casibus licet dicatur, & sit Capellania sacerdotalis, attamen nisi in fundatione sit dictum, quod præsentetur actualiter constitutus in sacerdotio, poterit præsentari sacerdos, vel clericus
51 in ea ætate, vt intra annum ad sacerdotium promoueri possit. prout ita declarasse S. Congregationem refert Garc.d.cap.1.num.97.& seqq. Gonzal. d. gloss. 5. num. 104. & id probatur per textum in cap. ei, cui. de preb. lib. 6. Moneta vbi sup. nu. 146. & 147. vt etiam est in ecclesia parochiali, ad quam promouendus debet esse sacerdos, vel attingere 25. annum, & in ætate, vt infra annum saltem promoueri possit ad sacerdotium. ex d. §.inferiora. prout idem est in præbenda sacerdotali, vel diaconali. Concil. Trid. sess. 22. de reform. cap. 4. & beneficium
52 non sacerdotale per subsecutam obseruantiam, & cursum longi temporis potest effici sacerdotale, & requirens residentiam. gloss. vlt. in cap. cum omnes. de constit. vbi Abb. & omnes Selua vbi sup. par.4. quæst. 2. num. 1. Gonzal. d. gloss. 5. num. 107. & Moneta vbi sup. num. 150. & seq. & ideo cum ex Concil. Tridenti.

dent. sess. 23. de reform. cap. 10.
Capitulū Sede Episcopali vacāte,
53 vel eius Vicarius non possit infra an-
num à die d. vacationis Sedis Episco
palis literas dimissorias ad ordines
alicui concedere, nisi sit arctatus oc-
casione beneficij ecclesiastici rece-
pti, seu recipiendi, tamen arctatus
quoad hunc effectum dici debet is,
54 qui obtinuit beneficium requirens
personalem residentiam, seu serui-
tium personale; vel cui ordo aliquis
ita est annexus de iure, consuetudi-
ne, priuilegio, statuto ecclesiæ, vel
fundatione, vt promisus teneatur in-
tra annum d. ordinem suscipere per
d. §. inferiora, & cap. licet canon. de
elect. lib. 6. etenim arctatus dicitur il-
55 le, qui aliquid facere tenetur sub cer
ta pœna, vt colligitur ex *l. 2. §. siquis*
iudicio. ff. si quis caut. clem. 2. in princ.
de iudic. ita Garc. de benefic. par. 5. c. 7.
num. 97. Riccius in praxi var. resolut.
resolut. 98. *num.* 1. *Bart. Vgolinus de*
potestate Episcopi, cap. 26. §. 20. nu. 5.
ideoque tunc etiam arctatus dicitur
ille, qui Sede vacante prædicta vult
56 præsentari ad aliquod beneficium,
& necesse est, vt habeat primam ton-
suram, nam tunc Vicarius Capitula-
ris potest ei dare licentiam, & literas
dimissorias pro accipienda prima tō-
sura ab aliquo Episcopo. *Quaranta*
vbi sup. in verbo, Capitulum Sede va-
cante. in addit. quæst. 10. *Riccius vbi*
sup. resolut. 106. *nu.* 2. *Vgolin. vbi sup.*
cap. 26. §. 20. num. 5. Garc. d. part. 5.
cap. 7. num. 99. & 100. *Moneta vbi*
57 *sup. num.* 172. *& seq.* & est notandū,
quòd literæ dimissoriæ ad ordines
per Episcopum concessæ per eius
mortem non expirant re integra,
neque concessæ à Capitulo, seu eius
58 Vicario expirant per ingressum mo-
derni Episcopi. *Gonzal. vbi sup. glos.*
12. *in princ. num.* 36. *Quaranta vbi*
59 *sup. d. quæst.* 10. vbi dicit, quod sicut
Episcopus cum arctatis dispensat su
per interstitijs, ita etiam Sede Epi-
scopali vacante Capitulum, vel eius
Vicarius.

60 Septimus est casus, quādo ex fun
datione, statuto, vel consuetudine
cauetur, quòd beneficium non pos-
sit conferri, nisi sacerdoti, vel quòd
ad illud promotus teneatur esse sa-
cerdos, alias priuabitur, vel quod te-
neatur fieri sacerdos, alios priuetur
fructibus, & tunc tale beneficium est
sacerdotale. *Abb. in d. cap. ei cui. nu.*
13. *Gonzal. d. glos. 5. num.* 106. *vers.*
quibus est addendum, Garc. d. cap. 1.
nu. 63. *vide Marcumantonium Ge-*
nuensem Episcopum Isernia in praxi
Archiep. Neapolit. cap. 24. num. 11. &
Mar. Antonin. var. resolut. resol. 3.
& 4. lib. 1.

Adde, quod de beneficio sacer-
dotali fuit dictum in *Romana Cappel*
lania. 19. *Martij* 1586. *coram Card.*
Pamphilio in Valentina iurispatr. 20.
Martij 1589. *coram Orano in Ge-*
runden. beneficij 27. *Martij* 1596.
coram Iusto. in Alexandrina, decana-
tus 12. *Iunij* 1598. *coram Orano, &*
in ead. 10. *Decemb.* 1599. *coram*
Card. Lancellotto. et in Recanaten. be-
neficij. 14. *Martij* 1608. *coram eod.*
Card. Lancellotto, et in Placentina ca-
nonicatus 9. Iunij 1613. *coram Piro-*
nano. & verbum presbyter accipitur
pro sacerdote, quamuis videatur
æquiuocum, & potest conuenire
etiam habenti ordines inferiores. vt
in *d. Gerunden. Alexandrin. et Reca-*
naten. vbi etiam habetur, quod in
his plurimum valet obseruantia.
61 Et est notandum, quod ex cursu
longissimi temporis beneficium sa-
cerdotale fit non sacerdotale, & è
contra, stāte obseruantia subsecuta,
prout habui in facto in quadam cau
sa beneficij, seu Altaris existentis in
collegiata ecclesia S. Michaelis Lu-
cæ quorundam Nobilium de Arnol
finis, & ad mutandum statum bene-
62 ficij requiritur quadragenaria. *Card.*
Seraphin. decis. 1227. *num.* 3. *et Rota*
decis. 91. *num.* 7. *et decis.* 308. *num.* 1.
et decis. 229. *num.* 8. *par.* 1. *in recent.*
apud Farinac. et requiritur potestas,
et voluntas superioris. *Rota decis.* 368.
num. 4.

num.4.et dec.374.num.8. part. 1. in dd.recentior. & requiritur, quod pro-
63 uisiones sint factæ eo animo & intentione, vt status mutetur. Rota *decis. 163.num.1.et decis.308.num.3. p.1. in dd.recentior. Annotat. ad Gregor. XV. decis.434.num.20.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici idonei ad beneficia præsentari debent.*
2 *Clerici nati ex legitimo matrimonio sunt præsentandi.*
3 *Illegitimi prauia dispensatione præsentari possunt.*
4 *Episcopus quando possit dispensare cum illegitimis ad ordines, et beneficia.*
5 *Masculi, liberi, casti, et non habentes beneficia incompatibilia sunt præsentandi.*
6 *Negociatores, et obligati ad ratiocinia præsentari non possunt.*
7 *Curiales nequeunt præsentari.*
8 *Vxorati præsentari non possunt.*
9 *Bigami præsentari non possunt.*
10 *Neophyti præsentari non possunt.*
11 *Qui sacramentum imprimens characterem bis recepit præsentari non potest.*
12 *Qui pœnitentiam solemnem egit præsentari non potest.*
13 *Præsentari debet qui domum suam bene regit.*
14 *Corpore vitiatus præsentari non potest.*
15 *Præsentari debet habens legitimam ætatem.*
16 *Irregularis non potest præsentari, nec criminosus.*
17 *Apostata, seu vagabundus præsentari non potest.*
18 *Literati, & clerici saltem prima tonsura præsentari debent.*
19 *Clerici coniugati nequeunt præsentari.*
20 *Clerici seculares ad beneficia secularia, regulares ad regularia præsentantur.*
21 *Clerici incedentes in habitu, & tonsura sunt præsentandi.*
22 *Habens ius in re, vel ad rem in beneficio tenetur deferre habitum.*
23 *Præsentati plures, vt singuli non habent ius ad rem, & an habitum deferre teneantur.*
24 *Habitus clericalis quis sit.*
25 *Habitus clericalis est talaris.*
26 *Habitus clericalis est, si interior vestis sola sit talaris.*
27 *Habitus clericalis est nigri coloris.*
28 *Tonsura, & corona clericalis quæ.*
29 *Tonsura prædicta quid notet.*
30 *Clerici mundi, & virtute prædıti esse debent.*
31 *Tonsuræ, et coronæ antiquissimus in Ecclesia vsus.*
32 *D.Petrus coronam gestasse traditur in memoriam spineæ coronæ Redemptoris nostri.*
33 *Et id Apostolorum institutum esse.*
34 *Intrusus præsentari non potest.*
35 *Præsentatus ingerens se in fructuum perceptione cadit à iure suo.*
36 *Clericus vnus ad beneficiũ præsentandus est.*
37 *Patronus laicus potest cumulatiuè duas præsentare, & ad Ecclesiam curatam plures nominare.*
30 *Clerici apti, et diligentes sunt præsentandi.*
39 *Venatores non sunt præsentandi.*
40 *Præsentandus debet abstinere à malo, et à specie mali.*
41 *Clerici prudentes, et modesti sunt præsentandi.*
42 *Clericus sine peccato mortali existens debet præsentari.*
43 *Clericus bona fama debet præsentari.*
44 *Clericus præsentandus non debet esse aliàs à præsentatione repulsus.*
45 *Clericus hospitalis debet præsentari.*
46 *Clericus nulla cẽsura irreptitus, præsentari debet.*
47 *Præsentandi idoneitas requiritur dũ fit præsentatio.*
48 *Idoneus ad beneficia dicitur habens requisita. 47.*
49 *Idoneitas requiritur in actu præsentationis.*
50 *Præsentatus si mox fiat clericus ante institutionem an' dicatur sufficere.*

Idonei-

51 *Idoneitas intrinseca præsumitur in præsentando.*
52 *Bonus quilibet præsumitur.*
53 *Idoneitas extrinseca non præsumitur.*
54 *Idoneus quis reputatur præuio examine.*
55 *Idoneus ad beneficium simplex est qui non est illiteratus.*
56 *Elector debet eligere magis idoneum.*
57 *Electio de idoneo facta à maiori parte valet.*
58 *Patroni an idoneum, vel magis idoneum præsentare debeant.*
59 *Patronus laicus tenetur præsentare dignum.*
60 *Nec omittendo digniorem tenetur ad restitutionem.*
61 *Patronus laicus sub peccato mortali tenetur præsentare dignum, & idoneum.*
62 *Sed in foro conscientiæ tenetur digniorem præsentare.*
63 *Patronus Ecclesiasticus semper tenetur præsentare digniorem.*
64 *Episcopus in concursu debet ex approbatis eligere digniorem.*
65 *Et idem est, si ex præsentatis gratificare debeat.*
66 *Episcopus dando digno beneficium ommisso digniori peccat, & restituere tenetur.*
67 *Patroni Ecclesiastici præsentantes minus idoneum priuantur ea vice iure præsentandi.*
68 *Patroni laici si minus idoneum præsentent, intra quadrimestre alium præsentare possunt.*
69 *Præsentatione facta contra formam fundationis, deuolutio fit ad superiorem.*
70 *Prout fit deuolutio lapso quadrimestre, & non idoneo præsentato.*
71 *Patroni laici scienter præsentantes indignum quando perdant iuspræs.*
72 *Patronus præsumitur habere notitiam præsentati.*
73 *Episcopus quando possit cum minus idoneo dispensare.*
74 *Eligi debet magis doctus, sanctus, et virtuosus.*
75 *Indigni semper sunt arcendi.*
76 *Episcopus nullo modo potest dispensare circa inhabilitatem præsentati.*

CAPVT SEPTIMVM.

Idonei, & digni vt præsententur, qui sint, & quid si præsentetur minus idoneus, vel indignus.

1 PRAESENTARI possunt, & debent ad beneficia Clerici, qui sint idonei, digni, bonæ famæ, & habentes infrascriptas qualitates, videlicet.

2 Prima est, quòd sint nati de legitimo matrimonio, & si illegitimi sunt & naturales sint dispensati ad beneficia *Gonzal. in comment. ad reg.* 8. *cancell. gloss.* 5. §. 1. *num.* 24. & *Garcia de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 115. & *seqq.* & cum illegitimis Episcopus potest dispensare ad minores
4 ordines, & ad simplicia beneficia. *cap.* 1. *de fil. presbyt. lib.* 6. & cum expositis potest ad omnes ordines, dispensare. *Abb. in cap. cum deputati. de iudic.* & quando Episcopus possit dispensare, vel non. *vide Praxim Episcopalem* Piasecij *in par.* 1. *cap.* 1. *à num.* 56. & dixi supra.

5 Secunda, quòd sint masculi, quia fęminæ sunt incapaces ordinis, & sic beneficij.

Tertia, quòd sint liberi, non serui, quia serui non possunt esse clerici. *Lessius, de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *de benefic. dubitat.* 17. & *seqq.*

Quarta, quòd castitatem custodiant.

Quinta, quòd non habeant beneficia incompatibilia.

6 Sexta, quòd non sint obligati ad ratiocinia, quia tunc clericari non possunt. neque negociatores. *toto tit. de oblig. ad ratioc.* & ibi *Doct. Albert. de trottis in tract. de perfecto clerico par.* 1. *lib.* 2. *in* 4. *requisita.*

Septi-

7 Settima, quòd non sint curiales, qui nequeunt esse clerici, *vt in distinct. 51. & 59. per tot.*

8 Octaua, quòd non habeant vxorem, quia hi non possunt esse clerici si sint vxorati. *c. coniugatus. de cõuers. coniugat.*

9 Nona, quòd non sint bigami. *vt in cap. praeced. Garc. par. 6. c. 6.*

10 Decima, quod non sint Neophyti, idest noui in fide, vt in *dist. 48. per totam.* isti enim nequeũt ordinari. *Lambert. de iurep. par. 1. lib. 2. quaest. 7. art. 14. num. 1. & seqq.*

11 Decimaprima, quòd non sint tales, qui sacramentum imprimẽs characterem bis receperint. vt habetur *dist. 5. de consecrat. per tot.*

12 Decimasecunda, qui pœnitentiam solemnem non egerint. de qua in *c. in capite dist. 50.*

13 Decimatertia, qui domum suam honeste regere nouerint. *vt in §. necess. dist. 47.*

14 Decimaquarta, qui non sunt corpore vitiati, vt per *Garc. vbi supra par. 7. cap. 12.*

15 Decimaquinta, habentes ætatem legitimam, idest 14. ann. in beneficio simplici, vt in *Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 6.* vel aliam ætatem requisitam à beneficio, vt dixi supra. *lib. 1. cap. 1. Garc. d. par. 7. cap. 4.*

16 Decimasesta, quòd non sint irregulares. *Garc. d. par. 7. cap. 11.* vt dixi in *cap. praeced.*

Decimaseptima, quòd sint sine notabili crimine, vt dixi in *d. cap. praeced.*

17 Decimaoctaua, quod nõ sint Apostatæ. *d. cap. praeced.*

Decimanona, quòd non sint peregrini, seu vagabundi, quia non possunt ordinari. *Alb. trott. vbi sup. requisito 17.*

18 Vigesima, quòd sint literati. *Garc. d. par. 7. cap. 7.* & dixi in *d. c. prox.*

Vigesimaprima, quòd sint verè clerici saltem prima tonsura insigniti si beneficia sint simplicia. *Garc. d. p. 7. cap. 1.* vel habeant ordinem requisitum in beneficio.

19 Vigesimasecunda, quòd sint veri clerici, non clerici coniugati, vel laici. *Garc. d. c. 1.* & dixi in *fine cap. praeced.*

20 Vigesimatertia, quòd sint clerici seculares si beneficia sint secularia, & regulares, si sint beneficia regularia, *Garc. d. p. 7. cap. 10.*

21 Vigesimaquarta, clerici sint incedentes in habitu, & tonsura, *cap. clerici. & cap. penult. de vita, & honest. cleric.* & quod clerici præsentati ad aliquod beneficium, & sic habentes ius in re, vel ad rem teneantur deferre habitum, & tonsuram vide *Quarantam, in summa Bullarij in verbo, habitus clericalis,* vbi recenset Bullam, & constitut. 38. Sixti V. fel. record. & *Garc. d. par. 7. d. cap. 1. num. 15. & sequentib.* alias collatio nulla est ex d. constit. & quando sunt in discordia patronorum plures præsentati, vt aliquando vidi quatuor, & sex ad idem beneficium fuisse præsentatos, tunc per huiusmodi præsentationes nullus acquirit ius ad rem. *Mohedan. dec. 1. num. 2. de praeb.* refert *Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 104. num. 16.* & ideo quando plures sunt præsentati arbitror eosdem non teneri incedere in clericali habitu, & tonsura, quia d. constit. ligat habentes ius in re, seu ad rem. sed cogita.

24 Habitus autem clericalis clericorum secularium quis sit, non est iure statutus. *gloss. in clem. 1. in verbo, seculari. in fine. de elect.* sed ille censetur habitus clericalis, qui vsu, & consuetudine illius regionis, vel prouinciæ admittitur vt talis, latè *Couarr. pract. quaest. cap. 32. Iulius Clarus in sua praxi crimin. quaest. 36. num. 11. Farinac. in praxi crimin. tit. de inquisit. quaest. 8. num. 63.* vbi *num. 69.* dicit consuetudinem illam esse intelligendam, idest similium personarum, & clericorum eiusdem conditionis. vsus autem, & vniuer-

25 salis consuetudo inoleuit, vt clericalis habitus sit talaris, quæ vestis talaris

laris hominem vsque ad pedes tegit.
Ambros. Calepin. in verbo, talares.
Pet. Ledesm. in summa. par.2. tract.
7. cap. 2. circa 14. conclus. & ita de
vesti talari loquitur d. constitutio
26 Sixti V. nec est necesse habere duas
vestes talares, idest interiorem vulgo
sottana, & pallium, vulgo ferraio-
lo, sed sufficit interior longa. Garc.
d.cap. 1. num. 23. & par. 1. cap. 5.
27 à num. 11. & quoad colorem ferè
vbiq. clericalis habitus est nigri co-
loris, nam color rubeus S.R.E.Car-
dinalibus permittitur, & viridis seu
violaceus Episcopis tãtum. Menoch.
de arbit.iudic.casu.392.nu.12. Scacc.
de iudic.par.1.cap.11.nu.83. & 86.
Carol. de grass. de effectib. cleric. in
prælud. num. 272.& de habitu cleri-
cali Iacob. de graff. in suis aur. decis.
par.1. lib. 3.decis. 3. Bellet. disquisit.
cleric. par. 1. tit. de disciplina cleric.
§. 16. num. 13. Borell. in summa
omniũ decis. tit.11. de vita, & hone-
stat.cleric. num.39. cum seq. Azorius
instit. moral.par.2.lib.7.cap.14. San-
chez. de matrim. lib.7. disput. 46.nu.
6.Reuerendiss.Ricciul. de iure person.
extra gremium Ecclesiæ existen.lib. 7.
cap. 6. à num. 1. late August. Bar-
bosa.de off. & potest. Episcopi. par. 2.
allegat. 9. num.1. & sequentib. & in
collectan.ad cap. clerici.15. de vit.&
hon.cleric.num.12. vbi alios allegat.
clerici habitum clericalem deferre
tenentur, et tonsuram, et coronam
28 congruentem d.cap. clerici 15. vide
Bellet. vbi supra,competit namque
clericis rasura, et tonsura in modum
29 coronæ, quia corona est signum re-
gni, et perfectionis, cum sit circula-
ris carens angulo in signum caren-
tiæ sordium, quia vbi angulus est,ibi
sordes inueniuntur, clerici enim se-
30 metipsos, et alios virtute regere, et
sordibus mundare debent, et sic in
Deo regnabunt.c.duo sunt. 12. quæst.
1.gloss. in clem. 2. verbo, tonsuram.
de vit.& hon. cleric. et coronæ vsus
in Ecclesia antiquissimus est,vt pro-
31 bat Greg. de Valentia tom. 4. disput.
9. quæst.5. puncto 3. & Car. de grass.
vbi supra num. 281. Durand. in ra-
tion.diuin.lib.2.cap.1.nu.31.& Beda
32 in lib.5.de historia anglicana.cap.22.
asserit D. Petrum in memoriam spi
neæ coronæ Christi coronã capillo
rum gestasse toto reliquo capite de
tonso, et id alios clericos fuisse imi
33 tatos. Et id esse Apostolorum insti
tutum inquit Isidorus lib.2. de officij
c.4.sequitur Bonaccina de sacrament.
disput.8. quæst.vnica puncto vltimo.
num.4. Bellet.vbi supra §. 17. num.
19.et postea fuit ordinata ab Anice-
to Papa c.prohibita. dist. 23.& cap.
clericus 5. de vit. & hon. cler. late
Card. Baron.annal.Eccles.tom.5.an-
no Christi 398. Barbosa vbi supra di-
cta allegat.9.num.10.
34 Vigesimaquinta,quòd non intru-
serint se in beneficio,ad quod volunt
præsentari Alb. trott. vbi sup. requis.
4.et præsentatus lite pendente inge-
rens se in recollectione fructuum be-
35 neficij,ad quod fuit presentatus ca-
dit à iure suo, & colitiganti tribui-
tur. clem. vnica. de seq. poss.& fruct.
Rebuff. in praxi, tit.de subrogationib.
num. 8. Quaranta vbi sup. in verbo,
beneficiorum possessio. Crescent. dec. 6.
de iurepat. Cardin.Seraphin.dec. 598.
& 1238. num. 9. & Card. Mantica.
dec.261.
36 Vigesimasesta, quòd vnus tan-
tum præsentetur, non duo, nec diui-
sim, nec insolidum. Lambert. d.par.
1.lib.2.quæst.7.art.18.potest tamen
laicus patronus cumulatiuè duos
præsentare, vt infra dicitur. Item
37 ad beneficiũ curatum potest coram
Episcopo plures nominare, & præ-
sentare, ex quibus præuio examine
Episcopus magis idoneum eliget.
Concil. Triden. sess.24. de reformat.
cap. 18.
38 Vigesimaseptima, quòd præsen-
tandi sint apti ad curam, & diligen-
tiam habendam circa Ecclesiam, &
eius bona, & iura conseruanda.
Alb. trott. vbi sup.requis. 8.
39 Vigesimaoctaua, quòd non sint
vena-

venatores. *toto tit. de cleric. venat. Alb. trott. vbi sup. req.* 11.

40 Vigesimanona, quòd abstineant ne dum à malo, sed ab omni specie mali. *cap. cum ab omni de vita, & honest. cleric. Albert. trott. vbi supra requis.* 12.

41 Trigesima, quòd sint prudentes, & modesti. *c. si rector. dist.* 43. & non deferant arma. *cap. clerici arma. de vit. & honest. cleric.* abstineant à crapula. *cap. a crapula. de vit. & hon. cler.* & an possit tenere tabernas, & vendi facere vinum habetur per *Doctores in c.* 1. *de vit. & hon. cler.*

42 Trigesimaprima, quòd sint in communione fidelium, & de consilio est, vt tẽpore præsentationis saltẽ sit confessus, & sine peccato mortali. ita *Bertacchin. in tract. de Episcopo in* 1. *par. lib.* 2. *quæst.* 32. *Lambertin. vbi sup. d. par.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 17.

43 Trigesimasecunda, quòd sint bonæ famæ. *Alb. in c. pastoralis de iurepatronat.*

44 Trigesimatertia, quòd non sint aliàs à præsentatione vitio personæ repulsi. *Lambet. d. q.* 9. *art.* 27.

45 Trigesimaquarta, quòd sint hospitales. *Abb. & alij in c. de monachis. de præb.*

46 Trigesimaquinta, quòd à secularibus negocijs se abstineant, & à seculi voluptatibus, & de vita clericali habetur in *c. his igitur. dist.* 33. non spectaculis, non pompis intersint, conuiuia publica fugiant, amorem pecuniæ quasi materiam cunctorum criminum fugiant, honoris gradum per ambitionem non recipiant. &c.

47 Trigesimasexta, quòd non sint excommunicati, non suspensi, non interdicti, non irregulares, non degradati, non hæretici, non fautores, defensores, seu receptatores hæreticorum. non schismatici, non apostatæ, non simoniaci, non ambitiosi, non periuri, non infames, non sodomitæ, non adulteri, non concubinarij non vsurarij, non falsificantes literas Apostolicas, nõ sacrilegi, non criminosi, non illiterati, non furiosi, nec morbo caduco laborantes, non histriones, scurræ, miconij, seu mimi, de quibus late dixi supra in cap. quinto. Et idoneitas in præsentando debet esse dum præsentatur, nec prodest, si superueniat argumento eorum, quæ dicuntur à *Doct. in c. si eo tempore de rescript. lib.* 6. *Garc. d. part.* 7. *c.* 1. *num.* 25. *& seqq.* & de his vide *Lambertin. vbi sup. d. par.* 1. *lib.*

48 2. *quæst.* 10. *art.* 1. vbi refert requisita quadragintaseptem ad hoc, vt quis dicatur idoneus ad beneficia. & in *d. c.* 18. *de ref. sess.* 24. *Concil. Trid.* habetur ibi. peracto examine renuncientur quot ab his idonei sint iudicati, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernãdam opportunis. de quibus *Garc. vbi sup. par.* 6. *c.* 2. *num.* 233. *Gonzal. vbi sup. gloss.* 4. *nu.* 38. *&* 109. *Rebuff. in praxi, tit. requisita ad bonam collationem nu.* 23. *&* 38.

49 Et quòd idoneitas necessaria sit in actu præsentationis dicit *Mar. Ant. vbi sup. lib.* 1. *resol.* 9. *nu.* 1. *Rota dec.* 530. *num.* 3. *par.* 2. *in recentiorib. apud Farinac.* faciunt dicta per *Gonzal. vbi sup. gloss.* 2. *nu.* 66. *Aug. Barbosa de off. & potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 72. *num.* 104. quamuis eadem *Rota in vna Imolen. Iurispatronatus.* 29. *Nouembris* 1594. *coram*

50 *Orano.* id limitet si laicus præsentatus breui interiecto tempore ordine clericali insignitetur, quasi tunc non esset dicenda facta præsentatio de persona penitus inhabili, cum satis sit fuisse promotum, & ordinatum ante institutionem. sequitur *Paris. de resig. benef. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 5. *&* 6. *Barbosa in collectan. super cap. significasti. num.* 3. *in fine. de iurepatr. vide Garc. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 29. *& sequentib.*

51 Idoneitas autem intrinseca in
52 præsentando præsumitur, quilibet

Nn enim

enim præsumitur bonus, nisi contrarium appareat. *l. ff. merito. ff. pro socio.* extrinseca autem idoneitas non præsumitur, vt scientia, literatura, & similia. *gloss. in cap. si forte, de elect. lib. 6. in verbo, euidentem. & ideo tex. in cap. dudum. de præsumpt.* debet intelligi de idoneitate intrinseca, sed
54 per examen quis idoneus iudicatur. *Garc. d. par. 6. cap. 2. nu. 233. & seqq.*
55 *Lambert. d. quæst. 10. art. 2.* ad beneficium autem simplex idoneus reputatur ille, qui non omnino est illite- *Card. Mantica decis. 115. num. 8.* & habentes eligere debent eligere ma-
56 gis idoneum, nec sufficit eligere idoneum. *c. licet ergo. 8 quæst. 1.* quod si ante electionem non sit appellatum, & dictum, vt melior eligatur, tunc si
57 electio facta sit à maiori parte de idoneo, valebit electio. ita in *c. constitutus. vbi Doct. de appellat. & in cap. 3. de iurepat.* vbi concludunt etiã patronos debere præsentare magis
58 idoneũ, aliàs vulnerare eorum conscientiam, quamuis *Lambert. vbi sup. art. 3.* vbi hoc disputat, teneat patronos salua conscientia posse præsentare idoneum omisso magis idoneo. vide *Rotam decis. 36. num. 3. par. 2. in recentiorib. apud Farinac.* & sic resolutiuè loquendo dicitur, quod aut loquimur in patrono laico, aut in patrono ecclesiastico, aut in Episcopo.
59 Primo casu, patronus laicus tenetur tantum præsentare dignum, non digniorem. *cap. monasterium. 16. q. 7. cap. quod autem. cap. cum autem. cap. pastoralis. & cap. eam te. de iurepat. Io. And in d. cap. cum autem.* & sic in foro exteriori valet præsentario de digno, prætermisso digniori, ne ecclesia, & respublica varijs litibus vexetur. *S. Thom. 2. 2. quæst. 63. artic. 3. Sotus de iust. & iure, lib. 3. quæst. 6. art. 2. Dec. de communi in cap. constitutis. il 2. de appellat.* nec omittendo digniorem tenetur patronus ad re-
60 stitutionem, secus quando præsentaret indignum, seu eligeret. *Pet. Arag. de iust. & iur. tit. de restitut. quæst. 62 art. 2. conclus. 2. Molina, de primogen. Hispan. cap. 5. lib. 2. num. 67. & seqq. Lessius vbi sup. lib. 2. cap. 34. dubitat. 12. 13. & 15.*
61 Et satis est, quòd patronus laicus debet sub peccato mortali præsentare personam dignam, & idoneam. *Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. c. 21. quæst. 4.* quamuis in quæst. 5. resoluat digniorem à patrono esse nominandum. vide *Ioan. Valerium, de differentijs inter vtrumque forum. verb. electio. differ. 2. latissime Garc. d. p. 7. cap. 16. num. 1. vsque ad finem.* bene verum est, quòd in foro conscientiæ
62 patronus tenetur digniorem præsentare. *Couarr. in cap. peccatum. par. 2. §. 7. num. 5. de reg. iur. lib. 6.*
63 In secundo casu, patroni ecclesiastici semper tenentur eligere, & præsentare digniorem. *c. 3. de iurep.* quia in electionibus semper magis dignus est eligendus. *cap. licet ergo. et ibi glos. 8. quæst. 1.*
64 In tertio casu, Episcopus in concursu parochialis Ecclesiæ secũdum formam *Conc. Triden. sess. 24. de ref. c. 18.* debet ex examinatis, & approbatis eligere digniorem, aliàs collatio erit nulla, & erit locus appellationi, ita ẽt si plures præsentati sint,
65 itaut Episcopus debeat gratificare, tunc etiam tenetur eligere digniorẽ secundum doctrinam. *Abb. in cap. constitutis. il 3. de Appellat. S. Thomas vbi sup. Stephan. Gratian. disceptat. Foren. cap. 211. per totum. Massobr. in praxi hab. conc. ad vac. par. eccles. requis. 5. dub. 1. & vide Zecchium de benef. et pens. cap. 12. nu. 21. Riccium in praxi rer. for. ecclesiast. decis. 230.*
66 *vbi nu. 357.* ait peccare Episcopum mortaliter dando beneficium digno omisso digniori, & teneri ad restitutionẽ, idem *Riccius vbi sup. decis. 425. Gonzal. vbi sup. glos. 4. nu. 110. et seqq. Barbosa de off. et pot. Episc. p. 3. allegat. 60. num. 13. et allegat. 72. nu. 198. et seqq.*
67 Præsentantes autem minus idoneum,

neum, vel indignum, si sint patroni Ecclesiastici, qui dicuntur eligere ea vice priuantur iure præsentandi, sicut ipsi eligentes, iuxta textum in *cap.cum in cunctis, §.vlt. de elect.* si verò sint patroni laici, vel clerici ratione proprij patrimonij, si minus
68 idoneum præsentent, possunt intra quadrimestre alium idoneum cumulatiuè præsentare. *cap.cum vos. et ibi glos.in verbo, minus idonee. de off. ordin.* dummodo defectus non sit su-
69 per idoneitate requisita in fundatione, vt quia præsentandus debeat esse actu sacerdos, tunc enim deuolutio fieret ad superiorem, quia ea non seruando videntur delinquere, & abutuntur iure fundatoris.

70 Si autem lapsum sit quadrimestre & non sit idoneus præsentatus, deuolutio fit ad superiorem habentem instituere. *Abb. et alij in d.c.cum vos.*

71 Verum si tales patroni laici præsentauerint indignũ indignitate criminosa, sed ignoranter, poterunt intra quadrimestre alium dignum, & idoneum præsentare, sed si lapsum sit quadrimestre, deuolutio fit ad superiorem, qui eo casu prouidet beneficio de nouo rectore, si autem scienter præsentauerint indignum, ipso iure pro illa vice priuati sunt facultate, & iure præsentandi, *§.siquis oratorij. Auth. de sanctiss. Episcopis. Roccb. de Curte de iurepat. in verbo, bonorificum, num.* 16. & fuit dictum in *d.* *Imolen. Iurisp. coram Orano, in* Vercellen. Capell. 19. *Iunij* 1606. *coram Ortembergo et* 4. *Iulij* 1608. *coram Card. Sacrato*, & ita dicit *Host. in summa, tit.de iurep.* §. *in quibus in princ. col.*3. *Abb. in d.cap.cum vos, et*
72 *ibi Bald.* ait præsumi patronum habere notitiam præsentati, nisi contrarium pateat per diuersas coniecturas, & ideo id videtur arbitrio ordinarij relinquendum argumento textus in *cap.de causis in fin. de off.deleg. de quibus late Lamber. vbi sup. art.*4. immo dicta scientia debet esse clara, non præsumpta, cum agatur de amissione, vt habetur in *d. Imolen. iurisp. coram Orano.*

73 Quando autem Episcopus, & in quibus casibus possit cum minus idoneo, vel indigno, & circa defectus præsentatorum dispensare, vide *Lamber. vbi sup. art.* 5. & satis sit, quod dicit textus in *in d.cap.licet ergo.* vbi dicitur, is est eligendus, qui præstantior est ex omni populo, qui
74 doctior, & qui sanctior, & in omni virtute eminentior, ideo indigni, & non apti, & non idonei semper durã-
75 te indignitate, & defectu idoneitatis debent repelli, & arceri, vtinam digni, & idonei semper ecclesijs, & beneficijs præficiantur.

76 Nullo autem modo potest Episcopus dispensare circa inhabilitatem præsentati, quando inhabilitas causatur à lege, modo, conditione, vel institutione per fundatorem appositis, & de his vide *Fel. in cap. cum accessissent. de constitutionib.* & *Lambert. vbi sup. art.*6.

Adde prędictis, quod si plures sint patroni, & aliqui præsentationi factę de indigno non consentiant, isti habent pro illa vice ius præsentandi, nec vox præsentantium indignum tunc deuoluitur ad Episcopum. *Abb. in cap.*1. *num.*11. *de bis, quæ fi. à ma. par. cap. Roccb. de Curte in verbo, bonorificum, quæst.*16. *num.*43. & fuit dictum in *Lucana plebis.*29. *Apr.*1591 *coram Gypsio*, & præsentatio facta de laico dicitur facta de indigno (quia est incapax beneficiorum. *c.cum adeo de rescript.* & habetur in *d. Imolen. iurispat. coram Orano.* & valet præsentatio facta de clerico, cum decreto quòd obtineat dispensationem à Papa super aliquo defectu, vel inhabilitate. *ad decis.* 5. *de rer. permut. in antiq.* & fuit dictum in *Firmana Altaris.*4. *Martij*, 1596. *coram Cardin. Seraph.*

SVMMARIVM.

1 *Præsentari quomodo debeat clericus.*

2 *Præsentatio est exibitio facta sensibus corporeis.*
3 *Patronus absẽs potest per literas præsentare.*
4 *Procurator pro constituente præsentari non potest.*
5 *Clericus præsens non absens debet præsentari.*
6 *Præsens, quis dicatur.*
7 *Præsentatio personalis quare requiratur.*
8 *Examen non potest fieri per procuratorem.*
9 *Præsentatus debet esse præsens intra quadrimestre à die vacationis.*
10 *Præsentatio est exibitio de clerico præsente.*
11 *Beneficium absenti conferri potest.*
12 *Absens eligi, & postulari potest.*
13 *Præsentati præsentia pro forma requiritur.*
14 *Absens si notus sit potest præsentari.*
15 *Præsentatio acceptari debet à præsentato intra quadrimestre.*
16 *Absens per procuratorẽ institui potest.*
17 *Doctor, seu lector in aliquo studio non indiget examine.*
18 *Dummodo sit diœcesanus habentis instituere.*
19 *Absens non debet institui sine literis commendatitijs sui Episcopi.*
20 *Absens notus præsentatur ad beneficia, simplicia, non ad parochiales.*
21 *Ordinarius si admittat præsentationem de absente tenet præsentatio.*
22 *Quia tũc præsumitur habere illius notitiam.*
23 *Præsentatus debet acceptare præsentationem infra tempus datum ad præsentandi.*

CAPVT OCTAVVM.

Clericus præsens, non absens præsentari debet.

1 Ræsentari debet clericus præsens, idest, debet præsentiam sui facere, vt notat ipsum verbum, præsentatio. *cap.cum, & plantare. §. in ecclesijs. ibi. Episcopis repræsentent. de privil.*
2 *& facit l. consentaneum. C. quom. & quando iud. vnde rectè dicit gloss. in clem. dudum. in verbo, repræsentari. de sepult.* quod repræsentari dicitur, qui præbetur, & exibetur sensibus corporeis. *ex l. 1. in princ. ff. de verb. obligat. Selua, de benefic. p. 3. quæst. 6. num. 7. Lambert. de iurep. par. 1. lib. 2. quæst. 11. art. 1. num. 12. & seqq.* & fuit dictum in *Papien. iurispat. 31. Ianuar. 1594. coram Card. Millino. in Mediolan. iurispat. 12. Maij 1595. coram Card. Blanchetto, & in Abulen. Cappellaniæ. 12. Nouembris, 1599. coram Card. Seraf. & in Gerunden. beneficij, 28. Ianuar. 1600. coram Corduba.*

3 Potest autem patronus absens per literas, seu per procuratorem facere præsentationem de clerico, qui cum eisdem literis, seu procuratore Episcopo se repræsentet personaliter infra tempus datum ad præsentandũ. *c. ea nosciitur, de his, quæ fiunt à præl. Card. Tuscus pract. conclus. tur. lit. P. conclus. 592. num. 4. Aug. Barbosa de off. & pot Episc. alleg. 72. num. 116. & fuit dictum in Florentina Parochialis. 18. Decemb. 1589. coram Comitulo, et in Romana. Iurisp. 10. Maij 1602. coram Iusto.*

4 Verum procurator pro constituẽte, pater pro filio, consanguineus pro consanguineo clerico, cum promissionẽ de rato præsentari non potest, sed præsentari debet actualiter, & præsentialiter clericus præsens, nõ
5 absens. *gloss. d. in d. clem. dudum.* neque ordinarius tenetur admittere præsentationem factam de absente. *Rebuff. in praxi, tit. de præsentat. n. 3. Card. Tuscus vbi sup. concl. 191. Hie. Gonzal. in comment. ad reg. 8. cancel. glos. 48. nu. 36. Garc. de benef. par. 4. cap. 1. num. 16. & seqq. Barbosa vbi sup. nu. 114. Riccius in praxi rer. for. ecclesiast. decis. 158.* is enim dicitur
6 præsens, qui exibetur sensibus corporeis, vt dicit prædicta *gloss. & facit*

cit text. in c. nobis, & in cap. vlt. de
7 *iurepat.* requiritur enim personalis
præsentatio propter qualitates re-
quisitas in præsentandis, & quia
examinari debet ab ordinarijs ex
Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18.
& sess. 7. de reform. cap. 13. quod exa-
men cum sit personale, & per procu-
8 ratorem fieri non possit, necessariò
sequitur, præsentatos teneri Episco-
pis se personaliter exibere, & clari
iuris est non sufficere quamcunque
9 præsentationem, nisi præsentatus sit
præsens intra quadrimestre a die
vacationis coram habente institue-
re. *Abb. in cons. 76. num. 2. par. 2.* &
ideo dicitur, quod præsentatio est
10 exibitio facta de clerico præsente
sensibus corporis illi, coram quo fit
præsentatio, licet contrarium sit in
collatione, quia absenti beneficium
11 potest conferri. *cap. si tibi absenti. de*
præb. lib. 6. & similiter absens potest
11 eligi, & postulari. *c. sacrorum. dist. 63.*
& ratio est, quia ipsemet conferens
tribuit omne ius, & præsumitur tri-
13 buere merenti, præsentia actualis
vero requiritur pro forma, & ideo
non potest ex consuetudine introdu-
ci, vt absens præsentari possit, quia
talis consuetudo esset absque ratio-
ne, & in grauamen, & præiudicium
ecclesiæ ad notata per *Abb. & Doct.*
in c. 1. de consuetud. de quibus vide
Lamber. vbi sup. art. 1. & 2.
14 Prædicta tamen limitantur, vt non
procedant, quando præsentatus est
adeo notus habenti instituere, vt nō
indigeat examinatione secundum
Bald. in cap. constitutus. il 2. de appel.
col. 2. & ibi Abb. quod enim patet ex-
pressè nō est probare necesse, & ideo
talis notus etiam absens potest præ-
sentari, & valet præsentatio, si eam
15 præsentatus acceptet, & ratificet in-
fra quadrimestre à die vacationis, si
sit præsentatus à patrono laico, &
intra semestre, si à patrono ecclesia-
stico. *Marescott. variar. resol. lib. 1.*
cap. 83. Marcus anton. Genuens. Epi-
scopus Isernien, in praxi Archiep. Nea
polit. c. 82. num. 2. Rocch. de Curte, de
iurepat. verbo, honorificum. quæst. 6.
Rota decis. 3. de iurepat. in nouis. Ric-
cius vbi sup. num. 68. & decis. 156.
num. 61. Coras. de benef. par. 4. cap. vlt.
num. 18. Garc. d. par. 1. num. 16. Bar-
bosa d. allegat. 72. num. 118. & fuit di-
ctum per *Rotam in vna Valentina be-*
neficij. 16. Maij 1583. coram Card.
Lancell. & in vna Regien. priora-
tus, 14. Decemb. 1587. coram Cardin.
Pamphil. & in Gerunden. beneficij.
28. Ianuar. 1600. coram Corduba. &
16 talis absens per procuratorem potest
ab Episcopo institui, si ei notum sit
illum notoriè esse idoneum, vt quia
sit doctor, vel lector in aliqua publi-
17 ca vniuersitate, hi enim non indigēt
examinatione. ita *Innoc. in cap. in La*
teranen. in fin. de præben. Barbosa vbi
sup. nu. 118. Ludouisius, qui fuit Gre-
gorius XV. decis. 34. et ibi annotat.
18 dummodo talis notus sit diœcesa-
nus illius, qui debet instituere, si
enim sit de alterius diœcesi, non de-
bet institui absque literis commen-
19 datitijs sui Episcopi, qui fidem fa-
ciat de sua idoneitate. *c. fraternita-*
tis. de cler. non resid. et ibi Doct. Lamb.
vbi sup. art. 3.
20 Et prædicta procedunt in præsen-
tatione facta de absente noto ad
beneficia simplicia, nam in præsen-
tato ad parochialem ecclesiam aliud
est dicendum, tunc enim examen
pro forma, & præcisè requiritur etiā
quod præsentatus sit dignus. ex Cōc.
Trid. sess. 24. de refor. c. 18. et ex Bul-
la Pij V. in conferendis. vt fuit dictum
in *d. Regien. prioratus, et in Lucana*
plebis. 7. et 14. Maij 1596. coram Gy
psio, et in d. Papien. iurisp. coram Card.
Millino. Gonzal. d. glos. 4. nu. 9. Garc.
vbi sup. part. 9. cap. 2. num. 255. Ric-
cius vbi sup. decis. 414. Barbosa d. al-
legat. 72. num. 120. et seqq.
21 Et quamuis ordinarius nō tenea-
tur admittere præsentationem factā
de clerico absente etiam noto, vel
non noto, si tamen eam admiserit,
valet præsentatio, etiam si talis ab-

 sens

Digitized by Google

sens non esset notus. *Abb. in d. cons. 76. Lambert. vbi sup. art. 4.* & quan-
22 do Episcopus, vel alius habens instituere admittit præsentationem factam de absente præsumitur habere ipsius absentis notitiam. *Abb. in d.*
23 *cons. 76.* qui absens præsentatus debet acceptare, seu ratificare præsentationem de se factam intra quadrimestre, seu semestre secundum qualitatem præsentantium, per se, vel per suum procuratorem habentem speciale mandatum ad acceptandū tale beneficium, exprimendo nomen beneficii, vel per eius epistolam. vt notatur in *d. cap. si tibi absenti.* & tradit *Lamberetn. vbi sup. art. 5.* & *Garc. d. c. 1. nu. 21.*

Et si fiat præsentatio coram Papa, quia præsentatio fit in manibus Papæ per instrumentum, & sufficit consensus præstitus in Cancellaria, vel Camera etiam per procuratorem, tunc enim valet præsentatio facta de absente. vt fuit resolutum in *Florentina parochialis*, 18. *Decemb.* 1589. *coram Comitulo.* nec est necessariū, quòd in d. instrumento notarius dicat, quòd præsentatus est præsens, quia præsumitur, ita in d. *Gerunden. beneficij coram Corduba.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus patronus non potest se ipsum præsentare.*
2 *Procurator ad resignandum in fauorē personæ per procuratorem nominande non potest se ipsum nominare.*
3 *Differentia actualis esse debet inter dantem, & accipientem, inter præsentatum, & præsentantem.*
4 *Clericus patronus nec etiam ad beneficiū simplex se præsentare potest.*
5 *Clericus patronus potest rogare superiorē, vt sibi d. beneficiū conferat.*
6 *Prælatus potest motu proprio conferre beneficium patronatū ipsi patrono.*
7 *Prælatus aliquando ordinat ecclesiam non præsentante patrono.*
8 *Parochialis ecclesia de iurepat. ecclesiastico prouidetur per concursum.*
9 *Præsentatio si fieri debeat personæ de tali familia, si aliter fiat, impugnari potest.*
10 *Clericus compatronus potest ab alio cōpatrono præsentari.*
11 *Sed seipsum cum compatronis præsentare non potest.*
12 *Electus non videtur computandus inter eligentes.*
13 *Electus tamen debet consentire electioni, & præsentatus præsentationi de se factæ.*
14 *Et tunc vox electi, & præsentati auget numerum eligentium, & præsentantium.*
15 *Compatroni præsentati consensus auget paritatem.*
16 *Compatroni possunt ex se vnum præsentare.*
17 *Procurator constitutus à patrono ad præsentandum non potest patronum præsentare.*
18 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.*
19 *Veralli decisio 397. p. 2. refertur.*
20 *Procurator constitutus à patrono non potest se ipsum præsentare.*
21 *Neque procurator substitutus à d. procuratore.*
22 *Donatarius iurispat. potest præsentare donantem.*
23 *Pater potest præsentare filium, auus nepotem, & sim.*
24 *Episcopus potest licitè conferre beneficia filio suo legitimo.*
25 *Charitas in primis exercenda est erga domesticos.*
26 *Executor datus in testamento potest distribuere eleemosynas in suos egenos, si pauperibus sit facienda distributio.*
27 *Pater si sit compromissarius filij patroni non potest d. filium præsentare.*
28 *Secus si sit compromissarius alterius, quia tunc filium præsentare poterit.*
29 *Et si filius sit Canonicus, & ab omnibus Canonicis eum d. filio sit compromissum in patrem, tunc pater poterit filium eligere.*

CA-

CAPVT NONVM.

Clericus patronus an possit se ipsum præsentare.

1 CLERICVS patronus ecclesię vacantis non potest se ipsum præsentare ad d. ecclesiam. *c. per nostras.* & ibi *gloss. in verbo, præsentare. de iurepat. Abb.cons.*25*.num.*2*.p.*2*. & in c.consuluit. vbi Io. And. & Anchar. de iurepat.* Lambert. *de iurepat. par.* 1. *lib.*2*.quæst.*8*.princ.art.*2*. &* 6. & habetur *in cap.vlt. de institut.* Gonzal. *in comment. ad regulam* 8. *Cancell. gloss.* 2*. num.* 57. vide Rotam *decis.* 185*.par.* 2*. diuers.* & fuit dictum in *Papien. Parochialis.*13. *Maij.*1598. *coram Orano*. ita etiam procurator
2 ad resignandum in fauorem personę per procuratorem nominandæ, non potest seipsum nominare, & eligere. *Verall.dec.*397*.nu.* 1. *&* 2*. p.*2*. Paleot.dec.*249. *Flam.* Paris.*de resig.benef.lib.*9*.quæst* 17*.num.*102*. &* 103. & ratio est, quia vt ambitiosus esset, repellendus. *cap. in scripturis.* 8. 9. 1. *l. si quamquam.C.de ep. & cler. l. qui omnia.ff. de procur.*
3 Item quia debet esse actualis distinctio, & differentia inter dantem, & recipientem, & inter præsentantem, & præsentatum. *d.c.vlt.de institut.* ita etiam debet esse differentia inter eligentem, & electum. *cap. qualiter. de elect.* ita inter instituentem, & institutum. *d. c. vlt.* & idem
4 est in beneficio simplici, quia pari ratione clericus patronus non potest seipsum ad illud præsentare. *Abb.in d. c. per nostras. vbi Io. Andr.* & fuit dictum in *Aquilegien.iurisp.* 8.*Iunij.* 1587. *coram* Rubeo.
5 Potest tamen talis clericus patronus effundere preces, & super hoc petere dispensationem, vt sibi de tali beneficio prouideatur. vt per *Abb. ibidem. Aug. Barbosa in collectan. ad d.c.per nostras. nu.*3. quamuis *Lambert. vbi sup. art.* 2*. num.*3. videatur tenere contrarium. vide *Zecchium de benefic. & pens. c.*12*. nu.*21*.vers. an vero patronus. & Lessium de iust. & iure. lib.*2*. cap.* 34*. de benefic. dubitat.* 7.
6 Verum si Prælatus, ad quem pertinet institutio, motu proprio vocet clericum patronum, eiq. conferat quodcumque beneficium vacans, in quo dictus clericus habet iuspat. tenebit collatio, quę tali casu non habet originem ab ipso patrono. ita *Abb. in d.c.per nostras. num.*3. tunc enim dictus patronus non se ingerit, nec se præsentat contra prohibitionem. *d. c. per nostras*. sed vocatur à Deo tanquam Aaron. *Stephan.Gratian.disceptat. forens.c.*430*.nu.*5. imo
7 dantur casus, in quibus Prælatus ordinat ecclesiam non præsentante patrono. *cap.*1*.cap.*2*.cap.*3*.cap.cum autem. & c. cum propter. de iurep.*
8 & si ecclesia sit parochialis, & de iurepat. ecclesiastico, tunc ei prouidetur per concursum quando enim vacat d. ecclesia, Episcopus, seu eius Vicarius habita notitia proponit edictum pro concursu, & peracto examine ex approbatis eligit magis idoneum. *Gonzal. vbi sup. gloss.*6*.num.* 113. & dicam infra lib.10.cap.1.
9 Item si præsentandus debeat esse de aliqua familia, & patronus alium extra dictam familiam præsentauit, tunc poterit clericus ex d. familia, cum sibi id competat ex fundatoris dispositione se opponere, & dicere nullam dictam præsentationem, & petere se institui. *Lambertin. vbi sup. art.*4*.num.*7.
10 Insuper clericus compatronus potest ad ecclesiam patronatam præsentari ab alio compatrono. *gloss.in d.c.consuluit. in verbo, concludunt. in fine. de iurepat. d.c.per nostras.* & ibi *Abb. Rocchus de Curte de iurep. verbo, honorificum.quæst.*4*.princ.nu.* 20. & te-

& hanc esse communem opin. testatur *Abb. in c. cum in iure. col. 2. de elect. & in d. conf. 25. p. 2. & in d. c. consuluit. Lambertin. vbi sup. art. 5. Calderin. cons. 7. de iurep. Berous in c. quoniam. num. 53. de iurep. Bertacchinus in tract. de Episcop. par. 3. lib. 1. quæst. 24. num. 35. Hostiens. in summa. tit. de iurepat. nu. 11. & Abb. in d. c. consuluit.* dicit nullo modo posse
11 clericum compatronum simul cum compatronis se ipsum præsentare, sed præsentationem esse faciendam à solis compatronis, vt euitentur rationes, de quibus supra ex *d. c. per nostras*; & hæc est ratio, quare per-
12 sona electa non videtur computanda inter eligentes, vt augeat numerũ eligentium, quia à seipso oriri non debet. *c. didicimus. 24. q. 1.* debet ta-
13 men electus, seu præsentatus consentire electioni, & præsentationi de se factæ infra tempus debitum datũ ad eligendum, & præsentandum, dummodo hæc fiant post electionẽ, & præsentationem. *Abb. d. cons. 25. & in d. c. cum in iure.* vbi *Cardin. Io. Andr.* & alij. quo casu vox coele-
14 ti, & præsentati augebit numerum eligentium, & pręsentantium, de electione tractant *Innoc. Io. Andr. Abb. & Bald. in d. c. cum in iure.* & fuit dictum in d. *Aquilegien. beneficij*: & in d. *Papien. parochialis.* quando tamen non sit seruanda forma. *text. in c. quia propter. & in c. ecclesiæ. de elect.*
15 & de præsentatione id, quòd dictũ est, procedit, quia compatroni præsentati consensus auget paritatem. *Lambertin. vbi sup. art. 8. nu. 3. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 51. nu. 5. Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. p. 3. allegat. 72. num. 92. vbi num. 91.*
16 ait, quòd quando plures sunt patroni, puta clerici, vel vnus clericus, & alius laicus, possunt ex se ipsis vnum nominare, & præsentare. *gloss. vlt. in d. c. consuluit. Card. Tuscus pract. conclus. iur. lit. P. conclus. 595. Azorius institut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 21. quæst. 3.*

17 Eadem ratione procurator constitutus, à patrono cum facultate præsentandi nõ potest ipsum patronum constituentem pręsentare. *Abb. in d. c. per nostras.* & ibi addit. *lit.* D. & ratio est, quia ille dicitur facere, cuius nomine fit. *l. 1. ff. de vi, & vi arm. c. cum quis. de sent. excom. lib. 6.*
18 & qui per alium facit per seipsum facere videtur. *c. qui per alium. de reg. iur. lib. 6.* & ita fuit resolutum in Rota in vna *Salamant. Capellaniæ. 14. Octobris.* 1552. quam refert *Caputaquen.* seu *Verall. dec. 397. par. 2.* sub
19 his verbis. *Procurator constitutus à patrono ad præsentandũ non potest eundem patronum constituentem præsentare. Cardin. in cap. ex insinuatione. vers. 2. quæro. de iurepat. Lambert. vbi sup. art. 9.* & ratio est, quia patronus non potest seipsum præsentare. *d. c. per nostras.* & facit *vulg. l. ita coram. §. si decuriones. ff. quod cum eo.* idem etiam determinat *Bald. in addit. ad specul. in rubr. de iurepat.* & per ista ita fuit decisum in *Salamant. Capellaniæ coram D. Vestano.* & refert *Paris. vbi sup. d. quæst. 17. num. 113. Campanil. in diuersor. iur. canon. lib. 21. c. 13. num. 399. Barbosa d. allegat. 72. num. 87. & seqq.* nec etiam pro-
20 curator constitutus à patrono potest seipsum præsentare ad dicta per *Gonzal. d. gloss. 2. num. 57.* & eadem ra-
21 tione procurator substitutus à tali procuratore non potest nec patronũ, neque suum principalem, neque se ipsum præsentare. *Lambert. vbi sup. art. 9. & 10. Barbosa d. allegat. 72. nu. 88. & 89.*

Et miror, quòd *Riccius in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 197. n. 216.* dicat contrarium, quòd procurator possit præsentare patronum, & allegat *dec. Caputaq. seu Veralli* 138. quę de hac re non loquitur. ita vt crediderim potius in d. praxi typographum errore lapsum esse.

22 Donatarius autem iurispatronatus potest præsentare donantem, seu donatorem, quando donatio fuit

facta

facta perpetuò, cum consensu Ordinarij, secus si facta sit pro vna vice, quia tunc non potest præsentare donantem, nam præsumitur facta donatio fraudulenter, vt donans à donatario præsentari possit. *Abb. in d. cap. vlt. de institut. ita Rocch. de Curte vbi sup. in verbo, ipse, vel is à quo. quæst. 20. nu. 37. & Lambertin. vbi sup. art. 11.*

23 Pater autem potest præsentare filium, auus nepotem, seu alios consanguineos. *gloss. in c. quia clerici. verbo, filij. & in c. consuluit. verbo, propria auctoritate. de iurep.* & hæc est vera, & communis opinio, de qua *Card. in d. c. quia clerici. quæst. 1. Paris. d. quæst. 17. nu. 122.* Ioseph Ludouic. tomo 3. commun. opin. *tit. de iurepat. conclus. vnica. Azor. vbi sup. d. c. 21. quæst. 2. Barbos. d. alleg. 72. num. 93.* dummodo in prædictis sint qualitates requisitæ. Et ideo potest

24 Episcopus licitè conferre beneficiũ filio suo legitimo, vel nepoti idoneo,

25 quia charitas in primis exercenda est erga domesticos. *c. non satis. dist. 66. & cap. dilecto. de præbend. Abb. in consi. 96. p. 2. Rocch. de Curte vbi sup. in verbo, honorificum. quæst. 4. princ. Lambert. vbi sup. art. 12.* & ita Pisis, & alibi vidi seruari sæpissimè in praxi. vt in simili executor nomina-

26 tus à testatore ad distribuendum bona inter pauperes, poterit distribuere in suos filios, & consanguineos pauperes fraude cessante. *Calderin. cons. 39. de testam. Abb. in c. 1. nu. 5. de cohabit. cler. & mul. D. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 9.* & ibi *Caietanus. Card. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. à nu. 16. Gonzal. d. gloss. 2. nu. 54.* & etiam in seipsum si sit pauper potest distribuere. *Abb. in d. c. cum in iure. num. 4. de elect. Nauarr. in man. c. 25. nu. 122. Paris. d. quæst. 17. num. 120.*

27 Accedit, quòd si pater sit compromissarius filij patroni, non potest dictum filium præsentare per supradicta de procuratore, si autem filius habeat alios compatronos, pater poterit filium præsentare.

28 Si autem filius non sit patronus, & in patrem sit compromissum de clerico eligendo, vel præsentando, poterit filium eligere, seu præsentare.

29 Et si filius sit Canonicus, & ab omnibus Canonicis vna cum dicto filio fuerit compromissum in patrẽ, poterit pater eligere suum filium, cum id non reperiatur prohibitum. vide *Card. in d. c. consuluit. quæst. 2. de iurepat. & Lambert. vbi sup. art. 13. & Barbosam vbi sup. d. alleg. 72. num. 94.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus potest ad aliud beneficium præsentari, & quando.*
2 *Conc. Trid. sess. 22. de ref. c. 17.*
3 *Beneficiorum multiplicitas non permittitur regulariter.*
4 *Habens beneficium sufficiens, si aliud consequatur an peccet.*
5 *Beneficium sufficiens quid sit.*
6 *Multiplicitas ex sola dispensatione Papæ permittitur.*
7 *Et aliquando ex dispensatione Episcopi, seu Legati.*
8 *Canonicus vt curatam retineat, solus Papa dispensat.*
9 *Episcopus ex causa potest dispensare, vt quis retineat duo beneficia difformia sub eodem tecto.*
10 *Canonicatus duo sunt incompatibiles.*
11 *Et eos retinens sine dispensatione amittit.*
12 *Episcopus habenti beneficium insufficiens, aliud conferre potest.*
13 *Sed tertium conferre non potest.*
14 *Et si duo sint insufficientia, plura retineri possunt, si non habeant residentiam.*
15 *Episcopus dispensare non potest super retentione duorum beneficiorum, quorum vnum sit sufficiens.*
16 *Episcopus potest conferre beneficium habenti pensiones sufficientes ad sustentationem.*

Et

CAPVT DECIMVM.

Beneficiatus vnius beneficij, an possit præsentari ad aliud beneficium, & an duo ad idem beneficium præsentari possint.

1 Beneficiatus vnius beneficij patronati potest ad aliud beneficium præsentari, nisi lex fundationis aliud disposuerit, & nisi sint beneficia incōpatibilia, nam de iure potest quis habere plura beneficia sine cura, residentiam non requirentia. *c. gratiam. de rescript. lib.6. clem. gratiæ. de rescrip.* Lambert. *de iurepat. lib.2. p.1. quæst.7. art.15.*

2 Hodie autem seruari debet decretum Conc. *Trid. sess.24. de refor. c.17.* quo decernitur vt in posterum vnū tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur; quod si ad vitam eius, cui confertur non sufficiat, liceat aliud simplex beneficium sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat eidem conferre, alioquin vacare ipso iure

iure censeantur. & vltra duo beneficia, pro aliis patitur dispensatio à Summo Pontifice. attamen etiam hodie potest præsentari habens plura beneficia, ex quo non faciunt incompatibilitatem respectu acquisitionis, sed respectu retentionis. vt habetur in *Cæsaraugustana Capellaniæ. 16. Martij. 1587. coram Card. Seraph.* & 15. *Martij. 1588. coram Bubalo.* & ideò Canonicus potest præsentari ad Capellaniam, sed non institui. vide in *Mediolanen. Capellaniæ.* 2. Decemb. 1584. *coram* Viceco-
3 *mite.* & de multiplicitate beneficiorum. vide *Hoiedam in suo tract. de benefic. compatib. & incompatib.* Dionys. Carthus. *in tract. de pluralitate benefic. Rebuff. in praxi. p. 1. tit. de dispensat. ad plura beneficia. Cened. ad Decretal. collect. 150.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. c. 13. num. 275. cum seqq.* latissimè *Garc. de benef. p. 11. c. 5. nu. 260. cum*
4 *seqq.* & habens beneficium simplex sufficiens ad commodam sustentationem, & aliud consequatur, an sit cum primo incompatibile, & an peccet mortaliter. vide *gloss. in cap. dudum. il 2. de elect. in verbo, intitulatam. & ver. retinere. Sylvest. in summa, in verbo, beneficium. 4. nu. 2. Zecchium de benef. & pens. c. 5. nu. 4. Hoiedam vbi sup. par. 1. c. 19. nu. 1. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 2. c. 12. post princ. & lib. 5. c. 19. Paris. de resig. benef. lib. 3. quæst. 1. num. 138. & lib. 5. quæst. 6. nu. 125. P. Val. Reginald. vbi sup. tract. 3. à nu. 283. Card. Tuscum practic. concl. iuris. lit. B. concl. 61.*

5 Et quod dicatur beneficium sufficiens. vide apud *Gomes de expectat. nu. 107. Nauarr. de orat. miscell. 62. Prosper. de Augustino in addit. ad Quarantam in summa bullarij. verbo, beneficiorum resignationes. causa* 8. *Menoch. de arbitrar. iudic. casu* 216. *Hoiedam d. c. 19. à nu. 22. Paris. vbi sup. lib. 2. quæst. 6. nu. 131. & seqq. Gonzal. in comment. ad Reg.* 8. *Cancell. gloss. 15. nu. 39. Reuerendiss. D. Marcum Anton. Genuens. Episc. Isernien. virũ peritissimũ in sua praxi Archiep. Neapolit. c. 64. nu. 3.* P. *Valer. Regin. vbi sup. d. tract. 3. nu. 285.*

6 Et circa pluralitatem beneficiorum, in dignitatibus, personatibus, seu officiis, & curatis solus Papa dispensat. *gloss. in d. cap. dudum il 2. de elect. & in c. de multa. de præb. & in c. 1. de consuetud. lib. 6. & in c. ordinarij. de off. ord. lib. 6. Mandos. de signat. grat. tit. de dispensat. ad plura benef. vers. aut loquimur. Staphil. tit. de qualit. & statu benefic. §. 1. quod sit. nu. 5. & 6. Garc. d. cap. 5. num. 336. & seqq.*

7 Sed circa alia beneficia Episcopus, seu legatus de latere dispensare potest. *Staphil. in 2. forma expectat. nu. 4. & 5. Selua de benef. p. 4. quæst. 7. casu vlt. Gambar. de off. leg. lib. 5. tit. an legatus possit vni plura beneficia conferre. à nu. 231. Rebuff. in d. tit. de dispensat. ad plura ben. nu. 29. Garc. d. c. 5. à num.* 368. & ad hanc rem. *Garcia d. c. 5. nu. 260. & 373.* refert infrascriptas declarat S. Congregationis, quarum

8 Prima est, dispensatus legitimè sine dubio Canonicatum, & parochialem retinere potest, super quo tamen Ordinarius dispensare non potest.

9 Secunda, Episcopus ex causa potest dispensare, vt quis possit obtinere duo beneficia difformia sub eodẽ tecto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem prouisi.

10 Tertia, an duo Canonicatus de iure in vim Concil. Trident. decreti sint incompatibiles; Congregatio respondit esse incompatibiles.

11 Quarta, an is, qui duos Canonicatus simul absque dispensatione Apostolica per triennium, & vltra detinet, vtroque ipso iure excidat in vim decretorum d. Concil. Trid. Congregatio iudicauit, si duos huiusmodi Canonicatus simul retinere perrexerit, vtroque esse ipso iure pri-

priuatū, & an' vtriusque Canonicatus possessionem tueri, & defendere valeat possessor ex reg. de triennali. Congregatio respondit vtique non posse.

12 Quinta, Episcopus habenti vnum simplex beneficium, quod non sufficiat ad eius sustentationem, potest aliud simile conferre absque dispensatione Apostolica.

13 Sexta, Episcopus potest conferre secundum beneficium, si primum non sufficit ad sustentationem, sed si duo non sufficerent, non posset conferre tertium absque dispensatione Apostolica. & ita seruari testatur *Genuens. vbi sup. c.64.nu.3.* sed de stylo curiæ si duo non essent sufficien-

14 tia ad commodam sustentationem, licere obtinere plura beneficia residentiam non requirentia testantur *Hoieda vbi sup. p.2.c.1. à nu. 3. Parisius de resign.benef.lib.3.quæst.1.nu.141. Azor.vbi sup. instit.moral.p.2. lib.6.c.11.quæst.8.Zecchius de Repub. Ecclesiast.cap.de beneficiatis, vers. ad ignoscendum verò.*

15 Et Episcopus non potest dispensare, vt quis habeat duo beneficia simplicia, quorum alterum sit sufficiens, nec, si non sunt sufficientia,& requirunt personalem residentiam, veluti duo canonicatus. ita *Azor.d. p.2.lib.3.c.7.quæst.4. & d. lib.6.c.2. quæst.6. P.Valer.Reginal.vbi sup.lib. 30.tract.3.nu.281.*

16 Potest tamen Episcopus conferre alicui beneficium habenti iam in pensionibus ecclesiasticis sufficientē sustentationem, *Garz.d.c.5.nu.310. Hoied.d.p.2.c.7. Azor.d.p.2.lib.8.c. 10.quæst.8. & c.12.quæst.6. Gonzal. vbi sup.gloss.5.§.1.nu.14. cum seqq.* neque hoc decreto Concilij cōpræ-

17 henduntur terrulæ beneficiales, seu pia legata cum onere Missas, aliaue Diuina officia celebrãdi, quæ neque ecclesiæ habent aliquam denominationem, conferri tamen consueuerūt in titulum simplicis beneficij vni,vel pluribus presbyteris ad præsentationem hæredum, siue patronorum, & singula duorum, aut trium aureorū valorem non excedunt,& potest seruari stylus Cancellariæ, vt vnica collatione plura beneficia vni con-

18 ferri possint in titulum simplicis beneficij. *Garc.d.c.5. nu.318.* an' autē Coadiutoria cum futura successio-

19 ne inducat incompatibilitatem cum alio beneficio. vide *Gonzal.vbi sup. d.gloss.5.§.9. à num.64. & nu.122. Garc.vbi. sup.p.4.c.5. à nu.122.* ne-

20 que beneficium commendatum facit incompatibilitatem cum alio beneficio etiam curato. *Gonzal.d.glo.5. §.8.n.65.Garc.d.p.4.c.4.n.35.*& ac-

21 cepto secundo beneficio incōpatibili vacat primū, & non potest tuta conscientia obtinere fructus beneficij, quãuis nulla detur sententia,nec fiat petitio. ita *Henriq. in summa lib.14. c.56.§.2.in fine, in glos. lit. O.*

22 Verum an obtinens plura beneficia ex Papæ dispensatione, sine tamen causa rationabili sit tutus in foro conscientiæ. vide *Ludouic.Lop. in instructor.conscient.tomo 1.c.252. & seq.* Nauarr.*cons.1. à num.17. de constitut. Hoiedã d. p.2. c.fin. nu.98. Card.Tolet.in instruct. sacerdot.lib.5. c.81. Pet.Ledesm.in summa p.2.trac. 7.c.1.circa 9.conclus.& 11.Azor.vbi sup.p.2.lib.6.c.12. quæst.7. 8. & 11. & lib.5.c.3. quæst.2. P. Valer. Reginal. vbi sup. lib.30. tract.3. nu.289. Lessius de iust. & iure.lib.2.cap.34. nu.151. cum seq.*

23 Et est notandum, quòd prouisus de pluribus beneficijs quam duobus ab Episcopo,dicitur intrusus. *Prax. Archiep.Leonis.c.32.num.25. & seq. Massobrius in praxi hab.conc.ad vac. par.eccles.requisito 7. dub.16. nu.10.*

24 poterit tamen Episcopus conferre vltra duo beneficia, quia *Concilium d.c.17.* non prohibet assecutionem, sed tantum retentionem. ita fuit resolutum in vna *Assisien. beneficiorū. 12.Martij.1582.coram Orano. Massobr.vbi sup. nu.11.*

25 Sed dubium est an' dispositio *Cōc. Trid.*

Trid. in d. cap. 17. vbi prohibet ne Episcopus conferat vni vltra duo beneficia, an' locum habeat in beneficijs iurispat.

*Garc.d.p.*11.*c.*5.*n.*286.ait procedere etiam in beneficijs iurispat. nisi caueatur ex fundatione, vt simul cum alijs retineri possint. Verum

26 Veritas in contrarium esse videtur, prout ita etiam est vniuersalis praxis, & obseruantia, vt Episcopi instituant præsentatos à patronis quamuis tertium, & quartum beneficium habeant. & *Lambert.de iurepatr.p.*1.*lib.*2.*quæst.*7.*art.*15.*nu.*15.
27 dicit se fuisse institutum in 37. beneficijs, quorum maxima pars erat iurispatronat. laicorum,& clericorum, & eorum fructus non ascendebant ad duc. 130. de cam.

28 Et ratio esse potest, quia *d. c.* 17. loquitur non de institutione, sed de collatione, quia collatio est libera
29 translatio, seu concessio iuris in beneficio vacante, quia collator confert libere cui vult, dummodo idoneus sit. *Gonzal. vbi sup. gloss.* 16. *nu.*8. *&* §.4. *proœm. nu.*46. conferre
30 tamen magis vni quàm alteri est voluntarium, & gratiosum, ac gratia, & liberalitas. *gloss. in c.relatum in verbo,liberalitas.de præb.* & appellatione collationis non semper venit institutio. *Gonzal. d.gloss.*16.*nu.*10.
31 institutio enim confirmat ius quesitum per præsentationem patroni,& Ordinarius velit nolit tenetur præsentatum idoneum instituere. *Selua de benefic. p.*3. *quæst.*1.*nu.*10. sed in collatione Ordinarius confert motu proprio. *Paris. vbi sup. lib.*8.*quæst.* 9.*nu.*79. *Selua vbi sup. quæst.*12.*nu.*
32 19. nec in collatione Ordinarij sunt exprimenda multa, quæ debent exprimi in collatione facta à Papa relata à *Paris. d.quæst.*9. *à nu.* 67. non enim sunt exprimenda beneficia obtenta ab eo, cui prouidetur, nec
33 valore beneficij collati, nec possessio colorata alterius, neque an' beneficium habeat dignitatem, aut iurisdictionem annexam, neque est exprimenda dignitas, quam habet ille, cui confertur, nec requiritur expressio eorum, quæ verisimiliter sunt nota, vel esse possunt Ordinario. *vt ibidem Paris.* sed in praxi
34 super multiplicitate beneficiorum tam liberè collationis, quàm iurisp. semper petitur dispensatio à Papa, vt quis illa licitè retinere possit, & ita pluries seruari vidi.

35 Episcopus etiam per promotionē ad Episcopatum amittit beneficia, nisi sit dispensatus. *cap. cum in cunctis.* §.1. *de elect. Verall. dec.*400. *&* 401.*p.*2. etiam simplicia. *Lambert. vbi sup. p.*1.*lib.*2. *quæst.*6. *art.*15. *à nu.*9.*Hoieda vbi sup. par.*1.*c.*4.*nu.*3. *Paris. vbi sup. lib.* 3. *quæst.*1. *nu.*76. *Garc. d.par.*11.*c.*6.*nu.*1. *& seqq.* ac etiam pensiones vacant. *Garc.p.*1. *c.*5.*nu.*110.

36 Et vacant post adeptam possessionem pacificam, & consecrationem, seu post trimestre datum ad consecrationem. *d.c.cum in cunctis.* §.1.& ibi *gloss.vbi* Dec.*nu.*1.*&* 11.*Hieron. Paulus in pract. Cancell.* §. *notabilia de vacantibus speciali reseruatione. Staphil.de lit.grat.tit.de var.mod.vacat.* §. *secundus principalis modus.* Lambert. *vbi sup.p.*1. *lib.*2.*quæst.*6. *art.*15.*Gigas de pension.quæst.*56.*nu.* 3. *&* 4. vide *Garc.d.c.*6. *à nu.*5.

37 Item quia in fauorabilibus Episcopus venit appellatione clericorū. *cap.*4. *de sentent.excomm.lib.*6. & ibi *Doct. Abb.in c. bona. il primo.nu.*2. *de postulat. prælat.* ideo dici potest,
38 quòd possit ad beneficium præsentari à patronis, si prius habeat super hoc dispensationem, quia in simili collatio dignitatum, vel beneficiorum facta Episcopo non valet, nisi fiat ex Papæ dispensatione. *Abb. in c.ecclesia vestra.*2. *de elect.num.*3. *& cons.*101.*p.*2.*nu.*6.*Staphil.vbi sup. in* 7.*forma expectat. nu.* 3. *Garc.d.c.*6. *num.*44. quamuis L*ambert. vbi sup. p.*1.*lib.*2.*quæst.*7.*art.*16. contrarium teneat, vbi tamen concludit, quòd

Illustrissimi,& Reuerendissimi S.R.E.
39 Cardinales possũt præsentari ad beneficia iurispatronatus.

40 Duo autem an possint ad eandem ecclesiam præsentari,& institui. dicas cum *Lambertino vbi sup. art.* 17.
41 quòd si loquimur de præbenda, & concurrat mens patronorum ad eam diuidendam, eorumq. consensus, & Episcopi, & Capituli, rationabilis causa,& fructuum sufficientia,potest fieri diuisio,& præsentati obtinebũt. *ad textum in c.vacante. de præben.*

42 Verum si loquimur in alio beneficio, & in limine fundationis sit appositus modus, quod duo præsentẽtur ad tale beneficium, eo casu, cum duæ videantur creatæ Capellaniæ cũ consensu Ordinarij, talis modus est seruandus ad notata *in cap.cum dilectus.de consuetud. & in cap. præteren. il 2. de iurepatr.* si autem in limine fundationis nihil sit dictum, tunc vnus tantum ad quodlibet beneficiũ
43 est præsentandus, & instituendus, quia quælibet vxor eodem tempore vnicum virum habere debet, & non plures. *Cardin.Seraphin. decis.*691.
44 accumulatiuè tamen patronus laicus potest variare, & duos præsentare, sed vnus instituetur dumtaxat. *cap. quod autem de iurepat.* inuitus autẽ
45 quis non potest præsentari. *c. beneficium.de reg.iur.lib.6. l. inuito. ff. de*
46 *reg.iur.* vbi dicitur, quòd beneficiũ non confertur in inuitum. quia clericus inuitus non creatur.*c.1.dist.*71. *c.honoratus.dist.*74.*c.quæris.de æt. & qualit.gloss.vlt.in c.7. in verbo, inuiti. de vita, & honest. cleric.* si tamen
47 aliquis sit clericus,potest inuitus cogi solum per Papam,vt recipiat beneficium, & fiat Prælatus. *Abb. in c.vlt.nu.* 11. *de postulat. prælat.* præsertim in beneficijs curam animarũ habentibus, quod declara secundum *Lambert.vbi sup.art.*18. & quoniam *Lambert.ibid.art.*19.20. 21.. 22. & 23. pertractat latissime, an', & quã-
48 do monachus, vel alius regularis possit præsentari à patronis ad ecclesiam secularem curatam, non est in hoc insistendum, cum ex *Concil. Trid. sup. hoc eod. lib. cap.* 2. sit dictum, beneficia regularia regularib. esse conferenda, secularia secularibus, præcipuè cum regulares sunt idonei pro beneficijs regularibus, & seculares pro secularibus idonei reperiantur.

49 Et quando possit clericus secularis præsentari ad Altaria, & beneficia existentia in ecclesijs regularium videas *Lambertin. vbi sup. art.* 23. vbi dicit seruandum esse modum in limine fundationis appositum, præsertim cum hodie multæ sint ecclesiæ
50 seculares, quæ postea concessæ sunt regularibus ad augendum cultum Diuinum in Oppidis,& Ciuitatibus, & Pisis, & in Pisana dioecesi adsunt ecclesiæ seculares, in quibus commorantur regulares. vt est ecclesia
51 S. Petri ad gradus propè Pisas, quæ est secularis,& anno 1625. fuit concessa Venerabilib. Fratribus Reformatis Ord. Min. de Obseruantia S. Francisci.

Adde prædictis, quòd beneficium vt verè sit beneficium, requiritur Episcopi consensus. *Ripa in c. decernimus.num.69.de iudic.* & antequam adsit d. consensus, non dicitur beneficium, neque iuspatr. fundatori competit. *Felin. in c. ex parte. il 2. num. 2. de rescript. Rota decis.* 361. *num.5.par.2.in recentior.* immo tunc dicitur pia donatio, seu pium legatum, si pro anniuersario, vel pro Missis celebrandis,vel in perpetuum quid relictum fuerit, hæc enim dicuntur opera pia. *Rebuff. in praxi. tit.quarè instituta sint beneficia.num.* 10. quòd etiam procedit, si sub titulo Capellæ, vel Altaris sit relictum. quia si nõ adsit Episcopi consensus, non erit beneficiũ. *Rip.vbi sup.* & poterit concedi per laicum, non in titulum beneficij, sed per modum simplicis deputationis presbyteri, seu sacerdotis ad offerendum; vt ibidem per eum, & per d. deputationem

tionē deputatus non dicetur rector, sed simplex officiator ad nutū amouibilis, & dicitur habere vulgo officiaturam. *Bald.cons.*18.*circa finem. lib.*5. de quibus *Gonzal. in comment. ad reg.*8. *Cancell. gloss.*5.*à num.*22. etenim de iure tales Capellaniæ cū onere, vt certus numerus Missarum celebretur, constitutæ de bonis temporalibus, & fine Episcopi consensu, cēsentur laicales, & temporales, tunc enim laicus deputat personam habilem, idest sacerdotem pro Missis celebrandis cum certa eleemosyna, & mercede. *Guid.pap.dec* 187.*Sarnen. in reg. de annali quæst.* 20. *Nauarr. cons.*5.*num.*1.*& cons.*7.*n.*1.*de præb. Spin.de testament.gloss.*4.*princ.n.*40. vide in *Metropolitana hebdomadæ.* 28. *Ianuar.* 1613. *coram D. Manzanedo.*

Horum occasione adde ad ea, quę dixi lib. 2. cap. 4. num. 35. circa dotes beneficiorum, quòd dos in fundatione beneficij assignatur pro oneribus, idest, vt rector alatur. *c. cum secundum. de præb.* vt fabrica ecclesiæ conseruetur. *cap.*1.*de eccles.ædif.* & pro luminibus & sacra supellectili. *c. altaris. cum seqq. de consecrat. dist.*1. & ideo Episcopus consensum fundationi beneficij adhibere non debet, nisi dos assignata congrua sit. *c.nemo ecclesiam. de consecr.dist.*1. & vltra dicta in loco sup. citato, vbi non est quantitas pro dote taxata à iure, vt ibi dixi, si beneficium sit residentiæ præcisæ, & continuæ, tunc sufficiens dos erit pro sustentāda vita beneficiati in ipso loco beneficij, ne mendicet contra *d.c.cum secundum.* inspecta etiam qualitatē loci, frequentia populi, & annona. vt per *Io. de Anan. in c.de monachis. nu.*4. *de præb.* & ita hoc anno 1627. de mense Nouembris, Serenissimus Magnus Dux Etrurię Ferdinādus II. fundauit, & dotauit sex præbendas, & Canonicatus pro sex Canonicis residere debentibus in noua Collegiata Liburni, & cuilibet pro dote assignauit annuos scut. 60. monetæ illarum partium, quæ ibi sufficiens est ob omnium rerum abundantiam. & si beneficiatus non teneatur residere, satis est vt reditus sufficiens sit pro oneribus beneficio in fundatione adiectis, ita vt non sit minor 20. aureorum annuatim, aliàs dos diceretur incōngrua, & insufficiens secundum opinionem *Abb.* per eundem *text. in cap. conquerente. nu.* 1. *de cler. non resid.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus diœcesanus præsentari debet.*
2 *Diœcesanus extraneo præferri debet.*
3 *Et qui est de gremio ecclesiæ.*
4 *Honestum est, vt quilibet in sua patria beneficetur.*
5 *Clerici Ciuitatis præferendi sunt exteris in concursu.*
6 *Incola loci in paritate præferri debet.*
7 *Beneficium de rigore cuilibet clerico conferri potest.*
8 *Statutum excludens quem à beneficio dicitur contra ius.*
9 *Clericus quilibet de rigore præsentari potest.*
10 *Acceptio personarum apud* Deum *non est.*
11 *Beneficium si oriundo ex consuetudine conferri debeat, alius non admittitur.*
12 *Beneficij impetratio non facta mentione de loco originis est nulla.*
13 *Clericus asserens in literis se esse Pisanum denotat originem.*
14 *Illi de loco dicuntur, qui ratione originis sunt de illo.*
15 *Oriundus capitur pro nato ex stylo.*
16 *Oriundus dicitur ab origine, seu natiuitate propria, vel paterna.*
17 *Illi sunt præsentandi, qui in fundatione sunt vocati.*
18 *Incogniti præsentari non possunt.*
19 *Beneficia si ex Papa priuilegio conferenda sint diœcesanis, comprahenduntur etiam patronata.*

CAPVT VNDECIMVM.

Clericus Diœcesanus præsentari debet, alijsque præferri.

1 CLERICVS autẽ
Diœcesanus, non
alienigena præsen-
tari debet. *c. horta-
mur, dist.* 71. & hoc
de æquitate, quia
2 qui est ex loco, & diœcesi beneficij,
si est idoneus, debet alijs extraneis
præferri. *l. in Ecclesijs. C. de Episc. &
cleric. Rocch. de Curte, de iurep. verbo
honorificum. num.* 47. *&* 48. *Rebuff.
de nominat. quæst.* 9. *num.* 57. *Coras.
de benefic. par.* 3. *c.* 5. *num.* 9. *Mandos.
reg.* 16. *Cancell. quæst.* 41. *&* 43. *Ho-
ieda de compatib. & incompat. benefic.
cap.* 23. *num.* 85. *Surdus, de aliment.
tit.* 1. *quæst.* 93. *à num.* 9. *Garc. de be-
nefic. par.* 7. *cap.* 9. *nu.* 5. sicut etiam
3 alteri præferendus est ille, qui est de
gremio ecclesiæ. *c. nullus, & c. per obi-
tum. dist.* 61. *& c. metropolitano. dist.*
63. *& c. ne pro defectu. de elect. Cucch.
in institut. maior. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 127
Rota decis. 413. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.
Sot. de iust. & iure, lib.* 3. *quæst.* 6.
art. 2. *& seqq. Pet. Nauarr. de restitut.
lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 196. & ratio est, quia
4 valde honestum, & fructuosum est,
vt quilibet in patria sua beneficietur,
vt sic vnus non occupet beneficia,
vel stipendia alterius, nec detur ma-
teria de pauperãdi beneficia, & quia
facilius inducuntur ad residentiam
dulcedine patriæ allecti. ita *Abb. in
cap. ad decorem. de institut. nu.* 4. *glos.
in cap. cum inter. verbo, aliam. de elect.
& ibi Doct. communiter, & Abb. ibi
num.* 9. *Felin. in cap. sicut tuis. col.* 2. *de
simonia. Selua, de benef. par.* 3. *quæst.*
26. *Franc. Marcus decis.* 1368. *& seq.
par.* 1. *Nauar. cons.* 6. *num.* 1. *de elect.*
5 Et in concursu parochialium præ-
ferendi sunt clerici ipsius ciuitatis
alijs exteris, dummodo extranei nõ
præcellant in maxima sciẽtia. *Fuscus
de visitatione. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 14.
Zecchius de repub. ecclesiast. cap. 28.
de parocho. num. 7. qui ait in paritate
6 esse præferendum incolam loci. *Pet.
Ledesm. in summa par.* 2. *tract.* 7. *c.* 1.
conclus. 7. *difficultate.* 16. de rigore
7 autem iuris potest beneficium con-
ferri clerico aliàs idoneo vndecũque
sit. *d. cap. ad decorem de institut. & ibi
gloss. in verbo, vndecunque. & ibi Abb.
nu.* 4. *Selua d. quæst.* 26. *Coras. d. c.* 5.
num. 9. *Lambertin. de iurep. p.* 1. *lib.* 2.
quæst. 7. *art.* 24. *Garc. d. cap.* 9. *num.* 4.
8 & ideo statuta excludentia à benefi-
cijs certum genus personarum dicun
tur contra ius. *Butrius in c. cum dile-
ctus. à num.* 38. *in* 2. *lect. de consuetud.
& sæpissime fuit in Rota resolutum di-
cit Garc. d. num.* 4.
9 Eadem ratione de rigore quili-
bet clericus poterit præsentari dum-
modo sit idoneus, & habeat quali-
tates requisitas, & ratio est, quia
apud Deum non est acceptio perso-
10 narum. *c. nouit, de iudic.* cuiuscunque
nationis sit, siue ciuis, siue exterus.
*ad text. in cap. venerabilis. vbi glos.
Abb. & alij de præb. Rocch. de Cur. d.
ver. honorificum. quæst.* 4. *Abb. in c. ea
noscitur, de his, quæ fiunt à præl.* & ita
hodie vbique seruatur, nisi adsit pri-
11 uilegium, seu consuetudo, quod be-
neficium conferatur oriundo, seu na
turali illius regni; vbi est beneficium
tunc enim exterus ibi beneficia ob-
tinere nequit sine dispensatione
Selua d. quæst. 26. *Hoieda vbi sup. c.*
24. *num.* 115. *& seq. Paris. de resign.
benef. lib.* 4. *quæst.* 7. *Garc. d. c.* 9. *nu.* 2.
& 3.
12 His accedit, quod si forensis, vel
alienigena impetret beneficium, nõ
facta mentione de loco suæ originis,
seu de sua diœcesi, gratia est subre-
ptitia, quia in dubio intendit Papa
cuilibet prouidere in patria sua, si
enim illud expressisset, Papa ei non
dedisset gratiam in partibus alienis,
vel non ita de facili. *c. bonæ* 2. *de po-
stul.*

Digitized by Google

stul. pral. circa fiaem. ibi. nec vellemus ei praficere alienum. ita gl. in c. si proponente. & ibi Abb. de rescript. Corsettus, in singulari, verbo, subreptio. Felin. *in c. sicut tuis. col. 2. de simonia.* Coras. *d. c. 5. nu. 11.* Sarnen. *quaest. 1. de idiomate. et facit Rota decis. 76. de rescript. in antiquis.*

13 Et quando impetrans dicit se clericum Pisanum, prout solet dici in supplicationibus significatur origo, quoniam verbum debet naturaliter intelligi, non accidentaliter. *gloss. in l. sed et reprobari. §. amplius. ff. de excus. tut. in verbo, comancus.* Rebuff. *in praxi, in forma signaturae, in verbo, Magalonen.* illi enim dicuntur de aliquo loco, qui ratione originis sunt

14 de illo. *Bald. in l. 1. §. quod autem. ff. de tutor. dat. ab his.* ex stylo tamen

15 verbum, oriundus accipitur pro orto, seu nato, iuxta *l. assumptio iuncta glos. ibi. in verbo oriundus. ff. ad municipal. Mandos. d. reg. 16. quaest. 40.*

16 *num. 3.* quamuis aliàs oriundus quis dicatur ab origine, seu natiuitate propria, vel paterna. *Mandos. d. quaest. 40.* & qui narrat se clericum talis diecesis debet id verificare. *Paris. de resignat. benefic. lib. 10. quaest. 3. nu. 28. Garc. d. c. 9. num. 21. et seqq.*

17 Et si in fundatione sit expressum, vt tales dumtaxat praesententur, puta, ciues Pisani, & habentes certas qualitates, illud est seruandum. benè tamen esset prius illos de gremio ecclesiae, & alumnos Seminariorum, & de dioecesi adiuuare, & si non adsint, & non reperiuntur capaces, tũc exteris notis, & bonis beneficia conferre, nam incogniti praesentari non

18 possunt, sed habenda est notitia morum, & aliarum qualitatum, & si ex Papae priuilegio concessum sit, quòd

19 beneficia omnia, puta Pisanae dioecesis, ad collationem, prouisionem, & praesentationem quorumcumque pertinentia conferantur, & concedãtur dioecesanis Pisanae dioec. dumtaxat, comprehenduntur etiam beneficia iurispatronatus, nisi lex fundationis sit contraria, de quibus vide *Lamber. de iurep. lib. 2. par. 1. quaest. 7. art. 24.*

13-i-6-13

LIBER SEPTIMVS IN QVO CONTINETVR MATERIA TEMPORIS, QVO PRAESENTATIO FIERI DEBET.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio à laico facienda est intra quadrimestre.*
2 *Præsentatio ab ecclesiasticis facienda est intra semestre.*
3 *Collator intra trimestre conferre debet.*
4 *Electores intra trimestre debent eligere.*
5 *Electus post electionem intra mensem debet accepeare electionem.*
6 *Electi consecratio infra trimestre post confirmationem fit.*
7 *Collatio ex iure deuolutionis in beneficijs patronatis intra semestre fieri debet.*
8 *Electio si iure deuoluto fieri debet, intra trimestre fit.*
9 *Præsentatio in iurepat. mixto intra semestre fit.*
10 *Dignum trahit ad se minus dignum.*
11 *Ecclesia si fiat patrona ex laici donatione intra semestre præsentare debet.*
12 *Iurispatronatus ubi fit mentio, in dubio de Ecclesiastico intelligitur.*
13 *Iuspatr. mixtum quoad priuilegia ecclesiasticum censetur, & laical quoad derogationem.*
14 *Iurip. mixto expressè derogari debet.*
15 *Tempus datum ad præsentandum an possit restringi.*
16 *Tempus ad præsentandum in limine fundationis potest maius, vel minus constitui.*
17 *Patronus in limine fundationis cum Episcopi consensu quæ possit apponere.*

CAPVT PRIMVM.

Præsentatio intra quod tempus sit facienda.

1

PRAESENTATIO à patronis laicis, vel à clericis patronis ratione proprij patrimonij facienda est intra quadrimestre. *cap. cum propter, de iurep.* sed à patronis ecclesiasticis facienda
2 est intra semestre. *cap. vnico. §. verũ. de iurepat. lib. 6. cap. sicut. de suppl. neglig. prælat.* Garc. *de beneficijs. part. 5. cap. 9. num. 209. Riccius in collectan. decis. par. 1. collect. 119. & in decis. cur. Archiep. Neapolit. par. 2. dec. 228. num. 14. & 15. Vgolin. de pot.* Episcopi, *cap. 51. in prin. num. 5. Prax.* Archiep. Leonis. *par. 2. cap. 6. num. 23.* Lamber. *de iurepat. par. 2. lib. 2. quæst. 1. art. 1. Zecchius de benef. et pens. cap. 12. num. 23. Aug. Barbosa de off. et pot. Episcopi. par. 3.*

pl.par.3.allegat.72.num.126.Massobrius in praxi bab.conc. ad vac.paroch.eccl.requisito 2.dub.1.

3 Etenim sicut collator habet semestre.*cap.nulla de conceß.præb.*ita patronus ecclesiasticus, qui reputatur, vt collator,& ratio, quare ecclesiastici maius tempus, laici autem minus tempus habent ad præsentandum, est, quia laici possunt variare, & plures saltem duos præsentare, ecclesiastici autem non. *glos.in cap. cum vos.de off.ordin.*electores autem habent solum trimestre ad electio-
4 nem faciendam à die vacationis.*c.ne pro defectu, & ibi glos.et cap. cum in cunctis.de elect.* & deinde electus in-
5 tra mensem à die electionis debet consentire electioni de se factæ.*cap.*
6 *quam sit,vbi glos.de elect.lib.6.*& cōsecratio electi debet fieri intra tres menses post confirmationem. *c.quoniam quidam.dist.*100.*Conc.Trident. seß.7.de refor.c.9.et seß.23.de refor.c.2.*collator autem habet semestre ad conferendum. *d.c. nulla.de conc. præb.*vbi habetur etiam, quod idem
7 tempus habent illi, ad quod successiuè collatio deuoluitur ob negligentiam non conferentis, & ideo si ex negligentia patronorum intra debitum tempus non præsentantium deuolutio fiat ad superiorem obseruabitur dispositio.*tex.in d.c.nulla.*idest vt inde intra semestre superior ille conferat,si autem deuolutio fiat electionis ex negligentia non eligen-
8 tium intra debitum tempus, deuolutio fiet ad superiorem, qui intra trimestre conferre debebit, iuxta dispositionem *text.in d.c.ne pro defectu de elect.vide* Lamber.*vbi sup.d.art.1. num.*11.

9 Verum si iuspatronatus sit mixtū, & commune ecclesiastici, & laici, tunc omnes dicti patroni habebunt semestre ad præsentandum ratione communionis. *glos.vlt.in d.c.vnico. de iurepat.lib.6.* Lamber. *d.quæst.1. art.2.Garc.d.c.9. nu.*210. Riccius *in praxi aurea.resolut.* 458. *Barbosa d. allegat.72.num.*131. quia magis dignum trahit ad se minus dignum.
10 *cap.quod in dubijs.vbi glos. in verbo, consecratum,de consecrat. eccl. vel alt.* quod procedit etiā si laicus habeat maiorem partem. *Lambert. vbi sup. art.3.Barbosa vbi sup.num.*131.& si
11 ecclesia fiat patrona ex donatione sibi facta à patrono laico habebit semestre ad præsentandum. *d. c.vnico, §.verum,de iurepat. lib.6.* Lambert. *vbi sup.art.4.*

12 In dubio autem vbi sit mentio iurispat.intelligitur de ecclesiastico. *Lapus allegat.* 84. *Mar. Antonin. variar.resolut.lib.1.resolut.* 109. *nu.* 10.*Turret.cons.71. num.59. vol.* 1. *Barbosa d. allegat.* 72. *num.* 133. & iuspat. mixtum clericorum,& laico-
13 rum licet quoad priuilegia, & commoda dicatur ecclesiasticum, tamen quoad derogationem censetur laicale. *Put. decis.157. num.5. part.3. Flam.*Paris.*de resignat.benefic.lib.2. quæst.4.num.50. Mar.* Antonin.*vbi sup.resolut.39. num.*10. & ideo non
14 solum quoad partem laicalem, sed etiam quoad ecclesiasticam expressa requiritur derogatio. *Felin. in tractatu,quando literæ Apost. noc.patron. ampliat. 6.Mar.Antonin.vbi sup.d. resolut.39. num. 9.* Barbosa *vbi sup. num.*132.*et* 133.

15 Tempus autem datum ad præsentandum tàm laicis patronis, quàm ecclesiasticis cum sit à lege statutum dubitatur an ex consuetudine possit restringi, abbreuiari, ampliari, vel prorogari,lex enim quantumuis dura seruanda est. *l.prospexit. ff.qui,et à quib.* quia tamen consuetudo est altera lex,& multum operatur, in multis casibus contrarium forsitan dici posset stante maximè longissima præscriptione. vide Lambertin. *vbi supra artic.* 6. & dicam infra hoc *lib. capit. septimo vide* Riccium *in praxi rerum fori ecclesiastici decisione* 217.*et* Barbosam *dicta allegatione* 72. *num.* 143. *eundem Riccium in d. collect.* 119. possunt tamen patroni

16 troni in limine fundationis cum Episcopi consensu apponere modũ, quo patroni succedentes, si erunt ecclesiastici præsentent ante, vel post semestre, aut si erunt laici, præsentent ante, vel post quadrimestre, & abbreuiare possunt tales terminos à
17 iure datos, nam tali casu potest patronus cum Episcopi consensu apponere modum, vel conditionem non solum extra, vel præter, sed etiã contra ius commune. *c. cum dilectus. vbi glos. in verbo, constitutum. de consuetud. & Lamb. vbi sup. art. 7.*

SVMMARIVM.

1. *Tempus datum ad præsentandum olim à die vacationis currebat.*
2. *Tempus datum ad eligendum currit olim, & hodie à die scientiæ.*
3. *Et intelligitur de scientia vera.*
4. *Episcopi habent ius conferendi omnia beneficia suæ diœcesis.*
5. *Patroni ex gratia habent iuspat.*
6. *Gratia debet restringi, vt minus lædatur ius commune.*
7. *Tempus datum ad præsentandum hodie currit tantum à die scientiæ.*
8. *Impetratio beneficij patronati facta ob deuolutionem non valet nisi probata vera scientia patroni.*
9. *Stante maxime verisimili ignorãtia.*
10. *Tempus regulariter non currit ignoranti.*
11. *Tempus datum ad præsentandum non currit patrono iustè impedito.*
12. *Laici inuitandi sunt ad ædificandas ecclesias, non reijciendi.*
13. *Ius præsentandi conseruatur in compatrono ignorante vacationem, exclusis alijs eam scientibus.*
14. *Tempus datum ad præsentandum non currit patronis, si Episcopus impediat præsentationem.*
15. *Ecclesia S. Laurentij* Tuderti *collata liberè.*
16. *Tempus datum ad præsentandum pupillo patrono quando non currat.*
17. *Et an lapso quadrimestre debeat ad præsentandum admitti.*

CAPVT SECVNDVM.

Tempus datum patronis ad præsentandum quando currere incipiat.

1 TEMPVS autẽ prædictum concessum patronis à iure ad faciendum præsentationem à die vacationis olim currere incipiebat, & ita seruabatur, ita habetur in *c. 2. de suppl. neglig. præl. & in c. 2. §. cum vero. de concess. præb. & in c. eam te. de iurepat. & ibi Abb.* Rota *decis. 1. de iurepatr. in antiquis.* Rebuff. *in praxi, tit. de deuolutionibus num. 5.* & currebat etiam ignorantibus, & impeditis, tempus autem
2 datum ad eligendum, & conferendum, & id simile & olim, & hodie incipit currere à die scientiæ, vel à tempore, quo scire potuit, & debuit collator, vt Episcopus, qui tenetur singulis ann. visitare diœcesim, & sic à die cessationis impedimenti currere incipit. *c. quia diuersitatem. de conc. præb. Rota decis. 13. de iurepat. in antiquis, & decis. 6. de iurep. in nouis. Lapus allegat.* 80. *aliàs* 51. *nu.* 17. *& ibi Mandos. lit. Z, Garc. de beneficijs. par.* 10. *cap.* 2. *nu.* 15. *&* 27. *cap. licet. & ibi* Abb. *num.* 3. *de supp. negl. præl.* Selua *de benef. par.* 3. *quæst.* 59. *&* Riccius *in praxi rer. for. ecclesiast. decis.* 172. *num.* 108. Rota *decis.* 481. *par.* 1. *diuers.* Cardin. *Seraph. decis.* 380. & ita fuit dictum in vna *Burgen. Canonicatus,* 27. *Martij* 1583. *coram D.* Bubalo, *& in vna Maceraten. beneficij.* 1. Iunij 1594. *coram* D. Litta & debet intelligi de notitia vera.
3 Garc. *d. cap.* 2. *num.* 31. *Abb. in d. cap. quia diuersitatem, nu.* 17. & ratio di-
4 uersitatis est, quia Episcopi habent ius conferendi beneficia existentia in eorum diœcesibus iure ordinario, cum eis subsint omnes Ecclesiæ ibidem

dem existentes.c.omnes Basilica.16.
quæst. 7. & electores habent ius eli-
gendi à iure,vt in toto tit.de elect.
5 Verum patroni ex gratia habent
iuspatronatus, vt inuitentur ad ædi-
ficandum ecclesias. cap.3.de iurepat.
quæ gratia debet in quãtum potest,
6 restringi,vt minus lædatur ius com-
mune, quam fieri possit. Lambertin.
de iurepat.lib.2.par.2.quæst.1.art.8.
7 Hodie autem patronis etiam nõ
currit tempus eisdem datum ad præ-
sentandum, nisi à die scientiæ,& sci-
tæ vacationis . Rota decis.13. de iu-
repatr.in antiquis.Verall. decis.248.
par.3.Rot.decis.421.par.1.diuers. La
pus allegat.78.vbi Mandos. lit.T. vbi
ait id intelligi de scientia certa, &
& non interpratatiua Selua d. quæst.
59. Tiraquell. de retractu lignagier.
tit.2.§.35.num.7. Azor.instit.moral.
lib.9.c.21.quæst.11. Campanil.in di-
uers.iur.can.rub.11.c.13. num. 393.
Mar.Anton.var.resol.lib.1.resol.29.
nu.19.& 20.Garc.d.c.2.num.34. &
seqq. vbi refert quasdam Rotæ decis.
Aug.Barbosa de off.& potest.Episcopi,
par.3.allegat.72.num.134.Riccius in
collectan. decis. collectan.119. par.1.
& in d. decis.172. vbi ita testatur in
praxi seruari . Card. Seraph. d. decis.
380.Card. Puteus decis.6. de praben.
& ita fuit decisum in vna Signina
iurispatronatus.22.Iunij 1596.coram
Orano. in qua fuit resolutum, quòd
8 si impetretur beneficium de iurepa-
tronatus laicorum per deuolutionẽ
ad Sedem Apostolicam ob non fa-
ctam præsentationem intra tempus à
iure statutum,non valet impetratio,
nisi probetur scientia certa, & indu-
bitata patroni vacationis beneficij ;
dicta enim sciẽtia debet esse certa,&
concludens,& nõ sufficit præsumpta,
& verisimilis,Lap.d.alleg.78.Card.Se
raph.dec.1173.n.3.Rot.dec.173.n.1.
& dec.186.n.2.p.2.in recen.apud Fa
rinac.Garc.d.c.2 à n.34.Hier.Gonz.
in comm.ad reg.8.cancell.gl.15.à nu.
111. stante maxime verisimili igno-
9 rantia.Rot.d.dec.421.p.1.diuers.vt si
rector decederet Mediolani,seu Ro-
mæ, & beneficium esset in diœcesi
Pisana, & ibidem Patronus,nã tunc
forsitan totum, & integrum quadri-
mestre posset trãsire à die vacationis
antequam patronus certam scientiã
haberet de morte rectoris , & ratio
prædictorum est,quia semper in ma-
teria quantũcunque leui tempus nõ
10 currit ingnoranti.ita habetur in l.2.
C.qui admitti.Bal.cõs.199.n.3.& seq.
vol.1. Dec.cons.479.n.5.Abb.& alij
cõmuniter in d.c.quia diuersitatem de
cõc.præb.& in c.fi.de ele.Affl.dec.128.
11 Similiter non currit prædictum tẽ-
pus patrono impedito iusto impedi-
mento. Card.Mant.dec.30.n.2. Card.
Seraph.dec.220.n.4. puta si patronus
sit absens Reip. causa , vel sit iniustè
carceratus, vel si non haberet tutum
accessum propter perhortescentiam
alicuius inimici,cũ ecclesia sit pia,&
cultrix iustitię. Rebuff. de pacif.poss.
n.304.& quia iusp.est cõcessum lai-
12 cis ex gratia vt inuitentur ad fabri-
candas,& dotandas ecclesias,quòd si
tam strictè,& cũ summo rigore cõtra
eos procederetur , reijcierẽtur à ta-
li actione erga ecclesias cũ maximo
ecclesiarum detrimento.vide Marc.
Ant. Genuen.in prax.Arebiep. Neap.
c.82.n.1.varia de iurep.Rot.dec.406
p.2.in recene.apud Farin. Barbos.vbi
sup.n.138.& 139.Surd.dec.151.n.4.
Fla.Paris.de resig.benef.lib.11.q.13.
n.11.Garc.d.c.2.n.16.& 17. quãuis
iuspat.sit seruitus beneficij,quæ non
præsumitur. Card.Seraf.decis.1353.
13 Et ius præsentandi etiã in vno ex
patronis,qui non habuit scientiã,cõ-
seruari potest, alijs propter scientiã
exclusis. Garc.d.c.2. n.41. vbi refert
ita fuisse decisum in Spoletana benef.
28.Maij 1590.cor. Blanchett. quòd
14 si à superiore talem potestatem ha-
bente mandetur patronis,ne præsen-
tent,quia superior talis prætẽdat ec-
clesiam esse liberam, tũc patronis nõ
currit tẽpus,quia eo casu videtur or-
ta lis inter Episc.superiorem , & pa-
tronos. Lamb.vbi sup.art.12. attamẽ
in

in praxi vidi Tuderti, cũ vacaret ec-
15 clesia paroch.S.Laurentij supra murum de ciuitatis fuit tanquam libera præuio concursu collata per Illustriss. D.Card.Episcopũ Leonellio Bauio, & quidã nobiles de Mazzeis præsentauerũt D.Iosephum Mazzeum, super quo fuit lis introducta in Rota coram Reuerendissimo Patriarcha Hierosolymitano. non ramen fuit mandatum patronis ne præsentarẽt, quod mandatum numquam potest locum habere, quia numquam debent iniuriæ nasci vnde iura nascuntur. *l. meminerint*. C. *vnde vi*. & vnusquisque coram competenti Iudice iura sua experiri potest, vt iustitiæ locus sit.

16 His accedit. quòd si pupillus sit patronus, & accidat beneficij patronati vacatio, & labatur quadrimestre, & non præsentet ex prædictis rationibus propter verisimilem ignorantiã, quia pupillus etiã quicquid videt ignorat. *l. 2. C. de falsa moneta*. & d. ignoranria in pupillo cadere solet cum alieno semper auxilio ægeat, & ideo tutor ei datur.

17 Tali casu etiam lapso quadrimestre æquum & iustum est, vt pupillus admittatur ad præsentandum, & ne res in longum trahatur in damnum vacantis beneficij, potest ille, ad quem de iure pertinet institutio, certum reddere pupillum de tali vacatione præuia datione tutoris, seu saltem curatoris ad illum actum, & à die dictæ notificationis tempus currere incipiet, quia regulariter tali dandus est curator alioquin acta contra eum gesta sunt nulla. *Crescent. decis. 9. num. 3. de sent. & re iud. Gregor. XV. decis. 43. num. 9. decis. 319. num. 2. & decis. 485. num. 5.* & ita responsum dedi Illustri viro D.Thomæ de Torres Nobili Valentino.

SVMMARIVM.

1 *Lis super iurepat. mota ecclesia non vacante quando terminanda sit.*

2 *Quid si post ecclesiæ vacationem durauerit.*

3 *Ecclesia vacans, si ante tanquam libera fit collata, nunc tanquam talis conferri debet etiam super ea lite pendente circa iuspat.*

4 *Collator conseruandus est in sua possessione.*

5 *Episcopus non potest conferre ecclesiã, quam non clare constet esse liberã.*

6 *Lis inter Episcopum, & patronos super ecclesia intra quod tempus sit terminanda.*

7 *Lis inter plures compræsentatos quomodo, & quando terminanda.*

8 *Causæ ecclesiastica in prima instantia intra biennium terminanda.*

9 *Et partes tempus prorogare nequeunt.*

10 *Causæ ecclesiasticæ celeriter expedienda.*

11 *Episcopus ex iure deuoluto sine concursu ecclesiam confert.*

12 *Lis super forma præsentationis quomodo, & quando terminanda.*

13 *Lis super potestate eligendi quando terminanda.*

14 *Lis inter præsentatos, & præsentantes quando terminanda sit.*

15 *Lis inter compatronos, quia vnus aliũ quia amisit iuspatronat. excludere vult, quando terminanda.*

16 *Tempus non currit, si patroni fecerũt instantiam, vt Episcopus litem finiret.*

17 *Præsentatus ab existente in quasi possessione quando sit præferendus.*

18 *Lis inter præsentatos tantum, quando sit terminanda.*

19 *Dispositio c. quoniam. de iurep. rigorosa.*

20 *Lis super iurepat. inspecta consuetudine aliquando terminari debet.*

21 *Lis inter patronos iurisp. mixti quando terminanda.*

22 *Dignius trahit minus dignum.*

23 *Lis super iure eligendi inter habentes eligere quando terminanda.*

24 *Patroni durante tempore dato ad præsentandum quandocumque præsentare possunt.*

CA-

CAPVT TERTIVM.

Lis vertens super Iurepatronatus, intra quod tempus sit terminanda.

ERVM si lis sit occasione Iurispatronatus, controuertitur intra quod tẽpus terminari debeat, ideo plures constituuntur casus.

1 Primus est casus. quando ecclesia non vacante, lis est super illius iure patronatus, seu super eius quasi possessione, & tunc nullum tempus consideratur, sed finis litis expectabitur, & adueniente vacatione quasi possidens admittetur ad præsentandum. & si dicta lis etiam post eccle-
2 siæ vacationem durauerit, post lapsum semestre, seu quadrimestre datum ad præsentandum, poterit Episcopus ecclesiam ad libitum suum ordinare sine præiudicio vincentiũ. ad *tex. in c.eam te.de iurepatr. Lambertin. de iurepatr. lib.2.p.2. quæst.1. art. 9.* vbi etiam de infrascriptis casibus loquitur, & fuit dictum in *Terdonen. iurispat. 19.Februar.1601. coram Penia*.

3 Secundus est casus. quando ecclesia vacat, & certissimum est eam semper fuisse liberam, quia antea ab Ordinario tanquam libera fuit collata pluries, & nunc aliqui laici prætendunt iuspatronatus, & tunc Episcopus eam conferre debet nullo expectato tempore. *Cardin.in clem.plures. §.vlt.nu.1. de iurepat.* nam col-
4 lator conseruandus est in sua quasi possessione *arg.text. in c.consultationibus.de iurepat. Riccius in praxi rer. for.eccles. decis.188.num.191.* vbi refert *Rotæ decisionem in d. Terdonen. iurispatronat. 19.Februarij.1601. coram Penia*. quando vero tunc non
5 constat clare d. ecclesiam esse liberam, tunc Episcopus non potest eam conferre, sed debet in ea constituere œconomum, seu vicarium cum congrua fructuum portione, qui ecclesiæ deseruiat, fructus exigat, & reseruet pro futuro rectore. *c.cum vos. de off. ordinarij. Concil.Trid.sess.24. de reform.c.18.& Massobrius in praxi hab.conc.ad vac.paroch.eccl.requisito 1. dub.11.& seqq.*

6 Tertius est casus. quando lis est super libertate ecclesiæ inter Episcopum, & patronos, quia Episcopus prætendit ecclesiam esse liberam, & patroni prætendunt esse iurispat. itaut dubia lis reddatur tũc ob lapsum semestris, seu quadrimestris non est locus deuolutioni, sed litis euentus expectabitur. *Abb. in d. c. cum vos. num. 7. Rota in vna Legionen. parochialis.7.Octobris.1587. coram Card. Blanchetto. & dec.421. nu.3.par.1. diuers.* & in *Compostellana iurispat. 16.Ianuarij.1580. corã d.Blanchetto.* & in *Casertana beneficij. 29.Maij. 1595. coram eodem. & Riccius vt sup. Aug.Barbosa de off.& pot.Episc. p.3.allegat.72.nu.140. in fine*. tunc enim constituitur d. œconomus.

7 Quartus est casus. quando cõstat ecclesiam vacantem esse patronatã, sed patroni sunt discordes, quia diuiserunt vota sua plures præsentando, & super hoc litigatur, quis ex præsentatis debeat institui, & tunc non currit nec semestre, nec quadrimestre, sed finis litis expectabitur, cũ ad Ordinarium pertineat discernere numeros vocum, merita præsentatorum, & litem finire. super quo vide dicta per *Innoc. in c.1. & c.3.de iurepat. Barbosa vbi sup.num.140. in princ.* & fuit dictum in d. *Terdonen. iurispat.*

8 Hodie autem seruari debet decretum *Conc.Trid.sess.24.de refor.c.20.* vbi causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognoscuntur atque omnino saltem infra biennium à die

motæ

motæ litis terminantur, alioquin post tale spatium, liberum est partibus, vel alteri illarum, Iudices superiores, alias tamen competentes adire, qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quamprimum terminari curent. vide *Riccium in collectan. decision. par. 4. collect.* 1353. *in fine*. & per hoc tollitur consensus
9 prorogandi iurisdictionẽ litigantibus in prima instantia, ita resoluit *Soar. de paz in praxi. tom.* 1. *prælud. vlt. num.* 8. *cum seqq.*

10 Accedit id, quòd dicit idem *Conc. Trid. sess.* 25. *de reform. c.* 10. *in fine*. vbi monet tam Ordinarius, quàm alios quoscumque Iudices, vt terminandis causis quanta fieri poterit breuitate studeant.

11 Quintus est casus. quando constat ecclesiam parochialem vacantẽ esse patronatam, sed patroni non conueniunt in præsentando, & labitur tempus datum ad præsentandũ, & tunc ex deuolutione Episcopus liberè eam confert. ad notata in *d. cap. 3. de iurep. vbi Card. col. vlt. Barbosa d. num.* 140. & si sit ecclesia parochialis iurispat. tunc ex iure deuoluto confert eam Episcopus sine cõcursu, quia d. ecclesia patronata deuoluitur cum suo onere, qualitate, & exemptione. *Card. Seraph. dec.* 1363. *num.* 4. *Garc. de benefic. p.* 11. *c.* 3. *§.* 4. *nu.* 284. *Massobr. vbi sup. d. requisito* 1. *dub.* 22.

12 Sextus est casus. quando patroni inter se litigant non super iurepatronatus, neque super eius quasi possessione, sed super forma præsentationis, quia vnus dicit, puta, præsentationem de altero tanquam de absente factam non tenere, seu tanquam de criminoso, & simili altero contrarium dicente, & tunc nullum currit tempus, sed litis euentus debet expectari per Episcopi sententiã. *Cardin. in d. clem. plures. §. vlt. nu.* 1. *de iurepatr.* idem est, si lis moueatur
13 super potestate eligendi, quia tunc non currit tempus. *d. c.* 2. *de iurepat. Tiraquell. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 10. *n.* 37. & fuit dictum in *d. Terdonen. iurisp.* 19. *Februarij.* 1601. *coram Penia.*

14 Septimus est casus. quando est lis tantum inter præsentatos, vel inter eos, & simul inter præsentantes super iurepat., eiusq. quasi possessione, & tunc si lis non finiatur intra semestre, seu quadrimestre, Episcopus ecclesiam debet conferre. ita *Io. Andr. Card. Abb. & alij in d. c. cum vos. & Card. in d. clem. plures. §. vlt. col. vlt.* quòd non procedit, si in tempore patroni iura sua deduxerunt, vt causam expediret, protestãdo, quòd sibi tempus non currat, vt habetur in *d. Terdonen. Iurispat.*

15 Octauus est casus. quando esset quæstio inter patronos de ecclesia patronata vacante, puta, quia vnus negat alium esse patronũ, quia amisit iuspat. vel quia fuit illo priuatus, & ideo dicit ad se tantum iuspat. pertinere, & tunc si lis non finiatur intra tempus datum ad præsentandam, Ordinarius eam confert. *c. si vero. de iurepat.* vbi idem *Aug. Barbosa in suis collectan. nu.* 2. sed in prædictis duo-
16 bus casibus sup. proximis, secus est, si patroni in tempore eis cõcesso ad præsentandum deduxerunt iura sua, & requisiuerunt Episcopum, vt causam expediret protestando, quòd tempus sibi non curreret, tunc enim dictis patronis non currit tempus. *Marescott. variar. resolut. lib.* 2. *c.* 84.

17 Nonus est casus. quando litigatur inter patronos super iurepatronatus, & alter eorum est in quasi possessione, alter non, tunc si omnes præsentent ante litem contestatam, debet institui præsentatus ab existẽte in quasi possessione *d. c. consultationib. de iurepatr.* nec aliud tempus debet attendi. *Cardin. Seraphin. decis.* 499.

18 Decimus est casus. quando lis est inter ipsos præsentatos in tempore debito prætendentes solum præsentationem de quolibet factam esse atten-

tendendum, vt sæpe accidit, & tunc si lis non finiatur intra tempus datũ ad præsentandum, tamen non est locus deuolutioni, & ratio est, quia dispositio *textus in c.quoniam.in fine.*
19 *de iurep.* tanquam rigorosa & exorbitans habet locum quando lis est inter patronos,& ideo non extenditur quando est lis inter præsentatos. *Io.Andr.in d.c.cum vos. vbi Anchar. num.3. & Butrius num.7.Lapus allegat. 78. num.15. & 16.* latè *Marescott. vbi sup.d.c.84.Barbosa.d.alleg. 72.num.140.* & ita fuit dictum in vna *Bracharen. beneficij.3.Martij. 1603.coram fæl.rec.* Gregorio XV. & in *Terdonen.Iurisp.8.Febr.1599.*& *10.Ianuar.1600. coram Penia. Riccius d.dec.188.n.192.*

20 Et ideo, quando supradictum est, non terminata lite intra dictum tẽpus datum ad præsentandum, debere Episcopum ecclesiam conferre, procedit si sine scandalo possit conferre, & nisi in loco contraria adsit consuetudo. *Lapus d.alleg.78.n.17.* vbi affirmat, vsum,quo superior lite intra d.tẽpus non finita conferat ecclesiã,recessisse ab aula,&amplius id non seruari. & Pisis huiusmodi adest cõsuetudo, quæ hodie, vt audio est vniuersalis vndique, & certe magnũ damnum patiuntur ecclesiæ propter tales longas lites, & discordias.

21 Quod si lis sit inter compatronos laicos, & ecclesiasticos super iurepatr. vel eius quasi possessione, lis erit finienda intra semestre ob mix-
22 turam,quia magis dignum trahit ad se minus dignum. *Hostien.in summa tit.de iurep.§.quid iuris si propter. & §. in quibus differant.*

23 Stante autem lite super iure eligendi inter habentes eligere, & non finita intra trimestre, superior prouidere non potest. *c.2. de in int. restit. c.cum dilectus. de consuetud. &c. ex parte.de arbitr.* sed expectabitur litis euentus, quòd declara vt per *Lambert. vbi sup. art.11.*

24 Aduertendum est etiam,quòd patroni valide præsentare possunt per totum quadrimestre, seu semestre,& quandocumque durante dicto tempore. *Abb. in d.c.cum vos. nu.6. de off.ordin.* Rota *decis.10.n.1. de iurep. in antiquis.Lambert.vbi sup.art.13.*

Item possunt patroni conuenire de præsentando alternis vicibus etiã sine Episcopi consensu. *clem.plures. §.& vt facilius.vbi gloss.in verbo,liberè.de iurepat.Rocch.de Curt.de iurepat. verbo,ius.num.12.Lambertin.de iurepat. lib.2.p.2.q.2.art.36. num.5. & 6.*& fuit dictum in *Meliten. pensionis.31.Maij.1596.coram Cardin. Seraph.* & in *Lucana parochialis. 25. Iunij. 1601.coram Card. Pamphilio.* & tunc iuspatr. pro illa vice est totũ illius, qui est in turno,& præsentat. *Rocch. vbi sup.q.12.Lambertin.d.art. 36. num. 5. & 7.* & fuit dictum in *Salernitana alternatiuæ.27.Nouemb. 1581.coram* Robusterio. & in *d.Lucana parochialis*, idq. procedit quãdo iuspat. competit pluribus vti singulis, vel quando competit duobus collegijs, seu vniuersitatibus, secus si competat vni collegio. vt fuit dictum in *Vallisoletana præeminentiarum.29.Martij.1604.coram Card.* Pamphilio.

SVMMARIVM.

1 *Quadrimestre, seu semestre datum ad præsentandum quomodo computetur.*
2 *Curritq. de momento ad momentum.*
3 *Exemplum cursus d.temporis.*
4 *Et tunc attenditur tempus, dies, & hora, quando fuit publicum beneficium vacasse.*
5 *Annus, & mensis quot dies habeant, & dies horas.*
6 *Annus quomodo sit computandus.*
7 *Et in eius computatione attenditur consuetudo.*
8 *In anno bissextili duo dies pro vno computantur.*
9 *Quadrimestre, seu semestre est semper continuum.*

CAPVT QVARTVM.

Quadrimestre, seu Semestre datum patronis ad præsentandũ quomodo computetur, & nunquid sit semper continuum. & quando patronis competat nouum tempus ad præsentandum.

1 Quadrimestre, seu semestre datum patronis ad præsentandũ quomodo sit computandum tradit *Rota decis.* 10. *nu.* 2. *de iurepat. in antiquis.* remittendo se ad *Hostiens. in cap. licet. de suppl. neglig. præl. ad* Io. *Andr. in cap. quam sit. de elect. lib.* 6. *& ad* Doct. *in l. vbi lex. ff. de reg. iur.* & tradit Lambert. *de iurepat. lib.* 2. *p.* 2. *quæst.* 1. *art.* 14. si enim
2 dies vacationis fuerit in die octaua Ianuarij, die septima Aprilis erit vltima die trimestris, & ideo dictum tempus currit de momento ad momentum, & in eo erit attendenda hora. *Doct. in d. c. quam sit.* §. *electus. super gloss. in verbo, mensem. de elect.*
3 *lib.* 6. Exemplum sit, vt in præcedẽti hora illius horæ, qua vacauit ecclesia, licet sit eiusdem diei computetur tempus, vt si dies vacationis fuerit hora decimanona diei, debet attendi hora decimaoctaua currẽtis diei temporis à iure præfiniti, & attenditur tempus, dies, & hora, in quibus
4 fuit publicum & notorium rectorem decessisse, & beneficium vacauisse, potest enim accidere, quòd moriatur rector hora 15. & quòd eius mors

non

non publicetur nisi hora 20. *Lambert. d. art. 14. nu. 5.* & quot dies habeat annus,& mensis,secundum commu-

5 nem vsum loquendi, & quot horas habeat dies. vide *Philipp. Corn. & Doct. in d. §. dilectus*, annus autem

6 computari debet à die Natiuitatis D.N.I.C. ita in *extrauag. 1. Nos de omnipotentis Dei. de pœnit. in extrauag. comm. & in extrauag. quemadmodum. eod. tit. gloss. in extrauag. vnica. de censib. in verbo, datam pulchrè.* Rota dec. 37. *de iudic. in antiquis. & dec. 2. de verb. sign. in antiquis. Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 53. nu. 12.* nisi adsit con-

7 suetudo, prout est Pisis, vbi annus computatur ab Incarnatione, idest à festo Annunciationis B. Mariæ Virginis. & in anno bissextili, quo additur vnus dies mensi Februarij, & bis dicitur sexto Calend. Mart. duo

8 dies pro vno die cedunt, secus in odiosis. vt per *Sanch. de matrimon. lib. 2. disput. 24. num. 18.* vide Aug. Barbosam *in collect. ad c. quæsiuit. 14. de verb. signif. in §. festum. num. 4. & seqq.*

9 Tempus autem prædictum quadrimestre, seu semestre semper est continuum, & quocumque die currit. *cap. 3. de iurepat.* etiam diebus feriatis. *Lambert. vbi sup. art. 15. & Rocchus de iurepat. in verbo, honorificum. quæst. 34. num. 65. Barbosa de off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 72. num. 127.*

10 & tempus continuum est, quòd semper currit diebus feriatis, & non feriatis, in præsentia, & in absentia, siue sit copia iudicis, siue non, de quo loquitur *text. in l. vlt. C. de præscript. long. temp.* Tempus autem vtile est,

11 quòd non currit diebus feriatis, nec in absentia partis, neque vbi deest copia iudicis. *gloss. in clem. vnica. in verbo, continuum. de in integr. restitut.*

12 quod tempus vtile aliquando est cõtinuè vtile, vt quando quis ignorat ad se spectare aliquod ius, aliquando non. quoddam vtile quoad sui principium, & non quoad progressum. *gloss. in d. clem. vnica. Io. Andr. in c. 2. & in c. quia diuersitatem. de concess. præb. Card. in d. clem. vnica. quæst. 23. Lambert. d. art. 15.* & quam-

13 uis d. tempus datum ad præsentandum sit continuũ à die scitæ vacationis, ab initio tamen est vtile, quia non currit ignoranti. *Rocch. d. quæst. 34. vbi sup.*

14 Mensium autem computatio fieri debet, prout ipsi menses collocantur, & iacent per totum anni circulum. *gloss. in d. c. quam sit. verbo, mensem. de elect. lib. 6.* quamuis aliàs quãdo fit mentio mensis intelligatur de

15 mense 30. dierum. *l. vlt. §. sin autem dubius. iuncto §. simili modo. & §. donec tamen. C. de iure delib. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. casu 50. à nu. 2.* quo

19 fit, vt mensis Apostolicus terminetur in dimidia nocte vltimi diei ipsius mensis, & ab illa dimidia nocte in posterum incipiat mensis Ordinarij collatoris, & duret vsque ad dimidiam noctẽ vltimi diei illius mensis. *l. more Romano. vbi Iason. ff. de ferijs. cap. consuluit. 24. de off. deleg. D. Polidorus Ripa Mediolanen.* vir integerrimus, qui fuit Ordinarius Primarius Iuris Ciuilis in amplissimo Pisano Gymnasio, & amicus meus carissimus, qui obijt Pisis anno 1614. ætat. suæ 44. & sepultus in ecclesia S. Frigdiani Cleric. Regular. S. Pauli Bernabit. in suo *tractatu de nocturno tempore. edito 1602. c. 160. n. 5. & 9. & c. 161. nu. 3.* & ideo quando dubitatur de mense, in quo aliquis obijt, benè est, vt fiat mentio horæ dicti obitus, præuio duorum testium examine, qui asserant obitũ

17 secutum esse pulsata tali hora ab horologio; & si obitus contingat in villa, vbi non sit horologium, si le-

18 gitimè probetur, quòd tempore dicti obitus galli cantabant, prout verisimiliter versus diem cantare solebant, præsumitur, quòd obitus, & vacatio fuerint post mediam noctẽ. & ita fuit resolutum in *Auersana parochialis. 12. Martij. 1562. coram*

Oradino, prout refert *Hieron. Gonzal. in comment. ad* Regulam *octauam* Cancell.*gloss.*11.*num.*16. *Polid.*Ripa *vbi sup. in* 2. *edit. Ioseph.* Ludouic. *decis.Perusina decis.*116. *num.*7. vbi refert quòd in ciuitate Assisij vltimo die mensis Ordinatij ante mediam noctem vacauerat Canonicatus ecclesiæ illius Cathedralis, & fuit collatus ab Ordinario, & in collatione fuit expressum,quòd vacauerat ante mediam noctem, & collatio fuit va-
19 lida. & an galli cantus probet horam relinquitur arbitrio iudicis pensatis circumstantijs,& testium rationibus alijsq. verisimilitudinibus. *ad tex. in l.*3.*§. tu magis scire.ff. de testib. & in cap. in præsentia. de renunciat.* Gonzal. *vbi sup. num.* 25. & si
20 moriatur beneficiatus quando cœpit sonare hora mediæ noctis, & sic etiã post primum pulsum, dicitur beneficium vacare in mense sequẽti.*Garc. de benefic.p.*5.*c.*1.*nu.*524.*Sanchez de matrim.lib.*2. *disput.*41.*num.*40. qui
21 dicit, quòd quando primus pulsus horæ sonat, iam hora est expleta, &. incipit hora subsequens. & *Massob. in praxi hab.conc.ad vac.paroch.eccl. prælud.*23.*dub.*5.& si non possit con-
22 stare quando beneficium vacauerit, an' de mense Apostolico, seu de mense Ordinarij, vt quia beneficiatus fuerit mortuus inuentus,tũc possessor in beneficio præfertur. *Put. dec.*207. *lib.*3. & si neuter possideat,
23 prouisus à Papa debet præferri, & obtinere argumento *text. in c. si à sede.de præb. lib.* 6. de qua re *Gonzal. vbi sup. à nu.* 26. *ad* 48. latè *Garc. vbi sup. d num.* 523. & Ordinarius semper validè confert beneficium in
24 mense Apostolico, si verè vacauerat in mense sibi Ordinario concesso, quia vt beneficium dicatur reseruatum, vel non, consideratur tempus,
25 & hora ipsius vacãtionis, nõ tempus quo durauit,& continuauit vacatio. Rota.*dec.*774.*nu.*3. *&* 10. *lib* 3.*p.*3. *diuers.* latè *Gonzal. vbi sup. à nu.*53. *ad nu.*79. P*ut.decis.*46.*nu.*6.*lib.*3. &
26 quando mors contingeret in mari, quomodo sit probanda vacatio vide *Rotam decis.*666. *& decis.*731.*lib.*3.
27 *par.* 3. *diuers.* & de modo probandi mortem. vide *Crescent. decis.* 3. *de probat. & Mascard. de probat. conclus.*1075. *cum seqq.*
28 Insuper si noua construatur ecclesia, cum dos sit assignanda in ipsa impositione primi lapidis, & ne dos remaneat penes dotantem, tenetur ipse patronus qui dotauit à die dotationis intra quadrimestre si est laicus, & si est ecclesiasticus intra semestre præsentare rectorem ad d.ecclesiam,quamuis enim tunc ecclesia non egeat rectore quoad spiritualia, eget tamen quoad temporalia, vel saltem currit d. patrono tempus à die, in quo venit dies solutionis dotis, nisi ante illud tempus esset ecclesia ædificata,quia à die perfectionis ædificij curreret d. tempus,licèt
29 non venisset dies d. solutionis, quòd si assignatio dotis sit omissa, quo casu ecclesia erit ab Episcopo dotãda, completa constructione cum eiusdẽ Episcopi auctoritate d. tempus incipiet currere d. patrono. vt per *Lambert. vbi sup, art.*16. *& lib.*1.*par.*1. *quæst.*5.*princ.art,*18. *&* 19.
30 Patronus habet etiam nouum semestre si est clericus,& nouum quadrimestre si est laicus ad præsentandum à die, quo præsentatus noluit consentire præsentationi, & à die, quo præsentationem prius acceptatam renũciauit,vel à die mortis præsentati adhuc non instituti, & hoc tempus adeo est nouum, vt nullo modo in eo sit computanda pars primi semestris, seu quadrimestris. argumento *text. de electione loquentis in cap. si electio. de elect. lib.* 6. *vbi Doct.* extendunt textum ad collationem, & postulationem. & super *gloss. ibidem in verbo, integrum.* extendunt illum textum ad præsentationem.*Rota dec.*8.*de iurepat.in nou.* nisi super prædictis fraus intercessisset. & secus etiam est, si patronus ele-

31 elegit, & deputauit præsentandum, sed eum actualiter non præsentauit, tunc enim fit deuolutio ad superiorem. *Lambertin.d.lib.2.p.2.quæst.1. art.* 17. & fuit dictum in *Florentina parochialis.*18.*Decemb.*1589. *coram* Comitulo. *in Lucana plebis*.14.*Martij*. 1597. *coram Penia*. idem est si præsentatio fuit nulla ex aliquo defectu occulto, vt in *Lunen. Sarzanen. Capellaniæ*. 5.*Decemb.*1601. *coram Card.Sacrato*. & in *Mediolanen.iurispat.*22.*Maij*.1595.*&*29.*Ianuar.* 1596. *coram Blanchetto*.

32 Idem est, si patronus ecclesiasticus præsentet aliquem, qui postea repellatur tanquam indignus ob crimen antea occultum & ante institutionem; nam habet aliud semestre ad alium præsentandum. *ad text. in d.c.si electio.de elect.lib.*6. sed patronus laicus si præsentauit talem, qui ob tale occultum crimen repellatur, durante quadrimestre potest variare, & alterũ præsentare. vt per *Lambert. vbi sup. art.*18. & hoc est, quia

33 laicus durante quadrimestre potest variare, & alium præsentare, & si nõ variat, sibi imputet, ecclesiasticus autem variare non potest. *Lambert. d. art.* 18.

34 Si autem patronus, qui præsentauit indignum, fit à Papa restitutus, vt possit iterum præsentare, & fuerit aduersus lapsum temporis restitutus, censetur restitutus dumtaxat ad tempus amissum. *gloss. vlt. in fine in d. cap. si electio.* si autem sit restitutus

35 aduersus sententiam priuatiuam potestatis præsentandi, tunc totum quadrimestre, seu semestre de nouo habebit. *gloss. in d.cap. si electio. in verbo, occultum*.

36 Tempus autem prædictum à die veræ vacationis currit patrono sciẽti illam, ideoq. si rector sit verè priuatus beneficio, & tamen publicè regit, & in illo administrat, tunc patrono nullum currit tempus à die dictæ priuationis, sed à die mortis prędicti rectoris. *Lapus allegat.*78.*dub.* 4.*nu.*12.*& seqq. & Lambert.d.quæst.* 1. *art.* 20. & ratio est hoc in casu,

37 quia patronus non tenetur diuinare, & ideo quando rector est priuatus beneficio, debet talis priuatio notificari patrono, & à die d. notificationis, & scientiæ tenetur patronus præsentare intra debitum tempus per supradicta.

SVMMARIVM.

1 *Procurator patroni præsentans debet infra tempus datum ad præsentandum mandatum exhibere.*
2 *Alias præsentatio non valet.*
3 *Præsentatio pro patrono requirit speciale mandatum.*
4 *Patronus potest ratificare per literas gesta nomine suo.*
5 *Deuolutio fit ad superiorem, si procurator mandatum non exhiberit.*
6 *Procuratores multi præsentant, & non exibent mandatum.*
7 *Præsentatio fit coram superiore præsente præsentando.*
8 *Præsentatus debet acceptare præsentationem intra tempus datum ad præsentandum.*
9 *Patronus post præsentationem non tenetur instare pro institutione.*
10 *Instituere habenti nullum est præfinitum tempus.*
11 *Præsentatus non tenetur instare pro institutione.*

CAPVT QVINTVM.

Procurator patroni si præsentet, quid agere debeat.

1 PROCVRATOR patroni si procuratorio nomine infra legitimum tempus semestris, seu quadrimestris præsenter rectorem ad vacantem ecclesiam, quia non sufficit producere mandatum factum ad præsentandũ, sed actualiter debet fieri præsenta-

 tio.

rio. vt fuit dictum in *Mediolanen.iurispat.*22.*Maij*.1595. *coram Blanchetto*. tenetur infra dictum tempus fidem facere de suo mandato, dictumq. mandatum coram habente instituere apud acta in authentica forma exibere. *Lapus allegat.* 22. *Lambertin. de iurepatronatus. lib.* 2. *par.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 21. *annot. ad* Gregor. XV. *decis.*177.*nu.*7. si enim
2 non exibetet mandatum, nihil valeret præsentatio, quia paria sunt non præsentasse, vel minus sufficienter præsentasse. *cap. si quis iusto. vbi gloss. in verbo, admitti. de elect. lib.* 6. & facit *text. in l. duo sunt* Titij. *ff. de testament. tut.* item, quia præsentare
3 requirit speciale mandatum patroni. vt fuit dictum in *Forolivien. iurispat.* 25.*Octob.*1599.*&* 15.*Maij*.1600. *coram Card.* Lancellotto. *& in Lucana parochialis*. 25.*Iunij*.1601. *coram Card. Pamphilio. Cardin. in cap. vlt. col. vlt. de concess. preb.* & potest pa-
4 tronus infra dictum tempus datum ad præsentandum ratificare gesta per compatronos, vel per suos procuratores etiam per literas. *vt in c. ea noscitur. de his quæ fiunt à præl. Roccbus de Curte de iurep. in verbo, honorificum. quæst.*5.*nu.*23. *& seqq.* & de ratificatione patroni vide *Abb. in cons.*76.*par.*2.& ideo elapso dicto tempore, & non secuta prædicti mandati reali exibitione, seu saltem patroni ratificatione, præsentatio facta per talem procuratorem remanet nulla, irrita, & inualida, & de-
5 uolutio fit ad superiorem, qui tunc stante patroni negligentia prædicta, liberè confert ecclesiam. *Lambert. d. art.*21.*nu.*7.

6 Et in praxi animaduertendum est circa prædicta, quia multi tamquam procuratores patronorum absentiũ præsentat occurrente vacatione, & postea infra dictum tempus non exibent mandatum, nec procurant patronorum ratificationem, & nihil efficiunt, & lites suscitant inanes, & ineptas. vide Rotam *decis.*443.*nu.*3. *par.* 2. *in recentior. apud* Farinacium, & fuit dictum in *Pisana Capellania*. 10. *Decemb.* 1597. *&* 30. *Martij*. 1601. *coram Card. Millino*.

7 Præsentatio autem debet intra dicta legitima tempora fieri actualiter coram habente instituere præsente præsentando. *Rota decis.* 3. *de iurepat. in nouis*. qui postea præsen-
8 tatus debet omnino intra dictum tempus datum ad præsentandum acceptare præsentationem. argumento *text. in c. quam sit. de elect. lib.*6. *Lambert. vbi sup. art.*22.*num.*3. non tamen tenetur patronus post factam præsentationem, intra d. tempus, nec
9 postea facere instantiam coram Superiore, vt præsentatum instituat. *Rota decis.*4.*de iurepat. in nouis*. nul-
10 lum enim tempus reperitur à iure statutum Superiori ad faciendam institutionem, licet ad præsentandũ sit a iure statutum tempus, vt infra dicetur, quando de institutione tractabitur. immo nec etiam præsentatus tenetur infra d. tempus facere
11 instantiam pro assequenda institutione per dicta à *Doct. in cap. cum vos. de off. ordin. & in cap.*3. *in cap. si vero. & in cap. eam te. de iurepat. vide Roccbum de Curt. vbi sup. quæst.* 36. *& Lambert. vbi sup. art.*23.

SVMMARIVM.

1 *Patronus si per errorem præsentet coram Ordinario, potest iterum præsente coram habente instituere etiã lapso termino.*
2 *Nemo tenetur scire iura priuatorum.*
3 *Patronus præsentans coram inferiore, cum deberet præsentare coram Ordinario, non potest lapso termino iterum præsentare.*
3 *Iuris ignorantia neminem excusat.*
5 *Patronus si absit contradictio non tenetur probare se in tempore præsentasse.*
6 *Secus si adsit contradictio, & præsentatio non fuerit admissa.*

Pre-

7 *Præsentatio quādo præsumatur facta in tempore, vel non.*
8 *Præsentatio si fuit admissa præsumitur facta in tempore.*
9 *Præsentatio admittitur si & in quantum.*
10 *Patroni lapso tempore moram purgare nequeunt.*
11 *Mora non purgatur vbi executio fit à iure.*
12 *Deuolutio in beneficialibus fit à iure.*
13 *Episcopus potest post lapsum tempus admittere patronum ad præsentandum.*
14 *Secus est, si Episcopus non contulerit, quia tunc deuolutio fit ad Superiorem.*
15 *Patronus scienter præsentans indignū iterum non admittitur ad præsentandum.*

CAPVT SEXTVM.

Præsentatio vtrum sit inualida, si patronus errās præsentauit coram Ordinario, qui coram alio præsentare tenebatur.

1 PATRONVS si præsentet coram Ordinario per errorem in casu quo tenebatur præsentare coram alio Inferiori habente ius instituendi ex legitima præscriptione, seu priuilegio, tunc, quia patronus habet fundatā intentionem in iure, quo omnes ecclesiæ, & omnia beneficia spectant ad Episcopum loci ordinarum. *c. omnes basilicæ. 16 q. 7.* quamuis lapsum sit tempus datum ad præsentandū, & sciat tunc præsentationem fieri debuisse coram alio, benè poterit iterum præsentare ex iusta causa ignorantiæ coram habente instituere,
2 quia nemo tenetur scire iura priuatorum. *cap. porro de priuileg. Lambertin. de iurepat. par. 2. lib. 2. quæst. 1. art. 24. Aug. Barbosa de off. & pot. ep. alleg. 72. num. 141.* & ideo tunc non fit deuolutio ad superiorem, secus si scienter, & dolosè, fuit dictum in *Lunen. Sarzan. Cappellaniæ*, 5. *Decemb.* 1601. *coram Card. Sacrato, & in Romana iurisp.* 9. *Maij* 1603. *coram Iusto*, quæ præsentatio potest fieri etiam coram Datario, vt habetur in *Lucana plebis.* 19. *Mart.* 1598. *coram Gypsio, & in d. Romana iurisp.* 9. *Maij* 1603. *coram Iusto.*

3 Verum si institutio spectet ad Ordinarium, & patronus præsentet coram prælato inferiore, tunc lapso tempore dato à iure patronis ad præsentandum, patronus non poterit de nouo præsentare, quia ordinarius
4 iure communi habet ius, & auctoritatem instituendi, & neminem iuris ignorantia excusat. vnusquisque enim tenetur scire leges. *l. leges sacratissimæ. C. de legibus. Lapus allegat.* 95. *Lamber. d. art. 24. nu. 3. vide Garciam de benefic. par. 10. cap. 2. num. 7. & 8.*

5 Patronus autem, seu præsentatus, si nullum habeat aduersariū, & nulla adsit contradictio, non tenetur probare præsentationem admissam fuisse factam statuto tempore, quia actus reperitur factus, & præsumitur factus debito tempore. vide *Mascardum de probationib. conclus.* 1218. & *Doct. in c. vt circa. §. 1. de elect. lib. 6.*
6 si verò adest aduersarius, qui id neget, & præsentatio non fuerit admissa ab eo, qui debet instituere, ex causa, quia lapsum erat tempus, & tunc non est præsumendum præsentationem fuisse factum infra debitum tempus, si autem ex alia causa non fuit admissa præsentatio, tunc præ-
7 sumitur tempus Lapsum non fuisse. verum si indistinctè absque causę expressione præsentatio non fuerit admissa, & tunc non præsumitur facta debito tempore, cum simus in incerto cur fuerit reiecta. *Rota decis.* 12. *de
8 iurepat. in antiquis.* si autem præsentatio fuerit admissa, præsumitur facta debito tempore, etiamsi fuerit
9 admissa si & in quantum prout de stylo

ſtylo fieri cõſueuit. Lamber. *vbi ſup. art.* 25. & ratio eſt, quia quilibet præſumitur facere actum vt ſibi acquirat argum. *text. in l. ſi defunctus. C. arbit. tut. iuncta l. cum de indebito. ff. de probat.*

10 Neque poſſunt patroni, qui non præſentauerunt intra debitum tempus, moram purgare, quia vbi executio facta eſt à iure, non admittitur
11 moræ purgatio. *Doct. in l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig. gloſ. & Doct. in cap. mora. de reg. iur. lib. 6.* & in hoc caſu,
12 executio fit à iure, quo deuoluitur ſtatim ad ſuperiorem libera conferendi facultas, prout dicit Abb. *in c. vlt. de iurepat. &* Rota *dec. 6. de iurep.*
13 *in nouis.* poteſt tamen Epiſcopus, & alius habens inſtituere elapſo tempore dato ad præſentãdum, rem gratam facere patrono, eumque ad præſentandum admittere. per *tex. in c. 2. de ſuppl. neglig. præl.* ponderando ibi verbum, liceat, quod ponit cauſam in voluntate illius, cui licet. *Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. hi qui ſunt. & ibi omnes. ff. de verb. oblig.* maxime quando refertur ad factum. vt ibi. & idem eſt in *c. eam te. de iurepat. ibi. licitum ſit tibi. Card. in cle. vnica. de in integ. reſtitut. quæſt. 22. et Lambertin. vbi ſup. art. 27. num. 3. et 5.* quod tamen
14 non procedit, ſi Epiſcopus, vel alius ſuperior infra ſuum ſemeſtre non contulerit, cum tunc deuoluatur ad alium ſuperiorem. *cap. 2. de conceſſ. preb.* non poteſt tamen patronus ad-
15 mitti ad præſentandum etiam durante tempore, qui ſcienter præſentauit indignum, cum pro illa vice, & vacatione fuerit iure ſuo priuatus, & priuatio eo caſu eſt in pœnam. *c. cum vos. de off. ordin.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus datum ad præſentandum an poſſit ab ordinario abbreuiari.*
2 *Inſtitutio facta non prauio edicto eſt inualida.*
3 *Vel ſi fiat durante termino edicti.*
4 *Edicto poſito cum minori termino iuris, ſi alius petat tempus à iure datum obtinet.*
5 *Edicti in termino, ſi nullus compareat, fit inſtitutio.*
6 *Collegij maior pars poteſt abbreuiare tempus, & præſentare.*
7 *Compatronus re integra. lapſo edicti termino admittitur ad præſentandum.*
8 *Et ſi compareat poſt factam inſtitutionem poteſt eam approbare.*
9 *Patroni ſi ſcienter ſinant labi tempus edicti, poſtea non admittuntur.*
10 *Ordinarius an prorogare poſſit tempus datum ad præſentandum.*
11 *Iudex ex cauſa poteſt terminum iuris mutare.*
12 *Ord. data neglig ẽtia patronorum prouidet beneficio.*
13 *Ord. poteſt prorogare tempus datum ad præſentandum quoad ſui præiudicium.*

CAPVT SEPTIMVM.

Ordinarius numquid poſſit abbreuiare, ſeu prorogare tempus datum ad præſentandum.

1 ORDINARIVS an poſſit abbreuiare tempus à iure patronis datum ad præſentandum in edicti appoſitione ſecundum diſpoſitionem *tex. in cap. vlt. de elect. lib. 6. vbi gloſ. & Doct.* concludunt prædictum textum procedere etiam in præſentatione, & ita communiter ſequuntur omnes, & in
2 praxi ſeruatur, nam apponitur edictum cum termino peremptorio, itaut inſtitutio facta ſine edicti affixione nulla eſt. Riccius *in praxi rer. for. eccl. deciſ.* 160. *Lapus allegat. 8. col. vlt. Lambert. de iurep. lib. 2. par. 2. quæſt. 6.*
3 *art.* 17. prout etiam eſt nulla inſtitutio facta antequam terminus edicti tran-

transeat. *Riccius ubi sup. dec.* 161. & fuit dictum in *Foroliuien. iurispat.* 8. *Febr.* 26. *April.* 1599. *coram Cardin. Lancellotto*.

4 His sic stantibus, quæritur, si alij compatroni in termino edicti non compareant, & contradicant, an eis præiudicium afferatur, itaut etiã durante tempore dato ad præsentandum non sint audiendi, & in hoc constitue hos casus.

Primus est casus, quando fuit positum edictum cum minori termino temporis à iure dati ad præsentandum, & tunc si quis compareat, & dicat se velle expectari per totum tempus sibi à iure concessum, debet audiri, sed temen ad vlteriora procedetur ac si non comparuisset, verum si voluerit iura seu producere, audietur, & super eis iudiciũ dabitur.

5 Secundus est casus, quando in termino edicti nullus comparuit, & certum est alium habere iura minima in d. iurep. & tũc elapso edicti termino procedi potest ad institutionem. melius tamen, & tutius esset d. certũ patronum citare speciali citatione.

6 Tertius est casus, quando iuspat. competit collegio, & tunc maior pars potest abbreuiare tempus iuris, & vocata minori parte presentare, sicut fit in electione iuxta dicta per *Abb. & Doct. in c. cum nobis. de elect.*

7 Quartus est casus, quando fuit appositũ edictum cum minori termino, in quo nullus compatuit, & præsenttes eorum iura produxerunt, & tũc ante institutionem re integra cõpatronus admittetur ad præsentandũ, si duret tempus datum à iure, sed secuta

8 institutione non debet admitti d. compatronus, sed si facta sit institutio, posset patronus pro sui iuris conseruatione repræsentare institutum, & in eum consentire, & ita pluries in

9 praxi seruari vidi. verum si patroni sciant edictum fuisse appositum, & sinant labi tempus, quia tunc tacitè videntur approbare præsentationem factam, si probetur dicta scientia, non debent vllomodo ad præsentandum admitti, & de his vide *Lamber. ubi sup. lib. 2. par. 2. quæst. 1. art.* 8. vbi alios deducit. *& Felin. in cap. cum Bertoldus. col. 5. de re iudic. Rocch. de Curte, de iurep. in verbo, honorificum. quæst. 2. princ. ex quib.* patet quando ordinarius, vel alius habens instituere possit in edicto abbreuiare tempus datum patronis ad præsentandum.

10 Verum an ordinarius possit prorogare tempus datum patronis ad præsentandum, & concludas quòd sic, quando de solo ipsius ordinarij præiudicio agitur. *Crescent. decis.* 11. *num. 1. de dilation. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 7. quæst. vigesima-nona, in fine. Gregorius XV. decis.* 177. *num.* 5. *& ibi annotat. nu.* 8. *Vgolin. de potest. Episc. cap.* 51. *§.* 1. *num.* 4. *Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. p.* 3. *allegat.* 72. *num.* 143. *Riccius ubi sup. decis.* 217. *& in collectan. decis. collectan.* 119. *Lamber. ubi sup. d. quæst.* 1. *art.* 27. *&* 28. & ratio est, quia iudex

11 ex causa potest terminum à iure statutũ abbreuiare, & prorogare. *Doct. in cap. cum sit romana de appell. glos. in cap. oblata. & in cap. personas. de appell. Bart. & alij in l.* 2. *ff. de re iud.* Capella Tholos. dec. 196. 445. *&* 426 *Mynsign. decis.* 40. *centur.* 3. item,

12 quia cum post patronos ordinarius possit intra semestre prouidere beneficio de rectore, nec antea, nisi lapso d. semestre ad alium superiorem ius conferendi deuoluatur. *ad not. per Gemin. in cap. vnico §. vlt. vers. quid si laicus. de iurep. lib.* 6. *Rot. decis.* 6. *de iurep. in nouis.* ideo poterit ordinarius prædictus concedere patrono,

13 vt præsentet, & per hoc intelligitur, d. prorogationẽ valere in sui præiudicium tantum, non autem superioris, ad quem post ordinarium deuoluitur collatio, & vide quæ dixi in cap. præcedenti.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Custodia ecclesiæ vacantis spectat ad habentem ius instituendi, nisi patroni sint ecclesiastici.*
2 Laici *non debent se intromittere de rebus ecclesiæ.*
3 *Custodia ecclesiæ collegiatæ vacantis patronatæ pertinet ad collegium.*
4 Patroni *ecclesiastici si sint negligentes in ecclesiæ vacãtis custodia* Episcopus *prouidet.*
5 *Oeconomus in ecclesia vacante ponitur ab habente illius custodiam.*
6 *Oeconomus vacantis ecclesiæ fructus conseruare debet.*
7 *Conc.Trid.sess.24.de reform.c.18.vbi Episcopus prouidet ecclesiæ curatæ vacanti de vicario.*
8 *Etiam si institutio pertineat ad* Inferiorem.
9 *Episcopus stante discordia patronorum potest claudere ostia ecclesiæ, aliaq. facere.*
10 S*candalum ex minis quando dicatur.*
11 *Episcopus stante discordia patronorum quando possit ecclesiam conferre.*
12 *Episcopus patronos discordes concordare debet.*
13 *Episcopus dignum præsentatum potest repellere ad scandalum vitandum.*
14 I*us quæsitum ratione scandali quando perdatur.*

CAPVT OCTAVVM.

Ecclesiæ vacantis custodia ad quẽ pertineat, & quid si inter patronos sit discordia cum scandalo.

1 TEMPORE, quo ecclesia vacat, ille habet dictæ ecclesiæ custodiam, qui habet ius instituẽdi. *gloss. penult. in fine. in c. cũ vos. de off. ordin.* & si patroni sint ecclesiastici, custodia ecclesiæ ad eos patronos pertinet, *cap. cum & plantare. §. in ecclesiis. de priuileg.* ideoq. Episcopus in ea non constituet œconomum. *Innoc.* & alij *in c. vnico. vt ecclesiastica benef. &c. & in cap. 1. ne sede vacante.*

2 Verum si patroni sint laici, ecclesię custodia pertinet ad Episcopum, vel alium habentem ius instituendi, ea ratione, quia laici non debent se intromittere de rebus ecclesiæ nisi quoad defensionem. *cap. 1. & trib. seqq. 10. q. 1. Innoc. in d. cap. cum vos. vbi Abb. Cardin. & alij.* nisi aliud esset concessum ex priuilegio speciali. *Lambertin. de iurepat. lib. 2. par. 2.*
3 *quæst. 1. art. 29.* si autem ecclesia collegiata sit patronata, non quoad præsentationem, sed quoad reliqua, custodia ecclesiæ non pertinebit ad patronum etiam ecclesiasticum, sed ad collegium. *Innoc. in d. cap. vnico. colum. 2. in fine. Abb. vbi supra.* &
4 quando patroni ecclesiastici essent negligentes in ecclesiæ custodia, potest Episcopus, vel alius habens instituere supplere, & eam custodire sine d. patroni præiudicio, qui propriè non habet possessionem ecclesiæ vacantis. *Lambert. ibi num. 8.*

5 Et regulariter in ecclesia vacante ille ponit, & constituit œconomum, donec ecclesiæ de rectore prouideatur qui habet illius ecclesiæ custodiam. *d. c. cum vos.* à contrario sensu, qui œconomus fructus percipiat, eosq. pro rectore nouo conseruet, vel pro vtilitate ecclesiæ, & onera solita impleat. *Lambert. vbi sup. art. 30.* vide *Rocchum de Curte de iurepat. in verbo, honorificum. quæst. 36.*

7 Hodie autem seruari debet *Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18.* vbi habetur quòd vacante ecclesia parochiali cuiuscunque iurispatronatus, Episcopus statim in ea idoneum Vicarium debet constituere cũ congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, qui onera ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore prouideatur, & ita de stylo seruatur quod pro-

procedit etiam si parochialis ecclesiæ institutio ad inferiorē pertineat;
8 quia tunc etiam Episcopus, seu eius vicarius constituet vicariū seu œconomum. *Prax. Archiep. Leonis. p. 2. de collat. benefic. c.* 18. *nu.* 52. *Massobrius in praxi hab. conc. ad vac. par. eccl. requisito* 1. *dub.* 1. *num.* 14. *& dub.* 24. *in fine.* & vide adnotata per Riccium *in praxi rer. for. eccl. decis.* 228. & per Aug. *Barbosam de off. & pot. Episc. p.* 3. *allegat.* 72. *nu.* 188. *& seqq.* & scias, quòd possessio bonorum beneficij vacantis est penes ecclesiam tamquam personam fictam, & repræsentatam. vt per *Innoc. quem ibi sequuntur Doct. in c. cum sup. de causa poss. & prop. Rota dec.* 19. *nu.* 8. *p.* 1. *divers.*

9 Et si inter patronos sit discordia, & de facto ad libitū velint, & côtendat facere quod sibi placet, & ex hoc magna oriantur scandala, adeout malus timeatur euentus, tunc Episcopus ad ea sedanda potest procedere secundum textum in *cap.* 1. *& in cap.* 2. *de iurepatr.* videlicet, iubere, vt claudantur ostia ecclesiæ, sanctæ reliquiæ extrahantur, & in ea diuina officia interdicantur. *Innoc. in d. c.* 1. & scandalum dicitur, quando
10 patroni minantur, & quilibet eorum asserit, quod si instituatur alius, quā à se præsentatus, eum interficiet. *l. vnica. C. si quis. Imper. maledix. & l. vlt. ff. de act. & oblig.* & denique recurrere ad brachium seculare, ad Sanctissimum Papam, & ad Deum Optimum Maximum. *c. ad Romanā.* *il* 2. 2. *quæst.* 6. *& cap. cum non ab homine. de iudic. & c. postulasti. de homi-*
11 *cid.* & elapso tempore dato ad præsentandum poterit Episcopus ecclesiam liberè conferre, dūmodo prius eosdem patronos reducere ad con-
12 cordiam conatus sit, & eam cōfert, si sine scandalo Id facere possit ad textum in *c.* 3. *de iurepat.* etiamsi præ-
13 sentatus aliàs esset habilis, & dignus, eo omisso, alij potest conferre ad scandalum vitandum. vide *Lambert. de iurep. p.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 1. *art.* 31. &
14 quando ius quæsitum ratione scandali perdatur. vide *Innoc.* & alios in *cap. nisi cum pridem. de renunciat. & Felin. in cap. nihil. de præscrip.* vbi ponit 33. specialia pro scandalis euitandis.

LIBER

LIBER OCTAVVS IN QVO CONTINETVR VBI, ET QVALITER SIT FACIENDA.

PRÆSENTATIO.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio fieri debet durante termino dato ad præsentandum.*
2 *Patroni secuta morte rectoris & nondum sepulti præsentare possunt.*
3 *Honestum tamen est præsentare sepulto rectore.*
4 *Præsentatio potest fieri quacumque hora diei.*
5 *Præsentatio potest fieri quacumque die.*
6 *Actus voluntarij quolibet diei fieri possunt.*
7 *Præsentatio est actus voluntarius.*
8 *Processus non fit diebus feriatis, quādo lis est super beneficio in forma iudicij.*
9 *Tempus datum est continuum, & currit de momento ad momentum.*
10 *Præsentatio potest fieri de nocte.*
11 *Patroni quando possint præsentare post tempus lapsum datum ad præsentandum.*
12 *Præsentatio est actus voluntarius, & potest fieri extra territorium habentis instituere.*
13 *Præsentatio non requirit causæ cognitionem.*
14 *Quæ non acquirunt causæ cognitionem possunt etiam extra territorium expediri.*
15 *Vicarius Episcopi non potest extra diœcesim admittere præsentationē.*
16 *Commissio facta à Principe non potest exerceri extra cōmittentis territorium.*
17 *Præsentatio, processus, & institutio extra territorium habētis instituere fieri possunt.*
18 *Secus si adsit contradictor.*
19 *Iurisdictio contentiosa non excedit territorium.*
20 *Iurisdictio stat super territorium vt nebula.*
21 *Episcopus potest extra suam diœcesim exercere iurisdictionem voluntariam.*
22 *Et conferre beneficia.*
23 *Lis non dicitur introducta per actus extraiudiciales.*
24 *Vicarius Episcopi potest extra diœcesim beneficia conferre.*
25 *Legatus potest beneficia conferre extra suam prouinciam.*
26 *Parochus potest suum subditum absoluere etiam extra suum territorium.*
27 *Episcopus potest extra diœcesim causas delegare.*
28 *Episcopus quando extra diœcesim possit contentiosam iurisdictionem exercere.*
29 *Episcopus extra suā diœcesim pōt excōmunicare, & absoluere subditos.*
30 *Anima non circumscribitur loco.*

Ele-

31 *Electio vbi facienda sit.*
32 *Præsentatio vbi sit facienda.*
33 *Præsentatio si fiat iure collegij, facienda est in loco solito d. collegij.*

CAPVT PRIMVM.

Præsentatio quo loco, & quomodo fieri debet.

1 PRAESENTATIO
facienda est intra
tempus datum ad
præsentandum, idest,
eo durante quando-
cumque. vt habetur
in toto titulo de iurepatronatus. &
in præcedenti libro pluries fuit di-
ctum.
2 Ideoq. patroni statim secuta mor-
te Rectoris possunt nouum præsen-
tare rectorem etiam non sepulto re-
ctore mortuo. ita *Doct. in cap. bona.*
il 2. vbi Innoc. Cardin. Abb. & alij.
3 *de elect.* de honestate tamen patroni
possent expectare, vt cadauer præ-
mortui rectoris prius traditum sit se-
pulturæ, & postea præsentare. ad
textum in *cap. obeuntibus. dist. 63. &*
c. postquam. dist. 50. & eadem ratio-
4 ne præsentatio fieri potest quacum-
que hora diei, cum in ea non requi-
ratur de necessitate, quòd celebre-
tur Missa de Spiritu Sancto, quæ ce-
lebrari debet de mane. *c. 1. & cap. po-*
stulasti. cum ibi notat. de celebr. miss.
ideò præsentatio potest fieri quali-
bet hora diei. *Abb. in c. cum nobis.*
in fine. de elect. cum totum tempus
datum patronis ad præsentandum
sit continuum, vt in dixi in libro
præcedenti, & de his supradictis
latè *Lambertin. de iurepat. lib. 2. p. 2.*
quæst. 2. art. 1. & 2. & consequenter
5 præsentatio fieri potest quocumque
die etiam feriato, etiam Paschali, cũ
sit quid extraiudiciale, & sapiat spi-
ritualitatem. *Domin. de S. Gemin. in*
cap. concertationi. de appellat. lib. 6.
6 Actus enim extraiudiciales, & vo-
luntarij quibuscumque diebus fieri
possunt etiam feriatis. *Card. Hostiens.*
in summa tit. de ferijs. §. quid in his
agi debeat. per textum in *l. actus. C.*
7 *de ferijs.* & præsentatio est actus vo-
luntarius, & extraiudicialis. *Roccbus*
de Curte de iurepat. in verbo, honori-
ficum. quæst. 35. nu. 66. Aug. Barbosa
de off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 72. nu.
144. & 145.
8 Si vero super beneficio litigetur in
forma iudicij, tunc talis processus
fieri non potest diebus feriatis in
honorem Dei, cum sit in forma, &
figura iudicij. *gloss. in clem. dispen-*
diosam. in verbo, beneficijs. de iudic.
& vide clem. sæpe. & ibi gloss. de verb.
signif. & Lambert. vbi sup. art. 3. &
9 cum dictum tempus datum ad præ-
sentandum sit continuum, & currat
de momento ad momentum, & sic
10 nox includatur, ideo præsentatio
etiam de nocte fieri potest. *Lambert.*
vbi sup. art. 4. & videndus *Polido-*
rus Ripa, de nocturno tempore. edito
de anno 1602. c. 100.
11 Et dantur multi casus, in quibus
patroni præsentare possunt post lap-
sum tempus eis concessum à iure, de
quibus diximus in præcedenti libro,
vt si præsentatus acceptauit præsen-
tationem, & post renunciauit, vel
præsentatus ante institutionẽ obie-
rit &c. de quibus *Lambert. vbi sup.*
art. 5.
12 Et per supradictas rationes, cum
præsentatio sit actus voluntarius, &
extraiudicialis, potest fieri etiam
extra territorium, & diæcesim Epi-
scopi, vel alterius habentis ius insti-
tuendi. *Cardin. & Abb. in c. nouit.*
de off. leg. Rebuff. de nominat. quæst.
14. num. 29. Gonzal. in comment. ad
Regul. octauam Cancell. gloss. 62. n. 6.
vbicumque reperiatur is, coram quo
fieri debet præsentatio, & etiam in-
stitutio. *Barbosa vbi sup. num. 146.*
13 & ratio etiam est, quia præsentatio
nõ requirit regulariter causæ cogni-
14 tionem, & ea, quæ non requirunt
causæ cognitionem possunt etiam

extra territorium expediri. vt habetur *9.quæst.4.quasi per totam. & l.2. ff. de off. proconf. & leg. & l.1. ff. de off. præf. vrb.* attamen Vicarius Epi-
15 scopi non potest extra diœcesim admittere præsentationem, eamq; confirmare, etiamsi habeat ab Episcopo speciale mandatum. ita *Bald.in l.3. ff. de off. proconf. & leg.* ea ratione,
16 quia commissio facta à Principe nūquam potest exerceri extra territorium committentis. *Bart. in l. cunctos populos. C. de summa Trinit. & fide Cathol.* & sic præsentatio, pro-
17 cessus pro institutione, & institutio sunt actus voluntarij, & extraiudiciales, & possunt etiam extra diœcesim habentis instituere fieri, contradictore non apparente. *Iason. in l.vlt. nu.7.ff.de iurisd.om.iud. Francus in d.cap.vlt.num.9.de elect.lib.6. Gonzal.vbi sup. nu.8.*
18 Si autem sit lis inter præsentatos, & iudicialiter agatur processus extra diœcesim fieri non potest, neque sententia ferri super institutione, cū sint actus iudiciales, & contentiosæ iurisdictionis, quæ iurisdictio nō ex-
19 cedit territorium, & diœcesim, quia iurisdictio (vt solitus erat dicere
20 D. Alexander Ro, seu Raudensis præceptor meus) stat super territorium, tamquam nebula supra paludem, & tamquam accidum super vinum. vide de supradictis. *Bald. in d.l.3. Card. & Abb. in d.c.nouit. & Lambertin. vbi sup. art.6.* & in si-
21 mili Episcopus potest extra suam diœcesim exercere voluntariam iu-
22 risdictionem, & beneficij collationē facere. ita habetur in *cap. post electionem.de conceß.præb.cap.qua fronte.de appellat. glo.in d.c.nouit.in verbo,terminos. ad finem. Gomes. in reg. de non iudicando.quæst.3.in princ. & Couarr.lib.3.var.resol. cap.20. nu.8. Selua de benefic. par. 3. quæst. 40. & quæst.63.* neque per actus extraiudi-
23 ciales dicitur lis introducta. *Doct. in cap.vlt.de elect.lib.6. Lancellott.de attentatis. p.2.c.4. in præfat.nu.275.*
24 Quod etiam procedit in Vicario Episcopi habente potestatem conferendi. *glo.in cap. statutum. in verbo, per se ipsos. de præb.lib.6.Rota dec.5. de off.vic.in antiq.bisigneti.Selua vbi sup.par.2.quæst.14.num.11.Boer.dec. 30.Rebuff. de nominat. quæst.14. nu. 65. Couarr.d.nu.8. Sbrozzius de off. vicarij.lib.2.quæst.101.* & supra dixi Vicarium Episcopi non posse extra diœcesim exercere officium suum, nec admittere præsentationem cogita, quia rarò id in praxi solet acci-
25 dere. sic etiam legatus potest beneficia conferre extra suam prouinciā. *d.glos. in d.cap.nouit.* hinc etiam pro-
26 prius sacerdos, & parochus existens extra suum territorium potest absoluere parochianum suum confiteri volentem. *Cardin.Host. in summa. tit.de pœnit. & remiss.§.cui confitendum vers. & numquid extra territorium. Ias. d. l. vlt. num.6.* præterea
27 potest Episcopus extra suam diœcesim causas delegare. *glo.d.in d.cap. nouit.Ias.in d.l.vlt. nu.8. & ibi Dec.*
28 *num. 6.* & potest Episcopus extra suam diœcesim iurisdictionem contentiosam exercere, quando causæ cognitio non vertitur, & effectus cōfertur in suam diœcesim. *l.vlt. ff.de off.præf.vrb.Bonif.de vital.in clem.1. in princ. num.4. de foro compet.* item
29 Episcopus extra suam diœcesim potest excommunicare, & absoluere suum subditum, quia excommunicatio ligat animam, quæ non circū-
30 scribitur loco. *Abb. in d. c.nouit.nu. 3. vide Gonzal. d. glo. 62. à num. 1. ad 19.*
31 Et quamuis electio sit facienda in ecclesia. *cap.cum terra. & cap.quod sicut. de elect.* vel in alio loco honesto. *Abb.in d.cap.quod sicut.& c.cum terra. num. 2. & alij ibidem*, ita de
32 consuetudine præsentatio fieri solet in ecclesia, & in omni loco honesto in quo reperiatur Episcopus, vel habens instituere, & si fiat præ-
33 sentatio iure collegij, debet fieri in loco consueto d. collegij præmissa

S. Spi-

S. Spiritus inuocatione. *Lambertin. vbi sup. art. 7. & d. art. 2. circa finem.* & vide *Zecchium de benef. & pens. c. 12. nu. 22. & seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio qualiter fiat, quando sunt plures patroni.*

2 *Consensus omnium requiritur, quando aliquid spectat ad omnes.*

3 *Consensus maioris partis quando minori præiudicat, simul fieri debet.*

4 *Commune quando aliquid est pluribus vt singulis, consensus separatè præstari debet.*

5 *Præsentatio si sit facienda nomine collegij, omnes sunt vocandi.*

6 *Præsentatio quæ fit nomine collegij est apud omnes, & apud nullum.*

7 *Patroni si non fuerint vocati ad præsentandum possunt agere de contemptu.*

8 *Vnius contemptus plus valet, quàm multorum contradictio.*

9 *Patronus quoad præsentationem tripliciter sperni potest.*

10 *Patroni singuli singulariter præsentare possunt, & compromittere.*

11 *Patroni si alios compatronos vocent, cautius agent.*

12 *Patroni quando sunt vocandi, valet vocatio, si vocetur ad electionem.*

13 *Patroni quando vt singuli debēt præsentare, consuetudo seruanda est.*

14 *Patronis in coadunandis quis modus seruandus sit.*

15 *Parochiani si præsentare debent, omnes sunt vocandi, & simul conuenire debent.*

16 *Pisis quis stylus seruetur, quando præsentatio fieri debet à parochianis.*

17 *Et tunc locatores domorum sunt vocandi, non conductores.*

18 *Nisi habitatoribus sit reseruatum iuspatronatus.*

19 *Iuspat. si spectet ad populum, omnes de populo vocandi sunt.*

20 *Consuetudo Pisanæ diœc. quando iuspat. pertinet ad communitates.*

21 *Priores Pisarū vicepopuli præsentant.*

22 *Præsentatio si facienda sit à populo, omnes habentes domicilium vocandi sunt.*

23 *Et tunc masculi tantum admittuntur.*

24 *Et etiam pupilli, vel eorum tutores.*

25 *Infans patronus non habens tutorem, & non præsentet, pro eo consanguineus præsentare potest.*

26 *Patroni nequeunt alium non patronū admittere ad præsentandum vno contradicente.*

27 *Patronorum pars maior non potest cōpromittere præsentationē vno contradicente de collegio.*

28 *Secus si habeant vt singuli iuspat.*

29 *Præsentatio non requirit formam capituli quia propter. de elect.*

CAPVT SECVNDVM.

Præsentatio à Populo, à Collegio, & à patronis particularibus qualiter sit facienda.

1 Præsentatio qualiter sit facienda, præsertim cū plures sunt patroni, ad hoc opus est considerare posita per *Bart. in l. omnes populi. nu. 15. & seqq. ff. de iust. & iure. & Felin. in c. cum omnes. de constit.*

2 Primum est, quod in his, quæ pertinent ad plures, & vniuersos, requiritur simul omnium consensus. *cap. in Genesi. de elect.* Secundum. in his, in quibus consensus maioris
3 partis minori præiudicat, etiamsi pertineat ad plures, vt singulos, requiritur, quòd illa fiant simul. *l. & suum heredem. §. hodie. ff. de pactis.* &
4 ideo cum aliquid est commune pluribus, vt singulis, & consensus vnius partis alteri parti nō præiudicat, ilcet separatim fiat, tenebit actus. *l. fundum. ff. de seruit. rust. prædior. late Reccius in praxi rer. for. ecclesiast. decis. 177 Abb. in cons. 76. par. 2. Cæsar de Grassis decis. 1. de iurepat. Rota in vna*

Pistorien.beneficij. 17.*Febr.*1574.*coram fel. rec. Clem. VIII. Steph. Gratian.disceptat.forens.c.*217,*nu.*1.

5 His præmissis constitue casus sequentes, quorum

Primus est, quando patroni sunt vocandi, vt, quia ratione Collegij præsentare debeant, tunc enim non solum ipsi vocandi sunt, sed etiam vocari debet procurator alicuius ex dictis patronis, si eiusdem procuratoris notitia habeatur. *Cardin.in c.*3. *quæst.*7.*de iurepatr.*eo enim casu ele-
6 ctio, seu præsentatio est adeo apud omnes, Itaut apud nullum sit.*c.*1.*& ibi not. de iurep.*

7 Secundus est casus. quando patroni erant vocandi ad præsentandum, & non fuerunt vocati, nec eorum procuratores, & tunc poterunt agere de contemptu. vt in electione secundum *Cardin. vbi sup.* & plus valet contemptus vnius, quam mul-
8 torum contradictio. *c.in præsenti.de elect. cap.bona il* 2.*cap.quod sicut.* §. *quod autem. de elect.* & tripliciter di-
9 citur sperni patronus. 1. quando commodè vocari potest, & expectari, & id non fit. 2. si vocatur & adest & expellitur. 3. si adest & non admittitur ad consilium. *Archid.in c.decernimus.*16.*q.*7. *& Paul. de Citadin. de iurep.p.*6.*quæst.*14.

10 Tertius est casus. non solum possunt patroni singulares singulariter præsentare, & non vocatus non potest agere de contemptu, sed possunt etiam singulariter compromittere præsentationem in aliquos. *Abb.cõs.*70.*dub.*2.*p.*2. & fuit dictum in *Taurinen.iurispatr.*11.*Ianuar.*1585.*corã Card.Pamphilio. & in Florentin.Iurispat.*10.*Martij.*1603.*coram Card. Lancellotto.* & in dubio patroni non præsentant vt vniuersi, sed vt singuli. *Fel.in d.c.cum omnes.nu.*29. *in fine. de constit.* & habetur in *Iacen. portionis.* 23.*Mart.*1606.*coram Pamphilio. & in Burgen. Abbatiæ.* 16. *Maij.* 1589. *coram Penia.* quòd si
11 patroni vocent cõpatronos ad præsentandum, cautius agent, & citius ecclesiæ vacanti prouidebitur, quãuis ad eos iure singulari spectet præsentatio. vide dicta per *Riccium vbi sup.decis.*177. & tunc attenditur præsentatio maioris partis.

12 Quartus est casus. quando patroni sunt vocandi, etiamsi vocentur ad electionem, & non dicatur ad præsentationem, vocatio erit valida. *Federic.cons.*102.*nu.*1.

13 Quintus est casus. quando patroni, vt singuli præsentare debent, quamuis separatim præsentare possint, si tamen consuetudo sit in loco circa hoc obseruata, seruari debet. *Abb. cons.*76.*par.*2.*Rocch. de Curte de iurepat. in verbo, honorificum.quæst.*60. *in fine. Lapus allegat.*78. *num.* 2. *& Card. Mantica decis.* 268. *per totam illam decis.*

14 Et quis modus sit seruandus in coadunandis patronis, & nunquid maior pars possit citari facere minorem partem, & restringere terminum præsentandi à iure præfixum, vide *Abb. in cap. cum nobis. de elect.* & de his *Lambertin. de iurepat.lib.*2. *p.*2.*quæst.*2.*art.*8. *præsertim num.*10. *& seqq.*

15 Quod si parochiani præsentare debeant, vt vniuersi, quia tale ius vt vniuersi habent ex antiqua consuetudine, vel quia de bonis communibus ædificauerunt, construxerunt, vel dotauerunt ecclesiam, tunc omnes, & vniuersi illud ius habentes vocandi sunt, qui simul in vnum locum conuenire debent iuxta dicta à *Io.Andr.in d.c.*3. *de iurepat.Lambert. vbi sup. art.* 9. *nu.*2. & fuit dictum in d. *Burgen. Abbatia.* & in d.*Florentina iurispat.* 10. *Martij.* 1603. *corã Card. Lancellotto.* & ita seruatur in Ciuitate, & Diœcesi Pisana in vacatione ecclesiarum parochialium,
16 quarum iuspatr. pertinet ad parochianos intra limites ipsius parochiæ commorantes, qui vocati omnes hora destinata simul conueniunt in ecclesia vacante, ibiq. per secreta suffragia

fragia eligunt, & nominant præsen-
tandum, & cõstituunt aliquem cer-
tum procuratorem ad faciendum
præsentationem coram Ordinario,
17 quo casu locatores domorum exi-
stentium intra fines parochiæ sunt
vocandi cum præsumantur domi-
ni domorum fundasse, construxis-
se, & dotasse dictas ecclesias.
Lambertin. vbi sup. art. 10. *num.* 2.
& 4. nisi habitatoribus sit reserua-
tum iuspatr. quia tunc habitatores
præsentabunt, & ita etiam quando
parochiani non habent iuspatr. sed
ius tantum petendi rectorem. *Lam-
bert. d. art.* 10. *in fine*. & attendenda
est loci consuetudo. vide quod fuit
dictum in *Pampilonen. de Varidano*.
22. *April.* 1602. *coram* Litta.
19 Quando autem iuspatr. pertinet
ad populum, tunc omnes de populo
vocandi erunt, non regentes, seu gu-
bernatores vniuersitatis. *toto tit. ff.
quod cuiusque vniuers. nom.* & ita ser-
20 uatur in Diœcesi Pisana, in qua quæ-
dam ecclesiæ rurales sunt iurispatr.
communitatum dictarum villarum,
& hominum ibidem habitantium, &
eueniente vacatione dictarum eccle-
siarum habitatores prædicti dumta-
xat conueniunt simul in ecclesia
pro electione præsentandi. verum si
populus solitus sit eligere Antianos,
21 seu Priores, penes quos sit omnis
populi potestas ad textum in *§. se-
natusconsultum. Institut. de iure natu-
rali, gent. & ciu.* & qui omnia popu-
lo, seu ciuitati competentia exercēt.
*Bar. & alij. in l. item eorum. & l. il-
lud. §. si decuriones. & in l. nulli. &
in l. vlt. ff. quod cu. vn. no. Feder. cons.*
112. colum. 6. & prædicti soli possunt
præsentare, vt est Pisis, vbi Domini
Priores sex cum collegio Ciuium d.
Ciuitatis eligunt nomine populi, cu-
ratum, & Priorem ad Prioratum pa-
rochialis ecclesiæ S. Sixti dictæ Ci-
uitatis, cuius ecclesiæ olim fuit Prior
D. Vincentius Mazzolius Decanus
Pisanus auunculus meus, cuius ani-
ma requiescat in pace. vide *Lambert.*
vbi sup. art. 11. *& in art.* 12. dicit,
22 quòd in omnibus casibus, in quibus
totus populus debet conuenire, &
tunc vocandi sunt, & admitti debent
ad præsentandum etiam filiifam. fœ-
minæ virgines, & viduæ semper quā-
do de per se habitant, & separatum
faciunt domicilium, quia de iure
tales interuenire deberent in gerēn-
dis per populum, licèt consuetudo
aliud seruet iuxta aliam doctrinam
Innoc. in cap. 2. *de no. op. nunc.* & ita
23 seruatur in diœcesi Pisana, in qua
pro negocijs populi conueniunt solū
viri, & capita domorum constituen-
tes, & in casibus prædictis quando
24 omnes de populo vocantur, tunc pu-
pilli maiores septennio, vel eorum
tutores ad prœsentandum admittun-
tur, cum omnes dicantur de populo.
Calder. cons. 9. *de iurepat. Lambertin.
vbi sup. art.* 13. & si sint minores se-
ptennio & non habent tutores, tunc
eorum portio accrescit cōpatronis,
25 quòd si iuspatr. totum pertineat ad
infantem non habentem tutorem,
sufficeret, quòd aliquis suus consan-
neus pro eo præsentaret, vel si dare-
tur ei curator, vt pro eo præsentaret,
nam talis erit actus validus etiā non
secuta ratificatione, cum pro eo in-
fante vtiliter agat. *Lambert. vbi sup.
art.* 14. *num.* 3.
26 Verum si iuspatr. spectet ad ali-
quos iure singulari, seu iure collegij,
tales non possunt admittere ad præ-
sentandum alium, qui non sit patro-
nus, vno ipsorum contradicente ar-
gumento textus in *cap. scriptum vbi
Abb. num.* 3. *de elect. & in cap. quia
propter. & in cap. in causis. de elect.
Lambert. vbi sup. art.* 16. & eadem
27 ratione maior pars non potest in ali-
quem compromittere præsentatio-
nem minore parte inuita, seu vno
tantum contradicente. *Abb. in c. cum
Vinctoniensis. num.* 3. *de elect. & in
d. c. in causis*. quòd procedit in ha-
bentibus iuspatr. iure Collegij, seu
Vniuersitatis, nam si essent patroni
28 habentes iuspatr. vt singuli possent

Qq 3 sepa-

separatim,& ad libitū intra legitima tempora præsentare, seu compromittere. *Lambert. ubi sup. art.* 17. *Riccius ubi sup. dec.* 177. prædicta,
29 nec in præsentatione seruari debet forma tradita *in d.c.quia propter. de elect. ubi Abb. id declarat*.

SVMMARIVM.

1 *Collegium quando habet præsentare, quis illud conuocari facit.*
2 *Et tunc ille conuocat, qui aliquo iure habet talem potestatem.*
3 *Capitulum Pisanum à quo conuocetur.*
4 *Conuocans collegium terminum iuris abbreuiare nequit.*
5 *Antiquior conuocat collegium, si alius non sit habens talem potestatem.*
6 *Duæ partes collegij, seu uniuersitatis conuocant tertiam partem.*
7 *Minor pars stante fine termini potest conuocare maiorem.*
8 *Et si solus non poterit alios conuocare solus præsentabit.*
9 *Collegij iura in uno etiam conseruantur,*
10 *Canonicorum conuocatorum si duæ partes remaneant, actum expedire possunt.*
11 *Paria sunt non uenire, uel uenire, sed non expectare.*
12 *Canonicorum si duæ partes recesserint, tertia nihil agere potest.*
13 *Nisi instet finis termini iuris.*
14 *Omnibus uocatis, si duæ partes comparent, ualide præsentant.*
15 *Conuocatio quando fiat per campanam.*
16 *Pisis conuocatio fit à seniori, quando Collegium habet iuspatr.*

CAPVT TERTIVM.

Collegium, seu Vniuersitas ex cuius mandato conuocari debet, si iuspatr. ad Collegium, seu Vniuersitatem pertineat.

1 QVANDO queritur, quis debeat cōuocari facere eos, quorum interest, quādo iuspat. pertinet ad Collegiū, seu Vniuersitatem, constitue cum *Lābert. de iurep. lib. 2. p. 2. quæst. 2. art. 19.* casus sequentes, quorum
2 Primus est. si adsit aliquis, qui ex priuilegio, statuto, seu legitima consuetudine habeat talem potestatem cōuocandi, ille poterit exercere
3 actum prædictum, vt in Capitulo ecclesiæ Pisanæ, in quo Archipresbyter, qui habet primam dignitatem, & primum locum in Capitulo tum ex constit. Capit. tum ex legitima & antiquissima cōsuetudine conuocat Capitulū pro negocijs gerēdis, & Archipresbyt. absente, talem potestatē habēt Archidiaconus, Decanus, & deinceps, qui maior & antiquior est in d. Capitulo, sed si talis vellet abbreuiare terminum iuris datum ad præ-
4 sentandum, non posset. *Abb. in cap. cum nobis. nu. 9. de elect.*
5 Secundus est casus. si nullus fit, qui habeat talem potestatem, antiquior faciet d. conuocationem. *Abb. in cap. 1. nu. 4. de maior. & obed.* quòd procedit in collegijs ecclesiasticis. *Innoc. et Abb. in d. c. 1.* & quando est
6 vniuersitas secularis duæ partes debent cōuocare tertiā partem, & actū expedire si tertia pars non venerit. *Abb. et Felin. in c. cū omnes. de constit.*
7 Tertius est casus: stante fine termini à iure dati ad eligendū, seu præsentandum, pars præsens etiā si minor sit, vel vnus tantū poterit conuocare maiorem partem. *Abb. in d. cap. cum*
8 *omnes. num.* 13. si autem non possit alios cōuocare ex aliqua iusta causa,

sa, solus poterit actum electionis, seu præsentationis expedire. *Innoc. in c. cum nobis olim. num. 6. & ibi Abb. num. 9. in fine, de elect.* quia iura col-
9 legij in vno etiam conseruantur alijs mortuis, vt notatur in *cap. 1. de elect. & ibi Abb. num. 6.*

10 Quartus est casus, si omnes canonici de Collegio sunt vocati pro expeditione electionis, præsentationis, vel alterius negocij, si duæ partes remanserunt, semper poterunt actū expedire, est enim idem, ac si tertia pars vocata venire noluisset, nam pa-
11 ria sunt nō venire, vel venire, sed nō expectare vsque ad finē. *vt in c. 1. de iudic. & in c. certum. 11. q. 3. ita Abb. in d. c. cum nobis. num. 10.*

12 Quintus est casus, si in casu præmisso duæ partes recesserint, vel vltra, tunc tertia pars nihil agere potest, quia Capitulum, seu Collegium non conseruatur in minori parte, vt in *c. Ecclesia il 2. de elect.* & illi rece-
13 dendo videntur reuocare vocationē factam, nisi instet finis termini iuris. vt per *Abb. ibid. d. num. 10.*

14 Sextus, & vltimus casus est, quando vocatis omnibus duæ partes tantum comparent, & tunc valebit præsentatio facta per maiorem partem illarum duarum partium. ita *Cald.*
15 *cons. 11. de iurepat.* & quando debeāt venire ad sonum cāpanæ, tradit *Abb. in d. c. in causis, nu. 5. de elect. & Felin. in c. cum omnes. de constitut.* Pisis au-
16 tem quando iuspatronat. pertinet ad aliquam vniuersitatem non habentem aliquod caput, puta ad vniuersitatem Parochianorum, tunc d. conuocatio fit à saniori, seu digniori, & cum sono cāpanæ vacantis ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Patronus si quis pro parte sit, pro alia Collegiū, de quo, & d. patronus vnus sit, quomodo fiet præsentatio.*
2 *Vnus duplici officio fungi potest.*
3 *Debet tamen tunc idem præsentari.*
4 *Patronus laicus potest duos cumulatiue præsentare.*
5 *Collegij actus, si non fiat rite, minor pars appellare poterit.*
6 *Minoris partis contradictio sufficit, ne actus fiat.*
7 *Dūmodo allegetur causa rationabilis.*
8 *Vnus pōt aliquādo vniuersos impedire.*
9 *Contradictio est appellatio extraiudicialis.*
10 *Appellatio pro inuitatione, & prouocatione capitur.*
11 *Personarum appellatione non veniunt collegia.*
12 *Persona est res animata.*
13 *Collegium est persona ficta.*
14 *Collegium est quoddam corpus.*
15 *Collegium quare excommunicari nequeat.*
16 *Vniuersitas aliud est, aliud persona vniuersitatis.*
17 *Capitulum aliud est, aliud singuli de Capitulo.*

CAPVT QVARTVM.

Præsentatio quomodo fiat, si iuspatronatus pro parte ad Collegium, & pro parte ad alium existentem de Collegio pertineat.

1 SI quis habeat iuspatronatus de per se tanquam singularis persona in aliqua ecclesia, cuius iurisp. pars pertineat ad Collegium, seu Capitulum, cuius d. patronus est etiam canonicus, & vnus, poterit iste præsentare cum Capitulo tanquam vnus de capitulo, & postea poterit præsentare de per se tanquam patronus, & ratio
2 est, quia potest quilibet fungi duplici officio, licet sit vna persona. *cap. à collatione. de appellat. lib. 6. Abb. in cap. cum olim. num. 2. de re iud.* debet tamen vnum, eundemque præsenta-
3 re, non diuersos, quia qua conscientia ducitur ad præsentandum vnum iure collegij, eadem conscientia debet

bet duci ad eundem præsentandum
iure singulari per *text. in cap. penult.*
§. porro. de elect. lib. 6. Lapus allegat.
22. *num. 4. & 5.* Felin. *in d. cap. cum*
4 *olim. num. 3.* sed si esset patronus secularis poterit variare; & duos cumu
latiuè præsentare. *Lambertin. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 2. art. 20.* ita vidi seruari in ecclesia curata S. Mariæ
de Mezana, cuius iuspat. pro dimidia
ad Capitulum Ecclesiæ Pisanæ, &
alia dimidia ad Nobiles Pisanos domus Bocca pertinet, nam quando ex
dicta familia adfuit aliquis canonicus tanquam patronus præsentauit,
& tanquam canonicus in Capitulo
votum dedit.

5 Verum si actus non fieret canonicè, poterit à minori parte appellari.
cap. cum nobis olim. de elect. ideoque
dicunt Doctores, quod ad impediendum actum Vniuersitatis, ne fiat, suf-
6 ficit contradictio minoris partis per
text. in cap. 1. de his, quæ fiunt à maior. par. cap. immo sufficit vnius contradictio. *c. nicœna. vbi Archid. dist.*
31. dummodo allegetur causa ratio-
7 nabilis, quare fieri non debeat. Quapropter clarum est vnum solum cum
8 iustitia posse impedire vniuersos, secundum *Archid. in c. oportet. dist. 61.*
& Felin. in d. cap. cum omnes. col. 11.
in 9. fall. de constitut. & talis contradictio est appellatio extraiudicialis.
9 *l. vlt. ff. de appell. recipiend.* nam appellatio dicitur, & sumitur pro quacun-
10 que inuitatione, vt in *l. item apud Labeonem. §. appellare. ff. de iniurijs.* &
sumitur pro prouocatione ad iudicium. *cap. cum sit romana. §. bone. de appell. vide Lamb. vbi sup. art. 21. n. 4.*

11 Et hic est notandum, quòd appellatione personarum non venit collegia, & vniuersitates. *l. intantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis.* Bald. *in cap. 1. §. conuenticulas. num. 2. de pace iur. firm. in vsib. feudorũ,* quia perso-
12 na est res animata, & rationabilis in
indiuidua substantia; collegium autem, siue vniuersitas non est talis, sed
13 ficta persona, & repræsentata, quæ in
seipsa considerata animam non habet, sed est quoddam corpus ex mul
14 tis ad inuicem collectis vnam tamen
solam personam repræsentans. *l. mortuo reo. vbi Albericus. num. 3. & 4. ff. de fideiussor.* hinc Collegium, & Vni-
15 uersitas excommunicari non possunt, cum excommunicatio sit pœna animæ, & collegium animam
non habeat. *cap. romana. §. in vniuersitatem. de sent. excommun. lib. 6.* sed
in fauorabilibus, & quando subiecta
materia est apta ad comprehendendum collegium, secus est. *Hieron. Gonzal. in doctiss. comment. ad reg. 8. Cancell. glos. 37. per totam.* vbi ponit sex
limitat. ad prædicta, & aliud est vniuersitas, aliud singulæ personæ vni-
16 uersitatis. *glos. in l. sicut in princip. in verbo, non debetur, & ibi Doct. ff. quod cu. vn. nom.* & aliud est Capitulum,
17 aliud singuli de Capitulo, *c. Episcopus. §. qui manumittitur. 12. quæst. 2. Felin. in c. cum accessissent, num. 22. de constitut.*

SVMMARIVM.

1 *Patronis competit actio confessoria, & negatoria contra eos præsentare impedientes.*
2 *Et ita est communis opinio.*
3 *An autem eis competat vtilis, vel directa.*
4 *Actio directa eis competit.*
5 *Patroni tunc possunt agere ex cap. 3. de iurepat.*
6 *Auctor de istis actionib. dixit.*

CAPVT QVINTVM.

Patronis quæ actio competat
contra impedientes eos
præsentare.

1
ATRONIS contra impedientes eorũdem patronorum præsentationem competit actio cõfessoria, & negatoria.

toria. *Rocch.de Curte, de iurepat.verbo,ius.quæst.1.princ.num.6.Lamber. de iurepat.lib.2.par.2.quæst.2.art.22 glos.2.in c.examinata, & ibi Ant.de*
2 *Butrio. Abb. & alij de iudic.* vbi testantur hanc esse communem Doctorum sententiam, an'autem com-
3 petat talis actio directa, vel vtilis, vide *gl.in l.in rem.§.loca sacra ff. de rei vendic.Bald.* Cardin. *& Barbat. in cap.quanto.de iudic. & Cardin. &* Abb. *&* Barbat.concludunt in *d.cap.*
4 *examinata.* & vbi supra competere directam, quia non datur pro ipsa ecclesia, sed pro ipso iurepatr. seu iure præsentandi, quod est in dominio patronorum. *Feltn. d. c.quanto. &* Lambert.*vbi sup.* vbi dixit, quod
5 cum iuspat. competat laicis ex gratia. *cap.3.de iurepat.patroni deberet agere ex d. c.3.* potius quàm ex supradictis actionibus, & de prædictis
6 actionibus confessoria, & negatoria vide *Aretinum*, *Iasonem*, *& alios in* S.*æque.inst. de actionibus.* vbi & ego in lectura mea latè dixi dum essem publicus professor in florentissimo,& antiquissimo Pisano Gymnasio.

SVMMARIVM.

1 *Patroni dicuntur præsentare propriè,&*
2 *Impropriè eligere dicuntur.*
3 *Patroni prius eligunt, & nominant, post præsentant.*
4 *Præsentationis forma quæ sit.*
5 Et *d.formæ ponitur exemplum.*
6 *Patronus si dicat, volo præsentare, si alia concurrant,præsentare dicitur.*
7 *Idem est, si dicat præsento, & nil aliud, & sit præsens præsentandus.*
8 *Idem est, si dicat præsento titium præsentem non addito cognomine.*
9 *Præsentatium declarationi standũ est.*
10 *Patronus si dicat, præsento quem talis præsentabit,non dicitur præsentare.*
11 *Sed tunc dicitur cõstituere procuratorẽ.*
12 *Electio non valet,si eligens dicat,eligo quem talis elegerit.*
13 Ele*ctio potest fieri sub conditione.*
14 *Vel cum consilio certæ personæ.*
15 *Patroni possunt præsentare plures, vt ex eis Episcopus instituat quem velit.*
16 *Dummodo eis non competat iuspat.iure Collegij.*
17 *Collegij media pars si vnum, alia alterum præsentent,quis instituendus.*
18 *Patroni possunt compromittere potestatem præsentandi.*
19 *Compromissarij ab initio possunt esse incerti, postea certificandi.*
20 *Patronus facto compromisso an possit præsentare.*
21 *Compromissarij si debito tempore non præsentes, fit deuolutio.*
22 *Compromissarij si præsentent indignũ ratificante compromittente, perditur præsentandi facultas.*
23 *Electus à compromissarijs, seu præsentatus si renunciet, eligunt compromittentes.*
24 *Præsentatio potest fieri sub quauis conditione dummodo purificetur.*
25 *Dummodo talis conditio non insit de iure.*
26 *Collatio, seu electio sub conditione quando valeat.*
27 *Electio non fit per vota conditionalia.*
28 *Papa potest conferre beneficia sub conditione.*
29 *Præsentatio patroni ecclesiastici habet vim electionis in aliquibus.*
30 *Patronus ecclesiasticus potest præsentare duos sub conditione.*

CAPVT SEXTVM.

Præsentatio quomodo fit facienda, numquid possint plures præsentari, seu præsentatio compromitti, vel fieri possit sub conditione.

1 PATRONI dicũtur propriè præsentare Rectorem ad vacantem ecclesiam. *c.quod autem. ibi præsentatus. & ibi præsentatio. cap.quia clerici. ibi præsententur. c.illud. ibi ad præsentationem.*

tionem.c.cum laici. ibi. ad eorum præsentationem. & in c.consultationibus. ibi ad præsentationem . & ibi tempore præsentationis.: & alibi in tit. de iurepatronatus. igitur impropriè, & abusiuè dicuntur eligere. *glos.*1. & 2. *in*
2 *cap.vlt.de iurepat.* Abb. *in c.*2. *de iurepat.* *Archid.in c.decernimus.*16.*q.*7. & difficultatem hanc soluit *text. in cap.nobis. de iurep.* dum dicit, *vnus prebyter à patronis eligatur,* & postea dicit, *illum electum præsentandum.* lo-
3 quitur ergo text.de electione, quam faciunt patroni inter se de præsentando aliquo antequam præsentent, nec sufficit patronis post vacationem cogitare super nominatione præsentandi, sed necessarium est, vt actualiter coram habente instituere præsentent aliquem clericum habentem qualitates requisitas, vt dixi in lib. præcedenti.

4 Forma autem huiusmodi actualis præsentationis est, vt compareăt patroni personaliter coram ordinario, vel alio habente ius instituēdi simul cum clerico præsentando duobus testibus, & notario dicendo, prout infra in scriptis.

5 Coram Domino Vicario Generali, &c. comparet Rainuntius de Spina Nobilis Pisanus patronus ecclesiæ S.Bartolomæi sitæ in Ciuitate Pisarum vacantis per obitum Presbyteri Antonij Vannij vltimi illius Rectoris, & coram vobis præsentat ad d. ecclesiam sic vacantem in illius rectorem Presbyterum Nicolaum Vmbrosium clericum, & ciuem Pisanum præsentem, & acceptantem, petens dictam præsentationem admitti, dictumq; præsentatum institui, & prout infra in *cap.seq.* formam præsentationis afferemus, de qua praxi vide *Abb.in c.vlt.de iurepat.* & Lambert. *de iurepat.lib.*2.*par.*2.*quæst.*3.*art.*1. *num.*5.

6 Quòd si ignoranter patronus coram Superiore, & præsente præsentando diceret, & proferret hæc verba, *volo præsentare vobis talem pro rectore ecclesiæ, &c.* quia tunc cum ipso facto fiat præsentatio, debent dicta verba intelligi, idest, præsento cum adsint requisita ad faciendam præsentationem, videlicet, persona præsentantis, præsentia præsentati, & habentis instituere. vt per Lapum *allegat.*75. Lamber. *vbi sup. art.*2. & 11. nisi præsentandus esset notus, quia etiam absens tunc potest præsentari. vt in *præc.lib.*6.*cap.*8. dictum est. eadem ratione dicendum est, si
7 adsint tres supradictæ personæ requisitæ in ipsa præsentatione, & dicat patronus, præsento vobis ad talem ecclesiam, & non dicat, quem; vel dicat, præsento Titium, & non dicat cui, censetur nihilominus facta præsentatio. iuxta *text. in l.Pamphilio.§.propositum.ff.de leg.*2. & *doctrinam Bart.in l.gerit.col.*4. *ff.de acq.hæred.* & *Lamber. vbi sup. art.*3.
8 *num.*5. idem est si patronus præsentet Titium clericum præsentem, & adsint alia requisita ad præsentationem non addito alio cognomine dicti Titij, dummodo constet de quo præsentans intellexit. *Bertachin. Firman.in tract.de Episc.lib.*2.*par.*1. qui loquitur in electione, nam de-
9 clarationi eligentium, & præsentantium tunc standum est. per *text.in c. cum dilectus.de elect.* & *secūdum* Bar. *in l.quidam in fine princ.ff.de reb.dub.* & *facit tex.in l.duo sunt Titij. ff. de testam.tut. vide* Lambert. *vbi supra art.*4.

10 Verum si patronus dicat, præsento quem talis præsentabit, nulla est præsentatio, nisi secuta præsentatione actuali illius talis, nam per illa verba potius ordinatur, & constituitur procurator ad præsentandum, quod fieri potest quando ecclesia
11 vacat. *cap.vlt. de concess. præb.* argumentando à contrario sensu, quamuis non valeat electio, si dicatur, eli-
12 go, quem voluerit, & elegerit Decanus. *cap. in electionibus. vbi gloss.in verbo, incerta.de elect.lib.*6. potest ta-
13 men fieri electio sub conditione, si talis

talis non obtinebit. *gloss. vlt. in cap.*
cum terra. & ibi Doct. de elect. vel cũ
14 consilio certæ personæ per *text. in c.*
cum inter il' terzo de elect. Lambert.
vbi sup. art. 5.
15 Adnotandum est etiam, quod pa-
troni possunt ad vacantem ecclesiã
plures præsentare ea lege, vt vnus ex
eis ab Episcopo vel habente insti-
tuere eligendus instituatur. ita ha-
betur in *clem. plures. in vers. quibus*
etiam. & ibi glos. in verbo, per Epi-
scopum. de iurepat. quod procedit in
omnibus patronis tam clericis, quàm
laicis, dummodo eis non competat
16 iuspat. iure eccles. pura Collegij, vel
alterius Vniuersitatis. quod declara,
vt per *Lamber. vbi sup. art. 6. &* 8. vbi
17 si iuspat. pertineat ad collegium, &
media pars præsentet vnum, altera
media pars præsentet alium, valet
vtraque præsentatio, & erunt atten-
denda merita maiora præsentatorũ.
18 Possunt insuper patroni compro-
mittere in certas personas nõ laicas,
nisi essent compatroni potestatem
præsentandi, & possunt eligere ali-
quos, à quibus eligantur compromis-
sarij, qui postea præsentent illum,
19 qui eis placuerit, & sic à principio
possunt esse compromissarij incerti,
certificãdi tamen per eos, quibus da
ta est potestas eos eligẽdi. ita est *tex.*
in c. in causis. vbi Abb. & Doct. de ele.
Lap. alleg. 78. *n.* 5. *Lamb. vbi sup. ar.* 7.
20 *per tot.* & in casu talis cõpromissi, re
non integra, patronus nõ potest præ-
sentare. *Doct. in d. c. in causis.* & si cõ-
21 promissarij debito tẽpore non præsẽ
tẽt, fit deuolutio ad superiorẽ. *c. si cõ-*
promissarius. de elect. lib. 6. insuper si
22 compromissarij præsenteut indignũ,
& compromittẽtes ratam habuerint
præsentationẽ, pro illa vice amittunt
ius præsentandi. *d. c. si comp. §. si vero*
23 *eligat.* & sicut renunciante electo à
compromissarijs, eligunt cõpromittẽ-
tes. *d. §. si vero eligit.* ita renunciante
præsentato à cõpromissarijs patroni
compromittentes præsentabunt, si
duret tempus datum ad præsentan-
dum, vt per *Lamb. d. ar. 7. n. 5. & seqq.*
24 Potest etiam fieri præsentatio sub
conditione, incerta, dubia, & ob-
scura, dummodo talis conditio infra
tempus datum ad præsenrandum
purificetur, incertitudo certificetur,
& obscuritas fiat clara. ad *textum*
in d. clem. plures. §. vlt. de iurepatr.
quòd etiam in ecclesiastico patrono
procedit. *Geminian. in c. 2. de elect.*
lib. 6. nu. 4. Rebuffus in concordatis. in
forma mandati. verbo, innodatus exi-
stit. ad finem. Lambert. vbi sup. art. 5.
nu. 5. & art. 9. nu. 4. & fuit dictum in
Pampilonen. parochialis de Cicur ma-
ior. 30. *Octob.* 1602. *coram Card. Lan-*
cellotto. & in *Vicana iurispatr.* 28.
Nouemb. 1605. *coram Greg. XV. &*
Garc. de beneficijs. par. 8. c. 2. num. 3.
vbi num. 4. id limitat non procedere
25 in conditione, quæ inest de iure, pu-
ta si vacat beneficium. *Gemin. vbi*
sup. num. 10. *Rota decis.* 36. *de præb.*
26 *in antiquis.* valet tamen collatio,
seu electio facta sub conditione de
præterito, vel de præsenti, si benefi-
cium vacat. *Coras. de benefic. par. 1.*
cap. 3. num. 24. Lambert. d. art. 9. nu. 2.
Garc. ibidem num. 5. & seqq. in ele-
27 ctione tamen vota conditionalia nõ
admittuntur. *d. c. 2. de elect. lib. 6.*
28 A Papa tamen ex suprema, & ple-
nissima potestate, quam habet in be-
neficijs. *c. 2. de præb. lib. 6.* potest fieri
collatio sub conditione etiam de fu-
turo, & quæ non insit, alternatiuè,
copulatiuè, & ad tempus. *c. pastora-*
lis. 7. q. 1. cap. veniens. de fil. presbyt.
Selua de benefic. par. 3. quæst. 20. n. 2.
& 5. Rebuff. in praxi tit. requisita ad
collationem bonã. n. 14. Azor. inst. mor.
p. 2. lib. 6. c. 26. q. 1. Gar. vbi sup. n. 50.
29 Nec obstat, quòd præsentatio pa-
troni ecclesiastici habeat vim ele-
ctionis, quia vt dicit *Rocchus de Cur-*
te de iurepat. in verbo, honorificum.
quæst. 9. num. 34. illud procedit quo-
ad hoc, ne patronus ecclesiasticus
variare possit, sicuti nec electores va-
riant, non autem quoad reliqua,
30 potest tamen patronus ecclesiasti-
cus

Digitized by Google

tus præsentare duos sub conditione, & successiuè pro eius securitate, vt euitet lapsum temporis, puta, præsento Stephanum, qui si fuerit indignus, vel non idoneus, præsento Laurentium. *Lambertin. vbi sup. art. 9. num.* 5. His accedit, quòd si facta sit præsentatio sub illicitis conditionibus, si non sit acceptata per præsentatum, & non habuit effectum, non priuantur patroni facultate iterum eundem ritè, & rectè præsentandi. *ex not. per Doct. in c. tua nobis. vbi Abb. num.* 5. *de simon.* & fuit resolutum in Pampilonen. *rectoriæ.* 20. *Octobris.* & 5. *Nouemb.* 1586. *coram Orano.* & in Lucana *plebis.* 29. *Aprilis.* 1591. *coram* Gypsio.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio fit coram habente instituere.*
2 *Præsentatio vera quæ sit.*
3 *Patronus si præsentet per epistolam, epistola quando exiberi debeat.*
4 *Præsentatus si deserat instrumentum præsentationis, quando valeat præsentatio.*
5 *Præsentatio tres personas requirit.*
6 *Superior habens instituere semper debet esse præsens, dum fit præsentatio, & quæ sit ratio.*
7 *Præsentatio fit coram* Capitulo, *sede vacante.*
8 *Laicus absque Episcopo non potest conferre ecclesia patronatam.*
9 *Ecclesia sita in confinibus duarũ diœcesum est communis* Episcopis *illarum.*
10 *Arbor in confinio posita est cõmunis.*
11 *Ecclesia si est in confinio, alternatim melius est vt ob Episcopis prouideatur.*
12 *Quamuis alij dicant ecclesiã ad Episcopum spectare, in cuius diœcesi est caput ecclesiæ.*
13 *Alij asserunt illius esse, in cuius diœcesi est porta ecclesiæ.*
14 *Et tunc patronus potest præsentare coram vno ex dd.* Episcopis.
15 *Præsentatio ex præuentione quando coram aliquo fieri possit.*
16 Causa *eadem coram diuersis iudicibus tractari non debet.*
17 *Præsentatus per diuersa iudicia non debet distrahi.*
18 *Institutio si ad plures pertineat, satius est alternatim instituere.*
19 *Præsentatio sit facienda cum consensu alicuius, consentire debet præsens.*
20 *Præsentatus debet acceptare præsentationem, & quando.*
21 *Præsentatio si fiat de præsente præsumitur acceptata.*
22 *Præsentatus absens debet infra tempus datum ad præsentandum consentire.*
23 *Præsentati acceptatio quando fiat.*
24 *Præsentatus cogi non potest ad præsentationem acceptandam.*
25 *Beneficium non confertur in inuitum.*
26 Cap. *vt quis duas. de elect. lib. 6. quando locum habeat in præsentato.*
27 *Præsentatus post præsentationem potest agere gratias præsentandi.*
28 *Patronus rogari potest, vt præsentet.*
29 *Beneficio pro accepto gratia referẽda.*
30 *Ingratitudo vitium pessimum.*
31 *Præsentatus post præsentationem dans aliquid patrono, quando non committat simoniam.*
32 *Præsentatus non potest imponere censum super ecclesia patronata.*
33 *Fructus præsentationis qui sint.*
34 *Ordinarius non potest instituere, nisi præsentatum.*
35 *Præsentatio acquirit ius præsentanti.*
36 *Præsentatio reuocat ordinationem factam ab Ordinario.*
37 *Præsentatus habet ius petendæ institutionis.*
38 Forma *præsentationis ponitur.*
39 *Præsentationis admissio.*
40 *Edictum continens præsentationem.*
41 *Præsentatio de substantia non requirit scripturam.*
42 *Cautius tamen est in ea adhibere scripturam.*
43 Forma *præsentationis eadem seruatur si fiat coram inferiore.*

CA-

CAPVT SEPTIMVM.

Præsentatio fieri debet coram habente instituere, & præsentatus debet præsentationem acceptare, & ponitur forma præsentationis.

1 Præsentatio de necessitate fieri debet coram habente instituere, &
2 vera est præsentatio, quando persona præsentati sensibus corporeis exibetur coram habenre instituere. *cap. ea noscitur. ibi. ipsis Diœcesanis præsentauit. & ibi Abb. de his, quæ fiunt à præl. Abb. & alij in cap. vlt. de iurepat. & ex Concil. Trid. sess. 14. de reform. c. 13.* & præsentatio Episcopo instituere habenti fieri debet, idest in eius curia, vel coram eius Vicario. *Campanil. in diuersor. iuris canonici. rubr. 11. cap. 13. nu. 395. & seqq. Reuerendiss. D. Riccius nunc Episcopus Vican. in praxi rer. for. eccl. dec. 156. Aug. Barbosa in collectan. ad cap. cum laici. nu. 2. de iurepat.* aliàs præsentatio esset nulla. *d. c. cum laici. vbi Doct. & d. c. ea noscitur.* & fuit dictum in *Mediolanen. Capellaniæ. 26. Iunij. 1596. coram Card. Pamphilio. in Hostunen. Capellaniæ. 17. Nouemb. 1600. coram Iusto. in Viana iurispat. 28. Nouemb. 1601. corã Sanctiss. Greg. XV in Lunen. Sarzanen. Capellaniæ. 20. Iunij. & 5. Decemb. 1601. coram Cardin. Sacrato. & in Papilonen. de Cicur maior. 30. Octob. 1602. coram Card. Lancellotto.*

3 Et si patronus præsentet per epistolam, ad hoc vt valeat præsentatio, debet epistola præsentari habẽti instituere infra tempus datum ad præsentandum, & recognosci manus d. patroni, qui eam scripsit. *Lambertin. de iurep. lib. 2. p. 2. quæst. 4. art. 2. Card. Tuscus practic. conclus. iur. lit. P. conclus. 597. nu. 24. Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. par. 3. alleg. 72. num. 116.* & si ipse præsentatus infra

4 dictum tempus deferat instrumentũ præsentationis habenti instituere, valet præsentatio. ita *Lapus allegat. 75. num. 6. & Lambert. vbi sup. art. 3. in* ...

5 qua præsentatione tres personæ de necessitate requiruntur idest, præsentans, præsentatus, & habens instituere, & si vna deficiat, non dicitur præsentatio. *Lapus alleg. 73. col. 2. Card. in clem. 1. col. 2. de iurep. Paulus de citadin. de iurep. par. 6. quæst. 35. Abb. & alij in cap. vlt. de iurepat.*

6 Et quamuis præsentans possit id facere per procuratorem, & præsentatus si est notus possit absens præsentari, attamen habens instituere semper debet esse præsens, & ratio est, quia iuspat. competit ex gratia, & per patronos nulla perfectio dari potest, & habens instituere tribuit omne ius, confirmat præsentationem, & actum perficit. *c. 2. de in int. rest. c. 1. de reg. iur. lib. 6. & vide Lambert. vbi sup. d. quæst. 4. art. 1. num. 2. & seqq.*

7 Et quando præsentatio fieri debet coram Episcopo, Sede Episcopali vacante fiet coram Capitulo. secundum *Io. Andr. in c. nobis. de iurep. per text. in c. 1. de institut. lib. 6. & Barbosa d. allegat. 72. num. 149.* non potest tamen laicus concedere, seu cõ-

8 ferre absque Episcopo ecclesiam patronatam, etiam stante consuetudine. *Recch. de Curte. de iurepat. in verb. honorificum. quæst. 62. num. 98. Abb. in cap. quod autem. in fine. de iurepat.* nisi tale ius haberet ex priuilegio Papæ. *Lamber. vbi sup. art. 5. num. 2. in fine.* & vide dicta in *Fauentina beneficij 20. Nouemb. 1613. coram D. Buratto, quæ est decis. 503. in recent. par. 1.*

9 Verum si ecclesia patronata sita sit in confinibus duarum diœcesum, erit communis illarum Episcopis, sicuti communis est quoad parochialia. *glos. vlt. in fine in cap. licèt in regulis. 16. quæst. 3.* sicut & arbor in con

Rr tinio

10 finio posita est communis dominorum confinantium. §. insula. instit. de rer. diuis. & si prædicti Episcopi sint
11 discordes, Superioris Metropolitani partes erunt ordinare, vt dicti Episcopi alternis vicibus ecclesiam prædictam ordinent. ita est text. in *clem. plures, §. & vt facilius. de iurepatron.*
12 quamuis alij dicant illius Episcopi esse prædictam ecclesiam, in cuius diœcesi situm est caput ipsius Ecclesiæ. argumento *text. in l. cum in diuersis. ff. de relig. & sumpt. fun.* alij
13 vero putarunt, illius diœcesis ecclesiam esse, in cuius solo sita est porta principalis dictæ ecclesiæ, argumento *text. in l. prædijs. §. qui domū.*
14 *& quod ibi not.* Bart. *ff. de leg.* 3. alij autem concludunt patronos rectè præsentare coram vno ex præfatis Episcopis. L*ambert. vbi sup. art.* 6. de qua re vide Bellencinum in suo tractatu de charitatiuo subsidio. *quæst.* 52. *& Barbosam dict. allegat.* 72. *num.* 150.
15 Quando autem apud duos insolidum, & apud vnumquemque, de per se est instituendi potestas, tunc præuentioni est locus. L*apus alleg.* 78. *col.* 4. *Lamber. vbi sup. art.* 7. & ratio esse
16 potest, quia vna & eadem causa coram diuersis iudicibus agi non debet nec continentia causæ debet diuidi,
17 nec electus, seu præsentatus per diuersa iudicia distrahi debet. *cap.* 1. *de sequest. poss. & fruct. c. vlt. de iudic. & not. in c. super his. de accusat.* & tunc
18 melius est, vt dicti habentes instituere conueniant de alternis vicibus instituendo argumento *text. in d. clem. plures. §. & vt facilius, de iurep.*
19 Quòd si præsentatio facienda sit cum cōsensu alicuius, requiritur ille, qui debet consentire cum illo, qui debet præsentare. *Lapus d. alleg.* 75. *Card. in clem.* 1. *quæst.* 9. *de iurep.* insu-
20 per præsentatus debet ipsam præsentationem acceptare intra tẽpus datum ad præsentandum, *Calder. cons.* 17. *de iurepat. Lapus alleg.* 8. & si non acceptet præsentationem non acquirit ius ad rem. *Calderin. cons.* 9. *de iurepat. Hieron. Gonzal. in comment. ad reg.* 8. *cancell glos.* 15. *§.* 2. *num.* 1. *vers. necnon. Zecchius de benef. & pens. cap.* 12. *num.* 25. *&* 26. *Rocch. de Curte de iurep. verbo, ius. nu.* 8. *in fine, & tradit Ludouicus Molina de iust. & iur. par.* 1. *tract.* 2. *disput.* 2. quando au-
21 tem quis est præsens, & se præsentari
21 permittit, intelligitur consentire, & aceptare, nec aliud requiritur. *Card. in c. vlt. col. vlt. de iurep.*
22 Vbi autem permittitur, quòd absens notus præsentetur, tunc talis præsentatus expressè infra tempus datum ad præsentandum consentire debet, & acceptare præsentationẽ. *Rocch. de Curte vbi sup. in verb. honorificum. quæst.* 36. *Lamber. vbi supra lib.* 2. *par.* 2. *quæst.* 5. *art.* 1. & sic acce-
23 ptatio presentati fieri debet intra semestre, vel quadrimestre datum ad presentandum. *Card. in d. c. vlt. col. vlt.* etiamsi patronus clericus sit, vel laicus, cum in tali presentatione locum non habeat *text. in c. quàm sit in prin. de elect. lib.* 6. *ita Abb. in cons.* 75. *par.* 2. *&* L*amber. vbi sup. artic.* 2.
24 non potest tamen cogi præsentatus ad acceptandum presentationem,
25 quia beneficium non confertur inuito. *c. beneficium de reg. iur. lib.* 6.
26 *verum tex. in c. vt quis duas. de elect. lib.* 6. locum habet in præsentato à patronis habentibus ius pręsentandi iure vniuersali, secus si sint patroni iure singulari, & vnusquisque pro iure suo. vt per *Lamb. vbi sup. art.* 3.
27 Pręsentatus potest etiam absque simoniæ labe post præsentationem agere gratias præsentanti, cum possit, & quod plus est, preces offerre patrono pro beneficio obtinendo,
28 de quibus precibus tractat *Abb. in c. per inquisitionem. col.* 2. *de elect.* immo tenetur quis de accepto beneficio referre gratias, est enim ingratus
29 qui non reddit, vel dissimulat, omnium ingratissimus qui obliuiscitur,
30 immo, vt alius dixit, immemores beneficij oderunt omnes, nam ingrati-

tudo

tudo est ventus vrens, siccans fontes pietatis, & fluenta gratiæ. ita *S. Bernardus in serm. 2. de contemptu mundi.* vide *Lambert. vbi sup. art.* 5. si vero
31 post præsentationem præsentatus absque aliquo pacto, & ex mera liberalitate det aliquid temporale ipsi patrono nō committitur simonia, dummodo non habuerint mentem corruptam argumento eorum, quæ dicuntur per *Abb. & Doct. in cap. & si quæstiones. de simonia.* & in hoc cōsiderari debet qualitas dantis, & recipientis, & muneris. Si autem præ-
32 sentatus imponeret censum ecclesiæ soluendum patrono, debet puniri pęna arbitraria, & si ante præsentationem dictum censum promisit, est simoniacus. vt per *Doct. in c. grauis, de censibus.*
33 Fructus vero præsentationis sunt infrascripti.
34 Primus, quia sine præsentatione ordinarius non potest aliquem instituere in rectorem ad ecclesiam patronatam vacantem. *cap. decernimus. 16. quæst. 7.*
35 Secundus, præsentatio præsentanti acquirit ius præsentandi. *cap. consultationibus, de iurep. Stephan. Gratian. discept. forens. c.* 113. *n.* 32.
36 Tertius, quia pręsentatio reuocat ordinationem factam ab ordinario sine præsentatione.
37 Quartus, quia præsentatus habet ius petendæ institutionis ab ordinario, seu ab alio ius instituendi habente. de quibus videas *Lambertin. vbi sup. art.* 7.
38 Forma nunc ponitur præsentationis faciendæ, vt de praxi, & stylo plene constet, quam ponit, & declarat *Lambertinus de iurepat. lib. 2. p. 2. quæst. 3. art.* 11. quæ forma est secundum *Conc. Trid. sess.* 14. *de reformat. cap.* 13. & de qua vide *Campanil. in diuersorio iuris canonici. rub.* 11. *c.* 13. *nu.* 395. *Lapum allegat. & ibi Mandosium annot.* 6. *& D. Aug. Barbosam in collect. ad cap. cum laici. num. 2. de iurepat.* & si præsentatio fiat per instrumentum ad hoc vt sit in forma probanti requirit testes. *Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 4. ar.* 12. *num.* 1. quia tunc est actus extraiudicialis. vide in *Mediolanen. iurispatronatus, vigesima Maij millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, coram Illustrissimo Domino Cardinali Blanchet.* vbi secus quando est actus iudicialis, & fit in figura iudicij, quia tunc admissio fit coram testibus, vt infra.

Iacobus Gallettus laicus Nobilis Pisanus patronus, seu in quasi possessione iurispatronatus, seu iuris præsentandi existens Parochialis Ecclesiæ S. Petri ad Ischiam Pisarum vacãtis per obitum venerabilis Presbyteri Iuliani Neca vltimi, & immediati Rectoris illius extra Romanam Curiam defuncti, & infra quadrimestre à iure patronis laicis concessum, constitutus coram Vobis admodum Reuerẽdo Domino Iosepho Boeca Archipresbytero Primatialis Ecclesiæ Pisanæ I.V.D. Prothonot. Apostolico, & Vicario Generali Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Caroli Antonij Putei Archiepiscopi Pisani, insularum Corsicæ, & Sardiniæ Primatis, & in eis legati nati. confidens de bonis moribus, & idoneitate admodum Reuerendi D. Iulij de Cerrinis dictæ Pis Ecclesiæ canonici, & Sacerdotis, eumdem D. Iulium coram vobis præsento ad regimen, curam, & administrationem prædictæ Ecclesiæ S. Petri, Sacerdotem literatum, Dominationi vestræ bene notum, & idoneum ad dictum beneficium, & ecclesiam assequendum, præsentem, coram vobis existentem, & acceptantem. petens dictam præsentationem per vos admitti, dictũq. ita præsentatum ad dictam ecclesiã institui, omni meliori modo.
39 Quo facto D. Vicarius sedens de stylo dicit, visis, & auditis prædictis, prædictam præsentationem admisit si, & in quantum, & successiue commisit fieri edictum in forma, illudq.

Rr 2 in

in solitis locis affigi præsētibus duobus testibus, & notario cancellario, qui rogatus de prædictis omnibus ea omnia penes acta curiæ reponat. cuius edicti forma ponitur in *cap. vlt.*
40 *de elect. lib. 6.* & ponitur in *lib. seq.*
41 *cap. 2.* in qua præsentatione de necessitate, & de substantia non requiritur scriptura nam *glos. in c. 1. §. postquam autem. in verbo, in scriptis, de censib. lib. 6.* enumerat casus, in quibus de substantia requiritur scriptura, & non enumerat istum, attamen bene est, & ita seruatur in praxi, vt
42 super hoc actu semper adhibeatur scriptura, maximè pro quasi possessione probanda. *Lambert. vbi supra art. 12. num. 4.* & in fine dictæ præsentationis Notarius Cancellarius Curiæ Archiepiscopalis ponit diem, & annum, in quibus dicta præsentatio fuit admissa cum duobus testibus ibidem adnotatis, & cum edicti commissione.

43 Idē est si fiat præsentatio ad aliud beneficium, Capellam, seu Altare. & si fiat coram Capitulo, vel alio habente instituere, eadem forma seruatur, & loco Vicarij, ponuntur nomina Dominorum Archipresbyteri, Archidiaconi, Decani, Præpositi, & Canonicorum, siue nomen personæ, quæ habeat ius instituendi.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus habet ius ad rem.*
2 *Si præsentationem acceptauit.*
3 *Etiamsi præsentatio admissa non fuerit.*
4 *Præsentatus quare habeat ius ad rem, institutus autem ius in re.*
5 Pr*æsentati quando sunt plures, nullus habet ius ad rem.*
6 N*isi vnus habeat maiorem partem vocum.*
7 B*eneficium per obitum præsentati vacat vt prius.*
8 *Matrimonium per præsentationem nō contrahitur inter præsentatum, & ecclesiam.*
9 P*ræsentatus per institutionem acquirit ius in re.*
10 P*ræsentandi facultas melior videtur, quam facultas instituendi.*
11 *Institutio in beneficijs iurispat. non datur sine præsentatione regulariter.*
12 P*ræsentatus nondum institutus ingerens se in fructuum recollectione cadit à iure suo.*
13 *Quod est verum, siue in temporalibus siue in spiritualibus administret.*
14 *Quod etiam procedit post institutionem, à qua fuerit appellatum.*
15 *Si appellatio fuit admissa etiam quoad effectum suspensiuum.*
16 *Conc. Trid. sess. 22. de refor. c. 11. contra vsurpantes fructus beneficiorum.*
17 *Ius ad rem quomodo acquiratur.*
18 I*us ad rem acquiritur per electionem acceptatam.*
19 I*us ad rem acquiritur per præsentationem vnius acceptatam.*
20 I*us ad rem acquiritur per gratiam expectatiua acceptatam infra mensem.*
21 I*us ad rem præseruatur per clausulam dummodo non sit in eo, &c.*
22 *Ius ex expectatiua aliquando non est considerabile.*
23 *Ius ad rem acquiritur per expectatiuam præbendæ recepti in canonicū.*
24 *Ius ad rem acquiritur per collationem beneficij nondum acceptatam.*
25 *Et tale ius est considerabile.*
26 *Ius ad rem acquiritur per reseruationem factam à Papa pro aliquo de certo beneficio.*
27 *Et collatio contra talem reseruationem est nulla.*
28 *Ius ad rem acquiritur per optionem.*
29 I*us ad rem acquiritur per regressum ob non solutam pensionem.*
30 I*us ad rem quando acquiratur per priuationem iuris.*
31 I*us ad rem acquiritur per accessum, & regressum.*
32 *Ius ad rem acquiritur per coadiutoriam cum futura successione.*
33 I*us ad rem acquiritur per mandatum de prouidendo in forma dignum.*

Ius

CAPVT OCTAVVM.

Præsentatus habet ius ad rem non in re.

1 PRAESENTATVS à patronis laicis, vel clericis habet ius ad rem, non in re. *Abb. in c. cum Bertoldus. opposit. 2. de re iud. & ibi Fel. col. 1. & 2.* vbi declarat quid sit ius ad rem, vel ius in re. *Cardin. Seraph. decis.*
2 1238. *num. 4. Hieron. Gonzal. in comment. ad reg.* 8. *cancell. glos.* 15. §. 2. *num.* 1. quod est verum, si præsentatus ipsam præsentationem acceptauit. *Calderin. cons.* 17. *de iurepat.* etiãsi
3 præsentatio admissa non fuerit ab habente ius instituendi. L*amber. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 5. art. 8. nu. 4. &* 11. quod ius ad rem præseruatur per clausulam, dummodo, alteri non sit ius quæsitum. R*ot. dec.* 17. *de præb. in nou. Sarnen. de iure quæs. non toll. quæst.* 1. *num.* 8. & fuit dictum in *Hostunen. Capellæ.* 6. *Nouembris* 1595. *&* 4. *Martij* 1596. *coram Card. Seraph. & in Tirasonen.* Capellaniæ. 27. Iunij 1608. *coram* Pamphilio. & dummodo sit præsentatus ab omnibus patronis, vel à maiori parte, secus si præsentatus sit à medietate, quia tũc non potest impedire alium præsentatum à medietate habente gratiam cum derogatione, & fuit dictum in *Meliten. pensionis.* 14. *Nouemb.* 1595 & in *Mediolanen. Capellaniæ.* 22. *Martij* 1602. *coram* Corduba. & dicta procedunt quando patronus vnũ tantum præsentauit, secus si duos cumulatiuè, quia Episcopus tunc instituit quem vuult. *c. quod autem. & ibi Abb. num. 7. de iurep.* & dictum fuit in *d.* T*irasonen. Capellaniæ.*

4 Præsentatus autem habet ius ad rem, quia per præsentationem potest iure petere, & consequi institutionem in beneficio, & possessione, institutus autem habet ius in re, quia per institutionem institutus fit rector, & administrator redituum, & fructuum beneficij, & sic habet plenum, & omne ius in beneficio, vt infra dicam.

5 Præsentatus verò habet ius ad rẽ, quando vnus solus fuit presentatus, & acceptauit, itaut necessario debeat institui, secus vero, si plures sunt præsentati, quia tunc sicut nemo habet certam institutionem, sic nemo acquisiuit ius ad rem. *Mohedan. decis. 1. num. 2. de præb. Gomes. in reg. de non tollendo iur. quæs. quæst.* 1. *num.* 17. *Lambert. vbi supra artic.* 8. *num.* 2. *in fine, & num.* 3. *&* Gonzal. *vbi sup. Mar. Antonin. variar. resol. lib.* 1. *resolut.* 104. *num.* 16. *Riccius in collectan. decis. par.* 5. *collectan.* 1661. *vers. intellige secundo. & in vers. se-*
6 *quenti* dicit, quod quando quis est presentatus à quibusdam patronis, alius ab alijs in æquali, & pari numero, vt vnus istorum dicatur habere ius ad rem, requiritur maior pars vocum.

7 Et ideo per obitum præsentati nõ vacat beneficium, cum non sit extincta prima vacatio, sed adhuc vacat beneficium vt prius. *glos. vlt. in cap. penult. de præb. lib.* 6. R*ota dec.* 8. *nu.* 2. *de elect. in nouis.* & dicitur vacare per obitum primi. F*elin. in d. cap. cum* Bertoldus. *nu.* 3. *vers. dixit etiam. Couarr. pract. quæst. cap.* 36. *nu.* 7. *Puteus dec.* 116. *nu.* 1. *lib.* 2. *Gonzal. vbi sup. nu.* 2. *&* 3.

8 Et ideo per præsentationem non contrahitur matrimonium inter præsen-

sentatum, & ecclesiam de præsenti, cum per eam tribuatur ius ad rem, sed de futuro quando fit institutio. *Lapus allegat. 8. in princ. & allegat. 75.nu.4. Calderin. cons.9.de iurepat. & Lambert. vbi sup. art.9.* & conse-
9 quenter per institutionem præsentatus acquirit ius in re, & maius ius consequitur ab instituente, quam à patrono, & ius pinguius habet in beneficio Episcopus, quàm patronus. *Abb. in cap. in Lateranensi. de præb. Rota dec.11. num.2. de iurepat. in nouis. Felin. in cap. cum venerabilis. col.12. in fine. de exceptionib.* vbi
10 tamen dicit, quòd si sibi daretur optio, magis eligeret facultatẽ præsentandi, quàm instituendi, quia patronus prout vult prouidet ecclesiæ, & sine præsentatione non potest da-
11 ri institutio in beneficijs iurispatronatus regulariter, nisi sit per Papam derogatum, vel nisi ex iure deuolu-
12 to. & ideo præsentatus ante institutionem ingerens se in recollectione fructuum beneficij, ad quod fuit præsentatus, vel in d. beneficij administratione, cadit à iure suo, & si litiget cum alio, illud ius tribuitur colitiganti. *clem. vnica. de sequest. poss. & fruct. Rebuff. in praxi benef. tit. de subrogationibus. nu.8. Mandosius de signat. grat. in verbo priuationes. fol. 35. Quaranta in summa bullarij. in verbo, beneficiorum possessio.* latè *Crescent. dec.6. de iurepat.* qui omnes concludunt *text. in cap. auaritiæ. de elect. lib.6.* habere locum in
13 omnibus beneficijs, illudq. procedit, si præsentatus administret in temporalibus, vel spiritualibus, per se, vel per mediatas personas, in totum, vel in partem, iste enim semper ipso iure amittit ius petendi institutionem. vt per *Lambert. vbi sup. art. 11.* quòd procedit etiam secuta in-
14 stitutione, à qua fuerit appellatum, & per appellationem fuit impedita possessio ipsius instituti, vt per eundem *Lambert. vbi sup. art.12.n.4.* &
15 appellatio fuerit admissa non solum quoad effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum, quia tali appellatione pendente idem est, ac si institutio secuta non esset.

16 Hodie autem contra vsurpantes fructus beneficiorum, vel aliorum locorum piorum, adest decretum *Concilij Trident. sess.22. de reformat. cap. 11.* vbi etiam si vsurpans dictos fructus sit eiusdem ecclesiæ patronus perdit ipso iure iuspatronatus.

17 Nunc opportunè videndum est quibus modis acquiratur ius ad rem in beneficijs ecclesiasticis, de quibus modis agit *Aeneas de Falconibus in tractatu de reseruatione quæst. 4. affectu 47. Sarnen. in reg. de non tollendo iure quæsito. quæst.1. Garcia de beneficijs. p.4.c.3. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib.7. quæst.1. à nu.78. & lib.2. quæst.23. & Gonzal. vbi sup.* in locis infrascriptis.

18 Primo acquiritur ius ad rem per electionem acceptatam, & nondum confirmatam. *cap. vlt. de translat. Episc. Rota decis.6. de elect. in nouis. Cassador. decis.18. nu.4. de præb. Felin. in cap. causam quæ. nu.26. & in cap. in nostra. coroll.28. de præscript. Sarnen. vbi sup. modo 1. Staphil. de lit. grat. tit. de modis prouisionis. nu.5. Aen. de Falcon. vbi sup. 3. modo. n.5. Rebuff. in praxi super reg. de non toll. iur. quæs. glos.6. nu.37. & 38. Coras. de benefic. p.4.c.1. nu.14.*

19 Secundo per præsentationem patroni laici, seu clerici à præsentato acceptatam, si tamen vnus tantum est præsentatus, vel si plures, ille, qui est præsentatus à maiori parte habet ius ad rem. *Abb. in cap. cum Bertoldus. nu.9. & ibi Felin. nu.1. de re iud. Aeneas vbi sup. 4. modo. n.6. Selua de benefic. par.3. quæst.11. 25. qualitate. Sarnen. & Rebuff. vbi sup. Mobedan. dec.1. de præb.*

20 Tertio, per gratiam expectatiuæ post factam acceptationem infra mensem de qua in *clem.1. de præb. & in clem.1. de concess. præb.* acquiritur ius ad rem ad beneficium acceptatũ ante

ante collationem. *cap. vlt. de conceß. preb. lib. 6. Rota dec. 26. nu. 4. de conc. preb. in antiq. & dec. 7. de conc. preb. in antiquioribus. Bisignet. Sarnen. vbi sup. nu. 30. Gonzal. vbi sup. glos. 26.*
21 *nu. 20.* & tale ius præseruatur per illam clausulam, dummodo non sit in eo alicui specialiter ius quæsitum, quæ in literis de beneficijs vacantibus apponitur sicuti præseruatur præsentato. *Cassador. dec. 3. nu. 3. & dec. 18. nu. 2. de preb. Selua d. quæst. 11. qualitate 17. & 25. Rota in vna Pisana Capellaniæ. 20. Maij. 1594. corā D. Blausbetto. relata à Garc. vbi sup. par. 5. c. 5. nu. 141.* in causa Capellaniæ S. Mariæ Barbaresch sitæ in Campo Sancto Pisarum iurispat. illorum de Tortis ciuium Pisanorum, qui præsentauerunt adm. Reuerendum D. Pompilium Battaglinium nunc Canonicum Primat. ecclesiæ Pis. qui eandem obtinuit excluso D. Annibale Palmerio præsentato à Reuerendis Monialib. S. Martæ Pisarum.
22 Quamuis alij dicant hoc ius ex expectatiua non esse considerabile, vt de eo fieri debeat mentio, satis est, quòd post acceptationem acquiritur ius ad rem cogita.
23 Quarto, per gratiam expectatiuā præbendæ recepti in canonicum, seu per mandatum de prouidendo de prima præbenda factum recepto in canonicum auctoritate Apostolica, per illud enim acquiritur ius ad rem & præbendam primo vacaturam. *cap. si postquam. de preb. lib. 6. Aeneas vbi sup. 2. modo. nu. 1. Sarnen. vbi sup. 4. modo.*
24 Quinto, per collationem beneficij nondum acceptatam. *cap. si tibi absenti. de preb. lib. 6.* & ibi *Geminian. nu. 2. & 18. Aeneas vbi sup. 6. modo. num. 8. Sarnen. vbi sup. quinto modo.*
25 quòd ius est considerabile ad omnes regulas loquentes de iure ad rē, & impetrationes, & ad illam clausulam, dūmodo non sit alteri ius quæsitum, quæ illud præseruat. *Sarnen. ibidem.* & ita fuit decisum in Rota. *Gonzal. vbi sup. gloß. 15. §. 2. nu. 6. Garc. d. cap. 3. nu. 38. & seqq.*
26 Sexto, per reseruationē factam à Papa pro aliquo de certo beneficio. *Simoneta de reseruatione. quæst. 20.* quòd ius est considerabile quoad d. clausulam. dummodo &c. & quoad regulam de iure quæsito non tollē-
27 do, adeo quòd si Papa illud beneficium alij conferat non derogando expressè tali reseruationi, collatio est nulla. *Sarnen. vbi sup. modo 6. Aeneas vbi sup. 5. modo.*
28 Septimo, per optionem, se ius optandi. *Aeneas vbi sup. modo 7. nu. 9. Sarnen. 7. modo.* & est ius considerabile quoad omnia supradicta. & quòd habens ius optandi dicatur habere ius ad rem. tradit *Gonzal. vbi sup. gloß. 34. nu. 126.*
29 Octauo, ob non solutionem pensionis propter clausulas appositas in literis pensionum. *Aeneas vbi sup. 8. modo. num. 10. Sarnen. ibidem. 8. modo. Paris. vbi sup. lib. 6. quæst. 3. nu. 15.* nam ob non solutionem pensionis priuatur non soluens beneficio, & intrat regressus in fauorem illius, cui pensio debebatur.
30 Nono, per priuationem iuris, nēpe, quando quis beneficio venit priuandus. *Sarnen. vbi sup. nono modo.* sed effectus operatur secuta priuatione, quia beneficium non vacat, antequam beneficiatus fuerit priuatus illo.
31 Decimo, per accessum, & regressum. *Sarnen. d. 9. modo. Nauarr. in cap. si quando. de rescriptis. præludio 5. Paris. d. quæst. 23. nu. 16.*
32 Vndecimo, per coadiutoriam cū futura successione in aliquo beneficio. *Nauar. d. c. si quando. prælud. 5.* & tale ius est considerabile quoad omnes regulas, & alias dispositiones de iure quæsito non tollendo. *Sarnen. vbi sup. Gonzal. vbi sup. glos. 5. §. 9. à nu. 79. & glos. 28. à nu. 28.*
33 Duodecimo, per mandatum de prouidendo de certo beneficio vacante

cante in forma dignum, vel alias, quòd ante collationem non dat titulum, nec ius in re, sed ad rem. *Mandos. de signat. grat. tit. de mandatis. de prouidendo. ad finem. Gonzal. vbi sup. glos.* 15. *§.* 2. *nu.* 59. *Garc. d. c.* 3. *nu.* 60.

34 Decimotertio, per oppositionem stante constitutione, consuetudine, seu priuilegio, seu fundatione dante ius opponendi. *Cassad. d. dec.* 18. *nu.* 5. *Put. dec.* 235. *&* 264. *lib.* 2. *Sarnen. vbi sup. nu.* 10. & hoc ius est considerabile respectu Ordinarij, & alio-

35 rum inferiorum Papa, qui non possunt tali iuri opponendi derogare. *Put. d. dec.* 235. *Crescent. dec.* 7. *nu.* 2. *de iurepat.* & tale ius non est considerabile itaut per d. clausulam, dũmodo alteri non sit ius quæsitum, censeatur præseruatum, illudq. procedit, nisi vltra oppositionem oppo-

36 sitor iustificauerit qualitates necessarias, & requisitas, ita vt censeatur vocatus ad illud beneficium, & sola prouisio deficiat, nam tunc esset ius considerabile quæsitum, de quo in prouisione aduersarij erat facienda mentio, & esset præseruatum per d. clausulam, dummodo alteri. &c. *Gonzal. vbi sup. glos.* 9. *§.* 1. *nu.* 91. *& seqq. Put. dec.* 253. *lib.* 3. secus si plu-

37 res essent oppositores; quia nullo casu alicui ex illis esset ius quæsitũ. *Gonzal. ibidem. nu.* 94. sed oppositor in concursu, vel solus approbatus, vel vt magis idoneus ab Ordinario

38 electus non habet absolutè ius ad parochialem ecclesiam, sed solum ex suppositione, quòd Episcopus velit conferre, secus quando collatio spectat ad Papam, nam tunc electus in concursu ab Ordinario habet ius cõsiderabile ex d. *dec. Put.* 253. *Gonzal. vbi sup. glos.* 6. *num.* 119. *& d. glos.* 9. *§.* 1. *nu.* 94. *latè Garc. d. cap.* 3. *à n.* 61. *ad finem.*



LIBER

1?-?-E-??

LIBER NONVS CONTINET QVID AGERE DEBEAT, HABENS INSTITVERE, CORAM QVO FIT PRÆSENTATIO.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio à superiore regulariter admitti debet si & inquantum.*
2 *Et ideo citatio particularis, vel per edictum fieri debet.*
3 *Clausula, si & inquantum, quid denotet.*
4 *Edictum fit sub nomine illius, coram quo præsentatio facta fuit.*
5 *Edictum vbi affigatur, & cum quo termino.*
6 *Institutio facta sine edicto est nulla.*
7 *Institutio est nulla, si fiat nondum edicti termino lapso.*
8 *Edictum non fit, quando Episcopus confert beneficium.*
9 *Neque in prouisionibus, quæ fiunt à Sede Apostolica.*
10 *Edictum fit in præsentationibus quorumcumque beneficiorum.*
11 *Capitulum Pisanum semper edicta ponit de præsentationibus coram se factis.*
12 *Edictum in quo territorio apponatur.*
13 *Edicti appositio in præsentationibus omitti non potest.*
14 *Edicta tot fiunt, quot sunt præsentati.*
15 *Præsentati primi certa citatione sunt citandi.*
16 *Aduersarius certus debet nominatim citari.*
17 *Mandatum de citando non sufficit.*
18 *Forma dat esse rei.*
19 *Præsentatus si non sit citatus, & compareat, actum validat.*
20 *Certi sunt, quorum certitudo nota erat ante edictum.*
21 *Institutio valet præsente non citato, qui ius non habeat.*
22 *Citatio non requiritur in quibusdam casibus.*
23 *Institutio an aliquando valeat omisso edicto.*
24 *Electus est citandus etiamsi electionem non acceptauerit.*
25 *Edictum fit ex officio iudicis.*
26 *Superior sine citatione potest cassare præsentationem.*
27 *Institutio est nulla, si aliqui fuerint citati, aliqui non.*
28 *Dummodo non vocati aliquod ius habeant.*
29 *Citatio vnica cum termino peremptorio fit, quando non fit trina.*
30 *Trina citatio quando fiat.*

CA-

CAPVT PRIMVM.

Præsentatio quomodo sit admittenda ab habente instituere.

1 SVPERIOR, coram quo fit præsentatio clerici à patronis ad vacãs beneficium, debet præsentationem acceptare & admittere (nisi ex aliqua iusta causa, & legitima reijcienda esset) non simpliciter, sed semper cum hac adiectione, si & inquantũ, videlicet, si & inquantum de iure admitti debeat, & præsentanti ius competat, & præsentato nihil obijciatur, & ideo sequitur citatio par-
2 ticularis, vel per edictum. *ad text. in cap. vltimo. de elect. lib. 6. vbi glos. 2. in fine*. dicit illum textum etiam in præsentatione procedere. & ita in praxi seruatur. *Rocchus de Curte de iurep. in verbo, honorificum. quæst. 38. nu. 69. Lambertin. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 6. art. 2.* quæ clausula,
3 si & inquantum importat admissionem in his, quæ sunt admittenda, & nihil ponit inesse, & pendet à futuro euentu, & reddit dispositionem conditionalem, & alios effectus parit. vt per D. Marram, qui olim fuit in Studio Pisano ordinarius Iuris ciuilis interpres in suo *tractatu de clausulis. par. 1. clausula 152. si & inquãtum. & clausula 362. si & inquantum. Card. Seraphin. decis. 499. num. 2. Annotat. ad Gregor. XV. decis. 417. num. 12.*
4 Edictum autem fit nomine illius, qui habet instituere, & coram quo est facta præsentatio, & in eo fit mentio ecclesiæ vacantis, seu alterius beneficij, patroni præsentantis, & clerici præsentati; idemq. edictũ
5 affigitur ianuis vacantis ecclesiæ, seu ecclesiæ, in qua sita sit Capellania, vel altare vacans, & ecclesiæ Cathedralis, & maioris illius loci, cum termino peremptorio nouem, vel trium dierum ad dicendum, & opponendum contra personas præsentantis, & præsentati &c. & ita de stylo seruatur. *glos. 2. in d. cap. vlt. in fine. de elect. lib. 6. & ibi Geminian. col. 4. Lambert. vbi sup. d. art. 2.* & si
6 institutio in beneficio fiat sine præuia edicti affixione est nulla, & inualida. *Bellam. dec. 611. Verall. dec. 95. par. 1. & dec. 128. par. 2. Cardin. Put. dec. 306. lib. 1. Crescent. dec. vlt. de iurepat. Card. Seraphin. decis. 399. Riccius in praxi rer. for. eccl. dec. 160.*
7 & pariter nulla est institutio facta intra edicti terminũ, eoq. non transacto, & si patroni & contradictores sint certi, debent nominatim, & in specie citari. *Riccius vbi sup. decis. 161. Textus autem in d. cap. vlt. de elect. lib. 6.* non debet seruari in col-
8 latione, quam facit Ordinarius de beneficio libero. vt ibidem dicit *glo. vlt. Io. And. & Archidiaconus*. neque in prouisionibus, quæ fiunt in
9 Curia Romana per Sedem Apostolicam. *Doct. in cap. nihil. de elect. Lambert. vbi sup. art. 3. & textus in d. c. vlt.* debet seruari in ecclesijs, digni-
10 tatibus, & in omnibus beneficijs vacantibus quomodocumque, ab omni habente ius, & facultatem instituendi, siue Episcopo Capitulo, seu alio inferiore. *Lambert. vbi sup. art. 4. & 5.* & ita seruat Capitulum Pi-
11 sanum, coram quo multæ fiunt præsentationes, quæ admittuntur more solito cum edicti appositione, quod
12 edictum vel citatio apponi potest in territorio habentis instituere, vel in alieno obtenta licentia à superiore loci. *Oldrad. cons. 88. Lambert. vbi sup. art. 7.* & appositio talis edicti nõ
13 potest omitti, sed semper est necessaria, siue adsit discordia, seu concordia patronorum, siue sint plures patroni, siue vnus tantum, siue sint

patro-

Digitized by Google

patroni laici, siue clerici. vt habetur *in d.cap.vlt.de elect.lib.6.in fine.* qui dicit, quod etiam si electio in concordia celebrata fuerit, volumus obseruari. *Lambert. vbi sup. art.* 8. Et
14 si plures sint præsentati, tot debent fieri edicta, quot sunt præsentati, & præsentationes, & ita seruatur in praxi.
15 Bene verum est, quòd illi, qui primi fuerunt præsentati, & pro quibus præsentatis fuerunt affixa edicta, debent citari citatione certa & particulari. *Io. And. & Geminian. in d. cap. vlt. de elect. lib.6. Lambert. vbi sup. art.9.nu.2.* & ratio est, quia vbi
16 aduersarius est certus, debet nominatim citari, & vbi est, vel esse potest incertus, debet fieri citatio generalis per edictum. *Cardin. in cap. ex tuæ. de cler. non resid. Lambert. vbi sup. art. 10. num. 1.2. & 3.* & ita dicit *text. in d.c.vlt.de elect.lib.6.* ibiq. concludũt coelectum, vel oppositorem certum omnino esse citandum citatione certa, & speciali, & actuali, & ideo non sufficit tũc citatio generalis per edictum. *Lambert. ibi art.* 11. nec suffi-
17 cit factum fuisse mandatum de citãdo, quòd si eo casu facta generali citatione per edictum dumtaxat ad institutionem procederetur, institutio ipso iure esset nulla tamquam facta contra formam dicti capituli vltimi, vbi habetur talẽ actum, & institutionem viribus omnino carere, quibus verbis demonstratur, quòd actus contra d. dispositionem factus, est ipso iure nullus. *Geminian. in cap. ex eo. col.1. de elect. lib.6. Lambert. vbi*
18 *sup. art.* 12. forma enim est illa, quæ dat esse rei. *l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exibendum*, & qua deficiente actus corruit, processus tamen factus quoad alia remanet validus. *Lambert ubi sup. art.16. & 17.* si tamen abs-
19 que citatione particulari compareat compræsentatus, & contradictor audietur, & valebit actus, quãdo enim quis citandus est, si compareat ad iudicium non citatus, & respondeat & contradicat valet actus. *Bart. in l. prolatam. C. de sentent. &c. Gemin. in d.c.ult.col.3. uers. quaro quid si fuit facta. Lambert. ubi sup. art.11.nu.5. ubi num.10.* dicit, quòd certi dicun-
20 tur illi, quorum certitudo nota erat ante edicti appositionem, sed qui erant incerti ante appositionem edicti, licet virtute edicti postea certi appareant, tamen non erunt iterum citandi speciali citatione. Quod si
21 clarè, & apertè constet compræsentatum, seu oppositorem nullum ius habere, valida etiam erit institutio eo non specialiter vocato, & ita hoc in casu nõ procedit *text. in d.c.ult.de elect.lib.6.* qui limitatur. vt non re-
22 quiratur citatio, quando constat de non iure oppositoris per alicuius rei dispositionem, item limitatur, quando prouisio fit à Sede Apostolica ex plenitudine potestatis. *Lambert. vbi sup. art.* 13. & quòd stante legitima
23 consuetudine, quòd post præsentationem non ponatur edictum, quòd valeat institutio etiam omisso edicto prout latè tradit *Lambertin. ubi sup. artic.* 14. vbi alios Doct. allegat.
24 & in casu dicti capituli vltimi est sciendum, quòd electus debet vocari & citari, etiamsi non consenserit electioni, secus in præsentato, qui si præsentationem non acceptauerit, non debet citari. *Lambert. ubi sup. art. 15. ubi nu.2.* dicit edictum, & dictas
25 citationes fieri ex mero officio iudicis, non ad instantiam partis, & sic fieri debent etiam nullo instante. etenim tunc electus habet saltem ius ad rem, sed præsentatus ante acceptationem nullum ius habet, nec ad
26 rem. & sine citatione potest superior cassare præsentationem, non eã confirmare. *Io. And. in d.c.ult.* ex quo videt talem præsentationem non esse canonicam. *ut per Lambert. ubi sup. art.* 18. Verum si necessarium esset
27 plures citari, & aliqui fuerunt citati, alij non, vitiatur, & est nulla institutio in totum, tam quoad vocatos, quàm quoad non vocatos. *Io. Andr.*

And.in d.c.vlt. dummodo verum fit,
28 quod non vocati aliquod ius habeāt & damnum patiantur. *Roman.cons.* 499.*Lambert.vbi sup. art.* 20.*num.* 2.
29 *in fine.* & quando non fit trina citatio, debet fieri vnica citatio apposito peremptorio termino, secundum
30 *text.in l.tres denunciationes. C. quomodo, & quando Iudex*, & vide *Innoc.in cap.ad petitionem. de accusationibus. Oldradum cons.* 3. *& Lambert. vbi sup.art.* 21. *&* 22.

SVMMARIVM.

1 *Edictum apponitur post factam præsentationem.*
2 *Edicti forma refertur.*
3 *Edictum vbi sit affigendum.*
4 *Edictum à quo affigi debeat, & leuari.*
5 Edictum *debet stare affixum durante termino in eo contento.*
6 I*nstitutio facta ante edicti terminum, est nulla.*
7 *Institutio quando valeat, respecta edicti.*
8 I*nstitutio facta ante edicti terminum validatur, si post nullus compareat.*

CAPVT SECVNDVM.

Ponitur forma edicti continentis præsentationem.

1 EDICTVM ergo apponi debet post factam præsentationem secundum dicta in *c.præcedenti.* & talis edicti forma traditur, & optimè declaratur à *Lamber.de iurep.par.* 2 *.lib.* 2. *quæst.* 6. *art.* 22 *.num.* 2. *& seqq.* & ideo in praxi forma prædicti edicti erit tenoris infrascripti, videlicet.

2 Iulianus Viuianus Pisanus I.V.D. Primatialis Pisanæ Ecclesiæ Decanus Prothonotarius Apostolicus, & Illustrissimi, & Reuerendissimi D.D. Marcelli miseratione diuina tituli SS.Quirici, & Iulittæ S.R.E. Presb. Cardinalis Lantis Episcopi Tudertini in spiritualibus, & temporalibus Vicarius, & Locumtenēs Generalis.

Vniuersis, & singulis hoc præsens edictum inspecturis, visuris, audituris, pariter, & lecturis salutem in Domino.

Vacante nouiter Capellania ad Altare S.Vrsulæ sita in Cathedrali Ecclesia Tudertina per mortem Venerabilis Presbyteri Marcelli Botij vltimi, & immediati rectoris eiusdē, comparuit coram nobis Ill. D. Andreas de Attis Nobilis Tudertinus asserens se patronum, & habere iuspatronatus, seu esse in quasi possessione ipsius, & iuris pręsentandi rectorem ad dictam Capellaniam, cum illa vacare contigerit, & sic præsentauit nobis venerabilem virum Ioannem Mariam de Attis Nobilem Tudertinum Priorem Parochialis Ecclesiæ S.Victorinæ Castri Dunarobbę dioec.Tudertinæ in rectorem, & capellanum dictæ capellaniæ pręsentem, & dictam præsentationem acceptantem, petens d. Io. Mariam à nobis institui, & dictam præsentationem confirmari. Nos d. præsentationem sic coram nobis factam de d.presbytero Io.Maria infra tempus à iure patronis laicis datum ad præsentandum, de prędictis veram notitiam non habentes admisimus si, & in quantum. Quare tenore præsentis nostri edicti requirimus, & monemus omnes, & singulos aliquod ius, vt præsentantes, vel vt præsentati prætendentes in prędictis, vel contra dictam præsentationem, seu personas præsentantis, vel præsentati apponere volentes, & quomodolibet sua interesse putantes, quatenus infra terminum dierum nouem, quorum tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos tres pro tertio, & vltimo peremptorio termino eis, & cuilibet ipsorum assignamus, comparere debeant coram nobis ad dicendum, opponēdum, & allegan-

legandum quicquid dicere, opponere, vel allegare voluerint, quarè non debeat procedi ad petitam institutionem vigore dictæ præsentationis coram nobis factæ; alioquin dicto termino elapso, & aliquo non comparente, & legitimè se non opponente, procedetur per nos iuribus præsentantium, & præsentati valentibus, & ipsius præsentati meritis requirentibus ad illius institutionē, prout iuris fuerit, non obstante, quòd de tempore dato ad præsentandum superfit, & vt de præmissis nullus ignorantiam allegare possit, hoc præsens publicum, & generale edictum per infrascriptum nostrum Cancellarium describi fecimus, & sigillo præfati Illustrissimi D. Card. Episcopi muniuimus, & per talem nuncium nostræ Curiæ ad valuas Ecclesiæ Cathedralis Tudertinæ affigi fecimus à nemine auferendum sub excommunicationis pœna, nisi per eundem nostrum nuncium. Datum Tuderti in Episcopali Palatio die 1. Septembris 1623. Sanctissimi Domini Nostri Vrbani Diuina Prouidentia Papæ Octaui anno sui Pontificatus primo. addita subscriptione Cancellarij Curiæ Episcopalis.

Locus sigilli. † Antonius de Montegeorgio Cur. Episc. Tud. Cancell. Subst.

Et si edictum sit à Capitulo, in principio ponuntur nomina singulorum de capitulo, prosequendo edictum vt supra. Vbi autem tale
3 edictum affigi debeat, variæ sunt opiniones, vt latè à *Lambert. vbi supra art.* 23. sed ea seruatur, vt affigatur ad valuas Cathedralis Ecclesiæ, & Ecclesiæ vacantis, seu in valuis Ecclesiæ, vbi situm est beneficium vacans, & ita de stylo seruatur Pisis, & Tuderti, & alibi.
4 Quod edictum debet affigi, & leuari per nuncium, qui apud acta notarij, & cancellarij referat, se prædicta impleuisse. *Lambert. vbi supra art.* 24. quod edictum remanere de-
4 bet affixum durante termino in eo contento. *clem. 1. vbi glos. de iudic.* &
6 si fiat institutio antè Lapsum termini in edicto appositi nulla est. *Ricc. in praxi rer. for. eccles. decis.* 161. nam vt institutio sit valida duo requirun-
7 tur, quod edictum fuerit affixum, & amotum intra competentem terminum arbitrio iudicis. *Menoch. de arb. iudic. cent. 5. casu* 463. *n.* 3. *Surd. consil.* 181. *num.* 36. *Verall. decis.* 95. *par.* 2. *Mar. Antonin. variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 20. *num.* 10. *& seq.* sed si facta sit institutio ante Lapsum termini in edicto appositi, & postea nul-
8 lus compareat contradictor, termino prædicto transacto validatur dicta institutio prout ex nunc, non prout ex tunc. *vide Lamber. vbi sup. art.* 25. *& Oldrad. cons.* 499.

SVMMARIVM.

1 *Edicti peremptorij lapsus excludit non comparentem.*
2 *Non comparens in termino non auditur re non integra.*
3 *Peremptorium quare sic dictum.*
4 *Comparens post terminum quando audiatur.*
5 *Patronus non auditur post institutionem factam ad præsentationem malæ fidei possessoris.*
6 *Instituere habens potest ex officio cognoscere de iuribus præsentantium.*

CAPVT TERTIVM.

Numquid post terminum edicti possit aliquis comparere, & an sit audiendus.

1 LAPSVS edicti, & termini peremptorij in eo appositi, de quo in *cap. vlt. de elect. lib.* 6. excludit non comparentem intra illius edicti terminum adeo, vt post dictum terminum nullatenus sit au-

diendus. ita est *text.in l.si eo tempore.C.de remiss.pign.* vbi non compa-
2 rens in termino, re non integra, post terminum non auditur. ita *Oldrad. cons.3.Lamber.de iurep. lib.2.par.2. quæst.6.art.26. Bald.cons.191. nu.3. & seq.vol.1.Surd.cons.50.nu.4. Afflict.decis.28. Mar.*Antonin. *var. resolut.lib.1.resol.21.num.15. Riccius in praxi rer.for.eccles. decis.162.*

3 Ex eo enim dicitur peremptoriũ, quia disceptationes perimit, idest, non patitur vltra aduersarium tergiuersari. *l.ad peremptorium.ff.de iudic. facit text.in cap.cum dilecti.de dol.& contum.& glos.in d.cap.vlt. in verbo peremptorio.* ex officio tamen potest
4 iudex de omnibus cognoscere, & si quis non comparuit, quia in veritate edictum ignorauit, vel legitimè fuerit impeditus, tunc si res sit integra, est audiendus cum nondum secuta fuerit institutio. *Oldrad. & Lambert.vbi sup.*

5 Verum si præsentatio fuerit facta à malæ fidei possessore, & factum fuerit edictum in forma, & secuta sit institutio, si postea compareat verus patronus, & petat reuocari institutionem prædictam, non debet audiri. *Rocch. de Curte, de iurepatronat. in verbo, competens alicui. quæst.22.col.1. Lambert. vbi sup.art. 27.ex doctrina Geminiani in cap. 2. de off.vic.lib.6.col.2.*& secundum tenorem dicti capituli vltimi debet su-
6 perior, & habens instituere saltem ex officio, ante institutionem præmittere diligentem discussionẽ præsentationis, seu electionis, quæ discussio est de substantia, vt constet de iuribus præsentantium, & de meritis præsentati, & ita loquitur *text. in d. cap. vlt.de elect lib.6. vbi Ioan.And. Geminian. & aly.* & declarat *Lamb. vbi sup.art.28.num.4.*

Et hic est notandum, quod super iurepat.transigi non potest. *cap.praeterea. il* 1. *& ibi Doct. de transact. Lamber.vbi sup.lib.3.quæst.9.artic.2. num.10.& art.6.per tot. Mar.Anton. variar, resolut. lib.1. resolut. 87. num.18.*



LIBER

LIBER DECIMVS
CONTINET MATERIAM
VARIATIONIS IN PATRONO PRÆSENTANTE.

SVMMARIVM.

1 Patronus laicus potest variare, & alterum præsentare.
2 Patronus ecclesiasticus variare non potest, &
3 Rationes diuersitatis afferuntur.
4 Præsentatio patroni ecclesiastici habet vim electionis.
5 Præsentatus à laico acquirit ius ad rem.
6 Ecclesiastici facilius noscunt clericos idoneos.
7 Patronus laicus habet quadrimestre ad præsentandum, ecclesiasticus verò semestre.
8 Laicus in postulatione etiam variare potest.
9 Patroni laici si per scrutinium procedant, quando variare possint.
10 Patronus laicus potest simul duos præsentare, vel vnum post alium.
11 Variatio in præsentando fit cumulatiuè.
12 Variatio non fit litependente inter præsentatos à diuersis.
13 Patronus non potest post litē contestatā variando collitigantem præsentare.
14 Et idem est in quacunque vacatione.
15 Patronus non potest alium præsentare post institutionem.
16 Patronus etiam Ecclesiasticus potest iterum præsentare, si prima præsentatio non fuit perfecta.
17 Idem est si præsentatio fuit facta corā non habente ius instituendi.
18 Idem etiam erit, si patronus nulliter præsentauit ratione collegij.
19 Collegium laicorum potest in præsentando variare.
20 Patronus Ecclesiasticus si variet non punitur, sed attenditur prima præsentatio.
21 Præsentatio secunda attenditur cessante prima.
22 Et tunc durante tempore, potest iterum præsentari alius.
23 Procurator ecclesiastici patroni variare non potest.
24 Procurator laici patroni variare potest regulariter.
25 Compatroni iurisp. mixti si præsentauerunt, præsentatus debet institui etiam si laicus tunc variet.
26 Et ratio ponitur.
27 Patronus laicus habet semestre, si habeat compatronum ecclesiasticum.
28 Et laicus tunc variare potest.
29 Patronus ecclesiasticus si contulit ecclesiam, potest tamen præsentare.
30 Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. super prouisione parochialium.
31 Pij V. Bulla super prouisione parochialium.
32 Ecclesia parochialis libera, seu iurisp. ecclesiastici præuio concursu confertur.
33 Et si vacatio contingat in mense ordinarij, ab eo fit collatio.
34 Ecclesia parochialis confertur præuio con-

CAPVT PRIMVM.

Patronus laicus potest variare, & plures successiuè præsentare, secus est in patrono ecclesiastico.

1 PATRONVS laicus potest intra quadrimestre ante Episcopi institutionem variare, & alium simul, seu successiue accumulando præsentare, patronus autem ecclesiasticus id facere non potest. *cap. quod autem. c. pastoralis. & cap. cum autem. de iurepat. & ibi D. Io. Baptista Vitianus in suo rationali, & alij* Doct. *& facit glo. in c. vnico, in uerbo, ecclesiasticus, de iurepatr. lib. 6. & ibi* Io. Andr. Pet. *de Ancharano, & alij. Abb. in d. c. quod autem Zecchius de benef. & pens. c. 12. num. 28. Calderin. cons. 16. de iurepat.* Rocch. *de Curte, de iurepat. in verbo, honorificum. quæst. 9. & 10. & late Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 2. q. 7. art. 1. Gutier. de iuram. confirmat. p. 3. c. 13. Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 2. quæst. 23. num. 13. Spin. in speculo testam. glos. 4. princ. à num. 73. Valer.* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 223. Vgolinus de potest. Episc. c. 51. in princip. num. 5.*

Garcia

*Garcia de benefic.p.5.c.9.nu.*211. & *seqq.Aug.*Barbosa *de off.&pot.Episc. p.3.alleg.72.n.*151. *Riccius in praxi rer.for.eccles.decis.*173. & ita fuit resolutum in vna *Bononien.parochialis.* 29.*Maij.*1595.*coram* D. *Litta*. & in *Aretina Capellania.* 24.*Ianuar.*1603 *coram Card.Pamphilio.* quæ variatio non potest fieri lite pendente, vt ibidem, nisi collitigans præsentetur, vt in d. Aretina. quòd est verum quãdo alter collitigans cedit, vel decedit, & superstes præsentatur. *Crescen. decis.* 10. *de iurepatr.* an' autem præsentatio lite pendente possit fieri coram Auditore Rotæ ex *clem.auditor. de rescript.* vide in *Mediolanen. iurispat.*29.*Ianuar.*1596.*coram Card.* Blãchetto. & an' præsentationi tacitę, quæ oritur ex prosecutione præcedentis præsentationis secundum *dec.*26. *de renunc. in antiq.* obstet litis pendentia. vide in *Vercellen. Capellaniæ.*7.*Maij.*1601.*coram Card. Millino*. & in *Pampilonen. beneficij de Peralta.* 9. *Decemb.* 1592. *coram* Card. *Arigonio*.

3 Rationes autem diuersitatis plures à Doctoribus afferuntur in locis supra deductis, illa tamen verior est quia præsentatio patronorum eccle-
4 siasticorum habet vim electionis, in qua electione nõ cadit variatio, quia statim electo acquiritur ius in re secuta electionis acceptatione. *cap. publicato. vbi glos. cap.quod sicut. de elect.* sed in præsentatione laici secus
5 est, cum per eam præsentatus acquirat ius ad rem dumtaxat. *Abb. in cap.cum bertoldus. opp.*2.*de re iud.vbi* Feli*n.col.*1. & 2. *Mar.Antonin.var. resol.lib.*1.*resol.*104.*n.*23.*Campanil. in diuersorio iur. canon.rub.*11.*c.*16. *num.*13. *Card. Seraphin. decis.*1238. *nu.*4. item alia potest esse ratio, quia
6 clerici facilius & melius possunt inuenire, & noscere clericos idoneos, quàm laici, qui cum sint extra clericalem militiam possunt titubare. vt per *Lambert. vbi sup. d. art.* 1. & ex hoc cum laici possint variare habent tantum quadrimestre ad præsentandum, ecclesiastici veto, qui variare nequeunt, habent semestre. item est notandum, quòd etiam in postulatio-
8 ne variari potest à laicis. *cap. bonæ. il* 2. & ibi Abb. *num.* 12. *de postulat. prælat. vide* Io. *And. in cap. mutare. de reg.iur. lib.*6. item ijdem patroni
9 laici variare possunt si procedant per viam scrutinij, etiam publicato scrutinio. *Abb. in d. c. publicato. num.*5. *Lambert. vbi sup. art.*2.

10 Potest autem patronus laicus variare, vel plures præsentando vnico contextu, vt Episcopus instituat quem vult. *clem. plures.§.vlt.* & ibi *gloss.* & *Card.* & *alij. de iurep.* vel vnum præsentare, & successiuè postea alium cumulatiuè non receden-
11 do à prima præsentatione, & sic priuatiuè secundum præsentare nequit. *Abb.in d.c.quod autem.nu.* 3. *Rota dec.* 513.*p.* 3.*diuers. Garc.vbi sup. n.*213. & *seqq. Mar. Antonin. d. resol.*104.
12 *nu.* 10. non potest tamen variare lite pendente inter præsentatos à diuersis patronis. *Calder.consi.*1. *vt lit. pend.Crescent. dec.*10.*de iurep. Rocch. d.uerb.honorificum. quæst.*23.*Couarr. pract.quæst.cap.*36.*num.*7.*vers.*3.& Lancellot. *de attentat.cap.*4.*in præfat. à nu.*560. qui testatur de communi. *Garc.vbi sup. num.* 217. & *Barbosa vbi sup. num.*162. *Mar.Antonin.d. resolut.*104.*num.*14.& in vna *Zamoren. beneficij de morales*. 30. *Maij.* 1586.*coram Orano*. ita fuit resolutum, & ibi fuit dictum, quòd lite inter præsentatos pendente, alteroq. ex litigantibus defuncto, patrono nõ permittitur sine vitio attentatorum
13 alium præsentare. neque potest patronus variando post litem contestatum cumulando collitigantem præsentare. *Garc. d.cap.*9. *num.* 220. & *seq.Gonzal.in comment.ad regulam* 8. *Cancell.gloss.*51.*num.*114. & prædicta
14 procedunt tam in naturali vacatione, idest per obitum, quàm in vacatione ciuili, idest per resignationem, vel assecutionem alte-

rius beneficij. *Barbosa d. allegat.* 72.
num. 161. nec potest patronus præ-
sentare alium quando litigatur cum
eis, qui iam beneficia sunt adepti, &
15 sic contra præsentatum iam institu-
tum. *c. 2. ut lit. pend. Barbosa ibid.*
16 Aduertas autem, quòd si præsen-
tatio non fuit perfecta, quia defece-
rit aliqua ex personis de necessitate
ad perfectionem præsentationis re-
quisitis, vel aliquid aliud, tunc etiã
patronus ecclesiasticus poterit ite-
rum canonicè præsentare, & non di-
cetur variare. *cap. ult. de iurepatr.*
Lambert. ubi sup. art. 3. quia cum
tali casu non sit perfecta præsenta-
tio, patronus debet admitti vt actũ
prædictum perficiat. eadem ratione
17 poterit patronus ecclesiasticus, si
præsentauit coram illo, qui non ha-
bet ius instituendi, iterum aliũ præ-
sentare coram habente ius instituẽ-
di. *Card. in clem. 1. quæst. 9. de iurep.*
18 idem erit, si patronus nulliter præ-
sentauit ratione collegij ecclesiasti-
ci, tunc enim poterit alium cum col-
legio præsentare. vt per *Lambertin.*
ubi sup. art. 6. & vniuersitas, seu col-
19 legium laicorum potest vno præsen-
tato alium variando præsentare.
Barbosa ibid. num. 156. & si eccle-
20 siasticus patronus primo validè præ-
sentauerit, & postea variando alium
præsentet, non punitur, nec deuolu-
tio fit ad superiorem, sed attenditur
prima præsentatio, dummodo non
præsentauerit indignum. *Rocch. ubi*
sup. in uerbo, honorificum. quæst. 9. nu.
31. *Lambert. ubi sup. art. 9. Rota dec.*
16. quæ incipit, *patronus clericus. de*
renunciat. in antiquis. quæ ait con-
21 ualescere secundam præsentationẽ,
etiam inuito patrono, quando cessa-
ret prima præsentatio postea per re-
nunciationem factam à præsentato,
si patronus petat tunc dictam præ-
sentationem admitti, quia tunc pa-
tronus eam de nouo facere videtur,
22 & ideo cessante prima præsentatio-
ne, poterit de nouo præsentare, si
duret tempus datum ad præsentan-
dum, non potest tamen d. patronus
recedere à d. secunda præsentatione
facta inualida dum prima valida præ-
sentatio vigebat, quæ validatur ex
nunc, non ex tunc reddita ex aliquo
casu inualida prima, quia alias veni-
ret contra factum proprium quòd
est prohibitum. *l. post mortem. ff. de*
adoptionib. vide *Lambert. ubi sup. d.*
quæst. 7. art. 10. & ex d. dec. Rotæ ha-
23 *betur*, quòd sicut patronus ecclesia-
sticus variare non potest, ita nec eius
procurator siue clericus, siue laicus.
Lambert. ubi sup. art. 12. secus est in
procuratore patroni laici, qui varia-
24 re potest, sicut ipse patronus. *Felin. in*
c. cum venerabilis. nu. 3. de except.
Rocch. ubi sup. quæst. 20. nisi talis pro-
curator haberet limitatam potestatẽ
ad vnum tantum præsentandum.
Lambert. ubi sup. art. 17. et Barbosa
d. alleg. nu. 157. si autem beneficium
habeat duos compatronos, vnum cle
25 ricum, alium laicum, qui vnum con-
corditer præsentauerunt, deinde
laicus variando alium præsentauit,
tunc primò præsentatus est instituẽ-
dus. *Abb. in d. c. cum autem. num. 4.*
Barbosa ubi sup. nu. 166. Tiraquell. de
iure primog. quæst. 17. opin. 11. nu. 5.
26 talis enim primò præsentatus est po-
tior, cum fuerit ab vtroque præsen-
tatus. idq. procedit etiamsi illi duo
patroni essent laici, & vnus tantum
variaret. quando autem iuspat. est
27 commune clerici & laici, tunc laicus
etiam habet semestre ad præsentan-
28 dum, & variare potest, sed ecclesia-
sticus variare non potest. *Abb. vbi*
sup. & Lambert. vbi sup. art. 13.
Si verò ecclesiasticus patronus so-
lus ecclesiæ vacantis, illam alicui cõ-
tulerit, & concesserit, cum hæc face-
re nequeat, tamen hoc non obstante
poterit ad illam alium præsentare.
vt habetur *in d. cap. vlt. de iurepat.*
29 Verum quia in *Conc. Trid. sess. 24.*
de reform. c. 18. habetur ibi in *vers.*
porrò Episcopus. quòd Episcopus, &
qui iuspatronatus habet, intra decẽ
dies, vel aliud tempus ab Episcopo
præ-

præscribendum, idoneos aliquot clericos ad regendam ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet &c. & in *vers. quod si iuspatronatus*. habetur quod si iuspat. laicorũ fuerit, debeat qui à patrono præsentatus fuerit ab eisdem deputatis examinatoribus examinari, & non nisi idoneus repertus fuerit, admitti. &
30 super hoc extat constitutio Pij V. quæ incipit in conferendis. relata à *Quaranta in summa bullarij. in verbo beneficiorum parochialium collatio.* & à *Massobrio in prax. hab. conc. ad vac. paroch. eccl. in princ.* in qua praxi elegantissimè pertractat concursus materiam. & quia ex prædictis patroni plures possunt nominare clericos examinandos ab examinatoribus &c. horum occasione aliqua de concursu breuiter adnectere censuimus.
31 Ecclesiæ igitur parochiali liberæ collationis, seu iurispat. ecclesiastici semper prouidetur præuio concursu secundum dispositionẽ *Conc. Trid. et constit.* 15. *Pij V.* & si vacatio contin-
32 gat in mense Ordinarij, collatio fit ab Ordinario, si in mense Apostolico, literæ expediuntur de more in Vrbe ex signatura Sanctissimi D. N. Papæ. *Gonzal. vbi sup. gloss. 6. à num.* 116. *Garc. vbi sup. p. 9 c. 2. à nu. 1. & num.* 261. *Aug. Barbosa d. allegat.* 72. *num.* 122. *Massobr. vbi sup. requisito* 2. *& seqq.* etiamsi esset iurisp. mixti
33 partim ecclesiastici, partim laicalis. *Gonzal. vbi sup. num.* 135. *Garc. vbi sup. num.* 278. *Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 7. etiamsi
34 pro duabus tertijs partibus ad laicos pertineret ea ratione, quia fauor est
35 ecclesiæ, quòd ei per concursum prouideatur. *Annotat. ad Greg. XV. decis.* 494. *num.* 6. ideoq. adueniente
36 vacatione debet Episcopus edictum proponere, & peracto examine magis idoneo beneficium conferre, si ad eum spectet collatio, & sede Episco-
37 pali vacante Capitulum, & pro eo eius Vicarius edictum, & concursum faciet, sed non collationem. *Garc. vbi nu. 6. Massob. vbi sup. requis.* 1. *dub.* 10. *num.* 6. *&* 19. & Vicarius
38 capitularis solus potest tunc constituere Vicarium cum congrua in ecclesia vacante. *Garc ibidem. num.* 8. ex declaratione S. Congregationis.
39 & in d. concursu debent examinatores facere relationem nedum quoad literaturam, sed etiam quoad clericatum, seu ordinem, ætatem, legitimitatem, & mores, vt in *d. c.* 18. ibi. peracto deinde examine. & magis expedit, vt examinatores palam inter se sua vota conferant, deinde notario iubeant, vt in actis scribat Titium approbatum idoneum, Seiũ
40 vero reprobatum, & si plures sint tamquam idonei approbati in paritate, Episcopus, seu eius vicarius debet eligere magis idoneum, non autem examinatores; & si plures fue-
41 rint approbati per duas tertias partes ex tribus, vnus autem omnia suffragia ad sui fauorem reportauerit, potest tamen tunc Episcopus postposito tali habente omnia suffragia, alium ex approbatis eligere, illiq. ecclesiam conferre. *Garc. vbi sup. num.* 105. *& seqq.* & ita in praxi dũ essem Vicarius Generalis Tuderti, vidi pluries, & contuli ecclesiã, vni ex approbatis postposito eo, qui omnia vota habebat. & in con-
42 cursu Episcopus, seu eius Vicarius debent examinare, vt animaduertit *Massobr. vbi sup. requis.* 3. *dubio* 3. quamuis id de stylo numquam seruatum sit, nec seruetur. & approbatus hoc casu dicitur, qui habet vltra
43 dimidiam votorum. *Massobr. vbi sup. requis.* 4. *dub.* 7. nec Episcopus
44 habet in concursu votum decisiuum, sed tantum accedit vbi vota sunt paria, aut singularia ex declaratione S. Congregationis, de qua *Massobr. d. req.* 4. *dub.* 5. aliquando tamen exa-
45 minatores rogati ab Episcopo facto primo partitu super idoneitate, faciunt secundum super maiori idoneitate. *Massobr. d. requis.* 4. *dub.* 3. tene-

46 tenetur autem Ordinarius collator ex d. constit. Pij V. ecclesiam conferre intra semestre à die vacationis, & si collatio, seu institutio ad alium spectet intra quadrimestre à die vacationis debet eligere magis idoneū ex approbatis in concursu. tenetur
47 autem magis idoneum, & digniorem eligere, alias electio, & prouisio est nulla, & ab ea datur appellatio ex d. constitutione. *Garc. vbi sup. nu.* 225. *Massobr. vbi sup. req.* 5. *dub.* 1. *num.* 43. *& seqq. vbi num.* 55. ait aliquando posse Episcopum eligere dignum. sed satis sit quòd Episcopus debet in hoc arbitrium suum regulare vt vir bonus. *Marescott. d. cap.* 52. *nu.* 23. *par.* 1. & Vicaria perpetua parochialis per cōcursum debet prouideri, vt fuit dictum in *Iacen. Vicaria.* 26. *Ianuar.* 1616. *coram R. P. D. Buratto*. quæ in calce operis est *decis.* 20. & in concursu possunt ex cau-
48 sa recusari examinatores. *Gonzal. vbi sup. glos.* 9. *§.* 1. *in annot. nullit. num.* 186.

49 Quòd si ecclesiæ vacantis parochialis collatio, seu institutio spectet ad inferiorem, puta Capitulum, debet idem Capitulum curare, vt fiat publicum instrumentum, in quo sit certus dies expressus, & annus, talis tenoris, videlicet, quòd protestatur se in d. ecclesia parochiali vacante conferenda ordinarium Episcopum præuenire, ipsamq. conferre illi, quē Episcopus magis idoneum elegerit ex ijs, quos examinatores in cōcursu approbauerint, & ideo se Episcopo denunciare vt edicta proponat, & curet, vt concursus fiat suo tempore. *Flam. Paris. de res. benef. lib.* 10. *quæst.* 7. *in princ.* & latè *lib.* 8. *quæst.* 9. *nu.* 72. *&* 102. & de significatione electionis factæ in concursu ab Ordinario quando collatio, seu institutio spectat ad inferiorem, seu alium. vide *Massobr. vbi sup. requis.* 6. *in princ.* quæ electio est significanda
50 intra quatuor menses a die scitæ vacationis, alioquin collatores liberè prouidere poterunt. *Garc. vbi sup. nu.* 224. *Massobr. d. requis.* 6. *dub.* 1. vidè *Gonzal. glos.* 23. *num.* 8. *&* 9. &
51 ita vidi seruari in Capitulo Pisano, ad quod pertinet collatio quarūdam ecclesiarū parochialium, vt occasione parochialium ecclesiarū S. Mariæ de Pappiana, & S. Apollinaris de Barbericina in dioec. Pisana, quarū collatio spectat ad Capitulum, nam in earum vacationibus Capitulum committit talem vacationem notificari Ordinario, qui edictum proponit pro concursu, eoq. terminato ille qui ab Ordinario electus fuit tāquam magis idoneus comparet coram Capitulo, a quo recipit eiusdem vacantis ecclesiæ collationem, & prouisionem, & de praxi circa edictum, & concursum ad parochiales ecclesias. vide *Massobr. vbi sup. Quarantam vbi sup. Garc. Gonzal. & Barbos.*

52 Ecclesiæ ergo parochiali in casibus supradictis prouidetur per concursum regulariter. sed

53 Fallit primo, quando Papa præuio examine, & approbatione ad curam animarum prouidet ecclesiæ vacanti in partibus cum derogatione *d. Conc. Trid. Gonzal. d. glos.* 6. *à nu.* 116.

54 Fallit secundo, quando ecclesia parochialis resignatur in manibus Papæ ad fauorem certæ personæ, quia talis resignatarius approbatur absque concursu ab examinatoribus synodalibus, & idem est in cessione iurium pro litis extinctione. *Gonzal. d. glos. nu.* 121.

55 Fallit tertio, quando in partibus non fuit seruata forma d. *Conc. Trid.* in approbando, & eligendo digniorem, tunc enim Papa prouidet sine concursu. vt habetur in d. constit. Pij V. in conferendis.

56 Fallit quarto, quando per sex mēses à die vacationis scitæ ecclesia nō fuit præuio concursu collata, nam eo casu tamquam reseruata confertur à Papa sine concursu. vt in d. constitutione.

Fallit

57 Fallit quinto, quando approbati in concursu, in casu, quo ecclesia reseruata fuerit, vel ad alium collatio spectet, intra quadrimestre à die scitæ vacationis attestationem suæ approbationis, & electionis ad Vrbē, & D. Datarium non miserint, tunc enim à Papa confertur sine concursu. vt in d. constitutione.

58 Fallit sexto, quando ecclesia est iurispatr. laicorum, tunc enim præsentatus a patrono debet tantū examinari ab examinatoribus synodalibus vt in d. *cap.* 18. *Concil. Trident. vers. quod si iuspatronatus.* sed si sit patronus ex priuilegio, seu præscrip-

59 tione, tunc fieri debet concursus, cū iuspatr. ex priuilegio, seu præscriptione competens sit sublatum à *Côc. Trid. sess.* 25. *cap.* 9. §. *denique. de refor.* & si patronus laicus duos præsentauerit, inter eos fiet concursus, & eligetur magis idoneus. *Greg. XV. dec.* 494. *nu.* 1. & 2. & *in d. c.* 18. *Concil. Trid. Gonzal. d. glos.* 6. *nu.* 134. *Garc. d. c.* 2. *nu.* 255. *Marescott. vbi sup. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 11. *Annotat. ad Greg. XV. d. dec.* 49 *num.* 3. vide *Massobr. vbi sup. req.* 8. 9. & 10.

60 Fallit septimo, quando ecclesiæ reditus sunt adeo tenues, vt non inueniatur qui velit se examini subijcere, vel ob rixas, & populi prauitatem, tunc Episcopus potest præuio priuato examine prouidere. vt habetur in d. *cap.* 18. §. *si tamen adeo exigui.*

61 Fallit octauo, quando ecclesia parochialis erat sub lite, tunc enim si alter collitigantium cedat, seu decedat, absque concursu solet prouideri, cum tunc non sit simplex prouisio, sed subrogatio. si vero vterque collitigantium obierit, præuio concursu prouidebitur. *Gonzal. d. gloss.* 6. *d num.* 142.

62 Fallit nono. quando cura animarum pertinet ad ecclesiam collegiatam, & exercetur per Canonicos, seu hebdomadarios. *Paris. vbi sup. lib.* 8. *quæst.* 9. *nu.* 94. prout est in Ciuitate Ducali Serenissimi Ducis Parmę, Placentiæ, &c. in qua Ciuitate animarum cura totius ciuitatis pertinet ad Capitulum ecclesiæ Cathedralis ob vniønem factam ex parochis dictæ ciuitatis cum mensa Capitulari, & exercetur à Canonicis, qui sunt quatuordecim cōputatis Archipresbytero, & Præposito.

63 Fallit decimo, in vicarijs apponendis in ecclesia parochiali vnita alicui monasterio, etiam non amouibilibus, vt fuit decisum in *Vlixiponen. iuris conferendi.* 2. *Decemb.* 1605.

64 *coram Litta.* si verò transferatur dicta cura in vicarium, tunc fieri debet concursus. vt habetur in d. decis. & ita Pisis seruatur in vicaria perpetua Abbatiæ S. Zenonis commendatæ. nam d. vicaria præuio concursu conferrur.

65 Fallit vndecimo in ecclesia parochiali perpetuo vnita alicui dignitati, quæ sine concursu prouidetur. *Gonzal. gloss.* 5. §. 7. *nu.* 13. *vbi sup.*

66 Fallit duodecimo, in ecclesijs parochialibus regularibus, quæ solum regularibus conferuntur. *Gonzal. d. gloss.* 6. *num.* 162. & si ecclesia paro-

67 chialis vnius diœcesis sit conferenda ab Ordinario alterius diœcesis vbi non est sita d. ecclesia, Ordinarius loci, in quo est sita ecclesia, debet edicta proponere, & examen in concursu peragere, & collatio fiet ab eo, ad quem spectat. *Gonzal. vbi sup. gloss.* 19. *nu.* 31. *Paris. vbi sup. lib.* 8. *quæst.* 9. *num.* 102. & de his *Barbosa vbi sup. par.* 3. *alleg.* 60. *Praxis Episcopalis Pauli Piasecij par.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. *Marescott. vbi sup. cap.* 52. *Quaranta vbi sup. Massobr. vbi sup. in d. praxi* latissimè. & doctissimè *Io. Alois. Riccius vbi sup. in d. praxi rer. for. ecclesiast. in praxi conc. ad eccl. paroch. decis.* 414. *vsque ad dec.* 427. vbi multa adducit notabilia.

Et in materia concursus, & parochialis placet referre dicta per Ill. D. Theodorum Amidenum I. C. Leodiensem, & in Curia Romana peritissimum

tissimum Causarum patronũ in causa *Pistorien. Prioria nuncupata S. Ioannis fuor' ciuita in Vrbe coram Reuerendiss. D. Datario anno 1627. pro D. Vincentio de Hipolitis Pistoriense sacerdote*, *&* I. V. D. in concursu ad d. parochialem approbato, tenoris infrascripti, videlicet,

Licet non habeamus memoriam, concursum in hac ecclesia vnquam fuisse habitum, nisi in vacatione immediatè præcedenti, de qua mox loquemur, quia à celebratione Concil. Trid. vsque in præsentem diem non alia contigit vacatio, quàm præcedens, & postrema hæc, de qua agimus, tamen hodie non potest dubitari, quin iuxta dispositionem *Conc. prædicti sess. 24. c. 18.* sit in collatione huius ecclesiæ habendus concursus, cum habeat parochiam certis terminis distinctam, animarum curam, & reliqua requisita ad parochialitatem, de quibus per *Staphileũ de literis gratiæ tit. de qualitate & statu beneficiorum. §. circa secundum. nu. 1. & seqq. Hoiedam de incompatibilitate. c. 13. nu. 3. & seqq.* Quæ qualitas parochialitatis abundè cõfirmatur ex præcedentibus collationibus, in quibus hæc ecclesia enunciatur parochialis Prioria nuncupata, quæ nuncupatio non tollit parochialitatem, vt in simili dicimus de beneficijs simplicibus, Canonicatibus nũcupatis, quæ conferuntur per Datariam, non vti Canonicatus, sed vti beneficia simplicia, quia denominatio præcedens tamquam principaliter est attendenda. *Gonzal. glos. 5. §. 7. nu. 3. & seqq.* etiam quoad reseruationem nu. 33.

Non obstat, quòd opponitur ex aduerso de vltimo statu contrario, quia immo huiusmodi status non adest, nam in præcedenti vacatione, vt in præsenti fuit per Ordinarium habitus concursus, & licèt approbatus in concursu noluerit sustinere litem inique sibi illatam contra N. certo modo impetrantem, non tamẽ præiudicauit ecclesiæ, neque collatio Papæ immutauit beneficij statũ. *Verall. decis. 189. par. 3.*

Deinde non apparet de huiusmodi statu, quia impetratio vltimi possessoris non fuit tamquam de dignitate, sed tamquam de reseruato in mense, vt patet ex proœmio. *Dudum siquidem omnes Prioratus cateraq. beneficia cum cura, & sine cura, in Aprilis, & certis alijs tunc expressis mensibus dispositioni nostræ reseruauimus*, quæ reseruatio compræhendit solùm regulam octauam de mense, non autem regulam tertiam de dignitate, adeò, vt in ea non possit fundari vltimus status reseruatiuus dignitatis, in puncto resoluit *Rota in Nolana Primiceriatus. 8. Nouemb. 1613. coram Illustriss. D. Card. S. Eusebij*. quæ in calce operis est *dec. 21.*

Et licèt subdatur in literis, qui dignitas extra tamen Cathedralem ecclesiam forsan reputatur, non tamen ea verba adstruunt dignitatem, sed potius innuunt contrarium, nempè impetrationem non fuisse factam tanquam de dignitate, nam si impetrata fuisset dignitas assertiuè, non poterat postea idem exprimi dubitatiuè sine maxima oppositione, & contrarietate; Dubietas enim opponitur certitudini importata per aduerbium forsan, quod nihil ponit in esse, vt in his terminis resoluit *Rota in Ferraren. Prioratus. 28. Iunij. 1610. coram Penia*.

Rursus nec fieri quidem potuit impetratio tamquam de dignitate, cum nomen Prioriæ non sonet in dignitatẽ, sed potius in officiũ à Prioratu distinctum, & licet vnum, & idem essent Prioria. & Prioratus; nihilominus regula tertia reseruatoria Prioratuum procedit solum in Prioratibus solitis dari in Commendam. *Seraphin. decis. 1305. nu. 6.* Vnde cũ de hoc statu non constet, dubietati expressionis non potest Iudex deferre adeò, vt in ea fundet statum, qui nullo

nullo iure probatur; sed potius dentur probationes in contrarium, quia ad excludendam reseruationem sufficit sola turbiditas, vt in dicta Nolana.

Postremò, dato, & non concesso, adesse vltimum statum dignitatis, non tamen posset opitulari aduersario, quia vltimus status solum operatur ad sustinendam collationem factam de dignitate. *Put.decis.*200. *lib.* 1. non autem suffragatur ad extorquendum collationem de proximo faciendam disertè *addit.ad decis. Greg.*XV. 77. *sub num.*12. quia tunc debet exquiri veritas status. Ex quibus &c.

SVMMARIVM.

1 *Patronus si promisit vnum præsentare, an possit ab hoc recedere.*

2 *Promissio de præsentando ante vacationem, est nulla.*

3 *Promissio de præsentando post vacationem, valet.*

4 *Et si iurata sit, seruanda est.*

5 *Promissio de præsentanda certa persona nulla est.*

6 *Patronus si vnum præsentando iurauit non variare, tunc variare non potest.*

7 *Nisi à iuramento absoluatur.*

CAPVT SECVNDVM.

Patronus laicus si promisit præsentare vnum, an variare possit.

1 PATRONVS laicus si promisit vnũ præsentare, numquid postea variare potest, & alium cumulatiuè præsentare. circa hoc constituo casus infrascriptos cum Lambert.*de iurepat.lib.*2.*p.*2.*quæst.*7. *art.*15.

2 Primus est casus, quando fuit facta promissio à patrono alicui de præsentando quem velit ad beneficium sui iurispatr. de quo loquitur *textus in cap. vlt. de concess. præb.* &

3 tunc si d. promissio facta fuit antequam vacasset beneficium, cum sit irrita ipso iure, seruari non debet:

4 vt in *d. cap. vlt.* si autem promissio facta fuit ecclesia vacante, & tunc talis patronus non obstante tali promissione potest præsentare, & variare, quòd si promissionem iuramento confirmauerit, non poterit variare, nisi prius ab Episcopo, seu eius Vicario absoluatur à iuramento ad euitandum periurium, & ad effectum variandi.

5 Secundus est casus, quando à patrono fuit alicui facta promissio de eo præsentando, & hæc promissio est nulla cum simoniam sapiat, videtur enim initum pactũ super præsentatione,& videtur talis acceptasse præsentationem antequam sit facta, quod est vetitum, vt diximus in libris præcedentibus verum si patronus præsentauit vnum, & iurauit

6 non variare, tunc non potest variare, quia superior non debet admittere periurum ad præsentandum, ne superior sit auctor periurij. *c. mulieri.de iureiur.Lambert.vbi sup.art.*16. & vide in *Pampilonen.beneficij.de Cisur.*26.*Maij.*1603.*coram Card.Lancellotto.* & in *Pampilonen. beneficij de Huarte.*13. *Februarij.*1595.*coram Iusto.* quamuis aliàs valeat actus factus contra proprium iuramentum, licèt faciens efficiatur periurus. *glos. in cap.vlt.verbo,reuocatus.de procur. lib.*6.*Felin.in c.cum accessissent.col.*5. *de procurat. Abb. in c. dilecto. nu.*10. *& seq. vbi Doct.de præb. Alex. cons.*

7 16.*nu.*3.*lib.*3.potest tamen absolui à d. iuramento, & postea variare, vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus potest variare, etiamsi eius procurator aliũ præsentauerit.*

Factum

Digitized by Google

2 *Factum à procuratore dicitur factum à principali.*
3 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
4 *Patronus laicus quomodocumque sit patronus variare potest.*
5 *Collegium laicorum in præsentando variare potest.*
6 *Præsentatus non potest impedire patronum, ne variet.*
7 *Variatio à patrono quomodo fiat.*
8 *Patronus potest plures simul præsentare.*
9 *Patronus potest vnum, mox alium præsentare.*
10 *Patronus variare potest cumulatiuè, non priuatiuè.*
11 *Præsumitur quis velle, quod ius permittit.*

CAPVT TERTIVM.

Procurator patroni potest variare sicut ipse patronus, & quomodo variatio fiat.

1 PATRONVS laicus variare potest etiãsi eius procurator prius alium præsentauerit, ita etiã eius procurator, quia sicut ipse patronus potest variare, ita eius procurator *Rocchus de Curte de iurepat. in verbo, honorificum. q.* 20. *Felin. in c. cum venerabilis. num.* 3. *de exceptionibus. Aug.* Barbosa *de off. & pot. Episc. allegat.* 72. *nu.* 157. quod enim facit procurator fieri dicitur ab
2 eius principali. *cap. mulieres. de sent. excom. l.* 1. *§. deinde. ff. de vi, & vi arm.* quod non procedit, si dictus procurator habeat tantum potestatẽ limitatam ad vnum præsentandum. *Lamber. de iurepat. lib.* 2. *par.* 2. *q.* 7. *art.* 17. quia limitata causa limitatũ
3 producit effectum. *l. in agris. ff. de acquir. rer. dom.* & quilibet patronus laicus etiamsi sit patronus ex priuilegio, vel ex præsumptione, vel ex alia
4 causa variare potest, quod declarat per *Lamb. vbi sup. art.* 18. Barbosa *vbi sup. nu.* 156. quod procedit etiãsi iuspat pertineat ad collegium, vel
5 vniuersitatem laicorum, tunc enim potest collegium, seu vniuersitas vno præsentato variare, & alium præsentare. *Lamber. vbi sup. art.* 19. *& Barbosa ibidem. nec obstat text. in c. cum autem in fin. de iurep.* quia ibi loquitur de collegio ecclesiastico non de seculari.

6 Primus autem præsentatus non potest impedire patronum, ne variet, neque appellare contra ipsum patronum, vt non præsentet alium, quia talis appellatio non tenet. ita *Abb. in c. pastoralis. num.* 1. *&* 2. *de iurepat. & ibi Hostiens.* Innocen. *Ioan. Andr. super glos. penul. &* Card. *col.* 3. *&* Lamber. *vbi sup. art.* 20. aliàs destrueretur tota variationis materia, & auferretur talis potestas à iure patrono laico concessa.

7 Variatio autem à patrono laico duobus modis fieri potest.

8 Primo vnico contextu plures præsentando secundum *clem. plures. §. vlt. de iurep. vbi gloss.* Card. *& alij*, vt is instituatur, quem ex illis Episcopus elegerit.

9 Secundo modo potest fieri variatio, plures ordine successiuo præsentando, & sic diuersis temporibus *c. quod autem. cap. cum autem. & cap. pastoralis. de iurepat.* neque per secundi præsẽtationem receditur à prima, sed Episcopus instituet quem voluerit. *Abb. Io. And. & alij in d. cap. cum autem. &* Lambert. *vbi sup. artic.* 21. Barbosa *d. allegat.* 72. *num.* 158.

10 & ideo patronus variando non recedit à prima præsentatione, sed accumulat, & ita variatio est permissa, nam si priuatiuè, & recedendo à prima præsentatione sine causa secundum præsentet, non auditur, & nulla est variatio. *Abb. in d. c. quod autem. num.* 3. *& Rocch. d. ver. honorificum. quæst.* 13. *Lambert. vbi sup. art.* 21. *num.* 4. *& art.* 22. *Rota decis.* 513. *par.* 3. *diuersor.* Barbosa *vbi sup. num.* 159.

159. *Gutierez de iuram. confirm. par. 3 cap. 13. num. 4.* & si secundo præsentet nil addendo, præsumitur cumulatiuè præsentasse, nam quilibet præ-
11 sumitur velle quod ius patitur, & permittit, & Episcopus tunc instituet quem vult. *gloss. 2. in d. c. cum autem. Rocch. vbi sup. quæst. 15. Barbosa vbi sup. num. 159. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Patronus variando duos tantum præsentare potest.*
2 *Pluralis locutio duorum numero est est contenta.*
3 *Confusio, & infinitus vitanda est.*
4 *Patroni ecclesiastici quando possint plures præsentare.*
5 *Patronus laicus non potest lite pendente variare.*
6 *Si lis sit inter præsentatos à diuersis patronis.*
7 *Patronus potest variando præsentare præsentatum ab alio compatrono.*
8 *Episcopus data variatione, instituere potest quem vult.*
9 *Episcopus data paritate inter præsentatos gratificare potest.*
10 *Et possessio capta ex vi d. gratificationis valet.*
11 *Episcopus debet magis idoneum instituere.*
12 *Aliàs datur appellatio.*
13 *Patronus si ante præsentauit dignum, mox indignum, dignus institui debet.*
14 *Patronus non potest variare, si primo præsentauit addito iuramento.*

CAPVT QVARTVM.

Variatio est permissa, sed duo tantum præsentari possunt.

1 ATRONVS ergo laicus potest variare, & pluries presentare. ita fuit cóclusum in *capitib. præcedentib.* id tamen intelligendum est, vt duos tãtum præsentare possit, idest, vnum prima vice, alium altera vice, tertia autem vice, vel quarta præsentare non potest. ita *Calderin. in cons. 16. de iurep. Rocch. de Curte, de iurepatr. in verbo honorificum. quæst. 10. Lamber. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 7. art. 23.* vbi ait ita in praxi seruari in iudicando, & consulendo. *Tiraquell. in l. boues. §. hoc sermone. in reg. num. 25. ff. de verb. signif.* Nauar. *in c. placuit. nu. 167. & 171. de pœnitent. dist. 6. Gutierez de iuram. confirm. par. 3. cap. 13. num. 3. Calder. Pereira de potest. eligen. cap. 3. num. 19. Garcia de beneficijs par. 5. cap. 9. num. 214. Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. par. 3. allegat. 72. num. 161.* & id probatur argumento *d. §. hoc sermone*, vbi sermo simpliciter prolatus de prima vice intelligi-
2 tur, item quia pluralis locutio duorum numero est contenta. *c. pluralis de reg. iur. lib. 6.* & æquitas suadet, vt
3 infinitas, & confusio vitetur. ad *text. in c. cum in multis. de rescript. lib. 6.* & faciunt dicta per Bellencinũ *in tract. de charitatiuo subsidio. quæst. 23.* & faciunt dicta per *Iasonem in l. edita. col. 3. in fine. C. de edendo.* nec obstat *glos. in clem. plures. §. vlt. verbo plures. de iurepat.* quæ tenet variationẽ à patrono etiam pluries vltra duas vices fieri posse, sequitur *Dec. in cap. quanto, de iudic. à num. 3. cum Abb. ibi & Berous in c. quod autem, nu. 19. de iurepat.*

Quia *text. in d. clem. plures, §. vlt.* debet intelligi, quando plures simul præsentantur vnico contextu, non successiuè, vt dicunt Calderin. Rocch. *& alij supra citati.* quod procedit etiã in patronis ecclesiasticis, qui ex *d. §. vlt.* possunt facere præsentationem
4 alternatiuam, & plures simul præsentare, vt ex eis Episcopus instituat quem vult. prout tenen. *Card. in d. §. vlt. ante nu. 1. & ibi Imola, & Bonif. de vital. num. 4. & 5. Bertacchin. in repert. verbo, præsentatio. vlt. vers. Rocch. de Curt. vbi sup. quæst. 9. nu. 34.*

Tt quam-

Digitized by Google

quamuis *glof. in d. §. ult. uerbo, præfentare contrarium teneat*, quam ibi fequuntur *Abb. nu. 4. & Gemin. in c. 2. de elect. lib. 6. num. 4. &* Felin. *in c. 2. de appellat. num. 5. Selua de benef. p. 3. quæft. 20. num. 5.* Lambert. *ubi fupra quæft. 3. art. 8. & 9.*

5 Limita prædictam regulam, quia patronus laicus nõ poteft lite pendente inter præfentatos variare, & alium præfentare, intelligendo de præfentatis, vno ab vno compatrono, alio ab alio compatrono, & fic de præfentatis à diuerfis patronis, nam fi tres 6 fint patroni, & duo præfentauerint feparatè duos, qui poftea inter fe litigent, hac lite pendente, poteft ille tertius patronus præfentare, & variare prout ei licet. *Rocch. de Curte ubi fup. quæft. 23. & Lamber. ubi fup. d. quæft. 7. art. 24. Flam. Parif. de refignat. benef. lib. 12. quæft. 3. num. 21. Caualcan. decif. 70. num. 62. par. 3. Couarr. pract. quæft. c. 36. num. 7.* Garc. *ubi fup. nu. 217. & feqq. Aug.* Barbof. *ubi fup. num. 162. & in fuis collectan. ad c. cum autem. num. 3. de iurepatr. Mar. Antonin. uar. refol. lib. 1. refol. 104. num. 14. Lancellott. de attentat. c. 4. in præfat. à num. 560.* & diximus fupra hoc lib. cap. 1. poteft tamen va-

7 riando præfentare vnum ex præfentatis ab alio compatrono, quia tunc per talem variationem lis finiretur, vide, quæ dixi in d. cap. 1. & femper in cafu variationis, Epifco-

8 pus, feu alius habens ius inftituendi poterit quẽ vult inftituere ad *tex. in c. cum autem. de iurepat. Lambertin. d. quæft. 7. art. 26. & Nauarr. conf. 5. de iurepat.* & tale ius gratificandi refidet in Vicario Epifcopi. *latè Ricc. in praxi rer. for. ecclef. decif. 218. vbi nu. 310.* refert decifionem Rotæ in proprijs terminis in vna *Calaguritana beneficij, de an. 17. Octob. 1580. coram Aldobr. poftea Clem. VIII.* & paritate inter præfentatos eft locus gratifica-

9 tioni, & Epifcopus, feu eius Vicarius, vel alius habens ius inftituendi inftituet quem ipfe voluerit. *dict. cap. cum autem. vbi communiter Doct. de iurepat. Caualc. decif. 32. num. 6.* nec à præfata gratificatione licet appellare fecundum *Dec. conf. 129. num. 1.* & ita fuiffe refolutum in Rota teftatur *Fufcus de vifitatione.*

10 *lib. 2. cap. 10. num. 3.* & proinde poffeffio capta virtute talis gratificationis non poterit dici attentata *Lancellott. vbi fup. par. 2. in præfat. c. 4 num. 155.* regulariter autem præfentatus à maiori parte patronorum eft inftituendus. *cap. quoniam vbi glof. in verbo maioribus. & ibi Beroys. latiff. de iurepatron. Abb. conf. 76. lib. 2. Rota decif. 117. num. 1. par. 2. diuerf. & Riccius vbi fup. decif. 191.*

11 Quando autem Epifcopus, vel alius debet eligere eum, quem vult inftituere, fi inter præfentatos vnus fit idoneus, alius magis idoneus, magis idoneum debet inftituere, aliter faciendo peccat, & talis magis

12 idoneus poteft appellare. *Abb. in d. cap. cum autem. num. 5. Rocch. vbi fup. in verbo, honorificum. quæft. 15. & per Lambert. art. 26. vbi fup.*

13 Si vero patronus primo vnum idoneum præfentauit, & poftea variando præfentat non idoneum, feu indignum, tunc Epifcopus primum debet inftituere, neque patronus tũc puniri debet, quia iam præfentauerat dignum, & idoneum. ita *Paulus de citadin. de iurepat. par. 6. quæft. 12 & Lamber. vbi fup. art. 27.*

14 Non poteft autem laicus patronus variare, fi prima vice præfentando iurauit, nifi prius à iuramento abfoluatur ab Epifcopo, feu Vicario. *Barbofa in d. collectanea. ad d. c. cum autem. num. 3. & 4. & nu. 5.* dicit laicum patronum poffe intra debitum tempus ei cõceffum variare, & dignum præfentare, fi primo ignoranter præfentauit indignũ, quod fecus eft in patrono ecclefiaftico.

SVMMARIVM.

1 *Habens inftituere, fi dicat, non recipio,*

pio, vel non admitto præsentationem videtur eam reprobare.

3 *Præsentatio valet, si absque causa fuit*

2 *Et tali casu datur appellatio rejecta.*

4 *Et tunc præsentatus potest agere contra superiorem, qui reiecit præsentationem.*

5 *Et ad Papam potest recurrere pro beneficio habendo.*

CAPVT QVINTVM.

Habens instituere si præsentationem absque causa non admittit, quid sit agendum.

1 SI habens instituere præsentationem non admiserit, sed malitiosè, & absq. causa distulerit, & talia verba protulerit, nō recipio, vel non admitto talē præsentationem, eādem videtur reijcere, spernere, & reprobare. *Rocch. de Curte de iurepat. in verbo, honorificū.*
2 *quæst. 46.* tali casu patronus non tenetur alium præsentare, quia taliter præsentatus ab ordinario nolente talem præsentationem admittere potest appellare per *textum. in c. pastoralis. de iurepat.* & tunc coram Iudice appellationis constabit huiusmodi
3 modi præsentationem fuisse legitimè factam, & sine causa reiectam, & ille præsentatus visis videndis, & probatis probandis institui debebit. ita *Rota decis. 4. de iurepat. in nouis. Abb. cons. 28. par. 2. Rocch. vbi sup. d. quæst. 46. Aug. Barbosa, de off. & potestate Episcopi, allegat. 72. num. 167.* & ratio est, quia tunc nulla adest culpa,
4 vel negligentia patroni, debet tamē eo casu agere præsentatus contra superiorem, qui eius præsentationem admittere iniuste denegauit. vt sibi reficiat damna, & expensas. *cap. nullus, & cap. pastoralis de iurep.* vbi habetur, quod talis præsentatus potest recurrere ad Papam pro obtinenda
5 ipsius beneficij prouisione. *Lamb. de iurepat. lib. 2. p. 2. q. 8. art. 2. & 16.*

LIBER VNDECIMVS CONTINET MATERIAM FABRICATIONIS PROCESSVS PRO ASSEQVENDA INSTITVTIONE.

SVMMARIVM.

1 Præsentatus, & præsentans, seu solus præsentatus institutionem petere possunt.
2 Præsentatus mediante procuratore institui potest.
3 Laicus potest esse procurator etiam in spiritualibus.
4 Institutio debet concipi in personam procuratoris.
5 Pater pro filio, frater pro fratre cum promissione de rato possunt institui.
6 In casu, quo præsentatus sit absens, & notus, & examinatus.
7 Institutio petitur, & pro ea imploratur officium iudicis.
8 Electionis cõfirmatio quomodo petatur.
9 Libellus non requiritur dum imploratur officium iudicis.
10 Præsentatus si petat institui nulla alia re addita, sufficit.
11 Petitio ita interpretanda est, vt subsistat.
12 Institutio petitur per libellum, si adsit contradictor.
13 Et tunc narranda sunt dicta in presentatione.
14 Institutionis processus dicitur extraordinarius, & aliquando iudicialis.
15 Præsentatio secunda patroni ecclesiastici non valet, nisi cassata prima præsentatione.
16 Superior antequam instituat debet ex officio de iuribus præsentantis, & præsentati cognoscere.
17 Superior pro libertate beneficij instare debet.
18 Edicti termino elapso debent à præsentato produci iura sua.
19 Et loco contradictoris stat procurator fiscalis ordinarij.
20 Institutionis processus fit de plano, &c.
21 Præsentati idoneitas in quibus consistat.

CAPVT PRIMVM.

Institutio quomodo, & à quo petatur, & tunc Iudex quid discutere debet.

1 IN hoc iudicio petendæ institutionis possũt interuenire simul patronus præsentãs, & clericus præsentatus, vel solus præsentatus, & petere, & instare pro assequenda institutione, & potest patronus prosequi, & ad causam pro suo interesse venire, & mortuo præsentato etiam & petere declarari iuspatronatus ad se pertinere. *Rota decis. 2. quæ incipit. si à præsentatis, de iurep. in nouis. Roccb. de Curte, de iurepat. in uerbo, ius. quæst. 1. num. 6. & Lambertin. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 8. art. 3.* &
2 sicut patronus potest per suum procura-

curatorem præsentare, ita & præsentatus potest per suum procuratorem habentem ad id speciale mādatum, etiam laicum petere & obtinere in-
3 stitutionem, cum laicus etiam in spiritualibus possit esse procurator. *cap. 1. de procurat. lib. 6.* quæ institutio debet scribi, & concipi in perso-
4 nam procuratoris ipsius præsentati. *glos. magistralis in cap. querelam. de elect. firman. in tract. de Episcopo. in 3. parte 2. partis princ. lib. 3. quæst. 15.* eadem ratione pater pro filio, frater pro fratre, consanguineus pro consanguineo, amicus pro amico, pos-
5 sunt cum cautione, & promissione de rato petere præsentatum institui, & causam institutionis prosequi, & institutionem obtinere. *Lamber. vbi sup. art. 4.* intelligendo tamen si absens sit præsentatus in casu permisso
6 tanquam notus, & sit examinatus, & concurrant alia requisita necessaria ad obtinendum institutionem.
7 Institutio autem petitur coram iudice, & superiore habente ius instituendi, & pro ea obtinenda iudicis officium imploratur. *Io. And. & Card. in cap. de cætero. de transact. idem Card. in clem. vnica de suppl. neglig. prælat. Doct. in c. cum Bertoldus. de re iudic.* ita enim & confirmatio
8 electionis petitur per officium iudicis secundum *Doct. & Io. And. in c. 1 de ord. cognit.* quanto magis institutio debet peti iudicis officio, non iure actionis, cum per præsentationem non tribuatur præsentato nisi ius ad rem. *Lamb. vbi sup. art. 5.* & in implorando, & petendo dictū iudicis
9 officium nullus requiritur libellus, si nullus adsit contradictor sicut fit in confirmatione electionis petenda secundum *Specul. de libelli concept. §. 10. vers. 6. & vers. 32.* aliàs verò sic secundum *Io. And. in d. cap. 1. vt lite pend. in nouell. Lambert. vbi sup. art. 6.*
10 ideoque satis est si dicat præsentatus coram habente instituere, peto me institui ad beneficium, ad quod fui præsentatus, ita enim videtur petere omni iure, quo melius potest secundum *Innoc. in cap. cum Ecclesia num. 2. de causa possess. & propriet. firman. vbi sup. quæst. 3.* petitio enim
11 debet interprætari quomodocūque potest, vt procedat secundum *Innoc. in cap. examinata, de iudic. Abb. in cap. bonæ, el 2. col. 2. de postulat. prælat. & inc. constitutus. de relig. domib. col. vlt. & Lambert. vbi sup. art. 7.*
12 Si autem præsentatus petat se institui, & contra se habeat contradictorem, & in figura iudicij sit procedendum, tunc pro obtinenda institutione debet formari libellus, in
13 quo omnia sunt narranda, quæ in ipsa præsentatione narrata sunt, super quo est videndus *Specul. de iure patr. & in tit. de elect. §. 1. vers. celebra. & vers. liquet igitur.* vbi ponit has formas quando concorditer, vel discorditer fuit facta electio, seu præsentatio.
14 Talis autem processus nihilominus erit extraiudicialis, & extraordinarius. *Abb. in cap. dudum. col. vlt. de elect. Geminian. in c. concertationi. in princ. de appellat. lib. 6. & in c. vlt. in princ. col. penult. de off. vic. lib. 6. & Cald. consil. 20. de elect.* si autem processus sit cum aduersario, qui est citandus tunc incipit esse iudicialis, in eo tamen fabricando procedendum est, vt à iure in causis beneficialibus decernitur in *clement. dispendiosam*
15 *de iudicijs.* verum si secundo præsentatus institutionem petat & præsentatus sit à patrono ecclesiastico, debet prius petere, & obtinere cassationem primæ præsentationis, quia ecclesiasticus non potest secundo præsentare, nisi prius cassata prima, secus in patrono laico, qui potest variare, & duos successiuè præsentare, & ambo poterunt petere institutionem, & habens instituere eum quem voluerit instituet. *Innoc. in d. c. cum autem. vbi Cardin. in fine, & Abb. in notabil. lib. de iurepat. & Lambert. vbi sup. art. 10.*
16 Antequam tamen detur institu-

tio, etiam nullo stante contradictore, habens instituere debet ex officio etiam nullo requirente, discutere totum negocium, & videre de iuribus patroni præsentantis, & clerici præsentati ad *text. in c. vlt. de elect. lib. 6.* cum semper inquirendum sit, & standum pro libertate beneficij, &
17 ne iniustè seruituri Iurispatronatus per consuetas vsurpationes subiaceat.

18 Et ideo elapso termino edicti debet talis superior præfigere terminũ competentem ipsi præsentato saltem ad producendum iura, ex quibus dignosci possit de iuribus veris, & indubitatis præsentantis, & præuio examine cognoscere debet de præsentati idoneitate, & loco contradi-
19 ctoris debet stare procurator fiscalis ordinarij, qui opponere debeat contra prædicta, stando pro libertate beneficij. vide latè dicentem *Lambertin. vbi sup. art. 11. num. 2. in fine.* & ita in praxi seruatur, & vidi seruari Pisis, & Tuderti, in quibus locis, procurator fiscalis tũ in fabricatione processus pro assequenda beneficij institutione, tum in fabricatione processus in alienatione rerum ecclesiasticarum semper citatur, & est res maximè vtilis, & necessaria: præ-
20 dicta autem omnia pro assequenda institutione fieri debent, & in eis est procedendum simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij. ita in d. *clem. dispendiosam. in fine. de iudic.* & ibi Doct. declarant illa verba de plano. & *c. super quib.* vide *Bartolum in extrauag. ad reprimendum.*

21 Et notandum est, quòd in præsentato sufficit ætas legitima, literatura sufficiens, clericatus, morum honestas ad *gloss. in c. quando. dist. 23. & diximus sup.* Itè *Lambertin. vbi sup. art. 12. & Zecch. de benefic. & pension. cap. 12. nu. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Oppositiones quæ fieri possint contra præsentationem.*
2 *Procurator fiscalis opponit cõtra præsentationem, si nullus adsit contradictor.*
3 *Exceptiones contra præsentationem referuntur.*
4 *Simonia committitur in annexis spiritualibus.*
5 *Præsentatio simoniaca est nulla.*
6 *Patrono, seu alij collatori pro beneficio obtinendo munus dari non potest.*
7 *Nisi datum sit tantum ad conciliandam amicitiam.*
8 *Institutione pro obtinenda, quæ sint probanda.*
9 *Superior, nisi adsit contrarietas, tenetur admittere, & instituere præsentatum.*

CAPVT SECVNDVM.

Quæ opponi possint contra præsentantes, & præsentatos.

1 OPPONI possunt multa contra præsentantes, & præsentatos posita à *Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 8. art. 13.* & si nullus adsit contradi-
2 ctor potest procurator fiscalis ipsius ordinarij habentis instituere loco ipsius ordinarij opponere, & dicere,
3 quòd præsentantes non sunt patroni, neque sunt in quasi possessione iurispatronatus, seu iuris præsentandi, & quòd ecclesia sit libera, vel si est iurispatronatus, tale iuspatronatus est ex priuilegio, & sublatum à Concil. Trident. vel est vsurpatum. item quod præsentatus est indignùs, nõ idoneus, incognitus absens, quòd non acceptauerit præsentationem infra tempus datum ad præsentandum, vel quod fuit facta præsentatio post lapsum tempus datum ad præ-

sentan-

sentandum, vel quòd præsentatio fuit facta non seruatis conditionibus in fundatione beneficij appositis, vel non fuit facta eo modo, & coram quo fieri debebat, vel quod non cõstet de vera vacatione ipsius beneficij, vèl quòd præsentatio facta fuerit per simoniam, quia simonia com-
4 mittitur in annexis spiritualitati, prout est iuspatronatus, sicut & in ipsis spiritualibus. *cap. ex insinuatione. & cap. de iure. vbi Abb. de iurepat. & in cap. quæsitum. de rer. permu-*
5 *tat.* nam talis præsentatio ipso iure est nulla, *cap. vnico. de simonia. in extrauagantib. communib.* & per tales incurritur excommunicatio, & aliud. vt ibi, vel quia non fuit appositum edictum, nec citati fuerunt speciali citatione contradictores certi, vel fuit facta præsentatio ad beneficium, super quo non cadit præsentatio, vel quia patronus variauit in casu sibi non permisso. & quoad simoniam sciendum est, quòd non
6 licet dare munus dependens à manu, vel à lingua, vel ab obsequio, si sunt pratio, æstimabilia, collatori, electori, seu patrono pro obtinendo beneficio. ita in *c. saluator. 1. q. 3.* nam
7 est simonia, nisi munus datum sit ad conciliandam amicitiam, vt sit recipiens memor dantis, secus si datum sit, vt dantem eligat, vel præsentet. idem est, si præstetur obsequium patrono, electori, vel collatori in quodam pacto tacito, vt ab eo beneficiũ obtineat, tunc enim est simonia. verum si beneficium detur propter munus dependens à lingua, idest, propter preces. supplicationes, laudes, seu commendationes non est simonia, nisi adsit aliquod pactum. pulchrè *Leonardus Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 35. de simonia. dubitat. 20. vbi dubitat. 25.* declarat, quas pœnas inducat simonia realis in beneficijs, *& dubitat. 26.* quas pœnas inducat simonia confidentiæ. & in sequentib. dubitat. tractat de restituenda re accepta pro dando beneficio, & cui sit restituẽda, & an semper sit faciẽda talis restitutio. quem videas.

8 Insuper ad obtinendam institutionem hæc sunt probanda, videlicet, præsentantem esse patronum, vel esse in quasi possessione iurispat. seu iurispræsentandi secundum requisita à *Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 9.* & cautius semper est allegare quasi possessionem, quæ probatur facilius. item debet probari, quòd præsentatus habeat necessaria requisita, & fuisse præsentatum, & præsentationẽ acceptasse infra debitum tempus, & fuisse factum edictum, & alias necessarias citationes. *Lambert. vbi sup. art.* 14. & regulariter nisi aliquid
9 obijciatur contra præsentantem, præsentatum, seu institutionem, habens instituere tenetur præsentatum admittere, & instituere. *c. monasteriũ. vbi glos. vlt. 16. q. 7. Paul. de Citad. de iurepat. par. 6. quæst. 5. & Lambert. vbi sup. art. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus spretus à Superiore potest appellare.*
2 *Quæ appellatio debet admitti.*
3 *Præsentatus spretus potest adire superiorem habentis instituere per viam querelæ.*
4 *Superioris malitia an præsumatur quando spreuit præsentationem.*
5 *Inferior quando differt institutionem, quid agendum.*
6 *Superior si iniustè spreuerit præsentationem, tenetur præsentatum alere.*
7 *Pro cuius clerici alimentis proceditur officio iudicis.*
8 *Collatio beneficij facta spreto patrono est nulla.*
9 *Sed per superuenientem patroni consensum validatur.*
10 *Papa liberò confert beneficium iurisp. mixti.*
11 *Præsentatus spernitur expressè, vel tacitè.*
12 *Præsentatio facta, dum duo litigant in*

in curia super aliqua ecclesia, non tenet.

13 Et *ad quod teneantur tunc patronus, & qui instituit.*

14 *Præsentatus obtinẽs prouisionem apostolicam, non facta mentione de variatione patroni, & de institutione, nihil agit.*

15 *Prouisio apostolica non nocet patronis, nec mutat statum beneficij.*

16 *Neque prouisio Ordinarij.*

17 *Nisi Papa scienter vellet mutare statum beneficij.*

CAPVT TERTIVM.

Quid agendum, si Superior præsentationem spernat, & ad quid teneatur tunc dictus Superior.

1 SVPERIORE spernente præsentationẽ præsẽtatus habet remedium appellationis. *glos.1.in cap. pastoralis.de iurepat.* Franc. *Marcus decis.*491. *num.* 4. *par.* 1. *Campanil. in diuersorio Iuris canonici. rubr.* 11. *cap.* 13. *nu.*475. *& Abb.in d. c.pastoralis. super d.glos.* 1. ait, quòd si habens instituere noluit admittere præsentationem, neque præsentatum instituere malitiosè, datur ipsi præsentato remediũ appellationis, & quæ appellatio debet admitti, si patronus

2 variando alium non præsentauit. *Lambert.de iurep.par.2.lib.2.quæst.*8. *art.* 16. item præsentatus eo casu aliud habet remedium, quia potest

3 adire Superiorem habentis instituere per viam querelæ, & petere, vt cõpellat habentem instituere ad ipsum præsentatum instituendum. *Abb. in d.cap.pastoralis.vbi sup. & ibi glos.in verbo, malitiosè. idem Abb.in cap. cum bertoldus.de re iud.col.2.* & quis pro-

4 bare debeat, & quomodo, & an præsumatur, quod malitiosè habens instituere noluerit præsentatum admittere, neque instituere ponit *glos. in d.verbo, malitiosè. & Lambert. d. art.* 16. 17. *&* 18. & qui dicit probare debet. *c.placuit.6 q.2.* & sic quã-

5 do Capitulum debet instituere, & spernit malitiosè, fit recursus ad Episcopum, qui Capitulo terminum ad instituendum præfigat, & eo lapso ipse Episcopus instituet. & si Episcopus spernat præsentationem malitiosè, recursus fit ad Archiepiscopum metropolitanum, qui prouidet prout de Capitulo dictum est, & sic gradatim. *Paul. de Citad. de iurepat. par.6.quæst.7.in fine. Abb.in d.cap.cũ bertoldus.col.4.in princ. & Lambert. d.art.17. Riccius in praxi rer. for. ecclesiast. decis.* 159. *& Aug. Barbosa de off. & potest. Episc. par.* 3. *allegat.*72. *num.* 193.

6 Verumtamen si Superior iniustè spreuerit præsentationem, & præsentatum, & beneficium liberè alij contulerit, vel minus idoneo tenetur. *ex d.c.pastoralis.* ad prouidendum tali præsentato spreto, & reiecto de alimentis necessarijs, nec ad hæc alimenta petendã requiritur ordo iudiciarius, seu libellus, sed est consideranda paupertas, & impotentia talis clerici respectu Episcopi. argumento *textus in §. sit ibi. Authent. de mand. Princip. Hostiens. in d. cap.pastoralis. §.verumtamen. col.vlt. de iurepat.* &

7 pro ipso clerico alendo officio iudicis proceditur. *Hostiens. vbi sup. & ibidem Cardin. quæst.* 3. *& Lambert. vbi sup. art.* 20. collatio enim bene-

8 ficii facta absque præsentatione patroni, eoq. spreto est ipso iure nulla. *Guid.pap.decis.*374. *Mohedan.decis.* 268. *&* 326. *Bellam.dec.*128. *Franc. Marcus dec.*474.482.493. *&* 1140. *Roland.cons.*47. *vol.*1. quamuis con-

9 sensus patroni superueniens ipsam collationem conualidet, secundum *Boerium in cons.* 34. *& Deciũ in cons.* 117. *&* 678. quòd fallit in prouisio-

10 ne facta à Papa de beneficio iurispat. mixti, quæ valet patrono laico non vocato. *Rota dec.49.de conc. præb. in anti-*

antiquis, & quando Papa expressè derogat iuripat. etiam laicorum, de quo dicemus infra in lib. 14. vide Riccium *ubi sup. dec.* 171.

11 Præsentatus autem spretus dicitur vel expressè, quando habens instituere expressè dicit; nõ te recipio, vel te non admitto, vel tacitè quando duobus præsentatis vnum effectualiter instituit, & alium omittendo tacitè spernit, & si magis idoneũ omisit tenetur ad reficienda damna secundum aliàs dicta, ad quæ me remitto. vide *Lambertin. ubi sup. art.* 25.

12 Eadem ratione, si duobus litigantibus in curia super ecclesia vacante, patronus ipsius ecclesiæ tertiũ præsentet infra tempus datum ad præsentandum coram Ordinario, qui postea scienter illum instituat, si post vnus ex dictis collitigantibus obtineat ad sui fauorem sententiam in curia, habet actionem contra patronum, & contra dictum, qui instituit. argumento *text. in d. c. pastoralis.* apparet enim, quòd talis institutio malitiosè facta fuit, & ad eludendũ d. sententiam. *Paul. de Citadin. de iurep. p. 6. quæst.* 55. *Lambert. ubi sup. art.* 21. & talis, qui obtinuit senten-

13 tiam potest ex æquitate canonica petere interesse ab illo, cuius facto dolosè læsus est nulla actione expressa. vt patet, & colligitur ex eo quod notatur in *cap. ult. de rescript. & in cap. dilecti. de iudic. & in cap.* 1. *et* 2. *de dolo, et contum.* immo tales videtur teneri crimine stellionatus. argum. *text. in l. penult. ff. de crim. stellion. Host. in d. §. uerum tamen, col. ult.* quem ibi sequntur *Io. Andr. in fine. et Card. quæst.* 4. qui dicit sibi placere tales teneri actione de dolo, vel actione in factum ad interesse vincentis.

14 Adde etiam, quòd si vnus ex præsentatis obtineat à Papa prouisionẽ beneficij non facta mentione de variatione facta à patrono, quia illam ignorabat, & de secuta institutione, talis prouisio Apostolica tamquam subreptitia non valet in præiudicium præfati instituti. ita habetur in *cap. constitutus. in princ. ubi Abb. et in cap. ad audientiam. il* 2. *de rescript.* quæ

15 prouisiones Apostolicæ numquam nocent patronis, neque mutant statum beneficij iurispatronatus. ita pluries tenuit Rota prout refert *Riccius ubi sup. decis.* 204. *Achill. de Graff. dec.* 15. *de iurepat. Verall. decis.* 289. *par.* 3. *Cassador dec.* 6. *num.* 5. *de iurepatr. Card. Seraph. dec.* 799. *nu.* 3.

16 *et decis.* 1367. *num.* 4. neque pariter nocẽt prouisiones Ordinarij. *Cassad. ubi sup. dec.* 7. *num.* 2. *Mar. Antonin. uar. resol. lib.* 3. *resol.* 112. *casu* 20. nisi Papa sciret, & vellet mutare statum

17 beneficij, quia tunc eius prouisio noceret, & statum beneficij mutaret. *Card. Seraph. dec.* 1301.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium constat ex tribus personis.*
2 *Præsentantes, & præsentati sunt speciali citatione citandi.*
3 *Incerti edicto citandi sunt.*
4 *Citatio quid sit, & quomodo fiat.*
5 *Citatio alia verbalis, alia realis.*
6 *Citari debet habens interesse in causa.*
7 *Citatio tria requirit.*
8 *Citatio fit ad partis instantiam.*
9 *Citatio requiritur ad processus validitatem.*
10 *Citatio ibi requiritur, vbi causæ cognitio adhibetur.*
11 *Citari debet, qui potest actum impedire.*
12 *Citatio est de iure Diuino.*
13 *Contradictor certus absens potest citari ad eius domum, aut alibi.*
14 *Absens sibi imputet, si procuratorem non reliquit.*
15 *Præsentatio metu facta non valet.*
16 *Præsentatio impetu facta non valet.*
17 *Præsentatio clandestina non valet.*
18 *Patronus quando opponere possit contra præsentatum.*
19 *Extranei etiam possunt opponere contra præsentationem.*
20 *Canonici, & etiam laici circa electionis*

Cita-

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

Contradictores certi speciali citatione sunt citandi, incerti vero edicto generali.

1 HACTENVS visum est, quomodo Superior habens instituere ex officio suo præsentantium, & præsentatorum iura discutere debeat. Nunc est videndum, quomodo prædictorum iura sint discutiēda non ex officio Iudicis, sed ad instantiam legitimorum contradictorum in iudicio comparentium, & se opponentium, & sic quando in tali causa beneficiali iudicialiter proceditur in iudicio constante ex personis Iudicis, actoris & rei, ex quibus constat ipsum iudicium, de quo *Abb. & alij in rubr. de iudicijs*.

2 In primis citari debent nominatim speciali citatione tamquam certi illi, qui primo loco præsentauerūt, vel præsentati fuerunt, & alij incerti
3 edicto, generaliq. citatione sunt citandi. *Doct. in c. vlt. de elect. lib. 6.* & fuit dictum in *Foroliuien. iurispatr. 8. Februar. & 26. April.* 1599. *coram Card. Lancellotto*.

4 Quæ citatio est actus vocatiuus alicuius, cuius interest, quæ fit vel iuris dispositione, vel iudicialiter iudicis mandato, aut arbitri commissione ad partis instantiam, vel ex officio, quādoque, per ipsum iudicem, quandoque per nuncium, aut per alium iudicem, aut partem, quandoque per edicta, per epistolam, per præconem, vel campanam ad fundamentum & validitatem iudicij. & eorum, quæ in iudicio fiunt, & ad defensionem, & alios varios effectus iudiciales. *Marian. Soccin. de citationib. art. 1. in princ. & art. 3.* vbi
5 ponit citationem aliam realē quando capitur persona, aliam verbalem, quæ fit verbis, vel scripto.

6 Et vnusquisque est citandus, quē res tangit, de cuius præiudicio agitur, & cui potest præiudicari. *l. de vnoquoque. ff. de re iud. & in l. nam ita diuus. ff. de adoptionib.*

7 Quæ citatio tria requirit, scilicet mandatum, & commissionem iudicis habentis iurisdictionem. *l. 2. & l. cōsentaneum.* C. *quom. & quan. iud. & ibi Bart.* Factum nuncij, qui personam citandam requirit, & vocat, & ipsius citationis relationem à nuncio factam, & reproductam apud acta causæ. vide d. *Socc. vbi sup. art. 5. in princ.* quæ citatio debet fieri
8 ad instantiam partis, & sic quando dicitur, quòd Iudex debet, & tenetur citare, intelligitur ad partis instantiam. *Socc. vbi sup. art. 6.* & cita-
9 tio semper necessario requiritur pro ordine substantiali ad validitatem processus. *cap. 1. de caus. poss. & propriet. c. cum ecclesia. de constit. & c. inter quatuor, de maior. & obed.* & vbi-
10 cumque agitur actus, in quo requiratur causæ cognitio, requiritur citatio eorum, de quorum præiudicio agitur. *d. l. nam ita diuus. & in l. in causæ. §. si causa cognita. ff. de minor. & c. 1. ad finem. de cau. poss. & prop. et in c. 1. de off. iudic.* & ad quemlibet
11 actum, quem quis posset impedire ne fieret, semper est citandus. *glos. & Doct. in c. ex ratione. de appellat. Io. Andr. in c. solet. de sent. excomm. lib. 6.* latè declarat *Socc. vbi sup. art. 7.*
12 quæ citatio est de iure Diuino, & naturali. *c. Deus omnipotens. 2. q. 1.*

13 Verum si compræsentatus, vel certus contradictor esset absens, tūc satis est eosdem citari ad domum solitæ eorum habitationis, si ignoratur vbi sint, vel in ecclesia, seu ad valuas ecclesiæ, ad hoc vt ecclesiæ citiùs prouideatur. de quo *Innoc. in c. vlt. de eo, qui mitt. in poss. ca. rei seru. Io. And. in reg. præsumitur. de reg. iur. lib.*
14 *6. in quæst.* & sibi imputent, si in loco, vbi

vbi tali causa agitatur, procuratorem
non reliquerunt. *Lambert. de iurepat.
par. 2. lib. 2. quaest. 9. art. 2. num. 2. &
Zecchius de benefic. et pensionib. c. 12.
num. 30.* quod si per metum facta sit
15 praesentatio, potest patronus oppo-
nere, quia talis praesentatio non te-
net, quòd est verum, quando metus
fuit causa talis actus. *Alex. consil. 16.
lib. 3. Lambert. vbi sup. art. 5.* ita etiã
16 non valet praesentatio facta ex impe-
tu, vel iracundia. *c. auditis. ibi pro-
rupit. de elect.* iracundia enim facit
contractum non valere. *l. quicquid
calore. ff. de reg. iur.* vide *Firmanum in
tract. de Episcopo. p. 1. lib. 3. quaest. 35.*
17 neque minus valet praesentatio clã-
destinè facta ad *text. in c. quia pro-
pter. §. vlt. & ibi gloss. & Doct. de
elect.* vt quia non sit facta coram in-
stituere habente, quo casu non dici-
tur perfecta praesentatio, quae si sit
facta non potest manere clandestina,
quia de ea debet poni edictum. *Lam
bert. vbi sup. art. 7.* potest etiam pa-
tronus qui non praesentauit, neque
18 fuit spretus opponere defectum, vel
vitium contra personam, vel aliud si-
mile. *cap. nulli. & c. sequenti. de elect.
lib. 6. Lambert. vbi sup. art. 8.*
19 Insuper omnes etiam quantumuis
extranei admittuntur ad opponen-
dum contra praesentationem pro in-
stitutione impedienda, quia in edi-
cto vocantur omnes, qui se volunt
opponere. *d. c. vlt. de elect. lib. 6. iun-
cta ibi gloss. in verbo, opponere.* & ibi
Doct. pro quo facit id, quòd nota-
tur in *c. cum in ecclesiis. de praeb. lib. 6.*
20 videlicet non solum Canonicos esse
audiendos circa cassationẽ electio-
nis, & contra electionem, sed etiam
laicum saltem denunciando Supe-
riori propter periculum animarum.
vide *Lambert. vbi sup. art. 9.* quòd
21 siquis ad impediendam institutionẽ
opponat contra praesentatum de ali-
quo notorio defectu, non potest po-
stea poenitentia ductus à tali opposi-
tione recedere. *arg. text. in c. ab eo.
& in c. si forte. de elect. lib. 6.* quòd
declara vt per *Lambert. vbi sup. art.*
10. Verum si populus potius de fa-
22 cto, quàm de iure se opponat con-
tra praesentatum, quia nolunt illum
in rectorem, tunc si praesentatus sit
ad beneficium curarum talis populi,
si talis contradictio sit rationabilis
ad scandala euitanda debet admitti,
secus est in beneficio simplici, in
quo nullum vertitur interesse popu-
li, & facit *text. in c. quoniam. de iure-
22 pat.* vbi propter scandalum aliàs ha-
bilis efficitur inhabilis, & talem non
debet Episcopus admittere. & licitũ
24 est propter scandalum vitandum in
mandato Papae supersedere. *c. cum
teneamur. de praeb.* item à rigore iuris
25 receditur vbi scandalum timetur.
*c. ad aures. & ibi gloss. in verbo, scan-
dalo. de temp. ordin. c. cum ex iniuncto
de no. oper. nunciat.* quòd tamen fal-
lit, si ex tali futuro scandalo veritas
26 opprimeretur, quia melius est scan-
dalum nasci, quàm veritatem occul-
tari. *c. qui scandalizauerit. de reg. iur.
in decretal.* & quod scandalum esse
debeat. vide *Innoc. & Abb. in cap.
super his. de accusat. et Paul. de Cita-
din. de iurepat. par. 6. quaest. 19. et Lã-
bert. vbi sup. art. 11.* & est notandũ,
27 quòd in faciendo processu pro asse-
quẽda institutione sufficit talis qua-
lis petitio, cum qua concordari pos-
sit ipsa sententia, seu institutio. *clem.
saepe. circa princ. de verb. signif.* & ex-
28 ceptiones dilatoriae sunt repellendę,
nisi essent necessariae pro personarũ
legitimatione. *Cardin. in d. clem. saepe.
col. 5.* & in tali iudicio procedetur
29 summariè de plano, sine strepitu, &
figura iudicij, secus si lis esset inter
patronos super ipso iurepatronat. &
30 non ad effectum prouidendi ecclesiae
tunc non vacantis, quia tunc esset
iudicium ordinarium. ita habetur in
*clem. dispendiosam. de iudic. et ibi gloss.
et Doct.* neque hoc in casu quando
31 lis est inter praesentatos litis conte-
statio requiritur. *d. clem. dispendio-
sam. et ibi Card.* & quòd in summa-
32 rijs litis contestatio non requiratur

dicit *Specul.de off.deleg. §. postremo. vers.*7. quem sequitur *Abb. in c. veniens.il 2. in fine.de testib.* vide *Lambert. vbi sup. art.*13.

33 In hoc igitur summario iudicio pro assequenda institutione, cdicto publicato, eiusq. peremptorio termino elapso, vel facta speciali citatione certi contradictoris si adsit, si factæ sint cōtradictorum oppositiones, & exceptiones, & facta aliqua responsione, quæ loco litis contestationis habeatur, dandus est vtrique parti terminus ad probandum incūbentia. ita habetur in d. *clem. sæpe. ibi.* terminum dare possit. & ita seruatur in praxi Pisis, eiusq. diœcesi, vbi secundum constitutiones synodales Pisanas *in tit.*13. *c.* 3. *quomodo proced.sit in caus.exced.summ.lib.*70. datur terminus communis triginta dièrum vtilium ad probandum, deducendum,& allegandum, & faciendum omne & quicquid in probationum genere volunt, & possunt. qui terminus ex causa semel rantum ad quindecim dies vtiles prorogari potest. quo termino durante possunt à

34 litigantibus produci, & præsentari articuli,positiones,exceptiones,acta, iura,instrumenta,& munimenta,quibus partes vti volunt, de quibus habetur in d.*clem.sæpe. §. & quia positiones. & ibi glos. & in* §. *citationem vero. ibidem.* habetur quòd etiam in tali causa debet præstari iuramentum calumniæ, & de veritate dicenda. *Rocch. de Curte de iurep. in verbo,competens alicui.quæst.*14.*col.*2.*& Lambert. vbi sup. q.*10.*art.*1.2.*et* 3. & demum datur terminus quinque dierū ad producendum, & post præuia citatione fertur sententia.

36 Prædictis opportunè est addendū, quòd in beneficiorum prouisionibus proceditur extraiudicialiter,quando nullus adest contradictor,& aliquādo iudicialiter quando adest contradictor,de quo latè per *Hier.Gonzal. in comment. ad Regul.*8.*Cancell. post gloss.*9. *et §.*1. *tit. annotationes contra nullitates, et attentata in causis beneficialibus.*

37 Quoad primum regulariter,& plerumque collationes, & prouisiones beneficiorū sunt actus extraiudiciales. *c.concertationi, de appellat.lib.6. vbi Geminian.nu.*3.*Franc.n.*3.*et alij. Imola in c.vlt. nu.*13. *de præsumpt. et ibi Abb.nu.*13.*et Felin. nu.*22. *Lambert. vbi sup. lib.*2.*p.*2.*quæst.*2.*art.*3.

38 Et ideo collationes, & prouisiones regulariter non sunt de processu, neque ad processum pertinent. *Rota iuncta addit.Papazz.dec.*3. *vt lit.pēd. in nouis.* & si imploretur iudicis offi-

39 cium pro obtinenda collatione, & prouisione beneficij, non tamen dicitur litigiosum beneficium. *Bald.in auth.litigiosa.n.*1. *C.de litigios.* quem secuta fuit *Rota in vna Calagurritana beneficij de Iocano.*5.*Maij.*1600. *coram Card.Seraph. quæ est impressa decis.*1355.

40 Item etiam est processus extraiudicialis factus à iudice literarū Apostolicarum executore super verificatione gratiæ,quando non adest clausula,vocatis vocandis, neque alius à possessione est expellendus. *Innoc.in d.c.vlt.et ibi Abb.Felin.et alij.*idē est

41 in executore dato ad dispensandū. *Puteus dec.*144.*n.*1.*et seq.et dec.*473. *nu.*1.*lib.*2.est etiam actus extraiudi-

42 cialis impetratio commissionis, seu rescripti. *Felin.in c.quoniam contra. n.*8.*de probat.* & quando proceditur

43 extraiudicialiter,nulla appellatio ex aduerso interposita suspendit collationem beneficij, neque traditionem possessionis.ita intelligi debet.*tex.in c.constitutis.*46.*ad fin.vbi Abb.nu.*6. *et Dec.in fin.de appellat.Dec.cōs.*220. *n.*2.*Lancell.de attentatis.p.*2.*c.*12. *limit.*5.*n.*4.*et limit.*40.*n.*6. & genera-

44 liter nulla appellatio extraiudicialis executionem suspēdit, neque causat attentata. *c.sū inter.de elect.Vestrius in praxi.lib.*8.*c.penult.n.*9.*Lācell.ubi sup.d.c.*12.*limit.*3.itē actus extraiudi-

45 ciales nūquam transeunt in rē iudicatā,ex quo deficit iudiciū,& sentētia, *Abb.*

Abb. in c. 1. num. 13. de his, quæ fiunt à maior. par. capit. nec per actum extraiudicialem dicitur lis introducta.
46 Lancellott. *vbi sup. par. 2. c. 4. in præfat. num.* 275. neque actus extraiudicialis interrumpit præscriptionem
47 regulæ de triennali. *Put. decis.* 174. *num. 4. lib.* 3. neque denunciatio extraiudicialis interrumpit aliam præ-
48 scriptionem. *c. nihil. vbi Felin. nu.* 5. *de præscript.* ita etiam quando pro-
49 ceditur extraiudicialiter, collator potest cõferre beneficium extra proprium territorium. *c. post electionem. de conc. præb. Gonzal. vbi sup. glos.* 62.
50 *nu.* 2. & in tali prouisione extraiudiciali non adest iudicium, quod constat ex tribus personis, actore, iudice, et reo. *Doct. in rubr. de iudic.* sed in curijs benè ordinatis, adest procurator fiscalis, qui semper est citandus
51 quando quis tanquam præsentatus petit institutionem, & ita esset iudicium.
52 Et est notandum, quod si appellatum sit à collatione, vel prouisione coram conferente vti iudice in forma iudicij, tunc talis appellatio dicitur actus iudicialis, et causare potest attentata. *Innoc. in c. ad dissoluendum. num. 5. de disp. impub. Put. decis.* 472. *lib. 2. Lancellot. vbi sup. d. c. 12. limit. 3. nu. 47. & limit. 5. nu. 4.*
53 Quoad secundum, quando iudicialiter, & contentiosè proceditur ad institutionem, collationem, seu prouisionem beneficiorum, & per telam iudiciariam formatur processus iudicialis cum iudice, actore, & reo, & tunc probationes fieri debent ordine iudiciario. *Cassador. dec.* 18. *in fine. de præben. Felin. in cap. vlt. nu. 27. de præsumpt. Rota decis. 266. nu. 5. & 8. par. 3. lib. 3. diuers. &* Lancellot. *vbi proxime. d. limit. 3. in fine, & limit. 5. num.* 4. quamuis enim in cau-
54 sis beneficialibus sit procedendum summariè simpliciter & de plano sine strepitu, & figura iudicij. *d. clem. dispendiosam. de iudic.* attamen seruanda erit forma assignata per *d. cap. sæpe. de verb. signif.* & vt facilius vitentur nullitates, & attentata, infrascripta sunt notanda, &
55 Primo circa examẽ testium, quod fieri debet citata parte ad videndũ illos iurare, aliàs examen erit nullũ. *l. si quando. C. de testibus. Crescent. decis. 2. num. 1. de testibus.* & ideo tunc omnes contradictores, & interesse habentes sunt citandi. *Bald. in auth.*
56 *hoc amplius. num. 1. C. de fideicomm.* quæ citatio debet esse certa, ad certam horam, certum locum, & cum exacta specificatione omnium requisitorum. *Rota decis. 17. num. 1. de re iudic. in nouis. Put. decis. 158. num. 5. lib. 1. & decis. 182. lib. 2.* sustinetur
57 tamen examen quamuis citatio legitima vt supra facta non sit, si pars fuit præsens dum testes iurarunt, nã præsentia partis supplet defectum citationis. *Bart. in l. furioso. num. 6.*
58 *ff. de re iudic. Abb. in cap. tenor. num. vlt. de re iud. Capicius decis. 1. nu. 37. Vantius in tract. de nullitatib. cap. vlt. num. 15. Verall. dec. 116. par. 1.* dummodo notarius in actis retulerit testes iurasse dicta parte præsente. item
59 valet d. examẽn sine citatione, quan do pars est contumax in non comparendo, postquam à principio causæ fuit citata ad totam causam, & ad singulos actus in eadem citatione. *Rota decis. 8. in fine. de testibus. in nouis. & facit text. in cap. 2. de dol. &*
60 *contum. lib. 6.* idem est, quando pars se dat pro citata. *Cas. de Grassis, dec. 15. num. 5. de testibus.* item ex æquitate quando testes nulliter exami-
61 nati essent mortui. *Put. dec. 196. n. 1. lib. 2. Farinac. de testibus, quæst. 75. nu.* 190. item idem est, quando pars
62 non citata dedit interrogatoria, super quibus fuerũt interrogati testes examinati, vel saltem iste defectus est sanabilis per commissionem desuper in signatura sanctissimi D. N. Papæ. *Crescent. decis. 1. num. 1. de ferijs. Put. decis. 301. lib. 3. Verall. decis. 273. num. 3. par. 3. Marchesan. de commissionib. par. 2. cap. 1. super nulli-*

*tatib.num.*58.*& 59.* Accbill. *decis.*1. *num.*4.*de testib.*& de interrogatorijs vide *Specul.in tit.de testibus*, §. *nunc de interrogatorijs. num.* 1. *& seqq. & Marantam in praxi par.6. memb.7. de interrogatione*. & testis est prius examinandus super omnibus inter-
63 rogatorijs, & postea super articulis, & ita seruatur in Curia, & alibi passim. *Rota decis.*511.*nu.*4.*lib.*3.*par.*3. *diuers.*& examen factum reiectis in-
64 terrogatorijs non erit ipso iure nullum, sed nõ probabit nisi præuia testiũ repetitione, & prçuio super inter rogatorijs examine expẽsis illius, cu ius culpa testes prius super interrogatorijs examinati non fuerunt *Specul. vbi sup.num.* 21. *Maranta vbi sup.num.*4.*Ant.* Gabr.*tit. de testibus. conclus.*21.*num.*20.& est notandum,
65 quod articulans pro probanda consuetudine, præscriptione, possessione, vel actu simili, & testes super hoc examinans semper dicat, & ita testis vidit seruatum fuisse à tempore quadraginta annorum, & citra, cum illa dictione &. ita *Bart. in l. celsus. num.*22. *& seqq.ff.de vsucapionib. Felin.in c. licet causam. nu.*8.
66 *de probat*, & quod in articulo concludatur de tempore continuo, & necessario ante litem motam. *Bart. in d.l. celsus. num.* 27. pariter quando fit
67 examen super fama, aut communi opinione, ita dici debet, fuit & est, quia aliàs potuit esse fama orta post litem. *c.licèt ex quadam.*47.*ibi*, *& ante litem motam. de testib. vbi* Abb. *num.*3.*&* Anchar. *nu.*5.in quo exa-
68 mine potest ex causa recusari notarius deputatus. *Bald. in d.c.quoniam contra.num.*12.*vbi* Felin. *num.*4. *de*
69 *probat.*quæ recusatio notarij solo recusantis iuramento probatur. Veral. *decis.*102.*par.*1.*& decis.*64. *num.*2. *par.*3.*Cagnol.in l.si librarius nu.* 47.
70 *ff.de reg.iur.*& iuramentum testis per solam enunciationem notarij probatur, vt quia scripserit, talis testis iuratus deposuit, quamuis melius, & tutius sit, quod notarius exprcsse extendat dicti iuramenti formam. *Couarr.variar.resolut.lib.*2. *cap.*13. *nu.*2. & ita tenuit *Rota teste* Gonzal. *in dict.annotat. nullit.nu.*113.
71 Secũdo est necessaria citatio personalis ad sententiam, alias sententia est ipso iure nulla. *d.clem.sæpe.* §. *sententia vero.de verb.sign. l.de vno-*
72 *quoque*, *ff.de re iud.l.*1.§.*cum de edicto.ff.quæ sent.sine appell.rescin.*Vantius *vbi sup.tit.de nullit.ex defectu citat.num.*56.Dec.*cons.*103.*num.*11.& super hoc 15. ampliationes ponit *Gonzal.in dd.annot. à num.*117.& in ea exprimi debet, quod sit ad audiendum sententiam diffinitiuam. *glos.in d.*§.*sententia, verbo, ad id. vbi* Card.
74 *num.*9. quæ citatio ad sententiam debet esse aut vna peremptoria, aut triplex citatio. *Felin.in c. consuluit. num.*8.*de off.deleg.glos.in d.* §.*sententia.in verbo, peremptoriè vbi Bonif. de vital. num.* 34. & quæ citatio ad
75 sententiam debet esse personalis, nõ
76 autem sufficit fieri ad domum, nisi quando à principio causæ præcessit citatio personalis, & postea citari nõ potuit, quia citandus latitabat, aut citatio erat difficilis. *c. causam quæ. de dol.& contum.Put.decis.*279. *lib.*2. *& decis.*33. *casu* 283. *lib.*3. *Vantius vbi sup. num.*82. *& seqq.* attamen
77 conclusio in causa formiter facta supplet defectum citationis. *Vantius vbi sup.cap.vlt.num.*107.Alex.*cons.*225 *num.*12.*lib.*6.*Afflict.decis.*283.*n.*6. vel quando pars esset præsens tem-
78 pore prolatæ sententiæ, quia præsentia habet vim citationis. *clem. causam. ibi. cum in appellat. de election. Vant.d.cap.vlt. num.*47. *&* 100. & alijs decem & nouem modis limitat Iason in *l. nec quicquam. num.*23.*ff. de off.procons.& leg.* dictam regulã, quòd citatio ad sententiam requiratur, & refert Gonzal. *vbi supra in dd.annotat.à nu.*154.*&* 165.*& seqq.*
79 & quamuis sententia sit nulla ex defectu citationis, non tamen reliquus processus præcedens erit nullus, si aliàs erat legitimè factus. *Put. decis.*

119.

119.*num.2. lib.1. Afflict. decis.*148.
80 *num.*3. ficut etiam annullata insti-
tutione remanet firma præsentatio
legitimè facta. *Crescent.decis.*12.*n.*3.
de iurepat.

81 Tertio est notandum, quòd regu-
lariter antè diffinitiuam sententiam
non est appellandum,& si appelletur
talis appellatio non causat attenta-
ta.*l.ante sententiam.ff.de appellat. re-
cip.l.ante sententiam.C.quor.appell.nõ
recip.* & disponitur in *Concil. Trid.
sess.*24. *de reform. cap.*20. attamen
82 quando appellatio interponitur ab
interlocutoria continente grauamen
irreparabile,tunc est supersedendum
à iudice à quo,alias essent omnia at-
tentata per eum postmodum gesta.
*l.*2. *ff. de appellat. recip. Lancellott.de
attentatis, par.*2.*cap.*12, *à num.*100.
& semper datur appellatio, quando
83 sententia interlocutoria habet vim
diffinitiuè, aut continet grauamen
irreparabile, aut parat præiudicium
in negocio principali, aut absorbet
ius partis, & acta subsecuta appella-
84 tione prædicta pendente sunt atten-
tata. *cap. vlt.* §. *vbi verò. de appellat.
lib.*6. *Conc.Trid. d.c.*20. & habetur
in reg.36. Cancell. & quando detur
85 appellatio à grauamine, & à quo
grauamine vide *Gonzal.vbi supra in
dd.annotat.à num.* 177. *ad num.*202.
86 & quamuis à sententia lata in pos-
sessorio non possit appellari, tamen
licita est appellatio ab inordinato
processu. *Ludouic. decis.Perusina* 39.
*num.*8. *&* 10. latissimè *Menoch. de
de adipisc.possess. remedio* 4. *quæst.*99.
*num.*807.*& seqq.& nu.*813. *& seqq.*
plura in contrarium adducit *Osascus
decis.*25.*num.*14.*Surd.decis.*36.*num.*
16.*Gonzal. vbi sup.glos.*6. *num.*224.
& 225.& quando licita est appella-
87 tio in casu prædicto procedit nedum
quoad actum deuolutiuum, sed etiã
suspensiuum. *Couarr.pract.quæst.cap.*
23.*num.*8.& dicunt supracitati.

88 Quarto est notandum,quod quã-
do in beneficialibus proceditur iu-
dicialiter, & cum contradictore, li-
citum est appellare à diffinitiua, &
pendente termino ad appellandum,
seu appellatione pendente, non po-
89 test fieri actualis collatio, seu proui-
sio, nec tradi possessio, alias omnia
erunt attentata, & nulla. *cap. à colla-
tione, iuncto c. non solum de appellat,
lib.*6.*c.*2.*vt lite pend.lib.*6.*Rota dec.*6
*num.*1.*lib.*2.*par.*2. *& decis.*266. *n.*1.
par. 3. *lib.*3. *diuers.* Lancellott. *vbi
sup.par.*1.*c.*4.*in præfat. num.* 725. &
idem est in confirmatione,& institu-
90 tione facta ad præsentationem, seu
electionem alterius. *c. vlt.de elect.
lib.*6.*vbi Francus num.* 9, *Lancellott.
d.nu.*275. *Azeued. in addit.ad Curiã*
91 *Pisanam.lib.*2.*c.*4.*num.*14. quod ta-
men non procedit in collatione, seu
traditione possessionis ecclesiatum
parochialium, quæ non suspenditur
per appellationem. *Concil.Trid. sess.*
24.*de reform.c.*18. & adest constitu-
tio Pij V.quæ incipit, in conferendis.

92 Item non procedit si per constitu-
tionem Apostolicam remoueatur ap
pellatio suspensiua.*c.*1.*de rescript.Co-
uarr.d.c.*23. *num.*6. & si per consue-
93 tudinem legitime probatam appel-
latio operetur effectum deuolutiuum
tantum non suspensiuum.*Rota decis.*
1155.*lib.*3. *par.*3. *diuers. Lancellott.
vbi sup.d.par.*2. *c.*12. *limit.*98. *nu.*1.
vel si talis adsit cõstitutio synodalis.
94 *Couarr.d.c.*23.*num.*6. *Magon. decis.
Lucana.*15.*num.*11.*&* 12.*Lancellot.
vbi sup.limit.*48. *num.*7. idque pari-
ter non procedit in collatione, seu
95 immissione facta vigore literarum
Apostolicarum,nam regulariter non
datur appellatio suspensiua, quia
literæ Apostolicæ habent executio-
96 nem paratam. *c.si quando. de rescrip.
Staphil. de lit. iust.* §. *ad prædicta.
n.*14. *Rebuff. in praxi*, in forma no-
uæ prouisionis, sub illis verbis, ipsi,
vel duo, & ideo in tali appellatione
97 signatura ponit clausulam, sine præ-
iudicio executionis literarum Apo-
stolicarum, quæ præseruat iurisdi-
ctionem iudicis à quo,vt ad vlterio-
rem executionem procedere valeat.

Digitized by Google

Marchesanus de commiss. par. 2. c. 5.
de commiss. appellat. num. 19. idem est,
98 si appelletur ab executione facta vi-
gore publici instrumenti cameralis,
seu cũ quarantigia *Gallesius de oblig.*
cameral. par. 3. in c. de quæstionib. va-
rys post process. incid. nu. 10. & seqq.
99 nisi in literis Apostolicis esset clau-
sula vocatis vocandis, vel quando
intrusus, seu possessor non fuit cita-
tus, vel si executor procederet ad
executionem sine verificatione nar-
ratiuæ, vel quando executor non ser-
uauit formam in literis expressam,
vel si pro parte possessoris probetur,
quòd literæ sint subreptitiæ, vel ob-
reptitiæ, seu quando in literis adest,
clausula, amoto quolibet illicito de-
tentore, & quando nulla res iudica-
ta præcessit, quia facit iudicem mix-
100 tum, & requirit ordinem iudiciarium.
Felin. in c. exibita. num. 4. de iudic. &
in c. vlt. num. 33. de præscript. Verall.
decis. 284. num. 4. par. 2. & declarat
prædicta Gonz. *vbi sup. in dictis an-*
notationibus, num. 225. & seqq. & tũc
in prædictis casibus, vt appellatio
101 pariat effectum suspensiuum, propo-
nitur commissio in plena signatura,
& deducuntur causæ grauaminis il-
lati ab executore, & tunc interdum
causa committitur simpliciter, & ali-
quando cum clausula, si quid exe-
quendum sit, quæ aufert potestatem
exequendi à iudice à quo. *Rota decis.*
477. nu. 7. par. 3. lib. 3. diuers. Lan-
cellot. d. par. 2. cap. 18. num. 18.
102 Nec obstat, quod literæ Aposto-
licæ prouisionis beneficij habeant
clausulam, appellatione remota,
quæ excludit effectum suspensiuum,
& excusat ab attentatis. *c. pastora-*
lis, §. præterea. de off. deleg.
103 Quoniam dicta clausula solet ap-
poni in parte executiua literarum,
& non cõprahendit contradicentes
de iure, sed cõtradicẽtes de facto. *gl.*
in c. pro illorũ, in verbo, cõtradictores,
de præb. & ibi Abb. n. 9. Lãcell. *d. p. 2. c.*
12. limitat. 8. num. 45. & intelligitur
104 dicta clausula solum de friuola appel
latione non de legitima. Put. *decis.*
328. nu. 1. lib. 2. nisi apposita sit cum
105 causæ cognitione, neque dicta ali-
quid operatur quando constat de
notorio grauamine. Dec. *cons. 49.*
nu. 2. & Lancellot. d. c. 12. num. 28.
106 Admittitur tamen appellatio etiã
quoad effectum suspensiuum, quan-
do proceditur vigore breuis Apo-
stolici concessi pro capienda posses-
sione beneficij reseruati ad fauorem
literarum Apostolicarum, vel nomi-
ne Cameræ Apostolicæ quando li-
teræ non sunt expeditæ, ex quo in
dicto breui disponitur, quòd proce-
datur ad immissionem possessionis,
sine vitio spolij, & attentatorum, &
appellatione remota, & cum clau-
sula sublata.
107 Primo, quando executor graua-
ret, vt quia intrusus, seu possessor
citatus non fuerit, vel si citatus fuit,
non legitimè fuit citatus. *Cassador.*
decis. 2. num. 4. de pension. & decis. 12
in fine. de rescript. Put. *decis. 33. lib. 3.*
108 Secundò quando non est probata
reseruatio, de qua in literis diceba-
tur Lancellott. *vbi sup. cap. 4. in præf.*
num. 512.
109 Tertio, quando non est probata
dicta reseruatio, etiamsi non adsit
clausula constito, &c.
110 Quarto, quando reus, & posses-
sor vellet probare incontinenti ali-
quas exceptiones respicientes reser-
uationem.
111 Quinto, quando reus esset proui-
sus à legato de latere, vel Nuncio
Apostolico, & breue continet clau-
sulam contra quoscunque, non ta-
men prouisos à Sede Apostolica.
112 Sexto, quando breue, seu literæ
sunt subreptitiæ, vel est subreptitia
gratia principalis, à qua breue pro-
cedit.
113 Septimo, quando non est seruata
forma breuis, seu literarum, de his.
Lancellott. d. par. 2 c. 4. in præfat. num.
508. & seqq. & Gonzal. in dd. anno-
tat. à n. 253. ad 282. nunc est viden-
114 dum quis sit ligitimus contradictor.

Legi-

Legitimus autem est contradictor, qui cõtradicit lege permittente, seu ex legis præscripto, quia legitimũ dicitur quicquid à lege mediatè, seu immediatè prouenit. facit text. in l. lege obuenire. vbi Doct. ff. de verb. signif. Argelus in tractatu de legitimo contradictori quæst. 1. art. 2. num. 1. legitimus autem contradictor dicitur, si consideretur, quinque conditiones, nempæ modi, causæ, temporis, rei, seu materiæ subiectæ, & finis, siue effectus.

Modi contradicendi sunt duo, directus, quãdo recta via immissionẽ petiti negat esse concedendã, alius indirectus, seu obliquus, quando ipse quoque cõtradictor petit se immitti. causæ, quibus quis iuste contradicere potest sunt partis citatio, ius proprium cuius vi etiam absque citatione quis contradicit, puta ex prætensione possessionis in re vacati, ex ipsa possessione, & dubium sit, ad quem spectet, & ex titulo: temporis idest ante sententiam, post sententiam, sed ante immissionem, post sentẽtiam, & post immissionem: res, seu materia beneficialium, seu aliarum rerum, finis seu effectus, vt absolutè impediatur immissio, aut impediatur via executiua, & causa efficiatur ordinaria vel vt priùs agatur de prioritate iuris ante immissionem, aut vt impediatur duratio effectus ipsius immissionis, vt per *Argelum vbi sup. q. 2. ar. 2.* & regulariter possidens est legitimus contradictor, si velit impedire aduersarium, quominus possessionem summariè procedendo consequatur. *arg. l. vltima C. de ed. diu. ader. toll.* quod declara, vt per *Argelum vbi sup. quæst. 2. art. 2. num. 3. & seqq.* & ideò possidens vi gratiosæ subrogationis est legitimus contradictor contra intentantẽ hoc beneficium vi alterius gratiosæ subrogationis, & ordinariè procedi debet. ità est communis opinio. *Pur. decis. 308. in prin. lib. 1. & decis. 131. lib. 2. secundum impress. recent. Verall. decis. 329. par. 2.* & fuit dictum in Rota *in vna Ciuitatis Castelli parochialis. 23. Iunij 1597. coram Cardin. Lancellotto. in Tuder. parochialis. 27. Iunij 1602. coram Cardin. Sacrato. & coram Card. Seraph. decis. 1153. nu. 3. Argelus vbi sup. quæst. 15. art. 2. nu. 2.* pariter prouisus à Papa, & possidens mediante prouisione ordinaria est legitimus contradictor contra gratiosè subrogatum, quia possidens cum titulo, & sic iustè, & legitimè, est legitimus contradictor, & cum eo est agendum via ordinaria & ille debet obtinere, qui habet potiora iura. *Bar. in d. l. vlt. nu. 21. vers. aut comparent. vbi Dec. num. 41.* fuit dictum in *Celsonen. Canonicatus. 1. Iun. 1607. coram D. Coccino.* & prouisus à Papa non possidens non est legitimus contradictor contra gratiosè subrogatum, quia in non possidente par titulus est necessarius, idest, vt vtraque sit subrogatio gratiosa, vt fuit dictũ in Montis Falisci Capellaniæ 30. Ianuarij 1606. coram Card. Lancellot. *Argelus d. quæst. 15. art. 3. num. 34.* similiter habens titulum à Nuncio, vel Legato est legitimus contradictor contra prouisum Apostolicum, quia habens parem titulum etiamsi non possideat est legitimus contradictor ad impediendam immissionem summariam petentis, & vt fiat iudicium ordinarium, suppositis tamen terminis habilibus pro validitate ambarum prouisionum, & prouisus à Nuncio dicitur prouisus apostolicus. *glos. in c. si Abbatem. de elect. lib. 6. vbi Geminian. num. 5. & Franch. num. 4.* & fuit dictum in *Leodien. beneficij. 13. Iunij 1608. coram Ortembergo Episcopo Attrebatensi.*

Vtrum autem prouisus ab Ordinario, & possidens sit legitimus contradictor contra subrogatum gratiosè à Papa dicas cum Argelo *quæst. 15. art. 5. num. 18. & seqq.*

Primo, in beneficio litigioso prouisus ab ordinario, vtcumque possideat, non est legitimus contradictor,

ctor, nec quidem ad effectum, vt gratia sit iustificanda, quia beneficium litigiosum etiam moriente vno ex collitiganribus non dicitur vacare, sed pendet eius status vsque ad rem iudicatam. *Vitalin. in clem. 1. nu. 41. vt lite pendente*. & in non vacantibus certum est Ordinarium nullum ius habere. *Put. dec. 495. lib. 2.* & fuit dictum in *Barchinonen. Canonicatus*. 9. *Maij*. 1598. *coram Illustriss. Card. Millino*. & in *Pampilonen. Praeceptoriae*. 2. *Maij*. 1611. *coram Penia*. hoc tamen intelligendum est probata lite, clericatu ipsius subrogati, & possessione illius, in cuius locum facta est subrogatio. vt fuit dictum in d. *Montisfalisci Capellaniae*. 30. *Ianuar.* 1606. *coram Card. Lancellotto*. & in *Auersana Capellaniae*. 15. *Decembr.* 1609. *coram Cardin. Sacrato*. quòd fallit, si lis esset calumniosa, quae non facit beneficium litigiosum. *Bisignet. dec. 2. de rer. permut. in fine*, *Cassad. dec. 7. de dol. & contum.* *Mandos. in reg. de subrogat. q. 11. nu. 6.* & fuit dictum in *Gerunden. Canonicatus*. 14. *Maij*. 1601. *coram Greg. XV.* dummodo lis sit notoriè calumniosa itaut nec sit colorata. vt fuit dictum in *Placentina parochialis de malpartida*. 1. *Decemb.* 1603. *coram Litta*. vnde sufficit litem esse coloratam, & dummodo Ordinarius non habeat indultum conferendi etiam beneficia litigiosa. vt habetur in *Mediolanen. beneficij*. 10. *Martij*. 1614. *coram Andrea*.

Secundo, cessante lite, quando sumus in notoriè reseruatis, prouisus ab Ordinario & possidens, non est legitimus contradictor, nec quidem ad effectum, vt iustificetur gratia. ad *cap. quamuis: & c. si propter. de rescript. lib. 6.* quia stante reseruatione constat prouisum ab Ordinario non habere parem titulum. vt habetur in *Vrgellen. Archidiaconatus*. 15. *Ianuarij*. 1592. *coram Penia*.

Tertio, vbi reseruatio materialiter accepta non est notoria, sed iustè de ea dubitari potest, vt quia non constet de obitu in quo mense, prouisus ab Ordinario possidens est legitimus contradictor ad effectum, vt gratia iustificetur, & vt in eius iustificatione ordinariè agatur, quia Papa per gratiosas subrogationes non intendit praeiudicare Ordinarijs, aut prouisis ab illis. vt in *Oritana Archipresbyteratus*. 18. *Iunij*. 1599. *coram Corduba*.

Quarto, vbi reseruatio formaliter accepta non est notoria, licèt materialiter notoria sit, vt quia constet de obitu in mense reseruato, sed non constat de generali reseruatione, vt quia Episcopus potest habere indultum, vel quia beneficium sit vnitum Seminario, vel quid simile, tunc prouisus ab Ordinario, & possidens est legitimus contradictor saltem vt gratia iustificetur, quia subrogatio est dispositio conditionalis, seu prouisio, & cessante notorietate reseruationis, & prouiso ab Ordinario possidente, non dicitur purificata conditio, nisi tota gratia iustificata. ita habetur in *Burgen. Praestimonij de Pancoruo*. 24. *Octobr.* 1588. *coram Gypsio*.

Quinto, vbi notorium est nullam dari reseruationem, tunc prouisus ab Ordinario est omnino legitimus cõtradictor contra subrogatum Apostolicum; quia tunc prouisus ab Ordinario habet parem titulum, cum Ordinarius in non reseruatis habeat parem potestatem cum Papa. *c. si à sede. de praeb. lib. 6.* & habetur in *Elnen. beneficij. S. Saluatoris*. 16. *Decemb.* 1602. *coram Penia*. & quia dictum est prouisum ab Ordinario esse legitimum contradictorem, vt gratia à subrogato iustificetur, aut gratia iustificata secum de potioritate iurium agatur via ordinaria, ideo sciendum est gratiae iustificationem tripliciter fieri posse, prima species est ordinaria, quae in quacumque graria est necessaria, idest, narrata esse iustificanda, vt gratia suffragetur. *c. 1. vbi*

Io. Andr. et alij. de lit. contest. lib. 6. Felin. in c. ad aures. col. 5. vers. tertia conclusio. de rescript. Marescott. var. resol. lib. 2. c. 1. in princ. & hæc iustificatio potest fieri extraiudicialiter, nam iustificantur iustificāda, & prouisus immittitur, & sufficit executorem asserere gratiam esse iustificatā, etiam quòd in actis non constet de tali iustificatione. Aegid. dec. 85. Put. dec. 144. nu. 2. lib. 2. ea ratione, quia officium executoris est extraiudiciale, & extraiudicialiter procedit. Bald. in l. neque natales. n. 17. C. de probat. & dixit Rota in Hispalen. Canonicatus. 10. April. 1606. coram Greg. XV. & in Pacen. Puritatis. 11. Decēb. 1609. coram Manzanedo. & sufficit narrare quæ durarent gratiam, & quorum expressio facilius mouit Papam, etiāsi prouisio sit in forma dignum. secunda species iustificationis, quæ est in subrogationibus gratiosis, in quibus narrata non sunt iustificanda, sed tantum reseruatio, possessio defuncti, & clericatus subrogati, vt sæpe dixi, quæ iustificatio procedit, vt dixi in prima specie. tertia species iustificationis est, quæ fit dato contradictore, & tunc siquis se opponit docens de iure suo, non tamen est legitimus cōtradictor, quia non possidet, vel possidet cum titulo impari, & summariè agendum est gratia tamen iudicialiter est iustificanda, nec datur appellatio suspensiua, vt habetur in Neritonen. Pensionis. 26. Nouemb. 1607. coram Card. Caualerio. Card. Seraphin. dec. 1484. nu. 2. et seq. sine præiudicio executionis, si autem se opponit qui est legitimus contradictor possidens cum pari titulo, vel saltem tali, qui possit esse par, & possit excludere titulum prouisi Apostolici, & tunc ordinariè erit agendum. Mobedan. dec. 13. vt lite pendente. Put. decis. 302. et 306. lib. 1. decis. 135. lib. 2. Verall. dec. 329. nu. 2. p. 1. Gonzalez in §. 7. proœmiali. num. 243. & prædicta quod prouisus ab Ordinario non sit legitimus contradictor, procedunt contra quemcūque prouisum Apostolicum quocumque prouisionis genere vltra gratiosam subrogationem, nisi in literis Apostolicis insit aliquid indicans executorem esse mixtum, tunc enim datur appellatio, siue adsit clausula vocatis vocandis, siue non. Gonzal. glos. 9. in adnot. n. 225. Garc. de benefic. p. 6. c. 2. num. 140. & fuit dictum in Pistorien. Canonicatus. 17. Iunij. 1615. coram Card. Caualerio. et coram Card. Seraph. dec. 1383. et 1045. idem est si literæ sint in forma dignum. Card. Seraphin. decis. 817. & fuit dictum in Agrigentina beneficij S. Antonij. 12. Nouemb. 1602. coram Corduba.

Denique est sciendum, quòd habens titulum ab Ordinario, & non possidens non est legitimus contradictor ad impediendam immissionē prouisi Apostolici stante reseruatione, quia ad impediendum par titulus est necessarius. Menoch. de adipiscenda. remed. 4. n. 581. & fuit dictum in Caputaquen. beneficij. 22. Martij. 1609. coram Card. Marcomontio. & in Nouarien. beneficij. 5. Iunij. 1610. coram D. Coccino Decano.

Et quoad famosam allegationem Lapi 89. ex qua colligitur, quòd impetrans beneficium ad iustificationē sui tituli non tenetur docere de titulo sui prædecessoris, per cuius mortem illud impetrauit, sed satis est, quòd probet, prædecessorem longo tempore beneficium possedisse, & quod communi opinione reputabatur habere ius, & titulum in beneficio, idem tenet Rota decis. 10. in fin. de rer. permut. in antiq. et decis. 4. eod. tit. in nou. Sarnen. in reg. de trien. q. 16. & dixit Rota in Pampilonen. Parochialis de Ianzi. 21. Iunij. 1604. coram D. Coccino. ad d. allegationem vide doctissimè dicentem Marescottum variar. resolut. lib. 1. cap. 41. per totum.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Iuspatronatus probari debet secũdum Conc.Trid.c.9.de ref.sess.25.
2 Forma probandi iuspatr. personarum priuatarum ex d. Conc.
3 Quæ procedit in possessorio, & petitorio.
4 Iuspat. probatum semel iuxta formam Conc.Trid. amplius non debet probari.
5 Et tunc sufficit patrono quasi possessio.
6 Iuspat. priuatarum personarum trib. modis probari potest.
7 Fundationis verbo continetur constructio.
8 Et reædificatio ecclesiæ destructæ.
9 Iuspat. probatur ex authenticis documentis fundationis, vel dotationis.
10 Authenticum documentum quod sit.
11 Et est probatio probata.
12 Documenta vt probent, debent habere requisita necessaria tàm in celebratione, quàm in extractione.
13 Compulsatio scripturarum octo requisita habere debet.
14 Pars est citanda ad dicendum contra iura producta.
15 Documenta producta sunt recognoscẽda, si obijciatur.
16 Probatio eadem requiritur super existentia iurispat. tam in possessorio, quàm in petitorio.
17 Iuspat. non probatur per testes.
18 Testium attestationes in antiquis actis redactæ censentur scripturæ authenticæ.
19 Libri visitationum non probant iuspatronatus.
20 Arma, literæ in lapidibus quando probent iuspatr.
21 Authenticum documentum non dicitur, in quo enunciatur aliud instrumentum.
22 Bulla Episcopi dicitur documẽtum authenticum.
23 Iuspat. non probatur per assertionem Episcopi.
24 Sententia Ordinarij plurimum tribuitur ad probationem iurisp.
25 Beneficia in dubio præsumũtur libera.
26 Iuspatron. probatur per multiplicatas præsentationes.
27 Etiamsi dd. præsentationes essent interpollatæ.
28 Media præsumuntur ex probatione extremorum.
29 Multiplicatæ præsentationes dicuntur ad minus tres.
30 Multum denotat ad minus tres vices.
31 Pluralis locutio duorum numero fit.
32 Multum verificatur etiã in duobus.
33 Tempus antiquissimum dicitur centum annorum.
34 Tempus immemorabile est, quod hominum memoriam excedit.
35 Tempus immemorabile habet vim tituli.
36 Tempore immemorabile probato potest allegari melior titulus de mundo.
37 Tempus immemorabile per scripturas centum annorum probatur, per testes 60. anni sufficiunt.
38 Et prædicti anni 60. debent esse lapsi ante motam litem.
39 Tempus immemorabile non iuuat, quando constat de vitioso titulo.
40 Seu de mala fide.
41 Tempus immemorabile probatur per testes concurrentibus requisitis quatuor.
42 Probationes in antiquis cõiunguntur.
43 Tempus immemorabile quomodo sit probandum.
44 Tempus immemorabile probatur per scripturas.
45 Tempus immemorabile probatur in beneficialibus per successionem in beneficio.
46 Iuspat. probatur secundum iuris dispositionem.
47 Iuspatr. probatur per famam fundationis etc.
48 Enũciatiuæ antiquæ habent vim famæ.
49 Enunciatiuæ antiquorum instrumentorum quando probent.
51 Quasi possessio longissima præsentandi quando sufficiat.
52 Famæ probatio aliquando sufficit.
53 Iurispatr. titulus quando probetur per præscriptionem.

Rota

Digitized by Google

Iuspat.

CAPVT QVINTVM.

Iuspatronatus quomodo probetur.

1 QVONIAM in erectione beneficij hæc tria considerantur, nempe locus, dos, & lex, iuxta trad. à *Calder. cons.* 20. *de iurepatr.* si enim fundatum sit, & dotatum ab aliquo cum reseruatione iurispatronat. dicitur beneficium patronatum, in cuius beneficij vacatione probanda est existentia iurispatronatus, & simul pertinentia, videlicet, quod tale beneficium vacans sit de iurepatronat. ex fundatione, & doratione, & quod ad talem tanquam patronum præsentantem pertinet ius præsentandi, vel quia sit hæres, vel de familia, vel vocatus in fundatione, vel sit donatarius, vel quia sit in quasi possessione iurispræsentandi, de quibus nunc est videndum.

Iuspatronatus igitur probatur secundum formam traditam in Sacrosancto Concilio Tridentino, *sessione vigesima quinta, de reformatione, capit. nono, prout infra.* sicuti legitima patronatuum iura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare equum non est, sic etiam, vt hoc colore beneficia ecclesiastica in seruitutem, quod à multis impudenter fit, redigantur, non est permittendum.

Vt igitur in omnibus ratio obseruetur, decernit sancta Synodus, vt titulus iuspatronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documentos, & alijs iure requisitis ostendatur; siue ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominũ memoriam excedat, aliasue secundũ iuris dispositionem.

Itaque

2 Itaque Concilium in præcedenti decreto tradit formam probandi iuspatronatus competens personis priuatis, cum in subsequentibus tractet probationem iurispatr. personarum potentium. *Hieron. Gonzal. in comm. ad regulam octauam Cancell. glos.* 18. *num.* 13. quod decretum locum habet in petitorio, & possessorio, & si
3 post Concilium semel vacatio contigerit, & patronus laicus, seu mixtus præsentauit, & coram ordinario do-
4 cuit de suo iurepatr. iuxta formam dicti Concilij, & præuia causæ cognitione, ac seruatis seruandis, ordinarius semel approbauit d. iuspatr. & præsentatum instituit, tunc licet deinde multoties idem beneficium vacare contingat, non tenetur de titulo amplius in possessorio saltem iudicio docere, licet de eodem iu-
5 repat. controuertatur, sed sufficit patrono quasi possessio, quam habet. ita declarasse S. Congreg. refert *Gonzal. vbi sup. num.* 26. & dixit Rota *in Pisana Capellaniæ.* 20. *Maij* 1494. *coram Blanchetto.*
6 Probari potest igitur iuspatronat. personarum priuatarum tripliciter, ex forma tradita à Concilio Tridentino, videlicet, ex authenticis documentis fundationis, vel dotationis, ex multiplicatis præsentationibus à tempore immemorabili, aliasue secundum iuris dispositionem, quæ omnia optime declarãtur à *Gonzal. vbi sup. num.* 32. *& seqq. à* Garcia, *de beneficij. par.* 5. *cap.* 9. *n.* 38. *& seqq. &*
7 *sub verbo fundationis*, posito in concilio compræhenditur iusp. competens. ex constructione ex *Corasio de beneficijs par.* 4. *cap. vlt. nu.* 12. & compræhenditur etiam reædificatio ecclesiæ penitus destructæ. *Gonzal. vbi supra num.* 53. *& Garc. ibidem num.* 51. *Io. Aloisius* Ric. *Episcopus Vicanus in praxi rer. fori ecclesiast. in tit. inscripto praxis iurispatronatus, in prin. cum multis seqq. & in collectan. decis. p.* 1. *collectan.* 58. *& Campanilis in diuersorio iuris canonici. rubr.* 11. *c.* 13. *à nu.* 405. *& Aug.* Barbosa, *de off. & potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 72. *nu.* 20. *& seqq.*

8 Quomodo autem probetur iuspatronat. vide *Rotam decis.* 254. 1014. *&* 1372. *lib.* 3. *diuers. tradit Cardin.* Tuscus *pract. conclus. Iuris. lit. I. conclus.* 617. *prax. archiep. Leon. part.* 2. *c.* 21. *de iurepat.* & fuit dictum in *Terulen. beneficij.* 12. *Febr.* 1610. *coram Cord.* Sacrato. quæ est *decis.* 222. *in recent. par.* 1. *in Firmana Altaris de Dorijs,* 15. *Febr.* 1610. *coram Card. Sacrato*, quæ est *decis.* 224. *in d. recentior. par.* 1. & in Lucana *iurispatr.* 7. *Maij* 1604. *coram Reuerendiss. Coccino Decano*, quæ est *decis.* 77. *vbi sup.* & in *Lucaua Capellaniæ.* 14. *Decemb.* 1609. *coram* Penia, quæ est *decis.* 211. *vbi sup.* in *Fesulana iurispat.* 6. *Iunij* 1611. *coram* Card. *Caualerio* quæ est *decis.* 333. *vbi sup. in Vlerden. portionis.* 29. *Aprilis* 1613. *coram* R. P. D. Pirouano, quæ est *decis.* 481. *vbi sup.* & in *Mediolanen. iurispatr.* 29. *Aprilis*, 1613. *coram* D. Pirouano, quæ est *decis.* 482. *vbi sup. in Calaguritana iurispatr. de victoria.* 30. *Octob.* 1613. *coram Card. Caualerio*, quæ est *decis.* 517. *vbi sup. in* Pampilonen. *iurisp.* 30. *Octob.* 1613. *coram* R. P. D. *Pamphilio*, quæ est *decis.* 518. *vbi sup. in Neapolitana rectoriæ.* 19. Decemb. 1600. *coram* D. *Attrebaten.* quæ est *decis.* 235. *in recent. par.* 2. *in Zamorea. de morales.* 27. *Iunij* 1605. *coram* Card. *Sacrato*, quæ est *dec.* 146. *vbi sup.* in Tuden. *parochialis decimæ de Valesa.* 7. *Nouemb.* 1611. *coram D. Vbaldo*, quæ est *decis.* 360. *vbi sup. in* Papien. *iurispat.* 17. *Febr.* 1612. *coram D. Manzanedo*, quæ est *decis.* 374. *vbi sup. in Firmana iurispat.* 15. *Maij*, *&* 15. *Decemb.* 1614. *coram* D. *Andrea*, quæ est, *decis.* 541. *vbi sup. in Palentina Capellæ.* 12. *Maij* 1614. *coram* D. Andrea, quæ est *decis.* 548. *vbi sup.* & in *Auriacen. iuris nominandi.* 18. *Maij* 1615. *coram* D. *Buratto*, quæ est *decis.* 694. *vbi sup.* & habetur apud *Cardin. Mant. decis.* 108. *&* 244. & apud *Cardin. Seraph. dec.*

1103.1120.& 1141.
9 Primo modo probatur titulus iu-
rispat.ex authenticis documẽtis fun-
dationis, vel dotationis intelligendo
de fundatione, constructione facta
10 legitime, & cum consensu ordinarij,
prout dixi sup.in lib.2.& dixit Rot.in
Burg.S.Don.iurisp.20.Iun.1622.cor.
R.P.D. Merl. quæ est in calce operis
dec.17.& in ead.cor.eod.9. dec.1622.
quæ in calce oper.est dec.18.in Mo-
nopol.benef.seu Capellæ, 6.Iun. 1622.
cor.R.P.D.Merl. quæ est dec.in cal-
ce oper.19.& in Reg.iurisp.10.Mar.
1623.coram R.P.D. Pirouano, quæ
11 in calce operis est decisio 16. & au-
thenticum documentum est, quod
conficitur per publicum notarium
cum duorum, vel trium testium
præsentia, seu subscriptione,& cuius
probatio est authentica, valida, &
manifesta.c.1.& ibi Doct. & glos.in
verbo,scriptura, de fid.instrum. Dec.
cons.423.nu.10. & est probatio pro-
bata. Verall.decis.421.num.1.par.2.
& dec.256.num.5.par.3. & illa ver-
ba posita in d. Conc. & aliis iure re-
quisitis, notant, quòd ad hoc, vt ta-
lia documenta probent, debent cõ-
tinere omnia requisita necessaria
tam in celebratione, quæ requisita
ponit Felin. in d. c.1. quam alia re-
quisita necessaria in extractione, &
12 cõpulsatione, in qua sunt necessaria
octo requisita posita ab Abb. in cap.
cum P.tabellio.num.1.de fid. instrum.
& de scripturarum compulsatione in
hac materia iurispatr. fuit dictum in
Burg.S.Donnin. Præpositure.19. De-
13 cemb.1622. coram R.P.D. Buratto,
quæ est decisio in calce operis 22.&
pars est citanda ad dicendum con-
14 tra iura tempore quo producuntur.
Rota decis.1.num.3. de fid.instrum.in
nouis.Cassador.decis.8.num.6. de re-
15 script. ac etiam sunt recognoscenda
post productionem, si de illorum fi-
de obijciatur. Doct. in d. c. 1. sed in
instrumentis antiquis vltra 70. an-
nos d.recognitio non est necessaria
ut.decis.151.lib.1.neque in alijs ca-
sibus,de quibus Put.decis.359.lib.2.
Ricc. in d. praxi num.11. & quando
16 controuersia est super existentia iu-
rispatronatus, eædem probationes
requiruntur in possessorio, sicut in
petitorio Stephan.Gratian. disceptat.
forens.c.720.num.1.& fuit dictum
coram Illustrissimo Card. Millino in
Auximana iurispatronatus.28. Maij
1593.probatur etiam iuspatronat.ex
instrumento donationis factæ à pa-
trono cum debitis requisitis, vt fuit
dictum in Asculana iurispatr.24.Fe-
bruarij 1616.coram Illustriss.Cardin.
Verospio, quæ in calce operis est de-
cisio 23. & ex successione hæredita-
ria in iurepatron.hereditario,vt fuit
dictum in Maceraten. Iurispatr. 15.
Decemb.1625.& 1.Iunij 1626. quæ
in calce operis est dec.24. corã Reue-
rendiss. D.Coccino Decano.
17 Ideo probatio per testes hoc in
casu non admittitur Gonzal.vbi sup.
num.76. Paul.Piasec. in praxi Episc.
par. 2.c.5.& ita declarauit S. Con-
gregatio relata à Riccio in d. praxi
iurispat. num.4. Congregatio Con-
cilij censuit requiri pro forma, vt
probatio fiat per authenticas scriptu
ras, & regulam esse constituendam,
quod probatio per testes non suffi-
ciat. Prax.Leon.vbi sup. cap.6. nu.2.
Barbosa vbi sup. Steph. Gratian. vbi
sup.c.168. num.21. nam aliter de
facili excluderetur Concilij Triden.
constitutio.
18 Attestationes autem testium in
antiquis actis redactæ censentur etiã
scripturæ authenticæ, vt per eas in-
telligatur satisfactum dispositioni d.
Decreti Concilij Tridentini. Me-
noch.cons.336.num.3. Campanil. d.c.
13. num. 410. & Barbosa vbi supra
num. 26. & de hoc modo probandi
iuspatronat.vide Monetam in tract.
de commutat. vltim. volunt. c.10. de
derogat. qualit.in fundat. benef. appo-
sit. num. 210. ideo libri visitationum
19 non sufficiunt ad probandum iuspa-
tronat. Piasec.d.c.5.num.7. neque
arma insignia,literæ,siue ephitaphia
inscri-

20 inscripta in lapidibus marmoreis de recenti probant *arg. l. vlt. C. de relig. & sumpt. fun.* in antiquis verò iunctis alijs adminiculis coadiuuant. ita Polid. Ripa dec. seu obseruat. 68. *Guido Pap. dec.* 341. *Card. Seraphin. d. decis.* 1141. & fuit dictum in *Hispalen. iurisp.* 26. *Martij.* 1590. 22. *Martij. &* 31. *Maij.* 1593. *coram Card. Pāphilio.* & in Romana *iurisp.* 10. *Martij.* 1595. *coram Card. Millino.* neque
21 dicetur authenticum instrumentum, in quo enunciatur aliud instrumentum, vbi fit mentio de fundatione. *Afflict.* dec. 173. *Riccius in d. praxi. num.* 8.
22 Dicetur tamen authenticum documentum bulla Episcopi, seu consensus in scriptis præstitus ad fundandum, construendum, vel dotandum. Ricc. *ibidem. nu.* 9. non proba-
23 tur tamen iuspatronatus per confessionem Episcopi asserentis tale beneficium esse iurispatronatus, vel esse talis personæ. Bald. *consil.* 5. *vol.* 1. *Verall. dec.* 138. *par.* 1. plurimum ta-
24 men est tribuendum sententijs Ordinariorum latis ad fauorem iurispatronatus, & præsentatorum. *Card. Seraph. d. dec.* 1141. & ratio est, quoniam Ordinarij non solent multum fauere istis præsentationibus. *Rota dec.* 1, *de iurep. in non. Card.* Paleot. *dec.* 23. *Card.* Put. *dec.* 172. *lib.* 1. *& dec.* 242. *lib.* 2. quia in dubio benefi-
25 cia præsumuntur libera, cum iuspatronatus sit quædam seruitus beneficij, quæ non præsumitur. *Card. Seraph. dec.* 1353. *nu.* 1, *&* 2. de enunciatiuis verò quid coadiuuent. vide *Rotam dec.* 2. *de iurepat. in nouis.* & licet ex confessione facta in literis Apostolicis non probetur iuspat. ad effectum canonizationis. *Sarnen. in reg. de triennn. q.* 36. *num.* 3. & in *Pampilonen. beneficij.* 10. *April.* 1595. *coram Card.* Mantica. & in *Lucana parrochialis.* 2. *Iunij.* 1601. *coram Card.* Pamphilio. tamen ex illa probatur in præiudicium confitentis. *Cassador. dec.* 4. *de præb.* Put. *dec.* 315. *n.* 3. *lib.* 2. præsertim quando confessio est adminiculata, & coniecturis fulcita, vt in *Regien. prioratus.* 9. *Maij.* 1588. *coram Card.* Pamphilio. quomodo autem probetur iuspatr. mixtum. vide in Papien. 9. *Maij.* 1594. *coram Illustriss.* D. *Card. Millino.* quæ in calce operis est decis. prima. & in eadem coram eodem 22. *Maij.* 1595. quæ in calce operis est dec. 2. per attestationem autem Papæ factam motu proprio plenè probatur iuspatron. vt fuit dictum in Portuen. *beneficij.* 27. *Martij.* 1596. *coram Illustriss. Card. Millino.* quæ in calce operis est decis. 3.
26 Secundo modo probatur iuspatr. per multiplicatas præsentationes per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, quod intelligitur etiamsi nullū instrumentum fundationis, constructionis, seu dotationis ostendatur, & quamuis in dictis præsentationibus nulla appareat facta mentio fundationis, cōstructionis, seu dotationis. *Rota dec.* 792. *num.* 11. *par.* 1. *diuers. Achill. de Grass. decis.* 4. *de iurepat.* & ita declarasset Sac. Congregationem refert Gonzal. *vbi sup. num.* 46. *& Ricc. in d. praxi num.* 13. *& Barbosa vbi sup. nu.* 29. *Prax. Archiep. leon. d. c.* 6. *n.* 3. *Greg. XV. decis.* 452. *num.* 1. & fuit dictum in Pampilonen. *iurispatr.* 16. *Iunij.* 1586. *coram Orano. &* 16. *Feb.* 1588. *coram* Card. Pamphilio. *& Ciuit. Castelli iurispat.* 28. *Maij.* 1594. *coram d. Pamphil.* & de probatione iurispat. per multiplicatas præsentationes fuit dictum in *Aretina Capellania.* 18. *Maij.* 1616. *coram R. P. D. Buratto.* quæ in calce operis est
27 decis. 25. etiam si dictæ præsentationes essent interpollatæ, & non successiuæ, si tamen sint effectuatæ, idest confirmatæ ex institutione, & possessione secuta, ob successiuam vacationem per obitum præsentatorum, idest, si ostendantur præsentationes antiquæ, & modernæ, sed mediæ non inueniantur, tamen istæ mediæ præ-

Digitized by Google

28 sumuntur ex probatione extremorũ. *Card.Seraph.dec.*337.*&* 1141.*Gratian.vbi sup.c.*392.*num.*10.*glo.communiter recepta in c.accedens.in verbo processu.post med.de conuers.coniug. Felin.in c.inter dilectos.de fid. instrumen. Ricc.in d.praxi dec.* 224. & fuit dictum in *Gerunden.beneficij.*15.*Decemb.* 1599. *coram d. Seraph.* & effectuario præsentationum probatur ex vacatione per obitum præsentati. vt in *Lucana Capellaniæ.*15.*Maij.*1598 *coram Penia.& in Papien.Archipresbyt.*19.*Feb.* 1601.*corã Card.Pamphil.* ita etiã in vacatione per resignationẽ præsentati.vt in d.Papien. nõ docto de contrario statu beneficij. *Alciat.de præsumptionib.reg.*2.*præsump.* 22.*num.* 2. *Mobedan.dec.*10. *&* 12. *de iurepat.Garc.d.c.*9.*num.*8. & vide *Marescottum variar.resol.lib.*1.*c.*81. *num.*6. *& seqq.*

29 Multiplicatæ vero præsentationes dicuntur ad minus tres, quia dictio, multum, significat ad minus tres vices. *Ias.in l.*1. *num.*4. *C.de fideicom. Caualcan. dec.* 17. quod etiam videtur

30 esse de mente *Achill. de Grass. dec.* 16. *de iurepat.* verum duas sufficere, vt dicantur multiplicatæ, aiunt *Caualcan.d.decis.*17.*num.*14.*Mar. Antonin. variar.resol.lib.*1.*resol.*109. *num.*37. *Ricc.in d.praxi num.*14. *& Campanil. vbi sup.d.c.*13.*num.*425. *Barbosa vbi sup.num.*31. ex eo,quia

31 pluralis locutio duorum numero est contenta. *c.pluralis. de reg.iur.lib.*6.

32 & prædicta dictio, multum, verificari potest in duobus secundum subiectam materiam. *Barbos. ibidem num.* 33.

33 Per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, & si non sint antiquissimæ nõ inducunt præsumptionem iurispatr. vt fuit dictum in *Auximana iurispat.* 28.*Maij.*1593.*coram Illustriss.D.meo Card. Millino.* quæ in calce operis est decis. 4. & magis communis opinio est tempus huiusmodi esse centũ annorum. *Menoch.de arbit.iud.casu* 3. *Mascard.de probat.conclus.*193. *Mar.Antonin.vbi sup.resol.*80.*num.* 11.*Garc.vbi sup. par.*12.*c.*2.*nu.*263. *Rota dec.*520.*cum seqq. par.*1.*& dec.* 584.*par.*2. *in recentiorib.* nam antiquum factum dicitur si excedat centum annos. *Tiraquell.in l.si vnquam. verbo,omnia.nu.*31. *C. de reu.donat.* & tale tempus requiritur in casu nostro, cum addatur, qui hominum memoriam excedat, idest, quod sit

34 immemorabile, quòd etiam requirit centum annos. *Mascard. vbi sup. conclus.*1214. *num.*53. & habet vim

35 priuilegij, & tituli melioris de mundo. *Put.dec.*205.*num.*2. *&* 3.*lib.*1. *Ant.Gabr. de præscript. conclus.*1.*nu.* 1.44. *&* 65.*Gonzal.vbi sup.glos.*33.

36 *num.*4. eoq. probato potest allegari fundatio, dotatio, vel alius melior titulus de mundo. *c. super quibusdã. §.præterea. & ibi glos. de verb.signif.* & fuit resolutum in vna *Mediolanen. iurispatronatus.*21.*Aprilis.*1589. *coram Comitulo.* idq. procedit, licet neque per instrumenta præsentationum, neque per testes super immemorabili deponentes nulla fiat mentio de fundatione, vel dotatione. *Achil.de Grass.dec.*4.*num.*7.*de iurep.*

37 dictum autem tempus immemorabile si probetur per scripturas,centũ anni requiruntur,si autem per testes, sufficiunt sexaginta anni. *Flamin. Paris.de confident.quæst.*28.*num.*235. *Garc.d.c.*2.*nu.*265.*& p.*5.*c.*9.*nu.*92.

38 & prædicti anni debent esse elapsi ante motam litem. *Gonzal.d.glo.*18. *num.*89.*Barbos.vbi sup.num.*38. *Put. dec.*449.*num.*2. *in fine. lib.* 2. quòd immemorabile non suffragatur si cõstet de iniusto, inualido, seu vitioso titulo, & principio. *Paris. d. quæst.* 28.*nu.*240.*Put.decis.*189.*nu.*5.*lib.*1. *Crescent. dec.*2.*num.*4. *de probat.* & quando constaret de mala fide. *c.*1. *de præscrip. Mynsing. d.cent.*1.*obseru.* 30. & de hoc secundo modo probãdi iuspat. vide *Monetam vbi sup.nu.* 211. *& seqq.*

41 Tempus immemorabile probatur per

per testes concurrentibus requisitis positis in *glo.in c.1.de præscrip. lib.6.* quòd testes sint ad minus 54. annorum, & de 40. testificentur de visu. secundo, quòd testes necessario dicant communem opinionem esse, quòd de cõtrario vsu non extat memoria. tertio, quòd testes ita semper viderint, & audierint. quarto, quòd numquam fuerit obseruatum contrarium. eadem requisita ponit *Mynsing. cent.1. dec.30. Mobedan. dec.12. de iurepat. Verall. dec.290. & 291. par.3. Guid.pap.dec.357. Capic. dec.194.* an autem præfati testes debeant in vniuersum deponere de omnibus d. requisitis, & dicas, quòd non, est enim difficilis talis probatio, merito debent coniungi ad faciendum vnum totum. *Franc. decis. 56. & 80.* & in factis antiquis mille
42 probationes coniunguntur. *Put.dec. 101. lib.2. Ricc. in d. praxi num. 16.* & quomodo probatio fiat in antiquis. vide *Guid.pap.d.dec.357. Bellam.decis.70. & Put.decis.76. & 78.*
43 *lib.1.* & quomodo sit articulandum, & probandum tempus immemorabile, & per quot testes, & quantum sit d. tempus vide *Gabr. vbi sup. nu. 71. ad finem.*
44 Item immemorabile probatur per scripturas, licèt non possit directè probari negatiua hæc, non esse memoriam in contrarium, tamen potest per indirectum, vt in simili dicunt Doct. possessionem directè non probari instrumentis. *Abb. in c. nobis. n.5. de præscrip.* vt si per instrumen-
45 tum probetur per centum annos & vltra fuisse aliquos præsentatos ad beneficium, & vnum successiuè per obitum alterius substitutum in beneficium præmortui, vtique probatũ quoque erit, quòd alio modo non fuerit prouisum de beneficio. *Ricc. in d. praxi num.17.* & ita in praxi vidi quasi possessionem, vt plurimum probari ex multiplicatis præsentationibus, quæ probantur ex scripturis.

46 Tertio probatur iuspatr. secundũ iuris dispositionem, idest, vt possit probari iuspat. illiusq. titulus, prout de iure communi disponitur. *Gonzal. d.glo.18.nu.50. Garc.d.c.9.num.83. Riccius in d.praxi num.19. & Barbos. vbi sup. nu.42. & seqq.* per illa verba Concilij, aliasue secundum iuris dispositionem, quæ denotant idem, quod alio modo. *Verall.dec.210.nu. 5.par.1. Put.dec.170.lib.3.* vnde non solum probatur iuspatr. per tempus immemorabile, quòd probat legitimum titulum fundationis, seu dotationis. *Felin. in c.causam. num.6. de præscrip. Mobedan.dec.3. de iurepat.*
47 sed etiam probatur per famam fundationis, constructionis, seu dotationis cõcurrente longissima quasi possessione præsentandi secundum iuris dispositionem sicut ante Concilium. *Cassador.dec.3.de iurepatr. Acchill.de Grass.dec.4.num.10.de iurepatr. Put. dec.60. & dec.140. in fine. lib.2.* & fuit dictum in vna *Tirasonen. iuris. præsentandi. die 5. Maij.1593. corã Litta.* vt habetur apud *Garc.d.cap.9. num.83. & seq. Mar. Antonin. vbi sup. lib.1. resolut.109. num.30. Barbosa d. allegat.72. nu.43.* & fuit dictum in *Foroliuien. beneficij. 30. Octob. 1593 coram Penia. & Ciuit. Castelli iurispat. 28. Maij. 1593. coram Card. Pamphilio.* & in hoc in casu enunciatiuæ
48 antiquæ habent vim famæ, vt fuit decisum in *Gerunden. beneficij. 20. Iunij. 1597. coram Orano. Put.dec.209. lib.2.* & enunciatiuæ antiquorum
49 instrumentorum à centum annis citra, etiamsi habeant originem ab eisdem personis, & personis suspectis probant fundationem si sint adminiculatæ, & concurrente quasi possessione. *Garc.d.c.9.num.91. Rota dec. 360. num.5. par.2. in recentiorib.* & fuit dictum in *Barchinonen. vnionis. 5. Decemb. 1597. coram Gypsio.*
50 Et quando enunciatiuæ probent latius habetur in *Rota dec.374. p.2. in recentiorib. prædictis.* & fuit dictũ in *Tudertina iurispatronat. parochia-*

lis S. Laurentij. 9. Iunij. 1623. *coram Reuerendiss. Patriarcha Hierosolymitano*, quę in calce operis est dec. 5. &
51 dicta longissima quasi possessio præsentandi sufficit, si benè probetur per testes deponentes de visu per 30. annos. vt fuit dictum in vna *Iacen. Pensionis*. 4. *Maij*. 1601. *corã Illustriss. D. meo Card. Millino*. & sufficit
52 probatio famæ iunctis alijs adminiculis. *Achill. de Graffis dec. 7. de iurep. Dec. cons.* 117. & fuit dictum in *Romana iurispat.* 10. *Maij*. 1595. *coram Illustriss. D. Card. Millino*, quæ in calce operis est decis. 6. & potest
53 similiter probari titulus iurispat. per præscriptionem 40. annorum cum titulo colorato, cũ hæc valeat, quantum immemorabile. *c. 1. de præscript. lib. 6.* & in probatione iurispat. solet
54 Rota multum deferre enunciatiuis ordinariorum. *Rota dec. 11. de iurepatr. in nouis. Put. dec.* 243. *lib.* 2. &
55 longè minores probationes sufficiũt, quando non agitur contra ordinarium vindicantẽ ecclesiam in libertatem. *Cassador. dec. 1. nu. 1. de probat.* & leuiores probationes sufficiũt
56 pro verificanda narratiua contenta in gratia Apostolica, quod beneficium sit iurispatronatus. *Mascard. vbi sup. concl.* 177. & de probando iurepatr. vide *Mascard. concl.* 959. *& Lambertin. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæst.* 16. *art.* 4. *&* 5.
57 Accedit, quòd etiam ex enunciatiuis antiquorum instrumentorum emanaris à diuersis personis non suspectis probatur iuspatr. *Acchill. d. dec.* 7. *Garc. d. c. 9. num.* 88. & multum
58 confert assertio Ordinarij facta in visitatione, quòd beneficium sit iurispat. *Crescent. dec. 2. de iurepat.* item
59 ex literis continentibus institutionẽ rectoris in beneficio datam à Superiore ad præsentationem patroni. *Paris. de resign. benef. lib.* 8. *quæst.* 11. *nu.* 38. *Rota dec.* 376. *&* 1446. *lib.* 3.
60 *diuers.* & si sint multiplicatæ satisfaciunt dicto decreto Concilij ad probandum iuspat. item probatur iuspatronat. per sententiam Episcopi an-
61 tiquam, in qua iudicauit iuspatr. ad aliquem pertinere. *Cassador. dec. 2. nu. 3. de probat. Put. dec.* 338. *lib.* 2. &
62 per dictam sententiam taliter operatur, vt non sit locus immissioni tãquam de beneficio reseruato. *Greg. XV. dec.* 58. *num.* 4. item ex literis
63 inscriptis in lapide posito in loco publico ab immemorabili tempore citra probatur iuspat. *Caualcan. d. dec.* 17. *num.* 1. *Garc. d. c. 9. num.* 91. item
64 ex veris chronicis scriptis ab immemorabili tempore probatur iuspatr. *Barbosa vbi sup. num.* 53. *per glo. in c. inter dilectos. in verbo, magis. de fid. instrum.*
65 Et insuper quando constat de existentia iurispatronatus, & quòd beneficiũ sit iurispatr. non autem liberum, tunc probatio pertinentiæ est facilis. sufficit namque, quòd quis semel admissus fuerit ad præsentandum ab alijs compatronis tamquam vnus ex illis, vt per illum
66 actum effectuatum sit illi acquisita quasi possessio, & in posterum possit præsentare. *Gonzal. d. glo.* 18. *nu.* 62. *& num.* 110. *& in glo.* 45. *§.* 2. *à num.* 29. nec potest repelli patronus
67 à sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione secundum formam d. Concilij post d. Cõcilium super d. iurepatr. ordinarius præsentatum à patrono instituerit, etiamsi post per obitum talis instituti contigerit iterum de validitate d. iurispat. dubitari, vt sæpius in Rota fuit decisum, & debet manuteneri patronus in sua quasi possessione saluis iuribus fisco in petitorio. *Riccius in dec. cur. Archiep. Neapol. dec.* 63. *& Moneta vbi sup. num.* 247.
68 Accedit, quòd magnum indicium iurispat. datur ex eo, quòd in libro antiquissimo reperiatur descriptum beneficiũ esse ad aliorum præsentationem. *Greg. XV. dec.* 83. *nu.* 2. *Moneta vbi sup. nu.* 214.
69 An autem iuspat. canonizetur ex sola productione sententię, per quam constet

constet de iurepat. & vera est opinio negatiua, quoniam sententia, quæ ex actis non iustificatur, dicitur ipso iure nulla. *Card. Seraph. decis.* 1268. & partium consensu reparari non potest, neque in rem iudicatam transit, & Rota non solet fidem præsta-
70 re huiusmodi sententijs, nisi actis productis. *Cassador. dec.* 179. *Put. dec.* 401. *lib.* 1. *vide Riccium in d. praxi decis.* 215. *num.* 294. & 295.

Et notandum est, quod iuspatr. habuisse effectum probatur ex eo, quod beneficium reperitur constitutum, & dotatum prout in instrumento narratur ad *l. cum seruus. ff. de verbor. oblig. Felin. in c. sicut. num.* 35. *de re iudic.* Verall. *decis.* 226. *num.* 1. *p.* 2. & fuit dictum in Romana Capellaniæ. 22. Iunij 1589. *coram Card.* Pamphil. & *in Clusina beneficij* 31. Ian. 1590. *coram Orano. & in* Imolen. *iurisp.* 26. *Martij* 1593. *coram Card. Pamphilio.*

71 Nunc secūdò principaliter est videndum quomodo probetur iuspatronatus competens personis potentibus communitatibus, seu vniuersitatibus, qui modus præscribitur à Concil. Trid. *d. c.* 9. *de reform. sess.* 25. *in vers. in ijs vero.* vbi ita dicitur in ijs vero personis, seu communitatibus, vel vniuersitatibus, in quibus id ius plerumque ex vsurpatione potius quæsitum præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quàm si præter reliqua ad eum necessaria, præsentationes etiam continuatæ, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectū sortitæ sint, authenticis scripturis probentur.

72 Et ista forma seruanda est in probando tali iurepatr. quia in præfatis præsumitur vsurpatio. *Butrius in c. cum dilectus. vers.* 2. *de off. deleg. Ptolom. dec.* 705. *Put. decis.* 59. *nu.* 1. *lib.* 1.
73 & inter præfatas personas connumerantur domini castri, vt sunt domicelli, marchiones, duces, ac principes. *Put. dec.* 51. *seu* 58. *lib.* 1. *Peregrin. dec.* 5. *lib.* 1. *Verall. dec.* 128. *p.* 2. siue recognoscāt, siue non recognoscant superiorem. *Put. dec.* 65. *lib.* 1. & ita censuit S. Congregat. relata à Riccio *in d. praxi dec.* 146. *num.* 24.
74 Congregatio cēsuit barones, & alios dominos perpetuam iurisdictionem obtinentes compræhendi in hoc decreto in versic. in ijs vero personis. præsumitur quoque vsurpatio in personis congestis per *Put. decis.* 59. 60. 61. & 62. *lib.* 1. *Flamin.* Paris. *de confidentia. quæst.* 28. *num.* 143. *Gonzal. d. gloss.* 18. *num.* 66. & *Barbosa vbi sup. num.* 65. & idem est in vniuersi-
75 tatibus, & communitatibus propter illarum potentiam. *Put. decis.* 205. *lib.* 1. etiamsi sit parua vniuersitas. *Rota in vna Bononien. iurispatr.* 20. *Martij* 1589. *coram Gypsio. & facit dec.* 543. *in recentior.* quod procedit
76 maxime in Italia, in qua propter recessum Curiæ, omnes populi iuspræsentandi vsurparunt. *Put. vbi supr. Spec. tit. de iurepat. col.* 3. *uers.* & *nota*
77 & in locis, in quibus ordinarij collatores sunt inferiores Episcopo, & minoris auctoritatis, seu alij habentes ius instituendi, quorum qualitate attenta præsumi potest vsurpatio, & quod non fuerint ausi vniuersitatibus contradicere, vt per *Put. dec.* 57. *lib.* 1. *Achill. de Grass. dec.* 4. *de iurep.* vt fuit dictum in N*ullius Archipresbyteratus* 2. *Maij*, & 1. *Iun.* 1588. *coram Card. Pamphilio.* illud autem procedit, si tota vniuersitas hoc ageret, secus autem si certa pars illius prætenderet iuspatr. *Gonzal. d. glos.* 18. *num.* 69. *Garc. d. c.* 9. *nu.* 102. *Riccius in d. praxi. dec.* 149. *num.* 36. item in familia potēti præsumitur vsurpatio.
78 *Rot. dec.* 199. *n.* 2. *p.* 2. *diu.* & fuit dict. in *Sabin. iurisp.* 26. *Oct.* 1594. *cor.* Lit. *in Sorana iurisp.* 28. *Ap.* 1603. & *Iac. paroch.* 7. *Iun.* 1603. *cor. Card. Pamph.* item cadit præsumptio vsurpationis quando iuspat. competit parochianis. *Put. dec.* 57. & 205. *lib.* 1. & fuit dictum

dictum in Cremonen. Capellaniæ. 2. Apr. 1601. coram D. Coccino. & idē est in vniuersitate, & cōmunitate par ua. vt fuit dictum in d. Cremonen.
79 quod tamen non procedit quando duo essent patroni vnus potens, alter priuatus. Menoc. de præsump. lib. 3. præsumpt. 90. à num. 15. & seq. neque procedit in Capitulo, neque
80 Collegio iurisdictione carente. Rota decis. 798. num. 4. par. 1. diuers. & si vniuersitas habet tertiam partem iu-
81 risp. & personæ non potentes, habēt alias tres partes, quod non intrat in hoc casu dispositio Concilij Tridentini cum cesset ratio vsurpationis in dicta vniuersitate ita Rota in vna Aurien. parochialis de pao. 5. Decembris 1605. coram Manzanedo, Gonzal. ibidem num. 69.
82 Ideoque probatio iurisp. competentis potentib. tunc est faciēda prout à Concilio præscribitur, nec sufficiunt præsentationes etiam centū annorum seu ducētorum si nōn sunt continuatæ. Paris. de confident. dicta quæst. 28. num. 255. neque iuuant si omnes effectum sortitæ non sint, & confirmatæ. Card. Seraph. dec. 1141. & præsentatus possessionem sit assecutus. Calder. cons. 12. de iurep. Ricc. in d. praxi dec. 151. num. 38. Barbosa vbi sup. num. 56. nec quinquagena-
83 ria possessio continuata iuuat, si aliqua adsit interpollatio, sed oportet, vt sit adeo continuata, vt in omnibus contingentibus vacationibus vna præsentatio sequatur alteram, ita probat illum verbum continuatæ. c. accedentibus. iuncta glos. 1. in fine de priuileg. & Gonzal. vbi sup. num. 73. & 74. quæ quinquagenaria cum
84 ex Concilio debeat per authenticas scripturas probari, non potest probari per testes, quia dicta forma tradita à Concilio non potest adimpleri per æquipollens. Marescott. variar. resolut. lib. 2. c. 52. num. 2.
85 Garc. d. c. 9. nu. 113. & prædicta quinquagenaria possessio probatur per prouisiones factas ad præsentationem patronorum ad beneficia per obitum vacantia tantum, & quando constat, quòd per obitum rectoris alter præsentatus fuit, nam ex eo probatur, quod illæ effectum sortitæ sunt. Rota dec. 545. num. 2. lib. 1. diuers. & prædicti quinquaginta an-
86 ni initium sumunt a die, quo apparet factam fuisse primam præsentationem, & antiquiorem productam in actis cum subsequenti institutione & numerantur vsq. ad diē litis motæ, in qua controuertitur an sit, & constet esse de iurepatron. Campanil. d. c. 13. nu. 426. & rigor talis pro-
87 bationis requiritur si agitur contra ecclesiam vindicantem se in libertatem, non autem quando lis est inter ipsos compatronos, vel alios prætendentes iuspatr. Gonz. vbi sup. n. 59. Barbosa ubi sup. num. 68.
88 Nec refert, si dicatur scripturas esse deperditas, & ideo velint iuspatr. per testes probare, & hi deponerent de tenore illarum, attamen talis probatio remanet exclusa, cum Concilium non confidat de testibus, nam aliter de facili eluderetur dispositio dicti Concilij. Put. dec. 325. lib. 3. Verall. dec. 134. par. 2. Gonzal. vbi supra
89 num. 82. & 83. & Riccius in d. praxi dec. 150. num. 37. & fuit dictum in Theatina Abbatiæ. 28. April. 1603. coram Illustriss. D. Card. Millino. quæ in calce operis est decisio 7.
90 Vsurpatio ergo præsumitur in potente habente in loco beneficij iurisdictionem temporalem. Gregor. XV. dec. 222. num. 1. Garc. d. c. 9. num. 98. Gonzal. d. glos. 18. num. 75. & seqq. & Barbosa vbi sup. num. 62. & seq. & Riccius in collect. dec. collect. 1240. & fuit dictum in Hieracen. Iurispat. 14. Maij. 1614. coram Illustriss. D. Card. Verospio. quæ in calce huius operis est decis. 8. & in eadem coram eodē die 27. Iunij. 1614. quæ in calce operis est decis. 9. & in eadem coram eodem die 24. Februarij. 1616. quæ in operis calce est decis. 10. & in eadem coram eodem die 17. Februa-

rij

rij. 1617. quæ in calce operis est decisio 11. tamen si plures familiæ de aliqua vniuersitate prætenderent iuspatr. non per hoc in eis præsumitur vsurpatio, nec astringerentur ad probandum iuspat. secundum d. formam traditam à Concilio in personis potentibus *annotat. ad* Greg. XV. *ad d. decis.* 222. *nu.* 11. & de personis, in quibus est præsumptio talis vsurpationis. vide *Steph. Gratian. vbi sup. c.* 168. *nu.* 20. *& 21. & cap.* 310. *nu.* 80. *& seqq.* si vero constet de existentia iurispat. per fundationem, & dotationem factas à persona priuata, sed tamen dubitatur de illius pertinentia ad communitatem, vel aliã personam suspectam, tunc non intrat præsumptio vsurpationis, sed sufficiunt probationes ordinariæ, vt fuit dictum in *Sorana iurispatr.* 28. *Aprilis.* 1603. *coram Cardin. Pamphilio.*

93 Idem est in parochianis, qui ex antiqua consuetudine præsentauerunt Episcopi rectorem gratum, & ad illorum preces Episcopus ecclesiæ prouiderit, quia illis non tamen competit iuspatr. nisi aliter doceant de iurepat. Abb. post alios in *c. querelam. num.* 2. *de elect.* quia non sequitur competit mihi ius præsentã-

94 di, ergo habeo iuspatr. *Gonzal. vbi sup. num.* 92. de his vide *Monetam vbi sup. num.* 215. *& seqq.* & quando iuspat. præsumatur ex vsurpatione quæsitum tam in familia potente, quàm in parochianis, vel non, fuit dictum *in Lucana iurispatronatus de Podijs.* 26. *Iunij.* 1619. quæ in calce operis est dec. 26. & in eadem corã eodem *die* 2. *Decemb.* 1619. quæ in calce operis est dec. 27. & in eadẽ coram eodem 31. *Ianuarij.* 1620. quę in calce operis est decis. 28. & in eadem coram eodem 23. *Martij.* 1620. quæ in calce operis est decis. 29. & in eadem coram Reuerendiss. *D. Coccino Decano.* 20. *Nouembris.* 1620. & quæ in calce operis est decis. 30. & in eadem coram eodem D. *Decano.* 5. *Martij.* 1621. quæ in calce operis est decis. 31. & in eadem coram eodem D. *Decano.* 31. *Martij.* 1621. quę in calce operis est decis. 32. & in eadem coram eodem D. *Decano.* 28. *Maij.* 1621. quæ in calce operis est decis. 33. & in eadem coram eodem D. *Decano.* 14. *Iunij.* 1621. quæ in calce operis est decis. 34.

95 Et est notandum, quòd probata existentia iurispat. debet probari illius pertinentia, & ideo descendentes tenentur probare iusto titulo ex iure deuolutionis se esse patronos ex hæreditate, legato, donatione, & alio modo, in quo iuspat. succeditur in stirpes, si successio fit ex hæreditate, si autẽ alio titulo succeditur in capita. *clem. plures. de iurepatr. Gratian. vbi sup. c.* 521. *nu.* 28. *Campanil. d. c.* 13. *num.* 384. *Gonzal. glo.* 45. *num.* 61. Riccius *in d. collectan. par.* 5. *collectan.* 1733. *& Barbosa vbi sup. num.* 70.

98 stante tamen quasi possessione præsentandi non est probanda descendentia patronorum ad effectum pręsentandi. *Card. Seraph. dec.* 1334. *nu.*

99 *vlt.* & quomodo sit probanda descendentia tradit *Marescott. vbi sup. lib.* 1. *cap.* 70. *&* Riccius *in d. praxi decis.* 155. *num.* 54. *& seq.* quæ descendentia in antiquis probatur leuioribus probationib. tradit *Marc. Ant. Gennen. Episcopus Isernien. in praxi Cur. Archiep. Neapol. c.* 82. *n.* 1.

100 varia de iurepat. nec est necesse probare descendentiam à primo fundatore, sed satis est eam probare, &

101 ab eo deuenire, qui fuit in quasi possessione præsentandi. *Rot. dec.* 146. *num.* 1. *& dec.* 224. *num.* 8. *in recentior. annot. ad Greg. XV. dec.* 349. *nu.* 6. *& Zecchius de benef. & pens. c.* 12. *num.* 51. & quomodo iuspat. validè transferatur per donationem fuit dictum in *Lucana iurispatr.* 20. *Iunij.* 1602. *coram Illustriss. D. Card. Millino.* quæ in calce operis est dec. 12.

102 Exemplum sit, si agatur de capellania SS. Simonis, & Iudæ existente in Primatiali ecclesia Pisana fundata

ab

ab Ill. viro D. Petro Lante Patritio Pisano, de quo extat sepulcrum Romæ in ecclesia S. Mariæ de Aracæli, nam ex d. fundatione patet d.D. Petrum fundasse, construxisse, & dotasse d. Capellaniam ex consensu Ordinarii, & cum d. fundatio sit forsan quingentorum annorum, esset probanda descendentia proueniens à d. D. Petro, quæ descendentia in antiquis probatur leuioribus probationibus. vt tradit *Marc. Anton. Genuen. Episc. Isern. in praxi cur. Arch. Neapol. d. c.* 82. *nu.* 1. quæ descendentia verificatur in Illustriss. & Reuerendiss. D. Marcello Lante S. R. E. Cardin. Amplissimo, & Illustriss. D. Marco Antonio eius fratre Marchione Turris andreæ, & in Ill. D. Federico Lante, & alijs nobilibus de d. familia, quæ familia Pisis semper inter primarias, & nobilissimas fuit, & est, neque probari poterit talis descendentia per tot ætates, cum antiqua ignorentur nomina, præsertim Pisis, vbi temporum iniuria deperditæ sunt scripturæ, & documenta; esset enim probandum, quod ab illo primo fundatore deuenerit d. iuspatr. in antecessores dd. Nobilium nunc viuentium, & consequenter ad supradictos Ill. Dominos nunc superstites, cum ergo d. capellania reperiatur fundata à d. Domino Petro, & nũc pertineat ad dd. Dominos de d. familia, vrgentissima erit præsumptio per legitimas ætates ad eosdem Dominos nunc superstites peruenisse: & de modo talis probationis vide *Abb. in cons.* 102. *par.* 2. concurrit enim antiquitas facti, & continuatio eiusdem familiæ iuncta probatione famæ etiam per têstes de auditu, ex quibus d. iuspatron. antiquum probatur.

Tertio principaliter est notandũ, quòd in d. *cap.* 9. *d. conc.* 5. habetur in *vers. reliqui.* vbi ita dicit, reliqui patronatus omnes in beneficijs tam secularibus, quàm regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscumque alijs beneficijs in cathedrali, vel collegiata ecclesia, seu facultates, & priuilegia concessa tam in vim patronatus, quàm alio quocumque iure, nominandi, eligendi, præsentandi ad ea cum vacant (exceptis patronatibus super cathedralibus ecclesijs competentibus, exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu regna possidenres, aliosq. sublimes, & supremos Principes iura Imperij in dominijs suis habentes pertinent, & quæ in fauorem studiorum generalium concessa sunt) in totum prorsus abrogata, & irrita cum quasi possessione inde secuta intelligantur, beneficiaq. huiusmodi tanquam libera à suis collatoribus conferantur, ac prouisiones huiusmodi plenũ effectum consequantur.

103 Ex quo notatur, quòd per d. Concilium sublata sunt omnia iurapatr. competentia super quibuscumque beneficijs vigore priuilegiorum cum quasi possessione inde secuta, quæ post Concilium à suis collatoribus vti libera conferri debent, exceptis patronatib. super cathedralibus &c.

104 quòd procedit etiam si talia priuilegia amplissimas clausulas contineãt, & quòd habeantur, & regulentur perinde ac si talia iurapat. competerent ex vera fundatione, & dotatione, &c. & cũ alijs efficacissimis clausulis &c. quia licet Princeps fingat esse vera ex fundatione, & dotatione,

105 tamen reuera sunt ex priuilegio, cum Princeps non possit veritatem mutare, quamuis contra eam fingere possit. vide *Gonzal. vbi sup. §. 1. proœm. num.* 74. *&* 75. *& d. glos.* 18. *nu.* 98. *& seqq. glo.* 43. *num.* 13. *Massobr. in praxi hab. conc. ad vac. paroch. eccl. prælud.* 7. *dubio* 20. *à num.* 48. item

106 sublatum est tale iuspat. etiamsi in priuilegio dicatur quod sit eiusdem naturæ, vt est iuspat. ex fundar. &c. & regum. ita *Rota in vna Lucana Decanatus.* 19. *Ianuarij.* 1605. *coram Illustriss. Card. Millino.* etiamsi in pri

107 uilegio essent insertæ clausulæ derogantes

gantes quibuscunque constitutionibus &c. quia non porriguntur ad cõstitutiones Conciliares, nisi nominatim illarum mentio facta sit. *cap. ex parte. de capell. monach. Oldrad. cons. 326. num. 1. Calderin. cons. 11. de priuileg. Felin. in c. nonnulli. num. 2. & 3. de rescript. Verall. dec. 122. & 123. par. 1.* de his latè *Garc. d. c. 9. à num. 115. vbi num. 119.* ait non prodesse

108 immemorabilem contra d. Concilium, si constet de origine priuilegij, vel si præsumitur esse ex priuilegio.

109 Fallit tamen hoc in priuilegijs cõcessis ex causa onerosa, vt si ex causa reædificationis, quia Concilium non derogat iuripat. competenti ex iuris communis dispositione. *Rota dec. 687. lib. 1. & dec. 269. lib. 2. diuers. Garc. vbi sup. num. 120. & 121.* & iuspat. ex augumento dotis conces-

110 sum etiam à Papa à 40. annis citra, subijcitur examini, & reuisioni Ordinarij. ex *d. cap. 9. conc. Garc. vbi sup. à num. 124. Massobr. vbi sup. prælud. 7. dub. 3. num. 14. & seqq. & dub. 21.* & de tali iurepat. ex augumento dotis in *Lucana Canonicatus* fuit dictũ 14. *Maij*. 1590. *coram R. P. D. Bubalo.* quæ in calce operis est dec. 35. & in *Lunen. Abbatiæ*. 24. *Maij*. 1624. *corã R. P. D. Buratto*. quæ in calce operis est decisio. 36. & in eadem coram eodem. 5. *Martij*. 1625. quæ in calce operis est decis. 37. & in eadem corã eodem 13. *Iunij*. 1625. quæ in calce est decis. 38. & in eadem coram eodem 22. *Iunij*. 1626. quæ in fine operis est decis. 39. vbi tractatur de materia deuolutionis, quando non fuit facta præsentatio.

111 Neque per hoc decretum Concilij est exclusum ius eligendi competens Capitulo ex consuetudine ad vacantes præbendas, & canonicatus, quia Concilium loquitur de iurepatr. non autem de alijs electionibus competentibus inferiori ad doctrinam *Castad. decis. 22. de prebend.* sunt enim diuersa, eligere, & præsentare.

112 Hic est notandum, iuspatr. non posse competere ex priuilegio, & cõcessione Episcopi. *cap. 2, de reb. eccl. non alien. lib. 6. Rebuff. in praxi in 3. parte signat. vers. nec non iuripat. Staphil. de lit. grat. tit. de modo, & forma impetr. §. 1. de iurisp. prærogat. nu. 3. & 4.* etiamsi patronus esset ex eo in

113 possessione per 140. annos, vel alio longissimo tempore, cum constet de inualido priuilegio. *Gonzal. d. glos. 18. nu. 48. Paris. d. quæst. 28. nu. 240.* & ita tenuit Rota relata à *Garc. d. c. 9. num. 128. & 129.* nec potest Epi-

114 scopus capellam reuersam ad pristinam libertatem, & sic ad Ordinarij collationem per suam donationem redigere in seruitutem iurispatronatus. *Abb. cons. 106. par. 2.* non obstante, quòd in donatione dicatur, quòd donatarius ædificare debeat, & ornare vnam capellam, seu altare infra biennium, vel triennium, si in totum non esset destructa, itaut ex reædificatione iuspat. acquireretur *glo. in c. quoniam. de iurep. Rocch. de Cur. de iurep. verbo, construxit. nu. 12.* & si iuspatr. sit concessum, dummodo dos augeatur in tali summa, assignatio debet realiter, & cum effectu fieri, nec satis est, quòd augens, obliget tantum sua bona, quia actio non extimatur tantum, quantum est quantitas, quæ debetur ex actione. *Bald. in l. quod debetur. ff. de pecul. glos. & ibi Doct. in l. minus est. ff. de reg. iur.* & augumentum, & fructuum perceptio præsupponit certitudinem bonorum, vt fuit dictum in *Florentina Archipresbyteratus*. 2. *Martij*. 1592. *coram Illustris. Card. Millino.* & per augumentum dotis ecclesia libera non fit patronata, vt fuit dictum in *Lunen. Sarzanen. beneficij*. 5. *Iulij*. 1599. *coram Illustris.* D. *Card. Millino*, quæ in calce operis est dec. 40.

115 Item est notandum, quòd d. iuspatr. competens ex priuilegio sublatum est etiam per *Regulã 8. Cancell.* cum enim iurapat. competentia ante Conc. Trident. ex priuilegio, sint

sublata

sublata per d. Conc. Trident. consequenter intrat reseruatio per d. regulam octauam, quæ iam non reperit aliud obstaculum, seu impedimētum. *Gonzal.d.glo.*18.*nu.* 105. quòd
116 si iuspat. cōpetat ex priuilegio, quia dotem auxerit, vel ecclesiam reparauerit, vel vtrumque effecerit, an subiaceat d. regulæ octauæ, vide *Garc.d.c.*9. *à num.* 122.

Quarto principaliter in d. *cap.* 9. *Conc.Trid. in verſ. adhac*. habetur. Ad hæc liceat Episcopo præsentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere. quòd si ad inferiores institutio pertineat, ab Episcopo tamen iuxta aliàs statuta ab hac sancta Synodo examinentur, alioquin institutio ab inferioribus facta irrita sit, & inanis.

117 Notatur, quòd Episcopus potest præsentatos non idoneos repellere, & qui non sint idonei, vel indigni dixi supra lib.6.cap.9. & 10. & infra
118 lib.12.cap.11.& si inferiores habeāt ius instituendi non possunt præsentatum instituere, nisi prius ab Episcopo fuerint examinati, alias innalida est institutio. idem habetur in d. *Conc.ſeſs.*24.*de ref.cap.*18.*& ſeſs.* 14. *de ref. cap.*13. & vide *Riccium in d. praxi. dec.*212.*num.*278. *& ſeqq.*
119 post d. Concilium autem si fundentur noua beneficia, institutio soli Episcopo debet reseruari, non inferiori. *Conc.Trid.ſeſs.*14.*de ref.c.*12. dicam infra lib.12.cap.3.

Quinto principaliter habetur in d. *cap.*9.*Conc.Trid. verſ. patroni autem*. Patroni autem beneficiornm cuiuscumque ordinis, & dignitatis, etiamsi communitates, vniuersitates, collegia quæcumque clericorū, vel laicorum existant, in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionum quorumcumque beneficiorum, etiamsi verè de iurepatronatus ipsorum ex fundatione, & dotatione essent, nullatenus, nullauè causa, vel occasione se ingerant, sed illos liberè rectori, seu beneficiato, non obstante, etiam quacumque consuetudine, distribuendos dimittant. nec dictū iuspatronatus venditionis, aut alio quocunque titulo in alios contra canonicas sanctiones transferre præsumant, si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis subijciātur. & dicto iurepatronatus, ipso iure, priuati existant.

120 Notatur, quòd patroni, seu alij existentes in quasi possessione iuris præsentandi non possunt se ingerere in perceptione fructuum beneficiorum patronatorum vacantium, sed prædicti fructus ad rectores beneficiorum pertinent.

121 Secundo, patroni non possunt vēdere iuspatr. vel alio titulo in alios transferre contra canonicas sanctiones, & si contrafecerint pœnæ excōmunicationis, & interdicti subijciuntur, & ipso iure priuati sunt dicto iurepat. & beneficia remanent libera. prout dicam infra lib. 15. cap. 2. & 3.

Sexto principaliter habetur in d. *cap.*9.*Conc.Trid.verſ.inſuper*. Insuper accessiones per viam vnionis factæ de beneficijs liberis ad ecclesias iurispatr. etiam laicorum subiectas, tam ad parochiales, quàm ad alia quæcumque beneficia, etiam simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, itaut prædicta beneficia libera eiusdem naturæ cum ijs, quibuscum vniuntur, efficiantur; atque sub iurepat. constituantur; hæ si nondum plenarium sortitæ sunt effectum, vel deinceps ad cuiusuis instantiam fiēt, quacumque auctoritate, etiam Apostolica concessa fuerint, simul cum vnionibus ipsis per subreptionem obtentæ intelligantur; non obstante quacumque in ijs verborum forma, seu derogatione, quæ habeatur pro expressa, nec executioni amplius demandentur, sed beneficia ipsa vnita, cum vacauerinr, liberè, vt antea cōferantur. quæ verò à 40. annis citra factæ, effectum, & plenam incorporationem sunt consecutæ, hæ nihilominus

minus ab ordinarijs, tanquam à Sede Apostolica delegatis, reuideantur, & examinentur, ac quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, simul cum vnionibus irritæ declarentur; ac beneficia ipsa separentur, et alijs conferantur.

122 Notatur, quod beneficium liberum vniri non potest cum beneficio iurispatronatus, & si vnio taliter sit facta censetur subreptitia, & beneficium vt liberum conferri debet, nisi talis vnio sortita sit plenum effectum. & ita ex declaratione S. Congregationis seruatur, & in praxi in Pisana diœcesi vidi dissolui vnionem factam Ecclesiæ S. Petri de Cisanello liberæ collationis ad ecclesiam curatam S. Iusti loci prædicti, quæ Ecclesia S. Iusti est iurispat. laicorum, & hodie dicta Ecclesia S. Petri vti libera confertur.

123 Item notatur, quod vnio facta à 40. annis citra, quamuis effectum sortita sit, ad ordinarijs tanquam à Sede Apostolica delegatis, reuideri potest & si facta sit per subreptionem irrita declaretur, & de vnione. vide *Garciam vbi sup. p. 12. c. 2. de vnione.* & latè dicam infra *in c. de vnionibus.*

Septimò principaliter habetur in *d. c. 9. Conc. Trid. in vers. similiter.* similiter quoque patronatus, quicunque in ecclesijs, & quibuscunque alijs beneficijs, etiam dignitatibus antea liberis, acquisitis à 40. annis citra, & in futurum acquirendi seu ex augumento dotis, seu ex noua constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis Apostolicæ, ab ijsdem ordinarijs, vel delegatis, vt supra, qui nullis in his facultatibus, aut priuilegijs impediantur, diligenter cognoscantur; & quos non repererint ob maximè euidentem ecclesiæ vel beneficij, seu dignitatis necessitatem legitimè constitutos esse, in totum reuocent, atque beneficia huiusmodi sine damno illa possidentium, & restituto patronis, eo, quod ab ijs iccirco datum est, in pristinum libertatis statum reducantur non obstantibus priuilegijs, constitutionibus, & consuetudinibus etiã immemorabilibus.

124 Notatur, quod iuspatronatus acquisitum super beneficio libero à 40. annis citra, & quod in futurum acquiretur ex augumento dotis, vel ex noua constructione, seu alia simili causa etiam auctoritate Sedis Apostolicæ ab ordinarijs cognosci debet non obstante quolibet priuilegio, & si legitimè constitutum non sit, debet reuocari, & beneficium in pristinam libertatem reduci sine præiudicio possessoris, & restitutione facta patrono expensarum factarum pro acquirendo dicto iurepatronatus. de quo per *Garciam vbi sup. d. c. 2. de vnione.* & quando habens assistentiã, seu resistentiam iuris communis de-
75 beat in possessione manuteneri, & quando non, ex his, quæ in Rota decisa fuerunt diligentissimè explicat *Marescott. vbi supr. variar. resolut. lib. 1. cap. 11.* nam regulariter habens
126 intentionem fundatam de iure communi manuteneri debet etiam nulla probata possessione. *c. cum personæ. in fine, & ibi notant omnes. de priuileg. lib. 6.*

Vtrum autem iurispatr. probetur ex narratione Papæ, dicentis beneficium esse de iurepatr. alicuius maxime personæ in qua cadit vsurpationis præsumptio, vide in *Albanen. prioratus* 8. *Iunij.* 1588. *coram Orano, & in Sorana iurisp.* 23. *Aprilis* 1603. *coram* Card. *Pamphilio.* & an iuspatronat. probetur ex præheminentijs, quas quis habet in Ecclesia, vide in *Calagurit. præeminẽtiarum* 17. *Maij, & 26. Iunij* 1591. *coram Gipsio.* & si sit narratum iuspatr. esse laicorum, non sufficit probare iuspat. sed etiam debet probari qualitas, quod etiam sit laicorum, vt fuit dictum in *Baren. beneficij* 16. *Nouemb.* 1587. *coram Blancho.* idem est si sit narratum esse ex fundatione, vel dotatione, quia

debet probari, quod sit ex fundatione, vel dotatione. *Cassador. decis.*4. *num.*6. *de probat.* & *dec.*7. *num.*6. *de iurep. Rota dec.*531. *num.*1. *par.*1. *diuers.* & fuit dictum in *Firmana iurispat.*29. *Ianuarij*, & 10. *Martij*.1600. *coram* Penia, nisi fuerit narratum cũ clausula, vt asseritur *Cassador. d.dec.* 4. *num.*1. vel alternatiuè, vel nam tunc sufficit quod alterum sit verũ. *Cassad. d. dec.*4. *vers.*10. vel si esset narratum iuspat. conditionaliter, & cum clausulis executiuis ad effectum derogationis, quia tunc non est verificandum, vt *in* Salernitana *Capellaniæ*, 29. *Nouembr.* 1592. *coram* *Card.* Pamphilio. quod iuspatronatus est onerosum respectu Ecclesiæ, super qua est. *Card. Seraph. dec.* 1353 est tamen fauorabile respectu vniuersalis ecclesia, vt ecclesiæ ædificentur, & dotentur. Lambert. *vbi sup. lib.*1. *par.*1. *quæst.*1. *art.*4. *num.*3. *Calderin. cons.*4. *in fine, de iurep.* & fuit dictum in *Cremonen. iurispat.*18. *Maij* 1577. *coram* Robusterio.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio iurispatr. est facilioris probationis.*
2 *Quasi possessio prædicta quomodo probetur.*
3 *Et secundum Concilium Tridentinum.*
4 *Stilus articulandi super quasi possessione.*
5 *Forma probandi d. quasi possessionem.*
6 *Quasi possessio iurispræsentandi ex quibus dignosci possit.*
7 *Quasi possessio probatur ex præsentationibus effectuatis. &*
8 *Factis de beneficio vacanti.*
9 *Consensus* Patroni *habet vim præsentationis, &*
10 *Consensus præstitus absentibus veris patronis, non faciunt quasi possessionem.*
11 *Præsentatio, quæ dedit occasionem liti non constituit præsentātem in quasi possessione.*
12 *vltimus status attenditur in beneficialibus.*
13 *Vt præsentatus ab eo, qui pro se habet vltimum statum præferatur.*
14 *Nisi in dicto vltimo statu esset clausula, sine præiudicio aliorum.*
15 *Vel quando vltima possessio est violenta.*
16 *Prædo in sua possessione est manutenendus, nisi ex actis constet eum esse prædonem.*
17 *Vel quando quis est intrusus.*
18 *Quasi possessionis status non datur in actibus negatiuis.*
19 *Possessor quis sit, attenditur in iure conferendi.*
20 *Quasi possessio eligentis attenditur ad effectum eligendi.*
21 *Quasi possessio præsentantis attenditur ad effectum præsentandi.*
22 *Dummodo adsit bona fides.*
23 *Vltimus non attenditur status, quando in contrarium constet de proprietate iurispat.*
24 *Iurispat. proprietas patet vel per confessionem aduersarij, vel per tres sententias conformes.*
25 *Quasi possessio, & vltimus status non iuuant, nisi constet de titulo iurisp.*
26 *Patronus si semel iuspat. probauit secundum Conc. Trid. amplius non tenetur illud probare.*
27 *Patronum esse, vel collatorem respicit petitorium, habere ius præsentandi respicit possessorium.*

CAPVT SEXTVM.

Quasi possessio iurispatronatus, seu iuris præsentandi quomodo probetur.

1 FACILIOR modus probandi, & obtinendi in causa iurispatronatus est probare quasi possessionem iurispatronatus, seu iuris præsentandi, quāuis enim aliquis se asserat patronum, atta-

attamen si deinde probet se esse in quasi possessione iuris præsentandi obtinebit.

2 Quasi possessio autem prædicta probari potest per instrumenta præsentationum, & institutionum, vel quia patronis, & possessoribus prædictis facta fuerunt solita fieri haben tibus tale ius. *ad notata in c. si vero, de iurepat.* & secundum dicta in *cap. consultationibus. de iurepat.* & hodie debet seruari decretum Concilij Tri

3 dentini. *c.9.de reform. sess.* 25. de quo late dixi in præcedenti capite, & secundum ibi dicta debet talis quasi possessio probari, & super his vide *Rotam decis.* 195.222.224.347 *&* 615. *in recentiorib.* & de probatione huius quasi possessionis vide *Card.* Mant. *dec.* 208. *& Praxim Archier.* Leonis *par.2.c.21. de iurepatr. nu.* 1. *& seqq. &* Mascardum *de probationib. conclus.* 1217. *Riccium in praxi rer.for.eccl. dec.* 153. *Massobr, in praxi hab.conc.ad vac.par.eccl.requisito 7.dub.17.* Gonzal. *in commen. ad reg.8.Cancell.glos.45.§.2. à n.29.* Garc. *de benef.par.5.c.5.* *Aug.* Barbosam, *de off. & pot.Episc.par.3.allegat.* 72. *à num.* 20. & fuit dictum in *Florentina canonicatus*, 11. *Decemb.* 1615. *coram* R.P.D. Buratto, quę in calce operis est *dec.* 41. *& in Cracouien. parochialis de coniusxa*, 9. *Iunij* 1627. *coram Reuerendissimo* D. *Patriarcha Hierosf.* quæ in calce operis est *dec.*42. & in *Florentina subdecanatus* 27. *Ianuar.* 1627. *coram* R.P. D. Durano, quæ in calce operis est decisio 43.

4 Quare stylus articulandi in praxi pro d. quasi possessione probanda erit huiusmodi, de quo *Lambert. de iurepat.lib.2.par.2.quæst.10.art.6.*

5 Comparet Nicolaus Mazzolius clericus Pisanus tanquam præsentatus ad capellaniã S. Ioannis Chrysostomi sitam in Primatiali Ecclesia Pisana à Iuliano Riccio Patritio Florentino patrono iurispatron. & iuris præsentandi ad dictam capellaniam, & pro verificatione iurium iurispat. & prædicti patroni dictæ capellaniæ existentis in pacifica quasi possessione dicti iurispatronatus, & iuris præsentandi ad d. capellaniam, quando vacare contingit, & breuiter dicit, quod capellania prædicta fundata fuit constructa, & dotata ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Iuliano de Riccis Archiepiscopo Pisano, & post mortem dicti Illustrissimi Domini prædictum iurisp. deuenit in Petrum de Riccis, qui ad dictam capellaniam vacantem præsentauit Franciscum Spinium clericum pisanum, qui fuit institutus, dictamque capellaniam per multos annos pacificè possedit; postea peruenit d. iuspatr. in Carolum Filium d. Petri, qui ad dictam capellaniam vacantem per obitum dicti Francisci præsentauit Rainerium Vffredutium clericum pisanum, qui fuit institutus, & obijt in pacifica possessione, demum d. iuspat. peruenit in Alexandrum filium d. Caroli, qui præsentauit ad dictam capellaniam vacantem per obitum dicti Rainerij Vincentium Alemannum clericum pisanum, qui etiam fuit institutus, & in pacifica possessione obijt, demum Iulianus dicti Alexandri filius patronus, & hæres ad eandem capellaniam sic vacantẽ per obitum d. Vincentij præsentauit dictum comparentem, & hæc omnia probantur per instrumenta authentica, & super singulis superius dictis singuli poterunt formari articuli, &

6 ex quibus dignosci possit quasi possessio iuris præsentandi ad beneficium vide *Rotam decis.* 680. *part.3. lib.3.diuers.*

7 Et ideo si præsentationes sint effectuatæ ex subsecuta institutione, & possessione probant quasi possessionem *Greg.XV.dec.*452.*num.*6.*&* 19. & fuit dictum in *Romana Iurispatronatus de Cardellis*, 22. *Aprilis*, 1611. *coram* D. *Penia* quæ est *decis.*

8 312.*par.*1. *in recentiorib.* quæ quasi possessio probatur per præsentationẽ

effectuatam factam de beneficio vacanti per obitum, vel alio modo, &
9 etiam per consensus præstitos resignationi beneficij, qui consensus habet vim præsentationis,& constituūt præstantem consensum in quasi possessione præsentandi. *Put. decis.*310. *lib.*2.*Crescent. dec.*2.*de iurepat.* Rota *dec.*792.*num.*8.*par.* 8.*par.* 1. *diuers.* & *dec.*154.*num.*4.*par.*2. *in recentiorib.apud Farinac.*Greg.*XV.dec.*349. *num.*2.& *ibi annotat.nu.*7. nisi alius esset in quasi possessione, quæ per vnicum actum acquiritur, & ita intelligitur Dec. *in cons.* 148. *num.*4. *Greg.XV.dec.* 215. & *ibi annotat.* & consensus prædicta operatur, si resignatio effectuata sit;quæ tamen non procedunt, si talis consensus esset
10 præstitus absentibus,& ignorantibus patronis.*Greg.XV.dec.*417.*nu.*1. & & 2. & *ibi annotat.* & præsentatio,
11 quæ dedit occasionem liti non constituit præsentantem in quasi possessione.*Greg.XV.d.dec.*417.*num.*4.
12 Et regulariter in beneficialibus attenditur vltimus status, & vltima, & immediata possessio. vt fuit dictū iu *Placentina Archipresbyteratus,*17. *Martij* 1623.*coram* R.P.D.*Pirouano* quæ in calce operis est *dec.*44.*Oldradus cons.*312. *num.*2. *in fine*. *Rota dec.*2.*num.*2.*de præbend.in nouis*. & *dec.* 49.*num.* 1. *de rescript. in antiq.* Felin.*in c.eam te.circa finem. de iurepat.*Rocch.*de Curte in cap.vlt. de consuetud.sect.*4.*num.*82. *Mascard. vbi sup.concl.*172.*nu.*8. *Put.dec.*2. *nu.*4. *lib.*3. Gonzal.*vbi sup.d.glos.*45. §.2. *num.*14. & *seqq.* Greg. *XV. dec.*77. *num.*9. & *ibi annotat. num.*12. *Marescott.var.resolut.lib.*1. *c.*55. vbi latissimè Stephan. *Gratian. discept.forens.c.*577.*num.*13.*Cæsar de Graffis*. *dec.*4.*de probat.*Genuen.*in praxi Archiep.*Neapol.*c.*100. & *vlt.* Riccius *in praxi rer.for.eccles. dec.*146. *num.* 26.& *decis.*153. *nu.*46. & ideo præsentatus ab eo, qui pro se habet vltimum statum, & sic quasi possessio-
13 nem præsentandi præfertur *c.consultationibus.de iurepat.vbi Abb.num.*6. nisi in d. vltimo statu esset clausula sine præiudicio aliorum, vel si con-
14 sensus fuit datus sub conditione. *Marescott. vbi sup. num.* 30. & *seq.*
15 vel quando vltima possessio est violenta, et cum mala fide, quia licet etiam prædo sit in sua possessione ma
16 nutenendus, & si spoliatus ad illam debeat restitui.*c.in literis. de restit. spoliat.*tamen si ex eisdem actis constet illum esse prædonem, tunc ei denegatur manutentio, et restitutio *Innoc. in cap. cum Ecclesia Sutrina. vbi Abb.num.*36.*de caus.poss.*& *propriet.* et ita iudicandum esse dicit *Menochius, de recuperanda possessione remedio primo, num.*113. & *Gratian. vbi supra cap.* 899. *num.*21.&
17 & 22. vel quando adsunt duæ præsentationes ambæ compatibiles, vel quādo quis reperitur intrusus in beneficio, vel quando in contrarium constat de beneficij, et iurispatronatus proprietate, et in actibus ne-
18 gatiuis non datur status quasi possessionis, præsertim in his, quæ sunt meræ facultatis, et quando agitur contra superiorem. *Marescott.vbi sup.num.*53. & *seq.* ita etiam in iure
19 conferendi attenditur quis sit possessor. *cap.cum olim.* & *cap.cum Ecclesia Sutrina, vbi glos.* & *Doct. de caus.possess.*& *propriet.Selua de benefic. par.*2.*quæst.*7.*num.*1. *Mascardus vbi sup. num.* 4. pariter ad effectum eligendi attenditur quasi possessio
20 eligentis. *cap.querelam de elect.Rot. dec.*6.*in fine.iuncta addit. de elect. in nouis*.
21 Necnon ad effectum præsentandi attenditur quasi possessio præsentantis, qui vltimo loco præsentauit. Rota *dec.* 14. *de iurepat. in antiquis*. *Calderin.cons.vlt.de iurepat. Put.dec.* 189.*num.* 1.*lib.*1. *Gonzal.d.gloss.*45. §.2. *à num.*6. illudq; procedit,dum-
22 modo adsit bona fides, & constet de scientia, & patientia eorum, quibus præiudicatur. *Calderin. cons.* 12. *de iurepat. Gonzal. d.* §.2.*nu.*32. & 35. & quan-

23 & quando constat de proprietate iurispatr. quæ præualet possessioni, vltimus status non attenditur. *Abb. in d.cap.consultationib. nu.9.de iurepatr. Card.Seraph. decis.*1025.1227. 1495.& 950. attamen non dicitur
24 constare de proprietate nisi per cōfessionem aduersarij, vel per tres sententias conformes. *Aegid. dec.* 103. *Gratianus vbi sup. d.c.*577. *à nu.*13. *ad* 14. hodie tamen ex d. *c.9.de ref. sess.*25.*Conc.Trid.* non sufficit docere
25 de quasi possessione, & vltimo statu, nisi doceatur de legitimo titulo iurispat. ex fundatione, vel dotatione, &c. quia derogat non solum titulo, sed etiam quasi possessioni iurispat. aliter quæsiti, quàm ex fundatione, seu dotatione, ideo vt quasi possessio suffragetur, est docendum de titulo.
26 si autem semel vacatio contigerit, & patronus laicus, vel mixtus præsentauerit, & coram Ordinario docuerit de suo iurepat. secundum formam d. cap. 9. & præuia causæ cognitione, & seruatis seruandis Ordinarius semel approbauerit d. iuspatronatus, & præsentatum instituerit, tunc saltem in possessorio non tenetur amplius docere de titulo, sed satis est quasi possessio, si de nouo vacauerit. *Gonzal.vbi sup.glo.*18.*à nu.* 23. & de his vide Aug. *Barbosam in suis collectan. super d.cap.consultationibus. num.*7. *de iurepat.* & tali casu dicitur constare de iurepatr. vt fuit dictum in *Cremonen. Capellaniæ.*14. *Ianuar.*1594.*coram Illustriss.*D.*Card. Millina*, quæ in fine operis est decisio 13.
27 Et aliud est dicere se esse patronū, vel collatorem, quòd respicit petitorium, & aliud dicere se habere ius conferendi, seu ius præsentandi, quia hoc respicit possessorium, quòd est potissimè attendendum. *Francus in c.vnico.nu.*5.*de iurepat. lib.6. Cassador.dec.*2.*num.*3. *in fine. de probat. Rota dec.* 347. *num.*3. *& dec.* 1178. *lib.*3. *diuers.* *Gonzal. d.§.*2.*num.*27. & 28.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio, & institutio probatur per instrumenta.*
2 *Et quæ instrumenta debent esse rogata à notario.*
3 *Et probatur per patentes literas institutionis.*
4 *Literæ patentes faciunt fidem.*
5 *Literis patentibus Abbatis quando credatur.*
6 *Subscriptio Superioris, seu* Notarij *quando requiratur.*
7 *Sigillum multa operatur.*
8 *Sigillum vt sit authenticum quæ continere debeat.*
9 *Et præsertim debet continere literas, & nomen.*
10 *Et debet constare, cuius sit sigillum.*
11 *Sigillum factum cum re non sculpta ad signandum, nihil operatur.*
12 *Sigillum corruptum nullam fidē facit.*
13 *Sigillum debet esse solitum Principis, vel Episcopi.*
14 *Sigillum est multiplex.*
15 *Sigillum est duplex, publicum, & priuatum.*
16 *Sigillum publicum est Papæ,* Imperatoris, *&c.*
17 *Sigillum priuatum est personarum priuatarum.*
18 *Sigillum sæpè vocatur signum.*
19 *Sigillum appellatur etiam anulus.*
20 *Sigillum Episcopi cum subscriptione, quando plenè probet.*
21 *Literæ Ordinarij confectæ cū suo sigillo probant, si talis sit consuetudo.*
22 *Et si hæc articulentur, addatur, quòd etiam talis extat consuetudo.*
23 *Præsentationis, & institutionis instrumentum bene est facere.*
24 *Patronus non est, si probetur honoratus vt talis, quia ius præsentandi probari debet.*
25 *Iuspat. probatur per literas antiquas incisas in lapidibus.*
26 *Quoad illum fundatorem in literis nominatum.*
27 *Consecratio ecclesiæ probatur per literas incisas in lapidibus.*

CAPVT SEPTIMVM.

Præsentatio, & Institutio quomodo probentur.

1 IN materia probationis iurispatronatus, & iuris præsentandi, & quasi possessionis illius, præsentatio, & subsecuta institutio probatur per instrumenta successiue facta, si in authentica forma producantur, & ita procedunt notata
2 in *cap. si vero. de iurepat.* quæ instrumenta debent esse celebrata cum notario, & testibus, vt dixi sup. hoc lib. cap. quinto. Item per patentes
3 literas institutionis ipsius Ordinarij cum suo sigillo authentico probatur, si adsint testes cum notarij subscrip-
4 tione. etenim literæ patentes faciunt fidem in iudicijs, clausæ verò non. not. *Io. And. in c. patentibus literis. post Hostiens. & Butrium de priuileg.* &
5 creditur literis patentibus Abbatis dicentis se aliquem recepisse. *Specul. in tit. de probationib. §. vlt. num. 17. vers. hoc autem certum est. & Franc. Marcus quæst. 993. num. 1. par. 2.* & de literis patentibus. vide *Gonzalē in comment. ad reg. 8. Cancell. glo. 59.*
6 & de subscriptione, & solito signo tabellionis, seu notarij, & quando sint necessaria, & quando requiratur subscriptio Superioris. vide *Gon-*
7 *zalem vbi sup. glos. 60.* sigillum autem comprobat, confirmat, supplet, & robur adijcit, aliosq. plures effectus operatur. *Bald. in l. bonæ fidei. ante num. 6. C. de reb. credit. Ias. in l. pacta nouissima. nu. 9. C. de pactis. Roman. cons. 305. n. 2. Vestrius in praxi. lib. 6. c. 1. nu. 9. Rota decis. 535. nu. 2. par. 1. diuers.* & sigillum adhoc vt
8 dicatur authenticum debet continere quādam impressionem. *l. 1. §. si autem socius.* ibi. sigillo impresso. vbi nor. *Bald. C. de comm. seruo manumis-so.* in qua impressione debet esse imago Principis, seu Episcopi, vel in eo debent esse arma insignia illius, cuius est sigillum, sicut in moneta. *l. vlt. C. de vet. numism. potest. lib. 11. Bald. cons. 376. nu. 1. lib. 3.* item debet
9 continere characterem, seu literas circum, proprium nomen declarantes, vel alias literas aptas, & conuenientes sigillo, vt facile cognoscatur cuius sit sigillūm. *cap. significauit. 48. de appellat. c. inter dilectos. vbi Abb. num. 4. de fid. instrum. Menoch. de arbitr. iud. casu 113. nu. 3.* atramen alte-
10 rum prædictorum sufficeret, dummodo constet, cuius sit sigillum. *Felin. in c. 2. num. 37. vers. item quod sigillum. de fid. instrumen. Crauet. de antiquit. temp. in 5. particula primæ partis. num. 46. Menoch. de præsumption. lib. 2. præsumpt. 57. num. 6.* ideo siquis
11 vellet sigillare cum re non habente characteres, vel literas non legibiles, pura cum corrigia, vel ferro, aut alia re non sculpta ad signandum, nihil ageret. *l. ad testium. §. signum. ff. de testament. §. possunt. & ibi Io. Faber. num. 1. Institut. de testament. ordin.* &
12 si sigillum sit corruptum adeout nō cognoscatur cuius sit, nullam facit probationem. *Abb. in d. cap. inter dilectos. num. 4. & ibi Felin. num. 5. de fid. instrum. Specul. in tit. de instrum. edit. §. instrumentum. post nu. 9. vers. item quod imago. Menoch. de arb. iud. d. casu 113. num. 12. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 57. num. 3. & seqq.*
13 insuper sigillum debet esse solitum Principis, vel Episcopi, aut Magistratus, ad illa negocia destinatum, & materiæ, cui imprimitur, deputatum. d. *cap. significauit. de appellat. Bald. in cap. post cessionem. num. 1. & ibi Felin. num. 17. de probat.* sigillum
14 autem est multiplex. vt per *Innoc. in cap. 2. num. 3. de fid. instrum.* quem ibi alij sequuntur. *Bald. in Margarita Decretal. verbo, sigillum appellat. Rebuff. in tract. de nominat. quæst. 10. num. 24.* aliud est sigillum auctoritatis, vt sigillum Papæ, Regis, Episco-

pi,

pi, & Dominorum temporalium. vt in d.c.2.de fid.instrum.aliud testimoniale. vt in l. si qua per calumniam. C.de Episc.& cler. aliud ratificariuũ. l.2.C.de reb.alien.non alienand.aliud in signum consensus. c. 1. de procuratorib. aliud sigillum confirmationis. d.c.inter dilectos. §.1. aliud est sigillum ad citationes destinatum. d.c.significauit.quæ sigilli differentiæ concernunt potius quandam destinationem, seu effectus diuersos, quã sigillorum differentiam, siquidem vnicum tantum sigillum publicum potest omnes dictos effectus opera-

15 ri. & ideo dicas, quòd sigillum est duplex, publicum, Papæ, Imperato-

16 ris, Regum, Principum, Episcopi, vniuersitatis, aut Magistratus. Mandosius in glossa ad facultates Auditoris Cameræ. §.& proprium.in verbo, sigillum, Imola in d.c.2.nu.22.& ibi alij. de fid. instrum. & hoc sigillum, aut est maximum, magnum, medium, & paruum.d.c.significauit.c.ad nostram. & c. suggestum.de appellat.

17 Aliud est sigillum priuatum, quòd quælibet persona priuata eligit ad libitum suum, de quibus haberur in l.videamus.11.§.qui vinum. ff.locati. l.æquissimum.§.sed si ædium.ff.de vsufructu.l.cætera.§.item hoc.ff.de leg.1.

18 & hoc sigillum de iure ciuili sæpe vocatur signum. d. l.ad testium.§.1. & §.si signa. ff.de testam. latè Mandos.vbi sup.post medium. item appel-

19 pellatur anulus.d.l.ad testium.§.si ab ipso testatore anulũ. l.signationis anulus.74.ff.de verb.signif. & habetur in c.in nomine.in fine. ibi. anulo nostræ ecclesiæ firmare censuimus. dist.74. & notes, quòd sigillum authenticum

20 Episcopi coniunctum cum subscriptione propria manu facta plenè probat in concernentibus illius officium, etiamsi agatur de re graui. d. l. si qua per calumniam.vbi Bart.n.1. & Salicet.nu.5.C.de Episc.& cler.d.c. post cessionem. vbi Doct.de probat. Iason in l.quæ dotis.nu.49.ff.solut.matr. Couarr.pract.quæst.cap.22.num.vlt. Menoch.d.casu 113. à num.8. Rota d. dec.535. num. 1. & 4. par. 1. diuersi. & de tali sigillo pulchrè pertractat Gonzal.vbi sup.glo.61. per totam.

21 Et si literæ Ordinarij sint confectæ cum suo sigillo tantum probant, si talis extet consuetudo. Bald.in rubr. col.penul.C.de fide instrument. Qua-

22 rè si hæc articulentur, ponatur etiã, quòd talis extat consuetudo legitimè præscripta, nempe, quòd literis huiusmodi cum solo sigillo Ordinarij detur plena fides, & quod pluries, vel saltem bis ita fuerit iudicatum, & in contradictorio iudicio obtentũ. vide Rocchum de Curte in cap. vlt. de consuetudine. sed cautela est in praxi

23 seruanda huiusmodi, videlicet, quòd conficiarur instrumentum de ipsa præsentatione cum notario, & saltẽ duobus testibus. & aliud simile instrumentum super ipsa institutione, & ita vidi seruare, & seruaui in casu simili. de quibus vide Lambertin. de iurepat.lib.2.par.2.quæst.10.art.4. & art. 7. Neque ad probandum quem

24 esse patronum sufficit probare illum fuisse honoratum tamquam patronũ in processionibus, & in alijs, sed debet in specie probari ipsa quasi possessio iuris præsentandi tempore vacationis. Lambertin. vbi supra. art. 8.

25 Probatur etiam iuspatronat. per literas antiquas incisas in lapidibus positis in ecclesia, seu in campanili stante tamen antiquitate temporis, & nisi contrarium appareat. Rocch. de Curte de iurepat. in verbo, honorificum.in fine. col.50. Aug.Barbosa de off.& pot.Episc.p.3.alleg.72.num.50. & seq. Garc.de benefic.p.5.c.9.nu.91. Caualcan.dec.17.nu.1.et Praxis Archiep. Leon. cap.6. num. 4. & dixi in præced. cap. 5.

26 Quòd procedit quoad illum primum fundatorem tantum nominatũ in dictis lapidibus, quia quoad descendentes ab ipso probãda erit descendentia, nisi in dictis lapidibus diceretur iusparronatus esse illorum, puta,

puta, de familia Gualandorum Nobilium Pisanorum, vel de alia familia, quia hoc faceret pro illis de tali familia superstitibus, nisi contra eos esset legitimè præscriptum. *Lambert. vbi sup. art. 9.* & quando literæ antiquæ incisæ in lapidibus probent. vide *Felin. in c. cum causam. col. 3. de*
27 *probat.* & quod probent iuspatronatus, & ecclesiæ consecrationem probat *Dec. cons. 135. col. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones, quæ opponi possint contra præsentationem.*
2 *Exceptiones, quæ opponi possunt contra iuspat. antiquum.*
3 *Exceptiones, quæ opponi possunt contra iuspat. modernum.*
4 *Compatroni quando possint esse testes in proban. iurispat.*
5 *Præsentans non potest esse testis pro præsentato.*
6 *Compatroni aliquando admittuntur ad probandas descendentias.*
7 *Processus publicatio fit in causa institutionis faciendæ.*
8 *Processus publicatio omissa non vitiat.*
9 *Testes in causa institutionis reprobari possunt.*
10 *Testes quot requiruntur ad reprobandum alios testes.*
11 *Testes an possint post publicationem reprobari.*
12 *Testes reprobatorij an possint per alios testes reprobari.*
13 *Conclusio in causa non est necessaria in iudicio institutionis.*
14 *Conclusio in causa non est necessaria in beneficialibus.*
15 *Et si fiat, non potest reuocari.*
16 *Iudex quando post conclusionem in causa possit nouas probationes recipere.*
17 *Conclusum in causa quando dicatur.*

CAPVT OCTAVVM.

De exceptionibus, quæ proponi possunt contra probationes iurispatronatus, & iuris præsentandi, & de processus publicatione, & terminatione.

HACTENVS visum est, quomodo Actor in hoc iudicio probare possit iuspatronatus, seu ius præsentandi, & quasi possessionem. Nunc vi-
1 deamus quomodo contradictor possit opponere, & excipere contra prædictas probationes.

Et est distinguendum, quod aut sumus in probatione iurispatr. antiqui, aut moderni. Primo casu po-
2 test contradictor excipere, & dicere eum, qui præsentauit, non esse de illa familia, de qua se esse asserit, sed illud cognomen sibi assumpsisse, vt aliquando accidit, & iurapatronatus vsurpantur; vel excipere, quod nunquam antecessores illius, qui præsentauit, fuerunt in quasi possessione d. iurispatronatus, seu iuris præsentandi, vel quòd scripturæ ex aduerso exhibitæ non sunt authenticæ, neque in forma probanti, vel quòd priuilegium allegatum non est legitimè scriptum, seu signatum, siue quod talis præsentans non est hæres illius prædefuncti patroni, seu, quòd non est patronus, nisi pro quadam minima rata, vel quod tale iuspat. competit ex priuilegio, quòd hodie est sublatum a Conc. Trid. vel quod d. iuspat. fuit taxatiuè reseruatum dicto patrono præmortuo, & similiter alia possunt opponi secundum casus occurrentes.

3 Secundo casu contra probationes iurispat. moderni potest cōtradictor excipere dicendo, nempe in fundatione, constructione, & dotatione talis

talis Ecclesiæ non interuenisse ordinarij consensum, vel interuenisse consensum illius, qui huiusmodi facultatem non habebat, vel quod fundator non poterat acquirere iuspat. quia erat hæreticus, vel criminosus talis, qui erat iurispat. incapax, & si fundetur probatio iurispatron. super præscriptione, contra talem præscriptionem excipi potest de inualido titulo de mala fide, & de alijs, vel aliter, prout latè ponit *Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 10. art. 10.*
4 & in probando iurepat. possunt esse testes compatroni, nisi per hoc probarent ius suum, item consanguinei, & familiares, cum aliàs tales familiares admittantur. vt per *Abb. post gl. in c. cum dilectus. de cler. non. resid.* & notatur *in c. literas. de præsumpt. Felin. in c. insuper. de testibus*, & facit quod dicit *Riccius in praxi rer. fori ecclesiast. decis. 146. num. 28.*
5 Verum quoad merita, vel demerita præsentati, non admittitur ad testificandum patronus, qui illum præsentauit, quia ex hoc recipit cōmodum conseruandi, vel acquirendi quasi possessionem. illi autem compatroni, consanguinei, & familiares admittuntur vt testes, quia
6 ad probandas descendentias sunt necessarij illi, qui illas sciunt, & tales facilius eas possunt testificari tanquam sibi notas, illisque fides adhibetur secundum tamen personarum qualitates, vt per *Doct. in c. quoties. de testib. & per Lamber. vbi sup. ar. 12*
7 Denique tali processu terminato, poterit fieri illius publicatio, & testium examinatorum, instrumentorum, & gestorum ad hoc, vt pars scire possit, an velit cedere, vel contendere. *glos. in clem. sæpe, in verbo, non obstante. de verb. signif.* Omissio tamen talis
8 publicationis hunc processum non vitiat. vide *Abb. in cap. cum* I. *&* A. *num. 10. de re iudic.* & de tali processus publicatione, vide *Rotam dec. 13 de testib. in nouis. & Lambert. vbi sup. art. 13.*

9 Insuper est notandum, quod post d. processus publicationem, possunt reprobari testes, & sic potest fieri processus repulsæ testium respectu personarum, vel respectu dictorum, & depositorum per eos, qui processus, si omitteretur, imminetet præiudicium, quod non esset reparabile in causa appellationis ad ea, quæ dicit *Abb. in c. 1. de exceptionib. & in d. c. cum* I. *& A. de re iud.* & quot te-
10 stes requirātur ad reprobandum testes partis aduersæ vide *Abb. in c. series. de testib.* & nunquid possint post
11 publicationem reprobari ponit *Abb. in c. præsentium. de testib.* & de hac materia, & nunquid testes reproba-
12 tori j possint per alios testes reprobari, vide *Abb. in c. licet dilectus. & ibi Felin. de testibus. & Lambert. vbi sup. quæst. 11. art. 1.*
13 Accedit, quòd in hoc iudicio cōclusio in causa non requiritur, nec est de substantia. ita habetur in *clem. sæpe. circa finem. & ibi glos. in verbo, conclusione,* & ibi etiam *Card. de ver-*
14 *bor. significat.* & ratio est, quia in beneficialibus non est necessaria conclusio in causa. *Rota dec. 1.* quæ incipit, *post conclusionem. de testibus. in nouis.* si tamen sit facta, seruan-
15 da erit per regulam, quod potui nolui, &c. *c. quoniam Abbas, de off. deleg.* neque à parte tunc reuocati potest, nisi iudice volente, qui Iudex etiam
16 post dictam conclusionē nouas probationes etiam inuita parte recipere potest, præsertim vbi vertitur animæ periculum. vide *Cappellam Tolosanam dec. 14. num. 3. & Felin. c. cum dilectus. num. 13. 14. & 27. & seqq. de fid. instrum. Lambert. vbi sup. dict. quæst. 11. art. 2. & Felin. ibi dem* ponit quando dicatur in causa conclusum,
17 & quomodo talis conclusio fiat, & regulariter fit elapso termino ad producendum iura, vt habetur in *constit. synod. Pisan. tit. 13. c. 3. in fine. & de conclusione in beneficialibus.* vide etiā *Rotam dec. 1.* quæ incipit, *nota, quod postquam est conclusum. de probat. in anti-*

antiq. & in praxi pluries obtinui in contradictorio iudicio, in beneficialibus conclusionem in causa non esse necessariam.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium super iurepat. coram* Ecclesiastico *iudice fieri debet.*
2 *Et in tali iudicio sententia diffinitiua requiritur.*
3 *Sententia in iudicio iurispat. in scriptis ferenda est.*
4 *Et concipi potest in personā principalis siue eius procuratoris.*
5 *Institutio habet vim sententiæ.*
6 *Sententia propriè diffinitiua est, quando in iudicio iurisp. proceditur cum contradictore.*
7 *Idem est, quando superior ex officio procedit cum causæ cognitione.*
8 *Institutio habet vim sententiæ interlocutoriæ.*
9 *Institutio largè potest dici sententia diffinitiua.*
10 *Appellari potest à sententia institutionis.*
11 *Et an dicta appellatio debeat admitti.*
12 *In praxi tunc quando adest contradictor quomodo procedatur.*
13 *Appellatione pendente, seu pendente termino ad appellandum nil potest innouari.*
14 *Appellatio ab interlocutoria quando non faciat attentata.*
15 *Institutio quando est facta in contradictorio iudicio, causa est appellabilis.*
16 *Et pendente appellatione si capta sit possessio dicitur attentata.*
17 *Iudex aliquando dat sententiā, & eodem contextu institutionem.*
18 *Sententia transit in iudicatum appellatione deserta.*
19 *Et tunc potest pars agere contra victoriam per uiam euangelicæ denunciationis.*
20 *Sententia lata ad fauorem patroni contra alium patronum quid operetur.*
21 *Sententia lata contra præsentantem quando præiudicet præsentato.*
22 *Res inter alios iudicata quando noceat alijs.*
23 *Exceptio rei iudicatæ quibus personis obsit.*
24 *Res iudicata regulariter nocet personis, inter quas lata est.*
25 *Sententia lata in actionibus præiudicialibus quando faciat ius quoad omnes.*
26 *Appellatio intra decendium interponi debet.*
27 *Tempus ad appellandum à iudice alterari non potest.*
28 *Etiam de consensu partium.*
29 *Nisi per statutum, aut ratione scandali aliud esset faciendum.*
30 *Decendium ad appellandum currit à die notificatæ sententiæ.*
31 *Tempore ad appellandum pendente, attentata sunt ea, quæ geruntur.*
32 *Dummodo sit casus, in quo liceat appelare.*
33 *Appellans ad Sedem Apostolicam quando fidem facere debeat de commissione.*
34 *Alioquin appellatio est deserta.*
35 *Appellatio quando incipiat.*
36 *Appellatio dicitur deuoluta, introducta, & incohata.*
37 *Appellatio deuoluta quando dicatur.*
38 *Appellatio introducta quando dicatur.*
39 *Appellatio incohata quando dicatur.*
40 *Appellatio quomodo finiatur.*
41 *Appellatio finitur per sententiam.*
42 *Appellatio finitur morte appellantis in criminalibus.*
43 *Appellatio finitur ex lapsu fatalium.*
44 *Fatalia quando currant.*
45 *Fatalia quando currere incipiant.*
46 *Appellans in primo anno debet aliquam diligentiam facere.*

CAPVT

CAPVT NONVM.

Sententia diffinitiua in tali iudicio est necessaria, & ab ea potest appellari.

1 HOC autem iudicium super iurepat. seu iure præsentandi, vel quasi possessione, & præsentati admissione coram ecclesiastico iudice dumtaxat fieri potest, & debet. *c. quanto. & ibi Doct. de iudic. Lamber. de iurep. lib. 2. par. 2. quæst. 3. art. 7. num. 4. Sigismundus Scaccia de sent. & re iud. glos. 7. quæst. 2. limit. 5. num. 34. & 45.* & quid in determinatione iurispat. Regij. vide *Cardos. in praxi iudic. verbo causa à num. 8. Aug. Barbosam in suis collect. ad c. de iure. num. 4. de iurepat.* & in tali iudi-
2 cio terminando sententia diffinitiua est necessaria. *clem. sæpe. ibi. sententiam verò diffinitiuam. de verb. signif. & ibi glos. in verbo, in scriptis,* notat
3 sententiam huiusmodi esse in scriptis proferendam, & in qua sententia etiam expensarum condemnatio fieri potest factarum à victore contra victum, illarumque executio concedi. *Roceb. de Curte. de iurepat. in verbo competens alicui. quæst. 23. col. 3.* & habetur in *c. finem litibus, de dolo, & contum.* & tradit *Lambert. vbi supra quæst. 11. ar. 3.* & sententia hoc in casu concipi potest in personam prin-
4 cipalis, siue eius procuratoris *cap. querelam, & ibi Abb. nu. 10. de elect.* secus in causis matrimonialibus, criminalibus, vel similibus, in quibus sententia fertur in personam principalis dumtaxar, non autem in personam eius procuratoris.

5 Et est notandum quòd institutio, seu confirmatio habet vim sententiæ diffinitiuæ, quando ad causam comparet contradictor, & proceditur cũ causæ cognitione, eo enim casu dici-
6 tur propriè sententia diffinitiua, præsertim si cognoscatur de iuribus præsentantium, quia tunc cognosceretur verus patronus, qui pro se habuit sententiam ad notata per *Abb. in cap. ex literis. & in c. si vero. de iurepat.* idem erit, si nullus sit contra-
7 dictor, sed superior ex officio negocium cum causæ cognitione discussit. verum si talis discussio à superiore facta fuerit per simplicem informationem, de qua loquitur *Abb. in c. constitutis. il 2. num. 14. de appellat.*
8 & seruata fuerit forma *text. in c. vlt. de elect. lib. 6.* hoc casu institutio habebit vim sententiæ interlocutoriæ, prout declarat *Lamber. vbi sup. ar. 4.* & vide *Rotam decis. 521. num. 1. p. 2. in recent. apud Farinac.* attamen lar-
9 gè poterit & ista dici sententia diffinitiua, cum negocium, de quo agitur, diffiniat ad *text. in l. 1. ff. de re iudic.*

10 Sciendum est etiam, quòd à tali sententia institutionis, vel à sententia, qua declaratur, præsentatum à tali patrono esse instituendum, quomodolibet lata appellari potest. *d. c. constitutis. il 2. de appellat. & c. pastoralis. de iurepat.* quamuis *Lamber. vbi sup. art. 5.* dicat tali appellationi non esse deferendum, ne per eam
11 impediatur possessio talis instituti, sed in praxi vidi semper seruari talem stylum, nempe quando adest contradictor, & proceditur cum cau-
12 sæ cognitione, iudex profert sententiam declarando præsentatum fuisse & esse instituendum, & notificata parti d. sententia, & transacto decendio dato ad appellandum, & non interposita appellatione proceditur ad institutionem, & pendente termino ad appellandum, seu pendente appellatione nihil potest innouari,
13 aliàs omnia gesta erunt attentata, & nulla. *c. à collatione. iuncto c. non solum. de appellat. lib. 6. Ioan. And. Geminian. & Franc. in c. auaritiæ. de elect. lib. 6. Rot. dec. 6. par. 2. diuers. Lancellott. de attentatis. par. 2. cap. 4. num. 614.*

nu.614. *et* 627. *et in præfat. c.*12.*nu*. 79. & præsertim *limit*. 40. *et* 49. & ibi Lancellott. dicit dictum *Lambertini in d. art*. 5. procedere quando institutio non habet vim diffinitiuæ,
14 sed interlocutoriæ, quia fuit facta extraiudicialiter, & sine contradictore, quo casu appellatio tamquam ab interlocutoria non debet facere attentata, vt pro regula firmauit d. Lancellott. *d.c.*12. *limit*.1. vide *Gonzalem in comment. ad regul*.8. *Cancell.glos*.9. *et* §.1. *in tractatu incipien. annotationes contra nullitates,et attentata in causis beneficialib. nu*. 203. *et seqq. et Riccium in praxi rer. fori ecclesiast.decis*.229.idem tradit *Bredéd. in tract. de appellat*. 1. *par. à quibus actibus.tit*.20. *vers. ab institutione præsentan. pag*. 419. & vbi post sententiam est facienda institutio, seu collatio tenet *Azeuedo in curia Pisana.lib*.2.*cap*.4.*nu*.14. & nouissimè in vna *Aurien.parochialis*.1.*Iunij*.1596 *coram* Penia. fuit resolutum, quòd
15 quando institutio facta est in contradictorio iudicio, & per sententiam, tunc causa est appellabilis. ex *Lancell.d.c*.12.*limit*.49.& quòd à sententia institutionis possit appellari, qua
16 pendente, si capiatur possessio, inducuntur attentata, vt tenuerunt *Guidob.decis*.104. *Mohedan. dec*.11. *de præb*. ampliatur etiam si possessio fuerit capta pendente termino ad appellandum. *Calderin. cons*. 1. *vt lit. pend.* *Cassador. dec*.3. *de restit. spoliat. Cæsar de Grass.dec*.2. *de appellat. Verall.decis*.7.*par*.1.*et dec*.157.*p*.3.*Put. dec*.114. *lib*.2. aliquando Iudex (si
17 non adsit contradictor) profert sententiam declarando præsentatum fuisse, & esse instituendum,& eodem tempore vnico contextu instituit. verum si appellatio non sit interposi-
18 ta,vel nō fuit prosecuta,sententia institutionis transit in iudicatum. ita *Cardin.in cap.consultationibus.de iurepatr. et Rocchus de Cur. vbi sup. quæst*.22.*col*.1. quòd si sententia trā-
19 situm fecerit in iudicatum, poterit pars, si foueat bonum ius, agere contra eum, qui sententiam obtinuit, per viam Euangelicæ denunciationis. *Abb. in cap. ... audientiam*. il 2. *nu*. 11. *et* 12. *de rescript. et Lambert. vbi sup. art*.6.

20 Si vero sententia lata sit contra patronum ad fauorem alterius patroni, tunc totum iuspatronatus, & ius præsentandi obtinenti talem sententiam acquiritur, & accrescit, non quod propriè aliquid accrescat,cum tale ius diuidi non possit, sed quia non decrescit. *Bald.in d.c.quanto.nu*. 9. *de iudic*.

21 Adnotandum est etiam, quòd si fuerit lata sententia contra præsentantē præiudicat præsentato scienti, & patiēti ob connexitatē iuris inter eos existentis, & è contra sententia lata contra præsentatum præiudicat præsentanti scienti, & patienti. vide *Abb. in cap. quamuis.num*.20.21. & 22. *de re iud*. & quando res inter
22 alios iudicata noceat alijs, vel non, & præsertim inter personas connexas. vide *Abb. vbi sup. & ibidem Felinum*, qui ponit, quando sententia lata contra subditum noceat Domino, & è contra.

23 Item, quando quæritur, an exceptio rei iudicatæ alteri noceat,nec ne,inspiciendum est,an sit idem corpus, eadem quantitas, idem ius, eadem causa petendi, & eadem conditio personarum,quæ nisi omnia concurrant, alia res est. *l. cum quæritur. l.quantitas.et l.at an eadem.ff.de except. rei iudic*.

24 Et regulariter res iudicata non nocet, nisi illis personis, inter quas lata est, & in illis causis, super quibus actum est, & eo modo, quo actū est. *l*.2.*C.quib.res iudic. non noc. & l*.1.*C.res inter alios actas,vel iudicatas alijs non nocere. Cardin.Hostiens. in Summa, in tit. de re iudic. in vers. quibus noceat,vel non noceat res iudi-*
25 *cata*. Et in actionibus præiudicialibus ad hoc, vt sententia lata faciat ius quoad omnes, sex requiruntur.

Pri-

Primum, quòd sit legitimus petitor, & contradictor.

Secundum, quòd interuenerit plena defensio.

Tertium, quòd sententia fuerit lata verbis affirmatiuis.

Quartum, quòd non fuerit detecta collusio.

Quintum, quod verè causa sit præiudicialis. &

Sextum, quòd fuerit principaliter discussum. *Aretinus in §. praeiudiciales.nu.6. vbi Iason.nu.*28. *Institut. de actionibus*. vide *Alex. cons.*21. *col.*1. *lib.*1. *& Caephalum cons.* 307. *nu.* 78. *& cons.*442.*nu.*49.

26 Appellatio autē debet interponi
intra decem dies à die notificationis
sententiæ. *Auth.hodie.C.de appell.c.nō*
solū de appell.lib.6. quòd tempus non
27 pōt prorogari, neque abbreuiari per
iudicem. vt per *Francū in c.cum sit*
Romana.nu.7.& seq. de appell. etiam
28 de consensu partium. *Mynsing.sing.*
obser. centur. 2. *decis.* 68. nec etiam
per viam compromissi. *Io. Baptista*
Asinius in sua praxi Iudic. §. 2. *c.*9.
29 *in princ.* nisi per statutum aut con-
suetudinem, vel ratione scandali, aut
alterius vtilitatis. vt per *Francum*
vbi sup. & dicti decem dies currunt
30 à die notificatæ sententiæ. *Rota dec.*
22.*de appellat. in nouis.Capycius dec.*
139.*Lancellot.de attentatis.p.*2.*c.*11.
31 *num.*9. & gesta d. tempore penden-
te tamquam attentata sunt reuocan-
da. *d.cap.non solum. in princ. Lan-*
*cellott.ibid. nu.*14. quòd est verum in
32 casibus in quibus licitum est appel-
lare, secus quādo est appellatio pro-
hibita. *Lancellott.ibid.nu.*39. & ap-
33 pellans ad Sedem Apostolicam de-
bet intra duos menses fidem facere
de commissione causæ, & de rescripti
præsentatione iudici facta ex consti-
tut. synod. Pisana in *tit.* 15. *de ap-*
pellat. in princ. alioquin appellatio
34 eo ipso (d. tempore lapso) deserta,
& sententia in rem iudicatam transi-
uisse censeatur. vt ibidem. quando
autem appellatio dicatur incipere,
35 dicas, quod in iure circa appellatio-
nem habemus tres terminos, idest,
appellationem deuolutam, introdu-
36 ctam, & inchoatam. deuoluta est,
quando est legitime interposita, &
parti intimata. *Ant. de Butr. in cap.*
veritas. de re iud. & in c. si duob. de
appellat. lib. 6. introducta est, quan-
37 do in auditorio Principis est intima-
38 ta, puta Vicecancellario, qui in hoc
tenet auditorium Papæ. *l. in offeren-*
dis.C.de appellat. inchoata autem di-
39 citur, quando pars est citata ad *l.vlt.*
*§.*1.*C.de tempor. appellat. Lancellott.*
vbi sup. cap. 12. *in praefat. num.* 4.
& seqq.
40 Finitur autem appellatio per re-
nunciationem tacitam per compari-
tionem coram iudice à quo ad not.
per *Doct. in c. gratum. de off. deleg.*
& in c. cum venissent. de testib. item
per renunciationem expressam, vt
per recessum à lite ad *l.postquam liti.*
& ibi not. *Doct.* C. *de pactis*. item
41 finitur per sententiam, & sic quando
super appellatione est pronunciatū.
*l.*1.*ff.nil nou.app. pend.* item morte
42 appellantis in causa criminali, sed
quoad bonorum confiscationem di-
citur causa durare. ad not. *in rub.&*
toto tit.C.si pend. appell. mors interue-
nerit. item finitur appellatio ob de-
sertionem, & lapsum fatalium. *l.vlt.*
43 *& toto tit.C.de temp. appell.not. Doct.*
in d.c.cum sit Romana.& in c. ex ra-
tione. de appellat. Vestrius in praxi.
*lib.*7.*cap.vlt.vbi num.*17. ait tempus
44 fatalium non currere pendente com-
promisso coram arbitris. *ad not. in*
auth. si tamen. C.de temp. appellat. &
in clem. quamdiu. de appellat. item
pendente remissoria non currit. *l.siue*
*pars.C.de dilation. Cassador. dec.*9.*de*
appellat. item non currunt pendente
causa super attentatis. *Rot.dec.*15.*de*
appell. in nouis. neque si causa pen-
det in consistorio Principis. *Felin.*
in c.venerabilis.de iudic. neque cur-
runt, si appellans postea legitimo im-
pedimento fuerit detentus. *Francus*
*in d.c.ex ratione. nu.*3. *& ibi Doct.*

45 quæ fatalia regulariter currere incipiunt à die appellationis, non à die præsentatæ commissionis, & dati iudicis. *clem. sicut. & ibi Doct. de appell. Put. dec.* 58. *lib.* 2. In appellatione autem in partibus interposita currũt à die, quo verisimiliter potuit appellans cõmitti facere causam capellanis in curia. *Put. dec.* 151. & 154. *Verall. dec.* 3. *par.* 1. & sic à die dati
46 rescripti. & in primo anno appellans debet aliquam diligentiam facere. *Cassador. dec.* 6. *nu.* 8. *de appell.* & alijs modis finitur appellatio, vt per *Lancellott. d. c.* 12. *à nu.* 14. quid autem debeat probare appellans in casu appellationis, & quomodo acta producantur. fuit dictum in *Pistorien. beneficij.* 31. *Maij.* 1617. *coram R. P. D. Buratto*, quæ est decisio in calce operis 14. & in eadem coram eodem. 13. *Ianuar.* 1617. quæ in calce operis est decis. 15. & 11. *Maij.* 1618. coram eodem, quæ in calce operis est decis. 16.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus prouenit ex beneficijs ecclesiæ collatis.*
2 *Iuspatronatus est quoddam mixtum.*
3 *Iuspatronatus naturam assumit à digniori.*
4 *Iudex laicus non est competens in causa iurispatronatus.*
5 *Iudex laicus quando possit cognoscere de priuando patrono iurepatr.*
6 *Iudex laicus quando accessoriè possit cognoscere de causa iurispat.*
7 *Iudex laicus quando cum vniuersitate bonorum cognoscit de iurepat.*
8 *Vniuersitas includans iuspatronatus, quæ sit.*
9 *Iudex laicus potest cognoscere super actione personali pro iurepat.*
10 *Iurispatr. causa quando in laicos compromitti possit.*

CAPVT DECIMVM.

Iudex laicus numquid aliquando sit competens in causa iurispatronatus.

1 IVspatronatus est auctoritas, siue potestas proueniens ex beneficijs ante consecrationem ecclesiæ collatis secundum Goffredum, quem defendit *Lambertin. de iurepat. lib.* 1. *par.* 1. *quæst.* 1. &
2 ideo est quoddam mixtum ratione spiritualitatis, & tẽporalitatis. *Abb. & alij in rub. de iudicijs*, participat enim de vtroque, neque præcisè accedit ad alterum extremorum. *cap. quanto. de iudic.* & quamuis sit altercatio inter Doctores, an sit spiri-
3 tuale in prima sui erectione, vel temporale, aut in ipsa erectione fuerit creatum annexum, de qua quæst. *Lamb. vbi sup. lib.* 3. *quæst.* 9. *princ.* attamen ipsum sibi naturam assumit à digniori, & potentiori, quod trahit ad se minus dignum. *cap. quod in dubijs. de consecrat. eccl. vel altar.*
4 qua ratione concluditur, Iudicem laicum non esse competentẽ in causa iurispatronatus. *Abb. in d. c. quanto. col. vlt. vbi Felin. in fine. & Dec. nu.* 6. *ad* 30. & ita seruatur.

Sunt autem multi casus, in quibus Iudex laicus potest se intromittere. quorum

5 Primus est, quando agitur de priuando patrono suo iurepatronat. & iure præsentandi. *cap. significauit. vbi Felin. col.* 1. *de testib. Lambertin. d. q.* 9. *art.* 3. *ita Bald. in d. cap. quanto.* cum enim tractetur de excludendo patrono ab ipso iurepatronatus, causa ista non est adeo annexa spiritualibus, ideo Iudex laicus potest de ea cognoscere tacitè, & in consequentiam non expressè.

6 Secundus est casus. nam Iudex laicus

laicus cognoscit de iurepat. accessoriè cum vniuersitate temporali, in qua includitur ipsum iuspatronatus. *Card. in d. c. quanta.* qui allegat *glossam in c. filijs. 16. q. 7. & Abb. in d. c. quanto.* dummodo neque in libello, neque in sententia fiat mentio de iurepatronatus. *Io. de Anania in c. 1. de iurepat. lib. 6.* & ratio est, quia in hoc iudicio partes veniunt voluntariè ad tractandum, & discutiendum de tota vniuersitate, cum qua transit ipsum iuspatronatus. *cap. ex literis. de iurepat.* & hanc opinionem tenuit *Paulus de Citadin. in tract. de iurepat. par. 9. quæst. 16. & Lambert. d. q. 9.*
7 *art. 3.* & ideo Iudex laicus tacitè iudicat etiam super iurepatronatus cũ ipsa bonorum vniuersitate publicata, de quo per *Gigantem in tract. de crimine læsæ maiestatis. quæst. 4. princ.* qui probat hanc esse communẽ opin. *& Paul. de Citad. vbi sup. par. 10. princ. quæst. 20. & Lambertin. d. lib. 3. quæst. 8. princ. art. 8. 9. & 10.* & vni-
8 uersitatem intelligo, vt castrum, villam, vel hæreditatem, secus si publicaretur vniuersitas non vera, vt si publicarentur omnia bona, vel omnia iura. item intelligitur de ea bonorum vniuersitate, quæ compræhẽdit iuspatronatus, & quæ ad hæredes extraneos transire potest, hæc enim cum iurepat. in fiscum transit. Lambertin. *d. art. 8. num. 8.* & si non transit in extraneos, saltem viuente condemnato fiscus vice ipsius præsentabit. *Gigas vbi sup. lib. 2. tit. de pœnis. quæst. 4. nu. 4. et Rocch. de Curte de iurepat. in verbo, ipse, vel is, à quo. quæst. 29. col. 3.*

9 Tertius est casus, quia Iudex laicus cognoscere potest super actione personali pro iurepatronat. promisso donari, & condemnare promissorem ad obseruantiam promissionis, & sic ad donandum. *Ant. de Butr. et Abb. in d. c. quanto. in fine.* *Feder. de Senis cons. 192. Aufrer. tract. de potestate seculari in ecclesiast. reg. 4. fallentia 21. et Lambertin. d. art. 8. nu. 6.*

Quartus est casus. licet causa iurispatronatus regulariter sit de foro ecclesiæ. *d. cap. quanto.* & ideo non possit in laicos compromitti. vt per *Lambertin. vbi sup. par. 2. lib. 2. quæst. 3. art. 7. et lib. 3. quæst. 9. art. 4.* tamen, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. *l. 1. ff. de recept. arbitr. et cap. quintauallis. de iureiur.* ideo in supradictis casibus præcedẽtibus poterit fieri compromissum in laicos, & per eos poterit fieri transactio. *Felin. in d. cap. quanto. col. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia alia sunt de iure* Diuino, *alia de iure positiuo.*
2 *Spiritualium multiplex differentia.*
3 *Spiritualium alia incorporalia, alia corporalia.*
4 *Spiritualia alia sunt per causam, alia per statutum.*
5 *Spiritualia alia sunt, quæ dependent à causa spirituali.*
6 *Spiritualia alia sunt ratione officij.*
3 *Spiritualia alia sunt, quia deputata sunt ad vsum spiritualium.*
8 *Beneficia sunt spiritualia.*
9 *Laici nequeunt se intromittere de spiritualibus.*
10 *Iudex laicus non est competens in petitorio, seu possessorio beneficiorũ.*
11 *Iudex laicus quando sit competens in possessorio beneficij, si clericus coram eo laicum conueniat.*
12 *Iudex ecclesiasticus est competens in possessorio beneficij.*
13 *Iudex laicus non est competens in causa spolij super beneficio inter clericos.*
14 *Possessorium beneficij, & rerum spiritualium est fori ecclesiastici.*
15 *Possessio beneficij est quid spirituale.*
16 *Spoliato non licet redimere vexationẽ.*
17 *Redimere se à vexatione iniusta licet, & non peccatur.*
18 *Vexatio redimi non potest à non habente ius in re.*
19 *Potest tamen redimere se quis ab his, qui possunt obesse.*

29 *Habens ius re quando possit vexationem redimere.*

21 *Redimere se potest à vexatione qui est certus de iure suo, & de non iure aduersarij.*

CAPVT VNDECIMVM.

Possessorium Causarum Beneficialium, an sit mixti fori.

ANtequam ad articuli præfati decisionem deueniatur, præmit-
1 tendum est, quòd Beneficia alia sunt de iure Diuino, vt Papatus. *cap. 1. de maledicis. in vers. per depositionem officij, et beneficij nostri*. item Cardinalatus, an sit de iure Diuino. vide *And. Barbat. in tract. de præstãtia Cardinalium. quæst. 1.* itẽ Episcopatus est beneficium. *c. cleros. dist. 21.* & est de iure Diuino. *Barbat. ibidem*. Alia beneficia sunt de iure positiuo. ita dicit *Abb. in cap. constitutus de relig. domib. et in sua disputat.* incipien. *Episcopus. col. 2.* & omnia beneficia sunt spiritualia. *glos. in summa. 1. quæst. 1.*

2 Item spiritualium multiplex est differentia secundum *Io. Andr. Abb. & Anan. in c. consuluisti de simonia. glos. & Archid. in c. 1. 1. q. 1.* quædam
3 enim sunt spiritualia secundum essentiam suam, & horum aliqua sunt incorporalia, vt Virtutes, Dona Dei, & similia. Alia sunt corporalia, vt Sanctorum Reliquiæ.

4 Item quædam sunt spiritualia per causam, vt Sacramenta, per quæ gratiam consequimur, & sic sunt causa gratiæ. quædam sunt spiritualia per statutum, vt Religio. quæ-
5 dam sunt spiritualia, quæ dependẽt à causa spirituali, vt absolutio peccatorum. *c. ad aures. de simonia.* quæ-
6 dam sunt spiritualia ratione officij, vt quæ competunt clerico ratione ordinis, vt pulsare campanas, claudere ostia ecclesiæ. *d. c. ad aures.* quæ-
7 dam sunt spiritualia, quia sunt deputata ad vsum spiritualium, vt vasa sacra, vestes sacerdotales, & beneficia. *Arcbidiac. autem vbi sup.* ait esse concludendum, quod sicut anima viuit secundum se ipsam; corpus autem ob vnionem animæ, ita quædam sunt spiritualia secundum seipsa, vt Sacramenta; quædam spiritualia
8 quia spiritualibus adhærent; & quod beneficia sint spiritualia firmarunt. *Felin. & Abb. in rubr. de simonia*. sed laici non possunt se de spiritualibus intromittere, *c. 2. & 3. de iudic.* ideo,
9 nec de beneficijs, & ideo Ecclesiasticus Iudex rectè poterit inhibere iudici laico, ne procedat super huius-
10 modi causis tàm in petitorio, quàm in possessorio. *Garcia de beneficijs. par. 1. c. 2. num. 49. & 50.*

Nec obstat, aliquorum opinio dicentium de possessorio beneficij restituendi, vel recuperandi iudicem laicum posse cognoscere quia talia possessoria sunt temporalia, maxime stante consuetudine, *Ripa in rub. de iudic. num. 90. Bald. in c. 1.* apud quẽ vel quos controuers. *in vsib. feud. glo. & Doct. in c. cum dilectus. in verbo iuramento. de electione. Card. in clem. dispendiosam. num. 17. in fin. de iudic. Stef. Aufrer. in tract. de pot. secul. super ecclesiast. reg. fallentia 24. Thesaur. dec. 117. Menoch. de recup. possess. remedio. 15. quæst. 18. & de retinenda possessione remed. 3. quæst. 52. nu. 323. & 327. latè Io. de Silua in tract. de benef. par. 1. quæst. 7.* & est magis communis opinio Iuristarum, & Canonistarum; vt probat *Couarr. pract. quæst. c. 35.* & ita fuit decisum. *Guidopap. dec. 1. 85. 207. & 552. Boer. dec. 69. num. 23. Capella Tholos. decis. 420* & fundamenrum talis opinionis positum est in *c. causamque. qui fil. sint legit.* vbi tractabatur super legitimitate matrimonij, & possessorium iudicium fuit relictum Regi. item quia causam possessorij rei spiritualis esse temporalem, non spiritualem. ait *gl. in c. litteras. de turam. calum. Card.*

in

*in d.clem.dispendiosam.nu.*17. *Garc. vbi sup.num.*50.

11 Quia hæc opinio procedit quando clericus conuenit laicum ex regula *c.cum sit generale.de for.compet.* quia actor sequitur forū rei, vt quia laicus turbaret clericum in possessione sui beneficij, quia tunc verè non est possessorium beneficiale, nec causa beneficialis, sed temporalis, cum laicus sit incapax beneficij, nisi fortè laicus ille se gereret pro clerico. *Gulielm. de Benedictis in repet. cap. Rainutius de testam.verbo, & vxorē.* 2.*num.*38.*Menoch.d.remed.*15.*num.* 223.*&* 224.*& d.remed.*3.*à nu.*324. licèt contradicat *Azorius instit.mor. lib.*5.*c.*14.*quæst.*1.verum si ageretur de possessorio beneficialiū inter clericos iudex competens est ecclesia-
12 sticus, non laicus. *Ferrett.consf.*1. *Couar.vbi sup.* quia in quolibet possessorio necessarium est cognoscere de titulo.*glos.in c.literis & in c.ex trāsmissa. de restit. spoliat.* sed de titulo
13 beneficij nunquam laicus est iudex competens.*Couarr. vbi sup. num.*1. & Rota reijcit illam opinionem, quod iudex laicus possit cognoscere in causa spolij super beneficio inter clericos. refert *Garc. vbi sup. nu.*51. & facit *Put. decis.*361. *&* 365.*lib.*1. ea ratione, quia causa possessoria beneficij; & aliarum rerum spiritualium, seu quasi, est ecclesiastica. *clem. vnica.de caus. possess.& prop. & de*
14 *sequest.poss.& fruct.* præsertim quando habet admixtam causam proprietatis. *Butr. in d.c.literas. & ibi Abb.num.*8.*Cassador.decis.*4. *num.*2. *vt lit.pend.*

15 Item quia possessio beneficij est quid spirituale, seu connexum spirituali ob administrationem ordinis, vel clauium, quæ inde sequitur, & ideo carenti possessione, seu spolia-
16 to non licèt redimere vexationem quantumcunque ius habeat in beneficio. *Imola, & alij in d.c. ad aures. de simonia.* Abb. *in c. dilectus.*1. *de simonia. Nauarr. in manuali.cap.*23. *nu.*101. *Sot.de iust. & iur. lib.*9.*q.*6. *ar.*10.*Siluest.in summ. verbo simonia num.*5. *Ludou. Lopez in instruct. conscient.tom.*2. *c.*302. *Garc. vbi supra num.*53.

17 Et hic incidenter est notandum posse quem absque peccato dare pecuniam ad se redimendum ab iniusta vexatione.*glos.magistralis in cap. dilectus, de simonia.S.Thom.*2.2.*q.*10 *art.*2.*ad* 5.*arg.Card.à Turrecrem.in c.quæsitum.*1.*quæst.*3.*& Card. Tolet. in instruct.sacerd.lib.*5. *c.*90. *num.*8. *& Lessius de iust. & iure. lib.* 2. *c.*35. *dubit.*18. distinguit ita, qui non ha-
18 bet ius in re non potest præcio oblato vexationem redimere ab his, qui non tantum possunt obesse, sed etiā prodesse, ita communiter *Doct. in c. Matthæus de simon.* nisi vexetur modis iniquis eum infamantibus.

19 Item nondum habens ius in re potest oblato præcio redimere vexationem ab his, qui solum possunt obesse, siue vi, & fraude obsint, siue muneribus, & precibus apud electores, vel collatorem. habens autem ius in re per confirmationem, vel liberam collationem, seu per institutionem potest præcio redimere vexationem, si fortè ab alio impediatur à possessione capienda. vt ibi per *eum. Ricc. in praxi rer.for.eccles.dec.* 226. *num.* 344. qui ait esse verum,
20 quod habens ius re potest vexationem præcio redimere, si duo concurrant, videlicet, quod talis habeat ius quæsitum ex possessione.ita *Abb. in d. c. Matthæus.num.*4. *& in dicto c.ad aures.num.*6. *Felin.in repert. ver. vexatus in possessione. Selua de benef.par.*1.*quæst.*7. *num.*36. *Sot.vbi sup.lib.*9.*quæst.*6.*art.*1. nisi aduersarius impediret vim inferēdo, vel pro curando pro indigno, quia licèt tūc præsentatus careat possessione, potest tamen aliquid soluere aduersario sine labe simoniæ. *Nauarr. d. c.* 23.*num.*102.

21 Item debet concurrere, vt is qui dat pecuniam pro redimendo se à

vexatione sit certus, se habere ius in beneficio, & aduersarium nullum ius habere. *glos.in d.c.dilectus. & 1. de simonia.* Abb.*in c.cum pridem.n.2. de pactis.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus non potest cognoscere de causis spiritualibus.*
2 *Reges ex* Papæ *priuilegio aliquando beneficia conferunt.*
3 I*mperator in Ecclesijs* Alemaniæ *potest facere, vt vnus in qualibet ecclesia recipiatur.*
4 *Rex Vngariæ, ex priuilegio confert præbendas.*
5 R*ex Galliæ ex priuilegio potest conferre beneficia.*
6 *Rex Hispaniæ nominat Episcopos d.* R*egni.*
7 I*udex laicus est competens, si fructus beneficij contra laicum petantur.*
8 *Statuta laicorum super capiendis possessionibus beneficiorum non valēt.*
9 *Et eadem facientes excommunicantur.*
10 P*rinceps secularis non potest apud se auocare possessiones beneficiorum vacantium.*

CAPVT DVODECIMVM.

Causarum Beneficialium an aliquæ possint esse mixti fori. & an valeat constitutio laicorum super beneficiorum Possessionibus capiendis.

1 QVOAD primum resolutio est, nullo modo posse Iudicem laicum cognoscere de causis beneficialibus, cum sint de re spirituali. *cap. quanto. de iudic.* etiamsi beneficiorū collatio spectaret ad Regem, quamuis contrarium teneat. *Stephan. Auferius in tract. de potestate secul. super ecclesiast.reg.1.fallentia 25.* quia
2 aliquando Reges ex Papæ priuilegio beneficia conferre possunt. *glo. in c. imperium. dist.* 10. item Imperator
3 habet priuilegium, quòd in qualibet ecclesia Alemaniæ possit facere vnum recipi. *Specul.tit.de præben.* §. *restat. colum. vlt.* & Rex Vngariæ,
4 in suo Regno confert præbendas ex priuilegio Papæ. *Archidiacon. in dict. cap. imperium.* Abb. & *Doct. in cap.dilectus.de testib.*item Rex Gal-
5 liæ habet priuilegium cōferendi beneficia ex Apostolica concessione. *Ant. de* Butrio *in d. c.quanto.* & vltimo loco fuerunt facta concordata,
6 de quibus tractat *Rebuff. in tract.cōcordatorum.* item Rex Hispaniarum habet nominationem in manibus Episcopatibus Hispaniæ; sed tamen non valet argumentum à Iure collationis ad iurisdictionem super eisdē beneficiis, quia sunt differentia, & vno concesso non venit aliud. item asserta priuilegia sunt potius nominationes, quàm collationes, vnde Io.*And.in addit.ad Specul. in d.* §.*restat.* dicit, quòd tales beneficiati di-
7 cuntur recepti ad primarias preces Principis, possunt tamen fructus beneficiorum peti coram Iudice laico, si causa sit contra laicum. *Feder. de Sen.cons.*11.*alias* 13.*nu.*9.*Specul. tit.de compet.iud.adit.*§.1.*nu.*27.
8 Quoad secundum, resolutio est, dispositionem laicorum etiam Principum decernentem, clericos de beneficiis ad præsentationem patronorum institutos, vel aliter prouisos nō posse eorumdem beneficiorum possessionem capere absque licentia laicorum non valere, quia cum beneficia sint spiritualia. *cap.vlt.de rescrip. lib. 6.* sola ecclesia illa administrat. *cap. si Imperator. dist.96. cap.vlt. de reb. eccl. non alien.* neque super his possunt Principes, aut Iudices laici se intromittere. *cap. tuam de ord.cognit.* & ius statuendi de rebus, & iuribus spiritualibus ad Papam pertinet.*cap.denique.& cap.cum ad verū.*
9 *dist. 96.* & contrarium facientes excom-

communicantur *cap. generali. & cap. quia ſæpe. de elect.* & quòd talis conſtitutio ſit inualida firmat *Abb. in conſ. 83. par. 1. Felin. in cap. eccleſia S. Mariæ. num. 96.* & ibi *Decius nu. 185. de conſtitut.* de qua per *Boſſium tit. de Principe. num. 218.* neque talis conſtitutio tolerari poteſt pro bono, & quiete publica, quia etiamſi de clericis mentionem non faceret, non valet, à fortiori non valet ſi de illis mentionem faciat ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis. *per dicta in præced. cap.*

10 Neque poteſt Princeps ſecularis auocare ad ſe beneficiorum vacantium poſſeſſionem cōſtituendo œconomum, donec per Papam de beneficio fuerit prouiſio facta, quia laici nullo modo poſſunt ſe intromittere circa ſpiritualia, ſed œconomi deputatio eſt ius ſpirituale. *Selua de benefic. par. 1. quæſt. 7. num. 44.* ideo auctoritate Epiſcopi, vel Prælati conſtitui debet. *cap. cum ſimili. 9. quæſt. 3.* ergo Princeps ſecularis nullo modo poteſt ſe intromittere circa beneficiorum poſſeſſiones per clericos accipiendas, niſi Papæ priuilegio id faciant.



LIBER

Digitized by Google

LIBER DVODECIMVS
IN QVO INSTITVTIONIS MATERIA DECLARATVR.

SVMMARIVM.

1 *Institutio quid sit propriè sumpta.*
2 *Institutio impropriè sumpta quid sit, & quæ contineat.*
3 *Institutio propria cadit super præsentatione.*
4 *Institutio, collatio, electio, &c. in quibus differant.*

CAPVT PRIMVM.

Institutio quid sit.

1 INSTITVTIO propria, & propriè sumpta, per quam præsentatus à patrono instituitur, dicitur translatio iuris non libera facta à Superiore, ex qua plenum ius datur instituto. *Abb. in cap. auctoritate. nu. 7. de Institution.* quod sit iuris translatio probat *gloss.* & ibi *Dynus in cap. 1. de* Reg. *iur. lib. 6.* & est translatio non libera, quia Superior velit, nolit, tenetur præsentatum repertum idoneum omninò instituere. *cap. pastoralis. & c. quod autem. de iurepatronat. & c. decernimus. 16. q. 7. Garcia de benefic. par. 4. cap. 1. num. 4.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de collation. nu. 1.* Pet. Gregor. *Tolos. Syntagmat. iur. par. 17. c. 4. à nu. 23. & in tract. rei beneficiariæ. c. 39. nu. 3. Zecchius de benefic. & pension. c. 12. num. 32.* Cardin. *Tuscus practic. conclus. iuris. tomo 4. litera* I, *concl. 233.* Aug. Barbosa *de off. & pot. Episc. par. 3. allegat. 72. nu. 172. Hieron. Gonzal. in comment. ad* Regulam 8. Cancell. *glo. 16. à num. 9.*

2 Institutio attamen largè sumpta, & in genere continet inuestituram, immissionem in possessionem, & institutionem auctorizabilem. *c. ad hæc. de offic. Archidiaconi.* continet etiam collationem, omnem modum prouidendi, & omnem canonicum titulum. *glo. in dicto cap. 1. vbi* Dynus, Io. *Andr. & Pet. de Ancharano. de Reg. iur. lib. 6.* & refert Lambertin. *de iurepatr. lib. 2. par. 3. quæst. 1. art. 1.* ita habetur in *cap. in literis. de restit. spoliat. totò tit. de Institution.* & docuit *gloss. magistral. in rubr. de institut. lib. 6. Barbosa vbi sup. d. nu. 172.*

3 In casu autem nostro tractatur de Institutione, dumtaxat in specie, & propriè sumpta, quæ cadit super præsentatione facta à patrono. Et in quibus differant electio, nominatio,

4 postulatio, præsentatio, confirmatio, institutio, ordinatio, prouisio, & collatio. ponit Abb. *in d. cap. auctoritate. de Institutione.* & dixi sup. lib. 5. cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus solus potest instituere.*
2 *Episcopus in beneficijs suæ diœcesis habet de iure fundatam intentionem.*
3 *Inferior quando possit instituere.*

Vica-

4 *Vicarius Episcopi potest instituere.*
5 *Instituendi potestas potest ab Episcopo delegari.*
6 *Etiam ante vacationem beneficij.*
7 *Collatio seu præsentatio non potest delegari ante beneficij vacationem.*
8 *Episcopi culpa male instituentis non nocet patrono.*
9 *Nullitas institutionis non inficit præsentationem.*
10 *Capitulum Sede vacante, seu eius Vicarius instituere potest.*
11 *Non potest tamen conferre beneficia spectantia ad Episcopi collationem.*
12 *Etiam quando collatio simul ad Episcopum, & Capitulum spectat.*
13 *Et idem est, quando alius debet conferre cum Episcopo.*
14 *Beneficium ad collationem Episcopi, & Capituli, vno deficiente quomodo conferatur.*
15 *Idem est si ad vtrumque spectet electio, seu præsentatio.*
16 *Institutio ecclesiæ patronatæ sitæ in confinibus duarum diœcesum à quo fiat.*
17 *Delegatus Papæ quando possit instituere.*
18 *Beneficialis causæ cognitio includit collationem.*
19 *Quod declaratur.*

CAPVT SECVNDVM.

Instituendi potestas penes Episcopum, & eius Vicarium, residet.

1 DE Iure cõmuni solus Episcopus potest præsentatos à patronis instituere. *c. ex frequentibus. de institution. c. 1. de institution. lib. 6. c. cum satis. de off.* Ar*chidiac. clem. plures. de iurepat. & in pluribus capit. tit. de iurepatr.* Abb. *in c. cum ecclesia Vulterrana. de elect. col. 3. Felin. in c. cum venerabilis. nu. 32. & seqq. vbi id limitat. de exception. Dec. conf. 121. Rota dec. 85. nu. 1. p. 2. diuers.* Mar. *Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 47. nu. 6. & resol. 55. nu. 11. in fine.* Valer. *Reginal.* in *praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. nu. 224. Vgolin. de pot.* Episc. *c. 51. §. 4. nu. 1. Aug.* Barbosa *de off. & pot.* Episc. *p. 3. alleg. 72. num. 176.* Lamb*ertin. de iurepat. p. 2. lib. 3. quæst. 1. art.* 10. *num.* 1. & ratio est,
2 quia in collatione beneficiorum suæ diœcesis quilibet Episcopus de iure communi habet fundatam intentionem. *Card. Seraph. dec. 1353. num. 3.* Valer. *Regin. vbi sup. nu. 239. Hieron. Gonzal. in comment. ad* Regulam 8. *Cancell. in §. 1. procem. num. 21.* & potest solus Episcopus instituere absque consensu Capituli. *Cardin. in clem. 1. num. 11. & seqq. de suppl. neglig. Prælat.* quod probatur in *c. nobis. de iurepat.* vbi dicit text. præsentationem esse faciendam Episcopo, nec de Capitulo mentionem facit. ideo à solo Episcopo fieri debet institutio, & ita seruatur in praxi, & de consuetudine, qua stante tenet, & valet institutio. *c. non est. de consue-*
3 *tud. lib. 6.* potest autem Inferior instituere absque Episcopo, ex priuilegio, vt facit Capitulum Pisanum, vt dicam in cap. seq.

4 Eandem instituendi potestatem habet Vicarius Episcopi habens generale mandatum. ita colligitur ex d. *c. ex frequentibus.* & notatur in *c. vlt. de off. Vic. lib. 6. in glo. in verbo, non possunt.* vbi *Archid.* & Gemin. & tradit *Sbrozzius in suo tractatu de offic. vicarij. lib. 2. quæst. 11. vbi num.* 13. testatur hanc esse communem opinionem. & in praxi seruatur, & tenet vsus communis. *Stephan.* Gra*tian. discept. forens. c. 303. nu. 15. Barbosa vbi sup. num. 181. & d. par. 3. allegat. 54. num. 70.* quæ instituendi
5 potestas potest ab Episcopo delegari specialiter etiam ante vacationẽ,
6 & ratio est, quia institutio fit coactè ad præsentationem patroni, & cessat votum captandæ mortis. Io. *Andr. et Geminian. in c. si confirmationem.*

de

Digitized by Google

*de elect. lib.6.*Barbosa *d. alleg.72.nu.*
7 178. non potest tamen delegari collatio, neque præsentatio ante beneficij vacationem propter dictum votum captandæ mortis. *Abb.in c. vlt.*
8 *de conc.præb.* & notes, quòd culpa Episcopi malè instituentis patronis non nocet. *Card.Seraphin.dec.*1238.
9 vbi dicit, quòd nullitas institutionis non inficit præsentationem factam per patronos validam, & in tempore. *Barbosa d. allegat.*72.*n.*180.
10 Sede autem Episcopali, seu Archiepiscopali, vel Primatiali vacante Capitulum, seu Vicarius à Capitulo electus ad formam *Conc. Trid. de reform.c.*16. *sess.*24. potest instituere. *c.*1.*de institution.lib.*6.*Calderin.cons.*3.*de iurepat. Abb. in cap.cum olim. de maiorit. & obed. Rebuff. in praxi tit. forma Vicariatus. num.*132. *Azorius instit.moral.par.*2.*lib.*3.*c.*38.*quæst.*2. *Quaranta in summa Bullarij, verbo,* Capitulum *Sede vacante,in vers.nono quæro. sub vers. quæ conclusio recipit. Pauinus de potestate Capituli Sede vac.par.*2. *quæst.*4. & 5. *Sbrozz. vbi sup. lib.*2. *quæst.*70. *num.*4. *Garc. de benefic. p.*5. *c.*7.*nu.*54. quamuis Ca-
11 pitulum, seu eius Vicarius non possit conferre beneficia ad Episcopi collationem spectantia. *Azorius vbi sup. quæst.*1. *Gonzal.vbi sup. in §.*4. *proœm. num.*35. & *glo.*9.*§.*1.*nu.*77. *Quaranta vbi sup. in d. vers. nono quæro.late Garc.d.c.*7.*nu.*51. & *Barbosa d.alleg.*72.*num.*182. & 183. & habetur expressum in *c.*2.*ne sede vacante. & in constitut. Pij V. sanctæ mem.* quæ incipit *Sanctissimus in Christo Pater. in Bullario.* & habetur in *Regula Cancellariæ.* de qua *Quaranta vbi sup. in verbo, regulæ Cancell. Apostol.* quòd amplia
12 vt procedat etiam vbi collatio beneficiorum per ipsum Episcopum non ex toto liberè, sed cum consilio, vel consensu ipsius Capituli fieri haberet. iuxta textum in *c.vnico. §. cum vero. ne sed. vac. lib.*6. *Pauinus vbi sup. par.* 2. *quæst.*1. *num.*2. *Nauarr. cons.* 1. *ne sed. vac.* & idem proce-
13 dit, quando alius ex speciali iure haberet conferre cum Episcopo. *Rebuff. in praxi.tit.de deuolut. num.*76. & in beneficijs ad collationem Episcopi pertinentibus ex iure deuolutionis. *Rebuff.ibidem.num.*94. si au-
14 tem beneficium spectet communiter ad collationem Episcopi, & Capituli, vno deficiente, vel inhabili existente alter confert. *c. vnico. ne sed. vac. lib.* 6. similiter ex identitate ra-
15 tionis idem est in potestate præsentandi, vel eligendi, quoties ad vtrũque simul spectaret electio, & præsentatio. *Lambertin.de iurepatr.p.*1. *lib.*2.*quæst.*2.*art.*13. alia etiam vide apud *Quarantã d. vers. nono quæro.*
16 Item sciendum est, quòd si ecclesia patronata sita sit in confinibus duarum diœcesum, ille Episcopus instituet, coram quo facta fuit præsentatio, prout supra in lib.8.cap.8.
17 dictum est. Verum si Papa alicui deleget, vt ad præsentationem illius, quem esse patronum nouerit, ordinet ecclesiam, talis Delegatus non poterit instituere præsentatum, sed tantum declarare debebit, vt instituat ille, qui habet instituendi facultatem, & auctoritatem, ita habetur in *c. super eo, de off. deleg. Rocchus de Curte de iurepat. verbo, competens. quæst.*33. ideoq. talis delegatus potest mandare, & præcipere habenti instituere, vt instituat & ordinet ecclesiam. vide *Barbatiam in d.cap.super eo. col.* 7. & *ibi Innoc.* & *Abb.* & alios dicentes talem delegatum posse instituere, si habens ius instituendi consentiat, vel non contradicat.
18 Sed contra textum in d. *c. super eo.* opponitur de textu in *clem.auditor. de rescriptis.* vbi habetur, quòd quando alicui cõmittitur causæ beneficialis cognitio, committitur etiã collatio, ergo eadem ratione & institutiò.
19 Sed ad hoc Respondetur, d.*clem. auditor.* loqui in collatione, & non

in

in institutione, & ideo non corrigere textum in d. *cap. super eo. ita Cardin. in d. clem. auditor. & Abb. in d. cap. super eo. Lambertin. vbi sup. lib. 2. p. 3. quaest. 1. art. 9.*

Et notes quod Episcopus habet ex supradictis intentionem fundatam circa ius instituendi etiam in beneficijs existentibus in ecclesijs exemptis, nisi ad alium ex priuilegio, vel ex immemorabili pertineat argumento *d. text. in c. omnes basilicae. 16. quaest. 7.* & ita ego habui à Vicario Pisano institutionem beneficij, seu Altaris SS. Onufrij, & Catherinae existentis in ecclesia curata S. Sebastiani in chinsica Pisarum, quae ecclesia est Religionis S. Stephani, & d. Vicarius visitat d. altare, & alia ibidem existentia. & ratio potest esse, quia omnes ecclesiae, & beneficia dioecesis subijciuntur ecclesiae cathedrali, & Episcopo, *d. c. omnes basilicae. & c. cum persona. de priuil. lib. 6. Lapus allegat. 68. in fine*, eaque quotannis ab Episcopo debêt visitari ex *Conc. Trid. sess. 7. de refor. c. 7. & sess. 24. de reform. c. 3. & obiter*. sciendum est quod ecclesiarum aliae pleno iure Episcopo loci sunt subiectae, aliae sunt exemptae ab Episcopi iurisdictione, item ecclesiarum exemptarum aliae sunt exemptae, & soli Sedi Apostolicae subiectae, vt sunt ecclesiae nullius dioecesis. aliae sunt exemptae, sed subsunt alijs, exemplum est in *clem. attendentes. iuncta ibi gl. in verbo, alia. de statu monach.* vt sunt illae ord. exêptorum, quę subsunt Abbati, vel Priori, exemplum est etiam in locis Relig. Hierosolymit. quae sunt exempta & dicti ordinis Magno Magistro subiecta, vt ex Bulla Pij IV. in Bull. *tomo 2. fol. 11.* vbi eximuntur ab omni iurisdictione, &c. quorumcunque Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, &c. & idem ferè est in alijs militijs. de quibus *Rocch. de visitatione, fol. mihi 83.* & in dictis ecclesijs exemptis, in his, quae pertinent ad curam animarum Episcopus tanquam Sed. Apostolicae delegatus potest visitare ex *Conc. Trident. sess. 7. de reform.* c. 8. *Prax. Archiep. Leon. de visitatione. cap. 31. in princ.* & similiter ecclesiae collegiatae, seu curatae nullius dioec. visitari debêt ab Episcopo viciniori, vel ab Episcopo electo in Synodo Prouinciali, tanquam Sed. Apostolicae delegato. ex *Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 9.* & visitatio debet fieri in capite, & in membris. *Zerola in praxi episc. ver. visitatio. §. 11.* & rectores ecclesiarum nullius dioec. tenentur accedere ad Synodum dicti Episcopi. *Prax. Leon. c. 9. de Synodo num. 3.* ad quem Episcopum pertinet concedere literas dimissorias ijs, qui sunt nullius dioecesis quando volunt ad ordines promoueri, & quando ordinatij collatores nullius dioec. habentes territorium cum iure congregandi Synodũ, possint edicta pro concursu vacantiũ ecclesiarum parochialiũ proponere; & concursum peragere, vel non vide *Masob. in prax. hab. cõc. ad. vac. par. eccl. requisit. 2. dub. 4. & req. 1. dub. 8.*

Item in tali visitatione potest Episcopus corrigere, & monere non residentes, & potest visitare ecclesias subiectas ecclesiae principali nullius dioec. non tamen ad Episcopum spectat ministrare sacramentum confirmationis his, qui sunt nullius dioec. ex declarat. S. Congregationis, & ordinarij collatores nullius dioecesis habentes territorium cum potestate Episcopali, & iura congregandi Synodum, & re ipsa illam congregarunt, & elegerunt in ea examinatores, vacante ecclesia parochiali libera, edicta possunt ponere, & caetera pro concursu peragere. *Masobr. vbi sup. req. 2. dub. 4.* sed vacante parochiali exempta etiam immediatè Sedi Apostolicae subiecta, & nullum media tum superiorem recognoscente, Episcopus Dioecesanus vicarium ibi constituet, & edictum ponet, & concursũ faciet, ita etiam si habeat superiorem mediatum, qui etiamsi habeat

habeat contentiosam iurisdictionem cum iure conferendi, attamen nullũ habet territorium, nec ius congregandi Synodum. *Massob. vbi supra req. 1. dub. 8.*

Et pariter exempti subijciuntur Episcopo loci in omnibus, quæ sunt ordinis Episcopalis. *Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. par. 2. alleg. 31. n. 20.* & tenentur accedere ad publicas processiones, compellique possunt. *Barbosa vbi sup. par. 3. allegat. 78. nu. 8.* & casus triginta, & octo, in quibus Episcopus habet iurisdictionem in exemptos, refert *Quaranta in summa Bullarij. in uerbo, exemptio*, & quælibet ecclesia debet Episcopo reuerentiam. *Io. And. in c. cum uenerabilis. de censib.* & Episcopus habet in tota sua diœcesi iurisdictionem. *Card. in cle. 2. §. ut illud. q. 1. de re iudic.* Episcopo enim tria competunt in sua diœcesi, videlicet iurisdictio, honor, & districtus. *Rocch. de uisitat. ubi sup.*

Iurisdictio etiam largè suscepta, & prout sumitur in *l. 1. 2. & 3. ff. de iur. omn. iud. & in glos. in clem. unica. uerb. iurisdictionem. de for. compet.* adeo quòd etiam merum imperium includit, & in tota diœcesi habet ord. iurisdictionem, & pro tribunali sedere, & ius reddere potest, excepto loco exempto. *c. cum Episcopus. de off. ord. lib. 6.*

Honor, quia Episcopum vocant dominum, eumque vt talem honorant, ei occurrendo, eiusque nuncijs, & mandatis parendo. districtus, qui idem est, quod territorium, *ut in clem. ne Romani de elect.* ita vt habeat iurisdictionem, eã quæ exercendi, nedum in incolas loci, sed etiam in delinquentes infra districtum, & sic plus est, quod competat districtus, quàm iurisdictio, & honor, & districtus, diœcesis, & territorium sunt synonima secundum *Nattam in cons. 339. inc. quatuor.* & ideo ratione districtus, & diœcesis quoad legem iurisdictionalẽ Episcopo subijciuntur omnia monasteria, & ecclesiæ suæ diœcesis ad *c. conquerente. uers. nos autem de off. ord.* & tota diœcesis est Episcopi territorium. *Prax. Leon. c. 9. de synodo num. 30.*

Potest insuper Episcopos etiam in Ecclesijs exemptis populo benedicere, diuina officia priuatè, vel publicè audire, eaque in Pontificalibus celebrare, vel in sua præsentia celebrari facere, priuilegio quolibet non obstante, & si est metropolitanus ante se Crucem deferre, ita habetur in *clem. Archiepiscopo de priuileg. & excessib. priuileg.* vbi latè *Cardin. & Bonifac.* & potest Episcopus etiam in locis exemptis vti insignijs voluntariæ iurisdictionis, & honoris. *Card. ibidem num. 4. & Bonifat. in 3. not.* cum per exemptionem talia loca non desinant esse in diœcesi, ius namque reuerentiæ per exemptionem nunquam tollitur, sicuti si patronus remittat iuspatr. retinet tamen quædam iura in liberto, præsertim ius reuerentiale. *arg. l. ultim. C. de bonis libert.* ita Ecclesia exempta tenetur Episcopo loci reuerentiam exibere, eiq. exẽptus ad ecclesiã venienti obuiã ire processionaliter more aliorum. *Felin. in c. cum non liceat. nu. 2. de præscript.* propter reliquias præcedẽtis subiectionis, & consequenter Episcopus potest in dictis locis exemptis habere Sedem Pontificalem, cum spectet ad honorem pontificalem, & est de accessorijs ad celebrationem, de quibus. *Quaranta ubi sup. in uerbo Archiepiscopi auctoritas. uers. 28. 29. et 30.* ibique potest populo solemniter benedicere per illa verba, sit nomen Domini benedictum. *Abb. in d. clem. 2. in princ.* Item potest Episcopus in dictis locis quantumuis exemptis etiã militiarum exemptarũ habere supra suam sedem Baldachinum, ita habetur in decreto S. Congregationis facto de mãdato Clemẽtis Papæ VIII. fæl. rec. relato à *Quar. ubi sup. in uerbo, priuilegia regularium.* et refert etiã

Barbo-

Barbosa ubi sup. par. 3. alleg. 80. num. 14. & Piasec. in praxi Episcop. de Visitat. regular. nu. 50. et D. Io. *Aloisius Riccius*, qui hoc anno 1527. promotus est ad Episcopatum Vicanum, in sua praxi aurea, *resolut. 313. num. 1. et ibi num. 2.* ait Episcopum posse excommunicare impedientes. *Steph. Gratian. discep. forens. cap. 467.* et ita censuit eadem S. Congregatio relata à *Quaranta vbi sup. in d. ver. priuilegia regul.* potest etiam Episcopus in loco exempto Concionatori benedictionem dare, cum nullus sine eius benedictione possit prædicare ex Bulla Gregorij Papæ XV. fel. rec. edita non. Febr. 1622. & consequenter Episcopo ibidem competit aspersio aquæ benedictæ super populum; & ratio omnia prædictorum est posita à *Bonifac. in d. clem. Archiepiscopo num. 31.* quia Episcopus in tota sua diœcesi est Episcopus, & locus exẽptus quamuis non sit de diœcesi, dicitur tamẽ esse in diœcesi, nec definit esse extra diœcesim, siue fuerit constructus, & postea factus exemptus, siue de nouo cum exemptione construatur. *Card. in d. clem. Archiepiscopo. num.* 4. nec per hoc dicitur Episcopus mittere falcem in messem alienam, quia illud intelligitur de falce iudicij, seu potestatis, secus in hac falce salutari, & deuotionali, & quæ magis exercetur ratione honoris quàm officij, & ea quæ sunt episcopalis honoris possunt ab Episcopo exerceri in Ecclesijs etiam exemptis sine alicuius licentia. *Bonifac. vbi sup. num. 64.* & denique quando fit sermo de exemptis etiam miliribus, exemptio eò tendit, vt eximantur ab Episcopi iurisdictione, & coram alio conueniantur. ita dicit *Innoc. in cap. recepimus, num. 2. & seqq. de priuil. & excess. priuil.*

Item Episcopus habet ordinariã iurisdictionem in sua diœcesi. *c. conquerente. & ibi glos. in verb. iurisdictionem, de off. ordin.* & ibi *Abb. n. 2.* refert tredicim iura episcopalia debita Episcopo, quæ sunt, obedientia, subiectio, reuerentia, institutio, & iniũctio pœnitentiarum, Sacramentorum administratio, ius congregandi synodum, synodaticum, seu cathedraticum, quarta decimarũ, & mortuariorum, visitatio, & charitatiuum subsidium. & quæ possit Episcopus ex sua iurisdictione ordinaria habentur in *d. praxi Leon. de iurisd. ordin. c. 16. num. 14. & seqq.* & Archiepiscopus potest per quæuis loca exempra suæ prouinciæ Crucem ante se deferre, benedicere populo, diuina officia & alia celebrare, prout Episcopus in sua diœcesi. *d. clem. Archiepiscopo. vbi Card. & Bonifac.* & de potestate Episcopi in exemptos vide doctissimè more suo dicentem D. Melchiorem Lotterium in suo nouo, & eleganti tractatu, de re beneficiaria *lib. 1. quæst. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Instituendi potestas etiam inferioribus potest competere.*

2 *Institutio auctorizabilis an possit spectare ad inferiorem.*

3 *Religiosi si acquirunt iurisdictionem, quando possint acquirere ius dandi facultatem exercendi curam animarum.*

4 *Deuolutio fit ad inferiorem, si præsentatio non fiat in tempore.*

5 *Inferior conferre debẽs ex iure deuoluto habet semestre.*

7 *Deuolutio fit gradatim, & ponitur exemplum.*

8 *Institutio potest ad inferiorem spectare ex fundatoris dispositione.*

9 *Institutio hodie Episcopo tantum reseruanda est.*

10 *Patronus regulariter coram Episcopo clericum præsentare debet.*

11 *Institutio laico quãdo possit competere.*

12 *Ecclesiasticus patronus quando possit clericum ponere, & deponere.*

13 *Laicus patronus si possit instituere, nõ tamẽ potest destituere, sicut nec alius inferior.*

14 *Capitulum Pisanum habet ius instituendi, & destituendi.*
15 *Et alios officiales ecclesiæ deputat.*
16 *Laicus aliquando impropriè instituit, idest, ordinat.*
17 *Regulares si quomodo acquirant iuspat. non tamen instituunt.*
18 *Abbas in ecclesiis sibi pleno iure subiectis instituit.*
19 *Institutio ad quos regulariter pertineat.*
20 *Institutio ibi cadit, vbi cadit præsentatio.*

CAPVT TERTIVM.

Ius instituendi Prælatis inferioribus potest competere.

1 IVS instituendi etiam inferioribus Prælatis competere potest ex causa speciali, nempe ex priuilegio, præscriptione immemorabili, seu ex consuetudine legitimè præscripta, *c.2. & c.3. de institution.* Cardin. *in c. cum venissent. de institution. Mar. Antonin. variar. resolut. lib.1. resol.47. nu.6. & resol.9. nu.11. & resol.12. Lambertin. de iurepat. lib. 2. p.3. quæst.1. art.10. Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. p.3. alleg.72. nu.* 184.
2 an' autem institutio auctorizabilis, per quam tribuitur potestas exercendi curam, possit spectare ad inferiorem Episcopo, nisi Episcopi accedat consensus, dubium est, vt notatur in *c. cum satis. de off. Archid.* verius tamen est etiam prædictam institutionem auctorizabilem præscriptione
3 acquiri posse, quia nihil inconuenit, quod si religiosi ecclesiam pleno iure acquirunt quoad omnimodam iurisdictionem, possint etiam acquirere potestatem tradendi facultatem exercendi curam animarum, immo id apertè videtur supponere *text. in clem.1. vers. quidam præterea. de excessib. prælat. vt ibidem post gloss. notauit* Cardin. *in princ. opposit. 6.* & post *Abb. & Felin. in c. auditis. de præscript. Balbus de præscription. p.5. quæst.11. num.6. & ad d. c. cum satis.* respondetur, textum illum loqui de consuetudine, vel præscriptione non completa, vel præscriptione carente titulo, & bona fide, vel aliter respondetur, vt per *Barbosam d. allegat.72. num.* 186.
4 Et ad talem inferiorem habentem ius instituendi fit deuolutio prouisionis beneficij vacantis, si patronus non præsentauit, vel præsentauit, sed post tempus eidem datum ad præsentandum, vel scienter indignum præsentauit, iuxta *glos. singularem in clem. 1. de suppl. neglig. prælat. Franc. Marcus decis.475. nu.18. & dec. 1153. in vltimis verbis. par.1.* refert *Campanil. in diuersorio iuris canonici. rub.11. c.13. nu.466.* & tenetur seruare naturam beneficij, cum confert iure deuolutionis, ex *Felin. in c. cum accessissent. num.18. de constit. Franc. Marcus dec.493. nu.7. p.1. Campanil. d. c.13. n.485. Barbosa vbi sup. n.109.*
5 & talis inferior, qui ex iure deuoluto conferre debet, habet semestre ad conferendum a die notitiæ, etiamsi deuolutio fiat à patrono laico ad superiorem habentem instituere. *Rota dec.6. de iurepat. in nouis. Lambertin. de iurepat. lib.2. par.3. quæst.2. art.8. Card. Seraph. decis.380. Garcia de benefic. p.10. c.3. nu.9. Barbosa vbi sup. allegat.58. num.18.* & quilibet supe-
6 rior, ad quem fit deuolutio, habet semestre ad conferendum computandum à die scitæ deuolutionis. vt à patrono deuolutio fit puta ad Capi-
7 tulum si habeat ius instituendi, & si post scitam deuolutionem infra sex menses Capitulum non conferat, deuolutio fit ad Episcopum loci ordinarium, ab Episcopo ad Archiepiscopum, & ab Archiepiscopo ad Patriarcham, & demum ad summum Pontificem. *cap. licet. de suppl. neglig. prælat. c.2. de conceß. preb. Rebuff. in praxi. tit. de deuolut. num.7. Coras. de benefic. par.1. c.7. nu.8. Azorius instit. moral. par.2. lib.6. c.27. Garc. d. c.3. num.*

num. 10. *Cochier de iurisd. Ordin. in exemptos. par.* 4. *quaest.* 30. *nu.* 3. vide *Barbosam d. alleg.* 58. *nu.* 10. *& seqq.* & dicam infra lib. 14. cap. 6. de deuolution.

8 Quæ institutio pertinere potest ad inferiorem ex fundatoris dispositione, quia in limine fundationis cum Episcopi consensu sit inferiori reseruata institutio. *Abb. in c. nobis. de iurepat.* tradit *Lambertin. vbi sup. lib.* 2. *p.* 3. *quaest.* 1. *art.* 10. D. *Mar. Antonin. nunc Episc.* Neocæsarien. *var. resolut. lib.* 1. *resolut.* 12. *nu.* 4. & ad Pisanum Capitulum multorum beneficiorum spectat institutio, & adueniente vacatione præsentatos Instituit, & institutus possessionem accipit. Hodie

9 autem ex dispositione Sacrosancti *Conc.* T*rid. sess.* 14. *de reform. c.* 12. institutio huiusmodi Episcopo, & non alteri inferiori reseruari debet. *& ibidem c.* 13. habetur, quòd patronus

10 cessante priuilegio tenetur Episcopo præsentare clericum ad vacans beneficium, ad quem Episcopum institutio de iure pertinet, aliàs præsentatio, & institutio nullæ sint, ac esse intelligantur, & in praxi in beneficijs de nouo fundatis vidi hoc seruari, & Pisis Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Archiepiscopo Pisano fuit reseruata, & Tuderti Illustrissimo, & Amplissimo Domino Cardinali Episcopo.

11 Notandum est etiam, quòd etiam laico potest competere ius instituẽdi ex Papæ priuilegio. *Cardin c. nobis. §. cæterum. quaest. 6. de iurepat.* L*ambertin. d. quaest.* 1. *art.* 11. item potest laico competere etiam ex consuetudine, seu præscriptione temporis immemorabilis, si fuerit per Papam approbata. *Cardin. & Doct. in c. præterea. il* 1. *de iurepatr. Lambertin. vbi sup. art.* 12, & ad patronum spectare

12 potest, presbyterum in beneficio ad tempus ponere, & deponere, si retinuit dominium, & custodiam rerum ecclesiæ donatarum, vel hospitali de consensu Episcopi. I*o. And. in cap. de monachis. col.* 2. *de præbend.* & ibi *Cardin. quaest.* 6. *& Abbas ibidem.* quod procedit in patrono ecclesiastico dũtaxat. *d. cap. de monachis. Cardin. in clem.* 1. *de suppl. neglig. prael.* & dato

13 quod laicus habeat ius instituendi, non habet tamen ius destituendi. Et si Prælatus inferior habeat ius instituendi, non tamen habet ius destituendi, nisi & hoc ius habeat ex Papæ priuilegio. L*ambertin. vbi sup. art.* 14. & Capitulum Pisanum non

14 solum habet ius instituendi, verum etiam ab antiquissimo tempore supra annos tercentum habet ius destituẽdi, vt ex actis in Archiuio d. Capituli existentibus apparet. & d. Ca-

15 pitulum eligit Magistrum Scholarũ, hodie dictum Magistrum Chori d. ecclesiæ Pisanæ, Capellanos duos, qui curam gerunt parochiæ d. ecclesiæ, & baptizant, hebdomadarias, cantores, cæterosq. officiales, & cæremoniarum duos Magistros, eosdẽ eligunt, & ponunt, reuocant, & deponunt ad libitum.

16 Verum potest laicus instituere impropriè, idest, ordinare Priorem, seu Præfectum in Collegio laicali, vt est in Collegio Politiano Pisis erecto à Ioanne Riccio S.R.E. Card. & Archiepiscopo Pisano. in quo Præfectus eligitur ab hærede d. Cardin. sed talis non est institutio, de qua nos loquimur. vt dicit *Lambert. vbi sup. art.* 15.

17 Insuper est sciendum, quòd si aliquo legitimo titulo ad religiosos, & regulares exemptos peruenerit iuspatr. non tamen ad eos transiuit ius instituendi. *cap. cum seculum. de iurepat.* & ibi *Card.* R*occh. de Curte de iurepat. verbo, competens alicui. nu.* 70. sed Episcopus, vel alius inferior habens ius instituendi instituet ad notata per *Card. in d. cap. de monachis. quaest.* 7. & per L*ambert. vbi sup. art.* 16. si vero Abbas habeat aliquas ec-

18 clesias sibi pleno iure subiectas, in eis etiam ius instituendi habebit. *cap. in* L*ateranen.* & ibi D*oct. de præbend.*

*bend.clem.*1. *de excessib.prælat.* Barbosa *d.alleg.*72.*num.*188. & ad quos
19 regulariter pertineat institutio. vide *Hostien. in summa. tit. de institution. vers. quis possit instituere. & in tit.de offic.ordinarij.§.quod pertinet. & Dynum Ancharan. & Io. Andr. in c.* 1. *de reg.iur.lib.*6. quæ institutio regu-
20 lariter ibi cadit, vbi cadit patroni præsentatio, quæ præsentatio vbi locum habeat, supra satis diximus.

SVMMARIVM.

CAPVT QVARTVM.

Institutio quando, quomodo, & vbi fieri debeat, vtrum possit iterari, & an sit valida si fiat per errorem, metum, aut non canonicæ.

1 INSTITVTIO fieri non potest antequam fiat præsentatio, præsertim cum ante institutionem seruanda sit forma text. in *c.vlt.de elect.lib.*6.
2 & requisita ad institutionem obtinendam sunt ista, vacatio beneficij, existentia iurispatronatus, habilitas præsentati, & præsentatio facta in tem-

tempore à patrono coram habente instituere. *Rota dec.* 337. *nu.* 1. *p.* 2. *in recentiorib. apud Farinacc.* quòd si
3 ante præsentationem fieret institutio, & postea subsequeretur præsentatio conualidaretur d. institutio per superueniente validitatem ex vi dictæ præsentationis. ad *not. in c. cura. de iurepat.* ita potest intelligi *Bald. in l. ex placito. C. de rer. permut. & in l. fiue initio C. de Codicill.* vide *Lambert. de iurepat. lib.* 2. *p.* 3. *quæst.* 2. *art.* 1. *& Zecchium de benefic. & pension. c.* 12. *nu.* 32. *&* 33. prout etiam est nulla
4 institutio facta absque edictorum affixione secundum formam *d. c. vlt. de elect. lib.* 6. sed tamen non annullatur ipsa præsentatio. *Bellam. dec.* 611. nec minus quasi possessio præsentandi, *d. c. vlt. vbi Doct. Lapus allegat.* 8. *Lambert. vbi sup. lib.* 2. *par.* 2. *quæst.* 6. *art.* 17. *&* 18. *Abb. in c. postquam. not.* 3. *de elect. Imola in clem.* 2. *verbo, præsentare. de iurepat.* & taliter
5 institutus non seruata forma d. cap. vltimi, dicitur potius occupator illius beneficij. *c. ex insinuatione. vbi Panorm. in* 2. *not. de iurep. idem* Abb. *Felin. & alij. in c. cum bertoldus. de re iud. Verall. dec.* 95. *par.* 1. *& dec.* 128. *p.* 2. *Put. dec.* 306. *lib.* 1. *Crescent. decis. vlt. de iurepat. Riccius in praxi rer. for. ecclesi. dec.* 160. ita etiam est nulla
6 institutio facta intra terminum edicti, quia necesse est, vt edictum remaneat affixum per totum terminũ in eo contentum. *clem.* 1. & ibi *glo. de iudic. Lambert. vbi sup. lib.* 2. *p.* 2. *quæst.* 6. *art.* 24. *num.* 6. *Verall. decis.* 95. *p.* 2. *& Riccius vbi sup. dec.* 161.
7 Tempus autem à iure præfixum non reperitur habenti instituere, intra quod sit facienda institutio, sicuti collatori; præfixum est tempus ad conferendum. *Rot. decis.* 4. incipien. *secundum omnes. de iurepat. in nouis.* & fuit dictum in Iacen. *Vicaria.* 31. *Ianuarij.* 1590. *coram Card Plato.* & in *Casalen.* Parochialis. 17. *Maij.* 1591. *coram Orano.* & in *Lunen. Sarzanen. Capellania.* 20. *Iunij. &* 5. *Decemb.* 1601. *coram Card. Sacrato. Anastas. Germon. de indult. Cardinal.* §. *volumus. à nu.* 76. *Riccius in praxi aurea. resolut.* 260. *Lambertin. vbi sup. p.* 3. *lib.* 2. *quæst.* 2. *art.* 6. *&* 7. *Rocchus de Curte de iurepatr. verbo, honorificum, num.* 55. *Garcia de benefic. p.* 10. *c.* 4.
8 *num.* 1. nec beneficium dicitur deuolutum ex eo, quod Ordinarius distulit instituere. *Garc. vbi sup. p.* 5. *c.* 6. *num.* 31. vbi refert *Rota* decisionem in vna *Dertonen. iurispat.* 8. *Februar.* 1599. *coram Penia. Rebuff. in praxi tit. de deuolution. nu.* 6. *& Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. par.* 3. *allegat.* 72. *num.* 191. *Massobrius in praxi hab. conc. ad vac. parocb. eccl. requis.* 9. *dub.* 1. *Zecchius d. c.* 12. *vers. tempus vero. num.* 33. potest tamen per Su-
9 periorem habenti instituere assignari certum tempus, infra quod debeat instituere, infra quod si non instituerit, potest postea illum compellere ad instituendum, aut ipse Superior instituet. *Zecchius vbi sup. Lambert. vbi sup. lib.* 2. *p.* 3. *quæst.* 2. *art.* 6. *n.* 4. *& Paul. de Citadin. de iurepat. par.* 6. *art.* 3. *quæst.* 53. *nu.* 103. & quod Su-
10 perior, vbi à iure non est præfixum tempus, possit certum tempus præfigere, aliaq. facere. vide *Abb. in c. postquam. num.* 8. *in fine. de elect. & in c. cum ecclesia Vulterrana. num.* 7. *de elect. & in c. ex parte. col. penult. de concess. prab. & in c. ab excommunicato. col.* 4. *de rescript.* facit *text. in c. si capitulo. in fine. de concess. præb. lib.* 6. *et text. in c. irrefragabili.* §. *excessus.* & ibi *Felin. de offic. ordin. c. sacro. in fine. de sent. excomm. et in clem.* 1. *de iurep.* facit *glo. pen. in c. vlt.* §. *vlt. de consuetud. lib.* 6. & insuper *Lambertin. vbi prox.* putat Superiorem debere præfigere tẽpus duorum mensium ad instituendum, post quatuor, vel sex menses datos ad præsentandum, sed hæc omnia arbitrio Superioris remittuntur ad notata *in c. de causis. de off. deleg.* & ideo dicit *Abb. in c.* 2. *nu.* 12. *de conc. prab.*
11 quòd si ad Episcopum pertineat in-

stitutio, poterit Archiepiscopus eius Metropolitanus eidē Episcopo præfigere tempus, eiusque negligentiam supplere, quod declarat *Lambert. vbi proximè art.* 7. vel statim quod Epi-
12 scopus differt instituere absque legitima causa, appellari potest ad superiorem à grauamine illato. *Gutier. de iuram. confirm. par.* 3. *cap.* 13. *nu.* 8.
13 *Abb. in c. pastoralis num.* 6. *de iurepat.* Garc. *par.* 10. *c.* 4. *nu.* 9. vel elapso biēnio iudicem superiorem adire secundum *c. causæ omnes. in princ. de refor.*
14 *sess.* 24. Conc. Trident. & ad hoc, vt possit appellari à retardata seu denegata institutione, & negligentia, requiritur trina interpellatio *Rota in vna Feltrina canonicatus* 5. *Decemb.* 1603. *coram Ortembergo*, quā refert Barbosa, *vbi sup. num.* 193. *Riccius in d. praxi aurea. resolut.* 142.
15 Et est notandum, quod si superior negligat instituere coram se præsentatum à patrono, & institutio petita fuerit, & per duos menses à die præsentationis fuerit prorogata, tunc in ecclesijs parochialibus sic vacantibus potest adiri pro dicta institutione obtinenda Metropolitanus illius Episcopi, qui differt instituere, seu ordinarius vicinior, vel Sedes Apostolica, & si non sit petita institutio, ad Papam dumtaxat fit deuolutio. ita Pius V. *sanctæ mem. in sua constit. incip. in conferendis in vers. verum parochialium*, relata *à Quaranta in summa Bullarij, in verbo, benefic. paroch. collatio.* & *Massobr. vbi supra, requis.* 9. *dub.* 3. & *in praxi* Arcbiep. Leon. *c.* 18. *num.* 60. *et in Praxi anno* 1624. vacante Plebania S. Bartholo-
16 mæi Apostoli Castri Ripæfractæ comitat. Pisan. & diœc. Lucensis. cum ad d. Plebaniam fuisset facta præsentatio à Perill. DD. Petro Roncionio I.V.D. & Canonico Pisano, & Camillo eius fratre Patritijs Pisanis de Nobilibus de Ripafracta patronis d. Plebaniæ coram Reuerendissimo Episcopo Lucensi, & institutio petita fuisset prorogata vltra duos menses, præsentatus comparuit coram Vicario Generali Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Archiepiscopi Pisani tanquam ordinario viciniori, & ab eo institutionem obtinuit, & possessionem accepit, & continuauit.

Est tamen notandum quod *Massob. d. dub.* 1. *num.* 12. & *seqq.* conatur ostendere, quod cū *Paul. de Eleaz. in clem.* 1. *de elect.* dicat, quòd electio compræhendit præsentationem. *cap. quærelam. de elect. cap.* 2. & 3. *de iurepat.* quod dispositio *text. in c. quam sit. de elect. lib.* 6. quo assignatur vnus mensis electo ad electioni consentiendum, et trium mensium ad obtinendum confirmationem, extendatur etiam ad præsentatum. *Gemini in d. c. quam sit. & ibi* Franc. *circa finem.* *Lapus allegat.* 8. *num.* 4. *Roccb. de Curte vbi sup. quæst.* 38. *num.* 67. *in verbo honorificum.* qui aiunt præsentatum intra terminum *d. c. quam sit* teneri petere institutionem secundū *d. c. quam sit.* idem videtur sentire *Calder. consi.* 17. *de iurepat. et Mandos. in addit. ad d. allegat.* 8. *Lap. lit. a.* 2. *Thesaur. for. eccl. c.* 18. *nu.* 60. hoc autem pertinet ad præsentatum, quod certè in praxi non ita passim seruare vidimus, adeo vt non petita institutione intret deuolutio. sed satis est, quod dum clericus præsentatur, in ipsa præsentatione regulariter petitur præsentationis admissio, & præsentati institutio, vt dixi sup. lib. 8. cap 7. num. 35. fol. 471. quę institutio, si statim non fit, ex eo venit, quia superiori nullum est præfixum tempus ad instituendum, vt dixi supra. immo sicuti electus intra mensem tenetur consentire electioni ita præsentatus intra tempus datum ad præsentandum debet acceptare præsentationem, aliàs non valet præsentatio ad *not. in c. si tibi absenti. de preb. lib.* 6. nec obstat, quòd iura loquentia in electione procedunt etiam in præsentatione, *glos. in c. vlt. de elect. lib.* 6. quia respondetur id nō

esse

Digitized by Google

esse semper verum, sed intelligendũ esse data habilitate terminorũ, multa enim reperiuntur statuta in electione, quæ non possunt locum habere in præsentatione, vt sup. pluries dixi, & id etiam firmatur, quia si verum esset, quod *d.c.quam sit*. procederet etiam in præsentatione, non fuisset opus, quod in d. constitutione in conferendis Pij V. in ecclesijs curatis de iurepatr. daretur terminus duorum mensium habenti instituere ad institutionem faciendam, alias institutio deuolueretur ad Sedem Apostolicam, vel Metropolit. viciniorem, quia si *d.c.quam sit*. procederet in præsentatione elapso *d.* termino in omnibus beneficijs patronatis institutio deuolueretur ad superiorem, siue potius superior ex iure deuoluto liberè posset conferre, quod tamen minime in foro procedit, nec seruatur, et sæpè tam ex parte præsentati, quàm habentis instituere institutio in longum protrahitur cum graui damno beneficiorum vacantium, & certè benè esset, vt sicuti præsentanti patrono ad præsentandum certum tempus est assignatum, ita et præsentato, et habenti instituere certum tempus constitueretur, intra quod omnino institutio esset facienda, et quo tempore elapso, deuolutio fieret ad Superiorem, et non tam diu durarent vacationes beneficiorũ, et ego vidi aliquando clericum fuisse præsentatum ad beneficium, et nulla existente lite, institutionem fuisse factam post biennium, quod etiam multoties potest parere confidentiam à iure, et Apostolicis constitutionibus damnatam.

17 Adde supradictis, quod si quis debeat conferre, seu instituere ex iure ad se deuoluto propter negligentiã patronorum, seu habentis instituere, eo casu habet semestre ad conferendum, seu instituendum. *Abb. in cap. causam quæ.nu.6. de elect. Rota dec. 1. de suppl.neglig.prælat.in nouis. Lambert.d.quæst.2.art.8. Rocch.de Curte* *vbi sup. verbo, honorificum. quæst. 32. Riccius d. resol.* 184. quod semestre currit à die notitiæ. *cap. 2. & ibi glos. in verbo, infra sex menses, de conc.præb. Verall. dec.*348.*par.*3. *Barbosa vbi sup.num.* 194.

18 Verum Summus Pontifex nullo tempore limitato astringitur ad cõferendum etiam si sciat deuolutionem ad se factam secundum *Io. Andr. in c. 3. de præb. lib.6. & ibi Franc. col. 3. Rota dec.6. incip. si propter negligentiam de iurep. in nouis. &* Abb. *in c. vlt. de iurepat.*

19 Cum autem institutio sit actus extraiudicialis, quando nullus adest contradictor, potest fieri etiam die feriato, sicuti fit ipsa præsentatio, dummodo fiat extra formam sententiæ, & figuram iudicij. vt supra dictum est in materia præsentationis.

20 ideoque institutio potest fieri in Ecclesia, & in quocunque loco etiam non solito, dummodo sit honestus. *Bald. Hostiens.* Imol. *Præposit. & alij in c. qua fronte. de appellat. Zecchius de benef. & pens. c. 12. num. 33. Lamb. vbi sup. d. quæst. 2. art.* 10. extra terri-

21 torium autem ordinarij, eiusque diœcesim, numquid possit fieri institutio, dicendum est, quod si aliquo instante, vel ex officio habens instituere cum plena causæ cognitione ad institutionem procedat, tunc institutio fieri non potest extra territorium, nisi de consensu ordinarij loci illius, & partibus non contradicentibus. Abb. *in c. nouit. nu. 4. de off. leg. Rotch. de* Curte. vbi proximè in *verbo competens alicui. quæst. 34. Lambert. vbi sup. art.* 11. *Hieron.* Gonzal. *ad reg. 8. cancell. glos. 62. num.* 8. potest tamẽ Episcopus extra suam diœ-

22 cesim exercere voluntariam iurisdictionem, & beneficia conferre. *cap. post electionem de conc. præb. d. c. qua fronte. de appellat.* ita etiam eius Vicarius. *Sbrozzius in suo tract. de off. vic. lib. 2. quæst.* 101. ita & parochus

23 extra suum territorium potest absoluere à peccatis suum parochianũ. *Hostiens.*

Hostiens.in summa in tit.de pœnitent. & remiss.§. cui confitendum. vers. & numquid extra territorium. potest
24 etiam Episcopus extra suam diœcesim exercere contentiosam iurisdictionem, quando non vertitur causæ cognitio, & effectus confertur in suam diœcesim. *Bonifac. de vital.in clem.1.in princ.num.4. de foro comp.*
25 item potest extra suum territorium excommunicare, & absoluere subditum suum. *Abb.in d.c. nouit. num.3. de off.leg.Gonzal.d.glos.62. à num.1.*
26 Institutio autem dicitur fieri per solam præsentationis admissionem sine aliqua conditione, etiamsi admittens præsentationem, non dicat, instituo, sed dicat simpliciter admitto. *Geminian, post alios in c.1.de præbend.lib.6. Lambert. vbi sup. art.12.*
27 & ideo ad excludendam institutionem regulariter in praxi præsentatio admittitur non simpliciter, sed cum additione, si & in quãtum, quæ clausula nihil ponit in esse, & pendet à futuro euentu. *Caualc.decis.11.nu.41. & dec.28.num.16.& 20. par.3.& dec.32.n.9.par.5.* & censetur admis-
28 sa quatenus de iure sit admittenda, & non aliter, & ideo dicta conditio purificatur per subsequentem institutionem. vide *Martam de clausulis. part. 1. clausula 362.* executor
29 autem literarum Apostolicarum potest procedere ad executionem literarum Apostolicarum etiam extra suam diœcesim, latè *Geminian.in c. statutum,§.in nullo quoque.num.6. de rescript. lib.6. Oldrad. cons.295. Genuens.in sua praxi cur.Archiep.Neapol c. 69. de caus. delegat.plura frequentia in praxi nu.3. & ibi in adnot. nu.12. Barbosa d. allegat.72. nu.195. & Massobrius vbi sup.req.5.dub.13. num.7.*
30 Institutio autem ab eadem persona iterari potest, quando de validitate, & firmitate primæ institutionis dubitatur, & tunc secunda institutio tenet. argumento eorum, quæ dicit *glos.vlt.in c.vlt.3.quæst.4.*

31 Prout etiam collatio potest iterari. *Rebuff. in praxi,titulo, collationes plures an fieri possint.num.8. & 9.* & quando patronus pro sui iuris conseruatione vult repræsentare, iteratur institutio non pro necessitate instituti, sed vt patronus conseruetur in sua quasi possessione. si autem institutio facta sit ab aliquo, de cuius auctoritate dubitatur, si alia fiat institutio ab altero talem auctoritatẽ habente, hæc valet. *c.post electionem. de conc.præbend.Lambertin.ubi supra d.quæst.2.art.18.*
32 Verùm si institutio facta sit per errorem, vel non canonicè, non tenet. *Firman.in tract.de Episcopo.p.3. 2.par.princip.3.lib.argumento text.in l.si per errorem.ff.de iurisd. omn. iud.* qui dicit hoc esse verum in confirmatione, idemque dicit procedere in institutione. *Lambert.ubi supr.art.*
33 13. error autem est aliud pro alio putare. *c.quamuis dist.38.* & si instituens errando vnum pro alio institueret, vel quia putabat præsentantes esse patronos, quos reperit non esse, vel præsentatum fuisse idoneũ, quem non idoneum reperit, nihil facit. si autem institutio sit facta ab
34 aliquo habito tanquam tali per errorem, si error est communis, quia communiter talis ab omnibus tenetur, valet institutio ex *l.Barbarius.ff. de offic.prœt.firman.vbi sup.quæst.18 Innoc.in c.nihil.&* & ibi *Abb.de electiom.Felin.in c. Rodulphus. in fine. de rescript.* & sicuti supradictum est nõ valere institutionem per errorem factam, ita non valet institutio metu
35 facta. *Firman.vbi sup. quæst.19.ex l. 1.ff.quod met. causa.* & casu quo institutio non teneat, non per hoc vitiatur præsentatio. facit *text. in d.c. vlt.de elect.lib.6.* eadem ratione non
36 tenet institutio facta impetuosè, vel calore iracũdiæ, vel per ebrietatem. seu simoniã, & de clerico peregrino dicendum est, quod potest institui eo casu, quo supra diximus posse præsentari. *Lambert.d.quæst.2. art.17.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Institutio facta spreto patrono est nulla.*
2 *Si patronus contradicat infra tempus debitum.*
3 Et *quæ sit ratio, ponitur.*
4 *Prouisio facta spreto patrono stat in pendenti.*
5 *Electio facta contemptis absentibus quando valeat.*
6 *Collatio facta spreto patrono fit nulla ex patroni contradictione.*
7 *Nisi ordinarius contulerit beneficium tanquam liberum.*
8 *Collatio* Episcopi *facta ipsi patrono con sentienti valet.*
9 *Institutio facta præsente patrono quan do valeat.*
10 *Præsens, & tacens quando habeatur pro consentiente.*
11 *Taciturnitas quãdo habeatur pro consensu.*
12 *Præsentia an importet consensum, seu consilium.*
13 *Episcopus conferens beneficiũ vt deuolutũ cum non sit, an valide cõferat.*
14 *Patroni ratificatio an possit actum con ualidare.*
15 *Episcopi collatio est nulla facta absente patrono, qui postea præsentauit.*
16 Episcopi *collatio conualidatur ex consensu patroni.*
17 *Consensus sequi potest, & actum validat.*
18 *Consentiens actum gerere videtur.*
19 *Consentiens dicitur proprie facere.*
20 *Episcopi collatio facta spreto patrono quando valida remaneat.*
21 *Episcopus conferens beneficium alteri deuolutum ad quid teneatur.*
22 *Permutatio beneficiorum iurispat. non valet sine consensu patroni.*
23 Patroni *consensus non attenditur aliquando.*
24 *Permutationes beneficiorum possunt fieri coram Episcopis.*
25 Permutatio *simplex fit coram ordinarijs, non triangularis.*
26 *Et in permutatione beneficiorum plurium diœcesum requiritur consensus ordinariorum.*
27 Permutatio *beneficiorum potest fieri quolibet mense.*
28 *Permutatio beneficiorum iurispatr. fit cum consensu patronorum.*
29 Permutationes *beneficiorum quaod praxim.*
30 *Collatio beneficij facta à legato spreto patrono ecclesiastico valet.*
31 *Institutio facta ad præsentationem patroni, qui donauit iuspat. quando sit nulla.*
32 *Institutio est nulla facta spreto patrono vel quasi possessore iurispræsentãdi.*
33 *Institutio facta ab Episcopo spreto patrono ab eius Vicario potest reuocari.*
34 *Collatio Episcopi præualet collationi Vicarij.*
35 *Institutio fieri potest etiam post mortem præsentantium.*
36 Possunt *tamen patroni successores variare, si duret tempus.*
37 *Patronus quomodo declaretur post institutionem.*
38 Patroni *consensus quando habeatur pro præsentatione.*
39 *Consensus quando tacitus, vel expressus requiratur.*
40 *Consensus expressus quis dicatur, & tacitus.*
41 *Consensus expressus multis modis dicitur.*
42 *Consensus tacitus quibus modis inducatur.*
43 *Consensus expressus esse debet, quando requiritur pro forma.*
44 *Aliàs sufficit tacitus.*
45 *Consensus formalis quando pro forma requiratur.*
46 *Patroni consensus tacitus multoties sufficit.*
47 *Consensus potest subsequi aliquando.*
48 *Consensus potest præstari per literas, & aliter.*
49 *Episcopus aliquando tenetur petere consilium Capituli, & non sequi.*

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

Institutio facta spreto patrono numquid sit ipso iure nulla, an vero sit annullanda.

1 INSTITVTIO si fiat absque patroni presentatione, & ipso patrono spreto, nulla est. *c. decernimus. 16. quaest. 1. c. cum dilectus. de iurep. facit text. in c. illud. vbi not. Hostiens. & Abb. de iurepat. idem Abb. in c. ex insinuatione. de iurepat. Guid.* Pap. *decis.* 374. *Mobed. dec.* 268. & 326. Bellam. *decis.* 128. *Franc. Marc. dec.* 474. 482. 493. & 1140. *Abb. in c. cum* Bertoldus. *nu.* 13. & *ibi Felin. à num.* 8. *de re iud. Lambertin. de iurepat. lib.* 2. *par.* 3. *quaest.* 2. *art.* 2. *Rocch. de Curte, de iurepat. uerbo, honorificum. num.* 2. *Coras. de benefic. par.* 4. *c. ult. num.* 25. Io. *Nicol. Gimon. in enchiridion benefic. tit.* 5. *cap.* 7. *à num.* 9. *Hieron.* *Gonzal. ad reg.* 8. *cancell. glos.* 56. *nu.* 78. *Garc. de benefic. par.* 5. *c.* 9. *num.* 231. *Riccius in praxi rer. for. ecclesiast. dec.* 171. quod procedit reclamante, & contradicente patrono infra tẽpus datum ad praesentandum, aliàs sustinebitur, & valebit prouisio ordinarij. *Cardin. in clem.* 1. *de suppl. neglig. praelat. nu.* 11. *Felin. in d. c. cum* Bertoldus, *nu.* 10. & 14. vbi alios allegat. *et in c. cum ex officij. num.* 36. *de praescript. et in tract.* quando *lit. apost. et c. limitat.* 10. *Selua de benef. par.* 1. *quaest.* 6. *num.* 15. *et par.* 3. *quaest.* 9. *nu.* 2. *Lambert. d. art.* 2. *num.* 27. *Rebuff. in praxi. in* 3. *par. signat. uerbo, necnon iuripat. num.* 52. *Garc. ubi sup. num.* 232. *Rota. dec.* 77. *par.* 1. *diuers.* & ratio est, quia nullitas collationis ab ordinario factae

3 spreto patrono inducta est in fauorem ipsius patroni, & ideo ita demũ est nulla, si ipse patronus voluerit, & contradicat. *ad. l. filio praeterito. et ibi gloss. ult. ff. de iniusto rupto est.* & ideo

4 prouisio facta spreto patrono est in pendenti, & interim habet implicitum statum, ita vt patrono reclamante infra tempus datum ad praesentandum, sit nulla à principio, & ex tunc. vt in *d. c. decernimus.* eo vero non reclamante infra dictum tẽpus, censeatur valida à principio, & ex tunc, vt in simili de caducitate. *Nauarr. in man. c.* 23. *num.* 104 *Lamber. d. art.* 2. *num.* 25. 26. *et* 27. & ideo firma remanet conclusio, quòd institutio facta spreto patrono, immo collatio est nulla, si patronus velit, & contradicat, si autem taceat, valida remanet, & firma. *Cassad. dec.* 2. *nu.* 4. *de locato.* *Abb. in c. cum ecclesia. num.* 12. *de elect. Felin. in d. c. cum ex officij. num.* 36. 37. *Mandos. in reg.* 32. *quaest.* 24. *Put. dec.* 412. *lib.* 1. *Verall. dec.* 133. *num.* 1. *par.* 1. *Mobedan. dec.* 27. *num.* 2. *de caus. possess. et prop. Rota d. dec.* 77. *à num.* 4. prout in simili quamuis sit retractanda electio facta

5 contemptis absentibus, intelligitur tamen, si absentes non vocari opponant de contemptu, nam illis tacentibus, electio tenet. *cap. quod sicut. §. quod si eos. et ibi glos. in uerbo, consentire. de elect. Gonzal. d. glos.* 56. *à num.* 79. vbi in tali proposito multa similia adducit ad praedictorum confirmationem. *et uide Garc. ubi sup. à nu.* 232. *ad finem. d. cap.*

6 Et sufficit sola patroni cõtradictio facta infra tempus datum ad praesentandum, vt collatio facta eo spreto sit nulla, etiamsi aliquem non praesentauerit, & sic pro illa vice amiserit ius praesentandi, & facta sit deuolutio ad superiorem, quia tunc superior debebit conferre ex iure deuoluto. *Felin. in d. c. cum* Bertoldus. *num.* 10. *Garc. ubi sup. num.* 251. praedicta

7 tamen non procedunt, si ordinarius praetendens beneficium esse liberum, illud tanquam liberum cõfert, quia tunc nunquam potest à patrono ratificari. *Hier. Gabr. conf.* 185.

285. *lib. 2. Gare. ubi sup. num. 253.*
Et ad meliorem, & faciliorem declarationem huius articuli cum *Lamberi. d. art. 2. num. 7. et seqq.* sequentes constitutiones constituas.

8 Prima sit conclusio, quando Episcopus contulit beneficium patronatum ipsimet patrono ex post facto consentienti, & tunc valida est secundum *Abb. in sua quaest. 5. incip. Aug. in 2. dub. nu. 7.* & ratio est, quia non potest dici facta sine consensu patroni eo quia patronus assensum praestitit, licet ex post facto. vide *Felin. in d. c. cum Bertoldus. col. 4. de re iud.*

9 Secunda conclusio, quando institutio fuit facta alteri non praesentato, sed praesente patrono, tali casu patronus habetur pro consentiente. *Abb. in d. quaest. 5. vbi sup.* quoties enim agitur de praeiudicio praesentis, & tacentis, qui contradicendo
10 potest actum impedire, si non contradicat, habetur pro consentiente. *glos. vlt. in l. Caius. ff. de pignor. act.* & in *c. nonne. de praesump.* & in *c. is, qui tacet. de reg. iur. lib. 6.* faciunt dicta per *Felin. in c. super eo. ante fin. de off. deleg. & in d. c. cum* Bertoldus. *col. 4. limit.* 3. & tali casu taciturnitas ha-
11 betur pro consensu fauore cultus Diuini, vt ecclesia ordinetur, si fuerit praesens patronus vocatus, seu non vocatus, dummodo praesens fuerit, vide Gonzal. *vbi sup. glos. 48. num. 5. & seqq.* vbi idem dicit, sed postmo-
12 dum ostendit, quòd interuentus, seu praesentia non importat neque consensum, neque consilium, sed quid diuersum. vt ibi per eum.

13 Tertia conclusio, quando patronus est absens, & Episcopus contulit beneficium tanquam deuolutum, cum verè non esset deuolutum, & tunc non valet collatio, cum nondum patronus esset iure suo priuatus. per *tex. in c. ex parte. cum ibi not. de conc. praeb. Abb. in d. quaest. 5. Rota decis. 10. de iurep. in antiq. Felin. in d. c. cum Bertoldus. col. 4. limit. 1.* nec sequens patroni ratificatio potest actum conualidare, cum non possit
14 à patrono ratificari illud, quod eius nomine factum non fuit. *c. ratum. de reg. iur. lib. 6.* vide Aug. Barbosam, *de off. & potest. Episc. par. 3. allegat. 72. num. 171.*

15 Quarta conclusio, quando Episcopus simpliciter beneficium contulit absente patrono, qui postea venit, & infra tempus sibi à iure concessum alterum praesentauit, tunc collatio Episcopi est ipso iure nulla. *Abb. in d. quaest. 5. col. 14. ex d. c. decernimus. Felin. in d. c. cum bertoldus. col. 3.*

16 Quinta conclusio. quando Episcopus contulit beneficium, & patronus infra debitum tempus expressè assensum praestitit, tunc valet collatio prout ex nunc, non prout ex tũc. *Abb. d. col. 14. Felin. in d. c. cum bertoldus. col. 4. in princ.* quia consensus se-
17 qui potest, & validat actum perinde ac si à principio interuenisset. *Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussum. nu. 5. & ibi Iason nu. 41. & seqq. ff. de acq. haered. per textum in l. vlt. C. ad macedonian. c. cura. c. suggestum. cum similib. de iurepat. Rota dec. 11. & 17. de iurepat. in antiquis. Rota dec. 3. in fine. de confessis. in nouis.* Abb. *in cap. nouit. nu. 4. de iudic. Roman. cons. 54. nu. 1. Lambertin. vbi sup. lib. 1. p. 2. quaest. 2. art. 16. nu. 1. & per totum. Tiraquell. in legib. connubial. lib. glos. 6. nu. 1. Put. decis. 268. nu. 2. lib. 3. Achill. dec. 15. num. 2. & dec. 16. nu. 1. de praeb. Flam. Paris. de resig. benefic. lib. 6. quaest. 10. num. 4. ad num. 13. Gomes. in reg. de impetrantib. beneficia per obitum familiar. Cardin. quaest. 28. & ibidem Mandos. quaest. 17.* qui enim cōsen-
18 tit actum ipsum gerere videtur. *l. sicuti. ff. de arbitris. l. si fundus. §. si nesciente. ff. de pignorib. c. apostolica. & c. si cum. de praeben. lib. 6. Tiraquell. vbi prox. glos. 5. à num. 145.* & si consen-
19 tiens sit verus dominus, tunc consentiens dicitur propriè facere. *d. §. si nesciente.* & vide Gonzalem *vbi sup. glo. 47. nu. 33. & seqq.*

Sexta

20 Sexta conclusio, quando Episcopus contulit beneficium,& patronus infra tempus datum ad præsentandũ non consentit, nec contradicit, seu præsentauit indignum, & sic iure suo priuatus fuit, & tunc dicta Episcopo collatio conualidatur irreuocabiliter absque noua collatione. *Abb.d.quæst.5.col.14.Felin.in d.cap. cum bertoldus. col.5.in fine.*

21 Si tamen collatio deuoluatur ad inferiorem Episcopò habentem instituere, & tamen Episcopus conferat, talis collatio nulla est, cum spectet ad ipsum inferiorem. *Abb. ibid.* quo casu Episcopus tenetur prouidere de alio beneficio illi, cui male dictum beneficium contulit. *c. inter cætera.iuncta glo.in verbo, assignauit.*

22 *de præb.* similiter si beneficiati permutent beneficia iurispat. sine patronorum consensu, & sine d. consensu Episcopus permutationem cõfirmet, talis confirmatio est ipso iure nulla. per *text. in d.c.decernimus.* sed reconualescit per superuenientẽ patronorum consensum tacitum, seu expressum. secundum *Card. in clem. 1.col.14. de suppl. neglig. præl.* neque

23 attenditur patroni consensus, quando non potest præsentare quẽ vult, tunc enim spreto patrono, iustitutio; seu collatio Episcopi valida erit. *Felin. in d. c. cum bertoldus. col.6. limit. sexta.*

24 Et notandum est, quòd beneficiorum permutationes licitè fieri possunt coram Episcopis, si ex aliquo capite beneficia ipsa non sint reseruata. *c.cum olim.& ç.cum vniuersorum.de rer.permut.c.vnico de rer. permut.lib.6.Rota dec.1.nu.6. de rer.permut.* Rebuff. *in praxi. tit. de permut. benefic. nu. 36.* & ideo in bulla Gregorij XIII. fæl. mem. de publicandis resignationib. *§.de beneficijs autem.* habetur quòd debet fieri publicatio etiam de beneficijs resignatis ex causa permutationis in manibus Ordinariorum, quia permutatio habet in ventre resignationem in fauorem permutantium, ita vt permutatio nihil aliud sit, nisi quædam reciproca resignatio, quæ ad inuicem fit inter permutantes. d. *c. vnico*. C*assador. dec.1. num.1. de rer.permut. Parif.de resig.benef.lib.11.quæst.5.num.19.* &

25 sic coram Ordinarijs potest fieri simplex permutatio, non autem triangularis, vel quadrangularis, & in tali permutatione non est necessaria noua collatio, sed statim, quòd ex causa permutationis beneficia resignantur, & superior resignationem admittit, absque alia collatione, transfert illa inuicem in alterutrum, & incontinenti, & eo ipso permutatio perfecta remanet. latè *Gonzal. vbi sup.glo.14. à nu.32. Aug. Barbosa de off. & pot.* Episc.*p.3.alleg.69.nu.9. Garc. de benefic. p.12. c.4. à nu.62. Quaranta in summa bullarij. in verbo, beneficiorum permutationes. Lecch. de repub.ecclef.c.de beneficiatis.nu.8.*

26 & si beneficium vnius diœcesis permutetur cum beneficio alterius diœcesis, vtriusque Episcopi consensus, & auctoritas requiritur. *Azor.instit. moral.p.2.lib.7.c.29.quæst.8.* & quãuis per permutationem beneficia vacare dicantur. d. *c.vnico.Gomes.in reg. de publicandis. quæst.3.nu.3.* ta-

27 men in quolibet mense anni possunt beneficia permutari coram Episcopis, qui possunt collationem de talibus beneficijs resignaris eorum cuilibet facere collationem. *Garc. vbi sup.par.5. c.1. nu.543. & Barbosa d. alleg.69.nu.11. in fine.*

28 Et si permutentur beneficia iurispatr. requirirur consensus patronorum, & ideo si beneficiatus resignet beneficium patronatum non expressò, quòd sit patronatum, potest patronus alium præsentare ad dictum beneficium vacans per dictam resignationem. *Sarnen.in reg.de infirm. resignantib. quæst.17. col. 4. in princ. Garc. vbi sup.p.11,c,2.nu.35.* etiam si in resignatione adesset clausula, non alias, aut alio modo, stante culpa resignantis. *Parif.de resig.benefic. lib.*

lib.1.quæst.3.in fine. idem est in permutatione beneficiorum rescissa per contradictionem patroni.*Cassad.dec.1.de rer.permut. Garz: vbi prox. nu. 28.* latè *Stephan.Gratian. discept. forens.c.535.vol.5. vide* Biccium *in d. praxi rer for.eccl.dec.213.*

Et in praxi vidi resignationem factam de quodam beneficio S. Michaelis, non expressò, quòd esset iurispat. fuisse rescissam, & patronum præsentasse, & præsentatum obtinuisse.

29 Et in materia permutationis, dum ego essem Vicarius Generalis Tuderti, pluries de consensu D. Cardinalis Episcopi, permutationes corã me factas admisi de beneficijs tantũ d. diœcesis Tudertinæ, & stante d. reciproca permutantium dimissione, in beneficijs curatis præuio examine coram examinatoribus Synodalibus beneficia permutata contuli, & vnicuique suam collationis prouisionem per patentes literas expediri mandaui in Episcopali cancellaria.

30 Septima conclusio, collatio beneficij facta à Legato de latere, spreto patrono ecclesiastico valet, & idem est, si Papa disponit de beneficio patroni laici, iuripatronatus expressè derogando. vt in *c. cum dilectus. de iurepat. Abb. iu c.illud.in fine.de iurepatronat.*

31 Sed si institutio fiat ad præsentationem patroni, qui iuspatronatus antea donauit, non est ipso iure nulla, sed ad donatarij instantiam irritari debet. ita habetur in *d. c. illud. in fine.in verf. si vero*.

32 Et quando fit institutio spreto patrono, non refert, an sit verus patronus, an' vero sit in quasi possessione iurispat. seu iuris præsentandi, cũ hæc duo æquipolleant.*Card,conf.69. nu.4. Rocch. de Curt. de iurep. verbo, honorificum.quæst.1. in fine*.

33 Octaua, & vltima conclusio. si institutio spreto patrono fuerit facta ab Episcopo, potest eadem reuocari ab eius Vicario generali instante patrono, & debet instituere præsentatum à patrono. ita *Io.Andr.in c.2. de off. vic. lib. 6. per textum in d. c. decernimus.16.q.7.* cum institutio facta ab Episcopo sit nulla, secus si esset valida.

34 Verum, si eodem die facta sit collatio beneficij ab Episcopo extra suam diœcesim, & ab eius Vicario generali in diœcesi, præfertur facta ab Episcopo, quia est superior. *Calder.conf.2.de off.vic. incipien. an' collatio Episcopi.* vide *Lambertin. vbi sup. d.quæst.2.art.3.*

35 Insuper est notandum, quòd per habentem instituere fieri potest institutio etiam post mortem præsentantium, quamuis alij patroni successerint per ea, quæ dicit *Bart. in l. si ita.§.si domus.ff.de leg.1.*

36 Possunt tamen patroni succedentes si sunt laici variare, si adhuc duret tempus datum ad præsentandũ, quia dicuntur vna, & eadem persona, successor cum prædecessore per dicta ab *Abb. in c.cum accessissent. de constitut.* de quo vide *Lambert. vbi*

37 *sup.art.4.* & etiam potest fieri præsentatio post institutionem. *c. si vero. vbi glos. vlt. & Abb. de iurepatr.* & hic est vnus modus recognoscendi verum patronum, videlicet, vt ille sit verus patronus, qui declaratur, & pronunciatur patronus post institutionem factam ab Episcopo. & idem dicunt *Doct. in c.eam te. de iurepatr. & Abb. in c. per nostras.nu.3. de iurepatr.* & quamuis præsentatio non conualidet institutionem validã iam secutam, possunt tamen dari casus, vt supra, in quibus solus consensus patroni validat institutionem. &

38 in permutatione, seu resignatione, consensus patroni habetur pro præsentatione. vide *Riccium in d.decis. 213.* & in praxi pluries vidi consensus patronorum præstitos post institutionem, & ab Ordinario admissos, & ex quibus quasi possessio patronorum conseruata censetur. & de hoc *Lambert. vbi sup.art.5.*

Bbb Adde

39 Adde prædictis, quòd quãdo quæritur, qualis consensus requiratur, expressus, seu tacitus. concludas, quòd quando lex declarat, quòd cõsensus debeat esse expressus, non sufficit tacitus. *glo. in d.c. statutum. §. in nullo. verbo, expressus. de rescrip. lib. 6. vbi* Geminian. *nu.* 3. Tiraquell. *de legib. connub. glos.* 7. *nu.* 7. & consensus
40 expressus dicitur, qui verbis exprimitur, tacitus vero, qui ex factis resultat. *glo. in clem. sæpe. §. vlt. in verbo, non contradicentibus. vers. secundo nota casum. de verb. signif. Castrens. in l. si conuenerit. post n.* 6. *vers. ego limito. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. in c. dilecti. il* 2. *nu.* 3. *vers. nota tamen. de appellat. Mãdos. in reg. de impet. benef. per obit. fam. Card. quæst.* 26. *num. vlt.* & con-
41 sensus expressus dicitur multis modis, de quibus Bart. *in l.* 1. *nu.* 7. *ff. de vulg. & pupill.* Tiraquell. *d. glos.* 7. *à num.* 86. *ad num.* 205. vbi tredecim modos consensus expressi constituit, & eos declarat *Paris. de resign. benef. lib.* 8. *quæst.* 10. *num.* 20. *& seqq.* & quibus modis inducatur consensus tacitus, vide per *glossam in c. dilecti.*
42 51. *in verbo, facta pronocare. de appellat. vbi* Doct. *Tiraquell. de iure constituti. p.* 3. *limit.* 30. *nu.* 12. *Mascard. de probat. concl.* 416. *&* 417.
43 Si vero fit mentio de consensu, sed non dicitur, quòd sit expressus, tunc quando consensus requiritur pro forma, debet esse expressus. *cap. cum ab vno. de re ind. lib.* 6. *iuncta ibi glo. in verbo, mandantibus.* & ibi *Geminian. nu.* 3. *Gomes. de impet. ben. per obit. famil. Card. quæst.* 11. *num.* 2. *Paris. vbi sup. lib.* 8. *quæst.* 8. *num.* 25. *cum seqq.*
44 Si vero consensus non requiritur pro forma, tunc, quamuis sit de natura consensus, vt debeat esse expressus. *l.* 1. *C. de filiofam. min.* Dec. *consi.* 38. *nu.* 4. tamen verius est, quòd regulariter tunc sufficiat tacitus per *l.* 2. *§. voluntatē. vbi Bart. nu.* 1. *&* Ias. *nu.* 5. *ff. sol. matrim. glos. in c. cum nosci- tur. de his, quæ fiunt à prel. sin. cons. cap.* Tiraquell. *vbi sup. num.* 6. & con-
45 sensus formalis, & pro forma tunc requiritur, quando requiritur ad solemnitatem, & ob fauorem publicũ & non propter fauorem illius personæ, quæ debet consentire, & ideo si consensus requiritur tantum ob fauorem priuatum illius personæ, quæ debet consentire, tunc non dicitur consensus formalis, seu authorizabilis. ita Bart. *in l.* 1. *§. sed si filius. num.* 1. *&* 3. *ff. de leg.* 3. *Roman. cons.* 54. *num.* 3. *Felin. in c. edoceri. nu.* 7. *in fine. de rescript. Abb. in c. causam matrimonij. num.* 6. *de off. deleg.* Tiraq. *vbi sup. glos.* 6. *num.* 5. *& seqq.*
46 Et licet patroni consensus expressus requiratur in permutatione, seu resignatione beneficij patronati, tamen multoties sufficit tacitus, vt supra dixi, & docet Ricc. *in d. dec.* 213.
47 Notandum est insuper, quòd cõsensus potest sequi, & validat actũ regulariter. *c. cura. & c. suggestum. de iurepatr. Rota dec.* 11. *&* 17. *de iurep. in antiquis.* Tiraquell. *d. glos.* 6. *num.* 1. *Put. decis.* 268. *num.* 2. *lib.* 3. *Paris. vbi sup. lib.* 6. *quæst.* 10. *num.* 5. nisi requiratur consensus formalis, & auctorizabilis, quia tunc si non concurrit in actu ipso, actus est nullus, neque conualescit si cõsensus subsequatur. *Iason. in d. l. si quis mihi bona. §. iussum. n.* 44. *ff. de acq. hæred. Redoan. in tract. de reb. eccl. non alien. c.* 25. *de his, qui consentiunt, & de consensu. §. & iste consensus Capituli. per totum.* Tiraqu. *d. glos.* 6. *nu.* 3. *&* 4. & consensus po-
48 test præstari per literas, nuncium, & procuratorem. *glo. in l. si cum dotem. §. si patri. verbo, oportet. ff. sol. matrim. l. consensu. ff. de action. & oblig. Paris. vbi sup. d. lib.* 8. *quæst.* 8. *num.* 1. *& Tiraquell. d. glos.* 6. *num.* 20. vbi hæc limitat.
49 Et de consilio, an, quando quis cum alterius consilio debet actum gerere, cogatur illius consilium sequi, dicas pro nunc, quòd Episcopus aliquando tenetur petere consilium Capituli, sed non tenetur illud sequi.
c. cum

c.cum in veteri.de elect. & *c.* 1. *de capell.monac. Abb.in c.nouit. num.*5.*de his, quæ fiunt à præl.* & de consensu pulchra, & notabilia more suo ponit *Gonzal. vbi sup. glos.*47.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus si sit patronus, & instituere debeat, quomodo hæc expediet.*
2 *Et idem est, si habens instituere fiat aliter patronus.*
3 *Episcopus quomodo actum expediet, si à laicis habeat iuspat.*
4 *Episcopus habens instituere, si vt patronus cum consilio alterius præsentare debeat, quomodo expediet.*
5 *Episcopus conferēs beneficium ex iure deuoluto vnico actu expediet.*
6 *Nisi sit seruanda aliqua forma fundationis.*
7 *Institutio semper fit præuio edicto.*

CAPVT SEXTVM.

Habens instituere, si fiat patronus, vel beneficium vti deuolutum conferre debeat, an' hæc vnico actu expediet.

DVBIVM successiuè exoritur, an' Superior habens instituere, si patronus efficiatur, vel ex iure deuoluto beneficium conferre debeat, possit hæc omnia vnico actu expedire. & ad huius dubij resolutionem constituendi sunt casus infrascripti secundum tradita à *Lambert.de iurep.lib.*2.*p.*3.*quæst.*2.*art.*19.

1 Primus est casus, quando in Episcopo concurrerent duæ qualitates, nempe, quia esset Abbas alicuius ecclesiæ, & tamquam Abbas esset patronus alterius ecclesiæ, seu beneficij, & tamquam Episcopus haberet ius instituendi in dicta ecclesia, seu beneficio patronato, & tunc prædicta vnico actu non expediuntur, sed separatim fieri debent, idest primo debet tamquam Abbas præsentare coram suo Vicario, & post Vicarius poterit præsentatum instituere, vel melius esset, quòd procurator nomine Abbatis clericū coram ipso Episcopo præsentaret, & postea Episcopus deberet ipsum præsentatum instituere. secundum textu in *c. à collatione.de appellat. lib.*6. & *in c. cum olim.* & *ibi notat. per* Felin.*de re iud.* & eo casu erit etiam seruandus textus in *c. vlt. de elect. lib.*6. vt scilicet ante institutionem præcedat affixio edicti.

2 Idem est dicendum, quando ad habentem instituere, iuspatronatus spectat ratione sui patrimonij, & idē est si talis habeat alios cōpatronos. idem etiam est, si compromittatur ius præsentandi in habentem instituere, vel eidem tamquam personæ priuatæ sit facta donatio iurispat. vt ibi per Lambert.Aug.*Barbosa de off.* & *pot.Episc.p.*3.*alleg.*72.*nu.*196.

3 Secundus est casus, quando in Episcopum tamquam Episcopum fuit à laicis patronis translatum iuspat. alicuius beneficij, & tunc est in Episcopi arbitrio, negocium expedire vnico actu, vel duplici. *Barbosa vbi sup.*

4 Tertius est casus, quando fit translatio iurispat. in habentem instituere, cum reseruatione, quòd præsentet cum consilio Decani, vel alterius, vel præsentet aliquem de tali familia, & tunc tales actus sunt expediendi separatim. *Abb. in c. ne pro defectu. num.*4. *de elect.* Barbosa *vbi sup.*

5 Quartus, & vltimus est casus, quando ex deuolutione Superior beneficium conferre debet, & tunc vnico actu totam rem expedire potest, nempe, simpliciter conferendo beneficium deuolutum faciendo collationis prouisionem more solito, & per suas literas patentes, nisi esset

6 seruanda aliqua forma in ipsa bene-

ficij fundatione apposita. vide *Abb. in c. causam quæ. num. 6. de electione.*
7 & ad institutionem semper procedendum est ab habente instituere, seruata forma dicti textus in *c. vlt. de elect. lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Institui possunt hi, qui præsentari possunt.*
2 *Institui debet præsentatus à vero patrono, vel ab alio quasi possessore iuris præsentandi.*
3 *Præsentatus si vnus sit, præuio edicto; si nil obstet, institui debet.*
4 *Beneficiū si obtineatur absque institutione, statim institutio fieri debet.*
5 *Et tunc institutio fit ab eo, ad quem facta fuit deuolutio.*
6 *Et si dubium sit, an facta sit institutio, quid agendum.*
7 *Præsentatus nulliter, seu indignus repelli debet.*
8 *Instituens indignum scienter, punitur.*
9 *Quid si per negligentiam indignum instituat.*
10 *Institutio est inualida, si inualida fuit præsentatio.*
11 *Præsentatio facta ab excommunicato est nulla, & sequens institutio.*
12 *Præsentatus indignus si fiat dignus, an' possit institui.*
13 *Præsentati habilitas consideratur tempore factæ præsentationis.*
14 *Tempus datæ, an' executionis attendatur in rescriptis.*

CAPVT SEPTIMVM.

Institui qui debent, vel reijci.

Qvemadmodum in materia præsentationis diximus supra lib. 6. cap. 5. & 7. qui præsentari possint, vel non, ita dicendum est in materia institutionis, videlicet, illi debent, & possunt in-
1 stitui, qui præsentari possunt, illi vero institui non debent, neque possunt, qui præsentari nequeunt, cum institutio ex necessitate confirmare debeat iam factam præsentationem validam, & inualidam tanquam non iure factam reijcere.

2 Ideoque regulariter ille est instituendus, qui canonicè fuit præsentatus ad beneficium iurispatronatus à vero patrono, seu ab alio existente in quasi possessione iurispræsentandi, & qui idoneus præuio examine Episcopi, seu eius Vicarij repertus fuit, seruata tamen forma *text. in c. vlt. de elect. lib. 6.* idest, præuia edicti affi-
3 xione. & si vnus tantum fuit præsentatus, & lapsum fuit tempus, itaut patronus amplius variare nequeat, & affixum fuit edictum, & terminus edicti transijt, & nullus existit contradictor, tunc seruatis seruandis statim potest præsentatus institui. vt late per *Lamber. de iurep. lib. 2. p. 3. q. 3. art. 1. Zecchius de benef. & pensionib.*
4 *c. 12, num. 34.* & si constaret aliquem habere beneficium sine institutione, statim seruata forma iuris est instituendus, quia legitime beneficium sine canonica institutione obtineri
5 non potest. *c. 1. de reg. iur. lib. 6.* quo casu debet fieri institutio ab eo, ad quem deuoluta est auctoritas ad notata in *c. 2. de conceß. præb.* si vero non
6 constet, sed dubitetur, an' talis sit institutus, & tunc non prodest allegare præscriptionē, seu consuetudinem. *c. ex frequentibus, de institut.* & si factum sit antiquum, & Prælatus tacitè, vel expressè assensum suum præstitit, non tenetur talis possessor beneficij ostendere titulum, sed stabitur iuramento talis possessoris, nisi ius commune esset contra ipsum possessorem, puta quia possideret duo beneficia incompatibilia, seu duas ecclesias parochiales; secus si factum non sit antiquū, quæ declara prout per *Lambert. vbi sup. art. 2.*
7 Est insuper notandum, quòd nulliter præsentatus, siue indignus non potest, nec debet institui, sed est repellen-

pellendus, alioquin si superior illum instituat puniendus est. *c. nihil. & c. cum nobis. vbi gloss. de elect.* Doct. *in c. cum vos. de offic. ordin.* & scienter con-
8 firmans indignum deponi debet, secundum *gloss. in d. c. nihil. in verbo suspendatur. Firman. in tract. de Episc. in 2. parte secundæ partis princ. q. 5.*
9 Si vero instituens per negligentiã indignum instituat, perdit potestatem instituendi primum successorem in ipso eodem beneficio, & debet suspendi à perceptione fructuum proprij beneficij, donec visum fuerit superiori dicti instituentis. *d. c. nihil.* & ibi *Abb. & Lambert. vbi sup. art. 3.* &
10 si nulla, & inualida sit præsentatio, nulla erit, & subsequens institutio, ideoque cum præsentatio facta ab
11 excommunicato sit ipso iure nulla, ita erit, & sequens institutio. *Rota dec. 1. de instit. in antiq.* Lambert. *vbi sup. art. 4. & Rocch. de Curte, de iurep. in verbo competens quæst.* 8. *vers. suboritur nunc quæstio.*
12 Quid autem, si fuit præsentatus indignus, sed cum venit ad ipsum ordinarium cessat dictum vitium, an attendatur tempus institutionis datæ, an vero factæ præsentationis, cum in hoc nostro casu cadant tria tempora, scilicet, præsentationis, discussionis negocij, & institutionis, & cõcludas, quod si scienter fuit à patrono præsentatus indignus, & dum negocium discutitur corã ipso superiore habente ius instituendi, fiat dignus, quia vitium reddens eum indignum cessat, potest institui, cum reperiatur dignus tempore institutionis, neque puniretur instituens, sed præsentans esset puniendus: quod declara, vt per *Lambert. vbi sup. art. 5.* vide *Paul. de citadin. de iurepat. par. 6. quæst. 36.*
13 vbi concludit attendi tempus datæ, & sic factæ præsentationis. vide *Felin. in c. eam te. col. antep. de rescr. Abb. & Imol. in c. dilect.* 1 15. *il 2. de preb.* vbi pertractant, quod tempus in rescriptis attendatur, datæ, an execu-
14 tionis literarum, & vide *Massobriũ in praxi habendi concursum ad vac. paroch. eccl. prælud. 7. dub.* 20. vbi latissimè ponit requisita, & qualitates clericorum ad beneficia instituendorum.

Item instituendus est vti subrogatus in ius alterius etiamsi quis cõsentiat electioni, seu præsentationi de se factæ, vt fuit dictum in *Bergomen Capellaniæ.* 23. *Martij* 1618. *coram* R.P.D. *Buratto*, quæ in calce operis est *dec.* 59. & an professus in aliqua religione approbata, & postea egressus reddatur incapax beneficij, fuit dictum in *Brixien. parochialis.* 20. *Martij.* 1620. *coram* R. P. D. *Vbaldo*, quæ in calce operis est decis. 60.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte patronorum, institui debet.*
2 *Nisi aliter ad scandalum vitandum fieri debeat.*
3 *Maior pars patronorum quæ dicatur.*
4 *Iurispat. successio an in stirpes fiat.*
5 *Habens maiorem partem vocum vnius stipitis, dicitur habere stipitem.*
6 *Maior pars absorbet minorem.*
7 *Patrono vnico hæredes succedunt in capita.*
8 *Maior pars dicitur comparatione minorum partium.*
9 *Clem. plures de iurepatr. in quibus locum habeat.*
10 *Honor, onus, & vtilitas patroni in quibus consistant.*
11 *Maior pars est facta comparatione numeri ad numerum.*
12 *Dignus à minori parte præsentatus debet institui, omisso indigno præsentato à maiori parte.*
13 *Præsentans scienter indignum pro illa vice amplius non potest præsentare.*
14 *Præsentatio sustinetur facta à maiori, licet non à saniori parte.*
15 *Exemplum computationis vocum descendentium à patronis.*
16 *Præsentati si æquales sint in vocibus*

eſt locus gratificationi.

17 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi præfertur præſentato à proprietario.*

18 *Quaſi poſſeſſio præſentandi quando acquiratur.*

19 *Et quæ requirantur ad eam acquirendam.*

20 *Præſentatus à proprietario quando præferatur præſentato à quaſi poſſeſſore.*

CAPVT OCTAVVM.

Inſtitui quis debeat, quando plures â diuerſis patronis ſunt præſentati.

1 QVANDO plures à diuerſis patronis præſentati fuerunt, ille debet inſtitui, qui à maiori parte preſentatus fuit. *cap.3. ubi gloſ. Card. & Abb. de iurep. Paulus, de citadin. de iurepatr. par.6. quæſt.27. Zecchius, de benef. & penſionib. c.12. num.35. Card. Mantic. deciſ.86. nu.4. & Card. Seraphin. deciſ. 875. Rota deciſ.117. par.2. diuerſ. & dec.202. par. 2. in recent. Riccius in praxi aurea, reſolut.173. Mar. Antonin. variar. reſolut. lib.1. reſolut.104. num.4. Aug. Barboſa de off. & pot. Epiſcopi par.3. alleg.72. num.197. Lambertin. de iurepat. lib.2. par.3. quæſ.4. art.1. 4. & 6.* niſi ad ſcandalum euitandũ
2 ſit neceſſe non admittere præſentatum à maiori parte. *d. cap.3.*

3 Maior autem pars dicitur, vt ſi ſint decem patroni, & quatuor præſentent Vincentium, tres Franciſcũ, & alij tres Marcellum, nam Vincentius non habet maiorem partem omnium, ſed habet maiorem partem reſpectu aliorum præſentatorum, & ideo Vincentius debet inſtitui, ſecus eſt in collegio, in quo requiritur maior pars totius collegij. ita *Io. Andr. Cardin. & Abb. in d. cap.3. Rocch. de Curte, de iurep. in verbo, honorificum, quæſt.58. Lambert. d. quæſt.4. art.2.*
4 hinc eſt, quòd ſi patronus relinquat duos filios patronos, & vnus eorum moriatur relictis decem hæredibus, qui ſuccedunt in ſtirpes. *clem. plures. de iurepat.* & alter filius præſentat vnum, cui accedunt tres ex dictis hæredibus, ac reliqui ſeptem hæredes preſentant alium, tunc non dicitur maior pars vna, quàm altera, quia maior pars ſuffocat minorem, & vox illorum ſeptem abſorbet vocem illorum trium, & ſic vterque præſentatus dicitur à medietate patronorum. *Caſſador. deciſ. 2. nu.1. de iurepat.* & qui habet maiorem partẽ
5 vocum vnius ſtipitis, dicitur habere totum ſtipitem, etiamſi adſit contra-
6 dictio minoris partis, quia maior pars abſorbet minorem. *Rocch. de Curte vbi ſup. verbo, ipſe, vel is, à quo, nu.5.6. & 7. Lambert. vbi ſup. lib.1. p.2. quæſt.1. art.25. nu. 17. & 18. & art.27. num.2. Gonzal. in comment. ad regul.8. Cancell. glo.45. num.61. Riccius in praxi rer. for. eccleſ. deciſ.210. Rota dec.443. num.4. par.2. in recent. Annot. ad Gregorium XV. deciſ. 452. num.23. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c.211. nu. 37.* & fuit dictum in *Foroliuien. iuriſp. 18. Martij. 1602. coram Card. Sacrato.* & in *Aretina Capellaniæ. 24. Ianuar. & 9. Maij. 1603. coram Card. Pamphilio,* quã-
7 do enim vnicus eſt patronus, tunc illius hæredes eidem ſuccedunt in capita, non in ſtirpes, at ſi reliquerat duos filios hæredes, iſti habent ſinguli dimidiam, & ſuccedunt in capita, ſed filij, & hæredes prædictorum ſuccedunt in ſtirpes, in qua ſucceſſione in ſtirpes attẽditur maior pars ſimpliciter, nõ autem maior pars cõparatione minorum, quia cum ſit vox vnica, eſt apud omnes, vel apud maiorem partem. ſecus, quando
8 ſunt plures patroni, qui diſcordant in præſentando, tunc enim præfertur præſentatus à maiori parte comparatione minorum partium. *Cardin.*

in

in d. clem. plures. n. 3. vbi n. 4. 5. & 6. dicit d. clem. plures. habere locum in
9 pluribus, qui sunt vt collegium, & quomodocũque iuspatronatus vnius in alium transferatur, & in quibuscumque hæredibus ex testamento, vel ab intestato. & si alia ex aduerso adducantur de successione, qua patronus succedit liberto, dicas cum *Bonifat. de Vitalin. in d. clem. plures.*
10 *num. 40.* quod secus est in iurepatr. ecclesiastico, quod defertur ad instar successionis hæreditariæ. *c. 1. §. & placuit. vbi Innoc. de iurepatr.* & honor iurispatr. est in processione, & præsentatione, onus in defensione, & assignatione, vtilitas in prouisione, seu alimentatione. *Bonifat. vbi sup. in princ.*
11 Et sic facienda est comparatio numeri ad numerum, ad hoc, vt præsentatus à maiori parte institui possit, dummodo sit idoneus, non autẽ facienda est comparatio zeli ad zelum, seu meriti ad meritum. *Doct. in d. c. 3. Rocch. de Cur. in d. verbo, honorificum. quæst. 15. Lambert. d. quæst. 4. art. 3. Barbosa d. allegat. 72. nu. 198.* si autem à maiori parte scienter sit
12 præsentatus indignus, & à minori parte sit præsentatus dignus, talis dignus quãuis à minori parte sit præsentatus, debet institui, quia scien-
13 ter præsentans indignum pro illa vice ius præsentandi amittit, vt notatur in *c. cum nos. de off. ordin.* & idem dicendum est in omnibus patronis ex aliqua causa suo iure priuatis, quãuis sint maioris numeri, eo enim casu debet institui dignus à minori parte, seu numero præsentatus. *Lambert. vbi sup. art. 5. n. 2.* secus si ignoranter fuisset præsentatus indignus.
14 Est autem animaduertendum sufficere in hac materia præsentationẽ fuisse factam à maiori parte patronorum, nec est necesse eam esse factam à saniori parte. per *textum in d. c. 3. de iurepat.* ibi. plurimorum eligitur, & approbatur assensu. & ibi notant. *Abb. & Cardin. Rocch. de Curte vbi prox. quæst. 59. & Lambert. vbi sup. art. 6.*
15 Verum si duo sint patroni, & ex vno nascatur A. ex alio autem B. C. D. & A. præsentet G. & B. C. præsentent M. & D. præsentet P. vel concurrat cum præsentatione facta ab A, in tali casu A. præsentãs, & G. præsentatus habent vnam vocem. item B. C. præsentantes, & M. præsentatus habent aliam vocẽ, quia maior pars. idest B. & C. absorbet D. & ita hoc casu præsentati
16 sunt pares in vocibus, & est locus gratificationi. ita *Cardin. in d. clem. plures. num. 3. de iurepatr. Lambertin. vbi sup. art. 7.* vide dicta supra *lib. 4. c. 1. num. 33. & seqq. & Cassador. dec. 2. de iurepat.* ideoq. habens instituere habet optionem, vt instituat quem vult *Barbosa vbi sup. nu. 199.* & si duo fuerunt præsentati, vnus
17 ab existente in quasi possessione iuris præsentandi, alter ab habente proprietatem iurispat. debet institui præsentatus à quasi possidente ius præsentandi. *Abb. cons. 54. vol. 1. Dec. cons. 117. num. 2.* quæ quasi pos-
18 sessio acquiritur etiam ex vnica præsentatione confirmata, per subsequentem institutionem, itaut ille, qui vltimo loco præsentauit, dicatur esse in quasi possessione præsentandi. *Put. decis. 189. & decis. 192. p. 1. in antiq.* Rota *decis. 174. num. 1. in recent. vbi num. 2.* ait, quod requiritur scientia, & patientia aduersarij. *Gonzal. in comment. ad reg. 8. cancell. glos. 45. §. 2. num. 6. & à num. 30.* ponit septem requisita ad acquirendã quasi possessionem. secus tamen esset
19 si ipsius præsentationis tempore constaret de defectu proprietatis in ipso possessore. *Gonzal. d. §. 2. nu. 43.* tunc enim si liquido constaret de iurispatronatus proprietate, esset præferendus præsentatus à proprietario. Rota *decis. 376. num. 2. par. 2. in recent.* & ex resolutis per *Abb. in c. consultationibus num. 2. de iurep. vbi Aug.* Barbosa *in suis collectaneis, num. 3.*

Digitized by Google

num.3. nihilominus si fuerit institutus præsentatus à dicto quasi possessore, non esset remouendus, etiamsi postea constaret præsentantem non esse patronũ. *Menoch.cons.90.n.115* Et quomodo dicatur constare sufficienter de iurepatron. quando cessat vsurpationis suspicio fuit dictum in *Florentina Capellæ.30. Maij 1616. coram* R.P.*D.Pirouano*, quæ in calce operis est decisio 61. & præsentatus à maiori parte patronorum est instituendus, & non obstat si dum fuit præsentatus non incedebat in habitu clericali vt fuit dictum in *d. Florent. coram eodem die* 4.*Decemb.*1617.quę in calce operis est decis. 62. & in *eadem coram eodẽ* 12. *Februarij* 1618. quæ in calce operis est decis. 63. & in *eadem coram eodem*, 21. *Maij*. 1618. quæ in fine operis est dec.64. & pro firmanda quantitate patronorum recurrendum est ad anteriores præsentationes. vt fuit dictum in *d.Florent. coram eodem* D. *Pirouano*. 26. *April.* 1619. quæ in fine operis est dec.65.& in *ead.cor.eod.*25. *Iunij* 1620.quæ in calce oper. est dec.66. & *in ead.cor.eod.*5.*Iul.*1621. quæ in fin.operis est dec.67.& in *ead.coram eod.* 3.*Dec.*1621.quæ in fin.oper.est decis. 68. & quando fœminæ compræhensæ censeantur in iurepat. fuit dictum in *Placentina Capellaniæ.* 16. *Martij.*1620.*coram D.Pirouano*, quæ in calce operis est decis.69. & quando iuspat. possit esse pro parte gentilitium, & familiare, & pro parte hæreditarium fuit dictum in *Mediolanen.iurispat.*18.*April.*1616. *coram* D. *Pirouano*, quæ in calce operis est dec.70.& quomodo probetur agnatio in prætendente iuspatr. fuit dictũ in *eadem med.coram eod.*28.*Nouemb.* 1616.quæ in fine operis est dec.71. & in *eadem coram eodem* 19. *Iunij* 1617.quæ in calce operis est dec.72. & in *eadem coram eodem* 30. *Octobris* 1617.quæ in fine operis est dec.73. & in *eadem coram eodem die* 8.*Iunij* 1618.quæ in calce est decis.74.& in *eadem coram eodem*. 14. *Iunij* 1619. quæ in calce operis est decis.75.& in materia similis probationis iurispat. & descendentiæ, & de rata patronorum fuit dictũ in *Pistorien. parochialis.*17.*Iunij* 1619.*coram* R.P.D.*Pirouano*, quæ in calce operis est dec.76. & in *eadem coram eodem* 27.*Ianuar.* 1620. quæ in fine est decis. 77. & in *eadem coram eodem*.15.*Ianuar.*1621. quæ in calce est 78. & in *eadem coram eodem* 21.*Maij* 1621.quæ in fine operis est decis.79.& in *eadem coram eodem*.21.*Iunij*.1621.quæ in calce est decis.80.

SVMMARIVM.

1 *Habens instituere quando possit quem vult instituere.*
2 *Institutio aliquãdo fit ex præuentione.*
3 *Magis idoneus ex præsentatis institui debet.*
4 *Beneficia ecclesiastica indignis conferri non debent.*
5 *Episcopus instituendo dignum omisso digniore, peccat.*
6 *Non tamen tenetur ad restitutionem, nisi esset dignior in concursu.*
7 *Dignior prætermissus potest appellare.*
8 *Dignior quis dicatur.*
9 *Dignus si sit institutus, tenet institutio, digniore non appellante.*
10 *Dignus pauper debet institui, omisso digniore diuite.*
11 *Dignior dicitur is, qui est de linea fundatoris.*
12 *Dignior dicitur etiam diœcesanus.*
13 *Ciuis præfertur extero.*
14 *Beneficia oriundis sunt conferenda.*
15 *Idoneus de linea fundatoris præfertur extraneo magis idoneo.*
16 *Compatronus præfertur alij non compatrono.*
17 *Beneficia patrimonialia quibus conferenda.*
18 *Institui debet intitulatus in ecclesia, alio prætermisso.*
19 *Nobilis præfertur ignobili in institutione.*
20 *Acceptio personarum non est apud Deũ.*

Po-

CAPVT NONVM.

Instituendus quis sit, quando plures æqualiter fuerunt præsentati, & quis sit preferendus.

1 QVANDO duo æqualiter præsentati fuerunt, vel cumulatiuè ab eodem patrono, vel vnus à medietate patronorum, alius ab alia medietate, si æqualia sint præsentatorum merita, habens instituere poterit optare, & quem voluerit instituere, & sic est locus gratificationi. *Io. And. in cap. cum autem vbi Cardin. & Abb. de iurepat. Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 3. quæst. 4. art. 11. & quæst. 5. art. 1. num. 2. Cæsar de Grassis decis. 1. nu. 9. de iurepat.* & fuit dictum in *Fauentina iurispatr. 8. Febr. 1588. coram Comitulo. & 13. Ianuar. 1589. coram Orano.* & talis gratificatus ab ordinario alijs præfertur vt in *Iaceu. portionis 16. Decembr. 1605. coram Pamphilio. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 104. num. 2. Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. par. 3. alleg. 72. num. 199. in fine. Riccius in praxi rer. for. eccles. decis. 230.* & de gratificatione multa tradit *Tiraquell. de iure primog. quæst. 17. opin. 2. num. 3. 4. & 5.* & si institutio valdè fieri possit à
2 Capitulo, vel ab Episcopo, tunc locus erit præuentioni. *Lambert. d. q. 4. art. 12.*

3 Verum si ex duobus æqualiter præsentatis vnus sit dignior, & magis idoneus, iste debet institui. *d. c. 3. de iurep. Azorius inst. mor. par. 2. lib. 6 cap. 22. quæst. 14. Barbosa d. allegat. 72 num. 200. Riccius vbi sup. num. 395. Rocchus de Curte de iurepat. verbo, honorificum. quæst. 16.* & fuit dictum in *Aret. Cappellaniæ. 1. Iunij 1584. corã*

Buba-

4 *Bubalo*. & ratio est, ne beneficia ecclesiastica indignis conferantur. *cap. nihil.de æt.& qualit.* vnde Episcopus
5 instituendo dignum omisso digniore peccat mortaliter. *S.Tho.2.2.quæst. 36.art.2.& quæst.185.art.3.& quodlib.6.art.9.& quodl.8.art.6.Caietan. 2. 2.quæst.62. art.2. S. Antonin.Archiep. Florent. in summa.par.1.tit.1. c. 20. §.1. & alij citati à Riccio vbi sup. Rebuff. in praxi benef.sub tit. requisita ad bonam collat. num. 62. Soto de Iust.& iur.lib.3.quæst.6.art.2. Couarr.in reg.peccatum.par.2.§.7.nu.4. de reg.iur.lib.6.* Garc. *de benefic.p.9. c.4.n.32.Zecchius de benefic. & pens. c.12.num.36.* Leon.*Lessius de iust. & iur.lib.2.c.34.dubitat.*8. quamuis nō
6 teneatur ad restitutionem, præterquam si beneficiū deberetur digniori ex aliquo statuto, lege, vel reperto digniori in concursu, tunc enim si minus digno conferat, peccat, & tenetur ad restitutionem, vt fuisse decisum testatur Gratian. *in decis. Rota Marchia. decis.* 97.Nauarr.*in manual.c.17.nu.*74.
7 Item dignior prætermissus, potest appellare, vt per Azor. *d. quæst.* 14. Dec.*cons.*129.Garc.*vbi sup.* Barbosa *d.alleg.*72.*nu.*201. *Gratian. vbi sup. vide Fuscum de visit.lib.2.c.10.nu.*5. & Alex. *Raudensem* præceptorem meum clarissimum *decis.* 35. & 36. & fuit dictum in *Barchinonen. Parochialis.29.Nouemb.1613.coram Buratto*, quæ in calce operis est decisio 101.
8 Dignior autem habendus est ille, non qui doctior, aut sanctior est, sed ille, qui iuxta munus, & rem,cui est præficiendus est aptior. vide *Garc. vbi sup.p.7.c.16. & Riccium vbi sup. in fine*. si tamen dignus omisso di-
9 gniore fuisset institutus, valeret institutio non appellante digniori. ita Garc.*d.c.4.nu.32.in fine.Lambert.d. quæst.* 5. *art.* 2. & si dignus sit pauper, & dignior sit diues, pauper est instituendus. *Host. in c. tuam. col.*3. *de æt.& qualit.* & fuit dictum in *Salamantina* Capellaniæ *del voto*. 3.*Iunij*.1583.*coram* Vicecomite. & in *Pampilonen.beneficij.de Huarte*.19.*Decēb.* 1597. *coram* Litta. si vero ecclesia
10 esset debitis onerata, diues est instituendus. R*occb. d. verbo, honorificū. quæst.*15.*col.*2. *in fine*. *Lambertin. d. quæst.*5.*art.*13. & Barbosa *d. allegat.* 72. *in fine*.
11 Item tamquam dignior præfertur, & est instituendus ille, qui est de linea, seu sanguine fundatoris stante idoneitate. R*occb.de Curt.ibidem. quæst.*18. & Lambert. *vbi sup. art.*4. facit in simili text. in *c. bona. il 2.circa finem. vbi* Abb.*de postulat. prælat. ex textus in c. nullus inuitus. dist.61.glos.in c.neminem. in verbo, ciuitatis. dist.* 70.faciunt notata per *glos. &* Doct. *in c. si proponente. de rescriptis*. & fuit resolutum in R*omana Capellaniæ.*15. *Ian.* & 15. *Martij.* 1594. *coram Cotta*. maximè si in fundatione ita cautum fuerit, vt fuit resolutum in causa P*ampilonen. Capellaniæ*. 4. *Martij*.1622. *coram D.* Remboldo. quæ decisio ponitur post hac praxim 45. item præferri debet
12 tamquam dignior diœcesanus etiāsi exterus præsentatus sit magis idoneus.R*occb.vbi sup. Put.dec.*254.*p.*1. *c. nullus. dist.*61. Mar. *Antonin.var. resolut. lib.*1.*resol.*104. *num.*2. ciuis
13 enim debet præferri extero. *Cæs. de Grass. dec.*1. *num.* 22. *de iurepatr.* &
14 beneficia oriundis potius quam extraneis sunt conferenda. & fuit dictū in d. *Salamantina Capellaniæ*. 3. I*unij*.1583.*coram Vicecomite*.& in d. *Pampilonen.beneficij*.19.Decēb.1597. *coram* Litta. *Flam.Paris.de resign.benefic.lib.4.quæst.7.Azor.vbi sup.p.*2. *lib.*6. *c.*4.*quæst.*25. Gonzal. *in comment. ad Regulam* 8. *Cancell glos.* 9.
15 *§.1. num.* 37. ita, si sit præsentatus extraneus magis idoneus, & alter de familia fundatoris idoneus, iste de familia debet institui. ita si ex lege fundationis debetur consanguineo proximiori id est seruandum. vt fuit dictum in d. P*ampilonen. Capellaniæ*.

4.*Mar-*

4. *Martij.* 1622. *coram* R. P. D. *Rembolde*. *Lambertin. d. quæst.* 5. *art.* 6. ita

16 etiam præfertur compatronus à medietate compatronorũ præsentatus, excluso alio compræsentato ab altera medietate, quia ille est compatronus, & de genere fundatoris, nisi is, qui non est compatronus obtineat derogationem pro alia medietate à Summo Pontifice. *Lambert. vbi sup. art.* 7. *Barbosa vbi sup. num.* 204. &

17 si beneficia sint patrimonialia, quæ ex Apostolica concessione, vel alijs statutis conferenda sint natis, incolis, vel originarijs alicuius patriæ, ciuitatis, vel oppidi, tunc enim debent prouideri habentes qualitates prædictas, non autem forenses. *Cassad. dec.* 8. *num.* 1. *de preb.* *Couarru. pract. quæst. c.* 36. *num.* 3. *Gonzal. vbi sup. glo.* 9. §. 1. *num.* 3. *& seqq.* & hæc beneficia patrimonialia habent magnã fraternitatem, & similitudinem cum beneficijs iurispatronat. laicorum. *Gonzal. ibidem. num.* 31. & de his fit mentio à *Conc. Trid. sess.* 24. *de refor. c.* 18. ibi etiam in ecclesijs patrimonialib. *Garc. vbi sup. p.* 7. *c.* 9. *&* 15. notes insuper quòd si in fundatione sit dictum, quod præsententur certi de tali familia si extent, & eueniente vacatione fuit præsentatus extraneus omisso eo de d. familia tunc talis omissus potest se opponere, & beneficium debet obtinere. vt fuit resolutum in *Gerunden. beneficij* 2. *Decemb.* 1605. *coram Illustriss. D. Card. Sacrato*, quæ in calce operis est decisio 57.

18 Similiter est præferendus in institutione is, qui fuerat intitulatus in ecclesia, & ad illius titulum ordinatus secundum textum in *c. postulasti. de iurepat.* tamquam existens de illa ecclesia. *Rocch. de Cur. vbi sup. verb. cõpetens alicui. quæst.* 27. *& Lambert. vbi sup. art.* 8. ita data paritate præ-

19 sentatorum nobilis præfertur ignobili in institutione. *c. dudum. il* 1. *vbi Abb. nu.* 2. *de elect. Lambert. vbi sup.*

20 *art.* 9. sed in hoc consideres textum in *c. venerabilis. de preb.* vbi habetur, quòd non generis, sed virtutum nobilitas, vitaq. honestas gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem, nec apud ipsum est personarum acceptio.

21 Similiter eadem data paritate debet præferri potens impotenti, vt melius ecclesia conseruetur. *glos. in c. constitutis. in verbo, impotentiam*. & ibi *Abb. de appellat.* nisi talis potens esset prauus. *Lambert. ubi sup. art.* 10.

22 Item data eadem paritate doctior præfertur, doctus præfertur indocto, Doctor non doctori, quia literatura multum habetur in consideratione. *c. de multa. in fine.* & ibi *Abb. de preb. Felin. in c. cum adeo. col. ult. de rescript. d. c. dudum. il* 1. *iuncta ibi quarto notab. Abbatis. de elect. & Innoc. in cap. cum iam dudum. ante finem. de preb.*

23 dixit viros literatos ob literaturam vtiles esse ecclesiæ vniuersali, & ideo extollendos esse ad præbendas, canonicatus, & dignitates. & *c. cum ex eo. de elect. lib.* 6. etenim tales literati sunt tamquam stellæ, & firmamentum lucentissimum in ecclesia Dei. *c. super specula. de magist.* & supradicta procedunt, nisi aliter ecclesiæ necessitas suaderet. vide *Lambert. ubi sup. art.* 11. Insuper data

24 eadem paritate Canonista præfertur Theologo, si sit in loco, vbi magna causarum ventilatio versetur, si autem sit in loco, vbi pullulant hæreses, præfertur Theologus. ita *Card. Host. in c.* 1. quem alij sequuntur, de consanguinitate & affinitate. argumento textus in *c. in causis. in fine. de elect. & in d. c. super specula.* & de hoc *Lambert. art.* 12. *vbi sup.*

25 Similiter data eadem paritate senex præfertur iuueni. *Rocch. de Curt. vbi sup. in verbo, in ecclesia. quæst.* 4. *in fine. & in ver. honorificum. quæst.* 15. *col.* 2. *Mar. Antonin. d. resolut.* 104. *num.* 2. *Rota dec.* 122. *p.* 1. *diuers.*

26 Et constitutus in dignitate præfertur alij non habenti dignitatem.

Lam-

Digitized by Google

Lambert. vbi sup. art. 13. ita etiam si concurrant æqualiter præsentati, vnus, qui semper fuit bonus, & alter,
27 qui fuit prauus, sed postea pœnitentiam egit, & factus est bonus, debet in institutione præferri qui semper fuit bonus. *c. nos consuetudinem. dist.* 12. *Rocch. de Curt. vbi sup. verbo, onerosum. quæst.* 3. *ante finem*. quòd procedit in beneficijs habentibus iurisdictionem, nam in beneficijs habentibus iurisdictionem præferendus est ille, qui ex prauo factus est bonus, & ratio est, quia est magis vtile populo talem habere, vt sciat eis compati, eorumq. misereri. ita debet intelligi *glo. in c. fidelior. dist.* 50. & facit quod dicunt Doct. aliqui in proœmio clementin. vide *Lambertinum vbi sup. art.* 14. ita etiam data paritate supradicta in præsentatione, de-
28 bet præferri in institutione legitimus legitimè natus illegitimo legitimato, vt declarat *Lambert. art.* 15. *vbi sup.*
29 Item præferendus est qui non indiget dispensatione alij indigenti dispensatione. *Cardin. Seraph. dec.* 767. *num.* 2. *par.* 1. & qualitates prædictas ponderauit *Rota in. Tuden. parochialis*. 18. *Aprilis*. 1603. *coram Cardin. Sacrato*. vbi firmauit in beneficijs
30 curatis magis idoneum esse eligendum ex *Concil. Trident. sess.* 24. *c.* 18. *de reformat. & ex constit. Pij V.* quæ incipit, *in conferendis*. & quis sit idoneus, vel magis idoneus, relinquitur Episcopi arbitrio, quatenus ille rectè iudicauerit. *Abb. in c. cum autem nu.* 6. *de iurepat. Marescott. variar. resolut. p.* 1. *c.* 52. *nu.* 24. & 25. *Massobrius in praxi hab. conc. ad vac. paroch. eccles. requisito* 5. *dubio* 21. *num.* 30.
31 Et de concurrentibus in Data habetur regula Cancellariæ 16. huius tenoris, videlicet, item voluit, quòd de concurrentibus in data eiusdem diei super vacantibus, seu certo modo vacaturis beneficijs, illi, quibus gratiæ motu proprio conceduntur, cæteris, simili modo gratias non habentibus alias graduati non graduatis, aut inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, necnon colorato titulo possessores non possessoribus, ac inter personas aliàs in Curia præsentes absentibus ab ea, ac inter præsentes, non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentes, cæteris paribus, oriundus non oriundo, & diœcesanus nō diœcesano, in reliquis vero singuli, qui prius Apostolicas desuper literas eorum executoribus præsentauerint alijs, in ipsorum, de quibus agi contigerit, beneficiorum assecutione præferantur. quam regulam vide apud *Quarantam in summa Bullarij, in verbo, Regula Cancellariæ Apostolicæ*.
32 Insuper est notandum, quòd qualitates præsentantium non arctant habentem instituere circa gratificationem faciendam, sed informant eius conscientiam, vt potius gratificet præsentato ab habentibus iudicium rationis, & in simili paritate
33 præferēdus est ille in institutione, qui præsentatus fuit à patronis, qui plus contulerunt, quamuis enim voces sint in numero æquali, tamen voces eorum, qui plus contulerunt, pinguiores sunt. *Lambert. vbi sup. art.* 16. & 17. Verum si ratione collegij
34 plures præsentent, attendendæ sunt qualitates nobilitatis, doctrinæ, & potentiæ præsentantium, eorumq. sanior pars. *Rocch. de Curt. vbi sup. in verbo, honorificum, quæst.* 59. *col. ult.* & *Lambert. vbi sup. art.* 18. si autem
35 æqualiter præsentatio facta sit à masculo, & à fœmina; data paritate Episcopus habet optionem vt instituat quem vult, ita etiam Episcopus habet optionem, si patroni sint decem,
36 & quatuor præsentent scienter indignum, tres alij dignum, alij tres aliū dignum, tunc enim excluso indigno Episcopus habet optionē inter præsentatos à tribus, vt ex eis instituat quem vult. *Lambert. vbi sup. art.* 19. & 20.

& 20. & Barbosam d. allegat. 72. nu. 200. & seqq. & in suis collectaneis super c. significasti. nu. 2. de iurepatr. & duobus præsentatis si vnus sit approbatus ab examinatoribus, alter autem reprobatus, præfertur approbatus, nec inspicitur an habeat plura, vel pauciora vota. vt in Legionen. Parochialis. 30. Martij. & 9. Aprilis. 1590. coram Comitulo. & in Pampilonen. Parochialis. 23. Ianuar. 1591. coram Bubalo.

37 Accedit prædictis, quòd si pupillus habeat iuspatr. & habeat tutorē, & tutor Perrum, pupillus Franciscū præsentet, quis debeat institui dubium est. ideo cum Lambert. vbi sup. lib. 2. par. 3. quæst. 6. art. 1. & Cardin. Mantica decis. 140. constituas hos casus,

38 Primus est. si pupillus maior septennio præsentauit, iste præsentatus est instituendus, quamuis postea eius tutor magis idoneū præsentauerit.

39 Secundus est. si pupillus prius præsentauit sed indignū. potest tutor supplere, & durante tempore dato ad præsentandum, alium præsentare, nisi prius pupillus variando alium dignum præsentasset.

40 Tertius est. si tutor pupillo sciēte, & non contradicente prius præsentauit, & postea pupillus aliū præsentauit, in tali concursu est instituendus magis idoneus, & si sint æqualiter idonei, habens instituere optabit & instituet quem vult.

41 Quartus est casus. tutor si ignorante pupillo prius præsentauit, & postea pupillus sciens vacationem contradicat, & alium debito tempore præsentet, talis à pupillo præsentatus debet institui, quia pupillus est patronus, qui præsentare debet. ita

42 dicendum in viro, & vxore, quando iuspat. competit vxori non ex causa dotis, sed ex alia causa, si vero ius-

43 parr. transit ad vxorem cum vniuersitate data in dotem, tunc est locus præuentioni inter virum, & vxorem, & qui prius præsentat, obtinet. Lambertin. vbi sup. art. 3. num. 7. & vide Rocchum de Curt. vbi sup. verbo, ipse, vel is à quo. quæst. 28.

44 Et curator iacentis hæreditatis, in qua sit iuspat. adueniente vacatione rectè præsentat. Riccius in decis. Curiæ Archiep. Neapolit. par. 1. decis. 11. Barbosa vbi sup. d. p. 3. alleg. 71. nu. 6.

45 ita etiam curator datus ventri prægnanti ex l. vbicunque. ff. de ventre in possess. mittendo. & curatore eius. ibi vt in omnibus partibus edicti pro superstite habeatur is, qui in vtero est. iuncta l. 1. ff. eod. circa princ. vers. totiens. ibi. & id, quod in vtero erit, inter suos hæredes futurum erit.

Et nota, quòd semper quando ambæ præsentationes tenent, data paritate præsentatorum, habens instituere potest optare, & quem velit instituere. Lambert. vbi prox. art. 4. in fine. verum si duo sint procura-

46 tores separatim constituti à patrono, cum clausula, quòd melior sit conditio occupantis, prius præsentans obtinet, & ita in praxi seruatur, & in facto habui, in quo quidam patronus separatim duos procuratores cōstituerat, quorum vnus audita beneficij vacatione præsentauit, & obtinuit, & vt præcluderet viam alteri procuratori, variauit, & cumulando alium præsentauit. vide Lambertin. vbi sup. art. 5.

47 Accedit, quòd stante æqualitate præsentatorum ius gratificandi absente Episcopo, competit eius Vicario, qui omnia potest, quæ potest Episcopus argum. text. in c. 2. & in c. ult. de off. uic. lib. 6. & ibi Doct. Bertacchinus in tract. de Episcopo. lib. 4. par. 6. tit. de Vic. Episcopi. nu. 6. Sbrozzius de off. Vic. par. 2. quæst. 48. nu. 7. & ita fuit resolutum in Rota in vna Calaguritana beneficij de Hano. 17. Octobris. 1580. coram Clemente Papa VIII. quam refert Riccius in d. praxi rer. for. ecclef. decis. 218. nu. 310.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium patronatum non potest dari in commendam.*
2 *Inferior non potest beneficium dare in commendam.*
3 *Papa beneficia perpetuò commendat.*
4 *Commenda ad sex menses à lege permittitur.*
5 *Commenda in parochialibus non constituitur, sed Vicarius cum cōgrua.*
6 *Commendæ fiunt ad utilitatem commendatarij.*
7 *Ordinarij beneficia non curata possunt commendare, donec prouideantur.*
8 *Sed hodie in beneficijs vacantibus œconomum constituunt.*
9 *Habens instituere intra legitima tempora præsentatum instituere debet.*
10 *Et aliquando instituit sine patronorum præsentatione.*
11 *Præsentatus si ob scandalum institui nequit, ordinarius alij beneficium confert, & in alijs casibus.*
12 *Episcopus motu proprio potest patronum egenum instituere.*
13 *Deuolutio quando fiat ad habentem instituere.*
14 *Beneficium deuolutum debet conferri seruata natura fundationis.*
15 *Iurepatr. extincto beneficium liberè confertur ab Ordinario.*
16 *Data vacatione in mense non reseruato.*

CAPVT DECIMVM.

Beneficium iurispatronatus numquid concedi possit in commēdam, & habens instituere an possit sine patronorum præsentatione instituere.

1 Beneficium iurispatronatus nō potest dari in commendam perpetuam, ab habēte instituere absque consensu patroni. *Io. Andr. & alij. in cap. nemo. de elect. lib. 6.* quia inferior Episcopo nō
2 potest ecclesiam, seu beneficium cōmendare. *Geminian. in d. cap. nemo. num. 14. & Felin. in c. auditis. nu. 22. de præscript. Garc. de benefic. p. 4. c. 4. à num. 7.* vbi alios allegat. & concludit beneficium posse ad tempus commendari à quolibet Ordinario, qui
3 habeat iurisdictionem quasi Episcopalem. verum solus Papa potest perpetuò commendare beneficia secundum *Sarnen. in reg. de triēnali. quæst. 5. ex d. cap. nemo.* ex quo *Coras. de benefic. par. 1. c. 6. num. 4.* ait, quòd cō-
4 mendare ad tempus sex mensium tantum lex permittit. & *Aeneas de Falconib. de reseruat. quæst. 3. nu. 11. & Zecchius de benefic. & pens. cap. 7.*
5 *num. 2.* & in ecclesiis parochialibus non potest constitui commenda etiā ad tempus, cum in eis debeat deputari vicarius ad formam *Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 18.* & ideo hodie
6 cum commendæ fiant ad vtilitatem commendatarii cum facultate disponendi de fructibus sicut verus beneficiatus, à Papa solo fiunt, & si fint de iurepatr. ei potest derogari. Or-
7 dinarii autem pro ecclesiæ vtilitate ad tempus beneficia non curata possunt alii commendare ad summum donec prouideantur. ad *Mandos. reg. 32. quæst. 7. num. 4.* sed hodie nō
8 est in vsu, quòd Ordinarii commendent beneficia, sed tantum dum vacant (exceptis parochialibus) constituunt aliquem clericum œconomum, qui fructus exigat pro futuro rectore, & satisfaciat oneribus d. beneficii.

9 Insuper est notandum, quòd regulariter habens instituere tenetur, instituere præsentatum à patrono intra legitimum tempus, si idoneus fuerit, vt supra dictum est in capit. præcedentib. attamen aliquando po-
10 test instituere absque aliqua patronorum præsentatione in pluribus casibus relatis à *Lambertino de iurepat. lib. 2. par. 3. quæst. 7. art. 2. 3. & seqq.*
11 Primus est casus, quando præsentatus

tatus non potest institui ob scandalum, tunc enim Superior confert alteri beneficium ad scandalum vitandum.

Secundus est. quando patroni scienter præsentant indignum.

Tertius est, quando patroni infra tempus eis concessum non præsentauerunt.

Quartus est. si lis inter præsentatos non sit terminata intra tempus datum ad præsentandum, nisi obstet consuetudo vniuersalis.

Quintus. quando adest paritas inter præsentatos, tunc enim superior instituit vnum ex præsentatis, quem ipse voluerit.

12 Sextus est casus. quando Episcopus motuproprio absque præsentatione patronum egenum instituit, immo tunc beneficium confert absque præsentatione vt per *Abb. in c. per nostras. vbi Doct. de iurepat.*

13 Sciendum est insuper, quòd in casu deuolutionis, deuolutio fit ad Episcopum, vel alium habentem instituere. *Abb. in c. cum vos. post princ. de off. ord. Rocch. de Curte de iurepatr. in verbo, bonorificum. quæst. 33. & Lambert. vbi sup. art. 11.* & in materia deuolutionis vide *Rotam decis. 186. par. 2. in recentiorib. Card. Manticam dec. 260. & Card. Seraph. dec. 1173. 1270. 1309. & 1363.*

14 Talis autem, ad quem fit deuolutio, debet beneficium conferre secundum naturam appositam in fundatione. *Felin. in c. cum accessissent. col. 7. de constit. Rocch. de Cur. vbi sup. quæst. 3. col. 2. & Lambert. vbi sup. art. 13.* eadem ratione, extincto iurepat., quia nullus adsit hæres patroni, ius conferendi tale beneficiũ remanet penes habentem instituere, Episcopum, vel alium Prælatum inferiorem. *Abb. in c. 1. nu. 10. de elect. & Lambert. vbi sup. art. 12.* quòd ius conferendi illis competit, si vacatio beneficij contingat in mense non reseruato secundum dispositionem Regulæ octauæ Cancell. Apost. quã latissimè, & doctissimè declarat *Gonzalez in suo comment. ad d. regulam. & Garc. de benefic. par. 5. c. 1. nu. 438. & seqq. & Barbosa de off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 57. nu. 132. & seqq.*



LIBER DECIMVS TERTIVS CONTINET MATERIAM ACTVALIS INSTITVTIONIS, EIVSQVE FORMAM.

SVMMARIVM.

1 *Institutio, & inuestitura quid sint.*
2 *Institutio auctorizabilis, quæ sit.*
3 *Institutio clerici præsentati quomodo fiat.*
4 *Inuestitura quomodo fiat.*
5 *Institutio non requirit scripturam.*
6 *Institutio de stylo scribitur à notario coram testibus.*
7 *Præsentatus præsens instituitur, & absens mediante eius procuratore.*
8 *Institutus antequam beneficium acceptet, non potest dicere illud esse suum.*

CAPVT PRIMVM.

Institutio quibus verbis fiat, & an requirat scripturam, & absens numquid per procuratorem institui possit.

1 INSTITVTIO dicitur quasi intus statio, & institutio, & inuestitura pro eodem sumuntur, quamuis inuestitura propriè dicatur actualitas institutionis; seu inductio in corporalem possessionem, quæ inuestitura iure communi ad Archidiaconum spectat. *c. ad hæc. & c. vt nostrum. de off. Archid. not. gloss. in cap. auctoritate. de institut.* & meminit *Tiraquell. in tract. le mort. saisit. in præfat. declar. 1. nu. 5.* alium etiam notant Docto-
2 res instituendi modum à prædicta tituli collatione distinctum, quem vocant auctorizabilem, per quem, inquiunt, canonicè institutis in beneficio dari curam animarum in populum, de quo intelligunt loqui *tex. in cap. cum satis. de off. Archid. & in c. 1. de appell. monac. lib. 6. Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. par. 3. allegat. 72. num. 173.*
3 Institutio autem de clerico præsentato à patrono ad beneficium vacãs fit solo verbo, quando instituens dicit, instituo Iacintum clericum hic præsentem, & præsentatum à Petro Orlandio patrono, in Rectorem beneficij, seu Altaris S. Nicolai siti in Ecclesia S. Petri cõmunis Malauentris, seu Milliarini diœcesis Pisanæ, & si instituens dicat etiam, & de dicto beneficio eundem Iacintum inuestio per anuli, vel per birreti
4 impositionem, huiusmodi dicitur inuestitura, & sic fiunt simul institutio, & inuestitura, neque certa verborum requiritur forma. *Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 3. quæst. 11. artic. 1.* & in Capitulo Pisano habetur certa forma tradendi institutionem beneficiorum existentium ad dicti Capituli institutionem. Quamuis autem in institutione non sit necessaria scri-
5 ptura, tamen bene est eam adhibere,

& in

Digitized by Google

& in praxi de communi stylo institutio semper fit in scriptis cum interuentu, & rogitu notarij, & in præ-
6 sentia duorum testium, & ita semper institutio probari potest, gratia autem Apostolica non probatur, nisi per literas Apostolicas, vide *Lamber. art. 3. vbi sup.*
7 Institui autem potest clericus præsentatus præsens, & absens mediante eius procuratore habente ad hoc speciale mandatum. *c. accedens de præb.* & institutus tali casu non potest dicere beneficium suum esse, antequã
8 illud acceptet. *cap. si tibi absenti. de præben. lib. 6.* vbi notat *Geminian.* & eo casu etiam laicus potest esse procurator. *Abb. in d. c. accedens. nu. 6.* dummodo factum sit examen requisitum ad institutionem obtinẽdam. nunquid autem præsentatio, & institutio cum clausula omni meliori modo non constito de iurepatr. possit sustineri alia via, puta deuolutionis vide in *causa Ianuen. Iurispatr.* 17. *Martij* 1603. *coram* Litta. vbi negatiuè fuit resolutum, ex quo Vicarius non poterat conferre, licèt posset instituere, vt notatur in *c. vlt. de off. vic. lib. 6.* ideo cum institutio non potuerit sustineri vti facta non constito de iurepat. nec etiam potuit sustineri ex iure deuoluto, quia Vicarius non habebat facultatem conferendi.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij non transfertur per institutionem.*
2 *Plenum ius transfertur in institutum per institutionem.*
3 *Institutus post institutionem capit possessionem beneficij.*
4 *Institutus an possit administrare ante captam possessionem.*
5 *Possessio beneficij quomodo capiatur.*
6 *Praxis Pisanæ diœc. in capienda beneficiorum possessione.*
7 *Institutio clandestina est inualida.*
8 *Per possessionem beneficij captam, bonorum etiam beneficij possessio capta est.*
9 *Ius in re quibus modis acquiratur.*
10 *Ius in re acquiritur per collationem acceptatam.*
11 *Ius in re acquiritur per institutionem.*
12 *Ius in re acquiritur per electionis confirmationem.*
13 *Ius in re acquiritur per postulationis admissionem.*
14 *Habens ius in re an possit propria authoritate capere possessionem beneficij.*
15 *Ius in re acquiritur per signaturam, & in forma gratiosa.*
16 *Beneficium vacat per obitum habentis signatam, & registratam supplicationem.*
17 *Cancellaria, & Camera sunt organum Papæ.*
18 *Gratia ex signatura est perfecta, sed informis.*
19 *Secus si dictum sit, quod sola signatura sufficiat.*
20 *Pensio exigi nequit literis non expeditis.*

CAPVT SECVNDVM.

Per institutionem quid transferatur in institutum.

1 PER institutionem non transfertur in institutum corporalis possessio beneficij. *Abb. in c. cum Bertoldus. n. 3 de re iud. glos. in c. per tuas, in verbo,*
2 *in possessione. de donat.* est tamen verum, quod per institutionem plenum ius beneficij transfertur in institutũ, & beneficiatum etiam absque apprehensione corporali. *Rocch. de Curte, de iurepatr. in verbo ius. quæst.* 5. sed
3 in praxi vbique vsus est inueteratus vt habita institutione institutus personaliter accedat, seu eius procurator ad id habens speciale mãdatum, ad beneficium, Ecclesiam, seu capellam, & de manu alicuius clerici cor-

poralem possessionem apprehendat, & ita solet apponi in literis institutionum. vide *Lamber. de iurepat. lib. 2 par. 3. quæst. 11. art. 6.* & numquid
4 possit institutus ante dictæ possessionis apprehensionem administrare, seu ante installationem, hoc in casu seruanda est loci consuetudo.

5 Actus autem, qui fieri solent in apprehensione talis corporalis possessionis sunt, vt institutus sedeat in sede rectoris, tangat Altare, pulset campanas, & ianuam aperiat, & clau dat, vel similia faciat. vide *Lamber.*
6 *vbi sup. art. 7. & 8.* & Pisis in praxi seruatur, vt institutus accedens ad ecclesiam faciat prædicta præsentibus saltem duobus testibus, & aliquando præsente notario, & clericus qui immisit institutum in corporalē possessionem, dicit orationem Sancti, sub cuius titulo, ecclesia, seu Altare decoratur, & postea scriptam facit attestationē talis datæ, & apprehensæ possessionis, nominando in ea testes, qui præsentes fuerunt, vel de ea fit à notario publicum instrumentum, & si fiat institutio clandestinè
7 itaut probari nequeat, inualida est. *Lamber. vbi sup. art. 13.* qua corporali beneficij possessione apprehensa
8 censetur per consequens apprehensa possessio omnium bonorum, & iuriū dicti beneficij. *Greg. XV. decis. 54. num. 2. & dec. 364. num. 1. & ibi annotat. num. 6.* quod procedit respectu iurium vacantium. *Rota decis. 171. num. 2. dec. 199. dec. 322. num. 3. & dec. 658. num. 2. par. 1. in recent.*

9 Prædictorum occasione videamus de modis, quibus acquiritur ius in re, &

10 Primò acquiritur ius in re, & beneficio per collationem acceptatam etiam ante adeptam possessionem *c. si tibi absenti. de præb. lib. 6. c. vlt. in fin. de conc. præb. lib. 6. Dinus in c. beneficium. num. 11. & 12. de reg. iur. lib. 6.* Rebuffus *in praxi benef. in reg. de non toll. iure quæs. glos. 6. num. 38. Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 16. num. 2. Gonzal. in comment. ad reg. 8. cancell. glos. 15. §. 1. num. 15. & 33. Carasius de benefic. par. 4. c. 1. num. 14. Simonetta de reseruatione quæst. 55. & 56. & ibi Granut. Mādos. ad reg. cancell. quæst. 5. Couarr. variar. resolut. c. 16. num. 3. & 5. Garcia de benefic. par. 4. cap. 2. num. 1. Molina, de iust. & iure. tomo 1. tract. 2. disput. 2. vers. dixi superius, & disput. 3. in fine.*

11 Secundo acquiritur ius in re per præsentati institutionem.

12 Tertio acquiritur ius in re per electionis confirmationem.

13 Quarto acquiritur ius in re per postulationis admissionem, de quibus vide *Abb. in c. quod autem de iurepat. Staphil. de lit. grat. tit. de modis prouisionis. num. 5.* Rocchus *de Curte vbi sup. d. quæst. 5. num. 9. Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 3. quæst. 11. artic. 2.*
14 *Garc. d. c. 2. num. 3.* an autem habens ius in re possit propria auctoritate capere possessionem beneficij, dubium est. & *Garc. d. cap. 2. num. 4. & seqq.* concludit cum affirmatiua, & quam esse communem testatur *Rebuff. in praxi, tit. de mission. in possess. num. 5. & de pacif. possess. art. 290. & 294. Put. decis. 402. lib. 1. Paris. vbi sup. lib. 10 quæst. 60. num. 30.*

Sed praxis, & communis vsus est in contrarium, scilicet, quòd semper possessio beneficij capitur per beneficiatum de manu alterius, & semper in literis executorialibus mandatur omnibus clericis, & tabellionibus, vt prouisum in corporalem beneficij possessionem inducant seruatis seruandis.

15 Quinto per signaturam Sanctissimi D.N. Papæ supplicationis, & gratiæ factæ de aliquo beneficio, & registratæ, & in forma gratiosa, acquiritur ius in re, non autem in forma dignum, & ideo per obitum talis ha-
16 bentis signatam, & registratam supplicationem vacat beneficium, & nō vt prius. *Cassad. dec. vlt. num. 9. de rest. spoliat. Mandos. reg. 27 quæst. 13. num. 4.*

17 *num.4. Garc.d.c.2.num.10.seqq. vbi num.18.* dicit Cancellariam, & Cameram, quæ sunt organum Papæ, quibus standum est *Cassador. decis.2. num.7. de vnion.* semper tenere beneficium non per obitum vacare, seu resignationem habentis supplicationem signatam etiam in forma gratiosa, sed vt prius *Paris. vbi sup. lib.3. quæst.6. num.33.* & est notandum,
18 quod quamuis gratia sit perfecta ex sola signatura. *Cassador. decis.4. n.2. de caus. poss. & propr. & dec. vlt. de rest. spoliat.* est tamen informis, & literæ sunt expediendæ, & secundum eas est iudicandum secundum regulam Cancellariæ 26. de non iudicando secundum formam supplicat. sed lit. expedit. secus esset, si in supplicatione, & signatura diceretur, quod
19 sola signatura sufficiat, vt olim fiebat in signatura pensionum, sed hodie solet apponi clausula in supplicatione pensionum, vigore literarum desuper expediendarum, nec alias persoluenda, & ideo pensio non potest
20 exigi literis non expeditis, & si soluatur literis non expeditis, committitur simonia, & confidentia. *Paris. de confidentia. quæst.43. Garc. d.c.2. num. 45.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fit expensis electi.*
2 *Præsentatus quando teneatur ad expensas, & ad quas.*
3 *Lis quando agitur inter patronos fit expensis patronorum.*
4 *Præsentatus tenetur expendere pro præsentatione.*
5 *Episcopus, seu alius habens instituere nil potest exigere à præsentatis.*
6 *Nisi ex antiqua consuetudine.*
7 *Et quæ pœna sit imposita in contrafacientes.*

CAPVT TERTIVM.

Institutio, seu electio quorum expensis fiant.

1 ELECTIO tota fit expensis electi. *cap. vt præterita. vbi gl.*
2 *& Doct. de elect.* sed secus est in præsentato, qui tenetur tantum ad expensas, quando agitur de meritis, vel demeritis ipsius
3 præsentati, & quando lis agitur inter patronos super iurepatronatus, vel super quasi possessione iuris præsentandi, licet in consequentiam veniat præsentati victoria, expensæ tamen fiunt per ipsos patronos habito aliquali respectu ad expẽsas, quas præsentatus facere tenetur pro ipsa præ-
4 sentatione, & pro assequenda institutione, & pro solita discussione, quæ ex officio fit ab habente instituere, sicuti fieri solet, quando præsentatio fieret in concordia, de quibus vide *Lambert. de iurepatr. lib.2. par.3. quæst.11. art.14.* sed hodie pauperes clerici præsentati omne onus expensarũ sentiunt, quia patroni saluum cupiunt habere iuspat. sine aliqua impensa.
5 Insuper est notandum, Episcopũ, eius Vicarium, seu alium inferiorem nihil posse exigere à præsentatis, electis, confirmatis, seu institutis, vel possessionem ingressuris. *Conc. Trid. sess.24. de reform. c.14.* nisi ex anti-
6 qua consuetudine hæc in pios vsus solita sint conuerti. & adest constitutio Pij V. quæ incipit, durum nimis, & Episcopus recipiens est su-
7 spensus à pontificalibus, & Capitulum exigens subiacet interdicto. hæc tamen video non seruari ad vnguẽ. vide *Riccium in praxi rerum fori ecclesiastici decis.237.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

CAPVT QVARTVM.

Ponitur forma literarum continentium institutionem prouisionem, & collationem.

1 FORMA literarum Ordinarij continẽtium institutionẽ factam ponitur à *Lambertino de iurepatr. lib. 2. par. 3. quæst. 11. art. 15. & vlt.* forma autem
2 prouisionis factæ ab ordinario de beneficio libero ponitur, & declaratur à Rebuffo *in sua praxi beneficiaria fol. mihi 32. in vers. forma collationis, & prouisionis ordinariorum.*
3 Hic autem ponitur forma institutionis, quę de stylo in praxi seruatur à Capitulo Pisano. videlicet.

In Dei Nomine amen.

Nos Raphael Roncionius Archipresbyter,

Gabriel Rau Archidiaconus, &

Vincentius Mazzolius Decanus (& deinde ponuntur nomina omniũ Dominorum Canonicorum præsentium) & Canonici Sanctæ Primatialis Ecclesiæ Pisanæ, coadunati in Ecclesia Sancti Rochi, loco solito, & cõsueto nostri Capituli, de mandato admodum Reuerendi Domini Archipresbyteri prædicti per clericos Nicosiæ citati vna die pro altera, & pro hac hora, vt moris est, facientes, & repræsentates sic coadunati totum Capitulum dictæ Ecclesiæ pro tribunali sedentes in dicto loco. Visa in primis à nobis præsentatione facta ab Illustri viro Domino Iulio de Gualandis Patricio Pisano patrono pro medietate, & ab Illustri viro Domino Flaminio de Vpezzinghis Patricio Pisano patrono pro altera medietate, & ita patronis in totum iurispatronatus, & iuris præsentandi rectorem ad Altare, seu Capellaniã Cathedræ sancti Petri sitam in dicta nostra Ecclesia Pisana, vacantem per obitum Venerabilis presbyteri Bartholomæi de Spina Nobilis Pisani vltimi, & immediati Rectoris eiusdem, de persona venerabilis Alexandri de Gaccis clerici, & ciuis Pisani ad regimen, & rectoriam dictæ Capellaniæ, seu Altaris Cathedræ S. Petri modo suprascripto vacantis, visaque dicti Alexandri præsentatione præfata coram nobis facta per dictos Dominos Iulium, & Flaminium, & visa acceptatione dicti Alexandri vt supra præsentati, & instantia de prædictorum admissione, confirmatione, & eiusdem Alexandri institutione, & prout hæc omnia in actis nostri Capituli adnotata sunt, visaque de præmissis admissione per nos facta, & commissione edicti in forma, dictique edicti emanatione, & affixione ad valuas dictæ nostræ Ecclesiæ Pisanæ, & contentis in eis, & quod nullus in termino edicti, neque postea comparuit ad aliquid dicendum, vel opponendum contra prædicta, & visa contumacia omnium citatorum, & in edicto cõprehensorum accusata, constitoque nobis ad dictos Dominos Iulium, & Flaminium spectare, & pertinere dictum iuspatronatus, & dictum ius præsentandi, eosdemque esse in quasi pos-

si possessione pacifica prædicti iuris, prout per plures datas existentes in Archiuio nostri Capituli, & coram nobis exibitas constat, ex quibus remanet probatum dictum ius secundum formam traditam à Concilio Tridentino *de ref. c. 9. sess. 25.*

Visisque videndis, & consideratis considerandis, formaque iuris, sacrorum canonum, styli, & consuetudinis nostri Capituli, omnibusque inuentis ritè concurrere, & demum visa attestatione idoneitatis dicti Alexādri emanata in forma authentica ab admodum Reuerendo Domino Lactantio Gatano Canonico Pisano, & Vicario Generali Illustrissimi, & Reuerendissimi in Christo Patris, & Domini, Domini Sallustij Taurusij Archiepiscopi Pisani, Insularum Corsicæ, & Sardiniæ Primatis, & in eis Sedis Apostolicæ legati nati.

Iesu Christi Saluatoris Nostri, eiusque Gloriosissimæ Matris semper Virginis Mariæ, ac Sancti Petri Apostolorum Principis, cuius glorioso nomine dictum Altare, seu Capellania decoratur, nominibus inuocatis, supràscriptam præsentationem per dictos patronos Dominos Iuliū, & Flaminium factam de persona dicti Alexandri ad rectoriam, regimen & curam dicti Altaris, seu Capellaniæ confirmamus, & approbamus, & emologamus, ipsumque Alexandrū in rectorem, & capellanum dicti Altaris, seu Capellaniæ Cathedræ S. Petri, iuriumque, & pertinentium eiusdem cum omni plenitudine iuris Canonici, instituimus, & ordinamus, curam, regimen, & administrationē spiritualium, & bonorum temporalium omnium eiusdem ipsi Alexandro plenariè, & integrè committendo, de quibus omnibus, & singulis eundem Alexandrum coram nobis genuflexum existentem, & humiliter petentem per birreti capiti suo impositionem, idem multum Reuerendus D. Archipresbyter de præsentia, & consensu omnium nostrum inuestiuit, qui Alexander ad delationem dicti Domini Archipresbyteri iurauit manutactis scripturis in forma, quod erit fidelis, & obediens Capitulo nostro, nobis, & successoribus nostris; iura, bona, & honores dicti Altaris, seu Capellaniæ defendet, manutenebit, & augebit pro posse, & de eis nihil vendet, aut alienabit sine nostra expressa licentia, & prout de iure. Inuentarium quoque de bonis dicti Altaris, seu Capellaniæ conficiet, illudque infra duos menses producet, & relaxabit in manibus Cancellarij nostri Capituli, & de obseruandis statutis, & consuetudinibus dictæ nostræ Pisanæ Ecclesiæ. Quo circa committimus, & mandamus cuicunque presbytero nostræ Ecclesiæ, quatenus ad dictum Altare, seu Capellaniā accedat, ipsūq. Alexandrum, vel procuratorem suū eius nomine, seruatis seruandis, in realem, actualem, corporalem, ac pacificam possessionem eiusdem Altaris, seu Capellaniç, & annexorum ponat, immittat, & inducat, ac inductum manuteneat, & defendat, amoto exinde, quolibet illicito detentore, ac faciat dicto Alexandro, vel procuratori suo de dicti Altaris, seu Capellaniæ, ac annexorum præfatorum fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè responderi, ac omnia, & singula, & alia dicat, & faciat in similibus possessionibus tradendis necessaria solita, fierique consueta. Mandantes, &c. In quorum fidem, &c. Acta fuerunt hæc omnia Pisis in loco solito Capituli dictorum Dominorum Canonicorum, videlicet, in Ecclesia S. Rocchi coram, & præsentibus ibidem Venerabilibus Presbyteris, Gherardo Capparellio magistro scholarum dictæ Ecclesiæ Pisanæ, & Gulielmo de Battaglinis d. Ecclesiæ Capellano, & magistro cœremoniarum, ciuibus pisanis testib. Dominicæ Incarnationis ann. 1610. indi-

indictione 4. stylo pisano. die vero 19. Mensis Martij Sanctissimo D.N. Paulo V. Summo Pontifice. & Serenissimo Cosmo Secundo Magno Duce Hetruriæ Quarto Dominante.

Locus † sigilli.

Cæsar I.V.D. Cancellarius dicti Capituli de mandato subscripsit.

4 Ponitur nunc forma collationis, & prouisionis ordinatiorum de beneficio libero, quam ponit & declarat *Rebuf. vbi sup. in forma collationis, & prouisionum Ordinariorum.*

Sallustius Taurusinus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Pisanus insularum Corsicæ, & Sardiniæ Primas, & in eis legatus natus.

Dilecto nobis in Christo Andreæ Bellauito Pisano Presbytero ac Theologo, & in Pisano Gymnasio publico professori salutem in Domino. Quia de literarum scientia, vitæ, ac morum honestate, alijsque virtutum meritis, quibus illarum largitor personam tuam insigniuit, fuimus fama, ac dignorum testium attestatione informati, quæ nos ad tibi gratiã faciendam excitant, & inducunt.

Itaque volentes te iuxta tuæ personæ merita fauore prosequi gratioso canonicatum, & prębendam sub litera O, vacantes de hoc mense Septembri in nostra Metropolitana, & Primatiali Ecclesia Pisana per obitum admodum Reuerendi D. Augustini Cintij Canonici d. canonicat. & præbendæ, dum viueret vltimi, & immediati, tibi, quem ad regimen, & gubernationem canonic. & prębend. præfat. sufficientem, & idoneum tàm præuio examine, quàm ex publica fama esse reperimus, eos cum omnibus iuribus, & pertinentijs vniuersis conferimus, & prouidemus, ac de eisdẽ te coram nobis constitutum, acceptantem, & genuflexum per bireti capiti tuo impositionem inuestimus, ac in corporalem possessionem eorundem canonicat. & præbendę præsentiũ tenore cũ iuribus, & pertinentijs supradictis inducimus, recepto prius abs te in talibus præstari solito iuramento, & iure nostro saluo. Quo circa vobis vniuersis, & singulis tàm nostrę Ecclesiæ Capituli, quàm alijs personis ecclesiasticis, notarijs, & tabellionibus publicis per Ciuitatem, & Diœcesim nostras cõstitutis auctoritate prædicta, tenore pręsentium committimus, & mandamus, quatenus vos, aut alter vestrũ, qui super hoc fuerit requisitus, ad dictam Ecclesiam accedatis, seu alter vestrum accedat, ac prædictum Andream, vel procuratorem suum eius nomine, & pro eo in corporalem possessionem canonicatus, & præbendæ præfat. iuriumque, & pertinentium prędictorum inducatis vice nostra, ac illum in fratrem recipi faciatis, ipsique stallum in choro, & locum & vocem in Capitulo assignetis, & in ductum defendatis, amoto ab eis quolibet illicito detentore. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præsentes literas collationem, & prouisionem nostras in se continentes fieri, & per cãcellarium nostrum infrascriptũ subscribi, & publicari fecimus, ac mandauimus, nostrique sigilli magni iussimus appensione communiri.

Datum Pisis anno 1610. die 25. Septembris, pręsentibus Reuerendis Hieronimo de Vecchiano, & Fabritio Geminiano dictæ Ecclesiæ Capellanis testibus ad pręmissa vocatis, & adhibitis. Sanctissimi D. N. Pauli Diuina prouidentia Papæ Quinti Pontificatus anno sexto, & Serenissimo Cosmo II. Magno Duce Hetruriæ Quarto Dom.

Ioannes Botteghesius Cancellarius de mandato subscripsit.

5 Et quia aliquando prouisiones beneficiorum iurispatronatus obtinentur à Summo Pontifice, ideo nũc ponitur tenor talis prouisionis.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei Dilecto Filio Vicario Vener. Fratris Nostri Archiepiscopi Pisani in spiritualibus Generali salutem,

tem, & Apostolicam benedictionē.

Dignum arbitramur, & congruū, vt illis se reddat sedes Apostolica gratiosam, quibus ad id propria virtutum merita suffragantur. Cum itaque sicut accepimus perpetua sine cura Capellania ad altare, seu sub inuocatione S. Io. Baptistæ sita in ecclesia Pisana, quæ de iurepatr. laicorum ex fundatione, vel dotatione existit, & quam Cosmus de Viuianis clericus Pis. perpetuus beneficiatus in d. ecclesia dum viueret, obtinebat, per obitum eiusdē Cosmi, qui extra Rom. Cur. de mense Martij proximè præterito diem clausit extremum, vacauerit, & vacet ad præsens. Nos volentes dilectum filium Antonium de Spina clericum Pisanum, qui vt asserit, in quatuor minoribus ordinibus cōstitutus existit, & à medietate dilectorum filiorum modernorum ipsius capellaniæ patronorum laicorum existentium in pacifica possessione, seu quasi iuris præsentandi personam idoneam ad Capellaniam huiusmodi, dum pro tempore vacat, intra legitimum tempus præsentatus fuit, apud Nos de vitæ, ac morum honestate, alijsq. probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu fauore prosequi gratioso, ipsumq Antonium à quibusuis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, necnō iuripatronatus huiusmodi quoad alteram medietatem patronorum huiusmodi hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogantes, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus verificato prius corā te, quòd dictum iuspat. laicorum ex fundatione, vel dotatione existat, vt præfertur, si per diligentem examinationem dictum Antonium ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, Capellaniam prædictam, cuius & illi forsan annexorum fructus, redditus, & prouentus 24. duc. au. de cam. secundum communē extimationem val. an. vt dictus Antonius etiam asserit, non excedunt, siue vt præfertur, siue aliàs quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Cosmi, vel cuiusuis alterius extra dictam Curiam, & coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut assecutionem alterius beneficij ecclesiastici quauis auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacauerit, quòd eius collatio iuxta Lateranen. statuta Concilij ad sedem prædictam legitimè deuoluta, ipsaq. Capellania dispositioni Apostolicæ specialiter reseruata existat, & super ea inter aliquos lis, cuius statū præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tēpore datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter ius quæsitum, cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus & pertinentijs suis eidem Antonio intra 30. dies postquam præsentes literæ tibi præsentatæ fuerint, auctoritate nostra conferas, & assignes, inducens per te, vel alium, seu alios ipsum Antonium, vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem capellaniæ, & annexorum, iuriumq., & pertinentiarum præfatorum, & defendens inductum, amoto exinde quomodolibet illicito detentore, ac faciens Antonium præfatum, vel pro eo procuratorem præfatum ad capellaniam huiusmodi, vt est moris admitti, sibiq. de illius, & annexorum eorundem fructibus, redditibus, prouētibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non

obstañ

obstan fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis constitutionibus, ac dictæ ecclesiæ iuramento, cæterisq. contrarijs quibuscumque, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ sedis, aut legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum, quibus omnibus eundem Antonium in assecutione dictæ capellaniæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro Archiepiscopo, & dilectis filijs Capitulo Pisan., vel quibusuis alijs communiter, aut diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd ad receptionem, vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excõmunicari non possint, quodque de huiusmodi, vel alijs beneficijs ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim, vel separatim spectantibus nulli valeat prouideri per literas apostolicas non facientes plenam, & de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionẽ, & qualibet, &c. effectus earum impedire valeat, vel differre, seu si dictus Antonius præsens non fuerit ad præstandum d. ecclesiæ solitum iuramentum. nos enim si d. Antonius ad hoc repertus fuerit idoneus, vt præfertur ex nunc perinde irritum decernimus, & inane, si secus à quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac si à die datæ præsentium eidem Antonio ad id reperto idoneo de d. capellania cum interpositione decreti huiusmodi mãdauissemus prouideri. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorẽ non. Maij D. I. A. 1625. Pont. nostri an. 2. *sequitur executorialis.*

6 Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Vicario Ven. F. N. Episcopi Lucani in spiritualib. Gen. sal. & apost. bened. Hodie per nos accepto, quòd perpetua capellania sub inuocatione S. Io. Baptistæ in ecclesia Pisana, quæ de iurepatr. laicorum ex fundatione, vel dotatione existit per obitũ quondam Cosmi de Viuianis olim clerici in d. ecclesia capellani ext. Rom. Cur. de mens. Martij prox. præterito defuncti vacauerat, & vacabat, tunc nos dilecto filio Vicario Ven. fratris nostri Archiepiscopi Pis. in spiritualibus gen. per alias nostras literas dedimus in mandatis, quatenus, verificato prius coram eo, quòd iuspat. laicorum huiusmodi, ex fundatione, vel dotatione existebat, si per diligentem examinationem dilectum filium Antonium de Spina clericum Pisanum ad id idoneum esse reperiret, capellaniã prædictam vt præfertur vacantem, etiamsi alias quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacaret cum illi forsan annexorum, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem Antonio intra 30. dies postquam dictæ literæ illi præsentatæ forent, auctoritate nostra conferret, & assignaret, prout in dictis literis plenius continetur. Quocirca discretioni tuæ mandamus, vt si dictus Vicarius capellaniam huiusmodi d. Antonio infra eosdem 30. dies nõ contulerit, & assignauerit, tu illis elapsis, & verificato prius coram eodem Vicario, quòd iuspatronatus laicorum huiusmodi ex fundatione, & dotatione existit, vt præfertur, postquam per similem examinationem quamprimum faciendam dictum Antoniũ ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, capellaniam præfatam cum annexis iuribus, & pertinentijs præfatis eidem Antonio conferre, & de illa prouidere dicta auctoritate procures, inducens per te, vel alium, seu vt in principali &c. non obstantibus omni-

omnibus, quæ in dictis literis voluimus non obstare, seu vt præfertur existenti Archiepiscopo, & dilectis filijs Capitulo Pisan. vel quibusuis alijs cõmuniter, aut diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum vt supra.

7 Nunc sequitur executio, quæ cõcedi solet ab executore Apostolico in literis nominato, prout infra.

Alexander Ambrosinus Forosempronien. clericus I.V.D. & Illustriss. & Reuerendiss. D. Alexandri Vidiccionij Episcopi Lucensis Vicarius, & Locumtenens generalis, & in hac parte executor Apostolicus specialiter deputatus. Dilecto filio Antonio de Spina clerico Pisano salutem in Domino.

Visis literis Apostolicis cum plũbo à te coram Nobis exibitis, & visa verificatione facta coram Admodũ Reuerendo D. Vicario Pisarum primo executore iuxta formam Sacrosancti Concilij Tridentini, & vocatis vocandis, qua constat iuspatronatus, de quo agitur esse ex fundatione, & dotatione Nobilis familiæ Pisanæ de Tignosis, visaq. præsentatione de te facta intra legitima tempora à medietate patronorum in quasi possessione iurispræsentandi existentium, & derogatione alterius medietatis in prædictis literis contẽta, & constito nobis de tui idoneitate præuio examine coram nobis facto, & quòd elapsi fuerunt triginta dies à die præsentationis literarum Apostolicarum factæ admodum Reuerendo D. Vicario Pisarum primo executori præfato verificatisq. corã nobis verificandis, & demum visis videndis, & consideratis considerandis.

IESV Christi, eiusq. Gloriosissimæ Matris semper Virginis Mariæ, ac S. Ioannis Baptistæ nominibus inuocatis, Capellaniam ad altare S. Io. Baptistæ sit. in ecclesia Pisana vacãtem, & prout in præfatis literis continetur, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis Tibi præsenti, & acceptanti auctoritate Apostolica tenore præsentium conferimus, & prouidemus, ac de eàdem te coram nobis constitutum, & genuflexum per bireti capiti tuo impositionem inuestimus, & in corporalem possessionem præfatæ Capellaniæ tenore præsentium cum iuribus, & pertinentijs supradictis inducimus, recepto prius à te in talibus præstari solito iuramento. Quocirca Vobis omnibus, & singulis tàm per Ciuitatem, & Diœcesim Lucensem, quàm Pisanam personis ecclesiasticis, notarijs, & tabellionibus existentibus auctoritate prædicta tenore prẹsentium committimus, & mandamus, quatenus vos, aut alter vestrum, qui super hoc fuerit requisitus ad dictam ecclesiam Pisanam accedat, & prædictum Antonium, vel procuratorem suum eius nomine, & pro eo in corporalem possessionem dictæ Capellaniæ, iuriumque, & pertinentium prædictorum inducat vice nostra, & defendat inductum, amoto ab ea quolibet illicito detentore. In quorum omnium & cæt. prẹsentes literas collationem, & executionem nostras continentes fieri, & per Cancellarium infrascriptum subscribi, & publicari fecimus, & mandauimus, nostriq. sigilli iussimus appensione muniri. Datum Lucæ in Episcopali Palatio Dom. Incarnat. anno 1625. die 1. Iulij. præsentibus ibidem Reuerendis Dominis Roberto Niccolino, & Sebastiano Paulino Ciuib. & Clericis Lucen. testibus adhibitis & vocatis. Pontificatus Sanctiss. D. N. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno secundo.

Locus † sigilli.

N. Cancell. Cur. Episc. Luc. de mandato subscripsit.

aliquando etiam ipſemet executor Apoſtolicus perſonaliter ſe confert cum notario ad vacantem eccleſiā, & coram teſtibus dictum prouiſum, vel procuratorem ſuum in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionē inducit,& notarius requiſitus publicum de prædictis conficit inſtrumentum prout dicunt *Rebuff. in d. praxi tit. de mitt. in poſſ. num.* 14. qui ponit plures caſus. *& Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 10. *quaſt.* 6. *nu.* 48.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſiones beneficiorum iurispat. fiūt coram Ordinarijs, & per literas* Apoſtolicas.
2 *Litera* Apoſtolica *interdum expediuntur in forma dignum.*
3 *Aliquando uero in forma gratioſa.*
4 *Expeditio quomodo fiat per Camerā.*
5 *Executores literarum in forma dignum.*
6 Literæ *Apoſtolicæ ſuper beneficio iurispatr. ſemper habent clauſulam, verificato prius, quod iuſpat. &c.*
7 Executor *quando poſſit procedere.*
8 *Et coram eo debent exiberi litera originales.*
9 *Epiſcopus non poteſt exequi literas directas ſuo Vicario.*
10 *Vicarius non poteſt exequi literas directas ſuo Epiſcopo.*
11 *Vicarius poteſt exequi literas directas* Vicario *anteceſſori ſuo.*
12 *Et quando id procedat.*
13 *Vicarius* Capituli *non poteſt exequi literas directas vicario* Epiſcopi.
14 Executor *ſecundus quando poſſit procedere ſi primus executor intra* 30. *dies beneficium non contulit.*
15 *Et prius habet conſtare de negligentia primi executoris.*
16 *Executor primus quando etiam poſt* 30. *dies poſſit literas exequi.*
17 *Executor ſecundus, quando, & quomodo procedat ad executionem.*
18 *Executor literarum in forma dignum poteſt alteri vices ſuas ſubdelegare.*
19 Executores *literarum Apoſtolicarum ſunt meri executores, & fiunt aliquando mixti.*
20 *Præſertim ſi adſit clauſula, vocatis vocandis.*
21 *Ab executore mixto datur appellatio ſuſpenſiua.*
22 Clauſula, *contradictores &c. habet locum contra contradictores de facto.*
23 Executor *neminem citare tenetur ſi poſſeſſio beneficij ſit vacans.*
24 Legitimus *contradictor quis ſit.*
25 Executoris *iuriſdictio quandiu duret.*
26 *Executor literarum in forma gratioſa quid facere debeat.*
27 *Et ſi alius poſſideat citari debet.*
28 Verificanda *ſunt ea, quorum falſitas vitiat gratiam, etiam parte non opponente.*
29 *Valor quomodo probari debeat.*
30 Impetrans *ætatem probare tenetur.*
31 Aetas *quomodo probetur.*
32 Gratia *ſi neutri, quomodo intelligatur.*
33 Narratiua *gratiæ eſt probanda.*
34 *Et aliquando in ea ſufficit ſemiplena probatio.*
35 Executores *literarum in forma dignū debent ſe informare de omnibus narratis.*
36 *Conſtare debet de prouidendi idoneitate.*
37 Idoneus *quis ſit, & dicatur.*
38 Idoneitas *verificatur præuio examine.*
39 *Qualitates aliæ verificantur per teſtes, & probationes alias.*
40 *Verificatio ſuper idoneitate non poteſt omitti.*
41 *Et ſi idoneitas eſt notoria, exprimenda eſt in literis.*
42 *Examen in collatione parochialium non poteſt omitti.*
43 Narratiua *gratiæ quando, & quomodo ſit verificanda.*
44 *Clauſula, quod reſignans aliunde habet vnde viuere poſſit, quomodo verificatur.*
45 *Qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.*
46 Si *reſignans ſit mortuus, nil debet verificari circa d. clauſulam.*

Nar-

CAPVT QVINTVM.

De Executione, & Executore literarum Apostolicarum.

1 QVONIAM beneficiorum etiam iurispatronatus prouisiones expediuntur nedum coram Ordinarijs locorum, sed sæpissimè per literas Apostolicas, vt dixi cap. præcedente, ideo non erit extra propositã materiam de executione, & executore præfatarum literarum Apostolicarum hic aliqua adnotare.

2 Expediuntur ergo literæ Apostolicæ super beneficiorum prouisionibus in forma dignum directæ Ordinario loci, vbi situm est beneficium, pro earundẽ executione, vel in forma gratiosa directæ ipsi prouiso, &
3 pro executione directæ alteri, & ideo executores, alij dãtur pro executione literarum in forma gratiosa idest, quando collatio fit à Papa clerico examinato, & idoneo reperto, & dictæ literæ habent cordas sericas rubei, croceiq. coloris, & in ea eliguntur executores in ecclesiastica dignitate constituti, seu Canonici ecclesiarum Cathedralium, &
4 si expeditio fit per Cameram, ponũtur simul, gratiosa, & executoria, aliàs per Cancellariam extra Cameram, datur executorialis in alia bulla separata cum corda canapi, & plumbo. *Hier. Paul. in pra. canc. in not. sup. ben. reser.*

5 Alij executores dantur pro executione literarum in forma dignum, quando collatio non fit à Papa, sed committitur facienda Ordinario loci præuio examine, & in altera bulla parua, quæ dicitur executorialis cõmittitur vni ex Episcopis vicinioribus, seu eorum Vicarijs, vt si intra triginta dies postquam literæ Ordinario executori fuerint præsentatæ, ab eodem non fuerit facta executio, ille secundus executor conferat &c. *Garc. de benef. par. 6. c. 7. n. 1. & seqq.*
6 & si beneficium sit iurispatronatus in literis quomodocunque expeditis apponitur hæc clausula, verificato prius coram Ordinario loci, quòd iuspat. sit ex fundatione, & dotatione; nisi coram Illustriss. D. Datario id esset iustificatum, quia tunc omitteretur dicta clausula. & literæ Apostolicæ ob earum reuerentiã habent executionem paratam. *c. si capitulo. & ibi glo. verb. exequatur. & c. seq. de conc. præb. lib. 6. Abb. in c. constitutus. n. 9. de appell. & Menoch. de adipisc. remed. 6. nu. 35. Sarnen. in tract. breuium, nu. 4.* nisi adsit legitimus contradictor. vt ait *Cæsar Argelus in tract. de legitimo contradictore, quæst. 15. art. 1. num. 1.* & fuit dictum in *Abulen. pensionis. 15. Decemb. 1610.* *corã D. Pirouano,* & in *Hispalen. præeminentiarum. 24. Ianuar. 1614. corã Card. Sacrato, Card. Seraphin. decis. 1484. num. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glo. 9. in adnotat. nu. 220. & seqq. Dec. cons. 220.* & fuit dictum in *Nicien. Parochialis. 24. Maij. 1624. coram R. P. D. Vbaldo.* quæ in calce operis est dec. 46.
7 Executor autem non potest procedere antequam sibi literæ præsententur. *cap. super eo. 2. de appellat. Mandos. reg. 27. Cancell. quæst. 17.*
8 & requiritur præsentatio literarum originalium & authenticarum. *Abb. in c. cum in iure peritus. nu. 6. vbi Felin.*

*lin.nu.*8.*& 9. de off.deleg.* & fuit resolutum per Rotam *in vna Tridentin. beneficij del* Rosal. 11. Decemb. 1594.
9 *coram Penia*. nec potest Episcopus exequi literas directas vicario suo. *Card.in clem. & si principalis.quæst. 9.vbi Bonifat. nu.13.de rescripti. Rebuff. in praxi beneficiar. in forma Vicarij.num.161. Sbrozzius de Vicario Episcopi . lib. 2. quæst. 136. & lib.3. quæst.51. Marc. Anton.Genuens. in praxi Archiep.Neapol.c.83.num.11.*
10 nec è conuerso potest Vicarius Episcopi exequi literas directas Episcopo suo. *Dec.in c.quia. n.78. & seqq. de off.deleg.Rebuff.vbi sup.* nisi vices suas Vicario subdelegauerit. *Rota dec.2.de off.deleg.& dec.9.de off.vic. in antiquis.Rebuff. vbi sup. num. 199.*
11 *& seqq.* potest tamē Vicarius exequi literas directas Vicario antecessori suo. *Abb.in c.quoniam Abbas. nu.10. & 11. de off. deleg.* non solum quan-
12 do constat ex coniecturis Papam habuisse rationem Tribunalis, sed etiā in dubio. *Flam.Paris. de resig benefic. lib.1.quæst.11. à nu.17. Marc.Anton. Genuens. vbi sup. c.82.nu.2. Sbrozz. vbi sup. lib.2.quæst.67. Thom.Zanch. de matrim.lib.8.disput.27. nu.10. & 31.Put.dec.487.lib.1.* non tamen po-
13 test Vicarius Capituli sede vacante exequi literas directas Vicario Episcopi. *Sbrozz.vbi sup. lib.1.quæst.16. Genuens. d.c.82. num.12.* ita tenuit *Rota in vna Ilerden. Pensionis, seu vnionis.4.Maij.1588. coram Card. Seraphino*. quæ est impressa *dec.816.*
14 Sed dubium est, si Ordinarius primus executor intra dies triginta non confert beneficium, quia impetrans non est idoneus, vel quia literæ sunt subreptitiæ, & narratiua non fuit verificata, & ita executor prefatus pronunciando declarat, se dictas literas executioni non demandasse ex causis supradictis, an eo casu possit recurri ad secundum executorem, & clarum est, non dari talem recursum, quia executori secundo data est iurisdictio conditionalis, idest, si primus executor fuerit in mora, & intra 30. dies à die præsentationis literarum non fuerit eas executus ad ea, quæ habētur in *d.c.si capitulo. de cōc.præb. lib.6. vbi Ancharan.num.21.* de qua negligentia debet constare priusquā
15 secundus executor procedat, nam si pars sentiat se grabatam debet appellare à sententia dicti primi executoris ad Papam. ita fuit resolutum in vna *Bergomen. parochialis. 25.Februar.1575.coram D.Oriolen.* attamē
16 primus executor post lapsum 30. dierum re integra, idest si nihil egerit, seu declarauerit, potest moram purgare, & exequi præfatas literas. *Archid.in d.c.si capitulo. & ibi Frāc. num.3. Cassador.dec.8.de præb. Praxis Arch. Leonis.par.2.c.16.num.72. Mar.Antonin.var.resolut.lib.1.resol. 112. casu 13.* & potest executor se-
17 cundus procedere ad executionem, & sufficit, quòd ex actis transmissis factis coram primo executore, constet de præsentatione literarum, & de requisitione facta per partem, & quòd nulla executio appareat ex prædictis.
18 Item executor literarum Apostolicarum in forma dignum potest alteri vices suas subdelegare etiam in totum, si non sit expressum nomen personæ. *c. is cui. de off.deleg. lib.6. Staphil. de formis mandatorum de prouidendo.vers.decimo. Zanchez vbi sup.lib.8.disput.27.nu.43. Rota decis. 18.de conc.præb. in nouis.*
19 Isti autem executores sunt meri executores, verum si adsit contradictor legitimus, seu intrusus, fiunt mixti executores, & tenentur assumere partes iudicis, & iudicialiter procedere cum causæ cognitione, & diffinitiuè sententiare. ad notata per Doct. communiter in *c. vlt. de præsumpt. vbi Abb.num.11. & Felin.nu. 16.Paris.vbi sup. lib.11.quæst.10.nu. 15.* præsertim si adsit clausula voca-
20 tis vocandis. *Felin. in c.exibita.nu.4. de iudic. Marchesan. de commission. p.2.c.3.nu.21.* & secundum eos tunc à dicta

à dicta sententia datur appellatio suspensiua, cum ab executore mixto rectè appelletur. *glos. in c. pastoralis. §. quia vero. versic. sed à mixto. de off. deleg. Staphil. in noua forma mandati de prouidendo. nu. 3.* & ita fuit resolutum in vna *Fauentina Parochialis*. 1592. *coram Card. Pamphilio.* quia
22 clausula, contradictores appellatione postposita compescendo, solum habet locum contra contradicentes de facto, non contradicentes de iure, idest per viam iuris. *glos. in c. pro illorum. verbo, contradictores. vbi Abb. num. 9. de praeb. Rebuff. ubi sup. in forma nouae prouisionis, uerbo, contradictores. Sallustius Tiberius in practica Auditoris Camerae. lib. 3. cap. 6. nu. 3. & 50. Emanuel Rodriq. quaest. regular. tomo 1. quaest. 8. art. 12. Hier. Gonzal. in comment. ad reg. 8. Cancell. post glo. 9. & §. 1. in annot. contra nullit. & attent. in caus. benefic. n. 242.*
23 si tamen possessio beneficij sit vacās, non tenetur executor aliquem citare, neque assumere partes iudicis, & ideo ab eo non potest appellari, etiā stante clausula vocatis vocandis, nisi compareat legitimus contradictor. *Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 18. Couarru. pract. quaest. c. 16. num. 1.*
24 & quis sit legitimus contradictor dixi supra lib. 11. cap. 4. & nunc dicas quòd praesentatus ante institutionem dicitur legitimus contradictor ad impediendam executionem gratiae in forma dignum, in qua sit clausula, dummodo alteri non sit ius quaesitum. *Rot. decis. 17. de praeb. in nou.* & fuit dictum in *Tirasonen. eleemosynariae. 20. Ian. 1602. coram Card. Lancellotto.* & in *Bergomen. beneficij. 24. Nouemb. 1614. coram Vbaldo.* & in *Calaguritana beneficij. 17. Iunij. 1602. coram Litta.* dummodo acceptauerit praesentationem, & sit praesentatus ab omnibus patronis, seu maiori parte, quia si sit praesentatus à medietate non potest impedire praesentatum ab alia medietate habente derogationem medietatis. vt fuit dictum in *Meliten. pensionis. 13. Nouemb. 1595.* & in *Mediolanen. Capellaniae. 22. Martij. 1602. coram Corduba.*
25 Et quae executoris iurisdictio durat vsquequo prouisus pacificè possideat, quo pacificè possidente executoris iurisdictio expirat. *Staphil. de lit. grat. tit. de vi, & effectu clausul. §. significatio clausulae, inducentes. num. 3.* ne praeiudicetur potestati, & iurisdictioni ordinariae. & facit pro hoc *text. in c. in literis. ff. de off. deleg.* & de talibus executoribus vide *Marium Antonin. vbi sup. var. resol. lib. 1. resol. 29. 39. 50. 55. 58. 72. 105.*

Nunc videamus quid sit verificandum coram praedictis executoribus. &
26 Primo coram executoribus literarum in forma gratiosa nulla est facienda probatio, quia isti debent tantum prouisum inducere in possessionem, & ad capiendam possessionē nulla requiritur probatio. *Paris. vbi sup. lib. 10. quaest. 3. nu. 53.* qui de communi opin. & de stylo testatur.
27 nisi alius esset in possessione beneficij; nam talis possessor esset citādus, & tunc executor debet assumere partes iudicis, & tunc impetrans tenetur verificare narrata praesertim parte opponente, nam subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur. *c. 2. de rescriptis. Paris. vbi sup. num. 1. & 50. Zecchius de ben. & pens. c. 9. num. 3. & c. 13. nu. 4. Verall. decis. 39. par. 2. Caesar de Grass. dec. 48. 56. & 66.* & parte non opponente
28 sunt ea verificanda, quorum falsitas vitiat gratiam, vt clericatum expressum, vel dispensationem. *Caes. de Grass. dec. 47. Verall. dec. 310. num. 5. par. 1. Rota dec. 531. par. 1. diuers. Sall. Tiber. in d. pract. aud. cam. lib. 3. c. 1. num. 8. & 9.* & debet probari valor
29 distinctè, & separatè, vt fuit dictum in *Oppiden. pensionis. 3. Iunij. 1585. coram Card. Pamphilio.* item impe-
30 trans probare tenetur aetatem. *Put. decis. 187. & 202. lib. 1. & dec. 377.*

lib. 3. *Verall.dec.* 128.*vsque ad* 35.*p.1.*
*Paris.vbi sup.num.*36.*&* 37. & quo-
31 modo probetur ætas. vide *Bart. in*
*l.de ætate.quæst.*2.*ff de minorib.Man*
*dos.reg.*18.*quæst.*4. *Mascard.de pro-*
*bat.concl.*666. *&* 668.
32 Et circa gratiam si neutri, de qua
Rebuff. vbi sup.tit.de rescripto,si neu-
tri. & Mandos.de signatura gratiæ,
*tit. si neutri. & reg.*27. *quæst.*18. *&*
*reg.*33.*quæst.*10. in qua, licet sit con-
ditionalis dupliciter, idest, quòd be-
neficium vacet, & quòd neutri ius
competat, impetrãs verificare debet
vtramque conditionem. *Cotta dec.*
283. *ita Rota in Mediolanen.Præposi-*
turæ. 28.*Iunij.* 1589. *coram Cardin.*
33 *Platto*. & narratiua super qua prin-
cipaliter fundatur gratia, est plenè
probanda; vt narratiua reseruatio-
34 nis, deuolutionis, & similium. in
narratiua autem, quæ non est prin-
cipale fundamentum gratiæ, licèt sit
causa impulsiua, sufficit semiplena
probatio. ita *Aegid. decis.*113. 114.
& 611. *Put. decis.* 10. *& decis.*266.
lib. 3.
35 Secundo coram executoribus li-
terarum in forma dignum, tàm pri-
mis, quàm secundis datis in casu ne-
gligentiæ, & coram eis fit informatio
omnium narratorum. *Paris.vbi sup.*
*lib.*8.*quæst.*7.*in fine*. & quia de ido-
36 neitate constare debet ex clausula
illa, si idoneum esse repereris &c.
37 ideo idoneus in hoc proposito est le-
gitimis natalibus ortus, ordine, æta-
te, bonis moribus, & sufficienti præ-
ditus scientia. *Pet.Greg.Tolos.de bene-*
*fic.c.*35.*nu.*1.*Conc.Trident.sess.*24.*de*
*ref.c.*18.*vers.peracto. & sess.* 7. *de ref.*
*cap.*1.*Rebuff.vbi sup. tit. requisita ad*
*collat.ben.à nu.*16.*Paris.vbi sup.lib.*4.
*quæst.*1.*nu.*5.*Gonzal.vbi sup.glo.*4. *à*
num. 108. & circa literaturam ido-
38 neitas verificatur per examen, quo-
39 ad alias qualitates, per testes, seu
alias legitimas probationes. *Ma-*
*scard.vbi sup.concl.*877.*nu.*8. *Paris.*
*vbi sup. lib.*8. *quæst.*7. *ad finem. &*
*lib.*10.*quæst.*3.*Gonzal.d.glo.*4.*n.*170.

40 quæ verificatio super idoneitate nũ-
quam potest omitti etiamsi executor
sciat impetrantem esse idoneum,
aliàs prouisio esset nulla ob defectũ
non impletæ conditionis positæ in
literis. *Card. in clem.* 1. *num.* 11. *de*
*conc.preb.Oldrad.cons.*41. & si èst no-
41 toria idoneitas, debet executor id
exprimere in collatione, vel relatio-
ne. *Zanch.de matrim. lib.* 3.*disputat.*
33.*nu.*16. *&* 24. in collatione tamẽ
42 parochialium nunquam potest omit-
ti examen, quòd fit saltem coram
tribus examinatoribus synodalibus.
Fuscus de visitat.lib 2.*c.*5.*n.*5. *Paris.*
*vbi sup. lib.*8.*quæst.*9.*nu.*83.*Gonzal.*
*d.glo.*4.*à nu.*89. & de narratiua gra-
43 tiæ, quando sit verificanda, & quo-
modo iustificetur eleganter tradit
Hercules Marescott.variar.resolut.
*lib.*2.*cap.*1.
44 Et circa illam clausulam, quòd
resignans aliunde habeat, vnde vi-
uere possit, dicendum est eam veri-
ficari debere tempore executionis
dictæ gratiæ, quia illa verba, si tibi
45 constiterit, sunt futuri temporis, &
qualitas adiuncta verbo debet intel-
ligi iuxta tempus verbi. *l.in delictis.*
§. 1. *ff. de noxalib. Abb. in c. cum in*
*cunctis.§.inferiora. num.*10. *de elect.*
ubi Dec. num. 22. & si tempore exe-
46 cutionis resignans esset mortuus, ni-
hil debet verificari, cum mortuus nõ
ægeat alimentis. *Garc.de benef.par.*2.
*c.*5. *à nu.*200. *&* 207. quamuis alij
47 dicant narrata debere esse vera tem-
pore impetrationis, non tempore
executionis. *Io. Gutierez quæst. can.*
*lib.*2.*c.*15. *nu.*131. *&* 133. *Zanchez*
*ubi sup.lib.*8.*disput.*30.*nu.*4. *&* 5. *ex*
doctrina Abb. in c. quia circa. de con-
sang. & affinit. id tamen non obstat,
quia Abb. non loquitur in nostris
terminis, sed quando committitur
dispensatio cum clausula, quòd se
informet super narratis, vt quando
narratur secuta copula, quæ consul-
to postea secuta fuit. & sim. & arti-
48 culi qui fiunt super dispensationibus
matrimonialibus debent ad vnguem
veri-

verificari ad fraudes tollendas. & de his latè *Garc. ubi sup. par.6.c.2.§.1. & §.2.*

49 Et notandum est, quòd quamuis subreptio ipso iure gratiam vitiet. prout de communi testatur *Felin. in c. ad audientiam. il 2. num. 22. de*

50 *rescript.* tamen de subreptione post 40. annos non potest opponi à tempore datæ numerandos. *Felin.in cap. eam te. de rescript.* nec etiam intra

51 40. annos potest opponi de subreptione, si in literis sit clausula, quòd de subreptione. &c. & clausula sublata. &c. *Put.decis 377.lib.3.* secus

52 si dictæ clausulæ non essent simul iunctæ. *Put.decis.213.lib.2. Marescot. ubi sup. lib.2. c.99.* & de clausula, verificato prius coram Ordinario loci, quòd iuspatr. sit ex fundatione, vel dotatione. dicam infra. in cap. de clausulis.

53 Sunt etiam alij executores extraordinarij, vt executores breuium, seu literarum in forma breuis de capiẽda possessione qui dantur, vel nomine Cameræ Apostolicæ, vel ad fauorem literarum sub plumbo per prouisum Apostolicum expeditarum, vt per *Gonzal. ubi sup. in §.7. procem. num. 208. & glos.9. in annotat. num.246. & Garciam ubi sup.p.6.c.3. in princ.*

54 & possessio capta nomine Cameræ est ad fauorem, & commodum prouisi, cui postea est consignanda, seu cedenda. *Gonzal.glos.35.num.113. & seqq. Garr. ubi sup. nu.17.*

Et est notandum, quòd executor non benè procedendo non priuat quem sua possessione, nisi quatenus talis se pro spoliato habuerit. *Put. dec.419.lib.2.* & fuit dictum in *Rota 3.Decemb.1627. in causa Canonicorum regul. monasterij B. Mariæ Nouesien. coram* R. P. D. *Vbaldo.* quæ in calce operis est decis. 55. & quæ possessio sit manutenibilis habetur in *Barchinonen. beneficij. 26. Nouemb. 1627. coram* R. P. D. *Durano.* quæ in calce operis est dec. 56.

SVMMARIVM.

1 *Gratia quando expiret morte Papæ, vel non.*
2 *Gratia super beneficio quando dicatur facta.*
3 *Etiam per mandatum de prouidendo.*
4 *Executoris meri, seu mixti potestas non expirat morte Papæ.*
5 *Gratia ad beneficium uacaturum non expirat morte Papæ.*
6 *Quando collatio facta est ex nunc prout ex tunc.*
7 *Secus si gratia esset facienda.*
8 *Gratia super assignatione certæ pensionis non expirat morte Papæ.*
9 *Dispensationes non expirant morte Papæ.*
10 *Et possunt Ordinarij eas expedire sede Apostolica uacante.*
11 *Regula 11. Cancellariæ Apostolicæ.*
12 *Gratia dispensationis tunc à Papa censetur facta.*
13 *Licentia eligendi confessarium non expirat morte Papæ.*
14 *Facultas audiendi confessiones nõ expirat morte concedentis.*
15 *Licentia capiendi ordines non expirat morte concedentis.*
16 *Literæ gratiæ, & iustitiæ quæ expirent morte Papæ.*

CAPVT SEXTVM.

Gratia numquid expiret morte Summi Pontificis, qui eam concessit.

1 GRATIA, siue mandatum de prouidendo in forma dignum non expirat per mortem Papæ concedentis, re integra, sed potest executor ad executionem procedere, quoniam vbi prouideri mandatur certæ personæ de certo beneficio vacante, gratia tunc dicitur facta, per quam quis habet saltẽ ius

2 ius ad illud, & ad rem, licet non habeat ius in illo, & in re, & sic intrat *text. in c. si super gratia. de off. deleg. lib. 6. & Rota decis. 12. de off. delegat. in nouis. Mandos. reg. 10. quæst. 2. num. 4.* Io. *Gutier. can. quæst. lib. 2. cap. 17. nu. 5. Enriquez in summa lib. 14. cap. 17. num. 7. Zanches de matrim. lib. 8. disputat. 28. num. 87. & seq.*
3 quod procedit etiamsi mandetur prouideri de certo beneficio cum causæ cognitione, & citatione partis, tunc enim per mortem Papæ cōcedentis non expirat gratia, nec executoris potestas ex *d. c. si super gra-*
4 *tia*. quod procedit in executore tàm mero, quàm mixto. *Rota d. decis. 12. Gutier. vbi sup. & Zanches vbi supra n.* 88. Accedit, quod etiam gratia ad
5 beneficium vacaturum incertum nō expirat morte Papæ concedentis, ante vacationem etiam re integra, quā-
6 do non committit executori prouisionem, sed ipse confert ex nūc prout ex tunc, quia tunc gratia est facta
7 *d. c. si super gratia.* secus si gratia esset facienda. *cap. si cui nulla. de præb. lib. 6. Graffius in decis. cas. conscient. lib. 4. cap. 2. num. 28. Gonzal. in comment. ad reg. 8.* Cancell. *glos. 12. n. 42.*
8 Et ideo si alicui sit cōcessa gratia, per quam committitur assignatio certæ pensionis, non expirat morte Papæ re integra, sed executor poterit ad executionem procedere. *Gigas de pensionib. quæst. 91.*
9 Similiter dispensationes, quæ secundum *Concil. Trid. sess. 22. de refor. cap.* 5. committuntur Ordinarijs, vt repertis precibus veris dispensent, non expirant morte Papæ re integra. *Acchill. decis. 78. Zanches vbi supra lib. 8. disput. 30. num. 12.* possuntque
10 Ordinarij illas expedire etiam Sede Apostolica vacante antequam exeat & publicetur Regula II. Cancellariç super reualidatione literarum prædecessoris gratiæ, & iustitiæ infra annum cōcessarum, quàm refert *Quaranta in summa* Bullarij. *ver. regulæ Cancell. Apost. reg.* II. quæ est huius-
11 modi tenoris. Item prædictus sanctissimus D. N. omnes, & singulas à prædecessore suo infra annum ante diem obitus sui concessas gratiæ, vel iustitiæ literas, temporibus debitis eorum executoribus, seu iudicibus non præsentatas, omnino reualidauit, in statum pristinum, in quo videlicet ante fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenariè restituit, ac decreuit per executores, seu Iudices prædictos, vel ab eis subdelegandos, ad expeditionem negociorum in eis contentorum procedi posse, & debere iuxta illarum formam. nam gratia dispensationis per Papam facta censetur,
12 quia est gratia singularis, certa, & determinata, cuius executio, & dispensationis in esse deductio committitur Ordinario. *Enriquez vbi sup. lib. 7. cap. 21. §. 7. & lib. 12. c. 3. §. 10. & lib. 14. cap. 17. §. 7. Emanuel Rodriquez quæst. regul. tomo 1. quæst. 9. art. 7. Suarez tomo 5. de censuris. disputat. 41. sect. 2. ad finem. Zanches*
13 *vbi sup. num.* 87. sicuti etiam licentia eligendi confessarium data à Papa, non expirat morte concedentis, quia est gratia facta ipsi pœnitenti. *Nauar. in c. placuit. de pœnit. dist. 6. n. 35. Zanches vbi sup. num. 45. & 93. Gonzal. d. glos. 12. num. 39.* sicuti etiam
14 facultas audiendi confessiones concessa à Papa, vel Episcopo non expirat per mortem concedentis, quia est mera gratia, nisi esset data ad beneplacitum concedentis, quia beneplacitum eius morte finitur, sicuti licentia ad ordines suscipiendos ab
15 alieno Episcopo, quæ non expirat morte concedentis. *Gutierez can. quæst. lib. 1. quæst. 75. num. 5. Marc. Anton. Genuens. in prax. Archip. Neapol. cap. 81. num. 4. & cap. 85. nu. 39.*
16 *Gonzal. vbi sup. num. 36.* & circa literas gratiæ, & iustitiæ, quæ expirant per mortem Papæ videatur supradicta *Reg. 11. Cancell. Apost. & glos. ad illam, Rebuff. Mandos. & Gonzal. vbi supra num. 51. & 52. &*

Garc.

Garc. de beneficijs par. 6. cap. 2. §. 3.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio quid sit.*
2 *Per subrogationem quis substituitur in locum collitigantis.*
3 *Subrogatio fit duobus modis.*
4 *Subrogatio fit duabus de causis.*
5 *Subrogatio fit per cessionem alterius collitigantis.*
6 *Subrogatio gratiosa habet vim breuis de capienda possessione.*
7 *Gratiosè subrogato non datur mandatum de manutenendo.*
8 *Eique datur mandatum de immittendo procedendo executiuè.*
9 *Subrogatus potest propria auctoritate ingredi possessionem.*
10 *Quod procedit, si beneficium erat litigiosum.*
11 *Subrogatus quid probare debeat.*
12 *Mandatum de immittendo, quando non detur gratiosè subrogato.*
13 *Subrogatio peti debet intra mensem.*
14 *Collitigans debet petere gratiam intra mensem, si cessionem habeat à collitigante.*
15 *Licitum an sit se redimere à vexatione iniusta.*
16 *Sed à vexatione iusta per pecuniam se redimere non licet.*

CAPVT SEPTIMVM.

De Subrogatione.

1 SVBROGATIO est in locum alterius litigantis suffectio *l. pro*
2 *ponebatur. ff. de iudic.* vnde per gratiā subrogationis quis sufficitur, & substituitur in beneficium, seu ius beneficij collitigantis, quæ fit duobus mo-
3 dis, aut enim Papa subrogat, aut subrogari mandat. & fit duabus de causis, scilicet, per mortem, vel per
4 resignationem per *text. in cap. 1. vt lit. pend. lib. 6.* fit etiam subrogatio
5 per cessionem alterius collitigantis, vt per *Rebuffum in praxi beneficial. tit. de subrogation. circa princ. Mohedanus dec. 11. vt lit. pend. Mandosius de sign. grat. tit. de subrog.* & gratiosa
6 subrogatio habet vim breuis de capienda possessione, quia gratiosè subro-
7 gato etiam quoad possessionem quãuis non detur mandatum de manutenendo, nisi prius possessionem corporalem apprehendat. *Gonzal. in com ment. ad reg. 8. Cancell. §. 3. proœm. num. 93. & 94. & glos. 34. num. 110.*
8 datur attamen mandatum de immittendo procedendo executiuè absque discussione, & verificatione sua gratiæ, constito tantum de clericatu, & vacatione, ac possessione antecessoris tempore vacationis modo nõ sit par titulus ab alio productus, & de reseruatione. *Mohed. d. decis. 11. Put. dec is.*
9 *495.* & talis subrogatus põt propria auctoritate intrare possessionem etiã lite pendente. *Flam. Paris. de resign. benef. lib. 2. quæst. 3. à num. 67.* & totũ id procedit, quando beneficium erat litigiosum. vt fuit resolutum in vna *Vrgellen. Archidiaconatus. 15. Iunij. 1592. coram D. Penia.* & sic subroga-
11 tus debet probare litem, possessionem, & obitum defuncti. vt ibi, *Garc. de beneficijs, par. sexta, cap. 4. in princ.*

12 Et mandatum de immittendo nõ datur subrogato gratiosè, primò, quando subrogatus datur in beneficio non litigioso, vel non reseruato, seu clarè affecto. secundò, quando est par titulus ab alio productus. tertiò, quãdo gratia subrogationis fuit data incidenter ad gratiam principalẽ inter clausulas generales. quarto, quando subrogatio fit in ius sui authoris non possidentis, quia subrogatus tunc tenetur ad iustificationẽ suæ gratiæ, & est procedendum ordinariè, non executiuè. *Innoc. & alij in c. 1. vt lit. pend. Achill. decis. 2. de probat. Garc. d. p. 6. c. 4. à n. 29 ad 57.*

13 Subrogatio autem collitigantis petenda est intra mensem, ad hoc vt annulletur omnis alia gratia facta tertio, aliàs post mensem non annul-

lat

lat gratiam anteriorem alteri factam ex regula 28. Cancellariæ Apostolicæ de subrogandis collitigantibus relata à *Quaranta in summa Bullarij.ver.regula* Cancell.*Apostolica*.super qua videantur *glos. Sarnen. &* Rebuff.*vbi sup. & Mandos. reg.*29. *Garc. vbi sup. num.* 57.& sic collitigans,qui cessionem habet à suo col-
14 litigante, (cum beneficium sit litigiosum, & ideo reseruatum Papæ) debet petere subrogationem à Papa intra mensem, & super ea literas expedire,earumque vigore possessionẽ capere, & ideo malè, & nulliter facit, qui habita cessione capit possessionem ex vi cessionis,forsitan vigore literarum Apostolicarum ante cessionem expeditarum: gratiosè autem subrogatus ad ius vltimi possessoris quid teneatur probare fuit dictum in *Rota in Cæsaraugustana parochialis de Maella* 21.Iunij 1621.*coram* Reuerendiss.D.*Coccino Decano*, quæ in calce operis est decis. 47. & in *Conchen. beneficij* 10. Iunij 1624. *coram Reuerendiss.*D.*Patriarcha Hierosol.*quæ in calce operis est dec.48. & in Bergom.*Cappellania*.23. *Martij* 1618.*coram D.Buratto.* quæ in fine est dec.81.
15 Sed hic cadit dubium, an si quis habeat literas Apostolicas super prouisione certi vacantis beneficij, & dum petit illarum executionem coram dato executore alius iniustè eundem prouidendum vexat expensis, & turbationibus, numquid iste sic vexatus licitè possit dando prædicto vexanti pecuniam, se ab iniusta vexatione redimere, vt puta restituendo vexanti expensas factas,& affirmatiuè respondetur, quòd potest absque peccato redimere se à tali vexatione iniusta dando pecuniam. ita *glos. magistralis in cap.dilectus,de simonia*. S.Thomas 2.2. *q.* 10.*art.*2. *vers. ad quintum argumentum*.Card.*à Turrecremata in c.quæsitum.*1.*quæst.*3.*& Card.*Tolet.*instruct. sacerd. lib.*5. *cap.*90. *num.* 8. & malè faciunt, qui iustè vexati dant pecu-
16 niam, vt quiescant, & qui prætextu literarum ad sui fauorem per subreptionem expeditarum dedit pecuniam collitiganti habenti pro se ius apertum, & sententiam fauorabilem & obtinuit executionem literarum absque alia subrogatione, & manet non possessor, sed intrusus, & non facit fructus suos. & de expensis reficiendis collitiganti, qui cessit iuri suo ad alterius fauorem fuit dictum in *Rota in Aretina Capellaniæ*. 9.*Feb.* 1618.*coram* R.P.D.*Buratto*. quæ in calce operis est decis. 49. & 16.Ian. 1619.coram eodem,quæ in calce operis est decis. 50. & in *Colonien. canonicatus S. Vrsulæ* 27. *Ianuarij* 1627. *coram* R.P.D.*Vbaldo*, quæ in calce operis est decis. 51. & 14.Maij 1627.coram eodem, quæ in calce operis est decis. 52. & in *Cusentin. Abbatiæ* 20. *Decemb.*1627.*coram* R.P.D.*Virili*, quæ in calce oper. est dec.53. & gratia si neutri quomodo remaneat iustificata,fuit dict.in *Meten.prior.*17.*Maij* 1627.*cor.* R.P.*D. Merlino*. quæ in calc.op. est dec.54.

SVMMARIVM.

1 *Literæ super beneficijs expediuntur ab ordinarijs, & à Sede Apostolica.*
2 *Clausula, verificato prius: constito,seu si constiterit.*
3 *Clausula prædicta requirit causæ cognitionem.*
4 *Clausula constito &c. citationem partis requirit.*
5 *Clausula si constiterit citationem partis requirit.*
6 *Clausula, verificato, &c. quomodo sit adimplenda.*
7 *Liquidatio quando non sit necessaria.*
8 *Regula de superfluis vitandis.*
9 *Clausula verificato &c. debet impleri secundum decretum Conc.*Trid.
10 *Index in causa sua nemo esse potest.*
11 *Verus modus adimplendi d. clausulã verificato.*
12 *Verificaturus d. clausulam quid agere debeat.*

Legi-

Præ-

74 Præseruat ius in re, & ad rem.
75 Nisi constaret Papam velle iuri quæsito præiudicare.
76 Dicta clausula non impedit derogationem medietatis iurispat.
77 Et operatur, vt gratia sit nulla si tunc alteri sit ius quæsitum.
78 Et intelligitur de iure valido.
79 Et habet vim expressionis tituli.
80 Et dicta clausula semper intelligitur etiamsi non exprimatur.
81 Et quando præseruet ius ad rem.
82 Quamuis alij teneant dictam clausulam præseruare tantum ius in re, & quia
83 Ius ad rem non est plenum.
84 Et in praxi dicta clausula solet præseruare ius ad rem.
85 Nisi in literis adsit clausula, anteferri.
86 Vel alia clausula non obstantibus cum decreto irritanti.
87 Et nisi sit ius aliter quæsitum, quàm illud narratum in literis.
88 Dummodo, hac dictio importat admonitionem.
89 Clausula, quorum tenores, quid operetur.
90 Et per eam censetur derogatum cuicunque constitutioni.
91 Et quare fuit inuenta.
92 Et sufficit pro plena specificatione.
93 Et est clausula conspicua.
94 Et habet vim cuiuslibet litis, iuris, &c.
95 Et operatur specificationem eorum, ad quæ relata est.
96 Et tollit subreptionem.
97 Et per eam censetur derogatum regulis Cancellariæ.
98 Clausula anteferri quid operetur.
99 Et tollit subreptionem.
100 Et non trahitur retro in præiudicium iuris quæsiti.
101 Et nil operatur, nisi quis ea vti velit.
102 Et per eam tolluntur reseruationes, & expectatiuæ.
103 Clausula ac si à die datæ quid operetur.
104 Clausula dummodo accedat consensus quid importet.
105 Clausula, dummodo eius dispositio ad nos hac vice quid notet.
106 Et totam gratiam qualificat.
107 Clausula, dummodo intrusus non sit quomodo intelligatur.
108 Et facit gratiam conditionalem.
109 Intrusus quis dicatur.
110 Intrusus etiam dicitur prouisus ab ordinario de beneficio reseruato.
111 Intrusus non auditur, nec iuuatur regula de triennali.
112 Clausula, dummodo omnes insimul nō excedant quid importet.
113 Et si adiecta sit reuocationi pensionis, quid operetur.
114 Clausula, dummodo remaneant centum pro rectore quid operetur.
115 Rectori parochialis debent remanere centum.
116 Pensio in beneficijs pro medietate solet concedi.
117 Clausula, dummodo remaneant 50. quid operetur.
118 Quæ debet iustificari per pensionariū.
119 Quid si sit apposita reseruationi pensionis.
120 Clausula, dummodo causa non sit instructa quid operetur.
121 Et reddit sententiam nullam.
122 Clausula, cuius ad id expressus accedit consensus quomodo intelligatur.
123 Clausula, & cum absolutione à censuris ad effectum, &c. quid operetur.
124 Quando dicta clausula effectum non habeat.
125 Regula Cancellariæ de insordescentibus.
126 Insordescens in excommunicatione per annum de hæresi suspectus fit.
127 Clausula, & cum absolutione, &c. tollit impedimentum prouenieus à censuris.
128 Et per eam alij dicunt includi etiam irregularitatem.
129 Et per eam absolui à censuris reseruatis in Bulla Cœnæ Domini.
130 Et ea vti possunt Ordinarij.
131 Clausula vt asserit, seu asseritur quid faciat.
132 Per clausulam vt asseritur narratiua non dicitur esse partis.
133 Et per eam nil includitur.

Clau-

134 *Clausula sive alio quouis modo quomodo intelligatur.*
135 *Et quando intelligatur de dissimilibus, vel maioribus.*
136 *Et capit vacationem contingentem tẽpore data.*
137 *Clausula, vt præmittitur est restrictiua.*
138 *Clausula, cuius valor quid operetur.*
139 *Valor falso expressus vitiat gratiam.*
140 *Nisi sit expressus impersonaliter.*
141 *Valor iustificari debet iuxta tempus datæ.*
142 *Testes super valore quomodo deponere debeant.*
143 *Locationes non probant valorem.*
144 *Sed concurrentibus adminiculis excusant à mala expressione.*
145 *Valor in gratia narratus per non excessum non verificatur per testes deponentes per ascensum.*
146 *Valor quomodo probetur.*
147 *Valor debet iustificari de tempore impetrationis.*
148 *Clausula, pro expressis habentes quid operetur.*
149 *Et facit quod omnia exprimi possunt.*
150 *Non tamen operatur in his, quæ sunt contraria narratis.*
151 *Et operatur, ac si tenores expressi essent.*
152 *Et est idem, ac si omnia contraria specificata essent.*
153 *Et operatur expressionem omnium qualitatum.*
154 *Clausula non obstantibus, &c.*
155 *Tollit omnia, quæ gratiæ obstare possunt.*
156 *Et priuilegium non clausum in corpore iuris.*
157 *Et non auget gratiam.*
158 *Et non tollit subreptionem.*
159 *Et per eam non censetur derogatum regulis Cancellariæ.*
160 *Neque tollit obstacula personalia.*
161 *Nec derogat dispositioni firmatæ consensu partium.*
162 *Item non tollit ius quæsitum laico ex fundatione, vel dotatione.*
163 *Et est nullius effectus, si dispensatio sit nulla.*
164 *Clausula supplentes &c. non supplet defectum causæ.*
165 *Nec tollit defectum potestatis facientis actum.*
166 *Et tollit tantum defectus iuris positiui.*
167 *Et non supplet defectus prouenientes de iure naturali.*
168 *Nec supplet defectum citationis.*
169 *Nec tollit defectus concernentes personam supplicantis.*
170 *Clausula, decretum irritans quid operetur.*
171 *Et contra eam non valet actus contrarius.*
172 *Et dicta clausula inficit possessionem, & titulum.*
173 *Et nil operatur in gratia conditionali.*
174 *Et ligat etiam ignorantes.*
175 *Et operatur, vt inferior non possit manus apponere.*
176 *Decretum irritans habet inhibitionem in ventre.*
177 *Et appositum in gratia de beneficio tãquam de reseruato non afficit.*
178 *Et nil operatur, quando non est appositum super certo corpore beneficij.*
179 *Neque ampliat principalẽ dispositionẽ.*
180 *Clausula discretioni vestræ, & super quibus conscientiam vestram oneramus quid operetur.*
181 *Et facit delegationem personalem.*
182 *Iudex an debeat iudicare secundum acta, & probata, an secundum propriam conscientiam.*
183 *Clausula districtius inhibentes quid operetur.*
184 *Clausula de plenitudine iuris canonici quid importet.*
185 *Receptus in canonicum cum plenitudine iuris canonici est factus particeps quotid. distributionum.*
186 *Clausula derogatoria quid faciat.*
187 *Et si cum derogatoria adsit motus proprius, tunc tolluntur consuetudines.*
188 *Sed non tollit partium conuentionem.*
189 *Clausula derogatoria in dubio restringitur ad inualidas dispositiones.*
190 *Clausula in forma Cameræ quid operetur.*
191 *Obligatio in forma Cameræ non admittit compensationem.*

192 Nec contra eam facit litis pendentia.
193 Et ea stante potest agi via executiua.
194 Et cessat excussio.
195 Et operatur idem quod res iudicata.
196 Clausula manutenere quid importet.
197 Manutenere quoad factum est conseruare.
198 Clausula quomodolibet includit omnem modum.
199 Et est vniuersalis, & distributiua.
200 Et idem est in clausula quomodocunque.
201 Et quæ clausulæ ostendunt plenam voluntatem disponentis.
202 Clausula cautionem bancariam consignare quomodo intelligatur.
203 Et idem est in schedula bancaria.
204 Clausula in circa, vel circa quomodo sit intelligenda.
205 Aetas quomodo probetur in circa.
206 Verba in circa, vel circa à teste prolata faciunt ambiguitatem.
207 Et in concessione terræ important, propè, vel modicum.
208 Et quoad locum important decẽ pedes.
209 Et aliquando designant termini inclusionem.
210 Clausula habita, vel non habita quid importet.
211 Quando lis non est calumniosa quamdiu duret.
212 Aliquando apponitur vt quis non possit beneficium resignare nisi præuia intimatione facta pensionario.
213 Clausula summariè tollit solemnitates iuris ciuilis.
214 Non tamen probationes necessarias.
215 Clausula sine strepitu & figura iudicij &c. quid importet.
216 Clausula ipso iure, ipsoque facto quid significent.
217 Hæreticus priuatur beneficijs ipso iure.
218 Ipso facto idem ferè est quod ipso iure.
219 Ipso facto idest simul ac delictum commissum est.
220 Iura dicentia aliquid fieri ipso iure intelligi debent secuta declaratione.
221 Ipso facto, & ipso iure non differunt, quoad iuris effectum.
222 Quod idem est in excommunicatione lata à iure.
223 Effectus inter vacationem beneficiorum ipso iure, & per sententiam.
224 Differt fieri aliquid ipso iure, vel per sententiam.
225 Ipso iure, idest, ipso iure sic disponẽte.
226 Ipso iure, & ipso facto sunt idem.
227 Declaratoria requiritur in pœnis ipso iure incursis.
228 Et tunc iudex non punit, sed declarat fuisse commissum delictum.
229 Nisi factum sit notorium, vel aliter.
230 Excommunicatus ipso iure à quibus arcetur.
231 Excommunicatus vt vitari debeat, opus est declaratoria, nisi sit publicus percussor clerici.
232 Et ad talem declarationem pars est citanda.
233 Et à dicta declaratoria appellari potest.
234 Appellari non potest à pœna ipso iure incursa.
235 Appellatio non suspendit excommunicationem.
236 Clausula de iure, & de facto quid operetur.
237 Arbitrator dicitur pacis mediator.
238 Clausula sine vitio spolij quid operetur.
239 Et non excusat à vitio attentatorum.
240 Et intelligitur quatenus breue sit iustificatum.
241 Continuans post inhibitionem non attentat.
242 Quod non procedit in inhibitione reali.
243 Clausula statum & merita quid importet.
244 Operatur litis expressionem.
245 Facitque subreptionem cessare.
246 Clausula sublata &c. quid operetur.
247 Hæc reddit processum nullum, & sententiam.
248 Dummodo gratia habens hanc clausulam sit producta.
249 Et contra eam non potest opponi de defectu intentionis.
250 Oris aperitio tollit effectum d. clausula sublata.
251 Clausula quã, & quas quid operetur.
252 Et per eam potest procedi prout in prima.

Dum-

Digitized by Google

253 *Dummodo acta sint trasportata.*
254 *Et dicta clausula comprehendit petitorium, & possessorium.*
255 *Et intelligitur generaliter, & non stat restrictiuè.*
256 *Et apposita in causa possessorij facit vt etiam petitorium deduci possit.*
257 *Et facit vt sententia lata in gradu appellationis sustineatur tanquam in prima.*
258 *Et dicta clausula æquitatem sapit.*
259 *Clausula ius, & iustitiam quid faciat.*
260 *Et quoad non expressa nil operatur.*
261 *Et operatur, quod agens in possessorio obtinere possit in petitorio.*
262 *Et per eam censetur intentatum remedium magis vtile.*
263 *Clausula saluo iure dicitur salutaris.*
264 *Et per eam actor non dicitur dolosè plus petijsse.*
265 *Saluo iure superflui quid denotet.*
266 *Clausula sine præiudicio executionis lit. Apost. quid operetur.*
267 *Et facit commissionem conditionalem.*
268 *Et non purificata conditione non est in causa procedendum.*
269 *Et potest dici de eius nullitate post factam executionem.*
270 *Et intelligitur de literis antea emanatis.*
271 *Et per eam sustinetur executio facta appellatione pendente.*
272 *Clausula non retardata solutione, vel sine retardatione solutionis pensionis quid operetur.*
273 *Qua stante etiam lite pendente pensio solui debet.*
274 *Etiamsi per appellationem sententia suspendatur.*
275 *Et dicta clausula non apponitur pro pensione apposita ab inferiore.*
276 *Clausula generalis quomodo procedat.*
277 *Et posita post specificata restringitur ad præcedentia.*
278 *Et non cmoprehendit maiora expressis.*
279 *Et posita in fine ad omnia refertur.*
280 *Et quando dicatur dispositiua.*
281 *Et non capit vacationes futuras.*
282 *Et postea in priuilegijs non includit ignorata.*
283 *Et posita in mandato restringitur ad contenta in mandato.*
284 *Clausulæ vniuersales cuius sint efficaciæ.*
285 *Et nullam restrictionem admittunt.*
286 *Clausula specialis quid operetur.*
287 *Clausula plura respiciens determinabilia quid faciat.*
288 *Clausula per ablatiuũ absolutum quid operetur.*
289 *Iurisdictio non competit si conditio nõ sit impleta.*
290 *Et de conditionis implemento debet in actis constare.*
291 *Quod non procedit in clausula constito.*
292 *Clausula habens plures intellectus quid faciat.*
293 *Mens disponentis attenditur si verba repugnent.*
294 *Verba clausulæ intelligi decent secundũ communem vsum loquendi.*
295 *Communis vsus loquendi, qui erat tempore dispensationis attendi debet.*
296 *Communis vsus loquendi loci attenditur.*
297 *Interpretatio in dubio fit conueniens vulgari loquendi consuetudini.*
298 *Clausulæ executiuæ quæ.*
299 *Et non ampliant, nec mutant principalem dispositionem.*
300 *Etiamsi remaneant superfluæ.*
301 *Et sint conditionaliter prolatæ.*
302 *Et si positæ sint ad augendum augent.*
303 *Et dispositionem interpretantur, sed illam non alterant.*
304 *Et ex eis colligitur mens disponentis.*
305 *Et in literis nil operantur, & quare.*
306 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia.*
307 *Etiamsi præcedentia contineant diuersa.*
308 *Et id quando procedat.*
309 *Nisi non commodè ad præcedentia referri possit.*
310 *Vel si simus in odiosis.*
311 *Vel quando subest diuersa ratio.*
312 *Vel quando dicta clausula per se subsistit.*

Digitized by Google

313 *Vel si simus in his, in quibus est facta specialis prouisio.*
314 *Vel si ex tali relatione resultet contrarietas.*
315 *Vel si dispositio, ad quam refertur, efficeretur inutilis.*
316 *Vel quando sequeretur absurdum.*
317 *Vel si pœna sit in aliqua parte apposita, quia non censetur repetita.*
318 *Vel si simus in his, quæ incidenter posita sunt.*
319 *Vel quando restringeretur dispositio.*
320 *Vel quando mens disponentis locum haberet sine dicta relatione.*
321 *Vel si in alio capitulo aliquid subaudiatur.*
322 *Vel si ex dicta relatione resultaret iurium correctio.*
323 *Vel si simus in his, quæ in referente sunt excepta.*
324 *Vel si resultaret intellectus iuri contrarius.*
325 *Vel si plura sint capitula super eodem negotio habentia orationem perfectam.*
326 *Vel si resultaret absonus intellectus.*
327 *Vel si adsit maior ratio, quòd referatur ad proximiora.*
328 *Clausula posita in fine in materia substitutionum refertur ad omnes.*
329 *Clausula generalia contra quid operetur.*
330 *Clausula parito, parito breui, parito iudicato quid operetur.*
331 *Et clausula parito non tribuit iurisdictionem antequam sit paritum.*
332 *Idem est in clausula parito breui.*
333 *Clausula parito iudicato rem iudicatam supponit.*
334 *Et dat iurisdictionem sub conditione.*
335 *Clausula omni meliori modo, quid operetur.*
336 *Et si cum ea adsit copula comprehendit etiam vltra expressa.*
337 *Et dicta clausula idem est quod pleno iure.*
338 *Et ex ea colligitur enixa mens disponentis.*
339 *Et per eam non censetur quis se adstringere ad casum specificatum.*
340 *Et apposita in testamento facit vt censeatur apposita clausula codicillaris.*
341 *Et si sit apposita in testamento dicitur constare de mente testatoris.*
342 *Et per eam libellans non censetur se velle adstringere ad specificata.*
343 *Quæ tamen non vitiat sensum clarū.*
344 *Clausula in omnibus, & per omnia quid operetur.*
345 *Per eam comprehenduntur illa, quæ aliàs non comprehenderentur.*
346 *Et extendit mandatum etiam ad rem subrogatam.*
347 *Et operatur, vt inter subiecta nulla sit differentia.*
348 *Et habet vim specialis specificationis.*
349 *Et specialis priuilegij.*
450 *Sed per eam non comprehenduntur non concessibilia.*
351 *Et importat fictionem, & veritatem in re possibili.*
352 *Et per eam factus ciuis dicitur verus ciuis.*
353 *Dictiones latæ sententiæ recensentur.*
354 *Dictiones latæ sententiæ quæ sint.*
355 *Verba, sub pœna excommunicationis an sint latæ sententiæ.*
356 *Clausulæ mandatorum quæ.*
357 *Clausula si, & in quantum quid importet.*

CAPVT OCTAVVM.

De Clausulis apponi solitis in literis Apostolicis super prouisionibus beneficiorum, & in commissionibus appellationū Causarum Beneficialium.

1 NON solum expediūtur literæ super prouisionibus Beneficiorum iurispatronatus coram locorum Ordinarijs, alijsq. facultatem habentibus, verum etiam sæpe expediuntur literæ Apostolicæ, & super eisdem beneficijs quamplures oriūtur lites, & causæ,

& causæ, super quibus quotidie emanant à Sede Apostolica commissiones, ideo non erit extra propositam materiam videre de aliquibus principalioribus clausulis apponi solitis in præfatis literis Apostolicis, & in commissionibus appellationum, & causarum beneficialium, vt facilius quis & breuius in hac praxi earum cognitionem, & explicationem habeat.

Clausula prima.
Verificato prius. constito. seu si constiterit.

2 Clausula verificato prius coram Ordinario, quòd iuspatronatus sit ex fundatione, vel dotatione, facit gratiam conditionalem, & debet plenè probari, & iustificari ad notata in *c. quia circa. de consang. & affin. Alex. cons. 59. num. 8. lib. 2. Marta de clausulis. par. 1. clausul. 190.* & requirit cau
3 sæ cognitionem. *Aegidius decis. 68. Thom. de Thanis decis. 65. Garc. de benefic. p. 6. c. 2. nu. 63. Hieron. Gonzal. in comment. ad regul.* 8. *Cancell. glos. 18. num. 62. in addit. Aug. Barbosa de clausulis. claus.* 18. & 87. & fuit dictũ in *Salernitana rectoria. 22. Martij. 1591. coram Card. Pamphilio.* & in *Vercellen. beneficij. 16. Nouemb. 1608. coram Litta.* & ideo tunc impetrans debet probare iuspatr. & quòd spectet ad illum præsentantes, vt in *Lucana manusculatus. 4. Decẽb. 1581. coram Orano.* & in d. *Salernitana.* & in d. *Vercellen. beneficij. 16. Nouẽb. 1608. coram Litta.*

4 Constito &c. requirit partis citationem, facit gratiam conditionalẽ, & requirit concludentes probationes, & causæ cognitionem. *Marta vbi sup. claus. 19. Rota dec. 573. p. 1. & dec. 532. num. 1. p. 2. in recentior.* & de clausula, constito. vide *Card. Seraph. dec. 637.* idem videtur de clau-
5 sula, si constiterit. *Henrich. Boich. in c. de caetero. num. 9. de re iud. Abb. in c. vlt. num. 3. vbi Felin. num. 3. de praesumpt. & Felin. in c. si constiterit. n. 5. de accusat. Lapus alleg. 60. nu. 2. Vitalin. in tract. clausul. de claus. si tibi cõstiterit. num. 5. Caualcan. dec. 22. nu. 6. par. 1. Crescent. decis. 6. de rescript. & dec. 12. num. 2. de priuileg. Rota decis. 624. nu. 1. par. 1. in recentior. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resol. 39. num. 1.*

6 Et quod attinet ad d. clausulam verificato prius &c. apud aliquos cõtrouersum est in praxi quomodo sit adimplenda, & quidam putarunt adimpleri, si deferant scripturas authenticas coram notario, seu cancellario Episcopi, seu eius Vicarij, & ibi eas relinquant, & curent vt ad finẽ dd. scripturarum productarum à d. notario ponatur exibita die tali per talem, & à d. notario fidem, & attestationem habere procurant cum copia prædictorum, & his denuo coram executore exibitis executionem literarum obtinent, & fundant se, quòd quando ex actorum reuolu-
7 tione subijcitur oculis corporeis factum, quòd in vim iuris, super quo pronunciatur, executioni demandari debet, tunc non est necessaria alia liquidatio ad notata per *glo. in l. sancimus. § vlt. verbo, per contumaciam. C. ad trebell. Bart. in l. creditores. n. 14. C. de pignorib. Negusant. de pignor. & hypoth. p. 4. princ. Gallesius de obligat. camerali. tit. de liquidat. nu. 13. versic.*
8 *descendo igitur.* & hoc res ipsa demonstrat, quia si patet ad oculum, non est opus liquidatione, & intrat regula de superfluis vitandis, & finẽ quantocius imponendo litibus, de quibus per scribentes in *l. si quando. ff. de leg. 1. & in l. properandum. C. de iudic.*

Verum prædictus modus verificandi prædictam clausulam nullo modo debet admitti, nec est validus, immo omnino reprobandus.

9 Quia si admitteretur sequeretur, quòd decretum *Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 9.* editum super modo probandi iuspatr. esset superfluum, &

non seruaretur, quòd non est dicendum. quia seruandum est ad vnguē. Item si talis modus verificandi dare-
10 tur, sequeretur, quòd quis esset iudex in causa propria contra *Rubr. C. ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat*.

11 Verus igitur probandi modus, & verificandi d. clausulam est secundū decretum d. cap. 9. quia aliàs sequeretur, quòd prouideretur, quis de beneficio iurispat. etiamsi non esset, & quia pro libertate beneficiorum Papa confidit de Ordinariorum diligentia, ideo coram eis fieri semper iubet. coram eis, idest eis intelligentibus & approbantibus ad *textum in l. coram. ff. de verb. sign.* & citato procuratore fiscali, & denique probando iuspatr. prout dixi supra lib. 11. cap. 5. itaque verificaturus iuspatr.
12 debet coram Ordinario comparere exibendo literas Apostolicas, & dicere quòd intendit verificare iuspatronatus tale quale fuit expressum Papæ, & petat se admitti ad id, & quod mandetur citari procuratorem fiscalem ad assistendum tali verificationi iurispatronatus cum protestatione, quòd non intendit ipsum admittere in contradictorem legitimū, nisi quatenus importet quoad verificationem d. iurispatr. & simplicem illius probationem, & non aliàs, aliter, nec alio modo. citato procuratore fiscali producat iura, & faciat ea à testibus citatis recognosci, & petat prædicta recipi & admitti, & Ordinarius admitret si & inquantum, & postea declarabit iuspat. fuisse verificatum, quinimmo si compareat
13 alius legitimus contradictor debet audiri, & ad quemlibet actum citari, quia intentio Papæ est seruare vnicuique ius suū, & d. clauf. per abla-
14 tiuum absolutum importat conditionem. *l. à testatore. ff. de cond. & demonstr.* qua non impleta nihil fieri potest, ideo facta tali verificatione,
15 notarius Episcopi, seu eius Vicarij fidem & attestationem faciat, Ordinarium declarasse verificatum fuisse iuspat. esse talium in literis, seu scripturis expressorum, & ex fundatione vel dotatione. qua attestatione exibita coram executore, executor ad literarum executionē legitimè procedere potest, & non aliter, nec alio modo, quia aliàs esset aperta ampla via fraudibus, & iurispatronat. vsurpationi.

Clausula 2.

16 Si per diligentem examinationem illum idoneum esse repereris, vel quatenus idoneus reperiatur.

Si idoneum &c. nō importat causæ cognitionem. *Lapus alleg. 15. nu. 7. Mascard. de probat. concl. 878. n. 2.*
17 cum examen idoneitatis ad beneficia sit actus extraiudicialis. *Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 10. quæst. 3. nu. 69.* Prax. *Archiep.* Leon. *c. 17. nu. 14. & c. 22. nu. 10. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 39. nu. 3. Marta*
18 *vbi sup. clauf. 171.* vel quatenus idoneus &c. quæ clausulæ important monitionem. *Marta vbi sup. clauf. 122. vide Garciam de beneficijs. p. 6. c. 2. num. 231. & seqq. & Aug.* Bar*bosam de clausulis. clauf. 98.* & ad materiam huius clausulæ facit, quod dictum fuit in Pistorien. *parochialis. 6. Februar. 1623. coram D. Merlino.* quæ in calce operis est dec. 81. & de tali clausula in fine huius capitis adducitur informatio facta in d. Pistorien.

Et insuper clausula, grata seruitutis officia &c. non concludit gratiam esse concessam propter seruitia, neque donationē esse ex causa. *Oldrad. cons. 5. Staphil. de lit. grat. tit. de vi clausul.* Rebuff. *in praxi. tit. de clausulis. num. 3.*

Clausula 3.

19 Si inueneris, vel repereris.

Ex his clausulis quamuis de sui natura non veniat partis citatio, at-

tamen

tamen quando adijciuntur in iudicis personam, & circa materiam iudicialem, accipiuntur pro clausula, si tibi constiterit, & ratione subiectæ materiæ important causæ cognitio-
20 nem, & partis citationem requirunt. *Dec. cons. 603. nu. 13. Mart. vbi sup. claus. 156. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 157.*

Clausula 4.

21 Motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.

Iste clausulæ non operantur in præiudicium tertij. *Felin. in c. ad aures. num. 25. de rescript.* sed faciunt dispositionē fauorabilem. *Rota dec. 240. num. 14. par. 1. diuers.* nec fir-
22 mant priuilegium contra ius tertij. & de effectu clausulæ motus proprij. *Gabriel. in tit. de clausulis. conclus. 2.*
23 *num. 61.* & effectus quadraginta sex dictæ clausulæ ponit *Rebuff. super cōcordat. franc. tit. de forma mandati Apostolici*, vbi etiam ponit effectus, quas d. clausula operari non potest.
24 principaliter autem d. clausula tollit omnes subreptiones. *Doct. in cap. si motu proprio. de preb. lib. 6.* non tamē
25 in præiudicium tertij, sicuti neque clausula ex certa scientia, & nihil operantur in his, quæ sunt facti, non iuris. *Roland. cons. 7. num. 105. vol. 3. Marta vbi sup. claus. 73. Mar. Antonin. vbi sup. resolut. 86. Marescott. vbi sup. lib. 2. c. 1. num. 163. & seqq. & c. 18. nu. 45. & 46. Sarnen. de non toll. iur. quas. quæst. 13. in fine. Garc. vbi sup. par. 1. cap. 5. num. 510. Gonzalez vbi sup. glos. 6. nu. 10. & glos. 32. num. 4. & 6. & glos. 39. Menoch. de arbitr iud. lib. 2. casu 201. à nu. 78. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 530. nu. 52. & c. 742. nu. 24.* de ista clausula vide *Card. Seraph. dec. 365. 398. & 280. & Aug. Barbosa de clausulis. claus. 37.*
26 Et de clausula ex certa scientia. vide *Bertazzolum in suo tractatu de clausulis. claus. 11. glo. 2. n. 1. & Gratian. vbi supra. cap. 793. num. 10.*

Clausula 5.

27 Vocatis vocandis.

Hæc clausula importat partis citationem. *Felin. in cap. vlt. num. 23. de præsumpt. Rota dec. 30. de rescript. in nouis. Mar. Antonin. vbi sup. resol.*
28 *58. num. 1.* & facit executorem de mero mixtum, qui tenetur seruare formam rescripti, aliàs nulliter agit. *c. exibita. vbi Abb. de iudic. Dec. cons. 173. nu. 2.* & tenetur assumere partes iudicis. *Felin. ubi sup. nu. 23. Marescott. ubi sup. lib. 2. c. 1. nu. 80.* & tollit
29 vitium subreptionis. *Cardin. cons. 92. num. 2. in fine. & num. 3. Marta ubi sup. claus. 196. Gonzalez ubi sup. post glo. 9. in annotat. num. 226. Garc. ubi sup. par. 12. c. 2. §. 1. num. 140.* & facit
30 causam appellabilem. *Rota dec. 558. num. 3. & dec. 386. num. 1. p. 1. & dec. 525. num. 4. & dec. 624. num. 4. & 5. par. 2. in recentiorib.* Prax. *Archiep. Leon. p. 1. c. 15. de bon. eccl. non alien. num. 48. & par. 2. c. 31. de visitatione. nu. 13. Gratian. ubi sup. c. 596. nu. 30.* vide *Card. Seraph. decis. 338. & Aug. Barbosa de clausul. claus. 107.*

Clausula 6.

31 Conferas, inducas, manuteneas, &c.

Istæ clausulę habent eandem vim, quàm habet clausula, appellatione remota, quæ tollit omne vitium attentatorum. *Put. dec. 328. p. 2. Lancellott. de attentatis. p. 2. c. 11. limit. 8. nu. 1. Mar. Antonin. ubi sup. resol. 50.*
32 *num. 8.* neque tribuunt perpetuam iurisdictionem, sed solum donec gratia fuerit perfecta, & plenè executa, & vsque ad annum tantum secundū textum in *cap. quærenti. de off. deleg.*
33 executoris enim officium tanto tempore durat post acceptatum officiū, quamdiu paritum fuerit negocio sibi commisso, quo executo licèt noua turbatio oriatur, executor non potest se intromittere. *Innoc. in cap. pro illo-*

illorum.num.3.de præb. etiamsi dicatur, inducas, & inductum defendas.
34 *Card. conf.10. num.4.* & executoris officium inceptum ante mortem cōcedentis durat etiam post mortem. *Oldrad. conf.295. num.4. Marta ubi sup.clauf.60.* vide *Rebuffum in praxi, in forma nouæ prouisionis.uerf. & defendat inductum.*

Clausula 7.

35 Amoto.

Hæc clausula requirit obseruantiam ordinis iudiciarij secundum *Bald. in rubr. de off.deleg.col.penult. Abb. in c.de cætero.num.8. de re iud. ubi Felin.num.9. Achill.de Graff.super reg.de trienn.decif.6. Mar.Antonin. ubi sup. resolut.ult. casu 66.* neque
36 virtute huius clausulæ potest executor amouere aliquem de possessione colorata nisi fuerit intrusus. *Stapbil. de lit.grat.tit.de ui, & effectu clausularum. uerf. ulterius sciendum est.* & de hac clausula est textus in *c. cum uniuersorum.in fine.de rer.permut. Rebuff. ubi prox. uerf. amoto.* dictaq.
37 clausula facit executorem de mero mixtum. *Felin.in d.c.de cætero.nu.9.*
38 & habet vim expressionis coloratæ possessionis, de qua est facienda mentio. *c.cum nostris. de conc. præb.* vide *Martam ubi sup. clauf. 9. & 10. & Guid.pap.singul.827. Garciam ubi sup. p.6.c.3.num.50. Rot.dec.52. dec.147.num.4. & dec.159.par.2.in recentiorib. Maßobr. in praxi hab. conc.ad uac.par.eccl.prælud.7.dub.20 num.165. Aug. Barbosam de clausulis. clauf. 5. et in impreff. Lugdun. clauf.7.*

Clausula 8.

39 Contradictores &c.

Hæc dat iurisdictionem non solū inter partes, sed etiam contra extraneos contradicentes. *Stapbil. ubi sup. uerf. sequitur.nu.4.* ideſt, siquis absque causa, et de facto velit contradicere, si autē de iure, et ex iusta causa quis contradicat non est compescēdus. *c.is cui.de præb.lib.6. Rebuff. ubi sup. uerf. contradictores. Marta ubi sup.clauf.21. Garc.ubi sup.par.6.c.2. num.110. Gonzal. ubi sup. post glo.9. in annot.num.236. & Rota decif.735. par.2.in.recentiorib. Aug.Barbosa de clausulis.clauf.15.*

Clausula 9.

40 Appellatione remota.

De hac habetur per *Doctor.in c.i. de rescript. Lap.alleg.121.nu.3. & 4. Mandof. in uerf. appellatione remota.*
41 quæ operatur, vt in appellatione sit inserenda causa, per quam iustificetur appellatio, quæ debet per appellantē probari. *Felin. in c. quoad consultationem.nu.20. de re iudic.* & in-
42 telligitur solum quoad nominatos in literis, non autem quoad tertium. *c. super eo. de off. deleg. vbi Abb. & alij. Menoch.de adipisc.poßeff.remed. 4.num.896.* quæ tamen clausula nō
43 operatur, quando sententia est notoriè iniusta, & constaret de manifesto grauamine. *Abb.in c. inter cætera. num.3.de re iud. Verallus dec.87.p.1.* etiamsi esset dictum, omni, & quacumque appellatione remota. *Verall.ibidem. Moneta in tract.de commutat. vltim.volunt. c.11. num.467. Marta vbi sup.clauf.12. Rota dec.79 num.3. p.2. in recentior. Gonzal. vbi sup.post glo.9.in annotat.num.241.& seqq. Gratian. vbi sup. c.494.num.2.* vide *Card.Serapb.dec.1176. & 1471. & Aug.Barbof. de clausulis. clauf.7. et in impreß. Lugd. clauf.9.*

Clausula 10.

44 Prout iuris, & prout de iure.

Clausula prout iuris, importat cōditionem quandam. *Turrettus conf. 76.num.23.vol.1. Mar.Antonin. vbi sup.resolut.54.num.5.* & solum iudi-
45 cem respicit; & omnia, quæ præcedunt hanc clausulam, secundum iura sunt

sunt regulanda. *c.causam quæ. de re-*
script. vbi Abb.not.1. Marta vbi sup.
46 *clauſ.112.* illa autem clauſula, prout
de iure, poſita in commiſſione de
exequendo ſententiam, vel laudum,
ſeu reſtitutionis in integrum, opera-
tur, vt non cenſeatur data facultas,
niſi quatenus ſit locus executioni.
Verall.dec.50.num.1.par.1. & in cō-
47 miſſione reſtitutionis in integrum
contra tres conformes, operatur,
quòd procedi poſſit in cauſa non re-
tardata executione. ad textum in
clem.1.de re iud. Marta vbi sup.clauſ.
113. Mareſcott. vbi sup. lib.1.c.86.
num.11. vide *Card.Seraph. dec.896.*
& 922. & Aug. Barboſam de clauſ.
clauſ. 66.

Clauſula 11.
48 Et cætera.

Hæc clauſula extenditur ad ea,
quæ ſunt de ſubſtantia, & natura
actus, non autem ad accidentalia.
Bart. & alij in l.gallus.§.idem creden-
dum.ff. de lib. & poſth. Mar.*Antonin.*
vbi sup.reſol.39.nu.1.lib.2.Bertazzol.
in repetit.legis, ſi quis maior.nu.533.
C. de tranſactionib. & dicta extentio
49 plurimum pēdet ab arbitrio iudicis.
Rota dec.393.nu.1.p.1.diuerſ. Marta
vbi sup. par.4.clauſ.12. Gratian.vbi
sup.diſcept. forenſ. c.447. vide *Aug.*
Barboſam de dictionibus. dict. 94.

Clauſula 12.
50 Si ita eſt.

Hæc importat cauſæ cognitionē,
& partis citationem. ſecundum *Fe-*
lin.in c.vlt.num.22. de præſumption.
Rot.dec.12.de off.deleg. in nouis. ſed
contraria opinio verior eſt, videlicet,
non importare cauſæ cognitionem,
neque partis citationem, ſeu voca-
tionem, ex quo tacitè ineſt. *c.2. de*
reſcript. *Lapus allegat.66.nu.1.* Card.
in clem.2.nu. 17. de off. deleg. Verall.
dec.125.par.1. Marta vbi sup.par.1.
clauſ.157. Mareſcott. *vbi sup. lib. 2.*
c.1. nu.158.159. & 160. vide *Card.*
Seraph.dec.989. & 775. & clauſula,
ſicut exibita nobis petitio contine-
bat denotat conceſſionem ad partis
ſupplicationem emanaſſe. *Card. Se-*
raph.dec.510. Aug. Barboſa de clauſu-
lis.clauſ.89.

Clauſula 13.
51 Arbitrio tuo.

Hæc regulariter importat boni vi-
ri arbitrium. ſecundum M*enoch. de*
arbitr.iudic.lib.1.quæſt.8.nu.29.cum
52 *ſeq.* aliquando tamen liberam volū-
tatem importat. *Surd.conſ.10.nu.50.*
Mar.*Antonin.vbi sup.lib.1.reſol.74.*
*num.8.*Mareſcott. *vbi sup. lib.1.c.87.*
*num.40.& c.97.& c.22.nu.30.*Rota
dec.587.nu.1.p.2.in recentior.

Clauſula 14.
53 Ex nunc prout ex tunc.

Hæc clauſula operatur, vt vnum
tempus alteri inſit. *Doct. in l.huiuſ-*
modi.la 2.ff.de verb.oblig.Neguſant.
de pignor. & hypoth.p.2.memb.2.n.5.
Tiraquell. de vtroque retractu. tit.2.
§.11.glo.vnica.nu.86.Caualcan.dec.
45.nu.8.p.1. Surdus dec.113.nu.10.
Mar.Antonin.vbi sup. lib. 1.reſol.76.
n.3. quę clauſula ſi à Papa eſt poſita
54 in collatione de beneficio vacanti
non ſuſpendit gratiam, ſecus ſi de
vacaturo. *Card. in clem.vnica. nu.9.*
de conc.præb. Creſcent.dec.7.num.13.
de conc.præb.Rebuff.vbi sup. in praxi.
tit.de diſpenſat. rat. ætat. verbo, tecum
55 *ut ex tunc.* & in gratiis nihil opera-
tur ante conditionis exiſtentiam.
Gabriel.conſ.189. in fine. uol.1. & ſi
56 ad futurum relata ſit, importat, quòd
actus non cenſeatur tunc geſtus, ſed
referatur ad tempus, ad quod fit re-
latio. *Cæphalus conſ.153. num. 21.*
37 *uol.2.* & tempus futurum non trahi-
tur ad præſens, & diſpoſitio, in qua
ponitur dicta clauſula, retrotrahitur
ad tempus actus, & operatur, vt cen-
ſeatur habere effectum ab ipſo initio.

glo.

glo. in clem. nolentes. uers. ex tunc. & ibi Cardin. & alij. de haret. Tiraqu. *de retract. conuent. §. 2. glo. 1. num. 86. & in tract. de constituto. p. 3. limit. 1. num. 16. Iason in l. 1. num. 4. C. de codicill. Marta ubi sup. par. 1. claus. 54.* Gonzal. *vbi sup. in §. 5. proœm. num. 56.* vide *Marescottum vbi sup. lib. 2. c. 39. num. 28. & 29. Gratum de dictionibus. dictione 64. ex nunc. & dist. 65. ex tunc. & Massobrium ubi sup. in prax. bab. conc. ad vac. par. eccl. prælud. 25. dub. 13. num. 18. & Aug. Barbosam de clausulis. claus. 26.*

Clausula 15.

58 Cuius litis statum, & merita.

Per has clausulas dicitur facta sufficiens mentio litis, & operatur ac si in indiuiduo, & expresse fuisset facta mentio litis. *Rota dec. 20. de rescript. in nouis. Rebuff. in praxi. in 3. par. signaturæ. vers. quatenus litigiosum. nu. 4. Sarnen. in reg. de triennali. quæst. 14. nu. 7.* & istæ clausulæ operantur,
59 vt Papa intellexerit litem eo modo, quo pendebat, & prouidisse censeatur vti de litigioso, & operatur litis expressionem ad gratiæ validitatem, quæ non potest impetrari lite pendente, nisi facta mentione litis. *Cassador. dec. 18. num. 6. de præb.* & ope-
60 rantur, vt non dicatur subreptum, etiam quod non sit expressum, quòd lis erat instructa. *Achill. dec. 9. de re-*
61 *scriptis.* & hæc procedunt, dummodo in gratia mentio facta sit litis, secus si nulla mentio facta sit, quia tunc nihil prędictæ clausulæ operantur. *Achill. d. decis. 9. Marta vbi sup. p. 1. claus. 174. Mar. Antonin. vbi sup. lib. 1. resol. 104. num. 21. Card. Mantica decis. 213.*

Clausula 16.

62 Perinde valere.

Hæc clausula gratiam concernit, & est, quando Papa gratiam suam aliqua ex parte inualidã confirmat, & respicit retro, & valet à die primæ gratiæ, si nulli fit præiudicium. latè *Rebuff. in praxi. par. 2. tit. de rescripto.*
63 etiam & perinde valere. neque operatur contra ius tertio quęsitum medio tempore. *Mandos. de signat. gratiæ. in rubr. perinde valere. vers. perinde igitur. Put. dec. 190. par. 2. Verall. dec. 126. nu. 5. par. 1. & dec. 298. nu. 7. p. 2. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1.*
64 *casu 185. num. 25.* nec aliquid operatur, si dispositio principalis, vel causa cesset, puta, quia sit nulla. *Gabriel de clausulis. concl. 3. nu. 82. Lancellott. de attentat. par. 3. c. 31. nu. 265. Paris. de resig. benef. lib. 8. quæst. 11. nu. 46. Mar. Antonin. ubi sup. lib. 1. resol. 105. num. 5. 6. & 7.* Item perinde
65 valere est ipsa gratia cõualidatoria, quæ gratiam conualidatam antecedentem præsupponit. *Geminian. cõs. 11. num. 2. & cons. 128. nu. 3.* & tol-
66 lit dispensationis defectum. *Rota dec. 436. num. 2. par. 1. diuers. Marta ubi sup. p. 1. claus. 321. Garc. ubi sup. p. 4. c. 3. nu. 34. & Aug. Barbosa de claus. claus. 56.*

Clausula 17.

67 Super ea quoque inter aliquos lis, vel etiam super dicto beneficio lis.

Dicta clausula apponi solet de stylo, nam si esset lis, & non exprimeretur, gratia esset subreptitia, ideo Papa litem, & litis statum habet pro expressis. facit text. *in c. inter. de re iud. Rebuff. vbi sup. in praxi, in forma nouæ prouision. vers. super ea quoque. & in par. 1. signaturæ. nu. 13. Mar. Antonin. vbi sup. lib. 1. resol. 29. num. 15. Marta vbi sup. p. 1. claus. 280.*

Clausula 18.

68 Nec aliter, quam si. nec aliàs, aliter, nec alio modo.

Clausula, nec aliter quàm si, importat formam. *Dec. cons. 528. nu. 11. Rota dec. 446. n. 5. par. 1. & dec. 199. nu.*

nu.4.par.2.diuerſ. Mar.Antonin. ubi
ſup. lib.1. reſol.33.num.8. ita etiam
69 clauſula, non alias, aliter, nec alio
modo, importat formam præciſam.
Alex.conſ.3.num.4.lib.1.Mar.Anto-
nin. vbi ſup. reſol.56. & 96. num.4.
Verall.dec.82.nu.4. & importat con-
70 ditionem ſuſpenſiuam, & facit vt ni-
hil actum videatur. Clarus recept.
ſenten.§.emphyteuſis.quæſt.13.verſic.
item quæro. Mar.Antonin. d.lib.1.re-
ſol.62. num.2. & eſt clauſula reſolu-
71 tiua, & facit perinde ac ſi nihil actũ
ſit. Alex.d.conſil.3.num.4.& Clarus,
& Verall. vbi ſup. & eſt limitatiua
72 voluntatis, & præſeruatiua ſui iuris
in caſu contrario. Verall. d.dec.82.
num.3.& dec.84.num.10.p.3.Marta
ubi sup.par.1.clauſ.76.Rota dec.747.
num.1.p.2.in recentiorib. Steph. Gra-
tian. vbi supra diſcept.forenſ.c.515.
num.1.& 29.c.532.nu.21.& c.587.
num.11. & c.748.nu.12. vide Card.
Seraph.dec.838.1063.463. & 110.
& Aug. Barboſam de clauſ. clauſ.39.

Clauſula 19.

73 Dummodo non ſit alteri ius
queſitum.

Hæc clauſula nedum præſeruat
ius in re, prout communiter Docto-
res tenent. Calderin. conſ.8. in fine.
de reſcript. Rebuff. in praxi in forma
nou.prouiſ.ueri.dummodo tempore.Sta-
phil.de lit.grat.tit. de form. mand. de
prouid.num.4. Mar.Antonin.ubi sup.
lib.1.resol.9.num.3.Moneta in tract.
de commutat.ult.uolunt.c.11.n.463.
74 verum etiam præſeruat ius ad rem
quæſitum per electionem, ſeu præ-
ſentationem, quod ius eſt conſidera-
bile ad regulam de non tollendo iu-
re queſito. & Caſſador.dec.3.num.3.
& dec.18.num.2. de præb. Rota dec.
572.num.6.p.1. & dec.52.num.3.&
dec.253.nu.1.& 2.in recentior.Garc.
ubi sup.par.4.c.3.num.20.Marta ubi
sup. par.1. clauſ.35. Steph. Gratian.
ubi sup.c.780.num.17. & 18. Mare-
cott.ubi sup.lib.2.c.1.n.172.&.173.
Doct.in c.cum bertoldus.de re iud.Ric-
cius in praxi rer.for.eccleſiaſtici. dec.
195.num.204. Prax.Archiep.Leonis.
par. 2. cap.17. de poteſtate iud. deleg.
num.17.& 18. Maſſobr.ubi.sup.præ-
lud.7.dub.21.nu.149. hoc tamen nõ
75 procedit, quando conſtaret Papam
velle iuri queſito præiudicare, quia
tunc aliter intelligeretur de omni
præiudicio. Sarnen.ubi sup. de nõ toll.
iur.que.quæſt.1.uer.illud tamen, itẽ
illud procedit, ſi præſentatio acce-
ptata fuit. Sarnen.ubi sup.nu.13. &
76 ſi præſentatus à medietate patrono-
rum deroget alteri medietati, d.clau
ſula non impedit derogationẽ præ-
dictam. Marta ubi sup. nu. 3. & fuit
dictum in vna Piſana Capellaniæ.20.
Martij.1594.corã Blanchetto.Achill.
de Graſſ.dec.18. de probat.

77 Et hæc clauſula operatur, vt ſi eo
tempore conſtet alteri eſſe ius que-
ſitum, gratia ſit nulla. c. examina-
ta.de cõfirm.utili,uel inut. Sarnen.ubi
sup. nu. 41. & hæc clauſula intelligi-
78 tur de iure valido, & canonizabili,
& excluſiuo impetrantis. Sarnen. in
reg. de public.reſignat. quæſt.17. ante
uerſ. quibus. & habet vim expreſſio-
79 nis tituli, & poſſeſſionis alterius,
ideoq. tollit ſubreptionem. Felin.in
c.in noſtra.coroll.36.& in c.ſuper lite-
ris.nu.11.de reſcriptis. & dicta clau-
80 ſula ſemper intelligitur, quamuis nõ
exprimatur. ita Sarnen.d.quæſt.1.n.1.
81 & præſeruat ius ad rem, ſi tale ius ſit
exequibile, vel quando pendet lis
ſuper eo, & eſt deductum in iudicio.
Bellamera conſ.34.nu.25.& 34.Rom.
conſ.256. & ibi addit.

82 Sunt tamen qui dicunt per hanc
clauſulam, dummodo &c. præſerua-
ri tantum ius in re, non ius ad rem,
per illud verbum, quæſitum, ideſt
ius radicatum, incorporatum, ac ple-
num. Sarnen.vbi ſup. de non toll. iur.
queſ.quæſt.4. num.13. Rota dec.759.
num.4.par.1. diuerſ. & ius ad rem
83 non eſt plenum, vnde de eo non eſt
facienda mentio in collatione Papæ.
Put.deciſ.265.num.5. par.2. Caſſad.
deciſ.

Digitized by Google

decis. 3. num. 3. de præbend.
84 Tamen in praxi teneas dictã clau
sulã dummodo &c.præseruare etiam
ius ad rem, quod tamen limita.
85 Primò,id nõ procedere,quoties in
lIteris Apostolicis esset adiecta clau-
sula anteferri, quia per eam subla-
tum censetur omne ius ad rem quo-
uis modo quæsitum. cap. penult. de
præb.lib.6. Felin.in cap. causam quæ.
num.26.in princ.de testib. Mandos.
de signat.grat. in rubr. de expectati-
uis.vers.nulli dabatur. Lapus allegat.
79.num.1. Verall.decis.217. num.5.
86 p.1. præsertim si in eisdem literis (vt
fieri solet) esset adiecta alia clausula,
non obstantibus vna cum decreto ir-
riranri. Felin.in c.in nostra. num.35.
de rescript.Crescent.decis.7.num.5.de
conc.præb.
87 Secundò limita illud procedere
in iure quæsito ad rem alio modo,
quam ex narratis in literis Aposto-
licis. Crescent.vbi sup. Sarnen.d.q.1.
num.41.de non toll.iur. quæs. Oldrad.
cons.330. in fine. Ferrett. cons.185.
num.3.& denique dictio,dummodo,
88 de sui natura non importat condi-
tionem, sed admonitionem secun-
dum Io.And.in c. non potest. de præb.
lib. 6. quem refert, & sequitur Rota
decis. 1. de conditionibus appositis, in
antiquis.& Menoch.de arb.iud.lib.1.
quæst.86.num.28.& de hac clausula
vide Gonzal.vbi sup.glos.15.§.1.nu.
67.& 68.vide Card.Seraf.dec.1153.
1274.1484. & 1498. & Aug. Bar-
bos.de clausul.claus.20. Card.Mant.
dec.256.& clausula, dummodo eius
dispositio ad nos hac vice pertineat
in prouisione beneficij reseruati non
ponitur ratione reseruationis ex-
pressæ in literis,sed ratione clausulæ
generalis, siue præmisso, siue alio
quouis modo. Card.Seraf.decis.755.
& Barbosa vbi sup.clausula 21.& de
hac clausula fuit dictum in Barchi-
nonen.beneficij 26.Nouemb.1627.co-
ram R.P.D.Durano, quæ in calce
operis est decis.82.

Clausula 20.
Quorum tenores.

89 Hæc clausula operatur indiuiduã
omnium expressionem cum omnibus
suis qualitatibus. Felin.in c.nonnulli.
num.6.de rescript. Cassador.sup.regul.
decis.10.num.3.& dec.38.num.3. &
90 per eam censetur derogatum cuicun
que constitutioni etiam habẽti clau-
sulas derogatorias. Felin.ibidem.Ga-
briel.de clausulis.lib.6. concl.5. nu. 1.
Mar. Antonin. var.resolut.lib.1.re-
sol. 46. num.8. Marta vbi sup. par.1.
91 claus.193.& fuit inuenta,vt esset cer
ta via, qua Papa posset derogare
gratijs præcedentibus,de quibus no
titiam non habet. Gonzal.vbi supra
92 glos.36. num.30. & regulariter suffi-
cit pro plena specificatione. Gonzal.
ibidem.num.29.& 64.& est clausula
93 conspicua. Gonzal.ibidem. num.11.
& num. 22. adducit plura de huius
clausulæ effectu, & habet vim cu-
94 iuscunque litis, iuris, & prætentio-
nis in iudicium deductæ. Rota. decis.
506.num.5.par.1.in recent. & opera-
95 tur specificationem eorum, ad quæ
relata est.Rota vbi sup.decis.466.n.5.
par.1. & dec. 128. num.5. part.2. &
96 tollit subreptionem. Rota ibidem.dec.
569.num.8.par.2. Garc. vbi sup. p.3.
cap.2.num.234. & per eam censetur
97 derogatum regulis Cancellariæ, ac
si de verbo ad verbum fuissent ex-
pressæ. Sarnen. vbi sup.in proœm.reg.
cancell.quæst.6.circa finem.vers.quo-
rum tenores. Stef. Gratian. disceptat.
forens.cap.182.num.18.cap.421.n.9.
c.548.num.12.& c.635.num.9.Ma-
rescott.vbi sup.var. resol.lib.1.cap.19.
nu.9. & 10. & lib.2.c.48. & de hac
clausula vide Praxim Archiep.Leonis
par.1.c.13.num.21.de immun. eccles.
& par.3.c.38.num.173. de excomm.
vide Card. Seraf. decis.16.291.296.
510.981.& 998.Card.Mantic.dec.
76.& Aug.Barbosam de clausul.clau-
sul.70.

98 *Clausula* 21. Anteferri.

Hæc clausula solet extendi de stylo Curiæ ita, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de beneficijs ecclesiasticis in illis partibus generales, vel speciales dictæ Sedis, vel Legatorum eius literas impetrauerint, etiamsi per eas ad inhibitionē, reseruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dictorum beneficiorum volumus anteferri. *Rebuff. in praxi in forma noua prouisionis*, & tollit omnem subreptionem. *cap. mandatum de rescript.* &
99 facit de posteriore priorem. *Bellam. causs.* 33. *num.* 20. & non trahitur retro in præiudicium iuris quæsiti ad
100 rem, nisi aliter constet de intentione Papæ. *Geminian. cons.* 38. & nihil ope
101 ratur, nisi ille, cui est concessa, ea vti voluerit. *Calderin. consf.* 5. *num.* 2 *de translat. prælat. Marta vbi supra par.* 1. *clausf.* 212. & per hanc tollun-
102 tur reseruationes, & expectatiuæ tàm generales, quàm speciales, & impetrans præferri debet etiamsi habens expectatiuam acceptauerit, sed non tollit ius in re, sed ius ad rem. *Rebuff. vbi sup. vers. aut si aliqui.* de hac clausula late *Felin. in c. capitulum. num.* 6. *& in c. causam quæ. de rescript. Mar. Antonin. vbi sup. lib.* 1. *resol.* 9. *nu.* 13. *Verall. decis.* 337. *num.* 5. *par.* 1. *Ricc. vbi sup. decis.* 195. *num.* 207. *Monet. de comment. vlt. volunt. c.* 11. *de mutat. stat. eccles. & benef. à num.* 457. *ad* 461. *Aug. Barbos. de clausf. clausf.* 6. *& clausf.* 8. *sec. impr. Lugdun.*

Clausula 22.

103 Ac si à die datæ.

Per hanc clausulam retrotrahitur collatio ad diem datæ ipsarum literarum. ita in puncto *Gabriel. de clausulis. conclus.* 3. *nu.* 38. *Stapbil. de lit. grat. in forma mand. de prouid. vers. prima igitur forma. num.* 5. *& de vi, & effectu clausf. vers. septimo, & vltimo. Crescent. decis.* 7. *de conc. praben. Fla. Parisf. de resign. benef. lib.* 1. *q.* 6. *nu.* 32. *Mar. Antonin. vbi sup. lib.* 1. *resolut.* 8. *num.* 102.

Clausula 23.

104 Dummodo accedat consensus, vel accedente consensu.

Hæc clausula inducit conditionem. *Put. decis.* 18. *lib.* 3. quæ impleri debet, & expressus consensus requiritur, vt si dicat accedente consensu patronorum, quia tunc consensus expressus requiritur. ita *Sarnen. in reg. de impetr. benef. per obit. quæst.* 11. *num.* 2, *Put. decis.* 282. *num.* 3. *lib.* 3. *Marta, vbi sup. clausf.* 3. *num.* 1. *&* 2. *Card. Seraf. dec.* 1163. & fuit dictum in *Pistorien. Plebaniæ.* 24. *Mar.* 1623. *cor. D. Nauar.* quæ in calce oper. est *dec.* 84. *& in ead. coram eod.* 12. *Iunij* 1623. quæ in fine est decis. 85.

Clausula 24.

105 Dummodo eius dispositio ad nos hac vice, &c.

Ponitur hæc clausula ratione clausulæ generalis, siue præmisso, siue alio quouis modo, non ratione reseruationis expressæ in literis, neque reddit gratiam conditionalem. *Marta d. par.* 1. *clausf.* 37. & totam gra-
106 tiam, omniaque in ea contenta qualificat, & restringit. *Rota decis.* 777. *num.* 6. *par.* 2. *in recent. Card. Seraf. decis.* 755. *& Aug. Barbosf. de clausf. clausf.* 21.

Clausula 25.

107 Dummodo intrusus non sit.

Hæc clausula intelligitur de intrusione præter narratam. *Sarnen. vbi sup. de iure quæsito. quæst.* 1. *in fine.*
108 *Crescent. decis.* 7. *de iurep.* & facit gratiam conditionalem. *Marta vbi sup.*
109 *clausf.* 38. *par.* 1. & intrusus dicitur, qui absque auctoritate eius, qui cōferre potuit, beneficium occupauit. *Rota decis.* 13. *de caus. possess. & propriet. in antiq.* seu ille, qui sine titulo, & colore in beneficio se intrusit. *Felin. in cap. qualiter, & quando. il'* 1. num. 15.

num. 15. de accusat. vel qui titulum, & colorem habet, sed non canonicum
110 quoniam conferens auctoritatem non habebat. *Calderin. cons. 13. de verb signif.* & ideo prouisus ab ordinario de beneficio Papæ reseruato dicitur intrusus, siue si de beneficio non vacante possessionem acceperit, vel si electus sine confirmatione superioris possessionem acceperit, vel qui notoriè nullum ius habeat. vt per *Martam vbi sup. num.* 3. & in-
111 trusus non auditur, eiusque possessio dicitur vacans, neque iuuatur regula de triennali. *Marta vbi sup. n. 4.*

Clausula 26.

112 Dummodo omnes insimul non excedant.

Ista est verificanda secundum tempus reseruationis, non translationis, si sit translata. *Rota in vna Carpentorat. pensionis. 15. Martij* 1602. *co-*
113 *ram Card. Lancell.* & si adiecta sit reuocationi pensionis facit illam conditionalem, vel modalem, vt sit verificanda, secus si adijciatur post puram reseruationem ad modificandam aliam clausulam, vt in *d. dec.* refert *Marta vbi sup. par.* 1. *clauf.* 39.

Clausula 27.

114 Dummodo remaneant centum pro Rectore.

Propter hanc clausulam probari debet concludenter talis assertio, neque sufficit probatio per famam ad *decis. 3. Mohedani de testib.* idem est, si dicatur in pensione, quæ fructuum medietatem nō excedit, quia ipse pensionarius probare debet excessum in alijs, & ex *Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap.* 3. rectori Ecclesiæ pa-
115 rochialis debent remanere centum, Episcopo autem mille, & in alijs beneficijs pensio pro fructuum medie-
116 tate solet concedi, & aliquando pro maiori summa. *Marta vbi sup. par.* 1. *clauf.* 42. & similis est alia clausula,
117 dummodo remaneant quinquaginta liberi pro rectore, idest deductis oneribus ordinarijs, & intelligitur prout ducati valent in loco beneficij, vbi in dubio facienda est solutio. *Marta vbi sup. clauf.* 43. quæ clausulæ verificari debent per pen-
118 sionarium, etiamsi agatur contra eum, qui pensioni consensit. *Rota decis. 417. nu. 5. par. 2. in recentiorib.* fallit tamen, quādo huiusmodi clau-
119 sula non est apposita reseruationi pensionis, sed consecutiuè ad modificandum, & limitandum clausulam antecedentem, etiamsi aliæ pensiones annuæ vltra præfatas alijs personis assignatæ existant. *Rota vbi supra num. 1. Garc. de benefic. par. 1. c. 5. num. 371. 397. & 404. Marescott. vbi sup. var. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 72. & seqq. vide Card. Seraf. dec. 951. & 1122.*

Clausula 28.

120 Dummodo causa non sit instructa.

Causa dicitur instructa, quando est relata in Rota, nec post terminū ad articulandum, nec post conclusum in causa inter duos, tertius audiri debet, quoniam causa inter illos instructa est. *Rota decis. 4. de iudic. in antiquiorib.* & si additum sit, & in iurisdictionem consensum, non requiritur vtrumque, sed alterum sufficit. *Marta vbi sup. par. 1. clauf. 36. vbi num.* 1. dicit dictam clausulam
121 reddere sententiam nullam latam vigore commissionis habentis dictā clausulam, si causa erat instructa.

Clausula 29.

122 Cuius ad id expressus accedit consensus.

Hæc clausula cum sit concepta per verba præsentis temporis stat causatiuè non conditionaliter. *l. institutio talis, ff. de condit. instit.* præsertim quando est posita in literis, quia

quia tales literæ expeditæ non fuissent sine consensu. *Put. decis.* 439. *lib.* 1. *& dec.* 18. *lib.* 2. *Verall. dec.* 213. *&* 220. *par.* 1. & intelligitur de consensu posito, & scripto à tergo literarum. *Marta d. par.* 1. *clauf.* 22. *Marescott. vbi sup. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 137.

Clausula 30.

123 Et cum absolutione à censuris ad effectum præsentium dumtaxat consequendum.

Papa per hanc clausulam reddit prouidendum capacem gratiæ. *Dec. in cap. Apostolica. col.* 2. *de except. Alberic. in l. à procedente. in princ. C. de dilationib. Boer. decis.* 290. quę non
124 habebit effectum si per annum; vel vltra dictus prouidendus steterit in excommunicatione, quia tunc obstat regula Cancell. Apost. quæ est
125 65. de insordescentibus, quæ talis est & refertur *à Quaranta in summa Bullarij. ver. regula Cancell. Apostol.* Itē ne personis, pro quibus literæ suæ sanctitatis emanabunt, ob generalem absolutionem à censuris ecclesiasticis, quibus ligati forent, ad earum effectum indifferenter concedi, & in literis Apostolicis apponi solitam, præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis, statuit, & ordinauit huiusmodi absolutionem, & clausulam in literis, quas in futurum cum illa concedi contingerit, non suffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiarijs, violatoribus Ecclesiarum, falsificantibus, & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus, receptatoribus, & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiasticæ libertatis, via facti, ausu temerario, Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuncios, vel executores Apostolicæ Sedis, & eius officialium eis cōmissa exequentes, impedientibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati à iure, vel ab homine, per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscumque alijs, qui censuris aliquibus etiam aliàs quam vt præfertur, quomodolibet ligati, in illis per
126 annum continuum insorduerint. & talis insordescens in excommunicatione per annum de hæresi habetur suspectus. *Rota dec.* 580. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers.* igitur dicta clausula regulariter tollit impedimentum proueniens à cēsuris, id est, ab excōmunicatione, spensione, & interdicto. *Rebuff. in praxi, in for. nou. prouis. uers. teque absoluentes. & Marta d. par.* 1. *clauf.* 47. *Garc. de benef. par.* 7. *c.* 14. *Suarez de censuris. disput.* 17. *sect.* 1. *num.* 2. &
128 aliqui volunt per dictam clausulam comprehendi etiam irregularitatem per verba illa, ecclesiasticis pœnis, quia irregularitas non est censura, sed pœna, alij negant, quia absolutio non datur ab irregularitate, sub dispēsatio vtramque opinionem refert *Garc. d. par.* 7. *cap.* 11. *nu.* 55. 56. *&* 59. *Moneta, in tractatu de commutat. vltim. volunt. cap.* 10. *de derogat. qualit. in fundat. benef. apposit. à num.* 464. *vbi num.* 469. ait hanc clausu-
128 lam absoluere etiam à censuris reseruatis in Bulla Cœnæ Domini, præterquam ab incursa ob hæresim. &
130 *Garc. vbi sup. num.* 71. ait etiam ordinarios vti posse hac clausula per quam absoluuntur impetrantes ab illis censuris, & pœnis, à quibus ordinarij eosdem absoluere possunt.

Clausula 31.

131 Vt asserit, seu vt asseritur.

Hæc prima refertur ad impetrantem, qui tenetur asserra iustificare, quæ differt ab illa clausula, vt asseritur. *Rota decis.* 60. *&* 77. *de rescript. in antiq. Cassad. decis.* 4. *num.* 1. *de rescrip. & decis.* 7. *de iurepatr. Marta vbi sup. par.* 1. *clauf.* 197. & per clau-
132 sulam, vt asseritur narratiua non di-

citur esse partis. Rota dec.691.nu.6.
133 p.2.in recentiorib. & per eam nihil includitur. Gonzal.vbi sup.gloss.32. num.12. & 14. Rota dec.461.num.1. p.1.in dd.recentiorib.& Card.Seraph. dec.388.

Clausula 32.

134 Siue alio quouis modo.

Hæc clausula intelligitur, itaut comprehendat omnem modum etiã per indirectum. glo. in c. vt inquisitionis. §.prohibemus. de hæretic. lib.6.
135 & quando aliàs nihil operaretur, intelligitur de dissimilibus aut de maioribus expressis. Crauett.cons.294. nu.3. Marta vbi sup. p.1. clauf.140.
136 & secundum stylum Curiæ, & communes conclusiones capit tantum vacationem tempore datæ prouisionis contingentem. Sarnen.de publicand.resignat.quæst.16. Rota dec. 49. num.5. & dec.309. num.2. par.2. in recentiorib. Gonzal. vbi sup. glo. 15. num.86. Marta vbi sup. clauf.173. Massob. in praxi hab.conc.ad vac.par. eccl.prælud.26.dub.35.nu.9.

Clausula 33.

137 Vt præmittitur.

Hæc clausula est restrictiua respectu præcedentium. clem. ne in agro. §. abbate. & ibi glo. de stat. monach. Marta d.p.1. clauf.202.& p.3.clauf. 94.Rebuff.vbi sup.in form.nou.prouis. vers. siue vt præmittitur.

Clausula 34.

138 Cuius valor.

Valor expressus cum sit pars narratiuæ est probandus. Flam.Paris.de resig. benefic. lib.10.quæst.3.num.39. Mar. Antonin. var.resol. lib.1. resol. 39.num.12. & seq. & resol.104.nu. 25.Put.dec.24.lib.1. Cassador.dec.7.
139 de iurepatr. & falsò expressus vitiat gratiam. Felin.in c. ad aures.num.4. de rescript. vbi Dec. num.11. nisi sit
140 expressus impersonaliter, vt asseritur, quando verba præcedentia concepta fuerũt in personam impetrantis, secus quando omnia verba loquũtur vniformiter, & videtur, quòd impetrans omnia asseruerit, vel quãdo verba concepta sunt in secunda, vel tertia persona dicendo, vt asseris, vel vt asserit. Felin.in d.c.ad aures. nu.10. & vide Monetam vbi sup. de commutat.vlt.volunt. c.10. de derog.qual.in fund.ben.appos.nu.488.
141 Qui valor iustificari debet iuxta tempus datæ impetrationis. Cassad. dec.19.in fine.super regul.Cancell.Verall.dec.264.nu.9. & dec. 330. nu.1. par.3. Greg.XV. dec.13.& dec.419.
142 & testes deponentes super valore beneficij deponere debẽt deductis oneribus, & de tempore datæ. Gregor. dec.357. num.4. & locationes etiam
143 geminatæ non probant valorem. Sarnen.in reg.de valore. quæst.ult. in
144 fine: concurrentibus tamen adminiculis probant, & excusant à mala expressione, & à pœna regulæ 54. Cancellariæ Apostolicę de exprimẽdo vero valore beneficiorum in impetrationibus. Cassador. dec. 20. in princ. & num. 2. super regul. Verall. dec.78.num.1.p.2. & dec.49.par.3. Annotat.ad Gregor.XV.dec.101.n.5.
145 & 6. & valor in gratia narratus per non excessum, non iustificatur per testes deponentes per ascensum, quia stat simul, quod valor ascendat ad summam expressam, & non sit verũ, quòd non excedat. Rota dec 186.nu. 3. & 5.dec.429.num.3. & dec. 443. par. 2. in recentiorib. Greg. XV. dec. 147. & ibi annotat. & de valore vide Sarnen. in reg. de valore. Rebuff. in praxi in par.3.signaturæ. vers.necnon verus valor. Garc. vbi sup. de benefic.par.5.c.5. à nu.187.& quomo-
146 do probetur valor vide eundẽ Garc. d.par.5. c.3.num.218. & par.6. c.2.
147 nu. 165. & quòd valor sit iustificandus de tempore impetrationis dicit etiam Steph.Gratian. disceptat.forens. c.510.num.1.

Clau-

Clausula 35.

148 Pro expressis habentes.

Hæc clausula operatur, non obstantibus quibusuis derogatorijs. *Felin. in c.nonnulli. nu.6.de rescript. Sarnen. in procem.regul.quæst.6.nu.6. Rebuff.ubi sup. tit.de dispensat.rat.et.*
149 & facit, quòd omnia exprimi possunt. *Put.dec.89.num.1.lib.1.* non ta-
150 men operatur in his, quæ sunt cō-
traria narratis. secundum doctrinā *Angeli in l. omnes.num.2. C.de præscript.30. uel 40.ann.* & operatur ac
151 si tenores specificæ inserti essent. *Cassador.dec.10.super regul.* & perin
152 de est, ac si omnia contraria specificata essent. *Dec. cons.165.* & opera-
153 tur expressionem omnium qualitatum, & circumstantiarum, quæ essent exprimendæ. *Geminian.cons.65.nu.21.* vide *Martam d. par.1.clausul.101. & Aug.Barbos.de claus. claus.59.*

Clausula 36.

154 Non obstantibus, &c.

De hac clausula est textus in *c.cū aliquibus.de rescript.lib.6. & in c.ult. de sent. excomm. lib. 6. & in c. quia sæpe.in fin.de elect.lib.6.* de ea *Rebuff. ubi sup. in form. nou. prouis. uers. non*
155 *obstantibus.* & tollit omnia quæ gratiæ obstare possunt. *Iason consil.210. col.4.in fine.lib.4.Rota dec.506.nu.1. par. 1. in recentiorib.* & de hac clausula tractat *Marescott.ubi sup.uar.resol.lib.1.c.19.num 8. & c.29.nu.72. et c.35.num.4.* quæ clausula satis est
156 ad tollendum priuilegium non clausum in corpore iuris. *clem.1. in fine. de sepult.* sed per eam non censetur derogatum statuto particulari. *Felin. in c.nonnulli.num.23. de rescript.*
157 item non auget gratiam, sed declarat intentionem concedentis, quatenus sit dubia contra concessa. *clem.*
158 *1. de preb.* non tamen tollit subreptionem. *Corneus consil.125.num.14.*
159 *lib. 6.* nec per eam censetur derogatum regulis cancellariæ, nisi expressè dicatur. *Sarnen.in proœm.quæst.5.*
160 *seu 3.* neque tollit obstacula personalia. *Calderin.cons.1.de rescript.* nec
161 censetur derogare dispositioni firmatæ consensu partium. *Crauett. cons.241. col. 9.* item non tollit ius
162 quæsitum laico ex fundatione, vel dotatione etiamsi adsit clausula motu proprio, nisi exprimatur. *Staphil. ubi sup. de ui, et eff.claus.§.de clausulis non obstantiarum.nu.1. et seqq.* &
163 si dispositio, super qua est dicta clausula, sit nulla, etiam d. clausula est nullius effectus. *Angel.cons.30.n.32. Marta d.par.1.claus.79. Mar. Antonin.d.lib.1.resol.5.num.16.& seq.& resol.46.num.7. & resol.58. num. 6. Gonzal. ubi sup. glo.9. §.1. num.57. Steph.Gratian.ubi sup.discept.forens. c.421.num.15. & 16.c.458.num.6. & c.742.num.22. Card.Seraph.dec. 433. Aug.Barbos.de claus. claus.43. 44.45.46. & 47.*

Clausula 37.

164 Supplentes, &c.

Hæc clausula non supplet defectū causæ. *Redoan.de reb.eccles.non alien. sub vocabulo alienat. versic. & si sit facta.num.13.* Magon.dec.Lucen.12. *num. 21.* nec supplet defectus substantiales. *Dec.cons.14.num.75.Mar. Antonin.ubi sup.lib.1.d.resol.5.num.*
165 *29.& 30.* neque tollit defectum potestatis facientis actum confirmatū. *Rot.dec.2.de consi.ut.vel inut.in nouis. Abb. in c.inter dilectos.num.8. de fid. instrum.* & prædictum est verum quando Papa ignorauit. *Rota dec. 455.nu.4.par.1. diuers.* & d.clausula
165 tollit tantum defectus iuris positiui. *Dec.cons.410.col.pen.*& defectus debent esse specificati ad hoc, vt per d. clausulam tollantur. *Dec. consil. 606.col. 4.* non tamen hæc clausula
167 supplet defectus prouenientes de iure naturali. *Alex.in l. si filius à patre.S.ult. in fine. ff. de lib. & posth.* &
168 ideo non supplet defectum citatio-
nis,

nis, quæ est de iure naturali. *Sarnen. in compendio signat. fol. mihi.* 161.
169 *versic. et etiam.* neque operatur quãdo læditur ius tertij. *Ruin. cons.* 35. *num.* 35. neque tollit defectus concernentes personã supplicantis. *Specul. in tit. delegato. S. nunc ostendendũ. versic.* 18. *Marta d. par.* 1. *clauf.* 181. *Steph. Gratian. vbi sup. c.* 599. *num.* 9. *Card. Seraph. dec.* 975. *et Aug. Barbos. de clauf. clauf.* 104.

Clausula 38.

170 Decretum irritans.

Per hanc clausulam ordinarij collatio in contrarium facta annullatur, ipso iure, & etiam alius actus contrarius prouisioni, cui est adiecta d. clausula. per textum in *clem.* 1. *de elect. Marescoti. vbi sup. var. resol. lib.* 2. *c.* 38. *vbi latiss. Steph. Gratian. vbi sup. discept. forens. c.* 283. *nu.* 3. *et* 23. *c.* 208. *num.* 24. *c.* 415. *nu.* 22. *c.* 416. *num.* 7. *c.* 440. *num.* 16. *c.* 517. *nu.* 19. *c.* 574. *num.* 5. *et* 9. *c.* 730. *num.* 44. *et c.* 791. *num.* 13.
171 Immo nec valet actus in contrarium factus etiam de partium consensu. per textum in *c. statutum. et ibi glo. in verbo, committatur. et c. dispendia. de rescript. lib.* 6. quia d. clausula stat pro forma. *Bald. et alij in l.* 1. *ff. de lib. et posth. Rebuff. in praxi. in for. nou. prou. versic. nos enim ex nunc irritum. et cæt.* vbi actum contrariũ dicto decreto factum de consensu partium valere contendit. & d. clau-
172 sula inficit possessionem, & titulum. *Cassad. dec.* 1. *et* 2. *de rest. spol. Rot. dec.* 99. *lib.* 1. *par.* 3. *diuers.* nihil autem
173 operatur in gratia conditionali ante conditionis euentum. *clem.* 1. *de conc.*
174 *præb* & ligat etiam ignorantes. *c. si eo tempore. et ibi glo. in uerbo, ignoranter. de elect. lib.* 6. item quamuis d.
175 clausula operetur, vt nullus inferior possit manus apponere, & conferre, attamen hoc procedit in resignatione, secus in prouisione per obitum. *Achill. de Grass. dec.* 14. *de rest. spol.* *Marta ubi sup. d. par.* 1. *clauf.* 255. *et p.* 3. *clauf.* 20. *Sarnen. in reg. de triennali. quæst.* 51. *uers. præterea. Mar. Antonin. d. lib.* 1. *d. resol.* 5. *nu.* 15. *resol.* 8. *nu.* 11. *resol.* 13. *n.* 4. *resol.* 98. *et resol.* 108. *nu.* 18. *Garc. ubi sup. par.* 5. *c.* 1.
176 *num.* 24. quod decretum irritans habet inhibitionem in ventre, ac vim priuatiuam, & auocatiuam, & est potentius reseruatione. *glo. in d. c. si eo tempore. in uerbo, prouisionem. de*
177 *elect. lib.* 6. verum si appositum fit in gratia obtenta de beneficio tãquam de reseruato, cum tamen non sit reseruatum, non afficit, neque quoad diuersum modum vacationis. latè *Gonzal. ubi sup. glo.* 67. *per totam.* di-
178 ctaq. clausula nihil operatur, quando apposita non est super certo corpore beneficij. *Rota dec.* 423. *num.* 5. *par.* 2. *in recentiorib.* quæ clausula di-
179 citur accessoria, neque ampliat principalem dispositionem, sed tantum tollit subreptionem. *Rota dec.* 569. *nu.* 8. *par.* 2. *in dd. recentior.* & de hac clausula vide *Rotam dec.* 41. *num.* 9. *p.* 1. *dec.* 316. *nu.* 4. *dec.* 570. *nũ.* 6. *et* 7. *dec.* 613. *num.* 3. *dec.* 652. *nu.* 3. *et dec.* 752. *nu.* 6. *p.* 2. *in dd. recentiorib. Prax. Archiep. Leonis. in c.* 32. *de mala benefic. collat. nu.* 33. vide *Cardin. Seraph. dec.* 341. 351. 364. 1413. *et* 1471. *Aug. Barbos. de clauf. clauf.* 112. *Cardin. Manticam dec.* 286. *et* 300. & de decreto irritanti fuit dictum in *Anagnina Beneficij.* 15. *Martij.* 1627. *coram* R. P. D. *Vbaldo.* quæ in calce operis est dec. 83.

Clausula 39.

180 Discretioni vestræ, & super quibus conscientiam vestram oneramus.

Stante hac clausula, causa non potest subdelegari, quia tunc personæ industria censetur electa. *Abb. Felin. et alij in c. ult. de off. deleg.* præsertim si adsit d. clausula, super qui-
181 bus conscientiam vestrã oneramus, quæ facit delegationem personalẽ. *Iason*

Iason in l.à iudice. limit.5.C.de iudic. vide *Mar.Anton.Genuen.in sua praxi archiep. Neapolit. c. 69.* de causis delegatis plura frequentia in praxi. & d. clausula quid operetur in breui, & commissione si in euidentem. vide *Caualcan. dec.46. num. 381. et Card.Seraph.dec.448.et 1176. Aug. Barbosam de clausul.claus.13.et seqq. Martam ubi sup. d.par.1.claus.274. et 371. ubi num.3. et seq.* demõstrat,
182 an iudex debeat iudicare secundum acta, & probata, an vero secundum propriam conscientiam, & communis est Doctorum opinio Iudicem debere iudicare secundum acta, & probata, vt ibi, de qua tractãt Doct. *Abb. et Card. in c. pastoralis. §. quia uero.num.8. et Felin. num.23. de off. deleg.* Nauarr. *in c. humana aures.22. q.5.quaest.2.Card. à Turrecremata in c.iudicet.3.q.7.num.1.*

Clausula 40.

183 Districtius inhibentes.

Si commissio sit facta Iudici iurisdictionem habenti & cum d. clausula, iudex si contrafaciat, attamen gesta contra dictam commissionem valent. *glo.in clem.1.uerbo,inhibētes. de iureiur.* sed praedictus iudex contrafaciens punitur. *c.dilectus.de praebend.* dummodo in tali commissione non adsit etiam decretum irritans, quia tunc gesta contra talem commissionem sunt nulla. *Staphil. ubi sup.de lit.grat.tit.de ui,et effectu clausul.in §.districtius inhibentes. Marta d.par.1.claus.275.*

Clausula 41.

184 De plenitudine iuris Canonici.

Haec clausula includit omnia iura canonicalia, & praecipuè perceptionem quotidianarum distributionum secundum *Ant.de Butr. in c. pro illorum.de praebendis. Staphil. vbi sup.* in literis pro creato in canonicum, quamuis interdum consuetudo sit contraria. *Marta d. p.1.claus.260.*

185 & ideo receptus in Canonicum, vel Decanum à Capitulo cum plenitudine iuris canonici dicitur verè factus particeps quotidianarum distributionum ipse, & eius successores, aliàs d. clausula excluderet seruitiũ personale chori, & suum significatũ.

Clausula 42.

186 Derogatoria.

Derogatio generalis sufficit, etiãsi leges, & priuilegia haberent clausulam derogatoriam in contrarium. *Feder. de Sen. consil.47.num.1. et 3.* & tollit consuetudines particulares, & statuta. *Corneus consil.83.num.16.*
187 *uol.* 4. & si cum derogatoria adsit motus proprius, tunc tolluntur consuetudines, & statuta vnius ecclesiae etiam in tertij praeiudicium. *Staphil. ubi sup. rubr. quomodo derogetur sta-*
188 *tutis, et consuetudinibus.* sed non tollit partium conuentionem, nisi de illa facta sit mentio specialis. *Ferret. consil.319.num.2.uol.2.* in dubio au-
189 tem d. clausula restringenda est ad inualidas, & friuolas dispositiones. *Decius consil.33.col.7. & cons. 286. col. ult.* de qua clausula latè *Marta vbi sup.d.par.1.claus.261. Marescott. vbi sup.var.resol.d.lib.1.c.51.nu.22. & lib. 2.c.35.nu.10. Steph. Gratian. vbi sup.discept.forens.c.48.nu.20.22. & 25.& c.673.nu.24.* & vide *Card. Seraph. dec. 291.417. & 716. Aug. Barbosam de claus. claus.114.*

Clausula 43.

190 In forma Camerae.

Efficacior obligatio, & solutio facilior oritur ex praedicta obligatione in forma Camerae. *Gallesi.in tract. de form.Camer.obligat.p.1.quaest.1.et*
191 *2.nu.8.* quae obligatio compensationem non admittit. *Capicius dec.167.* nisi incontinenti fiat liquidatio. *Af-*
192 *flict. dec.381.* neque potest contra eam allegari litis pendentia. *Surd. cons.*

conf. 542. *num.* 14. *vol.* 4. qua stante
193 agi potest via executiua. *Surd. conf.* 513. *num.* 20. *vol.* 4. nec attenditur
194 ordo, cessat excussio, & datur creditori optio eligendi viam, quam vult, & vna via electa, alia tamen vti po-
195 test, & demum operatur idem, quod res iudicata: *Turret. cons.* 3. *num.* 12. *vol.* 2. *Marta d. p.* 1. *clauf.* 297.

Clausula 44.
196 Manutenere.

Manutentio refertur ad ius, interdum ad factum, & habet tractũ successiuum, & si cedens manutenere promittit bonum nomen debitoris, & idoneum, requirirur perseuerantia, quòd semper sit idoneus. *Barsius decis.* Bononien. 110. *num.* 20. &
197 quoad factum, manutenere est conseruare & sustenrare, & ita tunc quis obligatur ad impensam in reficiendo, non ad faciendũ de nouo. *Surd. conf.* 121. *nu.* 25. *vol.* 1. *Andreas Facchin. controuers. iur. lib.* 3. *controu.* 70. *Marta d. par.* 1. *clauf.* 305.

Clausula 45.
198 Quomodolibet.

Hæc clausula includit omnẽ modum. *Pauin. de off. & potest. capit. sed. vac. prælud.* 7. *num.* 9. *Archidiac. in c.* 1. *de off. vic.* & est vniuersalis, & di-
199 stributiua, cuius natnra est, vt cuilibet tribuat actum insolidum. *l. non distinguemus. §. cum plures. ff. de rec.*
200 *arbitr.* & idem est in clausula, quomodocumque. Tiraquell. *de retract. conuent. §.* 1. *num.* 6. *glo.* 2. *& num.* 9.
201 & dictæ clausulæ ostendunt plenam, & exuberantem voluntarem disponentis. *Dec. conf.* 137. *col.* 1. *Marta d. par.* 1. *clauf.* 136. *& Steph.* Gratian. *vbi sup. discept. forens. c.* 486. *num.* 3. *Aug.* Barbos. *de dictionibus. dictione* 282.

Clausula 46.
202 Cautionem bancariam consignare debent, &c.

Ad fauorem pensionarij talis cautio præstari solet ad triennium cum obligatione illam reuocandi, si rector beneficij illud resignet. *Flam. Paris. de resignat. benef. lib.* 6. *quæst.* 2.
203 *num.* 149. & idem est in schedula bancaria, de qua Rota *dec.* 284. *&* 285. *p.* 1. *in recentior.* relata à *Marta d. par.* 1. *clauf.* 121.

Clausula 47.
204 In circa. vel circa.

In ætate d. clausula intelligi debet de duobus, vel quatuor, aut quinque, vel sex mensibus. *Alex. conf.* 88. *num.* 15. *lib.* 6. & in hoc quomodo regulare debeat iudex arbitrium suum tradit *Menoch. de arbitr. iudic.*
205 *casu* 46. *num.* 5. vel potest verificari in duobus annis, plus, vel minus. *Corn. conf.* 179. *num.* 4. *lib.* 3. & regulariter refertur ad modicum. *Ant. de Butr. in c. litera. de dilat.* & à teste
206 prolata facit ambiguitatem, quæ non concludit. *Corn. conf.* 197. *nu.* 14. *lib.* 2. & in concessione terræ,
207 eiusue mensuræ idem importat, quòd propè, vel adeo modicum, quòd nihil reputetur. *Alex. conf.* 120. *nu.* 8. *lib.* 2. *Signorol. conf.* 332. & si apponatur circa locum, importat decem pe-
208 des. *l.* 1. *§. hoc autem edictum. ff. de no.*
209 *oper. nunciat.* & aliquando designat termini inclusionem, aliquando verò exclusionem. *Hostien. in summa tit. de rescript. §.* 7. *vers. quero*. Marta *d. par.* 1. *clauf.* 59. *& clauf.* 375. vide *Greg. XV. dec.* 128. *vbi annot. lit. A. & dec.* 344. *num.* 9. *& dec.* 558. *nu.* 1. Rotã *in recentiorib. dec.* 343. *nu.* 2. *p.* 1. *& Gratum de dictionib. dict.* 92. *in circa. & Aug.* Barbosam *de dictionib. dictione* 132.

Digitized by Google

Clausula 48.

210 Habita, vel non habita.

Aliquando quis tenetur soluere
pensiones ex vi dictæ clausulæ, ha-
bita, vel non habita possessione bene-
ficij, quæ tamen clausula non ope-
ratur vltra duos, vel tres annos ex
benignitate Rotæ. *Achill. de Graff.
dec.* 12. *num.*3. *de prab.* & Rota *dec.*
699.*num.*2. *par.*1. *diuerſ.* quod est
211 verum, quando lis non est calumnio-
sa. *Verall.dec.*364.*par.*1.& aliquando
alia clausula apponitur, vt is, qui
212 pensioni consentit, non possit in al-
terius fauorem beneficium resigna-
re, nisi prius intimatione facta ipsi
pensionario, atque facta noua obli-
gatione per resignatarium de soluē-
da pensione. *Mandos.de signat.grat.
tit.pensiones.col.*12.*Cassador.dec.*4. *de
restit.spoliat.Marta d. p.*1.*clauſ.*57.
*Marescott.vbi sup. var.resolut.lib.*2.
*c.*18.*num.*4. & *seqq.* Steph.*Gratian.
vbi sup.c.*454.*num.*8.& 12.& *Card.
Seraph.dec.*66.*Cardin.Mantica dec.*
339.*Aug.*Barbosa *de clauſ. clauſ.*27.

Clausula 49.

213 Summariè.

Prædicta clausula tollit omnes so-
lemnitates iuris ciuilis. *Dec.cōſ.*449.
*num.*15.*Grauat.ad Vestrium in pra-
xi lib.*5. *c.*1.*num.*7. Maranta *de ord.
iudic.par.*4.*distinct.*9. *num.*8. non
214 tamen censentur sublatæ probatio-
nes necessariæ, sed intelligitur, sum-
mariè, idest, breuiter, omnia enim
substantialia iudicij sunt adhibenda,
sed modo breuiori, & requiritur li-
bellus, litis contestatio, sententia
diffinitiua, debentq. assignari dila-
tiones, sed breuiores; secus si aga-
tur de causa fauorabili præiudiciali,
vt alimentorum, & tunc sufficit se-
miplena probatio. *Bart.in extrauag.
ad reprimendum. ver. figura. num.*9.
& *in ver. summariè. nu.* 13. *Marta
d.par.*1.*clauſ.*180.Gratus *vbi sup. de
dictionib.dict.*258.*summariè.* Steph.
Gratian. *vbi sup. c.*509. *num.*30. &
seqq. & *Aug.* Barbos. *de clausulis.
clauſ.* 103.

Clausula 56.

215 Sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta.

Per hanc clausulam non potest in-
telligi data facultas procedendi nul-
liter. *Bart. in d. extrauag. ad repri-
mendum. ver. videbitur.* facit textus
in *clem.* 2. *de iudicijs.* & *in clem. sæpè.
de verb. signif.* & ibi dicta verba de-
clarantur, & ibidem. *glo.* Marta *ubi
sup.par.*1.*clauſ.*164.Barbosa *d.clauſ.*
103. *vbi supra.*

Clausula 51.

216 Ipso iure, ipsoq. facto.

Ipso iure, vt quando beneficium
amittitur ipso iure, idest, quando
ius statuit, quòd beneficium amitta-
tur ob crimen, vel aliam iustam cau-
217 sam, vt per hæresim, nam hæreticus
priuatur beneficijs ipso iure. *cap. ad
abolendam.* §.1.*de hæreticis.*& tāquam
vacantia possunt impetrari. & aliter
amittitur beneficium ipso iure. vt
per *Rebuff. in praxi par.* 3. *de modis
amittendi beneficia.nu.*1. & *seqq.*
218 Ipso facto, idem ferè est, quod ip-
so iure. *c.*2.*ne cler.uel monachi.lib.*6.
& facit textus in *l.ult.uersic.scituros.*
219 *C.locati.* vbi æquiparatur ipso iure,
& ipso facto. vel ipso facto, idest, si-
mul atque sit commissum delictum,
vt hæresis. *c.cum secundum. de hæret.
lib.*6. quia lex notat hoc casu factum,
& sententiam. *d.l.ult.Rebuff.ubi sup.*
Aug.Barbosa *de dictionib. dict.* 152.
& denique vt dixit *Rota dec.*520.*nu.*
8.*p.*2.*in recentior.* omnia iura mundi
220 loquentia, & dicentia aliquid ipso
iure fieri, intelligenda sunt secuta
declaratione. vt per *Archid.* & *Io.
And. in c.*1. *de homic.lib.*6.*Tiraquell.
in l. si umquam.uerſ.reuertatur. num.*
360. *C.de reuoc. donat.* & ideo dixit

Pract.

Digitized by Google

*Pract.*Papiens.*in forma libelli pro tur-*
bata possessione.uersic.ipso facto,& ipso
iure. & ibi additio, quòd inter hæc
221 non est differentia quoad iuris effe-
ctum,quia semper requiritur senten-
tia,& tunc executio fit prius per le-
gem, deinde per iudicem, & si sit in-
cursus ipso iure, effectus est, vt a tē-
pore commissi criminis habeatur ra-
tio fructuum, & est interdicta bono-
rum alienatio. *Iac.de Beluis.in Auth.*
de incestis nuptijs. §.1. *Bart. in l. post*
contractum.ff.de donationib.

222 In excommunicatione autem latę
sententiæ à iure,& lege nulla est dif-
ferentia, si dicatur, ipso iure, vel ip-
so facto, quia statim ac quis contra-
fecit,est excommunicatus, & est latæ
sententiæ, non ferendæ. *Greg.Sair.*
de censuris eccl. lib.1.c.11.nu.7. nam
intelligitur ipso iure sic disponente,
& ipso facto consequente mediante
delicto perpetrato,seu facta contra-
uentione.

223 Et in materia vacationis benefi-
ciorum ipso iure, vel per sententiā,
multi sunt effectus relati à *Gonzal.*
ubi sup. glo.15.nu.140.usque ad fin.
224 & est differentia, vtrum aliquid fiat
ipso iure, an per sententiam. vt per
Tiraquell. ubi sup.in d.uer.reuertatur,
à num. 266. ad num. 462. vbi ponit
centum & quatuor effectus proue-
nientes à lege ipso iure aliquid fa-
ciente.

225 Ipso iure, idest, ipso iure sic dis-
ponente, adeo vt non sit opus ho-
minis ministerio. *Abb.in c.1.de re iu-*
dic.Felin. in c.Rodulphus.num.24. de
226 *rescriptis*. & quòd ipso iure, & ipso
facto sit idem, vide *Tiraquell.ubi sup.*
d.uer.reuertatur. nu.143. & 144. fa-
ciunt dicta per *Gratum de dictionib.*
dict.93.incontinenti.dict.126.mox.et
dict.265.statim.

227 Quod autem in pœnis ipso iure
incursis requiratur sententia decla-
ratoria, ponit latè *Felin. in d. c. Ro-*
dulphus.num.35. & 36. de rescrips.et
in c.cum non ab homine. col.4. de iudic.
Tiraquell. ubi sup. num. 400. neque
228 tunc requiritur, quòd iudex per sen-
tentiam puniat, sed satis est, quòd
pronunciet delictum commissum,
pœna autem sequitur à iure imposi-
ta. *Bart.in l. eius,qui delatorem. ad*
finem principij. ff.de iure fisci. & Fe-
lin.in d.c.Rodulphus.num.37. limitat
229 quatuor modis prædictam conclu-
sionem.

Primò, nisi factum esset adeo no-
torium, vt non sit opus aliqua de-
claratione.

Secundò, quando qualitas ipso
iure inducta competit, & adest, lite
iam inchoata.

Tertiò, respectu fructuum,quibus
ob crimen ipso iure quis est pri-
uatus.

Quartò, quando pœna secum
trahit executionem absque ho-
minis ministerio,quoniam vim suam
infligit absque declaratione, vt est
in pœna excommunicationis ipso iu-
re inflicta, quia ipso iure affligit, &
inhabilitat eum, qui in illam incidit
sine alia declaratione per textum in
c.pastoralis. in fine. de appellat. Qua-
230 propter taliter excommunicatus re-
pellitur à communione, celebratio-
ne, cæterisq. actibus excommunica-
to prohibitis, vt similiter habetur in
c.ult.de cohabit.cler.& mul. sed quo-
231 ad hæc, vt taliter excommunicatus
debeat ab alijs vitari tamquam talis,
opus est declaratoria iudicis, nisi
quis excommunicatus sit ob notoriā
clerici percussionem, quæ nulla pos-
sit tergiuersatione celari. *Felin.in d.*
c. Rodulphus. num.39. Tiraquell. ubi
sup. num. 401. & ad talem declara-
232 tionem pars est citanda. *glo.in clem.*
præsenti. uerbo, constiterit. de censib.
Felin.in d.cap.Rodulphus.num.41. &
233 à dicta declaratoria appellari potest.
glo.ult.in c.cupientes.§.quod si.uerbo,
priuatos. de elect. lib.6. quamuis à
234 pœna ipso iure incursa appellari nō
possit.*c.quia nos.de appellat.* & d.ap-
235 pellatio non suspendit dictam ex-
communicationem, *Felin.in d.c.Ro-*
dulphus.num.43.

Clau-

Clausula 52.

236 De iure, & de facto.

Hæc clausula in arbitro operatur, vt possit procedere etiã diebus feriatis ob necessitatẽ hominũ, in arbitratore aũt, vt possit etiã in diebus feria-
237 tis, in honorẽ Dei, quia arbitrator dicitur pacis mediator. *Abb. in c. quintauallis. nu.* 22. *de iureiur.* & vterque poterit ex d. clausula iudicare secundum veritatem, & suam conscientiã. *Lapus alleg.* 78. *num.* 9. & sine partis citatione. *Angel. consi.* 367. *num.* 10. & de hac clausula videas *Iasonem in* §. *in bonæ fidei. num.* 27. *Institut. de actionib.* Rot. Genuen. *dec.* 21. *num.* 8. Caualcan. *dec.* 28. *num.* 15. *par.* 2. & *Martam ubi sup. p.* 1. *clausi.* 257.

Clausula 53.

238 Sine vitio spolij.

Talis clausula operatur in breui Apostolico, vt eiectus à possessione vigore breuis non possit agere spolio. *Lancellott. de attentat. lit. pend. in præfat. num.* 394. non tamen excusat
239 à vitio attentatorum, quando possessio est capta lite pendente, nisi etiam adsit clausula, & sine vitio attentatorum. *Verall. dec.* 151. *num.* 4.
240 *par.* 3. & intelligitur, quatenus breue sit iustificatũ, aliàs competit actio spolij. *Marta d. p.* 1. *clausi.* 167.
241 Adde, quòd continuare potest quis in sua possessione etiam post inhibitionem propter regulam, quia qui continuat non attentat. *Achill. de Grass. dec.* 36. *de appellat.* Paris. *consi. ult. lib.* 4. Gabr. *consi.* 50. *nu.* 17. *lib.* 1.
242 id tamen non procedit in inhibitione rotali, de cuius viribus cognoscere non spectat ad iudices inferiores, item etiam non procedit, quando causa est commissa super ipsa continuatione, & super illo actu particulari. vt per Ripam *in c. cum.* M. Ferrariensis. *num.* 193. *de constit. annot. ad Greg. XV. dec.* 203. *nu.* 7.

Clausula 54.

243 Statum, & merita.

Sufficiens litis mentio ex tali clausula resultat, ac si in indiuiduo litis mentio facta esset. *Rota dec.* 20. *de rescript. in nouis. Felin. in c. cæterum. num.* 2. *de rescript. Sarnen. in reg. de trienn. quæst.* 14. *num.* 7. & operatur
244 litis expressionem ad gratiæ validitatem, quæ non potest impetrari lite pendente, nisi facta mentione litis. *Cassad. dec.* 18. *n.* 6. *de præbend.* & facit
245 cessare subreptionem, etiam quòd non sit dictum, quòd lis erat instructa. *Achill. de Grass. dec.* 9. *de rescript.* & hæc procedunt, quando in gratia est facta litis mentio, nã per d. clausulam est idem tunc, ac si fuisset expressus ipsius litis status, aliàs d. clausula nihil operatur. *Achill. d. dec.* 9. non tamen censetur per dictam clausulam facta mentio rei iudicatę. *Marta d. par.* 1. *clausi.* 174.

Clausula 55.

246 Sublata.

Hæc clausula tollit Iudici iurisdictionem, & facultatem parti opponendi, quæ pars audiri non potest, nisi habita oris aperitione. *Cardin. in c. quia diligẽtia. col.* 2. *de elect.* Put. *decisi.* 50. *num.* 5. *lib.* 1. Verall. *dec.* 134.
247 *nu.* 4. *par.* 3. & reddit sententias nullas, & processus nullos. *Paris. consi. num.* 38. *lib.* 4. ipso iure etiam parte non opponente. *Dec. consi.* 275. *nu.* 2.
248 dummodo gratia habens hanc clausulam sit producta. *Sarnen. in reg. de annali. quæst.* 4. *num.* 4. neque potest
249 opponi de defectu intentionis, seu subreptionis, præsertim si gratia sit ex motu proprio, & oris aperitio
250 tollit effectum dictæ clausulæ, & illius obstaculum remouet, & dat facultatem impugnandi gratiam. *Afflict. dec.* 228. *num.* 13. latè de vi, & efficacia d. clausulæ *Marta d. p.* 1. *clausi.* 176. *Garc. ubi sup. de benefic. par.* 6. *c.* 13. *à num.* 81. & *seqq.* latè

Gon-

Gonzal. vbi sup. glo.66. Rota p.1. dec. 461. num. 1. & seqq. & p.2. dec. 177. num. 3. dec. 423. num. 5. & dec. 569. num. 9. in recentior. Marescott. vbi sup. var. resol. lib. 2. c. 37. Steph. Gratian. ubi sup. discept. forens. c. 113. num. 72. c. 559. num. 60. & c. 791. nu. 12. vide *Card. Seraph. dec.* 351. 510. 764. 766. 1251. 1293. 1348. 1020. & 761. & Card. *Mantic. dec.* 309. & Aug. *Barbosam de clauf. clauf.* 102.

Clausula 56.
251 Quam, & quas.

Per hanc clausulam cẽsetur commissum totum negocium principale ex communi obseruantia. *Mandos. in pra. com. form. 17. quaest. 2. Honded. cons. 27. num. 44. Rota dec. 684. nu. 3. p. 3. lib. 5. diuers. Mar. Antonin. var. resol. lib. 2. resolut. 8. nu. 2.* & per eam
252 non præcedente appellatione, vel non constitó de illa, potest procedi prout in prima. *Rota dec. 187. nu. 5. p. 2. diuers.* & potest pronunciari prout in prima. *Rot. dec. 546. nu. 1. p. 2. in recentior. Marchesanus de commissionib. p. 2. commiss. 1. c. 1. nu. 93. Marescott. vbi sup. lib. 1. c. 20. Sarnen. de infirm. resign. quaest. 34. num. 4.* dummo-
253 do acta sint transportata, & per appellationem censetur deductũ omne remedium sibi competens. *Marta d. par. 1. clauf. 120. num. 4. & seqq.*
254 prædictaq. clausula comprehendit petitorium, & possessorium. *Sarnen.*
255 *vbi sup.* & intelligitur generaliter, & non stat restrictiuè. *Sarnen. ibid.* nisi sit additum, de, & super præmissis, tunc enim stat restrictiuè, &
256 si d. clausula sit apposita in commissione possessorij facit, vt etiam petitorium deduci possit. *Rota dec. 455. nu. 22. par. 2. in dd. recentiorib.* & in-
257 super operatur, quòd sententia lata in gradu appellationis sustineatur tamquam in prima. *Rota dec.* 731. *num. 5. par. 2. in dd. recentiorib.* & d.
258 clausula æquitatem sapit. *Marchesan. vbi sup. commiss. 2. c. 1. num.* 15.

Steph. Gratian. vbi sup. c. 121. nu. 25. c. 494. nu. 22. c. 534. nu. 19. & c. 781. num. 23. vide *Card. Seraph. dec.* 571. 644. 1013. 1241. & 1327. & Aug. *Barbosam de clauf. clauf.* 67.

Clausula 57.
259 Ius, & Iustitiam.

Hæc clausula facit, quòd in accessorijs, & consecutiuis sufficiat libellus generalis. *Gabriel de clauf. concl. 3. num.* 4. & si in libello multa sint narrata, & super vno tantum sit specialiter conclusum, d. clausula operatur, vt super omnibus narratis possit sententia ferri. *Aretin. in §. omnium. num. 25. Institut. de actionib.*
260 sed quoad non expressa nihil operatur. *Menoch. de arbitr. iud. quaest. 72. num.* 15. & operatur, quòd agens in
261 possessorio obtinere possit in petitorio, si ex narratis elici possit actio ad petitorium, & è contra. *Corn. cons. 91. in princ. vol. 4. Alex. cons. 192. nu. 9. & cons. 206. num. 7. lib. 2. Marta d. par. 1. clauf.* 65. & per talem clausu-
262 lam censetur intentatum remedium magis vtile ipsi petenti. *Mar. Antonin. var. resolut. d. lib. 2. resolut. 15. num.* 17. & vide *Steph. Gratian. vbi sup. c. 24. num.* 4. vide *Aug. Barbosam de clauf. clauf.* 35.

Clausula 58.
263 Saluo iure.

Hæc clausula dicitur salutaris. *Rota dec. 256. & dec. 257. par. 1. & dec. 44. p. 2. diuers.* Felin. *in c. significantibus. nu. 26. de libell. oblat.* & per hanc
264 actor plus debito dolosè petijsse non dicitur. *Specul. tit. de libell. concept. §. nunc ostendamus. in fine.* additur
265 etiam clausula, saluo iure superflui, seu impertinentium, de quibus *Marta d. par. 1. clauf.* 353. & 354. & hæc clausula, saluis suprascriptis, & infrascriptis restringit, & modificat generalitatem. *Marta vbi sup. clauf.* 355. *Aug. Barb. de clauf. clauf.* 83. 84. *et* 85.

Clau-

Clausula 59.

266 Sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum.

Per hanc clausulam præseruatur
facultas executori literarum Apo-
stolicarum procedendi ad executio-
nem non obstante iudicio ordinario.
*Puteus dec.78.lib.1.Rota dec.609.nu.
1.p.1. & dec.79.num.3.p.2.in recen-
tior. Marescott. vbi sup. var. resol. lib.
1.c.55.num.31.& cap.85.num.4. &
lib.2.c.137.nu.1. Steph.* Gratian. *ubi
sup. discep. forens. c.41.nu.20. & seq.*
267 *& c.399. num.7. & 9.* & facit com-
missionem conditionalem, itaut pro-
uisus ab Ordinario cedere debeat
possessionem prouiso à Papa. *Lan-
cellott. de attentat. p.2.c.20. limit.13.*
268 *num.1.* & non purificata conditione
non est in causa procedendum. *Put.
dec.34. num.1. lib.1. Marchesan. de
commission. p.2.c.15.nu.9. Mar. An-
tonin. var. resolut. lib.1. resol.8.num.1.*
269 potest tamen dici de ipsius nullitate
post factam executionem, quia facta
executione est cõsummatus d. clau-
sulæ effectus, & Iudex functus est of-
ficio suo. *Put. dec.419.lib.2.* & dicta
270 clausula intelligitur de literis antea
emanatis. *Lancellot. de attent. lit. pend.
num.413. & 423.* & per d. clausulam
271 sustinetur executio facta appellatio-
ne pendente. *Marta d. par.1. clausa.*
160 & de hac clausula vide Gõzal.
*vbi sup. post glo. 9. in annot. nu.220.
& seq. Garc. vbi sup. p.1.c.5.nu.573.
Marchesan. vbi sup. commiss. 2. c.5.
num.11.12. & 13. & Card. Seraph.
dec. 247. 1098. & 1484. & Aug.
Barbos. de claus. claus. 91.*

Clausula 60.

272 Non retardata solutione, vel sine retardatione solutionis pensionis.

Stante hac clausula, Iudex non
potest procedere, nisi prius solutà
pensione. *Sarnen. in compend. signat.
num.8. Cæsar de Graff. dec.8.nu.1. de*
273 *re iud.* & stante d. clausula, etiam
lite pendente pensio soluenda est.
*Staphil. de lit. iustit. §. in primis. num.
84. Gigas de pensionib. quæst.35.nu.9.*
Didac. Couarru. *var. resolut. lib.2.c.1.
nu.9. Marescott. var. resol. lib.1.c.22.*
274 etiamsi per appellationem sententia
suspendatur, & etiam non docto de
aliqua quasi possessione exigendi, &
satis est, quòd literæ sint expeditæ
etiam quòd ex actis constet de nul-
litate pensionis. latè *Marta d.p.1.
claus.165.* Marchef. *vbi sup. commiss.
1. cap.4. à num.37.* vbi ait, quòd d.
275 clausula non apponitur pro pensione
imposita ab inferiore, puta Episco-
po, neque quando est super pluribus
beneficijs, quæ postea fuerunt diuer-
sis collata. Garc. *vbi sup. par.1.c.5. à
num. 516. Sarnen. vbi sup. in com-
pend. signat. circa finem. in vers.
confirmatur ista opinio. & Cardin.
Seraph. dec.1017. &* Aug. Barbos. *de
claus. claus.93.*

Clausula 61:

276 Generalis.

Ista est semper restringenda secũ-
dum naturam actus, super quo est
interposita. *l. iubemus.* C. *ad Velleian.*
nam generalis ad specificata tantum
refertur. *l. si de certa. vbi Doct,* C. *de
transact.* quod est verum, quando
præcedit clausula specialis. *Alexan.
cons.117. nu.3. lib.1.* quoniam clau-
277 sula generalis posita post specifica-
ta restringitur ad præcedentia nar-
rata, quando restringi potest saluo
recto sermone. *Bart. in l. emptor. §.
Lucius. num.3. ff. de pactis.* & clausu-
278 la generalis non comprehendit ma-
iora expressis. *glo. in l. si fugitiui. in
verbo, qualibet.* C. *de seru. fugit.* & si
279 posita sit in fine ad omnia referri de-
bet, singula singulis congruè refe-
rendo. *glo. vlt. in l. si negocium.* C. *de
neg. gest. Dec. cons.186.nu.4.* & clau-
280 sulæ generales positæ in supplicatio-
ne post versiculum, & cum absolu-

Digitized by Google

tione, &c. dicuntur dispositiuæ, & ideo ampliant, vel restringunt gratiam. *Cassador. dec. 5. nu. 2. de reseruat.*
281 & non capiunt vacationes futuras. *Felin. in cap. constitutus. nu. 22. de re-*
282 *script.* & si positæ sint in priuilegijs non porriguntur ad ea, quæ ignorata præsumuntur. *Natta cons.* 209. *nu.*
283 6. & positæ in mandato restringuntur circa contenta in mandato. *cap. qui ad agendum. de procurat. lib. 6.* latè *Marta vbi sup. p. 4. claus. 1. & 2.* vbi ponit quomodo clausulæ generales restringantur. *& claus. 3. Marescott. vbi sup. var. resol. lib. 1. c. 39. nu. 32. & lib. 2. c. 35. num. 10. Steph. Gratian. vbi sup. discept. forens. c. 227. nu. 44. & c. 795. num. 18. & 19.* vide *Card. Seraphin. dec. 325. 871. & 1294. & Aug. Barbosam de claus. claus. 116.*

Clausula 62.

284 Vniuersales.

Istæ clausulæ sunt maioris efficaciæ, quàm generales, & omnia nullo penitus excepto comprehendunt. ita *Schrader. in tract. de feud. par. 10. sect. 5. num. 71.* etiam quòd præcisa
285 sint, & nullam restrictionem admittant, ampliant significatum verbi, cui adiunguntur. *Schrader. ibidem. n. 72. & 73. & ibi num. 74. & 75.* ponit quid operatur, & quid si geminatæ sint. *Marta d. par. 4. claus. 4. & Aug. Barbos. de claus. claus. 126.*

Clausula 63.

286 Specialis.

Hæc clausula non restringit clausulam generalem præcedentem. *l. regula. §. licet. ff. de iur. & fact. ignor. Dec. cons. 125. col. pen.* in dubio, aliàs, si res est clara, attenditur clausula specialis. *Rota dec. 8. & 11. p. 1. diuersi Marta d. par. 4. claus. 6. Barbosa vbi sup. claus. 124.*

Clausula 64.

787 Plura respiciens determinabilia.

Hæc clausula debet pariformiter determinate, si subest eadem ratio in determinabilibus. *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill.* secus si non militet eadem ratio. *l. si ita scriptum. ff. de manumiss. test. Dec. consil. 456. nu. 12. & cons. 394. num. 3. Cacheran. dec. 20. num. 5. & Marta vbi sup. de claus. par. 4. claus. 5.*

Clausula 65.

288 per Ablatiuum Absolutum.

Hæc clausula posita in commissione iurisdictionem tribuit sub conditione. *l. à testatore. ff. de condit. & demonstrat. Staphil. de lit. iustit. §. di-*
289 *cta. num. 42.* & si impleta non sit cōditio, nulla competit iurisdictio, gestaq. ante dictum implementum sunt nulla, si pars eis vti velit. *Put. dec. 429. lib. 1. Verallus dec. 125. & dec.*
290 150. *par.* 1. & de huiusmodi conditionis implemento debet in actis cōstare, vt Iudex sit certus de sua iurisdictione. *Marta d. par. 4. claus. 7.*
291 quod tamen non procedit in clausula constito, quæ licèt faciat conditionem, attamen Iudex potest procedere ad verificationem dictæ clausulæ. *Soc. iun. cons. 99. num. 10. lib. 1. Marta ibidem. nu. 6.*

Clausula 66.

292 Habens plures intellectus.

Stante tali clausula, tunc illa fit interpretatio, vt minus rei natura alteretur. *Menoch. cons. 61. num. 27.*
239 *lib. 1.* nam attenditur mens disponentis, si verba repugnent voluntati. *Bart. in l. non aliter. §. ff. de leg. 3.* quia voluntas non potest allegari ad detrahendum verbis. *Bald. in l. cum virum. C. de fideicomm.* item verba
294 clausulæ intelligi debent secundum communem vsum loquendi. *l. librorum. §. quod tamen cassius. vbi Bart. & alij.*

alij. ff. de leg. 3. l. labeo. ff. de supell. leg.
295 & communis vsus loquendi, qui erat
tempore dispositionis attendi debet,
non autem vsus, qui postea venit.
Card. Mantica de coniectur. vlt. vol.
lib. 3. c. 8. nu. 6. Dec. *cons.* 472. *nu.* 16.
296 debetq. attendi communis vsus lo-
quendi illius loci, vnde contrahens
originem ducit, vel in quo versari
consueuit. *l. si seruus plurium. §. vlt.*
297 *ff. de leg.* 1. & in dubio ea fit inter-
prætatio, quæ vulgari loquendi con-
suetudini magis congruit, quia om-
nis intellectus dicitur extraneus, qui
auribus vulgi non consonat. *Alex.*
cons. 102. *num.* 13. *lib.* 7. *Alba cons.* 6.
nu. 1. *Card.* Mantica *vbi sup. nu.* 4.

Clausula 67.

298 Clausulæ executiuæ.

Illæ sunt, quæ à notarijs apponi
solent post perfectum contractum,
vt clausula, de quibus. &c. quæ
omnia. &c. & tunc non ampliant,
neque mutant principalem disposi-
tionem, secus si apponantur in ver-
bis substantialibus. *Dec. in l. vlt. nu.*
14. *C. de pactis. & cons.* 38. *num.* 2.
Cacheran. dec. 164. *num.* 3. & regu-
299 lariter dictæ clausulæ non ampliant,
nec mutant principalem dispositio-
nem. *clem.* 1. *vbi Doct. communiter de*
præb. Cacheran. ibidem. Abb. *in c. cum*
nostris num. 21. *de conc. præb.* Rota
dec. 708. *num.* 2. *par.* 1. *in recentiorib.*
Steph. Gratian. vbi sup. discept. forens.
cap. 201. *num.* 92. *c.* 609. *nu.* 10. *& seq.*
& cap. 627. *num.* 34. etiamsi tunc re-
300 manerent superfluæ, vt in *d. clem.* 1.
Decian. *cons.* 52. *n.* 20. *&* 28. si tamen
301 sint conditionaliter prolatæ. *Roland.*
cons. 13. *num.* 29. *lib.* 3. quæ tamen
302 limitantur, si clausulæ prædictæ po-
sitæ sint ad augendum, quia tunc
augent. *Cephal. cons.* 40. *nu.* 14. *vol.* 1.
303 & interprætantur dispositionem, sed
illam non alterant. *Cacheran. dec.*
161. *num.* 3. *& d. dec.* 164. *num.* 2. &
304 ex dd. clausulis colligitur, & decla-
ratur mens disponentis. *Dec. cons.*
423. *num.* 8. *&* 9. & in literis clau-
305 sulæ executiuè nihil operantur, quia
ponuntur præter Papæ intentionem.
Imola in d. clem. 1. *Honded. cons.* 14.
num. 49. *vol.* 2. vide *Martam d. p.* 4.
claus. 20. vide *Card. Seraph. dec.* 433.
& 570. *& Aug. Barbosam de claus.*
claus. 115.

Clausula 68.

306 Clausula in fine posita.

Hæc refertur ad omnia præceden-
tia. *l.* 1. *& ibi Iason num.* 4. *C. de liber.*
præter. Felin. in cap. causamque. nu. 4.
de rescript. Mandos. *super reg. Cancell.*
quæst. 2. *num.* 3. *in prælud.* Gabriel *de*
claus. concl. 9. *num.* 1. *Iason in l. talis*
scriptura. num. 36. *ff. de leg.* 1. *Mare-*
scott. ubi sup. var. resol. lib. 2. *c.* 138.
num. 47. *Card. Seraph. dec.* 460. etiãsi
307 præcedentia contineant diuersa.
Mandos. ibidem. quod tamen proce-
308 dit, quando nulla ratio concurrit,
quare magis ad vnum, quàm ad al-
terum referatur. *Roman. cons.* 480.
num. 7. *Rota dec.* 105. *nu.* 9. *par.* 1. *in*
recentior. & Card. *Mantica dec.* 52.
quod tamen
309 Fallit primo, quando non cõgruè,
& non commodè ad omnia præce-
dentia referri potest. *d. clem.* 1. §. *ad*
hoc. de præbend. Alexand. *consil.* 65.
lib. 2.
310 Fallit secundo, quando sumus in
odiosis. *Capic. dec.* 108. *nu.* 14.
311 Fallit tertio, quando inter casus
præcedentes, & illum, qui in fine
ponitur est diuersa ratio. *l.* 1. *C. de li-*
ber. præter. Rota dec. 767. *nu.* 5. *par.* 2.
in dd. recentior.
312 Fallit quarto, quando d. clausula
per se subsistit. *Bart. in l.* 3. §. *filius. ff.*
de liber. & posth. & ideo si est appo-
sita ad aliquam dispositionem qua-
lificandam, vel limitatè ad causam
proximè expressam, seu continuati-
uè, & accessoriè, tunc relationem nõ
patitur. *l. vlt.* §. *titia. & ibi* Bart. *ff.*
de liberat. legata.
313 Fallit quinto in his, in quibus est

facta specialis prouisio. *l.sed & si per prætorem.§.deinde.ff.ex quib.cau.maior.* Gabr. *ubi sup. concl.*8.*nu.*9.

314 Fallit sexto, quando ex tali relatione resultat contrarietas. *l.si idem cum eodem.& ibi glo.in uerbo,earum. ff.de iurisd.omn.iudic.*

315 Fallit septimo, si dispositio, ad quam refertur, efficeretur inutilis. *l.cum uulgari. ff.de dot.præleg.*

316 Fallit octauo, quando sequeretur absurdum. A*bb.in cap.ecclesia nostra. nu.*5.*de electione.*

317 Fallit nono, si pœna apposita esset in aliqua parte dispositionis, quia in alia non censetur repetita. *glo.in cap.*2.*uerbo,sanctioni.de uit.& honest. cleric.*

318 Fallit 10. in his, quæ incidenter, seu causa demonstrationis posita sunt. B*art. &* B*ald. per illum text. in l.sicut.§.si à filio.ff.de leg.*1.

319 Fallit 11. quando restringeretur dispositio, quæ largè interprætari deberet. *c.cum dilecti.de donationib.*

320 Fallit 12. quando mens disponẽtis locum haberet etiam non facta relatione. *Felin.in d.c.causam quæ. num.*4. *de rescript.*

321 Fallit 13. si in alio capitulo aliquid subaudiatur, quia tunc d. clausula in alio capitulo non censetur repetita. F*elin.ibid.num.*3.

322 Fallit 14. si ex d. relatione resultaret iurium correctio. A*bb.in d.cap. ecclesia nostra.nu.*5.

323 Fallit 15. in his, quæ in referente excepta sunt. A*lex. cons.*56. *num.*8. *lib.* 2.

324 Eallit 16. si resultaret intellectus iuri contrarius. *l.si adoptiuus. ff. de adoptiouib.*

325 Fallit 17. quia si plura sint capitula super eodem negocio habentia orationem perfectam, tunc clausula posita in vno capitulo non refertur ad aliud. *l.*3.*§.si filius.ubi* B*art.n.*1. *ff.de lib. et posthum.*

326 Fallit 18. quando resultaret absonus intellectus. per not. in *clem. ne in agro.§.cæterum.de statu regular.*

327 Fallit vltimo, quando adest maior ratio, quòd referatur ad proximiora, quàm ad præcedentia. vide latè dicentem. *Martam d. par.*4.*clauf.*23.

328 & in materia plurium substitutionũ clausula posita in fine refertur ad omnes. *Roman.cons.*480.*nu.*7. *Alex. cons.*66.*nu.*6.*lib.*3. Dec.*cons.*79.*n.*2. *Card.Mantica de coniect.ult.uol.lib.*3. *tit.*14.*num.*8. *Steph.*Gratian.*discept. foren.c.*245.*nu.*27.

328 Et de clausula, generalia contra, quid operetur, & an habeat vim oppositionis in specie. vide eundem Gratian.*ubi sup.cap.*268.*num.*20. *et* 22.*cap.*363.*num.*11. *et* 13.*et c.*455. *num.* 2. *et* 3.

Clausula 69.

330 Parito. parito breui. parito iudicato.

Hæc clausula parito reddit commissionem, & iurisdictionem conditionalem. *Put.dec.*429.*lib.*1.*Stapbil. de lit. instit. §. dicendum. num.* 42.

331 ideoq. non tribuit iurisdictionem, antequam sit paritum. *c.cum dilecta. de rescript.* & in actis constare debet de paritione. *Marta d.p.*1.*clauf.*90.

332 idem est in clausula, parito breui, quæ requirit realem paritionem antequam in causa procedi possit, neque sufficit oblatio, dictaq. clausula intelligitur cum effectu vsque ad finem litis, & impedit manutentionẽ. *Marta d.par.*1.*clauf.*91.R*ota dec.*142. *nu.*1.*par.*2.*in recentior.Garc.ubi sup. de benefic. p.*6.*c.*3.*à num.*110. *Marescott. ubi sup. uar.resol. lib.*1. *cap.*86. *num.* 87.

333 Item clausula, parito iudicato rẽ iudicatam supponit, & solet tantum apponi, quando adsunt tres conformes, non autem quando sententia vnica in iudicatum transiuit, & d. clausula importat, quòd ante omnia fiat integralis solutio. S*tapbil. d. §. dicendum. num.*42. & facit *clem.* 1.

334 *de re iud.* & dat iurisdictionem sub conditione, vt quis non possit audiri

diri antequam sit paritum, & ante d. implementum gesta sunt nulla. *Put.d.dec.*429. *Marta d. p.*1. *clausf.* 92. *Marchesan. de commission.par.*2. *commiss.*1. *c.*5. *nu.*35. Rota *decis.*68. *num.*1. *& dec.*701.*nu.*4.*p.*1. *& dec.* 550.*nu.*1. *& dec.*636.*num.*1.*p.*2. *in dictis recentior. Gonzal. vbi sup. post gloss.* 9. *in annot.nu.*225. *&* 247. *& Card.Seraph. dec.*655. *& Aug.* Bar*bosa de claus. claus.*53 *&* 54. *Cardin.* Mantica *dec.* 289.

Clausula 70.

335 Omni meliori modo.

Per dictæ clausulæ appositionem actus valet eo modo, quo valere potest. *Felin.in c.cum super.num.*11.*de off.deleg.*Dec.*conf.*11. *nu.*20. *Mar. Antonin.variar. resol.lib.*2. *resol.*49. *num.*8. *Marescott.variar.resol.lib.*1. *cap.*29.*num.*72. *& lib.*2.*cap.*138.*nu.* 46. & 47. & si cum dicta clausula adsit copula &, vel alia dictio copula-
336 tiua comprehendit etiam vltra expressa, si autem sit posita sine copula, operatur tantum circa expressa. *Verall. decis.*124.*par.*2. & d.clausula
337 idem est, quòd pleno iure. *Rvin.conf.* 47.*num.*20.*lib.*2.& ex dicta clausula dispositioni adiecta colligitur spó-
338 tanea, & enixa mens disponentis. *Felin.in d.cap.cum super. num.* 11. &
339 per dictam clausulam censetur quis non se restringere ad casum specificatum, sed vltra cum considerasse omnem alium magis proficuum. *Rim.*Iun.*conf.*215.*num.*120.*& conf.* 240.*num.*35.Marta *d.par.*1.*claus.*88 *& par.*3.*claus.*56. vbi in materia vltimarum voluntatum tractat de di-
340 cta clausula, & dicta clausula est tantæ efficaciæ, vt si apponatur in testamento, facit, vt clausula codicillaris non apposita in testamento, pro apposita habeatur. *Felin. vbi supra Bald.per illum textum in l. codicillis. §.vlt.ff.de leg.*2. *Card. Mant.de coniect. vltim. volunt. lib.*1. *tit.*9. *num.* 11. *Stephan.Gratian. vbi sup. discept.* *forens.cap.*93.*num.*7.*cap.*216.*nu.*34. *cap.*369.*cap.*647.*num.* 25. *cap.*747. *num.*10.*&* 11.*cap.*764. *& cap.*793.
341 & si testator dictam clausulam in testamento apposuerit, satis intelligitur constare de mente testatoris, quod voluerit recedere à priori testamento, quod habet clausulam derogatoriam. *Card. Mant. vbi sup. lib.*12.*tit.*8.*num.*19. & per dictam clausulam censetur, quòd libellans
342 noluerit se adstringere ad specificata. *Cravett.conf.*327.*num.*55. *Mar. Antonin.vbi sup.d.lib.*2.*resol.vlt.casu* 46. quæ tamen clausula licèt ma-
343 ximam vim habeat, attamen non variat sensum clarum, sed operatur, quando res est dubia, neque includit casum non cogitatum, neque operatur in illicitis, & reprobatis. *Surdus decis.* 7. *num.* 25. 26. *&* 27. *vide Card.Seraf.dec.* 201.239. 396. 487.800.993.1184.1216.1324.*& Card. Mant.decis.*217.*& Aug.Barbos.de claus.claus.*52.

Clausula 71.

344 In omnibus, & per omnia.

Hæc clausula plurimum operatur. *Roman.conf.*82. *Cephal.conf.*186.*nu.* 12. *Surd.decis.*53. *num.* 5. & ob eius vniuersalitatem facit, vt comprehen-
345 dantur ea, quæ aliàs non comprehenderentur. *l.balista.ff.ad trebell.* & extendit mandatum etiam ad rem sub-
346 rogatam.*Put.decis.*21.*lib.*1.& operatur, vt inter subiecta nulla sit diffe-
347 rentia, sed sint eiusdem naturæ, & fortiorem reddit dispositionem, aliosque effectus maximos operatur vt per *Doct. in l.*1. *ff. de legat.*1.*vbi Alex.num.*9.*Ias.nu.*2.*& Ripa nu.*1. Dec.*conf.*61.*num.*1.*conf.*64.*col.*2.*& conf.*199.*col.*2& habet vim specialis specificationis, ideoque mandatum
348 cum dicta clausula dicitur specificum. *Alex. & Iason in l. si ruffinus C.de test.milit.* & habet vim specialis priuilegij.*Doct.in d.l.*1. sed tamen
349 per dictam clausulam non compræ-

hendantur ea, quæ non sunt concessibilia. *Butrius cons.19. num.9.* neque insolita, neque operatur vltra mentem, nec per eam veniunt Principi reseruata. *Marta d.par.1.nu.62.*

350

351 attamé dicta clausula nedum fictionem importat, sed etiam veritatem in his, quæ fieri possunt. ideo si Papa cassat vnionem in omnibus, & per omnia, vnio dicitur verè cassata. *Angel.cons.107.num.17.* idem si apponatur in legitimatione. *Decian. cons.5.num.53. vol.3.* idem, si quis fiat ciuis cum adiectione dictæ clau

352 sulæ quia tunc dicitur verus ciuis. *Alex.cons.99. nu.5. lib.6. & Card. Seraph.dec.510.* & Aug. *Barbosam de clausul. claus.31.*

Clausula 72.

353 De Dictionibus.

Dictiones latæ sententiæ recensentur à Doctiss. *Tiraquell.* latissimè in *l. si vmquam. versic. reuertatur, à num.30. vsque ad num.266. C. de reuoc. donat. & de diction.* latè D. Aug. *Barbosa* amicus meus in suo *tract. de dictionib. & Antonius* Angelus *Gratus etiam in suo tract. de dictionib.* & dictiones latæ sententiæ sunt huiusmodi.

354 Frustra. nihil agit. irritum. omnino. prorsus. omnimodo. omnibus modis. nullo modo. nullatenus. nullius momenti. penitus. mox. confestim. incontinenti. illico. statim. protinus. continuo. immediatè. de repente. extemplo. repente. è vestigio. incunctanter. indilatè. cito. subito. excontinenti. vlterius. auctoritate nostra. liberè. pleno iure. de iure. ex tunc. eo ipso. ipso facto. ipso iure. incurrat. subiaceat. subdatur. amittat. perdat. redeat. careat. spolietur. amoueatis. remoueatis. deponatur. expellatur. repellatur. arceatur. excludatur. abijciatur. priuetur. auferatur. cadat. capiat. accipiat. recipiat. percipiat. sumat. veniat. deueniat. adueniat. pertineat. potiatur. spectet. competat. maneat. remaneat. accrescat. fiat. non audiatur, denegetur actio. non reddatur ius. habeatur. habeat. non habeat. per quid. fit per se. aliquatenus. aliquid. aliquo modo. teneat. obtineat. valeat. aliter non valeat. liberetur. nullum. verba,

355 sub pœna excommunicationis, an sint latæ sententiæ. & sim. vide eiusdem *Tiraquellum vbi sup. nu.254. & seq.* vbi concludit non esse latæ sententiæ per textum in *cap. relatũ. de iurepatr. ibi.* sub anathematis interminatione prohibere curetis. & post, subdit, si quis autem prohibitionis nostræ contemptor extiterit, eum excommunicationi subdatis. & ibidem notant *gloss. Hostiens. & alij.*

356 Et viginti octo clausulas mandatorum explicat *Rebuffus in praxi benefic. tit. de clausulis mandatorum.* & multas alias clausulas ponit, & declarat *Marta in d. tractatu de clausulis, & alij supra citati.*

357 Et de clausula si & inquantum, quæ importat admissionem in his, quæ sunt admittenda, & nihil ponit in esse, & pendet à futuro euentu, & reddit dispositionem conditionalem, & dixi supra lib.9. cap.1. nu.3. vide *Martam de clausulis. par.1. claus.136. & claus.245. Campanil. in diuers. iur. canon. rubr.11. cap.13. à num.403. Vitalem de Cambanis in tractatu clausularum. pag.4. col.2. Gel. Hug. de clausul. pag.506. Marantam de ord. iudic. par.6. tit. & quandoque appellatus. num.211. Riccium in collect. dec. collect.399. in fine. & in praxi rer. for. ecclesiast. dec.517. & Aug. Barbos. de claus. claus.88.*

Infor-

Informatio Iuris D. Matthæi Moretti Pistoriensis Aduocati in Romana Curia.

In una Pistorien. Parochialis coram Illustrissimo, & Reuerendiss. D. Merlino in Rota.

ARGVMENTVM.

Prouisus in Forma Dignum de Ecclesia Parochiali si fuisset ad eam iam examinatus, & approbatus, etiã ante Datam literarum Apostolicarum, vel antequàm illæ essent præsentatæ earum Executori, non debet iterum examinari, neque per dictũ Executorem, neque per Auditorem Rotæ in eius locum subrogatum per introductionem Causæ in Rota.

SVMMARIVM.

1 *Examen super idoneitate potest fieri extraiudicialiter, & sine alicuius citatione.*

2 *Etiam si adesset intrusus, seu possessor beneficij, vel alius legitimus contradictor.*

3 *Actus voluntariæ iurisdictionis dicitur qui potest expediri extraiudicialiter, & sine alicuius citatione.*

4 *Executor Apostolicus, & Delegatus non potest exercere iurisdictionem non præsentatis sibi prius literis suæ delegationis.*

5 *Fallit præsertim in beneficialibus quo ad actus iurisdictionis voluntariæ.*

6 *Bonus, & habilis qui retrò fuit etiam nunc præsumitur talis.*

7 *Examen est de nouo faciendum quando probaretur, aut ob longum temporis lapsum, vel propter aliquam aliam iustam causam præsumi posset mutatio in iam examinato.*

8 *Semel examinatus amplius examinari non debet.*

9 *Verba, Si per diligentem examinationem idoneum repereris, sunt intelligenda de primo tantum examine.*

10 *Examen est de nouo faciendum quando fuisset generale ad Parochiales, vel quando ageretur de alia, & diuersa ecclesia, seu de aliquo nouo titulo.*

11 *Actus valet, & tenet etiam non seruata forma licèt contrafaciens posset puniri quoties simpliciter, & sine clausula annullatiua committitur habenti aliàs potestatem illum faciendi.*

12 *Forma data ad certum effectum potest adimpleri per æquipollens dummodo sequatur effectus, ad quem data fuit.*

13 *Forma potest omitti quando sufficeret modus seruatus, & virtualiter inesset, ex quo succedit loco illius formæ.*

14 *Examen pro forma assignatum omitti non potest quamuis examinandus esset notoriè idoneus, vel de eius idoneitate alio modo cõstarret, quàm mediante examine.*

15 *Dispositio facta sine præfinitione temporis non debet restringi ad aliquod tempus.*

16 *Sed sufficit actum fieri quandocũque.*

17 *Clausula, Si repereris, vel si inueneris, & clausula, Constito quando narrata verificarentur coram eodem importans conditionem de præterito.*

18 *Verba, subiunctiui temporis, possunt importare non solum futurum, sed etiam præteritum.*

19 *Præsertim si adsit par ratio comprehendendi vtrumque tempus.*

20 *Idoneus quandoque apparere quis potest ex fortuna quæstionum sibi propositarum.*

21 *Conditio casualis, vel mixta, quæ dicatur.*

22 *Dispositio conditionalis habetur pro pura si conditio erat iam adimpleta de tempore dispositionis, & disponens ignorabat fuisse impletam, licèt conditio esset reiterabilis, & non solum casualis, sed etiã mixta.*

23 *Et quæ sit ratio.*

In

24 *In rescriptis semper continetur id, quod si Princeps sciuisset, vel de eo fuisset interrogatus verisimiliter concessisset.*

25 *Si ante registrationem supplicationis signatæ in* Forma Dignum *detur fides Ordinarij de approbatione impetrantis, solet per officiales* Cancellariæ *cassari* Forma Dignum, *et fieri expeditio in* Forma *gratiosa.*

26 *Stylus est attendendus pro dignoscenda mente* Papæ *concedentis.*

27 *Et pro illa declaranda.*

28 Rescripta *interpretari debent à stylo.*

29 *Literæ tàm* Gratiæ, *quàm* Iustitiæ *corriguntur, & reformantur, si non fuerint conceptæ secundum formã, et stylum* Curiæ.

30 *Actus non dicitur nullus etiam forma non seruata quando verisimile est, quòd disponens noluisset illam seruari.*

31 *Auditor* Rotæ *quando possit in locum Ordinarij iustificare, et exequi literas Apostolicas in* Forma Dignũ, *et beneficia conferre.*

32 *Iudex subrogatus potest subscribere sententiam illius, in cuius locum est subrogatus.*

33 *Et non tenetur seruare, nec reiterare terminos seruatos, et reiteratos coram primo* Iudice.

34 *Executores literarum Apostolicarũ in* Forma Dignum *possunt quoad examen vices suas in totum subdelegare etiam non obstante clausula, super quo conscientiam tuam oneramus.*

R. P. Quamuis Gratia D. Ricciardi fuerit expedita in Forma Dignum cum solita clausula, si per diligentem examinationem adhibitis examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis idoneum esse repereris &c. & quamuis etiam ipse D. Ricciardus fuerit ad Parochialem, de qua agitur examinatus, & approbatus antequam literæ Apostolicæ super dicta Gratia expeditæ, fuissent præsentatæ Ordinario Pistoriensi, cui erant directæ; tamen immissio illarum vigore eidem D. Ricciardo concessa non venit (vt ex aduerso prætenditur) reuocanda sub prætextu, quod ob non factum nouum examen post dictarum literarũ præsentationem, dici possit non fuisse seruatam formam per clausulam supradictam in eisdem literis præscriptã. Satis enim ad hoc fuit D. Ricciardum fuisse examinatum, & approbatum per dies sex post Datam prædictarum literarum, in quo tempore bene potuit de illis haberi notitia in Ciuitate Pistorij, vbi tunc degebant tàm ipse D. Ricciardus, quàm etiam Ordinarius dictarum literarum executor. Et cum dictum
1 examen super idoneitate fieri potuerit extraiudicialiter, & sine alicuius citatione. *Innocent. in cap. fin. nu. 4. in verb. examinata. de translat. Prælat. Bald. in l. neque natales. nu. 10. C. de probat. Zabarell. in clem. 1. in 3. not. de offic. & potest.* Iudic. *deleg.* Felin. latè *in c. fin. num. 36. de præsumpt.* Rot. *dec. 4. num. 3. de sent. & re iudic. in antiq.* cum alijs per *Garz. in tract. de benefic. par. 6. c. 2. nu. 242.* qui insuper ibidem *nu. 243. 246. & seqq.* pluribus comprobans idem te-
2 net, etiam si adesset intrusus, seu possessor beneficij, vel alius legitimus
3 contradictor. Et sic dici possit actus voluntariæ iurisdictionis. *l. 2. & ibi glo. ff. de offic.* Proconsul. Bellam. *dec. 649. num. 4. in fin. versic. sed pro eo dicitur Otnotom. in §. seruis. num. 2. Instit. de libertin.* Propterea benè fieri potuit per dictum Ordinarium etiam antè dictarum literarum præ-
4 sentationem; nam licèt tales executores Apostolici, & omnes alij delegati literis sibi prius non præsentatis, non possint exercere iurisdictionem sibi demandatam, vt ex latè congestis per *Gabriel. de execut. rei iudic. concl. 3. sub num. 1. & 3.*
5 Hoc tamen fallit præsertim in beneficialibus quoad actus voluntariæ iurisdictionis, quia in illis magis attenditur

tenditur veritas, quàm probatio, & sufficit quòd opinio executoris, seu delegati concordet cum veritate, licèt etiam ipse ignoret suam deputationem, *Bald. in auth matri, & auiæ. in fin. vers. quia in actibus. C. quand. mul. tutor. off. fung. poss. Alex. cons. 86 nu. 2. vol. 2. Barthol. Soccin. in l. multū interest 21. nu. 11. vers. secundo limita. & ibi add. ad Bart. sub lit. B. in fin. ff. de cond. & demonstr. Felin. in cap. sciscitatus. num. 12. vers. fallit secundum eum. de rescript. & in c. cum ex officij. num. 29. vers. secundus casus. de præscript.* Gabriel. *d. concl. 3. num.* 20. & 21. & optimè *Mandel. Alb. consil.* 514. *à num.* 3. *vsque ad fin.* tanto verò magis sufficere debet in proposito dictum examen, licèt sit factum ante literarum præsentationē, cum inter ipsam, & illud intercesserint solum dies quinquaginta in circa, in quo temporis spatio non probatur, neque etiam (præsertim cum fuerit tàm modicum) præsumi potest aliqua causa dubitandi de inhabilitate superuenta, aut de mutatione, seu deterioratione morum eiusdem D. Ricciardi, vnde intrat
6 regula; quòd qui retrò fuit bonus, & habilis etiam nunc præsumitur talis ex allegatis per *Alciat. de præsumpt. reg. 2. præs. 8. in princ. Menoch. in eod. tract. lib. 1. quæst. 14. num. 26. & Surd. con.* 245. *num.* 49. & propterea etiam non applicantur, quæ in
7 contrarium allegari possent de necessaria reiteratione examinis quia solum procedunt quando probaretur, vel ob longū temporis lapsum, aut propter aliquam aliam iustam causam præsumi posset mutatio in iam examinato iuxta ea, quæ post alios tradit *Gonzal. ad reg.* 8. *glos.* 4. *à num.* 96. *ad* 98. *& nu.* 99. *&* 100. *&* 146. *vers. nec omittendum.*

Sed quatenus etiam D. Ricciardus fuisset examinatus, & approbatus non solum ante præsentationē, sed etiam ante datam prædictarum literarum, adhuc tamen non fuisset in proposito necessarium nouum examen ex pluribus, & præsertim.

Primò, ex vulgari regula. semel
8 examinatus amplius examinari non debet. *c. accepimus* 13. *& ibi glo.* 1. *in* 1. *notat. de æt. & qualit. & ordin. præficiend.* cum pluribus per *Gonzal. d. glo.* 4. *num.* 84. *& pluribus seqq.* &
9 ex regula *l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif.* secundum quam verba illa, si per diligentem examinationem idoneum repereris intelligenda esse de primo tantum examine dixit in terminis nostris *Garz. de benefic. d. par. 6. eod. c. 2. num.* 255.

Secundò quia. D. Ricciardus fuit examinatus, & approbatus in specie ad hanc eandem parochialem, de
10 qua agatur; quæ autem in contrariū adduci possent de nouo examine adhibendo procedunt solum quando tractatur de alia, & diuersa ecclesia, seu de aliquo nouo titulo, vel quando approbatio fuisset tantummodo generalis ad parochiales, vt in terminis prouisionis de ecclesia parochiali dixit *Oldrad. consil.* 18. quem sequuntur *Felin. in c. ex literis* 11. *sub num. 7. de constit. & in c. cum venerabilis 6. num. 49. vers. amplius dixit. Oldrad. de except.* & alij per *Gonzal. d. glo. 4. num.* 99. & 100. & prout quoque declarauit Sacra Cōgregatio Illustrissimorum Concilij Tridentini Interpretum relata per *Card. Seraph. dec.* 1323. *in fin.* & per *Gonzal. vbi sup. glo.* 34. *sub num.* 74. *vers. hinc declarauit*, & per *Garz. de benefic. par. 9. c. 3. sub num. 19. vers. concordat aliā declaratio*, ac deniq; per *Monet. de option. c. 7. nu.* 25.

Tertiò, quia dictæ literæ fuerunt directæ eidem Ordinario, qui aliàs ex dispositione S. Concilij Tridentini habebat potestatem super contētis in eis; vnde illarum executio substineretur etiā si dici posset formā non fuisse seruatam. Actus enim
11 valet, & tenet licèt fiat non seruata forma præscripta quamuis contrafaciens possit puniri, quotiescumque sim-

simpliciter, & sine clausula annullatiua committitur habenti aliàs potestatem illum faciendi iuxta gloss. communiter approbatam in *clem.* 1. *in verb. inhibentes. de iur. patr.* cum qua transeunt *Card. Ancharan. Imol. Abb.* & alij ibidem cum alijs citatis per *Felin. in cap. ex parte. nu.* 1. *prope fin. vers. secunda limitatio. de constit.* & per *Brun. in tract. de forma. fol. mihi* 33. *col.* 2. *limit.* 2. *& fol.* 57. *col.* 1. *ad fin. limit.* 6. quos sequuta est *Rota in Ianuen. matrimonij.* 16. *Maij.* 1583. *coram bo. me. Cantuccio.*

Quartò, quia cum forma examinandi fuerit in dictis literis præscripta solum ad finem, & effectum sciendi idoneitatem D. Ricciardi mediante examine coram Ordinario, & examinatoribus synodalibus
12 faciendo, satis est, quòd hoc modo habitus fuerit talis finis, & effectus etiam adimplendo per æquipollens, vt ex latissimè cumulatis per *Rot. dec.* 577. *num.* 9. *par.* 1. *& dec.* 167. *sub num.* 12. *par.* 2. *in recentior.* For-
13 ma enim data potest omitti quando sufficit modus seruatus, quia sic forma requisita dicitur virtualiter inesse, & modus dicitur illius loco succedere. *Paris. cons.* 33. *num.* 35. *p.* 2.
14 quæ vero possent in contrarium adduci, procederent quando prætenderetur constare de idoneitate, non per examen iam factum coram Ordinario, & examinatoribus synodalibus, prout in prædictis literis mãdatur, sed aliquo alio modo, aut quando solum allegaretur idoneitatem esse notoriam, prout loquuntur *Bellam. concl.* 667. *Corsett. in singular. verb. præsumptio* 2. *versic. quod tamen intellige. Gonzal. d. glo.* 4. *num.* 89. *&* 90. & alij plures per *Garz. d. par.* 6. *eod. c.* 2. *num.* 265. *& seqq.*

Quintò quia, cum dicta forma non fuerit adiecta quoad tempus, sed solum quoad modum; videlicet per diligentem examinationem, & adhibitis examinatoribus synodali-
15 bus; non debet propterea ad aliquod certum tempus restringi. *l. in venditione.* 8. *§. de tempore. ff. de bon. auth. iudic. possid. Aym. consil.* 133. *n.* 5. *versic. & cum de tempore. cons.* 201. *num.* 27. *& cons.* 272. *num.* 3. *versic.*
16 *quarto ista.* Sed debet sufficere D. Ricciardum fuisse examinatum quocumque tempore id cõtigerit. *Bald. cons.* 256. *num.* 7. *lib.* 4. *Roman. consil.* 340. *nu.* 2. idem *Aym. cons.* 14. *nu.* 3. *cons.* 84. *num.* 13. *cons.* 153. *num.* 4. *& d. cons.* 201. *eod. num.* 27.

Sextò quia, vbi adhuc forma prædicta diceretur apposita etiam respectu temporis, tamen sufficeret dictum examen non solum si fuisset prout fuit factum ante præsentationem, sed etiam si esset factum ante Datam prædictarum literarum, quia
17 talis forma potest in proposito referri etiam ad præteritum; tùm, quia dictæ literæ fuerunt directæ eidem Ordinario, à quo D. Ricciardus fuit modo in illis præscripto examinatus, & approbatus, vt de hac eadem clausula. si repereris, vel, si inueneris &c. *Ricc. collectan.* 948. *limit.* 2. & de clausula constito. & quando narrata verificantur coram eodem Iudice. *Than. dec.* 93. *in manuscr.* relata per *Mart. par.* 1. *claus.* 19. *num.* 2. *versic. declaratur secundo.* & per *Ricc. d. limit.* 2. tum etiã quia
18 verba ista; si idoneum repereris, &c. vti subiunctiui temporis possunt importare non solum futurum, sed etiã præteritum, & sic verificari nedum in examine faciendo, sed etiam in antea facto, vt per text. in *l. hac conditio* 10. *§. si sic legatum cum l. seq. ff. de cond. & demonstr. in l. Plotiana.* 18. *ff. de iur. codicill. & in l. verbum erit.* 123. *ff. de verb. signif. & glo. in clem.* 1. *in verb. notitia. in fin. de concess. prabend.* cum alijs similibus tenuerunt. *Roman. cons.* 333. *à nu.* 2. *vsque ad* 7. *Ias. in l. ex pluribus. num.* 25. *&* 26. *ff. de acq. poss. Felin. in c. ad hæc.* 10. *sub n.* 2. *vers. adde etiam istis. de rescript.* & præsertim quia, cum (vt dictum est) habitus fuerit effe-

ctus

ctus, ad quem data fuit forma examinandi, videtur quòd adsit par ratio comprehendendi tàm tempus præteritum, quàm futurum, quæ
19 par ratio operatur subiunctiuum posse ad vtrumque tempus referri, vt ex allegatis per *Roman. d. consil. 333. num. 2. vers. primum quia, & num. 3.*

Septimò, quia etiam si dicta verba, si idoneum repereris &c. importarent solummodo conditionem de futuro, tamen cum ista conditio nō sit potestatiua, nec ex solo facto executoris dependens, sed dependeret etiam ex facto, & sufficientia ipsius examinandi, & ex relatione
20 examinatorum, & fortè etiam ex fortuna, seu qualitate propositarum quæstionum, vt ex deductis per *Gonzal. d. glo. 4. num. 120. & seqq.* & sic
21 dici debeat casualis, vel saltē mixta iuxta tradita post alios per *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 41. num. 11.* propterea
22 etiam si illa fuisset iam adimpleta de tempore gratię, cum Sūmus Pontifex de ea scientiam non habuerit, perinde est, ac si dicta gratia fuisset pura, & sine huiusmodi conditione concessa, quamuis etiam ista conditio potuisset iterum adimpleri. *d. l. hæc conditio. 10. §. fin. & Bart. ibid. & in l. seqq. ff. de cond. & demonstr.* quē sequuntur *Ruin. cons. 81. nu. 14. vers. & quamuis. tom. 3. & Surd. cons. 69. num. 19. & 20.* vbi plures allegans dicit idem procedere etiam in con-
23 ditionibus mixtis, in talibus namq. conditionibus casualibus, vel mixtis non censetur cogitatum de tempore, quo veniunt adimplendæ; sed videtur potius habitus respectus ad effectum, & ad implementum ipsius conditionis, & proinde quandocunque impleatur, & voluntati disponentis satisfactum videtur. *Surd. ibid. sub d. num. 20.* & isto casu habet locum dispositio ex eo, quia lex præsumit, quòd si disponens sciuisset conditionem iam fuisse impletā purè disposuisset de eo, de quo sub dicta conditione disposuit idem sub *eod. nu. 20. versic. & tali casu.* quod
24 præcipuè locum habere videtur in rescriptis, in quibus continetur, & censetur cōcessum id, quod si Papa rescribens sciuisset, vel de eo fuisset interrogatus, verisimiliter concessisset. *Put. dec. 3. lib. 2.* secundum vet. impress.

Et ita in proposito etiam si D. Ricciardus fuisset examinatus, & approbatus ante Datam prædictarum literarum perinde haberi deberet, ac si illæ emanassent in forma gratiosa, quæ tali casu fuissent sub huiusmodi forma signatæ, & expeditæ, si Papa sciuisset approbationē D. Ricciardi
25 iam sequutam iuxta notissimum stylum Cancellariæ, de quo datur fides, secundum quem, si ante resignationem supplicationis signatæ in Forma Dignum, detur fides Ordinarij de approbatione impetrātis solet per officiales cassari dicta Forma Dignum, & fieri expeditio in forma gratiosa. Qui stylus videtur
26 omninò attendendus pro dignoscēda verisimili mente Papæ concedētis. *Felin. in c. super literis. sub nu. 8. versic. prima regula. de rescrip. Paris. de confident. quæst. 46. nu. 43.* & pro
27 illa etiam declaranda, idem *Felin. in c. in nostra. num. 19. vers. quod intelligitur. de rescript. Cassador. dec. 2. sub num. 4. vers. & iste stylus. de reseruat. Mandos. in proœm. regul. Cancell. quæst. 2. num. 3.* Ab eoq. sumi
28 debet interpretatio rescripti. idem *Felin. in c. 2. nu. 16. eod. tit. de rescrip.* cum alijs per *Euerard. in loco à stylo Curiæ. sub num. 1. & Rot. in* Tullen. *seu Nullius* Senonen. *monasterij. 5. Iul. 1608. corā Illustriss.* D. *Card. Sacrato.*
29 Præsertim quia etiā regulariter omnes literæ tàm Gratiæ, quàm Iustitiæ, si non fuerint conceptæ secundum Formam, & stylum Curiæ, vel si in eis erant clausulæ, quæ ex forma solita non debebant apponi, corriguntur, & reformantur, & dictæ clau-

clausulæ expunguntur. vt dicit *Rebuff. in prax. benefic. tit. de reformat. & correct. Bullæ. num.* 11.

Octauò denique, cum ex deductis in præcedenti motiuo propter conditionem casualem, vel mixtam, & propter stylum Cancellariæ, verisimile sit, quòd Papa non rescripsisset sub Forma Dignum, sequitur, quòd etiam non seruata dicta forma, executio nihilominus deberet substineri,
30 quia actus non dicitur nullus etiã forma non seruata, quando verisimile est, quòd disponens noluisset illam seruari, vt ex latè adductis per *Brun. in d. tract. de forma. sub rubr. de potentia, & effectu formæ. fol. mihi 56. col. 3. limit. 3. verf. tertio prædicta conclusio*, vbi plura cumulans, loquitur etiam in terminis subdelegati recedentis à forma rescripti.

Si autem ex prædictis Ordinarius pro executione dictæ gratiæ non tenebatur de nouo examinare, ita nec etiam tenebatur Reuerendiss. D. meus Pirouanus, qui fuit in eiusdem Ordinarij locum subrogatus per introductionem causæ coram ipso in Rota, & qui concessit immissionem
31 D. Ricciardo. Ad illum namq. vigore *clem. Auditor. de rescript.* per deuolutionem d. causæ ante executionem dictarum literarum translata fuit omnis potestas, quam habebat idemmet Ordinarius illas iustificandi, & exequendi, & ecclesiam conferendi, vt fuit resolutum in *Legionen. Canonicatus.* 25. *Octobris.* 1574. *corã fel. rec. Clemente Octauo impressa apud Marchesan. de commission. p.* 1. *pag.* 366. quam passim sequitur Rota, & præsertim apud *Cas. de Graff. dec.* 14. *num.* 9. *de præben. Seraph. dec.* 833. *Mantic. dec.* 122. *num.* 2. & in *Calaguritana* Prioratus. 10. *Maij.* 1581. *coram bo. me.* Card. *Blanchetto.* Et ad hoc satis fuit dictum Reuerendiss. D. Pirouanum per decisiones Rotales firmasse, quòd ex attestatione dicti Ordinarij constaret de habilitate dicti D. Ricciardi, & sic ratum habuisse examen prius factũ
32 coram eodẽ Ordinario, Iudex enim subrogatus potest subscribere sententiam illius, in cuius locum est subrogatus *Addit. ad Rot. dec.* 11. *nu.*
33 4. *de rescript. in nou.* Nec tenetur de nouo seruare, & reiterare terminos seruatos, & reiteratos coram primo Iudice. *Caputaq. dec.* 259. *num.* 1. & 2. *par.* 2. quod præsertim videtur dicendum in proposito nostro, nam
34 quicquid sit de rigore iuris, saltem in praxi, & de stylo Rotæ executores huiusmodi literarum in Forma Dignum, possunt quoad examen vices suas in totum subdelegare etiã non obstante clausula super quo cõscientiam tuã oneramus, vt ex *Abb. Felin. Angel. Castr. Nauar.* & alijs tradit *Garz.* reprobatis contrarijs d. *par.* 1. *num.* 100. & *Rot. decis.* 63. *de concess. præb. in antiq. & dec.* 18. *eod. tit. in nou.* pariter relata ab eodem *Garz. ibidem num.* 101. & 102. quòd etiam tenuit Sacra Congregatio Illustrissimorum S. Concilij Tridentini Interpretum relata similiter ab eodem *ibidem num.* 103. qui insuper *num.* 104. subdit hoc procedere non solum in beneficijs simplicibus, sed etiam in parochialibus.

Et ideo ex his videtur sine difficultate concludendum pro validitate mandati de immittendo, ac immissionis subsequutæ ad fauorem D. Ricciardi.

Quare &c.

SVMMARIVM.

1 *Pensio quid sit.*
2 *Pensio vnde dicta.*
3 *Pensio alia datur in titulum beneficij perpetui.*
4 *Alia laico pro seruitio.*
5 *Alia clerico loco beneficij.*
6 *Pensio aliquando reseruatur ex causa onerosa, aliquando ex causa lucratiua.*
7 *Pensio aliquando à patrono apponitur in fundatione beneficij.*

Pensio

CAPVT NONVM.

Pensio numquid imponi possit super beneficijs iurispatronatus, absque consensu patroni.

1 PENSIO nihil aliud est, quàm certa portio ex aliqua mensa, seu beneficio ex causa ad tempus, non perpetuò separata, & pendet à proprietate beneficij, à quo extrahitur, sicut vsusfructus à proprietate, &
3 dicitur pensio à pendeo, quia pendet à d. proprietate. *Card. in clem. 1. §. 1. quæst. 3. de suppl. neglig. prælat. Gigas de pensionib. quæst. 1. nu. 1.*
3 Pensio autem alia datur in titulũ beneficij, vt quando certa portio ex pingui beneficio extrahitur, vt deinceps talis portio sit perpetuum beneficium, & clerico tantum conferri debet. *Cardin. ibid. Gigas vbi sup. quæst. 3. nu. 1. & quæst. 28.*
4 Alia datur laico pro seruitio impenso, vel impendendo, vt pro pulsandis campanis, & aperiendo fores ecclesiæ. *Gigas d. quæst. 3. nu. 2. q. 54. nu. 1. & q. 67. nu. 2.*
5 Alia pensio datur clerico loco beneficij, de qua in *c. quamuis. de preb. lib. 6.* & hæc aliquando datur ex causa onerosa, vt quando reseruatur ex causa cessionis iuris, & extinctionis litis, siue ex causa resignationis. *Gigas d. quæst. 3. num. 3.* & aliquando
6 reseruatur ex causa lucratiua, vt commodius quis valeat sustentari, vt solet exprimi in literis taliũ pensionum.
7 Alia est pensio, quæ per patronũ apponitur in fundatione beneficij, de qua in *c. cũ dilectus. vbi gl. de consuet.*
8 Alia est pensio, quæ assignatur per laicum clerico in titulum beneficij, seu patrimonij, vt ad talem titulum ad sacros ordines promoueatur, de qua *Felin. in c. postulasti. col. 9. de rescript. & Gigas d. quæst. 3. nu. 4. 5. & 6.*
9 Alia est pensio, quæ reseruatur Militibus etiam vxoratis gestantibus habitum suæ Militiæ, vt sunt Equites S. Iacobi de Spata, de Calatraua, de Alcantara in Hispania, & S. Stephani in Ciuitate Pisarum, Lauretani, Pij in Vrbe, & alij, quibus ex priuilegijs Summorum Pontificum pensiones reseruari possunt, vt in eorum priuilegijs habetur.
His præmissis, sciendum est, quòd
10 Papa solus potest pensiones imponere. *clem. 1. vt lite pend. Gigas vbi sup. quæst. 6.* & ad pensionem con-
11 sequendam in clerico sufficit ætas septem annorum, qui tunc potest ad minores ordines promoueri. *c. nullus. à contrario sensu. et ibi glo. de tempor. ordin. lib. 6. Cardin. in clem. vlt. col.*

col. antepen. de æt. et qualit.& sufficit,
12 quòd quis sit clericus saltem primæ
tonsuræ,& ei potest reseruari pensio.
Gigas vbi sup. quæst.13.num.2.et 3.
Garcia de benefic.par.1.cap.5.Riccius
in praxi rer.for.eccles.dec.430.Steph.
Gratian.discept.forens.c.397.nu.17.
Aug. Barbosa de off. et pot. Episc.p.3.
alleg.60.nu.7.Gonzalez in comment.
ad Reg.8.Cancell.glo.5.§.5.in princ.
13 et num.6. vbi ait, quòd ætas 14. an-
norum requisita ad obtinenda be-
neficia ex decreto Concil. Trid. sess.
23.de reform. c.6. non est necessaria
ad pensiones, sed sufficit ætas septẽ
annorum, prout ante Concilium.
Gigas vbi sup. d. quæst. 13. nam d.
Concilium loquitur dumtaxat in
14 beneficijs, & ita nihil innouat quo-
ad pensionem, quæ non est benefi-
cium ecclesiasticum. & ita declaras-
se S. Congregationem, & in praxi
seruari testatur; est tamen verum,
quòd quando reseruatur pensio tali
15 infanti septem annorum, debet fieri
expressa mentio de ætate infantis,
aliàs reseruatio esset nulla, propter
illa verba assertiua in gratia, vitæ, ac
morum honestas, aliaq. laudabilia.
&c. Verallus dec.318.p.2.Riccius d.dec.
430. in fine.
16 Insuper est sciendum, quòd ad
primam clericalem tonsuram requi-
runtur septem anni completi. vt ha-
betur in c. in singulis.dist.77. Card.
in clem. vlt.col.antepen.de æt. et qua-
lit. Moneta de distribut. quotid. p.2.
quæst.19.nu.11.vbi ait ad accolita-
tum requiri duodecimum annum
completum. glo.vlt.in d.clem.vlt.et
in d.c.nullus verbo, infanti. Syluester
in summa, in verbo, ætas.num.2. Vi-
ualdus in candelabro aureo. tit.de sa-
cram.ord.num.27. Card.Tolet. in in-
struct.confess.lib.1.c.25.nu.15.Flam.
Paris. de resignat.benef.lib.4. quæst.9.
num.9. Barbosa vbi sup. allegat. 11.
num.1.et 2. Praxis Episcopalis Piase-
cij.par.1.de conferendis ordinib.cap.1.
num.22. fol.34. Abbas Raguccius in
sua lucerna parochorum. de sacram.
ordin. quesito nono. num. 1. et 2.
17 Pensio autem excommunicato
reseruari non potest. Gigas vbi sup.
quæst.14. num.9. neque illegitimo,
18 qui absque dispensatione neque ad
ordines promoueri potest, nec be-
neficia potest obtinere. ita in cap.li-
teras.de fil.presbyt.c.1. de fil.presbyt.
lib.6. Gigas vbi sup. quæst.16. & cũ
19 illegitimo potest dispensare Episco-
pus quoad primam tonsuram,& mi-
nores ordines, & quoad simplicia
beneficia d. cap. 1. sed non quoad
pensiones, ad quas solus Papa dispẽ-
sare potest. Gigas vbi sup. quæst.17.
20 & dispensatus ad clericatum non
eget alia dispensatione quoad pen-
siones. Card.Seraph.1264. potest ta-
21 men Episcopus dispensare quoad
pensiones, quas ipse in certis casibus
reseruare potest. vt ibi. Barbosa vbi
sup. allegat.57.num.73. neque biga-
mus est capax pensionis. Rota decis.
529.num.5.par.2. in recentior.apud
Farinac. Annot. ad Greg. XV. decis.
516.num.13.
22 His præmissis, quoad articuli pro-
positi decisionem spectat, magis cõ-
munis opinio est, & ita seruatur,
quòd pensio imponi possit super be-
neficijs iurispatronatus absque con-
sensu patronorum. ita Gigas vbi
sup. quæst.23.num.11. et 12. de ma-
gis communi testatur Paris. vbi sup.
lib.2.quæst.4.num.14.Lessius de iust.
et iure.lib.2.c.34.dubitat. 38. Riccius
ubi sup.dec.201. vbi refert Rotæ deci-
sionem in Colimbrien. pensionis. 11.
Februarij.1598. coram Card.Seraph.
quæ est impressa dec.1264.& Cassad.
dec.3. de iurepat.
23 Probatur, quia in alienatione
rerum ecclesiæ patronatæ de neces-
sitate non requiritur consensus pa-
troni. Abb. et alij in c. vnico. vt ec-
clesiastica beneficia sine dimin. con-
fer. quia ex tali alienatione nõ præ-
iudicatur iuripatronatus. Roceb. de
Curte de iurep. in verbo, honorificum.
quæst.4.col.2.in fine.
24 Item, quia quando patrono nul-

lum sit præiudicium, dispositio Episcopi valet circa iuspat. & res ecclesiæ patronatæ. *Abb. in cap. suggestum de iurepat.* & potest rector ecclesiæ
35 patronatæ præsentare clericos ordinandos, qui à dicta ecclesia alimenta percipiant, sine consensu patroni. *c. postulasti de iurepat. Feder. de Sen. cons. 95. col. 2. Rocch. de Curte vbi sup. quæst. 3. col. 2. in fine.* attamen in re-
26 seruatione pensionis super fructibus beneficij iurispat. laicorum, necessario debet fieri mentio, quòd sit de iurepatronat. laicorum. *Gigas vbi supra quæst. 24. num. 4.* & ratio est, quia
27 Papa difficilius grauat beneficium iurispat. laicorum, quàm alia beneficia ea ratione, quia patronus egenus alimentari debet de fructibus be-
28 neficij patronati, vt per *Innocent. & alios in cap. nobis, de iurepat.*
29 Si verò extraheretur de beneficio patronato certa portio redituum, & assignaretur alicui clerico in titulum beneficij iuxta notata in *c. conquerente, de cler. non resid.* tunc patroni cōsensus esset necessarius, cum dicta portio esset beneficium per *not. ab ab Abb. in d. c. suggestum. col. vlt. Gig. vbi sup. quæst. 23. num. 13.* & regulariter beneficij appellatione non ve-
30 nit pensio. *Fel. in c. postulasti. col. 1. de rescript. Dec. in rubr. de præscript. col. vlt. Gigas vbi sup. quæst. 20. num.*
31 10. debet tamen in impetrationibus, dum sit mentio de obtentis fieri etiā mentio de pensione annua super fructibus beneficij ecclesiastici reseruata. *c. ad audientiam. il 2. de rescript. Gigas d. quæst. 28. num. 3.* neque valet pensionis reseruatio, si non sit facta mentio; quòd idem beneficium grauatum sit alia pensione anteriori. *Gigas vbi sup. quæst. 29.*
33 Pensionarius autem diuinum officium recitare non tenetur, quia iure cauetur, quod habens beneficiū tenetur dicere officium. *cap. vlt. de rescript. lib. 6. Abb. in c. 1. de celebrat. miss.* vbi dicit, quòd clericus de iure diuino tenetur ad recitandum septē horas canonicas, licèt postea de iure positiuo sit facta determinatio, & distinctio officij. *Gigas vbi supra quæst. 30.* pensio autem non est beneficium, vt dixi. Secus est, si pen-
34 sio data fuerit in titulum beneficij ad *text. in d. c. conquerente.* quia tunc
35 talis pensionarius tenetur dicere officium, cum propter officium detur beneficium. *d. c. vlt. de rescript. lib. 6.*
36 Pensionarius autem habens pensionem excedentem sexaginta duc. auri de Cam. incedere debet in clericali habitu, & tonsura per constit. Sixti V. publicatam de anno 1589. relatam à *Quaranta in summa Bullarij in verbo habitus clericalis.* exceptis certis familiaribus, & militibus militiarum canonicè institutarum. &
37 insuper quilibet pensionarius, qui vt clericus pensionem ex beneficio ecclesiastico percipit, tenetur ad dicendum officium paruum B. Mariæ Virginis sub pœna amissionis fructuum
38 pro rata officij non dicti, videlicet, si omnes septē horas vnius diei omiserit, amittet ratā fructuum illius diei; qui omiserit matutinum, dimidiam ratam fructuū illius diei, qui cæteras omnes horas aliam dimidiam, qui vnam tantum horam præter matutinum sextam partem fructuum illius diei, & prout amittunt beneficiati omittentes recitationem Diuini officij, vt per constit. Pij V. publicatam anno 1571. relatam à *Quarāta vbi sup. in verbo, hora canonica.* pen-
39 sionarius tamen residere non tenetur. *Gigas vbi sup. quæst. 31. num. 4.*
40 Clericus autem simoniam committit, qui vt facilius beneficium assequatur, promisit soluere maiorem pensionem, quam beneficium ferre possit, cum tale pactum sit illicitum, *cap. cum clerici. de pactis. iuncta ibi glos. vlt. Gigas vbi supra quæst. 41.* & pensionarius tenetur ad
41 reparationem ecclesiæ, super qua pensionem habet. *Barbosa vbi supra allegat. 64. num. 18. par. 3.* & ad alia
42 onera imposita respectu fructuum bene-

Digitized by Google

beneficij, & ad contributionem Seminarij, si illud erectum sit ante reseruationem, siue post. *Barbosa vbi sup. allegat. 77. num. 12.* & pensiona-
43 rius gaudet priuilegio fori si habeat pensionem solitam concedi clerico, & deferat clericalem habitum, & tonsuram. *Barbosa vbi sup. alleg. 12. nu. 8. par. 2.*

Et si pensionis reseruatio sit, vt solui debeat in festis S. Ioannis, & Natiuitatis Domini, licèt in literis prius enuncietur terminus natiuitatis, quàm terminus S. Ioannis, non per hoc fit, quod solutio termini S. Ioannis non sit prius facienda, nisi de hoc actum sit, licet in festo S. Ioannis fructus non sint recollecti. *Card. Seraf. decis. 24.*

44 Pensio autem multis modis extinguitur.

45 Primò morte pensionarij, penes quem sit titulus pensionis. *Paris. vbi sup. lib. 6. quæst. 4. num. 62. & quæst. 2. num. 113.* & non solum extinguitur morte naturali, sed etiam ciuili. *Paris. vbi sup. lib. 1. quæst. 4. num. 5. & 6.*

46 Secundò extinguitur per supplicationem quandoque ex anticipatis solutionibus de voluntate, & consensu ipsius pensionarij. *Sarnen. de infir. resign. quæst. 16. Gigas vbi sup. q. 35. num. 6. & quæst. 87. Mandos. de sign. grat. tit. extinctiones. col. 2.* & hoc fit semper auctoritate superioris. *Nauarr. de prabend. cons. 53. Paris. d. lib. 6 quæst. 2. num. 123. & seq.* extinguitur tamen pensio etiam absque dicta auctoritate. *Prax. Archiep. Leonis. p. 2. cap. 22. nu. 74. & 75. de pensionibus. Rota decis. 471. num. 10. par. 1. diuers. Garc. vbi sup. par. 1. cap. 5. à num. 20. & præsertim. nu. 38. Lessius vbi sup. lib. 2. cap. 35. de simonia. dubitat. 22.*

48 Tertiò extinguitur per contractū matrimonij. ita est communis opinio, de qua *Gigas vbi sup. quæst. 54. num. 5. Put. decis. 459. lib. 2. & dec. 3. tit. de pensionib. Paris. d. quæst. 2. num. 115.* nisi fuerit data retentio per in-

49 gressum in aliquam religionem militarem. *Paris. ibid. num. 116.* vt si fiat eques S. Stephani, Lauretanus, seu pius, & sim.

50 Quartò extinguitur per promotionem ad ecclesiam cathedralem, seu Metropolitanam. *Gigas vbi sup. quæst. 56. num. 2.* & hæc est communis opinio *teste Hoieda, de compat. & incompat. benef. par. 1. cap. 3. num. 4.* secuta possessione Episcopatus, & electi consecratione. *Card. Serafin. decis. 91.* nisi fuerit concessa retentio. *Paris. d. quæst. 20. num. 121. & 122. Card. Seraf. ibidem.*

51 Quintò extinguitur translatione ipsius pensionis, data enim facultate transferendi à Summo Pontifice, ita transfertur, prius extinguitur pensio, & statim de nouo dicta auctoritate imponitur. *Gigas vbi sup. quæst. 12. num. 2. & quæst. 88. nu. 8.* aliquan-
52 do etiam transfertur de consensu partium ex gratia Papæ. *Ferret. cons. 53. num. 5. Mandos. de signat. grat. tit. translat. pens. in princ.* aliquando transfertur ex priuilegio concesso
53 per Papam. *Put. decis. 4. de pens. vt est in militibus S. Petri, S. Pauli, Pijs, & Lauretanis. Paris. d. lib. 6. quæst. 4. num. 8.*

54 Sextò extinguitur quoad resignantem, si resignauerit beneficium super quo est pensio. *Mandos. vbi sup. col. 12. vers. quia. Paris. dict. quæst. 4. num. 127.*

55 Septimò extinguitur, si pensionarius non assumat primam tonsuram, & habitum clericalem. *Barbosa vbi sup. allegat. 57. num. 217.* vel si fiat miles. *Gigas vbi sup. quæst. 55.*

56 Octauò extinguitur, seu potius minuitur pensio ob contributiones. de qua re tractat *Put. decis. 5. lib. 1. & decis. 386. lib. 2. Paris. d. quæst. 4. num. 126.*

57 Nonò extinguitur per assumptionem ad Papatum. *Hoieda vbi supra par. 1. cap. 1. num. 11. Paris. vbi supra lib. 3. quæst. 1. num. 7.*

58 Decimò extinguitur per nudum con-

consensum pensionatij, nisi pensio esset reseruata pro alimentis. *Gigas vbi sup. quæst. 85. num. 8. & 9.*

59 Vndecimò extinguitur, si pensionatius obtineat beneficium, super quo eidem fuit pensio reseruata, quod quomodo procedat tradit *Gigas vbi sup. quæst. 49.*

60 Duodecimò extinguitur, si pensionarius ingressus religionem approbatam, in eadem professionem emiserit. *Gigas vbi supra quæst. 57. num. 7. & 8.*

61 Decimotertiò extringuitur pensio, si fructus beneficij, super quibus est imposita, perierint. *Felin. in cap. ad audientiam. il 2. col. 5. vers. 6. concl. de rescript. de qua re vide Gig. vbi sup. quæst. 62. & præsertim num. 4. 5. & 6.*

62 Decimoquartò extinguitur pensio præscriptione, sed pro qualibet annua pensione, idest, vnius anni, requiritur præscriptio triginta annorum, sicuti requiritur in legato annuo, cum gratiæ Papales, æquiparentur dispositionibus vltimarum voluntatum. *cap. quia cunctis. de conc. præb. lib. 6. & c. auctoritate Martini. & cap. si pluribus. de præben. lib. 6. & per Roman. cons. 348. late Gigas vbi sup. quæst. 83. num. 9. & seqq. late Zecchius de benef. & pens. eccles. cap. 11.* non tamen extinguitur pensio ex vnione beneficij grauati pensione. *Card. Seraf. dec. 1410.*

63 Nunc consequenter est videndũ, numquid canonicus nouiter receptus, qui ex consuetudine tenetur dare Capitulo medietatem fructuũ, suæ præbẽdæ primi anni, super quibus fructibus est pensio, an prius detrahere debeat pensionem, vt est in Canonicis Pisanis, qui ex fructibus primi anni soluunt Sacristiæ Ecclesiæ Pisanæ annatam.

64 Super qua re adest constitut. Pij Papæ V. incipien. Durum nimis. publicata anno 1570. relata à *Quaranta vbi sup. in verbo simonia.* & clara

65 est resolutio quemlibet canonicum teneri ad solutionem medietatis fructuum detracta prius pensione, ea ratione, quia fructus, & reditus præbendæ considerari debent detracta prius pensione ex eo, quod notat. *Bald. in l. 1. colum. 2. vers. pone. C. de fruct. & lit. expens.* & in dicta Bulla Pij V. habetur, quod solui debet medietas fructuum, & alteram medietatem quãdo beneficiatus integrè percipiet, & sic sine diminutione.

66 Et tantum valent reditus beneficij, quantum valent deductis oneribus. *Bald. in l. sed si hoc. §. quidam. in fine. ff. de condit. & demonst.* item quia

67 rector beneficij grauati onere pensionis tenetur decimam soluere pro parte fructuum, quos retinet apud se detracta prius pensione. *Gigas vbi*

68 *sup. quæst. 59.* sic tenetur soluere pro rata charitatiuum subsidium. *Gigas vbi sup. quæst. 38.* & quia debet ex dictis fructibus alimentari canoni-

69 cus, quòd non esset, si prius non detraheret pensionem. vide *Gig. vbi sup. quæst. 89.* & pulchrè de hoc. *Dec. consil. 156.* & ita fuit decisum Pisis olim à D. Vicario Illustrissimi Domini Archiepiscopi Putei. quamuis

70 non desint tenentes canonicum hoc casu debere soluere integram medietatem fructuum, & quòd pensionarius teneatur contribuere pro rata pensionis. additio *ad Decium in d. cons. 156. in ver. omnibus. Afflict.*

71 *decis. 252.* vel quod integra medietas integrè sit soluenda, quando pensio fuerit extincta, & sic quando omnes fructus ipse percipiet, & id æquius videtur, quia ita sacristia suum consequitur, & canonicus integram medietatem soluit eo tempore, quo fructus omnes percipit.

72 Insuper est sciendum, quod beneficium iurispatr. si permutetur cum alio beneficio absque consensu patroni, talis permutatio non est ipso iure nulla, sed venit annullanda. *Roccbus de Curte, vbi sup. in verbo, honorificum. quæst. 3. num. 8.* vbi testatur hanc esse communem opinionẽ.

Ber-

*Bertrand.conf.*193.*num.*2.*vol.*2. *Rebuff. in praxi benefic. tit. de permutat. num.*11.*Guidopap.decis.*374. *Rota decis.*307. *de rer.permut.in nouis.* & 374.*par.*3.*lib.*3.*diuers.*

Adde prædictis, quòd solutio pensionis quando fiat pro rata temporis, seu fructuum, dubium est, ideo breuiter dicendum est, quòd pensio assignatur de partium consensu, ex quo statim oritur obligatio, ex qua nascitur actio.*l.iurisgentium.in prin. ff.de pact.*exactio autem differtur ad tempus conuentum. *l.* 1. *ad fin. ff. quan.di.leg.ced.Ferrett.conf.*372.*n.*9. quo stante obseruatur, an primus solutionis terminus cadat eo tempore, quo fructus percipi possint ex beneficio, super cuius fructibus pensio est imposita, vt si iam fructus beneficiatus perceperit, pensio, seu eius prima solutio dicatur posticipata, si vero fructus non percepit, pensio dicatur anticipata, vt habetur in *Monopolitana pensionis.*10. *April.*1606. *coram Illustriss. Card.Sacrato*, quæ in calce huius operis est dec. 98. & in *Reatina pensionis* 13. *Maij* 1598. *coram.R.P.D.Corduba*, quæ in fine operis est decis.99. *Steph. Grat. discept.forens.cap.*548.*num.*47. & 48. & si moriatur pensionarius antequã dies solutionis, cedat, seu dies termini, & tunc *Couarr.var.resol.lib.*1. *c.*15.*num.*13. tenet, quòd si fructus, super quibus est pensio reseruata, sint percepti, integram pensionem deberi hæredibus pensionarij, secus si nõ sint percepti, & quòd hæredibus pensionarij debeatur pensio pro rata fructuum perceptorum dumtaxat tenuit *Rot.in Pharen.pens.*19.*Iun.*1573 quæ est decis.678. *part.*2. *in recent. Gabr.conf.*191.*num.*14. *lib.*2. *Steph. grat.d.c.*548. *num.* 48. idque ea ratione firmatur, quia pensio annua regulatur secundum terminos vsusfructus. *l.in singulos.ff. de ann.leg.* in quo fructus debentur hæredibus vsufructuarij, si percepti sint. *d.l.in singulos.*idemque est in pensione. *Caccialup.de pens.quæst.*25.*num.*2.*Gigas de pens.quæst.*53.*nu.*12.*Gabr.d.conf.* 191.*num.*2. qui mouetur ex *l.defuncta.ff.de vsufructu.* *Rota in Nazarena pensionis.*15.*Ianuarij* 1607.*coram Reuerendiss.Domino Coccino Decano*, quæ est impressa dec. 327. & fuit etiam dictum in *Carpentoraten. pensionis.*10.*Decemb.*1610. *coram Illustriss. Card. Caualerio. relata à Marchesano tom.*1.*fol.*604. quamuis enim Papa annuam pensionem reseruet, attamen addit hæc verba; quoad vixerit pensionarius per beneficiatum eiusque successores persoluendam, & ideo dictæ dictiones non solum determinant, sed etiam inchoant gratiam in quocumque momento. *Bar. in l.*1.*num.*15. *ff. de cond. & demon.* & in casu obitus beneficiati quoad soluendam pensionem, tàm successor in beneficio, quàm hæredes beneficiati tenentur pro rata fructuum perceptorum. vt fuit dictum in *dicta Nazarena.* & idem est, si Camera Apostolica defunctum spoliasset, seu si Papa de fructibus ad Cameram pertinentibus donationem fecisset successori. vt fuit dictum in *Neritonen.pensionis.*20. *Nouemb.* 1606. *coram Illustriss. Card.Sacrato*.

Fructuum autem diuisio inter hæredes defuncti, & successorem in beneficio ita est facienda, nam fructus naturales, vt poma, & sim. & industriales, vt triticum, si sint à solo separati, debentur hæredibus defuncti. *gloss.in c.si propter. in verbo, primi anni. de rescript. lib.*6. *Honded.conf.* 87.*num.* 71.*vol.* 2. *Rota decis.* 761. *num.*4.& 6.*par.*2.*diuers.*& idem est, si bona sint locata pro annua mercede, quia eadẽ ratione, si fructus sint separati à solo, debetur talis merces, quamuis nondum d. mercedis dies cesserit. *Alex.conf.* 28. *num.*2. *lib.*1. *Honded.conf.*85. *num.*13. *vol.*2. *Berous.conf.*139.*num.* 11. *vol.*1.*Ancharan.conf.*195.*nu.*3.*Ferrett. conf.*151. *num.* 5. & fuit dictum in *Baren. fructuum.*2.*Iunij* 1610. *coram Illustriss.*

Card.

Card.Cavalerio. nam dicta merces succedit loco fructuum.*d.l.defuncta. l.diuortio in princ. & §. item si mensis.ff.sol.matrim. Bart.in l. vlt. §.triphonio.nu.*1.*ff.de iur.fisci.* sicuti enim in fructibus inspicitur tempus, quo separantur à solo, ita tempus idem attenditur respectu ipsius mercedis, quæ pro fructibus debetur. *Alex. d. cons.*28. *num.* 1. fructus autem pendentes ad successorem pertinent. *glos.& Doct.supra allegati. Calderin. cons.*2.*de pecul.cler.* & quoad fructus ciuiles, qui percipiuntur ex industria de re, quæ natura sua fructus non facit, quorum solutionis dies tempore mortis aduenerat, dicendum est spectare ad hæredes, reliquos ad successorem. *Couarr. Calderin.Honded. & alij vbi sup.* Rota *dec.* 278.*num.*2.*par.*2.*in recent.*idem est in naturalibus,vel industrialibus,qui quotidie colliguntur, vt sunt vecturæ nauium, operæ seruorum, & qui colliguntur ex hortis ab olitoribus, & sim. *Caccialup.de pens. quæst.* 25. *num.*2.& 3.& sic cum moritur beneficiatus,transmittit actionem ad hæredes pro fructibus debitis, & si beneficiatus liberè resignet beneficiũ, censetur omne ius remisisse,nisi sibi expresè reseruauerit. P*ut. decis.*14. *lib.*3.R*ota d.decis.*278.*nu.*2. & idem est in translatione pensionis. vt per *Put.d.decis.*14. Et quamuis antiquitus fuerit controuersum, numquid facultas transferendi pensionem dicatur noua gratia, nouumque contineat grauamen, prorogando seruitutem beneficij, vt fuit dictum in *Eugubina pensionis.*11.Dec.1569.*coram Rubeo*. & in alijs. certè hodie constans ex sententia, quòd talis translatio licèt facta in articulo mortis, cum & prius quandocumque fieri potuerit, non sit nouum grauamen, nec noua dicatur pensio, sed solum quædam mutatio personæ, & vitæ transferentis in personam,& vitam translatarij, & delegatio solutionis alteri faciendæ, nec inde resultat præiudicium considerabile, sed euentuale, cum aliquando contingat, translatarios præmori ipsis transferentibus. *Crescent. dec.* 1.*n.*1. *de reb.eccl.non al.* & fuit dictum in *Veronen. pensionis.* 14. *Ianuar.*1613. *coram Illustrissimo Card.* V*erospio*, & in *Mediolanen.pensionis*. 17. Maij 1613. *coram R.P.D.Pamphilio.* quæ est decis.105.*num.*4.*par.*1.*in recent. in* R*omana pensionis.* 17. Iunij 1622. *coram* R.P.D.*Buratto*, *in* R*egien.pensionis.*9.*Februarij,&* 17.*Iunij* 1624. *coram* R.P.*D.*P*irouano.* Et in materia translationis pensionis fuit dictũ in Bo*nonien. translationis pensionis*. 20.*Iunij*.1601. *coram* I*llustriss.Card.* M*illino.in Firmana pensionis.*26. *Febrar.*1625.*coram* R.P.D.R*emboldo*, quæ in calce operis est decis. 91. & *in eadem coram eodem* 23. Ian.1626. quæ in calce operis est decis. 92. & *in eadem coram R.P.*D.Dur*ano*, 23. I*anuar.* 1627. quæ in fine operis est decis.93. & *in eadem coram eodem*.8. M*artij* 1627. quæ in calce operis est decis.94. *in Ferrarien.pensionis*. 14.*Iunij* 1624. *coram* R.P.*D. Remboldo*,quæ in fine operis est decis.95 & *in eadem coram* R.P. D. V*irili* 21. *Martij* 1627. quæ in fine operis est decis.96.& *in Mantuana pensionis.*4. Decemb.1626.*coram R.*P.D.M*erlino.* quæ in calce operis est decis. 97. & quando milites alicuius militiæ possint retinere pensiones,etiamsi contrahant matrimonium,fuit dictum in R*omana pecuniaria.*26.Maij 1627 *corã* R.P.*D.Virili*, quæ in calce op. est dec.100.& de transl.pens.elegantem tractatũ editurus est D.Marcellus Ioãnettus Ascul.in Ro.Cur.Adu.

S V M M A R I V M.

1 *Resignatio alia tacita, alia expressa.*
2 *Resignatio tacita quæ dicatur, & quæ expressa.*
3 *Resignatio, seu renunciatio definitur.*
4 *Resignatio alia pura, & simplex, alia conditionalis, & in fauorem.*
5 *Resignatio simplex potest fieri coram ordinario,*

Bene-

6 *Beneficium vacat per resignationem etiam conditionalem.*
7 *Resignans per resignationem priuatur beneficio.*
8 *Resignans an post resignationem possit percipere fructus beneficij resignati.*
9 *Resignanti fructus beneficij resignati debentur usque ad diem praestiti consensus.*
10 *Sed quoad fructus pendentes interdum fit diuisio.*
11 *Resignans simpliciter, post non potest possessioni incumbere.*
12 *Resignans post admissam resignationem, & praestitum consensum, ratione dicti beneficij resignati non tenetur recitare diuinum officium.*
13 *Resignatarius tenetur diuinum officiũ recitare post acceptatam collationẽ.*
14 *Resignans post admissam resignationem, & praestitum consensum non tenetur residere.*
15 *Causa commissa habenti dignitatem, si eam resignet, remanet iudex.*
16 *Resignans post factam resignationem non potest ab ea recedere.*
17 *Resignatione admissa, & praestito consensu, dicitur res perfecta.*
18 *Resignans simpliciter beneficium, non potest absque noua collatione ad illud redire.*
19 *Resignatione facta omnia iura resignantis in resignatarium transeũt.*
20 *Resignatarius non tenetur stare locationi facta à resignante.*
21 *Beneficia omnia possunt resignari.*
22 *Et si quis sit ordinatus ad titulum beneficij, id exprimi debet.*
23 *Beneficia consistorialia non possunt coram ordinario resignari.*
24 *Beneficia iurispatr. possunt resignari cum patronorum consensu.*
25 *Resignatio facta sine consensu patroni est nulla.*
26 *Beneficia iurispatr. non possunt permutari sine consensu patronorum.*
27 *Nisi superuenerit patroni consensus.*
28 *Beneficia electiua possunt resignari.*
29 *Beneficia vnita non possunt resignari, nec permutari.*
30 *Nisi resignatio fieret coram Papa cum narratiua vnionis.*
31 *Beneficia, super quibus concessae sunt expectatiua, non possunt resignari.*
32 *Beneficia manualia resignari, & permutari possunt, si manualitas exprimatur.*
33 *Beneficia patrimonialia possunt resignari.*
34 *Pensio non potest in fauorem alterius resignari, sed transfertur.*
35 *Beneficia reseruata possunt resignari.*
36 *Sed non permutari coram ordinarijs.*
37 *Beneficia commendata resignari possunt.*
38 *Beneficia, in quibus est reseruatus regressus, non possunt resignari in fauorem.*
39 *Beneficia dioecesis, in qua quis habet indultum, possunt resignari.*
40 *Beneficium, quod cadit sub consuetudine optandi, resignari potest.*
41 *Beneficium nondum collatum non potest in fauorem resignari.*
42 *Resignatio ad fauorem potest fieri bullis non confectis, sed narretur.*
43 *Et potest fieri literis expeditis, sed non capta possessione.*
44 *Omnes possunt resignare beneficia, quae habent.*
45 *Priuatus ex re iudicata beneficijs non potest resignare.*
46 *Beneficium non potest resignari, quando habens super eo pensionem egit ad regressum.*
47 *Minor 25. ann. & maior 14. potest beneficium resignare.*
48 *Minor 14. ann. cum consensu tutoris potest beneficium resignare.*
49 *Furiosus non potest resignare beneficium.*
50 *Secus si habeat dilucida interualla, & faciat dum est sanae mentis.*
51 *Resignatarius potest beneficium resignare.*
52 *Infirmus potest beneficium resignare.*
53 *Exemptus potest coram Papa beneficium resignare.*
54 *Religionem ingredi volentes possunt beneficia resignare.*
55 *Beneficium religiosi nouitij non confertur ante factam professionem.*

CAPVT DECIMVM.

De resignationib. beneficiorum, & à beneficium iurispat. possit resignari sine consensu patroni.

QVoniam resignatio fit etiam de beneficijs Iurispatronatus, Ideo bene est videre de resignatione beneficiorum.

1 Resignatio ergo alia est tacita, alia expressa. *Hostien. in cap. venient, num.* 1. *de Renunc. Abbas in cap. ex ore, nu.* 10. de ijs, quæ fiunt à maiori parte Capituli. *Rota decis.* 15. *de off. deleg. in nobis.* & est communis opinio

opinio teste *Hoieda in tract. de Incompatibus Benef. p.1. cap.13.*

2 Tacita resignatio est, quæ ipso Iure fieri intelligitur absq; verborum expressione cum deducatur ex quadã Iuris Interpretatione *Clem. gratia, vbi omnes de rescript.* Exemplum est in eo, qui in minoribus ordinibus constitutus contrahit matrimonium. nam iste tacitè videtur renunciare beneficio, quod obtinet *cap.1. & cap. quod ad te. vbi glos. & Doct. de Cler. coniug. Puteus decis. 459. lib.2.* Idem est in eo, qui consequitur possessionem beneficij incompatibilis, qui tunc videtur renunciare primo. *cap. de multa de præb.* Idem est, si Clericus fiat miles, *glos. in cap. vlt. de Cler. non resid.* & de hac tacita renunciatione nõ tractatur hic, sed de expressa, quæ fit verbis expressis, & explicitis, vt tradit *Petrus Gregorius lib.17. Synthag. Iuris. cap. 17. num.23.*

3 Renunciatio igitur nihil aliud est quam dimissio spontanea, & libera beneficij obtenti facta cum causa coram Superiore. Est dimissio, quia renuncians cedit, & dimittit Ius suũ. Est spontanea, quia sponte fieri debet, & non coactè. Est beneficij obtenti, quia beneficium nondum collatum renunciari nequit. Et in resignatione requiritur causa, & debet fieri coram Superiore ad hoc vt valeat, quæ declarantur, vt per *Paris. de resign. lib.1. q.1. à num.33.*

4 Resignatio autem alia est pura, & simplex alia conditionalis, & in fauorem tertij. *Rebuff. in praxi beneficiaria. tit. de resign. expressa, num. 2.* Pura dicitur quando beneficiũ purè, & simpliciter sine aliqua reseruatione renunciatur in manibus Superioris. *Puteus decis.158. in fine lib.3.*

Conditionalis autem est, quæ coram Papa fit ad fauorẽ alterius cum aliqua reseruatione. *Puteus vbi sup. Nauar. in Manual. cap.23. nu.107. Vide Cassad. decis.19. nu.10. de conceß. præb.*

5 Resignatio simplex potest fieri coram Ordinario, & coram Papa. Conditionalis autem fit corã Papa dumtaxat. *Mandos. in reg. de infirmis resignantibus q.16. nu.11. & in regula de annali. q.46. num.2.*

6 Insuper per resignationem etiam conditionalem vacat beneficium resignatum. *Rota decis.1. de rerum permutatione in nouis, & decis.7. & 10. de rerum permutatione in antiquis. Geminianus in cap.1. colum.5. de rerum permutatione* quod declarat vt vacet ita demum si conferatur resignatario cum conditionibus appositis. Ita *Mascard. de appos. concl.1395. num.3.* Et de communi, & quod pluries fuit decisum in *Rota* testatur *Paris. vbi sub q.4. num.22.* & ibi dicitur vacare beneficiũ resignatum, vbi facta est renunciatio. *glos. in Clem.1. in verb. Collato vt lite pendente. Rebuf. vbi sup. in forma* Signaturæ. *Verall. decis.64. parte prima.*

7 Per resignationem autẽ resignans priuatur beneficio. Doctores, in *cap. veniens, vbi Butr. num.27. & Abbas num. 6. de renunciatione.* Ideo admissa resignatione à Superiore dicitur vacare beneficiũ. *Cassad. decis.4. nu.4. de locat. & conduct. & decis.3. num.4. de causa Possessionis, & Proprietatis*, in tantum vt quis amittat tunc omne ius, quod in eo habet, ac etiam possessionem naturalem, & ciuilem. *Card. Abbas, & alij in cap. Quod in dubijs de Renunciatione*, si præstitus fuit cõsensus per resignantẽ. *Puteus decis.106. li.3. Verall. decis. 115. p.1.* Quod declarat, vt in simplici renunciatione admissa amittatur statim omnis possessio ciuilis, & naturalis. *Achilles de Grassis decis. 10. de restitut. spoliatorum*, sed in resignatione facta ad fauorem alterius resignans dicitur possidere, & titulũ coloratũ habere, donec beneficium resignatario acquiratur, & reseruatio ipsius fauore facta locum habeat. *Puteus decis.158. num.3. lib.3.*

8 An autem resignans post resignationem

tionem possit percipere fructus beneficij resignati controuertũt Doctores. Communis tamen sententia est negatiua. *Rota decis. 1. de renunciatione in nouis.* Dubium tamen est vsque ad quod tempus possit resignans percipere fructus beneficij resignati. Et in simplici, & pura resignatione admissa, & super ea præstito consensu, resignans nõ potest amplius fructus percipere post dictum tempus. *Cassad. decis. 4. num. 6. de restitutione spoliat.* In resignatione verò conditionali, quæ fit coram Papa ad fauorem alterius, & cùm reseruatione fructuũ, aut pẽsionis, quamuis alij dicãt fructus deberi resignanti, donec fuerint sibi intimatæ litteræ expeditæ in fauorem resignatarij. Alij vsque ad tempus datæ supplicationis; Alij verò vsque quo possessio capiatur à resignatario, & donec dicto resignatario ius quæratur. Attamen verior videtur opinio posita à

9 *Paris. vbi sup. q. 6. num. 38.* Videlicet fructus deberi resignanti vsq; ad diẽ præstiti consensus super dicta resignatione. Ita *Hier. Gabriel. cons. 192. num. 3. & seq.* Ita voluit Rota teste *Sarnen. de infir. resignantibus q. 31. col. 2. in principio.* In Placent. Archidiacon. *de Vrugillo coram Episcopo Marsicano*, hinc vsque ad illud tempus præstiti cõsensus potest resignãs

10 pœnitere. *Rota apud Paleottum decis. 1558.* Sed quoad fructus pendentes, *Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 15. n. 12.* affirmat pro rata temporis esse faciendã diuisionẽ inter resignantem, & resignatarium. Quod verè procedit in beneficijs curatis, & requirentibus residentiam propter ministerium, quod Ecclesiæ ipsi resignantes exhibuerunt. In alijs verò beneficijs ad resignatariũ fructus pendentes pertinere secundum comm. opinionem de qua *Alberic. in lege diuortio, num. 12. ff. soluto matrimonio*, sicuti fructus pendentes non spectant ad hæredes Clerici, sed ad Ecclesiam, vel successorem in beneficio. *glos. Gemin. & alij in cap. si propter de rescript. lib. 6. & in cap. vlt. de peculio Clericorum.*

11 Et in simplici resignatione resignans post eam non potest incumbere possessioni beneficij resignati, in conditionali autem resignatione potest, donec resignatarius capiat possessionem. *Rebuff. in praxi, de sim. resig. num. 27. & 31.* nec post admissam resignationem, & illi consensum præstitum, resignans tenetur ad pensionem iam impositam super beneficio ex communi op. de qua *Io: Andr. & alij in cap. nisi, de præb. Tiraquell. in tract. cessante caus. vers. promissionis causa, & vers. concessionis, & constitutionis.* Quod non procedit in pensione decursa vsque ad diem resignationis, vel si resignatio fuisset facta in fraudem, vel si post ipsam resignationem se obligasse ad so-

12 lutionem de pensionis, vt latè *Paris. vbi sup. q. 8. nu. 16. & seqq.* similiter resignans post admissam resignationem, & præstitum consensum non tenetur amplius ad diuini officij recitationẽ, nisi ad illud astringatur alia causa, puta ordinis sacri. *Nau. de*

13 *horis canon. cap. 7. nu. 19. & 30. Tiraquell. vbi sup.* & resignatarius tenetur ad dictam recitationem statim post collationem acceptatam. *Nau. vbi sup. sed verior est opin. vt teneatur post captã possessionẽ. Nau. in Man. c. 25. n. 122. & in cõs. 14. de cel. Miss.*

14 Resignans autem post resignationem admissam, & præstitum consensum non tenetur residere *Innoc. in cap. cum ex tua. de Cler. nõ resid. Abb. in c. super inordinata num. 5. de præbendis. de communi Nauarr. in suo*

15 *Manual. cap. 25. num. 112.* & si causa commissa fuerit alicui habenti dignitatem, puta Decanatum, potest resignato dicto Decanatu cognoscere de causa antea sibi commissa *glos. in cap. statutum. in Verb. Canonico. vers. & si tempore datæ: & ibi Do-*

16 *ctores de rescript. lib. 6.* Nec potest resignans post factã renunciationem

recedere

recedere ab ea pœnitentia ductus, quia in resignatione facta coram Ordinario, & ab eo admissa statim beneficium vacat,& in resignatione facta coram Papa, & ab eo admissa, & præstito consensu dicitur res perfecta, nec est locus pœnitentiæ. *Puteus decis.106.lib.3.*
17 Nec potest resignans post prędicta beneficium resignatum repetere *glos. Abb. & alij communiter in c. ex transmissa de renunciatione, & in cap. quam periculosum 7. quæst. 1. nisi renunciatio esset facta dolo, & metu Abb. & alij in cap. super hoc, de renunciatione vel nisi resignans esset Furiosus, Buer. decis.350. vel nisi vellet repetere beneficium, ex causa noua glos. in cap. Ad nostram. il secundo. in verbo probarêt. de iureiurand. Doct. in cap. 2. de renunciatione, vel nisi ius quæsitum fuerit resignatario; vel si sint quæsitum conditiones non seruantur. Paris. vbi sup. q. 13. in fine.* Nec in prædictis casib. requiritur noua collatio, quia resignans potest redire absq; ea, sed requiritur declaratio Superioris declarantis ipsum posse redire. *Fel. in cap. cum venerabilis num. 11. de exce-*
18 *ptionibus.* Si verò quis resignet beneficium simpliciter, non potest ad illud redite absque noua collatione, quia extinctus est titulus, quem habebat *Paris. in dicto cap. cum venerabi-*
19 *lis num. 4. & 44.* Et per talem resignationē transeunt in resignatarium omnia, quæ competebant resignanti ratione illius beneficij resignati. *glo. in cap. quamuis tibi. in verb. cedentium de præbend. lib. 6. non tenetur tamen resignatarius stare locationi factæ à resignante. Puteus decis. 181. lib. 1.*
20 Nec pariter resignatarius tenetur ad debita contracta per resignātem nisi fuerint contracta pro necessitate Ecclesiæ. Facit *tex. & ibi glos. in cap. 1. de solitionibus, & ibi Abb. & alij, & regulariter materia renunciationis dicitur odiosa. Cephal. conf. 62. num. 49. lib. 1.* Ideo nō cōtinet nisi quod fuit expressum *Decianus consil. 64. num. 69. vol. 3.* & strictè interpretatur. *Decius conf. 495.* imo strictissimi iuris est cū sit quædam gratia. *Tiraquel. in l. si vnquam, in verb. donatione. quæst. 8. C. de reuoc. donationib.*

Secundò principaliter est sciendum omnia beneficia resignari posse, vt colligitur ex *toto tit. de renunciat. extra lib. 6. & in Clementinis.*
21 Et ratio est, quia vnusquisque potest renunciare beneficio sibi competenti tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus. *Archid. in d. cap. quam periculosum nu. 4. Rota decis. 32. nu. 3. de appellat. in nouis.* si tamen quis fuit ordinatus ad titulum alicuius bene-
22 ficij non potest illud resignare nisi exprimat se ad dictum titulum fuisse ordinatum, vt infra dicitur.
23 Non possunt tamen coram Ordinario resignari beneficia Consistorialia cum sint reseruata. *Staphilaus de literis gratiæ, & iustitiæ. §. dicendum num. 67. Rota decis. 4. de renunc. in nouis.* similiter beneficium litigiosū, super quo pendet lis, aliàs nulla erit resignatio. *Sarnen. in comp. signaturæ nu. 64. & 65. Puteus decis. 354. lib. 3.* Item beneficia iurispatronatus pos-
24 sunt nedum simpliciter, sed etiam in fauorem tertij resignari, dummodo in tali renunciatione accedat patronorum consensus. *Innoc. in c. vlt. in fine. vbi Abb. & alij de renunc. Ros. de Curte de iurepat. in verbo honorificum quæst. 3. Couarruuias in cap. 36. practicarum quæst. num. 4.* Et resigna-
25 tio facta sine dicto consensu patroni est nulla. *Butrius in c. quod in dubijs. num. 6. & ibi Abb. num. 6. de renunc. Put. in decis. 412. num. 2. lib. 1.* & ratio est, quia patronorum interest ne beneficiati dimittant eorum beneficia ipsis spretis, adnotata in *c. in Lateranen. de præbend.* ne patroni retrahantur à fundatione, & dotatione Ecclesiarum, & considerat. *glos. in c. cum dilectus. de iurepat.* hinc non pos-
26 sunt beneficia iurispatt. permutari sine consensu patronorum. *Doctores communiter in c. 1. de rer. permutat. lib. 6.*

lib.6.Couarr.vbi sup. nu.9. nec possunt beneficia iurispatronatus vniri sine consensu patroni. *Fel. in c. cum accessissent.col.7.de constitutionib. Couar.vbi sup.num.11.* nec possunt bona beneficij patronati alienari de honestate sine consensu patroni. *Raccb. vbi sup.n.112.* nec possunt beneficia iurispatronat.dari in commendam sine consensu patroni *glos. in cap.nemo deinceps.de elect.lib.6.* Potest tamen super tali beneficio sine dicto consensu imponi pensio. *Rebuff.in praxi beneficiaria in 3.par.vers.& iuripat. num.28.& 48.* & talis consensus patroni in renunciatione beneficij patronati requiritur siue patronus fuerit laicus,siue clericus.*Lamber.de iurepat. lib. 3. quæst. 5. art.5. num. 2.* & fuit dictum in *Placentina Cappellaniæ 21.Octob.& 12.Decemb.1594. coram Penia.*

27 Quæ tamen limitantur quoties superuenerit consensus patroni. *Rota decis.25.de rer. permutat.in nouis. Hostiens.in summa tit. de iurepatr. §. vlt.vers.quid si.de communi. Fel.in c. cum Bertoldus num.9. de re iudicata.* Idem est quoties patronus sciens, & patiens non reclamauit.nam hoc casu tenet resignatio, & pluries fuit decisum in *Rota teste Parisio vbi sup. lib.2.quæst.4.num.28.* & seq. idem quoque est quoties Papa admittit resignationem, & confert cum expressa derogatione iurispatronatus *Archidiaconus,& Præpositus in c.hortamur. distinct.71.* & est communis opinio, quia Papa potest derogare non solum iuripatronatus ecclesiastico, & clericorum, sed etiam iuripatronatus laicorum.*glos.communiter recepta in clem. 2. in verb. Apostolicis. de præbend. Innoc. & alij in c. cum dilectus,& in c.illud, de iurepat.* & hæc est communis opinio teste *Couarr.vbi sup.col.3.* & ratio est quia laici habent iuspatronatus ex mera gratia ipsius Papæ vt probatur in *c.3.de iurepat.* ibi hucusque eos sustinuit. & ibi *Berous num. 3.* & ratio etiam est quia Papa in beneficialibus est Dominus absolutus, ac beneficiorum ecclesiasticorum dispensator, & sic supra ius. *c. cuncta per mundũ. 9.quæst.3.Archid.in cap.1. in fin.17. quæst.6.* vbi communiter Doctores, & non procedunt si iuspatr. competit laicis ex priuilegio.*Staphil.de lit. grat.tit.de modo, & forma impet.§. sequitur num.17.*

28 Item beneficia electiua possunt resignari etiam in fauorem alterius. ita *Card. & alij in clem. vnic. de renunc. glos. in c.1. vbi Doctores de rer. permutat.lib.6.latè Boer.dec.2.par.1.* requiritur tamen in hac resignatione,vt accedat consensus eligentium. *Card.in d.clem.vnio. num.18.* non potest tamen resignari beneficium, ad cuius titulum quis fuit promotus ad ordines sacros. *Nauar.in man.c. 22.num.18.* & habetur in Conc.Trident.*sess.21.de refor.c.2.* & facit textus in *c.sanctorum dist. 70.* quod nõ procedit quãdo resignãs habet aliũde vnde viuere possit facta mẽtione quod ad titulum dicti beneficij fuit promotus, & quòd habeat vnde viuere possit, & probatur in dicto Decreto Concil.Tridentini.Possunt etiam beneficia exempta permutari, & resignari, sed coram Papa dumtaxat *Petrus de Perusio in tract. de permut.benef.par.2.quæst.vlt.*

29 Item beneficia vnita ante quam vnio sortiatur effectum non possunt resignari *Bertrand.in cons.259. num. 20.Fel.in c.in nostra.n.23.de rescript.* nec etiam permutari possunt. *Rota decis.3.de rerum permut. in antiq.* & facit Decret.Concil.Trident.*sess.21 de refor.cap.5.& sess.23. c.18.* quod tamen non procedit si resignatio sit

30 facta coram Papa ad fauorem alterius cum narratiua vnionis,nam tũc videtur suspensa vnio pro illa vice. *Put.decis.357.lib.1. Mandos.in praxi signat.gratiæ.tit. renunciat. col. 4. in fine.*

31 Nec etiam beneficia, super quibus concessæ sunt expectatiuæ à Se-

de Apostolica, resignari, aut permutari possunt, nisi Papa derogaret d. expectatiuæ. vt per *Paris. d.lib.2.q.*
32 *10.* item beneficia manualia possunt resignari in fauorem alterius, & permutari, dummodo sit expressa manualitas, aliàs esset subreptitia vt fuit in Rota resolutum teste *Paris. vbi sup. quæst.* 11. similiter possunt resignari beneficia patrimonialia. *Man*
33 *dos. de infirm. resign. quæst.* 15. *num.* 8. & sic etiam beneficia ecclesiæ non numeratæ. *Geminian. in cap. licet. nu.* 24. *de rer. permut. lib.* 6. ita etiam possunt resignari hospitalia in titulum collata. *Put. dec.* 261. *lib.* 1. & possunt permutari. *Gemin. d. c. licet.* pensio autem non potest in fauorem alterius resignari. *Sarnen. de infirm. resignat.*
34 *quæst.* 16. *col.* 2. *in princ.* potest tamen habens pensionem, illam non exigere, & sic tacitè renunciare in fauorē soluere debentis, vel expresse illam cassare, vel in alium transferre auctoritate Papæ, & dicitur translatio pensionis, non resignatio, & de translatione pensionum tractatum pulcherrimum est editurus Illust. D. Marcellus Ioannettus nobil. Asculan. Aduoc. Rom. & beneficia
35 etiam reseruata resignari possunt tā coram Papa, quàm coram ordinario quia licèt reseruatio afficiat beneficium quoad potestatem conferendi, non tamen afficit quoad potestatem, renunciandi, dummodo ordinarij non conferant. *Rota dec.* 4. *de renunc. in nou. Lancellot. de attentat. par.* 1. *c.* 3. *n.* 145. permutationes autem beneficiorum reseruatorum coram ordin.
36 fieri nequeunt, quia sic ordinarius conferret. *Calder. cons.* 3. *de rer. permut. Put. dec.* 262. *in princ. lib.* 2.
37 Item beneficia in perpetuum alicui commendata possunt in fauorem alterius resignari. *Put. dec.* 94. & 343 *lib.* 1. beneficium autem, in quo alij est reseruatus regressus non potest resignari in fauorem. *Mādos. in prax.*
38 *signat. grat. vers. regressus. col.* 3. *Verall. decis.* 215. *in princ. par.* 1. prout etiam resignari possunt beneficia alicuius diœcesis, in qua quis habet
39 indultum ea conferendi cum vacār. *Put. dec.* 177. *lib.* 3. *Anast. Germon. de indul.* § *si vero illa. n.* 69. & resignari potest beneficium, quod cadit sub consuetudine optandi. *Paris. cons.*
40 10. *col.* 4. & etiam permutari possunt, quia tunc cessat consuetudo optandi. *Rota dec.* 1. *col.* 2. *de rer. permut. in nouis.* beneficium autem nondum collatum non potest renunciari in
41 fauorem. *Rota dec.* 26. *in fine. de procur. in antiq. Borr. dec.* 205. *num.* 4. & *dec.* 308. potest tamen resignari beneficium, in quo quis habet ius ad rem, sed non in fauorem. *Inn. in c. quod in dubijs. n.* 1. *vbi Abb. & alij, de renunc.* quia vnicuique licet iuri suo renunciare. *Rot. dec.* 32. *n.* 3. *de app. nou.*
42 Et est notandum, quòd talis resignatio potest fieri bullis non confectis etiam ad fauorem dummodo id narretur. *Borr. decis.* 24. *num.* 9. *Mandos. in prax. signat. tit. resignationes. col.* 3. *vers. beneficij obtenti.* signata tamen, & registrata supplicatione, & de stylo Cancellariæ dicta resignatio appellatur cessio, & si moriatur is, ad cuius fauorem fuit supplicatio registrata, dicitur beneficiū vacare per eius obitum. *Sarnen. in* 12 *quæst. reg. de non iudic.* & similiter potest beneficium resignari literis ex-
43 peditis sed non capta possessione. *Borr. dec.* 308. *nu.* 1. *Gemin. cons.* 127. *in fi.* potest tñ beneficium resignari, si prius fuit resignatū, & nō fuit facta resignationis publicatio, *Sarnen. vbi sup.* vbi ait ius acquiri per resignationē admissam, & signatā à Superiore.
44 Tertiò principaliter est sciendum omnes posse resignare eorum beneficia. *Io. Andr. in rubr. de renunciat. num.* 4. *Rota decis.* 26. *in fin. de procur. in antiq. Borr. dec.* 108. *num.* 4. & *dec.* 308. *Doct. in d. c. quod in dubijs, de renunc. Paris. vbi sup. lib.* 3. *quæst.* 1. vbi
45 in fine ait beneficijs priuatum per sententiam transactam in rem iudicatam non posse illa resignare, vt

dixit *Rota in Romana beneficiatus S. Petri 16. Iun. 1561. coram Oradino*,

46 neque potest resignari beneficium, quando is, cui reseruata est pensio super dicto beneficio, pro pensione non soluta egit contra beneficiatum ad priuationem, seu ad regressum, secus si dictus pensionarius tacuit. *Cassador. decis. 4. num. 4. de locat.*

47 Et minor 25. an. maior autem 14. an. potest beneficium, quod obtinet resignare, *glos. in cap. ex parte. ver. quamuis. & ibi Abb. num. 14. de rest. spol.* nam talis in beneficialibus habetur pro maiori. *ex c. vlt. de iud. lib. 6.* nec tunc requiritur consensus curatoris. *Put. dec. 161. lib. 2.* eadem ratione d. minor potest constituere procuratorem ad resignandum sine decreto iudicis. *Franc. in d. cap. vlt. not. 6.* & talis minor grauiter læsus habet restitutionem in integrũ etiam re non integra ad tradita per *Oddum de rest. in int. quæst. 63. art. 2.* & hanc opinionem tanquam veriorem comprobat *Paris. d. lib. 3. quæst. 7. nu. 45.*

48 minor etiam 14. ann. potest beneficium resignare. *Boer. decis. 35. Abb. & alij in d. c. ex parte.* dummodo id fiat cum auctoritate tutoris, & cum causæ cognitione. *Rebuff. cons. 83. num. 2. & 3.* quia sine tutore non potest quidquam attentare. *c. 2. de at. & qualit. c. vlt. vbi Doct. de iud. lib. 6.*

49 Furiosus autem, & mentecaptus non possunt resignare beneficia: ita est communis opinio quam tenuit *glos. in c. quamuis triste. 7. quæst. 1. & in c. Gonsaldus 17. quæst. 2.* vt ibi *Archid. num. 1. Rebuff. in praxi. tit. de infirm. resignat. num. 16.* ea ratione, quia isti carent iudicio, & nequeunt contrahere. *Paris. cons. 87. num. 10. vol. 3. & cons. 99. num. 15. vol. 2.* & si fiat dicta resignatio est nulla. *Card. in c. quod autem num. 2. 7. quæst. 2.* si

50 autem habens dilucida interualla renunciet, valet si fuit facta in interuallo sine furore. *glos. in d. c. quamuis. ver. triste. Sarnen. de infirm. resignat. quæst. 10. in princ.* & allegans eum fuisse sanæ mentis debet id probare. *Rebuff. in praxi, reg. de infirm. resignat. num. 20.* Resignatarius quoque potest beneficium resignare. *Put. dec. 152. lib. 1.* quia cum per resignationem consequatur ius plenum, sequitur, quòd nihil obest, quo minus resignare possit, quod procedit etiã literis non confectis, quia post signatam supplicationem resignatio est perfecta. *Put. dec. 106. lib. 3.* & antequam resignatarius publicauerit ex *Cassador. decis. 27. super reg. cancell.* quæ tamen non procedunt in resignatione conditionali, nam non impletis conditionibus resignatarius non potest resignare. *Alex. post Cinũ in l. is qui hæres. num. 5. ff. de acquir. hæred. Mohed. dec. 181.* & est communis opinio.

51 Infirmus insuper potest resignare beneficia. *Sarnen. de infirm. resignan. in plur. quæst.* & est communis opinio, & probatur in *d. c. quãuis. 7. q. 1. Abb. in c. 1. num. 2. & in c. licet. de renunc.* iura enim permittunt infirmis etiam morti vicinis actus legitimos. ita *Mandos. in reg. de infirm. quæst. 1. num. 4.* quæ resignatio infirmi vt valeat, requiritur ex reg. Cancellariæ, quòd post consensum præstitum superuiuat per 20. dies.

53 Exemptus etiam potest resignare beneficia, sed tantum coram Papa. *glos. in c. si Abbatem. ver. si Abbatem. de elect. lib. 6.* vbi communiter *Doct. Calderin. cons. 3. de renunc. Mandos. in praxi signat. grat. tit. resignationes col. pen.* & similiter volentes ingredi religionem possunt resignare benefi-

54 cia etiam in fauorem, & est communis opinio. *Imola post alios. in c. admonet. num. 7. de renunc. Innoc. in c. post translationem. vbi Abb. nu. 22. de renunc.* & potest resignare etiã postquam fuit ingressus, sed ante professionem. *ad c. beneficium, de regular. lib. 6.*

55 vbi beneficium illius, qui religionem ingreditur, non est intra probationis annum alicui conferendum, nisi ad id ipsius accedat consensus.

sensus. *& ibi Gemin. num. 1. sed si sit ingressus, & ante professionem velit resignare, requiritur Episcopi, seu Vitarij consensus ex Conc. Trid. sess. 25. de regul. cap. 16.*

56 Et Clericus min. ord. habens, seu non habens vnde viuere possit, potest resignare beneficium. *Clar. lib. 5. recept. sent. q. 73. vers. Clericus.* Clericus autem constitutus in sacr. ord. nō potest resignare nisi habeat aliunde, vnde viuere possit, prout habetur *in Const. 58. Pij V. S. mem. ne cogatur mendicare cont. Conc. Trident. sess. 21. Praef. cap. 2.*

57 Criminosi autem, qui ipso iure beneficij priuati non sunt, sed priuandi veniunt possunt eorum bonorum, etiā in fauorem resignare *Rot. dec. 5. de re iud. per Bisignet. Anchar. in cap. de regularib. num. 1. de simon. Buerius dec. 205. & 206. Sarnen. in regula de Annali. q. 42. num. 3. Paris. vbi supra lib. 3. q. 16.*

58 Non potest tamen quis cogi ad resignandum beneficia. *Innoc. in cap. licet. num. 2. & ibi alij de elect.* & nemo cogitur ad permutandum beneficium, quod obtinet, *Feder. de sen. de permutat. benefic. num. 39.* & inuitus nemo transfertur de vna Ecclesia ad aliam. *Abb. in c. constitutus. n. 14. de relig. domib.* non enim potest quis cogi ad donandum, dandum, vel alienandum. *l. nec emere. C. de iur. delib.* & quia in re sua vnusquisque est moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C. mandati*, ex causa autem potest cogi quis ad resignandum beneficium. *Abb. in cap. quidam, in 2. art. & in cap. ad supplicationem; de renunc. & ad permutandum. Feder. de sen. vbi sup. Felin. in cap. quia in Ecclesiarum. nu. 43. de constitut.* item ex causa inuitus quis cogitur transfire de vna ad aliam Ecclesiam. *Felin. vbi sup.* & ex causa quis cogitur rem suam inuitus vidēre. *Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 10. & ratio est, quia causa facit recedere à regulis suris. l. si hominem. ff. mandanti. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. Centur. 1. casu 52. num. 5.*

59 Quartò, principaliter est notandū, quòd beneficia omnibus possunt resignari, idoneis tamen, alioquin nulla esset resignatio. *Gabriel. cons. 186. num. 3. & seq. lib. 1.* & ratio est, quia beneficiū Ecclesiasticū nō potest conferri, nisi idoneo. *cap. cum in cunctis. vbi Abb. Dec. & omnes ad elect. Rebuff. in prax. tit. requisita ad collationem. nu. 23.* & ideo resignatio facta in fauorem laici est nulla. *ex Nauar. cons. 1. de preb.* quia laico beneficia Ecclesiastica non possunt cōferri. *cap. cum adeo, & ibi Abb. & Dec. de rescript.* nisi fuerit admissa resignatio cū clausula, vt quamprimum clericali charactere insigniretur à suo

60 Episcopo mortuo resignante. *Gabr. vbi sup. nu. 3.* ordinatus autem à non suo Episcopo, vel sine eius licentia, licet in eo imprimatur character, tamen non habet executionem, & est suspensus quoad se, & est communis teste *Gabriel. cons. 181. n. 5. & 8. & cons. 189. lib. 2.* & per consequens non potest acquirere beneficia, neq; pensionem. *Doct. in cap. quod translationem. de elect. & fuit dictum in Caesaraugustana pensionis. 9. Martij 1598. coram Orano, quam retuli sup. lib. 6. cap. 1. num. 30.*

61 Criminoso autem non potest resignari beneficium, si sit criminosus depositione dignus. *Felin. in c. postulasti. col. 4. de rescript. Paris. vbi sup. lib. 4. q. 3. & factum dicta sup.*

62 *lib. 6. cap. 9. item Furioso non potest resignari beneficiū, cū eo sit indignus. Vitalin. in Clem. vnica, num. 58. de homicid.* idem est in illiterato, & ignoranti; *glos. in cap. de his, dist. 28. Abb.*

63 *in cap. cum nostris, de concess. preb.* illegitimo, etiā non potest beneficiū resignari, nisi fuerit per Papam dispensatus. *Put. Dec. 247. lib. 1. idem est in bigamo. Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 35. num. 14. est etiam idem in neophyto. Hoieda de ben. incompat. p. 1. cap. vlt. num. 1.*

Reuerendissimus D. Antonius Ricciul-*lus Episcopus* Bellicastri *in Calabria in suo doctissimo tract. de Neophytis. cap.*3.*&* 4.filius autem iudæi factus christianus est capax beneficij,eique potest resignari. *c.eam te.de rescrip. Felin.in c.cum sit. num.*2. *de iudæis.* D.*Ricciullus ubi sup.cap.*1.

64 Beneficia autem secularia secularibus possunt resignari, regularia regularibus. *c. placuit.* 16. *quæst.* 1. *Rot.dec.*28.*de præb. in nouis. Cassad. decis.*4.*de præb.* & habetur in *Concil. Trid.sess.*14.*de reform.* c.10. nec be-

65 neficiũ potest à masculo in fauorem fœminæ resignari, quia fœmina est inhabilis ad obtinenda beneficia ecclesiastica. *Innoc. & alij in c.cum nostris.de conc.præb.* & beneficia re-

66 signari possunt etiam minori. 14.an. *Doctores communiter in cap.super inordinata de præb.& in cap.si eo tempore de rescript.lib.*6.*Hoieda, ubi sup.p.*1. *cap.ult. num.*23. idque procedit, si à Papa super ætate fuerit dispensatus, quia ex decreto Concilij Tridentini *sess.* 23.*de refor.cap.*7.nullus ante decimum quartum annum potest obtinere beneficium. similiter potest resignari beneficium in fauorem Conuentus, seu Capituli, quæ resignatio vnioni æquipollet. *Mandos. de sign. grat.verb. uniones. columm.*2.*ver.idem fit.*neque procurans

67 sibi resignari aliquid beneficium peccat, si est idoneus, & prodesse vult. *Summ. Angelica in ver. beneficium, §.*32. *Præposit. in c. qui Episcoporum.*8. *quæst.*11. & in procurante Episcopatũ per viam cessionis seruari debet distinctio S.Thom. communiter approbata.2.2.*quæst.*185.*ar.*1. quam refert *Nauarr. in* 44. *miscell. de orat.num.*82. resignans autem be-

68 neficium in fauorem idonei,& digni non peccat. *Archid. in c. quicunque* 1. *q.*1. quia actus renunciationis est licitus, & idonei qui sint dixi supra lib.6.cap.10.resignans autem in fauorem indigni peccat. *Archid.in d. c.quicumque* Dom. *Soto de iust.& iur. quæst.*6.*art.*2.*in fine.lib.*2. *Nauarr.in miscell.*38. *de orat.n.*7. & vide *Paris. d.l.*4.*quæst.*11.

69 Quintò principaliter est adnotandum, resignationes beneficiorum fieri ex causa & ex ea admitti. *Ant. de Butr. in c.super.num.* 5. *de renunc.* & ibi communiter sequuntur Doct. & ex parte resignantis præsumitur causa, cum ad id non cogatur, & ex parte superioris admittentis resignationem, quia eam non admisisset, si iusta causa non adfuisset ad ea, quæ scribit *Innoc. in c.innotuit. de eo, qui furt.ord.rescrip.* & de causis resignationum in Episcopo, & alijs beneficiatis latissimè pertractat *Paris. ubi sup. lib.* 5. & tàm de resignationibus ad fauorem, quàm de illis, quæ fiunt coram ordinarijs laicorum.

70 Et quando fiat resignatio reseruatis omnibus fructibus pro resignante, & quomodo, & quando reseruetur medietas, vel pensio, & in qua quantitate, & cum quibus clausulis, & quando extinguatur, & in quam pœnam incurrat resignatarius non soluens pensionem, & an pensionarius possit in alium pensionem transferre, & an resignãte possit vltra pensionem reseruari regressus vide eundem *Paris.ubi sup.lib.*6.

71 Sextò principaliter est sciendum, quod renunciatio beneficij debet fieri coram superiore, & in eius manibus ita communiter *Doct. Butr. in c.admonet.in* 3.*not.nu.*4. *& in c.quod in dubijs.num.*10. *de renunc. & in c. significatum. num.* 3. *de præb. Abb. in d.c.admonet.num.*8.*& in c. audita. nu.*3.*de rest.spol. Coras. de benefic.*5. *num.*56.*& c.*8.*num.*14.*Sarnen.de infirm.resign.q.*18.*col.*3.aliter facta renunciatio est nulla.*Innoc.in d.c.quod in dubijs.num.*1.*ubi glos.in verb.manum.Abb.num.*13.*& alij.*& si renunciatio sit facta in manibus non su-

72 perioris est nulla quoad præiudiciũ ipsius superioris, qui potest illum repetere ad beneficium resignatum, est tamen valida in præiudicium resignan-

signantis. *Innoc. vbi sup. prox. & alij ibidem.late Paris. vbi sup.lib.7.q.1.* & talis resignatio debet fieri coram superiore resignantis, & facta coram Papa semper valet, cum Papa sit om
73 nium superior. *c. cuncta per mundū. 9.q.3.* vel debet fieri coram eo, in cuius diœcesi est situm beneficium, vel coram eo, qui habet ius conferendi, vel instituendi, de quibus *Paris. d. lib.7. q.10.* & per omnes quæstiones eiusdem libri pertractat, qui possit, vel non possit renunciare, vel renunciationes coram se factas admittere.

74 Septimò principaliter est sciendū, quòd renunciatio beneficij debet fieri expressè, & specificè. *Card.cons. 30.col.4.Alex.cons.225.num.6.lib.5.* & debet fieri in scriptis. ita ex communi stylo. *Card. à Turrecr. in c.sicut vir.S.ecce.num.1.7.q.1. vbi Archid.nu.4.Paris.vbi sup.lib.8. q.2. & ibi in sequentib. quæstionib.* declarat quomodo sit faciēda resignatio Episcop. & aliorum beneficiorum. & super tali resignatione debet præstari consensus per resignantem, vel eius
75 procuratorem, idque decernitur per regulas Cancellariæ, & prout declarat *Paris.d. lib.8. quæst.8.* vbi ait dictum consensum præstari in Camera, vel Cancellaria, & ibi *q. 9.* ponit quomodo sit facienda resignatio coram ordinarijs, & si beneficium
76 sit iurispat. requiritur consensus patronorum. *Innoc. Abb. & alij in cap. vlt.de renunc. Rocch. de Curte de iurepat. verbo honorificum. col.3. Mandos.cons.7.num.1. Couar.pract.quæst. c.36.num.9.* & est communis opinio omnium Doct. alioquin nulla est resignatio; vt fuit resolutum in *Rota teste Put. dec.412.* & talis consensus patroni ante prouisionem præstatur coram notario, & testibus, & quòd talis consensus possit præstari ante prouisionem dicit *Card.in clemen.1. q.3.de rer.permut. Lambert. de iurep. lib.2.par.2.q.6.art.1. num.24. Host. in summ. de iurepatr.S.vlt. Dec.cons. 172.num.1. & 2.* & per Doct. communiter, vt per *Mandos.reg.32.Cancell.de impet.benef.vac. per obit.fam. Card.q.17.num.17. Paris.vbi supr.q. 10.* & qui possint cōstituere procuratorem ad resignādum, & qui possint constitui eo casu procuratores, & quomodo vide *Paris.vbi sup.lib.9.*

77 Qui procurator constitutus ad resignandum potest reuocari à constituente. *Rebuff. in praxi tit. de reuoc. proc.num.1.clem.vnic. & ibi glos. & Doct. de renunc.* dummodo reuocatio fiat ante præstitum consensum formalem per dictum procuratorem *Put.decis.306.lib.3.* & est communis Doct. sententia, vt per *Bursatt. cons. 395. vol.4.* ante autem præstitum cōsensum potest reuocari etiam post porrectionem supplicationis. *Paris. vbi sup.q.25.* & reuocatio talis potest intimari ipsi procuratori. *d. clement. vnic.* & potest fieri in Camera, seu Cancellaria, quia tunc procurator non poterit amplius consentire. *Put. dec.110.lib.2.* & ita dicit seruari in Curia. *Paris.vbi sup.q.26.num.1. & 2.* & si quis constituit procuratorem ad resignandum, quem iuramento promisit non reuocare poterit tamē illum reuocare ad dicta per *glos. in c. vlt.ver.reuocatus.de procur. in 6.* quā sequūtur Doct. sit tamen talis reuocans periurus. *Bursatt.cons.379. nu. 17.lib.4.vide Paris. vbi sup.q.31.*

78 Octauo est notandum, quod resignatarius tenetur plura exprimere in supplicatione pro obtinendo beneficio resignato posita à *Felin.in c. in nostra.vbi alij de rescrip. Menoch. de arbit.iud. casu 201.* videlicet, debet exprimere qualitates beneficij resignati, an sit in cathedrali, an sit curatum, seu requirat residentiam; an habeat dignitatem, & quam, si est regulare, & supplicans secularis, si est hospitale, si est de iurepatronatus, si est electiuum, seu alteri annexum, si est manuale, debet exprimi valor, & resignatarius debet narrare, se esse clericum, & exprimere beneficia,

ficia, quæ obtinet, & pensiones, debetque simul exprimere, si habet aliquam inhabilitatem, vel crimen, seu infamiam, si ex illis excluderetur, vel si est intrusus, vel si alius est intrusus in beneficio resignato, & alia, quæ passim occurrere possunt. vt per *Paris. vbi sup. lib.* 10. *quæst.* 2. & tenetur resignatarius verificare omnia narrata in gratia resignationis. *Io. And.*
79 *Fel. & alij in c. constitutus de rescrip.* Bellamer. *decis.* 76. *num.* 7. *Sarnen. de iur. quæs. non toll. quæst.* 7. *num.* 5. quia quælibet gratia habet conditionem in se, scilicet, veris existentibus prænarratis. *Mohed. dec.* 304. *Fel. in c.* 2. *nu.* 1. *de rescript. Paris. vbi sup. lib.* 10. *quæst.* 3.

80 Nonò est notandum, quod facienda est publicatio resignationis quorumcumque beneficiorum ex constitut. Gregorij XIII. ædita anno 1583. 9. Ianuar. relata à *Paris. vbi supra lib.* 10. *in præfat.* dictaq. publicatio debet fieri cum literis Apostolicis desuper confectis intra sex menses, si intra montes fuerit beneficium, vltra verò intra nouem à data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti consensus connumerandos, etiamsi postea concessio gratiæ huiusmodi ex quauis causa, diuersisque subsequentibus datis ac quotiescunque, & quouis modo reformata, & valida reddita fuerit, &c. in renunciationibus verò, quæ fiunt extra Curiam, Episcopus eam debet amittere, vel reijcere, aut conferre intra vnum mensem, & prouisus debet publicare intra tres menses, vt dicitur in d. constitut. Greg. *§. de beneficijs autem.* & si præfati collatores intra dictum mensem non contulerint, fit deuolutio ad Sedem Apostolicam, & prædicti tres menses ad publicandum currunt à die sibi factæ prouisionis, & si publicatio non fuerit intra dictũ tempus facta, collatio est nulla, & eo ipso vacat beneficium, quod à quolibet impetrari potest, & intra dictũ tempus debet capi possessio, & idem est in permutatione facta extra Cu-
81 riam. tenentur autem omnes resignatarij publicare beneficia resignata, & probatur expressè in constitut. Pij V. & Greg. XIII. prout refert *Paris. in d. lib.* 11. *in præfat. quæst.* 4. talis autem publicatio facienda est in loco beneficij, tàm si resignatio fuerit facta coram Papa, quam coram ordinario. *Rom. cons.* 433. *Dec. consil.* 160. *in* 3. *dub. vers. sed in his. Sarnen. in reg. de publicand. quæst.* 9. *Rebuff. in praxi. tit. de publican. gloss.* 9. & probatur in *reg. Cancell. de publican.* & in *dictis constitut. Pij V. & Greg. XIII.* publicatio autem fieri debet ex dict. constitut. Pij V. in ecclesia ipsius beneficij, ac etiam in Cathedrali, vel Metropolitana, etiam alia superiori ecclesia inter missarum solemnia. de qua re *Paris. d. lib.* 11. *quæst.* 6.

82 Beneficia autem vacantia ob non factam publicationem dicuntur vacare in Curia. *Verall. decis.* 91. *lib.* 1. probat *Paris. vbi sup. quæst.* 8. & si beneficium taliter vacãs certo modo impetretur, debet in literis impetrationis apponi, vocato possessore. *arg. c. licet Episcopus de praeben. lib.* 6. *Paris. vbi sup. quæst.* 10.

83 Est tamen sciendum, quod legitimum impedimentum excusat à tali publicatione facienda. ita est communis opinio. *Rom. cons.* 433. *Fel. in c. cum dilecti. col.* 21. *vers. limit.* 7. *nu.* 13. *de rescript. Ripa de peste. par.* 3. *q.* 6. *Cassador. decis.* 1. *de dilat. & dec.* 22. *sup. reg.* Cancell. *Sarnen. de public. q.* 13. *num.* 2. *Rebuff. in ead. reg. Veral. decis.* 73. *par.* 2. & ratio est quia impedito non currit tempus. *l. vt perfectius. C. de annali. except. Ias. in l. contra minores num.* 6. C. *de inoff. test.* & ideo ob impedimentum receditur à forma. *Bursat. cons.* 74. *nu.* 153. *vol.* 1. quia impeditus non dicitur negligens. *c. quia diuersitatem. de conc. praeben. Staphil. de grat. expect. tit. de var. mod. vac. num.* 53. dummodo tale impedimentum sit probatum. *Verall. decis.* 72. *p.* 2. *l. vlt. §. illud.* C. *de temp. appellat.*

appellat. Abb. in c. plerumque num. 6. de rescrip. & quia probatio hæc difficilis reputatur, receptum est sufficere coniecturas. *Bald. cons. 152. num. 2.*
84 *lib. 1.* & dummodo resignatarius stante impedimento iusto, fecerit publicationem in alio loco æquipollenti, quia stante tali impedimento tenetur facere publicationem in alio loco æquipollenti. *Sarnen. d. q. 13. n. 2. vers. tamen fallit.* & communiter omnes sequuntur, & vt dicitur in *d. constit. Greg. in §. si vero ecclesia, vers. si locus*, bello, seu peste, alijsue manifestis periculis subiaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in cathedrali ecclesia, vel si aditus ad illas, aut vtramuis minime sit securus, in alia cathedrali, vel parochiali viciniori periculorum immuni publicatio huiusmodi peragatur. vide *Paris. vbi sup. d. lib. 11. quæst. 13.*
85 Decimò, & vltimò est notandum, quòd resignans in infirmitate si moriatur infra dies viginti post factam resignationem, & præstitum consensum, resignatio est nulla secundum regulam Cancell. de infirm. resign. quæ regula habet locum tam si resignatio fiat in Curia, quàm extra Curiam coram ordinarijs, vel legatis. *Sarnen. d. reg. de infirm. resign. quæst. 26.* Cassador. *dec. 31. sup. regul.* vbi refert ita fuisse tentum in vna *Salamant. coram Hugone de Spina*, de qua re vide *Parisium vbi sup. lib. 2.*
86 *q. 5.* dictaque regula procedit etiam in renunciatione ex causa permutationis, & in renunciatione reseruatis fructibus, & in commendis, & in cessione facta per procuratorem. *Paris. d. q. 5.* dictaque regula habet locum etiamsi quis sanus renunciet, & post infra 20. dies moriatur. vt ex *d. reg. Canc. Sarnen. vbi sup. q. 12. in fine. Paris. vbi sup. q. 6.* & si resignans, obierit infra dictos 20. dies, benefi-
87 cium illud censetur vacare per obitum resignantis, & est reseruatum, & affectum. *Rom. cons. 341. num. 2. Sarnen. vbi sup. q. 33. num. 1. Rebuff. in praxi, in ead. reg. glos. 14. num. 4. Boer. dec. 2. num. 55. Paris. vbi sup. lib. 12. quæst. 10.* est etiam sciendum,
88 quòd si resignatio fiat metu est nulla. *Butr. Card. Abb.* Imol. *& alij communiter in c. 2. 3. & c. ad audientiā, de his, quæ vi, met. cau.* Staphil. *de grat. expectat. tit. de var. mod. vacat. num. 23. cum seq.* & quis metus requiratur, & quomodo probetur, & an sit nulla ipso iure declarat *Paris. vbi sup. lib. 13. quæst. 1. & 2.* similiter est nulla renunciatio dolo facta *gl. in c. suggestum. verbo decipiat. 7. q. 1. & in cap. cum dilectus. de his, quæ vi. met. cau.* & est communis opinio teste *Paris. vbi sup. quæst. 3.* idem est in resignatione facta cum fraude. *Rebuff. de pacif. possess. num. 182.* nam fraus consensū excludit Abb. *in d. c. cum dilectus in fine, de his, quæ vi. met. cau. & in c. lecta num. 3. de re-*
89 *nunc. vide* Paris. *vbi sup. quæst. 4.* nulla est etiam resignatio facta post spolium. *Rota decis. 6. de renunc. in antiquis. & decis. 3. num. 4. de renunc. in nou. doct. in c. sollicite. de rest. spol.* & declarat *Paris. vbi supra quæst. 5.* est etiam nulla resignatio facta cum in-
90 teruentu *simoniæ. cap. super hoc. de renunc.* vbi *Doct. Paris. vbi supra lib. 14. q. 1. & 2.* declarat an sit nulla ipso iure, & *q. 3.* declarat quæ sit re-
91 signatio simoniaca, & in alijs subsequentibus quæstionibus declarat quando dicatur resignatio simoniaca, quomodo probetur, & an testes socij criminis probent simoniacam
92 resignationem. vbi latissimè de hac materia, & in materia resignationis, si facta sit resignatio beneficij patronati, sine consensu patroni, an defuncto resignante patrono possit præsentare, & quomodo proceditur fuit dictum in *Brixien. benefic. 15. Maij 1620. coram* R. P. D. *Pirouano*, quæ in calce operis est decis. 89. vbi Bernardinus resignauerat in manibus Papæ beneficium patronatum, quod postea resignatio fuit collatū cum derogatione medietatis patronorum,

norum, & accedente consensu alterius medietatis, deinde Bernardino defuncto, alij patroni præsentauerunt Benedictum ad idem beneficium tamquam vacans per obitum Bernardini, & Vicarius eundem Benedictum instituit, & in Rota fuit d. institutio tamquam nulla, & iniusta reuocata, & in materia resignationis fuit dictum in *Lucana iurisp.* 14. *Maij* 1590. *coram* D. *Bubalo*, quæ in calce operis est decis. 35. & fundans se in gratia obtenta debet docere de iure suo, & de veritate narratorum in gratia, aliàs reus ex non iure actoris erit absoluendus. vt fuit dictum in alia *Brixien. beneficij. 4. Decemb.* 1620. *coram* R.P.D. *Pirouano*, quæ in calce operis est decis. 90. vbi habetur, quando Oeconomus ab ordinario positus possit validè præsentare.

Finis Secundæ Partis.



PRAXIS

13-6-E-23

PRAXIS IVRISPATRONATVS PARS TERTIA

CONTINENS MODOS AMITTENDI IVSPATRONATVS.

LIBER DECIMVSQVARTVS, CONTINET MATERIAM DEROGATIONIS Iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum collatio spectat ad Papā.*
2 *Papæ territorium est mundus totus.*
3 *Papæ omnes parere tenentur.*
4 *Papæ sunt reseruata beneficia multis in casibus.*
5 *Reseruatio beneficiorum quid sit.*
6 *Prouisus ab ordinario de beneficio reseruato dicitur intrusus.*
7 *Qui non potest præsentari ad quadam beneficia.*
8 *Mensis mentio fieri debet in omnibus gratijs beneficialibus.*
9 *Quocumque modo contingat vacatio.*
10 Beneficia *iurispatr. laicorum quando non veniant sub reseruatione.*
11 Beneficia *sunt Papæ reseruata in multis casibus.*
12 Beneficia *vacantia in Curia Romana sunt reseruata.*
13 Seu apud *Sedem Apostolicam.*
14 Beneficia *vacantia per obitum Cardinalium, & officialium Sed. Apostolicæ sunt reseruata.*
15 *Beneficia vacantia per obitum familiarium, & commensalium Papæ sunt reseruata.*
16 *Beneficia vacantia per depositionem, priuationem &c. sunt reseruata.*
17 Beneficia, *de quibus in concordia, vel discordia electi fuit facta electio sunt reseruata.*
18 Beneficia *vacantia per promotionem ad Episcopatus &c. sunt reseruata.*
19 Beneficia *vacantia per assecutionem aliorum beneficiorum sunt reseruata.*
20 *Beneficia vacantia ob incompatibilitatem sunt reseruata.*
21 Beneficia *exemptorum ab ordinarijs sunt reseruata.*
22 Ecclesiæ *Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales sunt reseruatæ.*
23 Beneficia, *de quibus ordinarij contra decreta Concil. Tridentin. disposuerunt sunt reseruata.*
24 *Parochialium collatio non fit minori 25. ann.*

Pro-

25 *Prouisio dignitatum quibus facienda.*
26 Beneficium simplex conferri debet habenti 14. annum, & clericatum.
27 *Scolasteria doctori, aut licentiato dari debent.*
28 *Archidiaconatus doctori, seu licentiato conferri debet.*
29 Præbenda pœnitentiaria doctori habenti 40. annos confertur.
30 *Filij clericorum nequeunt habere beneficia in ecclesijs suorum patrum.*
31 *Monasteria virorum valorem 200. florenorum excedentia sunt reseruata.*
32 *Beneficia vacantia Sede Episcopali vacante sunt reseruata.*
33 *Dignitates maiores post Pontificales in cathedralibus sunt reseruata.*
34 *Prioratus & sim. conuentuales sunt reseruati.*
35 *Beneficia familiarium, & commensalium* Cardin. *sunt reseruata.*
36 *Nisi concurrat familiaritas* Papæ.
37 *Beneficia collectorum, & subcollectorum sunt reseruata.*
38 *Et sufficit eorumdem deputatio.*
39 *Beneficia curialium sunt reseruata.*
40 *Beneficia cubiculariorum, & cursorũ* Sed. Apost. *sunt reseruata.*
41 *Beneficia ecclesiarum* Patriarchalium *Vrbis sunt reseruata.*
42 *Beneficia vacantia in Ecclesijs* Hostiens. &c. *sunt reseruata.*
43 Beneficia *regni Germaniæ quando sint reseruata.*
44 *Beneficia in confidentiam recepta sunt reseruata.*
45 *Beneficia vacantia ob crimen hæresis sunt reseruata.*
46 *Beneficia collata personis prohibitis sunt reseruata.*
47 *Beneficia vacantia in* Abbatia S. Crucis Eugubij *sunt reseruata.*
48 *Beneficia offendentium litigantes in Curia* Rom. *sunt reseruata.*
49 *Beneficia vacantia ob non factam publicationem sunt reseruata.*
50 *Beneficia eorum, qui se pro alijs examini supponunt sunt reseruata.*
51 *Beneficia collata à Card. vigore indulti quando sint reseruata.*
52 *Beneficia deuoluta ad* Papam *sunt reseruata.*
53 *Beneficia litigiosa sunt reseruata.*
54 *Beneficia affecta sunt etiam reseruata.*
55 *Beneficia Ecclesiæ* Cesaraugust. *quando sint reseruata.*
56 *Beneficia sunt reseruata, quando Sedi* Apostolicæ *aliquo iure pertinet collatio beneficiorum alicuius diœcesis.*
57 *Beneficia sunt reseruata vacantia in mensibus secundum regulam octauam* Cancellariæ.
58 *Beneficia reseruata per prædecessores remanent reseruata.*
59 *Beneficium esse affectum, vel reseruatum differunt.*
60 *Affectio est maioris efficaciæ, quam reseruatio.*
61 *Reseruatio facilius tollitur, quàm affectio.*
62 *Beneficia sunt affecta in multis casibus.*
63 *Beneficium dicitur affectum, si* Papa *illud commendet.*
64 *Beneficium dicitur affectum per mandatum de prouidendo de certo beneficio.*
65 *Beneficium dicitur affectum per decretum appositum de dimittendo.*
66 *Beneficium dicitur affectum, si* Papa *iure prauentionis illud contulit.*
67 *Beneficium remanet affectum per resignationem factam in manibus* Papæ.
68 *Beneficium dicitur affectum, si* Papa *mandet, ne ad electionem procedatur.*
69 *Beneficium dicitur affectum, si electus ius suum resignet in manibus Papæ.*
70 *Beneficium dicitur affectum, si* Papa *post electionem manum apponit.*
71 *Beneficium dicitur affectum, si* Papa *mandet quem priuari de beneficio obtento.*
72 *Habens collationem à* Papa *cadit à iure suo, si aliam collationem capiat ab ordinario.*
73 *Nec tunc potest cum eo* Episcopus *dispensare.*
74 *Papæ manus appositio in ordinibus impedit,*

tionem de patroni variatione.

119 *Subreptio quando committatur.*

120 *Iusp. si spectet ad collegium, de eo per verbum collectiuum mentio fieri debet.*

121 *Papa si mandet prouideri de beneficio, beneficium ante gratiam fundatum includitur.*

122 *Derogatio iurispat. non comprehendit iuspat. Regum, Ducum, &c.*

123 *Beneficia iurisp. laicorum si permutentur, exprimi debet d. iusp.*

124 *Secus si sit iusp. clericorum.*

125 *Papa si disponit de beneficio proximè vacaturo & sit iurisp. de eo mentio fieri debet.*

126 *Beneficium patronatum collatum vt liberum tenet, si patroni per quadrimestre taceant.*

127 *Princeps an possit auferre ius quasitum.*

128 *In hoc controuersia est.*

129 *Princeps potest in re modica alij praeiudicare.*

130 *Princeps potest auferre ius quaesitum spe.*

131 *Princeps potest ex causa publicae vtilitatis auferre subdito ius quaesitũ.*

132 *Princeps an praesumatur iusta causa motus.*

133 *Legatus à latere potest conferre beneficia iurispat. clericorum.*

134 *Et etiam beneficia iurispat. laicorum competentis praescriptione, vel priuilegio.*

135 *Et potest conferre beneficia suae prouinciae etiamsi clericus patronus sit alterius prouinciae.*

136 *Nisi à patrono antea quis sit praesentatus.*

137 *Derogatio iurispat. si sit conuentio inter compatronos de alternis vicib. praesentando, praeiudicat ei, qui tunc praesentare debebat.*

CAPVT PRIMVM.

Summus Pontifex conferre potest omnia beneficia etiam Iurispatronatus, & quando per literas Apostolicas dicatur derogatum Iuripatronatus.

1 ENEFICIORVM collatio generaliter ad
Summum Pontificem
spectat, qui est ordinarius ordinariorum, &
dominus omnium beneficiorum.
c. 2. de praebend. lib. 6. glos. vlt. in cap.
faelicis. de poenis. lib. 6. clem. 1. in fine.
vt lit. pend. Gomesius in proœm. regul.
Cancellar. in vers. considerata etiam.
num. 7. Hier. Gonzales in comment.
ad reg. 8. Cancellar. §. 2. proœm. num.
44. & totus mundus est Papae terri-
2 torium. *cap. cuncta per mundum. &*
c. per principalem. 9. quaest. 3. Abb. in
c. vlt. num. 45. de foro compet. Gonzal.
vbi sup. §. 1. proœm. num. 8. Camill.
Borellus in summa omnium dec. tit. 4.
num. 10. & omnes eidem parere,
3 ipsumque in Summum Pontificem
recognoscere debẽt. *c. omnes. c. sacrosancta. & c. de Constantinopolitana.*
distinct. 22. ideoque ex hac amplis-
4 sima potestate sunt ipsi Summo Pon
tifici reseruata beneficia in multis
casibus, & in alijs casibus beneficia
remanent affecta.

Videamus primò, in quibus casibus sint reseruata.

5 Praemitto, quòd reseruatio est
prouisionis ecclesiasticorum beneficiorum in certis mensibus vacaturorum per Papam ad se generalis facta auocatio, quae reseruatio est tàm potens, vt inficiat, & annullet titulũ beneficij contra talem reseruationẽ collati, eiusque possessionem, itaut talis possessor iuuari non possit aliquo remedio possessorio retinendae, nec recuperandae possessionis, cum omni effectu careat. *Rota decis. 3. de*

rest.

Digitized by Google

restit. spoliat. in nouis. Cassador. decis. 1.
num. 3. & decis. 2. de restit. spoliat. la-
te. Gonzal. vbi sup. glos. 31. à num. 3.
6 & prouisus ab ordinario de benefi-
cio reseruato, dicitur intrusus. *Cal-*
der. cons. 13. in fine. de verb. signif. Si-
moneta, de reseruat. quæst. 48. num. 3.
7 & talis intrusus præsentari non po-
test ad beneficia pertinentia ad præ-
sentationem illius beneficij sic pos-
sessi. *Nouarr. cons. 2. de iurepat. Simo-*
neta vbi supra. quæst. 44. num. 8. &
quæst. 50. num. 18. Gonzal. d. glos. 31.
num. 28. & de effectibus reseruatio-
nis vide *Enneam de falconib. de reseru.*
quæst. 4. princ. vbi congerit vnum, &
quinquaginta effectus. & vt constet
de reseruatione, fieri semper debet
in omnibus gratijs beneficialibus, &
8 supplicationibus mentio expressa
mensis ipsius vacationis dispositiuè,
& affirmatiuè sub pœna nullitatis.
Rota decis. 475. num. 6. lib. 3. par. 3.
diuers. Gonzal. vbi sup. glos. 32. à nu. 1
neque satis est narrare ita, quod for-
san vacauit in tali mense, & vt asse-
ritur. *Gonzal. d. glos. 32. num. 10. &*
12. quæ mensis expressio fieri debet
9 quocumque modo contigerit vaca-
tio in qua intret reseruatio. *Gonzal.*
d. glos. 32. num. 26. Aug. Barbosa, de
off. & potest. episc. par. 3. allegat. 57.
10 nihilominus beneficia iurispatrona-
tus laicorum ex fundatione, constru
ctione, seu dotatione sub generali
beneficiorum reseruatione non ve-
niunt. *Selua de benef. par. 3. quæst. 11.*
& 12. Garcia de beneficijs par. 5. c. 1.
à num. 568. & de reseruatione bene-
ficiorum vide *Praxim Archiep. Leo-*
nis. par. 2. c. 20. de reseruat. Barbosam
d. allegat. 57. Gonzal. vbi sup. glos. 51.
& 52. Garc. vbi sup. d. c. 1. Massob.
in praxi hab. conc. ad vac. par. eccles.
prælud. 24. dub. 1. & seqq. & Mare-
scott. variar. resol. lib. 2. cap. 94. à nu.
25. vbi num. 27. ait illud esse verum
etiam in iurepat. mixto ex *Crescent.*
decis. 156. & Acchil. de Grass. dec. 3.
de iurepat. & Put. dec. 157. lib. 3.
Beneficia autem Papæ reseruata
sunt in multis casibus. quorum
11 Primus est, quando beneficia va-
12 cant in Curia Romana, seu apud Se-
dem Apostolicam. *c. 2. de præb. lib. 6.*
13 *iuncta extrauag. ad regimen. de præb.*
& extrauag. ex debito. de elect. in ex-
trauag. communib. Gonzal. vbi supra
glos. 13. à num. 29. & d. glos. 51. nu. 4.
apud Sedem, vel Curiam, vel in lo-
cis vicinis prout declarat *text. in c.*
præsenti. de præb. & dignit. lib. 6. vbi
declarat loca intelligi vicina eidem
Curię in præmissis, quę remota vltra
duas dietas legales à loco vbi mo-
ratur d. Curia non existunt. & ibi *gl.*
in verbo legales. ait dietam esse 20.
milliaria pro die. *l. vicena milia. ff. si*
quis caut. & si modicum etiam super-
esset, non excluderetur sub loco. *l. 3.*
ff. de verb. sign. idem est si quis rema-
neat infirmus in loco à quo cura re-
dit, & moriatur, vel in itinere obeat,
beneficia sunt reseruata. *d. c. præsen-*
ti. in fine.
14 Secundus est in beneficijs omni-
bus vacaturis per obitum S.R.E. Car
dinalium, & officialium Sedis Apo-
stolicæ, idest Camerarij, Vicecame-
rarij, Notariorum, Auditorum, lite-
rarum contradictarum, & Apostoli-
ci Palatij causarum Auditorum,
Correctorum, & Scriptorum litera-
rum Apostolicarum, Pœnitentiarij
dictæ Sedis, Abbreuiatorum, Com-
mensalium, & aliorum quorumcum-
que Capellanorum eiusdem Sedis,
& etiam quorumcumque Legatorũ,
seu Nuntiorum, & in terris Eccle-
siæ Romanæ Rectorum, Thesaura-
riorum, & de hac est *regula prima*
Cancell. relata à *Quaranta in verbo*
regul. Cancell.
15 Tertius est casus in beneficijs fa-
miliarium, & continuorum Commẽ-
salium Papæ etiamsi non sint de cõ-
tentis in præcedenti casu & familia-
rium, & commensalium S.R.E. Car-
dinalium. vt in *reg. 3. Cancellar. vbi*
sup. & declarat *Gonzal. vbi sup. glos.*
51. à num. 16.
16 Quartus est de beneficiji vacatu-

ris per depositionem, priuationem, translationem, aut muneris consecrationis susceptionem auctoritate Apostolica factas, & faciendas. vt in *d.extrauag.ad regimen.post princ.* Paris.*vbi sup.de resign.benef.lib.2.q.16 num.27.Gonzal.d.glos.51. à nu.32.*

17 Quintus est de beneficijs, de quibus in concordia, vel discordia electi, seu postulati, fuit facta electio, vel postulatio, quæ post cassata fuit, seu repulsa, vel renunciata, admissaque reseruatio. *d. extrauag.ad regimen.§.necnon si forsan.Hieron.Paulus in praxi Canc.§.sequuntur beneficia reseruata generaliter. vers.item beneficia, super quibus.*

18 Sextus est de beneficijs vacantibus per promotionē ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel monasteriorem regimen. *d.extrauag.ad regimen.post medium. Hier.Paulus,vbi sup.vers. item beneficia vacantia per promotionem.*

19 Septimus est de beneficijs vacantibus per assecutionem pacificam prioratum, dignitatum, personatuū, officiorum, canonicatuum, præbendarum, & aliorum beneficiorum auctoritate Apostolica prouisorum, seu prouidendorum. *d. extrauag. ad regimen.prope finem.Simoneta de reseruat.quæst.26.num.1.*

20 Octauus est de beneficijs vacantibus propter incompatibilitatem. *extrauag.execrabilis. §. qui vero. & §.quæ omnia de præb.& dignit.in extrauag.Ioannis 22.late Hoseda de benef.compatib.& incompatib.par.1. c. 13. à num.79.* & habetur in *d. reg.1. Cancell.*

21 Nonus est de beneficijs exēptorum ab ordinarijs,& soli Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum. *Aeneas de Falconib. in d.tract. de reseruat.quæst.2. princ.num.12. Simonet.vbi sup.quæst.46. nu.5. Paris.vbi sup.lib.7. quæst.11. nu.3.* & declarat *Gonzal.vbi sup.d.glos.51. à num.39.*

22 Decimus est de omnibus Ecclesijs Patriarchalibus, Archiepiscopalibus,& Episcopalibus, vt habetur in *2. reg. Cancell.* nisi sint ad Regum, seu aliorum Principum præsentationem.

23 Vndecimus est de beneficijs, de quibus ordinarij, seu alij collatores contra Concilij Tridentini decreta disposuerunt. vt in *d.reg.1.Cancell. in fine.* idque declaratur à *Ioanne à Kachter.sup.reg.prædicta num.10. & à Barbosa vbi sup.d.allegat.57.nu.80 & à Massobrio vbi sup. requis.10. dubio 2.*& id accidit in multis casibus, quorum

24 Primus est in *cap.13. de reformat. sess. 7. d. Conc. Trid.* quod collatio parochialium ecclesiarum non fiat minori 25.annis.

25 Secundus est in *cap. 4. de reform. sess.22.*vbi prouisio dignitatum, officiorum, præbendarumque habentiū onera annexa fieri debet illis, qui ætatem habent, cæterasque requisitas habilitates.

26 Tertius est in *c.6.de refor.sess.23.* quo nullum beneficium etiam simplex conferri potest minori 14.ann. primaque tonsura non initiato.

27 Quartus est in *cap.18. vers. de cætero.de ref.sess.23.*quo cauetur, vt scholasteriæ doctoribus,aut licentiatis conferantur.

28 Quintus est in *c.12.de ref.sess.24.* quo cauetur,vt Archidiaconatus doctori, seu licentiato conferatur: & vt dignitates,& canonicatus conferantur eo ordine initiatis, quem dignitas,seu præbenda requirit,vel saltem vt possint intra annum requisitum ordinem recipere.

29 Sextus est in *cap.8. de ref. sess.24.* quo cauetur, vt præbenda penitentiariæ conferatur doctori existenti in anno quadragesimo.

30 Septimus est in *c.15.de refor.sess.25.*vbi prohibet filijs illegitimis clericorum conferri beneficia in ijs ecclesijs, in quibus eorum patres habent, vel habuerunt beneficia.

31 Duodecimus est de monasterijs virorum valorem annuum ducentorum

rum

rum florenorum auri communi æstimatione excedentibus, vt in *d. reg. 2. Cancell.*

32 Decimustertius est de beneficijs vacaturis, sede Patriarchali, Primatiali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, seu alterius collatoris, aut collatricis vacante, per obitum, dimissionem, amissionem, vel priuationem vsque ad promotionem, seu prouisionem successorum. *vt in d. reg. 2. Cancell.*

33 Decimusquartus est de dignitatibus maioribus post Pontificales in Ecclesijs Cathedralibus, Metropolit. & Patriarchalibus valorem annuum decem florenorum excedentibus, necnon de dignitatibus principalibus in collegiatis: vt in *reg. 3. Cancellar.* quam declarat *Gonzal. vbi sup. d. glos. 51. à num. 55.*

34 Decimus quintus est de Prioratibus, Præposituris, præpositatibus, & alijs dignitatibus conuentualibus, & præceptorijs generalibus ordinum quorumcumque, sed non militiarū, vt in *d. reg. 3. Cancell.*

35 Decimus sextus est de beneficijs familiarium, & commensalium continuorum S.R.E. Cardinalium, quæ obtinuerunt, vel obtinebunt eorum familiaritate durante, quamuis illa prius fuissent adepti, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum Cardinaliū eorundem, vel aliàs recesserint, vt in *d. reg. 3. Simonet. vbi sup. quæst. 35. à num. 18.* & si Cardinalis viuat, & sit in Curia, eiusdem consensus requiritur in collatione talis beneficij reseruati vacantis per obitum. vt habetur in *reg. 31. Cancell.* nisi alius collator sit tunc collator dicti beneficij vacantis, nam tunc dictus consensus non requiritur, nisi vacet in Curia. vt in *reg. 32. Cancell.* & si concurrat familiaritas Papæ cum fami-

36 liaritate Cardinalis, tunc cessat effectus familiaritatis Cardinalis. *Cassad. decis. 9. num. 4. de præbend.*

37 Decimus septimus de beneficijs quorumcumque collectorum, & vniuersorum subcollectorum in quacūque Ciuitate, vel diœcesi, qui suo tempore officia exercuerunt circa fructus, & prouentus debitos Cameræ Apostolicæ, idest, de beneficijs tantum, quæ durante eorum officio obtinebant, & in quibus, seu ad quæ ius eisdem competebat. vt in *reg. 4. Cancell.* & declarat *Gonzal. d. glos. 51 à nu. 67.* & sufficit deputatio, & ac-

38 ceptatio, quamuis officium non exerceatur. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 574. num. 1. & 2.*

39 Decimus octauus est de beneficijs Curialium, quos dum Curia Romana transfertur de loco ad locum, eam sequendo, decedere contigerit in quouis loco quantumcumque remoto, vt in *reg. 5. Cancell.*

40 Decimus nonus est de beneficijs cubiculariorum, & Cursorum Sedis Apostolicæ. vt in *reg. 6. Cancellar.* & declarat *Gonzal. d. glos. 51. à nu. 90.*

41 Vigesimus est de omnibus canonicatibus, præbendis, dignitatibus, personatibus, & officijs in S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum, ac Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe, ecclesijs consistentibus, vt in *reg. 7. Cancell.*

42 Vigesimus primus est de beneficij vacantibus in Ecclesijs Diœcesum, & Episcopatuum Hostien. Portuen. Prænestinen. Tusculan. Sabinen. & Albanen. ab antiquioribus Cardinalibus ratione suorum Cardinalatuum obtentorum, necnon in alijs Ecclesijs titularibus de Vrbe quorumlibet Cardinalium, quamdiu supradicti Cardinales à Romana Curia absentes fuerint, & non aliter. vt habetur in *d. reg. 7. Cancell.*

43 Vigesimus secundus est de beneficijs Regni Germaniæ vacaturis in mensibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris iuxta primam constitutionem Nicolai V. de qua *Gonzal. vbi sup. glos. 25. & d. glos. 51. num. 17. & 99.*

44 Vigesimus tertius est de beneficijs receptis in confidentiam, quæ

ipso iure vacant, & sunt sedi Apostolicæ reseruata per constitutionem Pij IV. quæ incipit Romanum Pontificem, & per aliam constitutionem Pij V. quæ incipit, intolerabilis, de quibus *Paris. in suo tract. de confident.*

45 Vigesimus quartus est de beneficijs vacantibus ob crimen hæresis. vt in constit. Pij V. quæ incipit, cum ex Apostolatus.

46 Vigesimus quintus est de beneficijs collatis personis prohibitis, ratione alterius particularis statuti à Sede Apostolica confirmati, vel priuilegij, aut concessionis, vt in constitut. Greg. XIII. quæ incipit in Ecclesijs, de qua reseruat. *Gonzal. vbi sup. glos. 4. num. 161.*

47 Vigesimus sextus est de beneficijs vacantibus in Abbatia, seu Monasterio S. Crucis Ordin. Camaldulensis Eugubinæ Diœcesis, per constitut. Gregorij XIII. quæ incipit, vt Apostolica, quæ Abbatia fuit vnita Collegio Germanico, seu S. Apollinari de Vrbe.

48 Vigesimus septimus est, de beneficijs vacantibus per delictum offendentis litigantes in Romana Curia, eorumque iudices, aduocatos, procuratores, testes, vel notarios, quo casu vacant ipso iure per constitut. Alexandri VI. quæ incipit. in æminentia.

49 Vigesimus octauus est, de beneficijs vacantibus ob non factam publicationem resignationis per constitutionem Gregorij XIII. quæ incipit, humano vix iudicio. de qua *Paris. vbi sup. de resig. benefic. lib. 11. quæst. 8. num. 1.*

50 Vigesimus nonus est de beneficijs illorum, qui se pro alijs examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficijs, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab eis aliquid consequantur, vel eadem impetrant cum intentione illa resignandi. per constitut. Pauli IV. quæ incipit. inter cæteras.

51 Trigesimus est de beneficijs collatis à Cardinalibus vigore suorum Indultorum, quando illi, quibus fuerunt collata, si citra montes intra quatuor menses, & si vltra montes intra octo menses, nouas prouisiones non obtinuerint, ac literas Apostolicas non expedierint, nam lapso dicto tempore eo ipso vacant de nouo talia beneficia. vt continetur in tenore indultorum ad finem. *Gonzal. vbi sup. glos. 15. à num. 109. ad 126.*

52 Trigesimus primus est in beneficijs deuolutis ad Papam. *Paris. vbi sup. de resig. benef. lib. 2. quæst. 16. nu. 21. quamuis Gonzal. d. glos. 15. num. 110.* probet eo casu non esse reseruata.

53 Trigesimus secundus est in beneficijs litigiosis, nam ad effectum, vt Ordinarius prouidere non possit, idẽ importat litigium, quod reseruatio. *cap. 2. vt lit. pend. lib. 6. Gonzal. vbi sup. in §. 7. proœm. quæst. 3. à num. 116. Lancellott. de attentat. par. 1. cap. 3. à num. 99. & Gonzalez declarat adducta per d. Lancellott. d. glos. 51. à num. 111. ad 115.*

54 Trigesimus tertius est de beneficijs affectis, de quibus infra dicetur.

55 Trigesimus quartus est de beneficijs, idest, canonicatibus, & præbendis Ecclesiæ Metropolit. Cæsaraugust. de regulari in secularem erectæ, in qua erectione reseruatur Sedi Apostolicæ libera collatio prædictorum vacaturorum in mensibus Ianuarij, Aprilis, Iunij, & Octobris, de quibus *Gonzal. d. glos. 51. num. 116.*

56 Trigesimus quintus est, quando Apostolicæ Sedi ex aliqua consuetudine, seu præscriptione antiqua competeret priuatiuè collatio omnium, vel aliquorum beneficiorum alicuius ecclesiæ, nam tunc per *reg. 8. cancell.* non conceditur ordinarijs facultas illa conferendi, sed semper sedi Apostolicæ reseruata remanet. de quo *Gonzal. d. glos. 51. in fine.* & de his *Garc. vbi sup. d. p. 5. cap. 1. per totum. & Barbosa d. allegat. 57.* & quando

quando dicatur beneficium reseruatum, docet *Steph. Gratian. ubi sup. cap.* 115. *num.* 10.

57 Trigesimus sextus est de beneficijs cum cura, & sine cura secularibus, & quorumcumque ordinum regularibus qualitercumque qualificatis, & vbicumque existentibus in singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris, mensibus extra Romanam Curiam, aliàs quam per resignationem quocumque modo vacaturis ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcumque collatorum, & collatricum secularium, & quorumuis ordinum regularium, non tamen S.R.E. Cardinalium, vt habetur in reg. 8. Cancellar. quam doctissime declarat *Gonzal. in suo locupletissimo comment. ad d. reg.* 8. & de hac reseruatione fuit dictum in *Anagnina beneficij* 15. *Mar.* 1627. *coram* R.P.D. *Vbaldo*, quæ in calce operis est decis. 83. *& in regien. beneficiorum.* 20. *Februarij.* 1619. *coram* R.P.D. *Pirouano*, quæ in fine operis est dec. 87. & in *eadem coram eodem.* 25. *Iunij.* 1621. quæ in fine operis est decis. 88.

58 Trigesimus septimus est de alijs Ecclesijs, & beneficijs reseruatis per prædecessores, vt habetur in *reg.* 10. *Cancell. vt per Garc. d. cap.* 1. *§. vlt. Cassad. dec.* 4. *vt lit. pend.*

Item adde, quòd beneficia Prothonotariorum etiã de numero participantium non existentium sunt reseruata *Put. dec.* 313. *lib.* 1. *Verall. dec.* 327. *lib.* 1. *in manuscrip. & dec.* 404. *par.* 2. *& dec.* 27. *par.* 3. *in impress.* & fuit firmatum in *Burgen. Abbatia de Salas* 14. *Maij* 1612. *coram* D. *Vbaldo*, & dicit *Gonzal. in comment. ad regul.* 8. *cancell. glos.* 51. *num.* 9. & tali casu requiritur quod gratia prothonotariatus fuerit acceptata à beneficiato. facit quod scribit *Calderin. cons.* 1. *de translat. prælat. Acchil. decis.* 1. *de priuil.* Lap. *allegat.* 89. *nu.* 6. *Mohedan. dec.* 18. *de præb. Mandos. ad reg.* 1. *Cancell. quæst.* 8. *in fine. & Simonet. seu potius Granut. de reseruat. quæst.* 100. *num.* 8. *&* 9.

Et quamuis *decis.* 373. *part.* 3. *lib.* 3. *diuers.* residere videatur in eo, quòd beneficia Prothonotarij absentis creati sint reseruata, etiamsi non constet de acceptatione, tamen venit intelligenda iuxta *decis.* 15. *Cresc.* quàm allegat iuxta *doct. Bart. in l. non solum. S. liberationis. ff. de liber. leg. quæ dec.* 15. *est decis.* 1. *Cresc. de præsum.* & dicit, bullam Prothonotoriatus eum probare, quamuis aliter non constet, quod ille ratum habuerit, & reddit rationem, idest propter impensam, vnde omnes istæ decisiones præsupponunt acceptationem, saltem præsumptam, & si id negent, intelligunt de acceptatione expressa, sola tamen registratio supplicationis, etiamsi supplicans esset in Curia præsens, nõ est sufficiens probatio, sed tantum quædam præsumptio acceptationis gratiæ, & ideo Rota, vltra talem præsumptionem solet desiderare aliquod adminiculum ex eo desumptum, quod vel fuerit probatus vsus gratiæ, vel interuenerit literarum expeditio, vel considerabilis impensa, & ita procedunt decisiones supra proximè allegata. *Gomes. in reg. de annali. q.* 32. *circa med. vers. Rota tamen, & in reg. de triennali. quæst.* 38. *in fine. Put. dec.* 2. *super reg. de non iud.* vbi quod supplicatio non præsumitur impetrata per oratorem in ea nominatum, nisi aliunde constet. & idem *Put. dec.* 127 *num.* 8. *lib.* 1. *& Mohedan. decis.* 3. *de præsumpt.* aiunt præsumi ratificationem ex pluribus coniecturis ibi consideratis, & habetur apud *Card. Seraph. decis.* 160. *num.* 1. *&* 2. & de hac materia adest optima decis. in *Burgen. Abbatiæ de Salas.* 20. *Nouemb.* 1615. *coram Vbaldo.*

59 Item est notandum, quod aliud est, esse beneficium reseruatum, aliud affectum, quia reseruatio respicit

cit actum verbalem,& expressum, affectio autem respicit actum realem, & factum, ex quo oritur tacita reseruatio, vt quando Papa manum appōnit super dispositione alicuius beneficij, & dicitur affectio id operari, ita, vt omnes inferiores amplius se circa tale beneficium intromittere nequeant. *En. de falconib. de reseruat. prælud. 3. Simonet. de reseruat. quæst. 64.* quæ affectio ex appositione manus Papæ fundatur per *tex. in cap. vt nostrum de appellat. & extrauag. ad Roman. §. romani de præbend. in ext. comm.* & affectio est maioris efficaciæ quàm reseruatio. *En. de Falconibus vbi sup. quæst. 4. effectu 1. num. 4.*

60 & dicta affectio dicitur reseruatio clausa in corpore iuris. *Probus in c. præsenti num. 41. de offi. leg. lib. 6.* & facilius tollitur reseruatio, quam affectio.

61 *Simoneta vbi sup. quæst. 63. n. 3. Gonzal. vbi sup. glos. 52. nu. 1. ad 21. Garc. d. par. 5. cap. 1. §. 2. num. 138.* vbi reseruationem, & affectionem, quasi pro eadem ponit, & de beneficijs affectis tractat *Massobr. vbi supra prælud. 25. dub. 1. & seqq.* in multis autem casibus dicuntur esse affecta beneficia.

62

63 Primo dicitur beneficium affectū, si Papa illud det in commendam, nā ex appositione manus Papæ illud beneficium affectum remanet, & solus Papa de eo prouidere debet *Cassad. decis. 2. num. 1. & 12. de reseruat.* & idem est in vnione facta de beneficio ad vitam alicuius. *Gonzal. vbi supr. glos. 5. §. 7. num. 112.*

64 Secundo dicitur affectum beneficium, si Papa concedit alicui mandatum de prouidendo de certo beneficio etiam ante vacationem *d. extrauag. in d. §. romani. Simoneta vbi sup. quæst. 60. Rebuff. in praxi benefic. tit. de reseruat. num. 33. Paris. de resig. benef. lib. 12. quæst. 10. num. 9.*

65 Tertio dicitur affectum ex decreto per Papam apposito de beneficio dimittendo in manibus Papæ. *Simonet. vbi sup. q. 26. num. 3.*

66 Quarto, si Papa iure præuentionis contulit beneficium, & collatio non teneat ex aliquo defectu impetrantis, vel aliàs collatio sit inutilis, tamen ex quo Papa manus apposuit ordinarij manus remanserunt ligatæ. *Dec. in d. c. vt nostrum. num. 1. de appellat.* idem est, si collatio sit facta absenti, qui ante acceptationem decedat. *En. de Falconib. vbi sup. q. 5. princ. late Garc. vbi sup. num. 138.* vbi alios adducit.

67 Quinto beneficium remanet affectum per resignationem de eo factā in manibus Papæ. *Sarnen. in reg. de infirm. resign. quæst. 33. num. 1. & Rebuff. in praxi, in eadem reg. glos. 14. num. 4.*

68 Sexto, si Papa electoribus beneficij mandet, ne ad electionem procedant. *cap. si eo tempore 45. de elect. lib. 6.*

69 Septimo, si electus renunciet iuri ad rem sibi quæsito ex electione in manibus Papę, qui eandem renunciationem admittat. *En. de Falconib. vbi sup. quæst. 4. princ. effect. 46.*

70 Octauo, si Papa post electionem ante confirmationem manum apponit in aliquo actu concernente validitatem electionis, tunc dicitur affecta confirmatio. *En. de Falc. d. quæst. 4 effectu 46.*

71 Nono, si Papa per suum rescriptū mandet, quod talis priuetur beneficio obtento, nam secuta priuatione beneficium affectum remanet. *En. de Falc. vbi sup. prælud. 3. nu. 4.*

72 Decimo, habens collationem à Papa de beneficio, si postea etiam ab ordinario de eodem beneficio collationem recipiat, cadit à iure quæsito ex dicta collatione Papæ, vt ingratus, & collatio ordinarij tamquā de beneficio affecto est inualida. *Abb. in cap. cum olim. num. 18. de re iudic.*

73 Vndecimo, habens collationem à Papa si egeat aliqua dispensatione, non potest Episcopus cum eo quoad dictum beneficium sic affectum dispen-

spensare, quamuis aliàs posset. *Simoneta vbi sup. d. q. 63. num. 6.*

74 Duodecimo, Papæ manus appositio in ordinibus puta minoribus impedit, quod nullus alius etiam si sit ordinarius possit illi maiores ordines conferre. *cap. cum in distribuendis. de temp. ordinat.*

75 Decimotertio, ordinatus à Papa quamuis non sit exemptus ab ordinarij iurisdictione. *cap. per tuas. de maior. & obed.* attamen non potest ordinarius ob delictum eundem ab ordine deponere. *glos. 1. in dict. cap. per tuas.*

76 Decimo quarto, quando Papa cepit cognoscere de aliqua causa, & desuper manum apponit, tacitè illam auocat à quibuscumque iudicibus. *Innoc. in cap. cum M. Ferrariensis. in fine. de constit. per text. in c. licet. de off. deleg.* Lancellott. *de attent. par. 2. cap. 10. de attent. post auocationem causæ num. 13.*

77 Decimo quinto, si Papa commisit alicui executionem literarũ Apostolicarum super alicuius beneficij prouisione, tunc alius etiam legatus se intromittere non potest. *c. 2. de off. deleg.*

78 Decimosexto, executorum datorum à Papa potestas cessat, cum primum Papa manum apponit super eadem executione. *c. studuisti. de off. deleg.*

79 Decimo septimo, Papa si manum apposuit in aliqua commissione signanda, ob reuerentiam debet signatura iustitiæ se abstinere *per tex. in d. cap. vt nostrum. de appellationib. Marchesanus. de commissionib. par. 2. de commiss. appellat. cap. 6. num. 37.*

80 Decimo octauo, Papæ manus appositio facit, quod causa semel effecta curialis semper curialis remanear. *Put. decis. 240. nu. 2. lib. 2. Dec. cons. 699. Couarr. pract. quæst. cap. 9. num. 5.*

81 Decimonono, eadem mentio fieri debet de affectione, ratione appositionis manus Papæ, sicut de expressa reseruatione, aliàs gratia erit nũlla. *Simoneta d. quæst. 64. num. 2.*

82 Vigesimo, super declaratione, & interpretatione priuilegij à Sede Apostolica concessi, non accessoriè, sed principaliter facienda, recurrendum est ad Papam. *Abb. in cap. cum venissent. nu. 3. de iudic. vbi Dec. nu. 3 & Felin. ante num. 1.*

83 Vigesimo primo decretum Concilij Trident. *sess. 24. cap. 20. de refor.* quo omnes causæ in prima instantia coram ordinarijs sunt cognoscendæ non habet locum in beneficijs reseruatis, seu affectis, quia de ipsis in prima instantia cognosci potest in Curia, & est constitutio Gregorij XIII. quam declarat *Gonzal. vbi sup. glos. 34. num. 113. & 117.*

Prædicta autem limitantur vt infra, &

84 Primo, quod manus Papæ appositio ad alium effectum, quam ad conferendum beneficium, non ligat inferiores, quia limitata causa limitatum producit effectum. *l. age. C. de transact.*

85 Secundo limitantur, quando fuit narratum beneficium esse reseruatũ, quod non erat. *Roman. cons. 335. num. 11.*

86 Tertio limitãtur, si Papa manum apposuit ex vna vacatione principaliter narrata, vt ex causa permutationis, & deinde contingat diuersa vacatio per obitum, vel alio modo. *En. de Falconib. vbi sup. quæst. 4. princ. effectu 55. num. 2.* idem est, si benefi-

87 cium sit resignatum in manibus Papæ, & resignatio non tenuit, puta ob malam valoris expressionem, seu quando resignans decessit extra Curiam intra viginti dies à cõsensu super resignatione præstito. vel si quis beneficium certo modo impetrauerit, & post nondum lite introducta,

88 obierit ille, cuius beneficium fuit impetratum, nam tunc dictum beneficium non est affectum. *Gonzal. dict. glos. 52. à num. 49.*

89 Quarto limitantur in beneficijs, quæ

quæ sunt de iurepatronatus laicali, vel mixto. *Gonzal. ibid. num.* 54.

90 Quinto limitantur, quando ex tali manus Papæ appositione præiudicium concordatorum resultaret. *Put. decis.* 226. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 3.

91 Sexto limitantur, quando ex tali manus appositione resultaret derogatio indulti concessi Cardinali, nisi expressa fieret derogatio. *Put. decis.* 141. *num.* 2. *lib.* 2. *Anastasius Germonius in tract. de indult. §. alioquin.*

92 Septimo limitantur, quando prius per Ordinarium fuit præuentum. *Geminian. in cap. si tibi. nu.* 9. *de præb. lib.* 6.

93 Octauo limitantur, quando affectio ex appositione manus Papæ semel fuit sortita effectum per subsecutam prouisionem, tunc enim expirat affectio, & non obstabit quoad futuras vacationes. *Simoneta ubi supra quæst.* 55. *&* 56. *Sarnen. in reg. de triennali, quæst.* 30. *num.* 2.

94 Nono limitantur quoad concernentia forum interiorem, & pœnitentiam.

95 Decimo limitantur, nàm quamuis manus Papæ appositio etiam possessionem inficiat, hoc tamen procedit quoad vacatura.

96 Vndecimò limitantur, quando Papa manum apposuit in commendando manuale beneficium. & de his latè *Gonzal. ubi sup. d. glos.* 52. *à num.* 60. *& Garcia ubi supra dict. cap.* 1. *à num.* 150.

97 Potest ergo Summus Pontifex conferre quæcumque beneficia etiā iurispatronatus clericorum absque eorum consensu, item & laicorum, quia laicis iuspatr. concessum est à Papa ex gratia, & priuilegio, non priuatiuè. ita *Cardin. Tuscus practic. conclus. iuris. litera I. concl.* 596. &

98 ideo talis priuilegiatus vti non potest suo priuilegio contra eum, qui sibi priuilegium concessit. & de his vide plenissimè apud Felinum in suo tractatu, quando literæ Apostolicæ. *noc. patr. eccles.* qui tractatus incipit. pro regula tenendum est. & *Lambert. de iurepatr. lib.* 2. *par.* 3. *quæst.* 9. *ar.* 1. *&* 2. in dubio autem Papa non præ-

99 sumitur velle præiudicare laicis, ideoque literæ Apostolicæ sunt inualidæ si non faciunt mentionem iurispatronatus ecclesiæ, quæ conferenda est ex ratione *text. in c. cum dilectus. de iurepat. Abb. in cap.* 3. *de iurepat.*

100 Hodie autem ex regula 41. Cancellar. Apostolicæ relata à *Quaranta in summa Bullarij in ver. Regulæ Cancell. Apost.* habetur, quod in derogatione iurispatronatus laicorum non expediantur literæ, nisi ponatur expresse, quòd tale beneficium tanto tempore vacauerit, quòd eius collatio ad Sedem Apostolicam legitimè est deuoluta, vel quia tempus laicis patronis concessum à iure ad præsentandum lapsum existat, aut ad id patronorum ipsorum accedat assensus, & si per ipsū iurispatronatus huiusmodi derogari contigerit, iuspatronatus huiusmodi mentio dispositiuè, ac specificè, & determinatè, non autem conditionaliter fiat, & si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in literis prouisionis, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio similis mentio facta non fuerit, non censeatur quomodolibet derogatum, ita *Put. decis.* 404. *lib.* 2. & fuit dictum in *Auximana. Iurispat.* 7. *Nouembris* 1586. *coram Card. Seraph. & Iacen. portionis.* 16. *Novembr.* 1591. *coram Card. Pamphil.* & de pertinentia iurisp. est facienda mentio. ita *Put. ubi sup. & in Gerunden. beneficij* 15. *Decemb.* 1599. *coram Card. Seraph.* & id procedit, si iuspatr. competat ex fundatione, & dotatione, aliàs secus vt dicitur in dictis decisionibus, & si

101 Papa mandet prouideri de beneficio ad cuiuscumque dispositionem pertinente, non includit beneficium iurispatronatus, cum dispositio cadet pro institutione, *Lapus allegat.* 8. *nu.* 6.

Digitized by Google

102 *num. 6.* Idem est si Papa rescribat motu proprio pro aliquo beneficiando. *Abb. in cap. ad aures. col. penult. de rescript.*

103 Idem est, si dicatur, quod prouideatur talis de beneficio, etiamsi ad alicuius præsentarionem spectaret, intelligitur enim de præsentatione comperente patrono ecclesiastico. *cap. cum in illis. de præb. lib. 6. Lapus vbi supra.*

104 Idem est, si dicatur de beneficio ad præsentationem quorumcumque spectante, quia quando derogatur iuripatr. laicorum, de eo expressa mentio est facienda ex *dict. reg.* 41. *Cancell.*

105 Et quando dictum est, censeri derogatum iuripatronatus clericorum, illud non procedit, si clerici habeant iuspatr. ratione patrimonij, nec iuripatron. laicorum derogatum censetur, etiamsi in literis diceretur, non

106 obstante iurepatr. laicorum, & non obstantibus statutis Ecclesiæ, quia tales non obstantiæ tendunt solum ad tollendam subreptionem, non autem ad alia iura specialiter perimenda, nisi id expressè dicatur. *Rota decis. 1. de præbend. in nouis.*

107 Neque iuripatr. laicorum censetur derogatum, quando in literis habetur, quod Papa mandat conferri beneficium spectans ad Episcopi institutionem. *Lambert. vbi supra art.* 30. quia tunc dicitur derogatū, quando Papa expressè derogat. *Card. Mantica decis.* 292. quod pro-

108 cedit etiamsi Papa mandet prouideri de ptimo vacaturo spectante ad collationem, prouisionem, electionem, & præsentationem quorumcūque, tunc enim nec etiam beneficia patronata vacantia in Curia comprehenduntur. *Card. Tuscus vbi sup. conclus.* 618.

109 Papa iuripatronatus mixto etiam derogare potest. *Felin. in d. tractat. quando lit. ap. ampliat. 6. Garcia vbi sup. de benefic. par. 5. cap. 1. num.* 583.

110 quod iuspat. mixtum quoad derogationem laicale censetur. *Abb. in c. vlt. de iurepat. Cassador. decis. 7. nu. 9. de iurepat.* Felin. *d. ampliat. 6. Garc. d. cap. 1. num.* 578. 582. & 591. dummodo maior pars aut saltem æqualis sit laicorum, nam alias si maior pars sit clericorum, censebitur ecclesiasticum. *Crescent. decis. 3. num. 1. de iurepat. Gonzal. vbi sup. glos. 18. num.* 15. & *seqq.* & tali iuripatr. mixto

111 Papa derogare non censetur, nisi exprimat, *Lambert. vbi sup. lib. 2. p. 3. quæst. 9. art. 9. num. 2. & seqq. Felin. d. ampliat. 6. Put. decis. 157. lib. 5. Cassad. d. decis. 7. nu. 4. Accbill. de Grass. dec. 3 de iurepat.* & in iurepat. mixto cōpe-

112 tit semestre ad præsentandum, siue maior pars, siue æqualis, siue minor sit pars clericorū. *Lamb. d. art. 9. n. 2.*

113 Quid si iuspatr. sit mixtum ecclesiastici, & laici, & facta sit conuentio de alternis vicibus præsentando ad *clem. plures. §. & vt facilius de iurepat.* & tunc in turno ecclesiastici censetur ecclesiasticum merè, & in turno laici, laicale merè. ad doctrinam *Io. And. in cap. cum in illis. §. fin. in fine. de præb. lib. 6.* quā sequitur *Rocch. de Curte de iurepat. verbo ius. quæst. 6.* & alij, & ad *Rot. decis. in Salamant. Alternat. 22. Octob. 1581. coram Robustierio,* quam refert *Garc. de beneficijs. par. 5. cap. 1. num.* 708. & item fuit dictū in *Salamantina dimidia portionis.* 25. *Iunij.* 1590. *corā Comitulo. & in Lunen. Sarzen. canonic.* 23. *Octob.* 1593. *coram Card. Seraf. & facit dec. Accbill. 2. de iurepat.* nam in simili statu diuisione inter Episcopum, & Capitulum, quam permittunt iura. *cap. vlt. de præb. lib. 6. glos. in d. clem. plures.* quilibet eorum iure proprio in suo turno confert, nec collatio est communis. fuit etiam aliàs dictum in *vna Romana beneficiatus S. Petri* 28. *Aprilis* 1595. *coram Gypsio*, & 20. *Nouemb.* 1596. *coram Corduba*, & 8. *Martij* 1602. *coram Peuia, & in Salamantina portionis.* 16. *Maij* 1603 *coram Iusto. & in Tirasonen. canonic.* 29. *Martij* 1610. *corā Card. Caualerio.*

Digitized by Google

rio. & 17.*Iunij* 1610.*coram Pirona-no.annot.ad* Greg.XV.*dec.*95. *nu.*7.

Vnde si in turno ecclesiastici beneficium vacaret in mēse Apostolico & reseruato, erit reseruatum, & nihilominus ecclesiasticus consumeret suum turnum, quia tunc Papa loco ecclesiastici prouidet aliàs fieret prçiudicium laico, si expectanda esset alia vacatio in mense non reseruato ad hoc, vt ecclesiasticus præsentaret, & consumeret suum turnum, è contra si beneficium vacet in turno laici erit laicale, nec cadit sub reseruatione, & si à Papa conferretur cum derogatione iurispat. mixti, non valeret derogatio. *Accbill.d.dec.*2.*Put. decis.*107.*lib.*3.

Nec obest, quod in turno ecclesiastici, prouisio Papæ non consumat turnum. *Rot.decis.*21.*de præben.* & habetur *in d.decis. Salamant.alternatiua coram Robusterio*, & in alia *Salamant.coram* Iusto.tradit *Gonzal. glos.*45.*§.*1. *num.*31. quia illud procedit data æqualitate, idest quando respectu vtriusque intrare potest reseruatio, vt in turno Episcopi, & Capituli, vt ibi, secus vbi reseruatio intrat respectu vnius, & non alterius, vt in casu turni patroni ecclesiastici, & laici, nam si Papæ prouisio non consumeret turnum, fieret laico præiudicium. *Cosmus in pragmat. sanctione. tit.de collat. §.item, quod omnia. verb.faciendæ in fine*. *Probus ad* Monachum *in d.c.cum in illis.nu.*61. *Garc.vbi sup. num.*615. & ratio est, quia tunc quilibet in turno suo habet totum, & integrum ius ad præsentandum rectorem pro illa vice, & non dicitur diuisus vsus solus, sed totum ius præsentandi est penes ipsū solum, qui est in turno, & dicitur præsentare iure proprio, & non cōmuni. *Io.And.in d.§.fin.in fin.* quem ibi sequitur *Gemin.*& *alij. Lambert de iurepat.lib.*1.*part.*3. *quæst.*2.*artic.*36. *num.*2. & quamuis in concordia diceretur, quòd præsentatio sit efficax perinde, ac si per vtrumque patronum esset facta, nihil refert quia id est per cōparationem, & similitudinem, nam hæ dictiones, perinde ac si & similes comparationem important.*l.*1.*in princ.de rec.arbit.* sciendum est etiam, quod iuspatr. mixtum quoad regulam reseruatoriam reputatur laicale. *Accbill.dec.*3 *de iurepat.Put.decis.*157.*lib.*3.*Verall. dec.*405.*par.*1.*Crescent. decis.*3. *de iurepat.Roccb.de Curte.de iurep.verb. competens. quæst.*24.& reseruatio nō compræhendit beneficia iurispatr. laicorum. *Verall. d.decis.*405. *Card. Seraf.decis.*1263.& 1232.*num.*5. & ad hunc effectum videtur sufficere sola quasi possessio prresentandi. *Card.consi.*69.*num.*4. *Calderin.cons.* 23.*de præbend.Mobedan.decis.*179. & fuit dictum in *Vicen. beneficij.* 19. *Nouemb.*1599.*coram Card.Pamphil. Card.Seraf.dec.*1334. *num.*7. & iuspatr. à principio laicale, si donetur ecclesiæ, fit ecclesiasticum, & cadit sub reseruatione. *Cassador. decis.* 4. *de iurepat. Cardin.Seraf.decis.*1420. *num.*1.

Et in iurepatr. mixto facta concordia de alternis vicibus præsentando remanet communio in proprietate, & exercitium tantum diuiditur pro illo, qui est in turno. vt fuit dictum in *Salamantina portionis.*25. *Iunij.*1599. *coram Illustrissimo Dom. Card. Millino*, quæ in calce operis est decis.58.

Attamen existimarem sustineri posse, quod in iurepat. mixto facta concordia inter compatronos, in turno ecclesiastici non sit ecclesiasticū, sed semper laicale, & sic non reseruatum.

Primo quia iuspatr. est quid indiuiduum, vt dixi sup.lib.1.c.2. & diuisio prohibeatur. *cap.*1. *functa glos. in verbo, diuidi non debeat. de iurep. vbi Doct.l.*1.*§.si vsusfructus.ff.ad l. falcidiam. Felin. in cap.prudentiam num.*5.*de off.delegat. Couarr.practic. quæst.cap.vlt.num.*1.*in princ. Lamb. de iurepatr.lib.*1.*part.*2.*§.*2. *art.*36. *num.*2.

*num.*2.& 3. si est indiuiduum, ergo laicale, quia iuspatr. mixtum quoad excludendam reseruationem laicale reputatur. *Acchill. decis.*3.*de iurep. Put. decis.*157. *lib.*3. reseruatio enim non comprehendit beneficia iurisp. laicorum. *Cardin. Seraf. decis.*1232. *num.*5.& *dec.*1263.

Secundo sicut in turno iuris conferendi, conferens in suo turno nomine communi, dicitur conferre & pro se,& pro socio, *Gonzal. in reg.*8. *glos.*45.§.1.*num.*20. fuit dictum in *Romana beneficiatus* S. Petri 28. *Apr.* 1595. *coram Gypsio.* & in *Salamantina portionis.* 26. *Maij* 1603. *coram Iusto.* sic in turno iuris præsentandi in suo turno præsentans nomine cōmuni, dicitur præsentare pro se, & pro socio. ergo semper tale iuspatr. laicale censebitur, & sic non reseruatum.

Tertio, quia mixtum quando habet assumere naturam simplicis, assumit naturam eius, quod est fauorabilius. *Ias. in l.*2.*num.*5.*ff. de verb. oblig. Card. Seraf. decis.*416.*num.*26. ergo in nostro casu iuspatr. mixtum vigore concordiæ assumens naturā simplicis, debet assumere seu potius retinere naturam laicalis tanquam fauorabilioris, & sub reseruatione non comprehensi.

Et dato, quòd in turno ecclesiastici sit ecclesiasticum, existimarem quod si in turno ecclesiastici à Papa prouideatur, talis prouisio non consumat turnum ecclesiastici, sed quod expectari debeat vacatio, in qua ecclesiasticus in mense non reseruato præsentet, & suum turnum consumat, moueor, quia arguendo à simili, quod argumentum in iure est validum. *Euerard. in sua centur. in loco, à simili.* si sit concordia inter Episcopum,& Capitulum,& Episcopus gaudeat alternatiua, & vacatio contingat in mense Februarij,& tunc si Episcopus est in turno, prouidebit, si nō est in turno, Papa prouidebit, quia Episcopus prouidere non potest, cū non sit in turno, nec Capitulum, cū quoad illum sit mensis reseruatus, ex quo Capitulum non gaudet alternatiua, vt fuit dictum in *Salamantina dimidiæ portionis.*25.*Iunij* 1590. *coram Comitulo.* & si Episcopus tūc esset in turno semel tantum prouidebit,& consumet suum turnum,& si pluries post in dicto mense cōtingeret vacatio, Papa prouidebit. idem est in mensibus Aprilis, Augusti, & Octobris. si vero vacatio contingat mense Martij, Episcopus non potest prouidere, cum illius respectu sit reseruatus. & tunc si Capitulum sit in turno prouidebit, & consumet suum turnum. si autem Capitulum non sit in turno, & tunc cum sit impeditum, donec prouideat Episcopus in aliquo ex suis mensibus, Papa prouidebit. & an Episcopus, vel Capitulum sit in turno, est inspicienda collatio per illorum alterum facta vltimo loco, & effectum sortita, & nunquam in d. turno computantur prouisiones Apostolicæ. *Put. decis.*184. *lib.*3. vt fuit dictum in *d. Salamantina alternatiua.* & in *d. Salamantina portionis. coram Reuer.* P. Dom. *Iusto. vide Gonzal. d.*§.1.*num.*1.23.& *seqq.*& *Garc. d. c.*1.*nu.*708.*in fine.* quibus stantibus dico, quòd sicut in casibus supradictis non dicitur consumptus turnus, nisi quando verè,& cum effectu Episcopus, seu Capitulum contulit, ita in casu nostro, turnus Ecclesiastici non debet dici consumptus, nisi quando ipse verè, & cum effectu præsentauit; & si vacatio contingeret in mense reseruato, expectanda est vacatio in mense nō reseruato, vt ecclesiasticus suum turnum consumat, & postea in suo turno laicus præsentabit, nec obstat, quod per hoc fieret laico præiudicium, quia ad hoc respondetur quòd sibi imputet, qui sponte concordiā, & alternatiuam fecit ad *c. damnum. de reg. iur. lib.*6. nec etiam considerabile præiudicium laici tunc potest considerari, quia in iurepatr. mixto, non

non facta concordia inter patronos de alternatiua, facilis, & solita est derogatio, tunc enim fit derogatio in totum ratione mixturæ, vt dixi alibi igitur laicus faciendo alternatiuam,& expectando suum turnum, melius ius, & magis considerabile sortitur, cum ipse solus ad sui libitum tunc præsentare possit,dictoqne
114 iuripat. mixto nunquam pro medietate derogatur, sed dumtaxat in totum, quoniam Papa derogat parti laicorum, parti autem clericorum non est necesse derogare. *Cassad.dec. vlt.ad finem. de probat.* Mandos.*in praxi signat.grat.tit.derogat.iurispat.*
115 *Garc.d.c.1. num.*584. Item si Papa alicui prouideat de beneficio spectante ad præsentationem duorum, vt puta talis Plebani,& talis Præpositi, quæ præsentatio ad eos pertinet successiuè, quia talis Plebanus, vel laicus præsentat Præposito, & Præpositus Episcopo, talis prouisio erit valida, quia satis est expressisse ad duos spectare præsentationem. *Lambert.d.quæst.9.art.27.ex text. in cap. in illis.§.vlt.de preb. lib.6.* & pariter
116 si Papa mandet prouideri de beneficio pertinente ad præsentationem alicuius, continetur etiam beneficiũ ad illius præsentationem spectans cũ consensu alterius. *Lambert.ibidem art.29.*& si mandat prouideri de be-
117 neficio ad Episcopi institutionem spectante,includitur beneficium pertinens ad præsentationem clerici ratione ecclesiæ, non autem ratione patrimonij, vel laicorum. *Lambert. d.quæst.9. art.30.* & si vnus ex duobus præsentatis, vel alius pro impe-
118 tratione beneficij vacantis accedit ad Curiam Romanam, & interim patroni variant, seu de nouo præsentant, & Episcopus instituit, & iste impetrans literas à Papa mentionem non facit de præsentatione, vel variatione prædicta, cum eam ignoret, tales literæ non valent in præiudiciũ instituti. *Lambert.d.quæst.9. art.33.*
119 quia subreptio committitur etiam tacendo id, quod ignoratur, si verisimiliter illud tacitum mouere potuisset Papam ad aliud faciendum. *Abb.in cap.constitutus.in princ.de rescript.* & si iuspatr. pertineat ad col-
120 legium seculare, seu ecclesiasticum, non sufficit mentionem facere de personis singularibus illius, sed fieri debet mentio per verbum collectiuum. *Lambert. d. quæst.9. art.* 34.& satis est si dicatur, ad quorumcumque præsentationem. *Lambert. ibid.*
121 *art.34. ad finem.* & denique si Papa mandat prouideri de beneficio includit beneficium fundatum ante gratiam, si post superueniat auctoritas Episcopi, qui fundatorem patronum efficiat. *Lambert.ibid.art.36.*
122 Notandum est insuper, quòd literæ Apostolicæ expressè derogantes iuripatron. laicorum, numquam comprehendunt iuspatr. spectans ad Reges, Duces, Marchiones, seu alios Principes, nisi de his expressè sit dictum, talis enim derogatio potest esse periculo ecclesiæ,& ita disponitur per *d.reg.*41.*Cancell.Apost.Paris. de resign.benef. par.*1.*lib.*2. *quæst.*4. *num.*48.*Alois. Riccius in collect.dec. par.*3.*collect.an.*494.*Barbosa d.par.*3. *alleg.*57.*num.*87.
123 Item sciendum est in permutationibus beneficiorum factis in Curia oportere in eis facere expressam mentionem iurispat. laicorum. *Lap. allegat.69.*& quamuis in dubio non præsumatur facta derogatio iuripat. laicorum, tamen id non procedit, quando constat de certa scientia Papæ scientis beneficium esse de iurepatr. laicorum, tunc enim censetur derogatum d.iuripatr. *Rota dec.* 27. *de rescript.in nouis.* & in literis, in
124 quibus agitur de derogatione iurispatronatus clericorum, non est necessaria expressio dicti iurispatronat. *Rota decis.8.de iurepat.in nouis.* item
125 præsumitur facta derogatio quando Papa disponit de beneficio proximè vacaturo, & si adsint patroni alicuius beneficij non existentes in quasi posses-

possessione præsentandi, & alij exi-
stentes in dicta quasi possessione
quamuis non sint patroni, de his
existentibus in quasi possessione
mentio est facienda in literis. & si
126 post factam impetrationem de be-
neficio iurispatronat. absque men-
tione iurispat. patroni id scientes per
quadrimestre taceant, collatio con-
ualidatur. *Cardin. in clem. 1. de sup-
plenda negligentia prælat.* & de his
omnibus vide *Felin. vbi sup. & Lam
bert. vbi sup. art. 3. & seqq. vsque ad
art. 26. Zecchium de benefic. & pens.
cap. 12. num. 39. & nouissimè Mone-
tam in tract. de commutat. vlt. volunt.
cap. 10. à num. 285. ad 298.*

Hic obiter est notandum circa in-
frascripta de potestate Principis cir-
ca tollendum ius quæsitum.

127 Vtrum Princeps ex certa scientia,
& de plenitudine potestatis possit
alicui auferre ius suum sine causa
vide. *Dec. cons. 169. num. 7. Ant.
Gabr. lib. 3. comm. conclus. tit. de iure
quæsito non tollendo. conclus. 1. Steph.
Grat. discept. forens. cap. 458. nu. 23.*

128 Quòd autem Princeps possit sine
causa auferre ius quæsitum ex be-
neficio iuris, vt ex præscriptione, re
iudicata, & sim. defendit *Gabr. ibi
num. 18.* cuius contrarium in prædi-
ctis doctissimè defendit D. *Andreas
Facchineus controuersiarum iuris lib.
8. cap. 63.*

129 Item potest Princeps sine causa
in re modica alteri præiudicare, &
ius quæsitum auferre. *Felin. in c. quæ
in ecclesiarum. num. 47. de constit. vbi
Dec. num. 26.* item potest auferre ius
quæsitum spe, vt naturales legitiman
130 do. & sim. *Felin. ibid. num. 49. Gabr.
ibidem num. 30.* item potest Princeps
ex causa publicæ vtilitatis auferre
131 subdito ius quæsitum. *Felin. vbi sup.
num. 26. & Gabr. vbi sup. conclus. 2.
Oddus de in integrum restitut. par. 2.
quæst. 99. art. 8. And. Gail. lib. 2. ob-
seruat. 56.* an autem Princeps iusta
132 causa motus præsumatur, alij affir-
mant, alij negant, alij dicunt præ-
sumi, si Princeps talem causam ex-
primat ex *clem. 1. de probat. vide
Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 8.
Menoch. de præsumpt. præsumpt. 10.
lib. 2. And. Gail. d. lib. 2. obseruat. 58.
& Facchineum d. cap. 63.*

133 Accedit prædictis, quòd legatus
à latere potest conferre beneficium
patronatum absque consensu patro-
norum, si patroni sint clerici, quo-
rum beneficia potest talis legatus si-
bi reseruare, eaque conferre. ita est
*text. in cap. cum dilectus, vbi Abb. de
iurepat.* & hæc est communis opinio
teste *Rocch. de Curte de iurepatron. in
verbo, honorificum. quæst. 1. col. 2. &
quæst. 3. col. 3.* quod non procedit, si
beneficium sit regulare, vel electi-
uum. *cap. deliberatione. de off. leg. lib. 6.*
vel si sit de iurepatr. laicorum, vel
mixto. *Rocch. de Curt. vbi sup. in verb.
ius. quæst. 7. col. 2. vide Zecchium de
ben. & pens. cap. 12. num. 38.* quibus
tamen patronis consentientibus, cõ-
tradicente Prælato, ad quem perti-
net institutio, tamen legatus tale be-
neficium patronatum conferre po-
test secundum *Geminian. in cap. vni-
co, in fine de iurepatr. lib. 6. latè Lamb.
de iurepat. lib. 2. par. 3. quæst. 8. art. 1.
2. & 4.* item talis legatus potest con
134 ferre beneficia pertinentia ad laicos
tantum ex vi præscriptionis, seu ex
Papæ priuilegio. ita *Abb. Card. Butr.
& alij in d. c. dilectus. & Lamber. vbi
sup. art. 3.* similiter talis legatus potest
conferre beneficium situm in sua
Prouincia etiamsi persona ecclesia-
135 stica, ad quam pertinet præsentatio,
seu collatio dicti beneficij, sit alte-
rius Prouinciæ, ita *Roman. cons. 365.*
quia attenditur locus beneficij, &
non patroni, prout declarat *Lamber.
vbi sup. art. 5. & Rocch. de Curt. in d.
136 ver. honorificum. quæst. 3. col. 3.* verum
si ad tale beneficium præsentatio à
patrono facta fuerit, non potest tunc
legatus illud conferre in præiudiciũ
præsentati, nisi obstet reseruatio

supradicta, qua stante, talis patroni præsẽtatio est ipso iure irrita. *Lamb. vbi sup. art. 3. videas Garc. vbi sup. d. p. 5. c. 3. nu. 18. 67. & 244. & seqq. & Monetam vbi sup. d. cap. 10. à num. 321. ad 339.*

137 Adde insuper, quod stante contentione inter compatronos, de præsentando alternis vicibus, si Papa expresse deroget iuripatronatus pro vna vice, censetur derogatum, & præiudicatum illi patrono dumtaxat, ad quem pro illa vice spectabat præsẽtatio, adeout in alia prima vacatione ad alterum patronum spectabit præsentatio. *Io. de Anania in cons. 43. & facit text. in cap. mandatum. in cap. literis. & in cap. de Abbate. de rescript. Rocch. de Curte in d. verb. ius. quæst. 6. col. 2. & Lambertin. d. lib. 2. par. 3. quæst. 9. art. 26.*

Accedit, quod beneficia iurispat. laicorum ex fundatione, vel dotatione non comprehenduntur sub generali beneficiorum dispositione. *glos. & Doct. in c. cum in illis. §. cum autem. de præbend. lib. 6.* Lamber. *de iurepat. lib. 2. par. 3. quæst. 9. art. 4. Couarr. pract. quæst. cap. 36. nu. 1. & fuit dictum in Toletana Annatarum. 1. April. 1590. 4. Decemb. 1592. & 4. Iunij 1593. coram Card.* Pamphilio. *& in Toletana dimidia annatæ. 17. & 22. Iunij 1594. coram Gypsio.* item non comprehenduntur sub regulis reseruatorijs. *Doct. in cap. 2. de præb. lib. 6. Lamber. vbi sup. art. 3.* & fuit dictum in *Neapolitan. rectoriæ. 13. Feb. 1598. coram Card. Pamphilio.* & idem est in tacita reseruatione, ob appositionem manus Papæ, vt fuit dictum in *Firmana beneficij. 13. Maij. 1596. coram* Card. *Pamphilio.* & idem etiam est in iurepatr. mixto. *Put. decis. 157. lib. 3.* & fuit dictum in *d. Firmana & in Gerunden. de* Leniano. *19. Apr. 1602. coram* Litta. prædicta tamen non procedunt in iurepatr. competente laicis ex consuetudine, præscriptione, seu priuilegio, quia illud cadit sub regulis reseruatorijs. *Fed. de Senis. cons. 65. circa princ. Rocch. de Curte de iurepatron. verbo competens. quæst. 24. num. 56.* & fuit dictum in *Vicen. beneficij. 10. Decem. 1600. coram Illustriss. Card. Sacrato.*

SVMMARIVM.

1 *Papa ex causa solet derogare iuripat.*
2 *Regula Cancell. circa derogationes iurispat.*
3 Derogatio *fit iuripatr. clericorum, & etiam laicorum.*
4 *Laici habent iuspat. ex gratia.*
5 *Papa in beneficialibus est dominus absolutus.*
6 *Derogatio iurisp. laicorum debet esse expressa.*
7 Derogatio *iurispatr. clericorum fit per collationem factam à* Papa.
8 *Derogatio iurispatr. fieri solet, quando beneficia per obitum vacant apud Sedem.*
9 *Secus quando ibi vacant ob non factam publicationem.*
10 *Quæ derogatio non habet locum in iurepat. regum. &c.*
11 Derogatio *in totum conceditur iurisp. mixti.*
12 Sic etiam *iurispat. competentis ex præscriptione, vel priuilegio.*
13 *Quod procedit, nam si vacet in vno ex mensibus reseruatis, confertur tanquam reseruatum.*
14 *Derogatio conceditur. iurispatronat. litigiosi.*
15 *Litigiosum beneficiũ quod dicatur, &*
16 Litigiosum *est si petatur tanquam debitum per mãdatum de prouidendo.*
17 *Et ex constitutione habente clausulam, quam, & quas.*
18 Derogatio *aliquando datur pro duabus tertijs.*
19 Derogatio *frequenter conceditur pro medietate.*
20 Derogatio *pro medietate quomodo intelligatur.*
21 *Derogatio iurispatr. laicorum pro medietate non suffragatur, nisi vni ex præsentatis.*

Dero-

22 *Derogatio conceditur pro compotronis præsentatis.*

23 *Promoto ad Episcopatum datur retentio beneficij patronati.*

24 *Derogatio in totum solet concedi in permutationibus.*

25 *Derogatio conceditur quando beneficia vacant per assecutionem, vel sunt deuoluta.*

26 *Derogatio solet fieri cum hac clausula, pro hac vice.*

27 *Derogatio obtenta pro beneficio patronato vt valeat debet probari esse iurispat.*

28 *Clausula dummodo accedat consensus patronorum, requiris consensum expressum.*

29 *Qui ex longo tempore præsumitur.*

30 *Longum tempus dicitur decem annorum.*

31 *Consensus requisitus ad validitatem actus quando præsumatur.*

CAPVT SECVNDVM.

Summus Pontifex in quibus casibus soleat iuripatronatus derogare.

1 SVMMVS Pōtifex solet derogationē iurispatronatus concedere ex vrgētissimis causis dumtaxat, in qua derogarione seruari debet regu-
2 la 41. Cancell. Apost. relata à *Quaranta in summa* Bullarij *in verb. Regulæ Cancell. Apost.* videlicet, quod si iuriparr. derogari contigerit, iurispar. huiusmodi menrio dispositiuè, ac specificè, & determinatè, non autem conditionalirer fiat, & si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertinear, & de hoc in literis prouisionis, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio similis mentio facta non fuerit, non censeatur quomodolibet derogatum.
3 Potest namque Summus Pontifex derogare non solum iuripatr. ecclesiastico, & clericorum, sed etiam laicorum. *glos. communiter recepta in clem. 2. verbo, Apostolicis. de præben. de communi Couarr. practic. quæst. cap.*
4 *36. col. 3.* ea ratione, quia laici habēt iuspat. ex mera gratia ipsius Papæ. *cap. 1. de iurepat. vbi Berous. num. 3.*
5 & quia Papa in beneficialibus est do minus absolurus. *c. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. Archidiac. in cap. 1. in fine. & ibi Doct. 16. quæst. 7.* potest etiam Papa derogare iuri pat. mixto. *Felin. in tract. quando literæ Apostolicæ noc. patr. ampliat. 6. Garc. de benef. par. 5. cap. 1. num. 583.* & dixi in præcedenti capite.
6 Derogario autem iurispatr. laicorum requiritur expressa, & non præsumitur, nisi expresse in literis habeatur. *glos. in d. clem. 2. Couarr. vbi sup. Felin. vbi sup.* at iuripat. ecclesiastico derogatur per simplicem colla-
7 tionem factam à Papa. *Cassad. dec. 4. de probationib.* in multis casibus solent concedi derogationes iurispatr. ex infrascriptis causis, quarum
8 Prima est, quando beneficium per obitum vacat apud Sedem, etiā iurispatr. nam tunc Papa consueuit tali iuripat. derogare. *cap. 2. de præb. lib. 6. tradit Staphil. de lit. grat. & instit. fol. 54. col. 1. Mandos. in tract. de signat. grat. in verbo, derogationes iurispatronatus. Sarnen. de trienn. possess. quæst. 31. num. 19.* secus, quando
9 vacat in Curia ob non factam publicationem resignationis, vel ex vi decreri de dimittendo beneficium incompatibile, runc enim Papa non confert tale beneficium cum derogarione iurispatr. sed cum clausula, accedente parronorum consensu. ita inrelligitur *Flam. Paris. de resign. beneficlib. 2. quæst. 4. num. 45. Massobrius in sua praxi hab. conc. ad vac. parocb. eccles. prælud. 7. dub. 2. num. 8. & 9. fol. 47.* & latè dixi supra lib. 5.
10 cap. 6. in fin. derogatio aurem supradicta non procedit in iurepatr. Regum, Ducum, Marchionum, seu alio-

rum Principum ex *d.reg.*41. *Cancel. Couar. d. cap.*36. *num.*4. quamuis Parisius in loco proxime citando dicat illud procedere in praxi quoad Reges dumtaxat.

11 Secunda est, quoties iuspatr. est mixtum clericorum, & laicorum, quia tunc derogatio conceditur in totum. *Mandos. vbi sup. col.*2. *in fin.* & ita communiter est receptum, & in praxi seruatur. tali enim casu cum pars iurispat. est ecclesiastici patroni, alia portio laici, tunc Papa derogat pro tota parte, & medietate contingente laico, quia pro parte contingente ecclesiastico non est opus derogatione ita obseruat *Garcias vbi sup. d. par.*5. *cap.*1. *num.*584.

12 Tertia est causa, quando iuspatr. competit ex priuilegio, præscriptione, aut consuetudine, nam tunc de facili derogatur in totum, cum & absque derogatione sit receptum valere collationem talis beneficij. *Cassad. decis.*4. *& decis. vlt. de iurep. & decis.*4. *de probat.* & est communis opinio teste *Lambert. de iurepat. lib.*2. *par.*3. *quæst.*9. *art.*25. *& quæst.*18.

13 *art.*3. ideoque si dictum beneficium iurispat. competentis ex priuilegio vacet in vno ex octo mensibus reseruatis in regul. 8. Cancell. Apostolicæ confertur, tanquam reseruatum, à Papa, neque alia derogatione est opus. *Gonzal. in comment. ad d. reg.*8. *glos.*18. *à num.*92. *Massobr. vbi sup. prælud.*7. *dubio* 20. *num.*53.

14 Quarta est causa, quoties beneficium erat in Curia Romana litigiosum. *Cassador. decis.*3. *vt lite pend. Sarnen. in regul. de impetr. benef. per obit. famil. Card. quæst.*8. *num.*7. *Couarr. vbi sup. num.*7. *&* 8. est tamen controuersum, quando dicatur beneficium litigiosum, quia *Innoc. in*

15 *cap. cum M. Ferrariensis num.*9. *de constit. &* Bald. *in auth. litigiosa nu.*1. *C. de litigiosis*. tenent tunc esse litigiosum, quando lis est super dominio, seu quasi, & sic super titulo, non super quasi possessione. Ludouis. qui fuit Gregorius XV. *dec.*305. *&* 335. sed id corrigitur per *textum in cap.*1. *&* 2. *vt lit. pend. lib.*6. est enim litigio-

16 sum, si per mandatum de prouidendo petatur beneficium tanquam debitum. *Garc. vbi sup. par.*11. *cap.*3. *à nu.*75. *Gonzal. vbi sup. in §.*2. *proœm. nu.* 68. late annotat. *ad Gregorium d. decis.*305. *num.*8. & beneficium dicitur litigiosum ex commissione cō-

17 tinente clausulam, quam, & quas, cuius vigore potest deduci omne ius tàm in petitorio, quàm in possessorio. *Gregor. decis.* 125. *num.*15. *& ibi annot. num.*17. *Rota decis.*342. *num.*2. *par.*1. *in recent. apud Farinac. & dixi sup.* Et lis super possessorio adipiscendæ, quicquid dicat *Sarnen. super reg. de annali. q.*66. *in fin.* non facit beneficium litigiosum. *Cassad. decis.*6. *num.*2. *de rescrip. & decis.*4. *vt lit. pend.* & fuit resolutum in vna *Casalen. canonicatus.*22. *Octob.*1607. *&* 4. *Febr.* 1609. *coram Greg. XV.* si petitur beneficium conferri, lis non est super titulo beneficij, sed quando facta collatione dubitatur, ad quem beneficium pertinet, quia quando petitur beneficium conferri, imploratur quodammodo officiū iudicis, quod est quodammodo actio personalis, & in personali non contrahitur vitium litigiosi, *Innoc. in d. c. cum M. Ferrariensis. num.*9. *vers. generaliter dicimus. de const.* quod refert, & exornat *Bald. in Auth. litigiosa. num.*11. *C. de litigiosis.* quæ conclusio non est simpliciter intelligenda, sed quando Papa confert alicui præbendam in ecclesia, & dat prouiso rescriptum ad Capitulū, & prouisus petit collationem beneficij, tūc enim intentatur actio personalis, & lis nondum est contestata, ideo si capitulum præbēdam alteri conferret, ista collatio est valida, quia præbenda nōdum fuit litigiosa. si ergo prouisus à Papa succumbat, tunc is, cui est data præbenda, firmiter remanebit dominus, si autem prouisus à Papa non agat actione personali, sed

reali

reali, dicendo, collata est mihi ista praebenda, in qua peto me declarari per vos dominum, & possessorem, quae est actio realis, tunc si capitulares conferrent alteri hanc praebendam, illa collatio tanquã rei litigiosae facta ipso iure non teneret, adeo vt licet prouisus à Papa succumbat deinde in petitione, tamen ille, cui facta est collatio per Capitulum penitus nullum ius habebit in praebenda, quia per motionem controuersiae praebenda fuit facta litigiosa, & sic inalienabilis. *Bald. in l.* 1. *num.*7. *C.com. diuid. & ibi Sicard. num.*15. *& Castrens.num.* 8. & hoc est, quod generaliter dicunt in *d. l.*1. *Bald. in fine. Aug. num.*3. *& glos.in auth. litigiosa, verbo deducta, vers. & nota in fine.C.de litigios.& ibi Odofr.num.*4. *Butr.num.*4.*Salic. & Ang. in princ. Azo in summa eod.tit.num.*2.

Scias et litem esse super titulo beneficij, qñ quis petit aduersariũ remoueri à beneficio, & negat foedus cõiugij spiritualis, vel titulum, quãuis secus esset, si non negaret titulum, sed solum dixisset, aduersarium fore priuandum ob crimen, quod vltimum est intelligendum secundum *glos.magist.in clem. dispendiosam . in verbo beneficijs* . ibi si vero agitur ad remotionem. *de iudic. vbi Card.nu.* 15.*Imol.num.*3.*Ancbar.num.*4.*Vital.num.*27. *&* 49. *Sarnen.in reg. de subrog.quaest.*7.*in princ.Rota dec.*766 *lib.*3.*p.*3.*diu.Acchill.decis.*5. *nu.*6.*de pens.*& fuit dictum in *Terdonen.praeposit.*26.*Oct.* 1601. *coram D.Coccino. hinc in Calaguritan. beneficij* 29. *Octob.*1601. *coram Card.Lancellott.* fuit resolutum, quod lis super simonia non facit beneficium litigiosum, & lis censetur super titulo beneficij etiam quòd agatur ad priuationem, si tamen quis petat sibi beneficium adiudicati. *cap.*2. *vbi glos. in ver.finito.vt lit.pend.lib.*6. *Put.decis.* 67.*&* 485.*lib.*2.*in nou.*& fuit dictum *d.Terdonen. & in Gerunden. beneficij* 18.*Iunij* 1612. *coram Penia Decano* . & videas quod fuit dictum in *Lucana iurispat.*4.*Iulij* 1608.*coram Reuerendiss. D. Coccino Decano*, quae inter impress. *est decis.* 426. *& in Romana Cappellaniae.*15.*Ianuar.*1620. *coram eodem* .

18 Quinta est causa, ex qua solet derogari iuripatronatus laicorum ex aliqua causa pro duabus tertijs partibus totius iurispat. *Maudos. vbi sup.col.*3.

19 Sexta est causa, quando quis fuit à medietate patronorum praesentatus, nam tunc derogatur pro alia medietate illum non praesentante. & ita communiter, & in praxi seruatur, & haec est magis frequens derogatio, & per eam multae lites tolluntur, & celeriter beneficio prouidetur, & de tali derogatione pertractat *Augustinus Berous in d. cap.*1. *de iurepatr. num.*78. *& seq. & Mandos. cons.*7. *num.* 13. *vbi num.*16. dicit,

20 quod derogatio pro medietate aliud non est, quàm reducere consensus per plures patronos praestandos ad medietatem, ideoque quando praesentatio spectat ad vnum dumtaxat, derogari non potest pro medietate, quia praesentatio in vno consistens est quid indiuisibile, & quando spectat ad plures, si derogetur pro medietate, necesse est, vt obtinens derogationem habeat tot voces, quae cũ ista medietate faciant maiorem partem, vt requiritur in iurepat. *cap.* 3. *de iurepat.* & derogatio iurispatron. quatenus laicorum pro medietate non suffragatur, nisi quando prouisio apostolica est in fauorem vnius ex praesentatis, non autem quando vnus solus praesentatur, & alter solus obtinet sibi de beneficio vti libero prouideri, & accidentaliter obtinet derogari iuripatr. nam hoc casu sequeretur, quod Papa, qui voluit derogare tantum pro medietate, derogasset in totum. ita fuit intellecta *decis.* 3. *de iurepat. Acchill. de Grass. Garc.d.cap.*1.*num.*588. & dicta derogatio, quae fit pro medietate procedit

cedit quando duobus præsentatis, alter eorum impetrat gratiam cum dicta derogatione, non autem quan do vno solo præsentato, alter non præsentatus obtinet sibi de beneficio vti libero prouideri, & euentualiter derogari iurip. vt fuit dictum in *Firmana beneficij. 3. Iunij* 1594. *coram Card. Mantica*. & de iustificatione gratiæ continentis derogationem medietatis patronorum fuit dictum in *Pistorien.Plebaniæ*.24.*Martij*.1623.*coram* R.P.D.*Nauarro*.quæ in calce operis est decis. 84. & 12. *Iunij* 1623. *coram eod.* quæ in calce operis est decis.85.

22 Septima est causa, quando orator est vnus ex patronis tunc conceditur derogatio, veluti quando clericus præsentatus est compatronus, & supplicat pro derogatione. *Mandosius vbi sup.col.3.vers.quæro*.

23 Octaua causa est in retentione beneficiorum iurispat.in fauorem promoti ad Episcopatum, nam fit mentio beneficia esse iurispatronatus. *Rota decis.*331.*diuers.par.*1.

24 Nona causa est in permutatione beneficiorum iurispatr. facta coram Papa, nam tunc in totum solet fieri derogatio, & in praxi ita vidi seruatum, & ita est communis stylus.

25 Decima causa est, quando beneficia vacant per assecutionem alterius aut deuolutionem, & alio quouis modo, vbi beneficia habent possessores, quos opus est per lites expellere, derogatur iuripatronatus laicorum etiam Principum in totum. *Rebuff.in praxi benef. in par.3.signatura. verbo, nec non iuripatronatus. num.* 27. *& Mandos. vbi sup. d.tit. derogat.iurispat. vers.similiter quando. Garc. d.par.5. cap.1. num.590.* vidi etiam, & obtinui tanquam præsentatus derogationẽ iurisp.pro parte non præsentãte non exprimendo nec medietatẽ, neque aliam partẽ.

26 Et in similibus derogationibus seruari solet, vt dicatur pro hac vice tantum.*Couarr.d.cap.36.*& si fuerit narratum beneficium esse de iurepatronatus ad derogationem obtinen-

27 dam, debet ille, qui derogationem obtinuit probare prædictum beneficium esse iuspatr. aliàs impetratio est nulla. *teste Puteo decis.*120. *lib.*2. & de his causis derogationum vide *Flam.Paris.vbi sup. d.lib.*2. *quæst.*4. *à num.*43.*vsque ad finem. Mandos. & Couarr.vbi sup.& Rebuff.*

28 Accedit prædictis, quod quando confertur beneficium cum clausula, dummodo accedat patronorum consensus, tunc requiritur consensus expressus, & non sufficit tacitus inductus ex lapsu quatuor mensium, nam illa verba, dummodo accedat patronorum consensus inducunt formam quæ non impletur per consensum tacitum, qui dicitur fictus consensus. *Felin.in cap.nonnulli de rescript.*

29 attamen ex longo tempore dictus consensus præsumitur interuenisse. *Alexand.cons.*111. *col.penul. in fine. lib.*4.*Dec.cons.*183.*col.pen.in fine. Mascard.de probationib.conclus.*417 & tunc tempus longum dicetur de-

30 cem annorum. *Imola in cap.illud.de præsumptionibus.Mascardus vbi sup. & Flam.Paris.vbi sup.de resign.benefic.lib.*8.*quæst.*8.*num.*62.L*ambert. de iurepatr. lib.*1. *par.*1. *quæst.*9.*princ. num.*107.*vers. & dicitur*.

31 Et hoc regulariter est verum; nempe, quòd consensus, qui requiritur ad validitatem actus, ex spatio longi.temporis præsumitur interuenisse. *Anton.de Butr.in cap. ea noscitur. de his, quæ fiunt à prel. Iason in l.*1. *num.*105. *C.qui admitti.* & ita communiter Doctores, *vt per Mascard. d.conclus.*417. etiam in præiudicium tertij. *Alexand. cons.*1. *lib.*4. *Dec. cons.*409. *Cefal. cons.*328. *num.*14. & communiter Doctores, vt per *Bursat.cons.*424.*num.*9.*vol.*4.

Item est notandum, quòd derogatio iurisp. facta attenta lite, & simonia, vt habeat locum, sufficit, quòd iustificetur lis, vel simonia, nec requiritur iustificatio vtriusque, quia

quia cum vtrumque sit per se sufficiens, sufficit verificare alterum, ex quo Papa potuerit moueri ad derogandum iuxta *Rota decis. 7. de rescr. in nou. vbi addent.* & fuit dictum in *Melitem. Abbatiæ.* 5. Iunij 1591. *coram Gypsio.* & circa iustificationem gratiæ etiam quoad verificationem iurispatronatus, & quasi possessionis iuris præsentandi placet hoc loco referre sequentem eruditissimam informationem.

Informatio Iuris D. Matthæi Moretti I. V. D. Pistoriensis, & in Romana Curia Aduocati.

In vna Pistorien. Parochialis, *coram Illustrissimo, ac Reuerendiss. D. Pirouano in Rota.*

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij iustificatur ex confessione Aduersarij in eius gratia.*

2 *Quasi possessio præsentandi quando sufficiat pro validitate præsentationis, & pro obtinenda institutione etiam in concursu alterius præsentati.*

3 *Vltimus status attenditur ad dignoscendum an quis dici possit existere in q. possessione præsentandi.*

4 *Sententia super statu facit ius quo ad omnes etiam non citatos.*

5 *Sententia lata inter præsentatos super ipsorum præsentatione afficit etiam præsentantes.*

6 *Consensisse tacite dicitur etiam in sui præiudicium qui sciuit, & cum potuit, tamen non contradixit.*

7 *Scientia arguitur ex sanguinis coniunctione.*

8 *Scientia præsumitur si factum debebat verisimiliter deuenire ad notitiam alicuius.*

9 *Consensus patronorum probatur ex attestatione facta de huiusmodi consensu in Decreto de capienda possessione.*

10 *Consensus præstitus per patronos prouisionibus Apostolicis habet vim præsentationis.*

11 *Et sufficit ad acquirendam q. possessionem præsentandi sicut ipsamet præsentatio.*

12 *Legatum iurispatronatus laicis relictum est validum si sit ab Episcopo confirmatum.*

13 *Vicarius Episcopi non potest confirmare donationem iurispatronatus sine speciali mandato.*

14 *Consensus Episcopi etiam tacitus sufficit in donatione iurispatronatus facta per laicum alteri laico.*

15 *Vicarij mandatum, seu potestas confirmandi donationem iurispatronatus præsumitur ex lapsu triginta annorum.*

16 *Etiam si constaret de illius mandato non legitimo, quia præsumeretur pro alio legitimo.*

17 *Imò ex tanto tempore præsumitur etiã consensus Episcopi.*

18 *Consensus Episcopi non requiritur in Legatis iurispatronatus quando ex illis non efficitur deterior conditio Ecclesiæ.*

19 *Nec quando ex eis euidens resultaret vtilitas.*

20 *Iuspatronatus de sui natura est transitorium ad quoscumque hæredes etiam extraneos.*

21 *Verba pro hæredibus, & successoribus comprehendunt etiam extraneos præsertim in materia iurispatronatus.*

22 *Feudi hæreditarij restrictio facta per vassallum ad certum genus personarum concernit vtilitatem Principis propter spem citioris deuolutionis.*

23 *Primus acquirens solus potest præiudicare sequentibus in gradu, & successoribus mutando, vel alterando iuspatronatus.*

24 *Iuspatronatus gentilitium non potest per successores immutari, & effici hæreditarium in præiudicium illorũ de parentela sequentium in gradu.*

Nisi

men ea extante debet interim in totum reputari pro familiari.
59 *Confirmatio intelligitur secundum con firmatum, & ill ud non extendit.*
60 *Confirmatio est inualida si in supplicatione non sit facta mentio de iure alteri quæsito.*
61 *Confirmatio non præiudicat tertio.*
62 *Papa non præsumitur voluisse præiudicare iuri tertij.*
63 *In iurepatronatus gentilitio habenda est ratio vocum in capita, & non in stirpes.*
64 *Filij possunt præsentare simul cum patre in iurepatronatus gentilitio.*
65 *Patronus quando possit adhærere præsentationi de se factæ ad augendum numerum præsentantium.*
66 *Præsentatus à maiori parte patronorum est instituendus in concursu præsentati à minori parte.*
67 *Præsentatus qui sit de familia patronorum est præferendus in institutione alteri præsentato extraneo stante paritate vocum.*

REu. Pater Gratia D. Ricciardi est bene iustificata.

Vacatio enim Parochialis de qua agitur per obitum alterius Ricciardi extra Romanam Curiam de mense Martij 1616. & quòd eadem Parochialis sit de iurepatronatus laicorum ex fundatione,& dotatione antiquissimæ,ac nobilissimæ familiæ de Cancellarijs in Ciuitate Pisto
1 rij, optimè probatur ex confessione ipsiusmet D. Bartholomæi Aduersarij, cum veniat ex eadem vacatione, & prætendat se pariter præsentatum ab alijs patronis de eadem familia *Bellam.decis.*268.*Put.decis.*171.*n.*1. *lib.*3. *secundum veterem impressionem Greg.XV.fel.rec.decis.*135.*num.*11. & fuit dictum in *Bergomen. Capellania.*2.*Iunij* 1617.*coram bo.mem. Reuerendiss. D. meo Francisco Vbaldo, in Meten.semicanonicatus.die* 23.*eiusdem mensis, & anni coram Illustrissimo* D.*Patriarcha Manzanedo in Panormitan. Archipresbyteratus* 27.*Nouemb.*1620. *coram bo.mem.Reuerendiss.D.meo Buratto*,& in alijs passim.

Quòd verò D. Ricciardus fuerit præsentatus à medietate patronorum, est quoquè plenissimè probatũ, quia non solum constat de q. possessione præsentandi eorum, à quibus fuit præsentatus, sed etiam de illorum proprietate,& pertinentia ipsius patronatus pro dicta medietate.

2 Quasi possessio namque præsentãdi. Quæ sola sufficeret pro validitate præsentationis, & pro obtinenda institutione etiam in concursu alterius præsentati ab alijs prætendentibus se veros patronos, quando(pro vt hic)ante sequutam institutionem clarè non constaret de illorum proprietate vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam, vel per publicum instrumentum,vt ex cumulatis per *Rot.decis.*374.*num.*4. *par.*1.*in recent. & in Papien. iurispatronatus* 8.*Martij* 1613. *coram Illustrissimo* D. *Patriarcha Manzanedo*, & in alijs relatis per *Annot.ad decis.*77.*fel.record. Gregor.*XV. *sub num.* 12. *vers. si tamen*.

Ista inquam q.possessio præsentandi illorum, à quibus D. Ricciardus fuit præsentatus sufficienter proba-
3 tur ex vltimo statu, qui potissimum attenditur ad dignoscẽdum an'quis dici possit existere in dicta q. possessione, nec ne *cap. consultationibus de iur.patr.cap. cum olim de caus. poss.* ff. & *propr. Aym. cons.*322.*num.*5. & *Rot.in Mediolanen. iurispatronatus*, 22.*Maij* 1609.*coram Illustriss. Dom. Card. Marcomontio*, & in alijs relatis per *Annot.ad d. decis.*77. *Gregor.* XV. *sub eod. num.*12. *vers.circa quod tamen*.

Siquidem in præcedenti vltima vacatione dell' 1599. idem D. Ricciardus principalis noster præsentatus fuit ab eodem D. Paulo eius fratre, qui illum pariter in præsenti vacatione denuo præsentauit, & à D. Baccio,qui modò præsentauit D.Aduersarium fuit tunc præsentatus al-

ter

ter Ricciardus eius frater. Orta autem controuersia inter istos Ricciardos sic præsentatos super illorum institutione fuit per eos deuentum ad concordiam, vt præsentatus à D. Baccio haberet parochialem cum reseruatione pensionis ad fauorem præsentati à D.Paulo, quæ concordia fuit à Sede Apostolica cõfirmata; & exhibitis literis illius confirmationis coram executore fuit ab eo pronunciatum dictum iuspatronatus pro vna medietate spectare ad Paulum, & pro alia ad Baccium, eosque esse in q.possessione præsentandi. Et ideò præsentatus à Baccio possessionem Parochialis fuit adeptus, & in illa permansit vsque ad eius obitum de dicto mense Martij 1616. qui dedit causam huic liti. Vnde non potest dubitari de dicta q. possessione præsentandi saltem de dicto tempore acquisita per dictos Paulum, & Bacciũ tunc præsentantes, licèt enim ipsi non interuenerint in iudicio super dictarum literarum executione, dicta tamen sententia eos pariter afficit, tum quia tamquam lata super
4 statu beneficij facit ius quò ad omnes etiam non citatos ad *l. ingenuũ, vbi glos. Bart. & alij ff. de stat. hom.* & in terminis iurispatronatus dixit Rot. in Comen. Capella 17. Iunij 1591 *coram bo. mem.* Penia. *impressa apud Garc. de benef. par. 5. cap. 9. sub nu. 94. in Roman. Vnionis seu iurispatronatus* 6. Nouembris 1598. *coram bo. mem. Orano impressa per eumdem ibid. n. 96. & in Romana iurispatronatus de Cardellis.* 22. *Aprilis* 1611. *coram eodem bo. mem. Penia.*

Tum etiam quia tamquam lata inter præsentatos, qui videntur habuisse mandatum ab ipsis præsentantibus ad prosequendum ius propriæ præsentationis afficit etiam dictos præsentantes, vt ex notatis per *Lambertin. de iurepatr. lib. 2. par. 2. art. 9. quæst. 11 num. 3.*

Præterea etiam quamuis non appareat dictos Paulum, & Baccium præsentantes interuenisse in dicta concordia, dubitari tamen non potest quin ei consenserint, illamque
6 in omnibus approbauerint, non solum tacitè ex quo illam sciuerunt, & licèt potuerint tamen nunquam contradixerunt, vt ex pluribus allegatis per *Aym. cons. 54. sub nu. 3. vers. sed subditi, & num. 4.* Et ex quo etiam negari non potest quin de illa scientiam, & notitiã habuerint, hoc enim
7 indubitanter colligitur ex arctissima sanguinis coniunctione, quam vterque habebat cum dictis præsentatis, & transigentibus ad *l. octaui in fin. ff. vnd. cognat. cum cumulatis per Gabr. de præsumpt. concl. 6. per tot.* & maximè iũ cta etiam qualitate facti, quòd certè tanquam notabile, & magni momenti, cum ageretur de beneficio iurispatronatus valde insigni, verisimiliter deuenire debebat ad eorum notitiam, cum non minus respiceret interesse ipsorum præsentantium, quàm dictorum præsentatorũ, & transigentium, ex quo ad omnes pari modo spectabat iuspatronatus.
8 Sic enim scientia potest dici magis probata. *cap. quanto de translat. Episcop.* Corn. *cons.* 268. *num.* 11. *lib.* 4. Aym. *cons.* 168. *nu.* 5. *Decian. respons.* 10. *num.* 87. *lib.* 1. *Gratian. discept. forens. cap.* 579. *num.* 16.

Sed etiam dubitari non potest quin dicti Paulus, & Baccius expressè quoque consenserint dictæ concordiæ, de consensu enim patronorum (qui tunc alij non erant, quàm ipsi præsentantes, & dicti Ricciardi præsentati) attestatus fuit N. Auditor in Decreto de capienda possessione dictæ Parochialis per eum post confirmationem Apostolicam dictæ concordiæ interposito ad fauorem
9 dicti præsentati à Baccio, quam attestationem in proposito bene probare similes consensus aliàs tenuit Rota in terminis nostris, & in simili Decreto eiusdem Auditoris in *Florentina canonicatus* 11. *Decembris* 1615. *cor. bo. me. Reu. D. meo Baratto.*

Et

Et ideo licet antea dicti Paulus, & Baccius in eorum præsentatione discordauerint, cum tamen ex prædictis dicantur postea conuenisse, quòd iuxta formam dictæ concordiæ à Papa prouideretur præsentatus à Baccio, & cum prouisio fuerit per eum hoc modo petita, & obtenta, suumq. sortita effectum, vtique idem est ac si vterque illum concorditer præsentasset, & ac si inuicem se admisissent ad ipsum æqualiter præsentandum, & sic quasi possessionem præsentandi pariformiter acquisiuerint, quia

10 cõsensus præstitus per patronos prouisionibus Apostolicis vim habet præsentationis. *Rot. decis. 534. nu. 4. p. 1. diuers. in Sorana beneficiorum 6. Iunij 1603. coram bo. mem. Cardin. Pamphilio, in Colimbrien. pensionis 5. Nouembris 1614. coram Illustrissimo bo. mem. D. Patriarcha Manzanedo, in Lucana iurispatronatus 3. Aprilis. 1615. coram eodem,* quæ loquitur de consensu, in resignationibus, & in *d. Florentina canonicatus coram bo. mem. Reuerendissimo D. meo Buratto.*

11 Et sufficit ad acquirẽdam quasi possessionem præsentandi sicut ipsamet præsentatio. *Crescent. decis. 2. de iur. patr. cum alijs. in Regien. prioratus 24. Maij 1585. coram d. bo. mem. Card. Pamphilio.*

Pertinentia verò, seu proprietas ipsius patronatus pro dicta medietate eorum, à quibus fuit præsentatus D. Ricciardus est vltra omnem difficultatem, ex actis enim huius causæ clarè apparet totum iuspatronatus hodie residere in linea descendente à q. Fœlice Domitij, quæ linea modò repræsentatur à duobus tantum stipitibus, videlicet à stipite Thadæi filij eiusdem Fœlicis, à qua descendunt dicti DD. Ricciardus, & Paulus, & à stipite Ricciardi senioris alterius filij dicti Fœlicis, à qua descendit D. Baccius, qui præsentauit D. Bartholomæum Aduersarium.

Nam post confirmationem eiusdem iurispatronatus factam, per fæl. rec. Ioann. PP. XXIII. ad fauorem Lazari, & Ludouici pro eis, eorumque hæredibus, & successoribus, Carolus vltimus ex descendentibus à prædictis Lazaro, & Ludouico illud donauit pro medietate Iacobo Petri & pro alia medietate Antonio Domitij, de anno verò 1457. à dicto Iacobo Petri fuit sua medietas relicta titulo legati supradicto Fœlici eius ex dicto Domitio Fratre Nepoti, & fratri dicti Antonij pro se, filijs, & descendentibus masculis, quæ medietas post obitum Fœlicis deuenit ad Hieronymum, Thadęum, & Ricciardum eius filios superstites pro æquali portione; & deinde portio dicti Hieronymi post extinctam eius lineam accreuit descendentibus dictorum Thadæi, & Ricciardi eius fratrum. Ad quos etiam de anno 1565. peruenit altera medietas similiter vigore Legati facti pro æquali portione ad ipsorum fauorem, eorumque familiæ, domus, & cippi de Cancellarijs, & descendentium masculorum legitimorum, & naturalis à Domitio Iacobi altero compatrono vti descendenti à dicto Antonio Domitij donatario Caroli.

De quorum Legatorum, ac prædictæ donationis validitate dubitari non potest.

12 Legata enim benè subsistunt cum fuerint ab Episcopo confirmata prout requiritur quando similia legata iurispatronatus relinquuntur laicis. *c. illud. & c. cum seculum, & vtrobiq. DD. de iur. patr. Calderin. cons. 6. eod. tit. Balb. de præscript. par. 1. quintæ partis principalis. quæst. 9. n. 6. cum alijs per Lamber. in tract. de iur. patr. p. 2. lib. 1. quæst. 6. art. 1. num. 1. in fine. & art. 2. num. 1. & 2. & Rot. in Aretin. Cappellaniæ 1. Iunij 1584. coram Bubulo, & in Lucan. parochialis 1589. coram Comitulo.*

Quò verò ad donationem Caroli licèt illa non appareat confirmata

13 per ipsum Episcopum, sed solummodo per Vicarium, qui ad id fine speciali

ciali mandato facultatem non habet *Calder.cons.1.de off.vic. Rot.in Lucana iurispatr.*21.*Iunij* 1602.*coram Illustriss.* D.*Cardin.Millino cum alijs per Garz.de benef.par.*5. *cap.9.num.* 76.*&* 77. Tamen ex tanta temporis antiquitate (ne dum ex lapsu triginta annorum, qui solum sufficerent) cum obseruãtia subsequuta per præsentationes illius vigore factas,& effectuatas, ac per ipsos Episcopos admissas, quod ab eis fieri non poterat citra præstationem consensus saltem
14 taciti, qui sufficit in donatione iurispatronatus facta per laicum alteri laico. *Lamber.in d.tract.lib.*1.*par.*1. *art.6.quæst.2.num.*3. *Than.decis.*20. *in manuscr. Grat.discept.forens.*577.
15 *num.* 39. Præsumitur ne dum sufficiens confirmandi potestas, & mandatum Vicarij. *Card. Mantic.decis.* 86.*num.*10.& fuit dictum in *Valentina beneficij* 21.*Maij* 1582.*coram fel. rec. Clem. Octauo, & in Lucana maiusculatus* 4.*Decemb.*1587.*coram*
16 *bo.mem.Orano.* Etiam si constaret de illius mandato non legitimo, quia nihilominus hoc casu præsumeretur pro alio legitimo. *Rota decis.* 598. *num.*10.*cum seqq. par.*1. *diuers.* Sed
17 præsumitur quoque interuenisse consensum ipsius Episcopi. *Lamber. par.2.lib.1.quæst.1. art.8. per tot. & art.* 11. *ad fin. vers. & si tu diceres. Gabr.cons.*36.*num.*52.*vers.sed si possessio, lib.*1. & fuit tentum in *Firmana iurispatronatus* 10.*Decembris* 1584. *coram Orano,in Pientina iurispatron.* 22.*Aprilis* 1611. *coram Illustriss.* D. *meo Coccino Decano,in Lucana iurispatronatus* 31.*Ianuarij* 1614. *coram Illustriss.* D.*Patriarcha Manzanedo, & in Asculana iurispatronatus* 24. *Februarij* 1616. *coram Illustriss.* D. *meo Card. Verospio.*
18 Vltra quod in omnem casum non fuit necessarius aliquis consensus Episcopi in dictis legatis, non solum quia ex eis non fuit effecta deterior conditio Ecclesiæ, de qua agitur vt post *Tancred.* quem allegat tenuit *Card. Zabarell. in d. c.illud circa fin.*
19 *de iur.patr.* Sed etiam quia euidens exinde vtilitas resultauit, vt videtur sensisse *Rot. apud Card. Seraph.decis.* 1312.*num.*1. *allegata per Biccium collect.*764.*limit.*2.*par.*4.

Quæ vtilitas clarissimè patet. Nã cum antea dictum iuspatronatus esset hæreditarium, & transitorium ad hæredes quoscumque etiam extraneos, tum ex propria iurispatro-
20 nat. natura secundum *Abb. de communi in cap.*1.*num.*2.*de iurepatr. Lambert.par.2.lib.1.artic.4. quæst.2. num.2.& 5.art.29.num.*21. *Couarr. lib.2.variar.resol.cap.*18.*nu.*6. *vers. & profecto Card. Seraph. decis.* 378. *num.*1.*vers.secundo,* & fuit dictum in *Florentina iurispatronatus de Ricasolis* 11. *Februarij* 1604.*coram bo. mem. Cardinali Lancellotto Iuniori,in dicta Asculana iurispatronatus* 24. *Febr.* 1616.*coram Illustriss.* D. *meo Cardinali Verospio,& in Florentina canonicatus* 25.*Maij* 1616. *coram bo. me. Reuerendiss.* D. *meo Buratto.* Tum etiam quia dicta confirmatio Ioannis XXIII.fuerat facta pro hæredibus & successoribus, quæ verba iuxta
21 communem,& pluries à Rota approbatam opinionem comprehendunt etiam extraneos præsertim in hac materia iurispatronatus, vt fuit tentum in pluribus decisionibus relatis in *Forolivien. iurispatronat.* 24. *Nouembr.*1600.*coram bo. mem. Cardin. Lancellotto Iuniori.* Ex dictis Legatis fuit restrictum ad solos descendẽtes masculos, & ad familiam, domum, & Cippum de Cancellarijs, quæ restrictio cum sit extranei hæredis exclusiua sine dubio concernit vtilitatem ipsius Ecclesiæ, quia sic citius redigi potest in libertatem, vt in si-
22 mili si feudum hæreditarium restringatur per vasallum ad certum genus personarum, hoc dicitur in ipsius Principis vtilitatem propter spem proximioris deuolutionis ob lineam finitam, nam quo pauciores hæredes habet feudatarius, eo citius feudum redi-

redire potest ad suum Dominum, *Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 7. nu. 20. & 30. Lanar. consf. 8. num. 1.* quos cum alijs nouissimè adducit *Giurb. decis. Regni Siciliæ 108. nu. 17. vers. quæ feudi restrictio.*

23 Non obstat quod hoc fieri solum potuerit à primo acquirente, seu fundatore, non autem à successoribus in ipso iure patronatus, nullus enim præter primum fundatorem potest præiudicare sequentibus in gradu, & successoribus mutando, vel alterando iuspatronatus. *Paris. cons. 48. n. 8. lib. 4. Addent. ad Alex. cons. 18. nu. 6. vers. patronatus lib. 5. cum alijs per Rot. in Pampilonen. Vicaria de Astasen. 28. Maij 1563. coram Rubeo. & in ead. 12. Maij 1595. coram Penia, & in d. Aretina* Cappellaniæ 1. *Iunij* 1584. *coram Bubalo.*

Quia respondetur quòd obiectum bene procederet si iuspatronatus ab initio fuisset gentilitium, & familiare, & sic conditionaliter, & qualificatiue competijsset illis tantum de
24 parentela, ita enim non potuisset ex facto successorum immutari naturã, & effici hæreditarium in præiudiciũ dictorum de parentela sequentium in gradu secundum *DD. in c. 1. de iur. patr. in 6. Ferrett. cons. 134. nu. 5. vers. ad hoc etiam allego* Rocch. *de Curte in tractat. de iur. patr. in verbo ipse, vel ù num. 73. Lambert. in eod. tract. art. 8. quæst. 2. par. 2. lib. 1. Molin. de primog. Hisp. lib. 1. cap. 22. nu. 31. & Rot. in Salernitana iurispatron. 7. Februarij 1586. coram bo. mem.* Robusterio, *in d.* Pampilonen. *Vicaria de Attan. 12. Maij 1595. coram Penia, & in Vigleuanen. iurispatronatus 24. Ianuarij 1611. coram bo. mem.* Cardinal Marcomontio. Nisi eorum tan-
25 tum vita durante, vt declarando *Caldeirinum cons. 19. de iur. patr. & Lambert. d. art. 8.* tradit *Couarr. d. cap. 18. num. 10. vers. Quæ quidem ratio*, sed bene ex facto tantum primi acquirentis, & fundatoris, vt dicitur ex aduerso, & tradunt *Doctores in d. cap. 1. de iur. patr. in 6. Ferrett. d. cons. 134. nu. 12. Lamber. d. art. 8. nu. 4. & seqq. & Rota in d. Aretina Cappellaniæ 1. Iunij 1584. coram bo. mem. Bubalo, in d. Pampilonen. Vicaria de Attan. & in Lunen. Sarzanen. iurispat. 5. Martij 1610. coram Ortembergo.*

Secus verò dicendum est in iurepatronat. hæreditario, & quod alicui simpliciter competit, nec constat fuisse concessum, vel reseruatum cum pacto ne trãseat ad extraneos, quale ante dicta legata erat hoc, de quo agitur, vt dictum est, & ex aduerso
27 etiam deducitur, illud enim potest indistinctè non solum à primo acquirente, sed etiam à quocumque alio hærede, & successore in alium transferri etiam titulo singulari in præiudicium filiorum, descendentium, ac legitimorum hæredum, vt videntur sentire omnes Doct. de hac materia tractãtes, qui in iurep. hęred. dicunt posse fieri per patronum absq. vlla distinctinter fundatorẽ, & successores quam distinctionem solum faciunt in gentilitio, & familiari, de quo sup. & præsertim Castr. post *Archid. cons. 44. num. 4. lib. 2. Alex. cons. 13. num. 10. cons. 18. num. 6. & ibi Addent. lit. B. & cons. 26. num. 10. lib. 5. Rota decis. 17. num. 6. in fine de iur. patr. in antiq.* Rocch. *vbi sup. num. 72. vers. mihi videtur. Lambert. alios citans de communi dicta quæst. 2. ar. 7.* vbi etiam in fine dicit, quod est vera, & communis opinio, & nouissime *Gratian. d. cap. 577. num. 41. & 42.* & expresse tenuerunt *Molin. de primog. Hispan. d. cap. 23. nu. 30. & Rot. in d. Salernitana iurisp. coram* Robubusterio, *& in dicta Asculana iurisp. coram Illustrissimo D. meo Cardinali Verospio vers. non obstat donantem.*

28 Et comprobatur etiam tum quia, cum tale iuspatronatus non transeat ad filios, & hæredes sanguinis nisi sint hæredes, vt *not. DD. in c. cum seculum de iurep.* si non sunt hæredes,
29 ad eos non transit, si verò sunt hæredes non possunt venire contra fa-

ctum defuncti. *Franch. in d. c. 1. col. 3. vers. 3. intellige de iurepat. in 6.* tum etiam quia sicut illis potest præiudicari instituendo extraneos, ita pari modo iuspatronatus in alios transferendo, vt inquit, *Lambertin. d. art. 7. num. 4. in fin.*

30 Sic in simili in feudo, à quo valet argumentum ad iuspatronatus circa modum succedendi. *Decian. resp. 32. num. 12. lib. 1. Rot. in Prænest. iurispat. 10. Iunij 1602. coram bo. mem. Litta Gratian. discept. forens. cap. 521. num.*

31 32. & sub cuius regulis regulatur iuspatronat. vt dictum fuit in *eadem Prænest. & in Lucana iurispatr. 27. Aprilis 1605. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.* feudatarius non

32 potest ampliare naturam feudi, & recedere à prima inuestitura in præiudicium aliarum personarum, quibus est ius quæsitum, vt si inuestitura sit pro se, & descendentibus masculis (prout hic est legatum dell'1457. vt dictum est) non potest postea in præiudicium talium descédentium renouari inuestitura, vt verba stent pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscumque, vt dicit *Iacob. Alba cons. 568. num. 9.* Nisi à

33 primo acquirente, quia ipse potest de feudo ad libitum disponere etiam in præiudicium agnatorum. *Paris. cons. 2. num. 9. & cons. 3. nu. 16. lib. 1. Alex. d. cons. 18. nu. 5. & 6. lib. 5. Afflict. decis. 112. num. 5. Clar. in §. feudum. quæst. 40. & 41. & Rota loquens in feudo mixto in Padua feudi 4. Februarij 1602. coram bo. mem. Cardi-*

34 *nali Lancellotto.* Ac etiam suscipere contrariam inuestituram. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 20. num. 16.* Dummodo feudum non sit concessum æquè principaliter dictis Agnatis, & ipsorum contéplatione, & meritis, vt post alios declarat *Fachinæus controuers. iur. lib. 7. cap. 8. vers. & ideo illud argumentum.*

36 Si vero feudum sit hæreditarium, & transitorium ad extraneos hæredes, tunc etiam si sit antiquum potest cũ consensu Domini alienari in præiudicium filiorum, & hæredum, vt declarat *Dec. cons. 208. num. 6. vers. non obstat successiue iuncto num. 3. in fin. vers. & pari ratione*, quem sequitur *Surd. cons. 382. num. 91.* & restringit ad certum genus personarum, vt puta ad descendentes masculos, & ad illos de familia tantum (vt factum fuit de hoc iurepatr. in dictis legatis) & eo casu nulli fit præiudicium,

37 quia potest per quemcumque illius possessorem, & dominum liberè alienari, & subijci fideicommisso, sicut potest quæcumque res allodialis, & de eo quouis modo disponi. *Iacob. Alba de communi allegans cons. 382. num. 53.* & tenuit nouissimè cõsistorium Regni Siciliæ apud *Giurb. d. decis. 108. num. 17.* multo magis potest in futurum restringi vt supra *idem Iacob. Alba d. cons. 382. num. 45. & d. cons. 568. num. 9. & 10.*

38 Et ita etiã dicitur in emphyteusi acquisita ex causa onerosa, quod si non sit hæreditaria, possit tantum primus acquirens ad eius libitum de illa disponere in præiudicium filiorum, & vocatorum, vt magis communem testatur *Alex. sibi contrarius cons. 124. num. 8. lib. 5. Soccin. cons. 127. num. 10. lib. 3. Clar. in §. emphyteusis quæst. 16. sub vers. his præmissis, & alij per Gabr. de iur. emphyt. concl. 2 num. 44. Rota coram Gambara decis. 10. & 32. in manuscr. in Hortana. Castri Carboniaci 26. Febr. 1586. coram bo. mem. Robusterio, in Roman. de Lante 3. Martij eiusdem anni coram bo. mem. Cardinali Blanchetto, & in alijs plurib. relatis in Bonon. de Beccijs 19. Nouembris 1612. coram bo. mem. Cardinali Sacrato*, inter impressas per *Farinac. par. 1. tom. 1. decis. 438.*

39 *num. 1.* Nisi tamen in concessione seu inuestitura esset proprio nomine vocatus aliquis ex filijs, vel aliter apparere posset eam esse factam non solum intuitu recipientis, sed etiam contemplatione filiorum, vt declarat, & limitat *Clar. ibid.*

Si au-

40 Si autem emphyteusis sit simpliciter hæreditaria, potest quilibet emphyteota cum consensu Domini de illa in quemcumque disponere, vt per *Clar. d. quæst. 16. vers. & hac quidem*.

Ex quibus etiam tollitur aliud motiuum partis aduersæ, quod cum D. Paulus, & Io. Baptista Pater, & Ioseph patruus paternam repudia-
41 uerint hæreditatem, videantur cecidisse à iurepatronatus, illudque vti rem indiuisibilem remansisse totum, & in solidum penes D. Bacciũ Aduersarium, & in eius authores cõpatronos per ius accrescendi, seu potius non decrescendi, vt per *Roc. de Curte in tract. de iur. patr. in verbo ius, quæst. 6. num. 10. vers. ex ista conclusione. Lambert. in eodem tract. ar. 5. quæst. 4. par. 2. lib. 1. & Rot. in d. Aretina* Cappellaniæ 1 *Iunij* 1584. *coram bo. mem.* Bubalo.

Quia cum ante dictas repudiationes iuspatronatus mediantibus su-
42 pradictis legatis fuisset effectum familiare, & gentilitium, transiuit etiã sine hæreditate, & non obstante illius repudiatione in quoscumque de familia vocata, & sic etiam in dictos Dominos Io. Baptistam, Iosephum, & Paulum, vt ita intelligitur secundum *Doct. glosa magna in c. considerandum 16. quæst. 7. vers. vnde licet*, & tenuerunt *Paul. de Cittadin. in tractat. de iur. patr. par. 9. sub num. 21. Lambert. in eod. tract. art. 17. per tot. & art. 18. & 34. num. 2. quæst. 2. p. 2. lib. 1.* & videntur sensisse *Rota coram Seraph. d. decis. 378. num. 4. & in d. Florentina iurispat. de Riccasolis 10. Martij 1603. col. 2. in fin. & col. 3. in princ. sub vers. quinimo, & 11. Febr. 1604. col. 4. vers. rursus de nouo additur, & Gratian. d. c. 521. num. 35.* Illi
43 enim, qui sunt de familia possunt præsentare etiam si aliorum hæredes non sunt. *Bald. cons. 373. num. 4. vers. præterea lib. 1. Ancbar. cons. 81. nu. 3. vers. & forte. cum alijs in dicta Florentina de Ricasolis 11. Feb. 1604. l. 5. vers. imo fuit.* M. *Anton. Genuẽ. in prax. Arcbiep. Neap. cap. 63. nu. 23*

44 In contrarium verò deducta procedunt solum in iurepatr. hæreditario. *Card. Zabar. in clem. 2. quæst. 7. de iur. patr.* Quod transire non potest nisi cum ipsa hæreditate. *Couarr. in cap. Rainutius §. 9. nu. 12. de testam. Seraph. d. decis. 378. num. 3. in fin.* & ita videtur sentire *Paul. de Citadin. loco citato*.

45 Et ita etiam in *simili text. in c. 1. An. Agnat. vel Filij, &c.* disponens, quod filius non possit feudum retinere, & hæreditatem paternam repudiare, procedit solum in feudo hæreditario, non autem ex pacto, & prouidentia, vt communem dicit *Aym. in resp. Pro genero nu. 25. vers. neque text. Paris. cons. 16. num. 44. & cons. 23. num. 178. & 179. lib. 1. Conar. d. cap. 18. num. 4. vers. secundum hac in quæstione cum alijs relatis per. Facbin. d. cap. 5. vers. secundæ opinionis. lib. 7. controuers. iur. & Mantic. de Tacit. &c. lib. 23. tit. 9. num. 15. vers. 2. respondetur*.

46 Prout quoque, si emphyteusis sit recepta pro filijs, vt filijs non amittitur per eos, etiamsi repudient hæreditatem, secus si eis concessa sit vt hæredibus. *Bart. in l. si tibi decem 18. §. si pactus num. 9. vers. & ideo, ff. de pact. & in l. vt iurisiurandi §. si liberi. sub num. 4. ff. de oper. lib. Ias. in l. 2. num. 188. C. de iure emphyt. Clar. de communi in §. emphyteusis. quæst. 37. vers. & ex hac conclusione. Lambert. d. art. 17. num. 2. vers. similiter non obstat Mant. de tacit. &c. lib. 22. tit. 17. num. 4.*

Non obstat, quòd dictum iuspatronatus non obstan. dictis legatis adhuc remãserint hæreditarium. Primò, quòd dicta legata facta fuerint
47 pro filijs, & descendentibus, quod à multis solet intelligi, pro filijs, & descendentibus hæredibus, vt ex allegatis per *Gratian. d. cap. 577. nu. 45.* secũdò quia legatum factum per Iacobum fœlici sit pro filijs, & descen

dentibus masculis absque vlla mentione generis, vel agnationis, & sic
48 videtur contemplata solum qualitas masculinitatis, non autem agnationis, vt ex *Surd.conf.*448. *num.*24. & aliàs dixit Rota *in his terminis in Ianuen.iurispatr.*23.Ianuarij 1612. *coram Illustris.*D.*Patriarcha Pamphil.* Tertiò quia aliud legatum factum per Domitium Iacobi sit ad fauorem descendentium Taddæi, & Ricciardi, eorumq. familiæ, Domus, & Cippi de Cācellarijs absque aliqua dictione taxatiua (tantum) & sic extin
49 cta familia transeat ad hæredes extraneos, & consequenter dici non possit mere gentilitium. *Ancharan. cons.*81.*nu.*2. *cum seq. Calder. cons.*4. *de iur.patr.*Gigas *cons.*54.*nu.*3. *Ferret.cons.*131.*in fin. cum seq.* Paris.*cōs.*48.*num.*11.21. & 22. *lib.*4. *Cardin. Seraph.decis.*364.*nu.*1. & 8.*cum alijs decisionib. relatis in dicta Lucana iurispat.*21. Iunij 1602.*coram Illustris. D.Card. Millino.*

50 Nā ad primum respondetur, quòd verbū (descendentibus) non semper debet suppleri de descendentibus hæredibus, vt fuit consideratum in *d.Florent. iurispat.de* Ricasolis 11.*Februar.*1604.*col.*7.*vers.postremo.* Præsertim quando post illud sequitur (prout hic) verbum (Masculis) tunc enim veniunt omnes etiam non hæredes, vt dicitur in dicta *decis. col.*8. *post princ.*

Item respondetur, prout etiam ad secundum, quod contrarium ostēdidit, & declarauit obseruantia pa-
51 tronorum, quæ concludenter probat qualificatam ipsius iurispatronatus pertinentiam, vt pluries fuit tentum per Rot.& *præsertim in dictis Florentin.de* Ricasolis,*in Mediolanen.iurispatr.* 29. *Aprilis* 1613. *coram* Reuerendiss.D.*Pirouano.inter impress. per Farinac. decis.* 251. & *in Vlcinen. iurispat.* 18.*Decemb.* 1615.& 22.*Iunij* 1616.*coram bo. mem.* Rembaldo. & à qua dependet an iuspat. sit hæredi-
52 tarium, vel gentilitium. *Gabr.d.cons.* 96.*num.*6.*lib.*2.*Rota in d.Florentina de* Ricasolis 10.*Martij* 1603.*in prin.* & *Gratian.d.c.*521. *num.*19.

Nam post mortem dicti Fœlicis semper præsentarunt filij, & descendentes masculi tantum absque vlla mentione qualitatis hæreditariæ, sed solum tamquam de agnatione, adeout præsumendum sit, quod expresso, & proprio nomine præsentauerint, non autem hæreditario, quod
53 in dubio non præsumitur, vt considerauit *Rot.in dictis* Florent. *de Ricasolis.*10.*Martij* 1603.*col.*2. *vers.*3. *quia,* & 11.*Febr.* 1604. *col.*6.*circa fin.vers.quoad tertium.*& *in d.Florentin.canonic.*25. *Maij* 1616. *col.fin. vers.*4.*quia.* Imò etiam præsentarunt licèt repudiauerint hæreditatem paternam, quod fieri non potuisset in iurepatr.hæreditario, vel mixto, ex supra allegatis. *in vers.quia cum ante.* quas omnes præsentationes fuisse
54 effectuatas plenè constat ex successiuis vacationibus, & præsentationibus per obitum, vel coadiutorias præsentatorum iuxta *cons. Oldrad.* 229. *num.*2. & 3. à Rota toties approbatum.

Primò enim de anno 1508. fuit præsentatus Fœlix Ricciardi à Hieronymo, & Taddæo filijs alterius Fœlicis, & à Bartholomæo, & Iacobo filijs dicti Ricciardi, & Nepotibus dictorum Hieronymi, & Thaddæi, qui tamen repudiauerunt hæreditatem paternam.

Secundò, de anno 1535. dictus Fœlix Ricciardi fecit coadiutoriam in personam alterius Ricciardi filii d. Iacobi, cui consenserunt tàm descendentes à d.Iacobo, quàm descendentes à Francisco d. Taddæi, licèt Franciscus repudiauerit hæreditatē paternam, quàm etiam Petrus filius dicti Hieronymi tertius compatronus.

Tertiò dell'1555. post obitum d. Ricciardi Iacobi ab omnibus prædictis fuit præsentatus Vincentius eius Frater.

Quartò

Quartò demũ dell'1599. per obi-
tum d. Vincentij, fuit præsentatus
ab eodem D.Paulo, idem D.Ricciar
dus eius Frater, qui est hodie noster
principalis, & ab eodem D.Baccio,
alter Ricciardus eius Frater, cuius
obitus sequutus de anno 1616. de-
dit causam huic liti, inter quos orta
controuersia fuit deuentum ad trãs-
actionem, in qua noster principalis
cessit tunc d. Ricciardo compræsen-
tato omnia sua iura reseruata sibi
pensione annuorum scutorum 60.

Prædicta autem comprobantur
ex tribus sententijs, quæ transierunt
in iudicatum, per quas fuit declara-
tũ is studius patronatus non esse hæ-
reditarium, sed familiare, & gentili-
tium, quæ tamquam latæ super sta-
tu beneficij faciunt ius quoad om-
nes etiam nõ citatos ex superius al-
legatis.

In duobus enim latis de anno.
1580. à Vicarijs Pistoriensi, & Flo-
rentino, fuit pronunciata inualida
quædam donatio facta de an. 1571.
D. Raphaeli de Cancellarijs per q.
Io. Baptistam Francisci patrem Do-
minorum Pauli, & Ricciardi nostro-
rum principalium de sua parte istius
iurispatronatus eo, quia cum esset
55 gentilitium non poterat ab eo dona-
ri nisi eius tantum vita durante, vt
per Couarr. d. cap. 18. num. 10. vers.
quæ quidem ratio supra allegatum.
è contra vero declarata fuit valida
alia similis donatio facta dell'1578.
post obitum d. Io. Baptistæ pro pri-
ma vacatione ad fauorem Iacobi fi-
lij Iacobi, & Parrui D.Baccij Aduer-
sarij à dictis DD. Paulo, & Ricciar-
do nostris principalibus, quia ex ea-
dem ratione, quod iuspatronatus es-
set gentilitiũ d. DD. Paulus, & Ric-
ciardus in eo ex persona propria suc
cesserant, nec fuerunt adstricti ad ser
uandam dictam donationem eorum
Patris, cum repudiauerint illius hæ-
reditatem. Et fuit quoque declara-
tum esse exclusas ab hoc iurepatro-
natus duas Filias fœminas Domitij
Iacobi prætendentes partem in eo
56 tamquam hæredes patris, quia cum
non esset hæreditarium, non erant
illius capaces, vt sensit Rota *in dicta
Asculan. iurispatr. coram Illustrissimo
D. meo Cardinali Verospio colum. 3.
vers. non obstat donantem, & in dict.
Florentina canonicat.* 25. Maij 1616.
in fin. vers. quinto quia, & Gratian.
d. cap. 577. *num.* 46.

In alia verò sententia eiusdem
Vicarij Florentini, de anno 1595.
contra dictum Dominum Baccium
vti hæredem dicti Iacobi filij Iacobi
& eius patrui, & contra dictum Do-
minum Raphaelem fuit declaratum
donationes factas de isto iurepatro-
natus per Hieronymum Petri Hie-
ronymi primo dell' 1571. dicto D.
Raphaeli. secundò verò dell'1574.
dicto Iacobo fuisse inualidas; quia
cum iuspatronatus esset gentilitium,
vel non poterant subsistere nisi du-
rante tantum (vt dictum est) vita
dicti Hieronymi, qui tunc erat mor-
tuus, vel dictus Hieronymus tam-
quam illegitimus, & spurius non
erat illius capax quicquid esset, si
57 fuisset hereditarium. *iuxta distin-
ctionem Roch. de Curte in d. tract. de
iure patr. in verb. competens nu.* 10.
*vers. hanc tamen conclusionem, quam
sequuntur* Lamber. *in eod. tract. par.* 2
lib. 1. *quæst.* 2. *art.* 26. *num.* 2. & *art.*
27. *per tot.* Palest. *remissiue de* Noth. &
Spur. cap. 68. *num.* 8. Rota *in d. Floren
tina de* Ricasolis 10. *Martij* 1603.
col. 2. *sub vers.* 3. *quia, & Gratian. di-
scept. forens. cap.* 218. *num.* 13. & *d. c.*
521. *num.* 34. & à qua non dissentit
eadem Rota *in d. tanuen. iurispat.* 23.
Ianuarij 1612. *coram Illustrissimo D.
Patriarcha Pamphilio*, quæ est decisio
350. nu. 7. inter impressas post vol. 2.
Consiliorum Farinac.

Ad tertium verò, quod, cum in
dicto secundo legato ad fauorem fa-
miliæ non adsit taxatiua (tantum)
iuspatronatus merè gentilitium dici
58 non possit; respondetur, quod pos-
set habere effectum extincta familia
sed

sed illa interim extante (prout hic) nihil impedit, quin per omnia reputari debeat pro tali ex vsu, & obseruantia inueterata, vt fuit tentum in *d. Florentina canonicatus* 25. *Maij* 1616. *circa fin. vers. nec repugnat, & per* Gratian. *d. cap.* 521. *num.* 53. 54. *&* 55.

Demum non obstat, quod non obstan. dictis legatis, iuspatronatus saltem redierit hæreditarium per illius confirmationem postea factam de anno 1476. à fœl. rec. Sixto IV. ad instantiam dictorum Antonij Domitij donatarij Caroli, & Fœlicis Legatarij Iacobi pro eis, eorumque hæredibus, & successoribus.

Quia cum stantibus dictis legatis iuspatronatus non esset amplius hæreditarium (vt ostensum fuit) confirmatio ista pro hæredibus, & successoribus nihil videtur de nouo dispo-
59 suisse ad fauorem hæredum, quia de sui natura semper præsupponit prius inesse, quod confirmatur, nec extendit confirmatum, sed secundum illud intelligitur, & se conformat *Put. decis.* 308. *num.* 2. *lib.* 1. *secundum nouiss. impressionem.* vel fuit inualida,
60 cum in supplicatione nulla fuerit facta mentio de dictis legatis, & sic de statu ipsius iurispatronatus, & de iure quæsito dictis de Familia, & agnatione, idem *Put. decis.* 27. *de priuileg. relatus per* Ant. *August. in suo repertor. in tit. de confirm. vtil. vel*
61 *inutil. n.* 11. vnde illis nocere non debet *ad not. per Dec. in c.* 1. *num.* 5. *& pluribus seqq. ext. eod. tit. & Alexan. cons.* 123. *nu.* 28. *ad fin. vers. sed ideo*
62 *vol.* 4. Et præsumendum est etiam Papam noluisse eis præiudicare ad *tex. cum ibi not. in c. quamuis de rescr. in* 6. *cum similib.*

Et in omnem euentum tollit difficultatem supradicta obseruantia postea subsequuta.

Ex prædictis itaque clarissimè appatet istud iuspatronatus æqualiter spectare ad D. Paulum, qui præsentauit nostrum principalem, & ad D. Baccium, qui præsentauit D. Aduersarium, cum ambo descendant ab eadem linea Fœlicis Domitij, vt supra dicebam. Vnde etiam, si voces præsentantium essent distinguendæ in stirpes, & non in capita iuxta *cle. plures, de iurepat.* res adhuc esset clarissima, quòd gratia derogationis medietatis patronorum per Dominum Ricciardum obtenta, quoad hoc, vt ipse fuerit præsentatus ab altera medietate remaneat bene iustificata. Quamuis etiam ei non fuisset
63 opus huiusmodi gratia, quia cum iuspatronatus sit gentilitium, & cōsequenter habenda sit ratio dictarum vocum in capita, & non in stirpes, vt fuit dictum in *d. Florentina, de Ricasolis, & Florentina canonicatus in Mediolanen. iurispat.* 22. *Maij* 1609. *coram bo. mem. Cardin.* Marcomontio *inter impress. per* Farin. *par.* 2. *tom.* 1. *decis.* 251. *num.* 5. *& in alijs.*

Ipse habuit ad sui fauorem non solum medietatem, & maiorem partem patronorum, sed omnes, qui extabant excepto solùm dicto Domino Baccio, quia fuit præsentatus non solum à d. Domino Paulo, sed simul etiam à Dominis Io. Baptista, & Frācisco filijs d. Domini Pauli, qui in iu
64 repatronatus gentilitio possunt præsentare simul cum patre, vt dicitur in dictis Florentina de Ricasolis, &
65 Florentina canonicatus, imò ipse etiam Dom. Ricciardus vti compatronus adhæsit præsentationi de se factæ, & sic, cum non fuerit processum per viam scrutinij secreti, sed palam, & per vota aperta auxit numerum præsentantium tamquā vnus de habentibus ius præsentandi iuxta distinctionem DD. in c. cum in iure *de elect. Abb. cons.* 25. *num.* 2. *&* 3. *par.* 2. *Barbat. cons.* 33. *num.* 20. *&* 21 *Rocch. de iurepatr. in verb. honorificum, num.* 20. *vers. limita nunc, latè Lambert. art.* 8. *quæst.* 8. *par.* 1. *lib.* 2. *& tenuit Rota in Aquilegien. iurisp.* 1. *&* 8. *Iunij* 1587. *coram Rubeo in Bergomen. Cappellaniæ* 26. *Iun.* 1615. *&* 27.

& 27. Maij 1616. coram Reuerendiss. *bo.mem.* D. meo *Francisco Vbaldo, & in eadem 23. Martij anni 1618. coram bo.mem. Dom. meo Buratto*. Et
66 consequenter absque alia noua gratia erat instituendus in concursu cũ D. Bartholomæo, qui non habet pro se nisi vnicum votum *c.3. & ibi glos. Io. And. Card. &* Abb. *de iurepatron. cum alijs per* Lamber. *art.1. quæst.4. par.3. lib.2.* Tanto magis, quia tam-
67 quam de Familia patronorum etiam stante paritate vocum esset præferendus *glos. in c. neminem, & ibi Præposit. & Archid. 70. dist.* Lambert. *in eod. tract. art.4. quæst.5. par.3. lib.2. num.3. in fin. vers. successiue.* Ferrett. *cons.131. num.4. &* Rota *in d. Bergomen. Cappellaniæ*, 27. Maij 1616. *coram eod. bo.mem.* D. *meo Vbaldo, & 23. Martij 1618. coram eod. bo.mem. D. meo Buratto*. Quare &c.

Et quoad iustificationem gratiæ etiam quoad verificationem, seu exclusionem iurispatronatus fuit dictũ in *Mutinen. plebis, seu iurispatr.* 21. *Febr.* 1625. *coram Reuerendiss. Dom. Coccino Decano*, quæ in calce operis est decis. 102. & in *Florentina iurispatronatus.* 1. *Martij* 1627. *coram eodem Reuerendiss.* D. *Coccino Decano*, quæ in calce est decis. 103. & in *ead. coram eodem.* 8. *Nouembris* 1627. quæ in calce operis est decis. 104. & de iurepatr. hæreditario fuit dictum in *Pistorien. parochialis* 9. *Febr.* 1624. *coram* R.P.D. *Merlino*, quæ in calce operis est decis. 108.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatr. ex quibus causis acquiratur, & quæ conditiones apponantur.*
2 *Derogari an possit qualitati apposita in beneficij fundatione.*
3 *Fundator beneficij non potest derogare qualitati appositæ in fundatione.*
4 *Potest tamen cum Episcopi consensu, & ex iusta causa.*
5 *Vel si in fundatione reseruauit sibi auctoritatem derogandi prædictis.*
6 *Hæres fundatoris non potest derogare qualitati in fundatione apposita.*
7 *Nisi eidem sit in fundatione talis facultas reseruata.*
8 *Potest tamen hæres alterare qualitates concernentes eius fauorem.*
9 *Patronus, eiusque hæres possunt consentire, vt sine eorum præsentatione beneficium conferatur.*
10 Executor *testamentarius nequit derogare qualitati in fundatione appositæ.*
11 *Nisi eidem cum ordinarij consensu sit talis auctoritas data.*
12 *Beneficiatus potest derogare qualitati suum fauorem concernenti.*
13 *Vnusquisque fauori suo renunciare potest.*
14 *Beneficiatus nequit reducere numerum missarum ob fructuum diminutionem.*
15 Derogatur *interdum præscriptione, seu consuetudine qualitati appositæ in fundatione.*
16 *Papa potest derogare qualitati appositæ in fundatione beneficij.*
17 *Papa potest de iure dispensare supra ius positiuum.*
18 *Papa potest derogare secularitati, seu regularitati beneficij.*
19 *Et perpetuitati, seu amouibilitati illius.*
20 *Et potest derogare beneficio curato, & non curato.*
21 *Et residentiæ.*
22 *Seu certæ ætati, vel ordini.*
23 *Vel quod talis prabenda sit theologalis, & sim.*
24 *Vel quando beneficium est electiuum.*
25 *Vel iurispatronatus.*
26 *Papa potest derogare iuripatr. ecclesiastico laicali, & mixto.*
27 *Concilium generale non potest derogare qualitati in fundatione beneficij appositæ.*
28 *Concilium enim est inferius Papa.*
29 *Concilium nequit sine Papæ auctoritate contra iura positiua disponere.*
30 *Collegium Cardinalium non potest regulariter derogare qualitati in fundatione beneficij appositæ.*
31 *Neque etiam Sede vacante.*

Nec

Et

83 *Et qualitas illius, per cuius obitum vacat beneficium.*

84 *Et reseruatio beneficij.*

85 *Et vitium ingressus, & intrusio.*

86 *Impetratio beneficij inferioris debet continere nomen Sancti illius.*

87 N*omen canonici, per cuius obitum vacat canonicatus debet exprimi.*

88 E*t aliud statutum obstãs impetrationi.*

89 *Et exprimi debet an sit dignitas.*

90 *Et collatio beneficij alteri facta.*

91 E*t alterius possessio colorata.*

92 *Impetrans beneficium debet facere mentionem de obtentis.*

93 *Spolio non amittitur titulus, sed possessio.*

94 T*itulus, ad quem quis est ordinatus habetur pro beneficio.*

95 *Impetrans debet exprimere qualitates beneficij obtenti.*

96 *Et valorem beneficij obtenti.*

97 *Cuius obtenti in impetratione habita à legato fieri debet.*

98 *Cuius obtenti mentio non fit coram alio inferiore.*

99 *Nec tenetur exprimere beneficium, quod vult dimittere.*

100 I*mpetrans derogationem debet exprimere clericatum.*

101 E*t an sit filius naturalis, vel spurius.*

102 E*t suum crimen reddens eum incapacem beneficij.*

103 E*t suam excommunicationem exprimente tenetur.*

104 *Clausula, & cum absolutione à censuris non prodest insordescentibus per annum.*

105 N*ec prodest non parentibus rei iudicatæ, interdiarijs, &c.*

106 *Impetrans beneficia per rescriptum mixtum debet exprimere suam dignitatem.*

107 I*mpetrans derogationem posteriorem vnius qualitatis non tenetur facere mentionem alterius derogationis.*

108 *Tenetur tamen exprimere omnia vincula, & impedimenta.*

109 E*t debet exprimi prohibitio talis derogationis.*

110 *Falsa expressio quando vitiet derogationem.*

111 E*xpressio falsæ causæ quando non vitiet derogationem.*

102 *quæ vitiat si sit apposita gratia taxationis.*

113 *Gratia vitiatur si per fraudem fuit verum omissum.*

114 E*t si partes rescripti sunt separatæ, falsitas in vna aliam non vitiat.*

115 E*rror in nomine impetrantis derogationem eam non vitiat.*

116 *Quod non procedit si erratum sit in nomine diœcesis.*

117 E*rror in vocabulo, vel alia re, si aliter constet, non vitiat derogationem.*

118 F*alsa causa adiecta derogationi qualitatis in fundatione beneficij appositæ eam non vitiat.*

119 E*xpressio falsa maioris, vel minoris vinculi quando vitiet derogationem.*

120 E*tiamsi tunc esset communis error.*

121 N*emo potest sine mandato alij impetrare rescriptum ad litem, & quando.*

122 *Gratia derogationis non prodest, nisi sit acceptata.*

123 D*erogationis forma seruanda à superiore derogante.*

124 D*erogatio, quæ priuata auctoritate fieri potest, non est committenda ordinario.*

125 *Derogatio, quæ fieri potest à Papa, vel ordinario, inferiori non est de necessitate committenda.*

126 E*piscopus potest cognoscere de veritate derogationis.*

127 *Per clausulam, non obstantibus non censetur derogatum qualitati beneficij.*

128 C*itatio non requiritur ad derogationem faciendam.*

129 *Stante clausula, vocatis vocandis, in derogatione sunt citandi illi, qui lædi ex ea possunt.*

130 T*amen bene est eos semper vocare, vt illis præiudicetur.*

131 D*erogatio requirit consensum fundatoris, & eius hæredis.*

132 *Quod limitatur si fiat ex magna necessitate, vel vtilitate.*

CAPVT TERTIVM.

De Derogatione qualitatum in fundatione beneficij appositarum.

1
EX supradictis satis liquet iuspatr. acquiri ex fundatione, constructione, & dotatione ecclesiæ, seu Capellæ cum consensu Episcopi, in cuius diœcesi ecclesia, seu capella constructa est, & fundata, & in tali fundatione posse fundatores apponere qualitates, & conditiones cum Episcopi consensu, vt dixi supra libro primo, & secundo.

2 Nunc est videndum, an aliquando derogari possit talibus qualitatibus,

ratibus, & à quibus derogari possit; & resolutiuè procedendo dico.

3 Primò fundator beneficij, siue ex testamento, aut alia simili. vltima voluntate siue inter viuos eidem apponens aliquam qualitatem, eidē qualitati post Episcopi, & ordinarij approbationem,& consensum derogare non potest. *Lamber. de iurep. lib.1.p.1.quæst.4.princ.art.7. in fine. & art.10.num.4.* potest tamen cum Episcopi consensu ex iusta causa pro
4 vna vice alterare conditiones, & qualitates in fundatione appositas. *Lamber.vbi sup.lib.2.par.1. quæst.7. art.30.num.2.3.& 9. Garc.de beneficijs.par.7.cap.1.num.103.*item idem est, si fundator in limine perfectæ
5 fundationis cum consensu eiusdem ordinarij reseruauit sibi facultatem immutandi qualitates à se in fundatione beneficij appositas. *Lamber. vbi sup.lib.1.par.1.quæst.9. art.1. in 3.conclus.ampl.10.& art.2.*

6 Secundò, hæres fundatoris, vel alius successor non potest derogare qualitati in fundatione beneficij appositæ; quia factum defuncti approbare tenetur. *l.vlt.ff.de hæred. instit. Lamber.vbi sup.lib.1.par.1. quæst.4. art. 3. & facit tex. in cap. quærimoniam.de iurep. & Concilium Triden. sess.25.de reform. cap.5.* nisi à fundatore in fundationis limine cum con-
7 sensu ordinarij fuisset reseruata facultas talia faciendi.*Lamber.d.lib.1. par.1. quæst.9.art.1. conclus.3. ampl. 10.& art.2. num.14. & seq.* potest tamen hæres, & successor alterare qualitates conseruantes,seu concer-
8 nentes principaliter eorum fauorē. *Lamber.vbi sup.lib.3.quæst.5. art.3.*
9 *ad fin.*& potest patronus, & quilibet fundatoris successor consentire, vt absque eius præsentatione beneficij collatio fiat. *Lamber. vbi supr. lib.2. par. 3. quæst. 2. art. 2. & quæst. 9. art.24.*

10 Tertiò, executor testamentarius, aut alius à fundatore deputatus regulariter non potest derogare qualitatibus in fundatione beneficij appositis ex *cap. tua nobis.& cap.Ioannes. de testam.Card.Mantica,de coniectur.vltim.volunt.lib.3. tit.3. nu.8.*
11 nisi cum ordinarij consensu fuerit executori auctoritas data talia faciendi,quia cum d.consensu ordinarij talia agere poterit.*Marian.Soccin.in tract. de libelli oblat. num. 21. Bart.in l.captatorias in fin. C. de test. milit.*

12 Quarto, beneficiatus, aliusue ad cuius fauorem apposita fuit aliqua conditio,seu qualitas in fundatione beneficij potest per suum consensum dictæ qualitati derogare, quia vnus-
13 quisque fauori suo renunciare potest. *l.si quis in conscribendo. C. de pactis.*veluti,si beneficium non sit sacerdotale, potest tamen beneficiatus effici sacerdos, & pluries celebrare, quàm ex fundatione sit obli-
14 gatus; non potest tamen reducere numerum missarum, eò, quòd decreuerint reditus, sed ad Episcopum pertinet. *Azor. instit. moral. par. 2. lib.2.cap.24.quæst.6. Moneta, de commut.vltim.volun.cap.10.nu.241 & seq.*

15 Quintò, per præscriptionem, seu consuetudinem potest interdum derogari qualitatibus, seu conditionibus in fundatione beneficij appositis, quoad præscriptionem probatur ex *cap.consultationibus.de iurep. Moneta vbi sup.num.244.& seq.* quoad consuetudinem probatur ex *cap.Abbate. cum ibi not.de verb. signif. & c. postulasti. vbi Innoc.& Abb.de iurep. Lamber.vbi sup.lib.3. quæst.5. art.6. num.4.& 9. Nauarr. cons.6. aliàs 7. de cler.non resid.*

16 Sextò, Summus Pontifex derogare potest qualitatibus in beneficiorum fundationibus appositis, quamuis non censeatur derogare, nisi expressè deroget,& probatur ex *clem.quia contingit.vbi glos.& Doct. de relig.domib.*& ratio est,quia Papa potest de iure supra ius positiuum
17 dispensare. *cap. proposuit. de concess. præb.*

Nnn

praeb. Lamber. vbi sup. lib. 3. quaest. 5. art 3. num. 4. & d. lib. 2. par. 3. quaest. 9 ar. 10. Felin. in tract. quando lit. Apostol. noc. patr eccles. ampl. 7. nu. 7. Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 2. quaest. 11. num. 8. & *lib. 11. quaest. 3. num. 95. Gonzal. in comment. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 6. num. 28. Garc. vbi sup. p. 5. cap. 1. num. 510. Moneta vbi supra num. 249.*

18 Et prima qualitas beneficij, cui Papa derogare potest, est secularitas, seu regularitas beneficij, ex *cap. regula. dist. 18. & cap. 1. & cap. translato, de constit. Hoieda de comp. & incompatib. benefic. par. 1. cap. 24. num. 93. Gonzal. vbi sup. glos. 7. nu. 5. & 6.*

19 Secunda est qualitas manualitatis, seu amouibilitatis, & perpetuitatis beneficij, de qua *Gonzal. d. glos. 5. §. 6. & glos. 8. num. 7. & 24. Paris. vbi sup. lib. 2. quaest. 11. & lib. 10. q. 2. num. 37.* Garc. *vbi sup. par. 1. cap. 2. num. 71.*

20 Tertia est qualitas beneficij curati, vel non curati, seu cum cura animarum, & sine cura, de qua in *cap. cum in illis. in princ. de praeb. lib. 6. & clem. si romanus. de praeb.* & huic qualitati Papa derogare potest. *cap. quia nonnulli. de cler. non resid. & Concil.* Triden. *sess. 23. de reform. cap. 1. cap. extirpandae. §. qui vero. & cap. de multa. de praebend.*

21 Quarta qualitas est personalis residentiae, cui Papa potest derogare probatur in *cap. vlt. de rescrip. lib. 6. Moneta vbi sup. num. 253.*

22 Quinta qualitas est certae aetatis, vel sacerdotij, aut alterius ordinis beneficio in fundatione apposita, cui Papa derogare potest ex *dict. cap. proposuit. de concess. prabend. declarat Garc. vbi sup. par. 7. cap. 1. num. 116.*

23 Sexta est qualitas, veluti, quòd talis praebenda sit theologalis poenitentialis, magistralis, aut Doctoralis, & huiusmodi, de qua *Gonzal. vbi sup. glos. 9. §. 2. Garc. vbi sup. p. 5. cap. 4. à num. 108. ad num. 133. &* probatur ex *d. cap. proposuit. Moneta vbi sup. num. 256.*

24 Septima qualitas est, quòd beneficium sit electiuum, idest, quod per electionem quis ad regimen dicti beneficij assumatur, siue quod beneficium sit collatiuum, quod de eo, quis per collationem prouideatur, & huic qualitati Papa potest derogare. *cap. cum in cunctis. §. vlt. c. quia propter. §. qui vero. & cap. cumana in fine. de elect.*

25 Octaua, & vltima qualitas est, quod beneficiũ sit iurispatronatus, de qua in sequenti.

26 Septimò, Papa potest derogare iuripatronatus ecclesiastico, laicali, & mixto. de quo latè dixi in cap. praecedenti.

27 Octauò, Concilium Generale etiam legitimè congregatum regulariter non potest absque speciali Papae auctoritate delegantis, vel derogationem confirmantis, derogare qualitatibus in beneficij fundatione appositis, quia concilium est inferius Papa, sine cuius confirmatione con-

28 cilij decreta nullam vim habent. *c. 1. cap. regula vestra. & cap. multis. distinct. 17. melius in cap. significasti. in princ. vers. aiunt in conc. de elect. Card. Albanus in tractat. de potestate Papae. par. 2. à num. 111. ad num. 190.* neque potest Concilium sine Papae

29 auctoritate contra iura positiua disponere, illisue derogare. *Thom. Cãpeg. in tract. de conc. cap. 37. num. 1. & Cardin. Iacobatius in tract. de Concilio. lib. 5. art. 17. nu. 1. & 4. & lib. 6. art. 6. num. 1.*

30 Nonò, Coetus, & Collegium Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium nõ potest regulariter derogare qualitatibus in beneficij fundatione appositis, quia si de hoc quaeratur viuente Papa, qui vel captus sit ab hostibus, vel aliàs esset effectus inutilis, tunc per eius Vicarium, vel Coadiutorem id poterit expediri cum consilio DD. Cardinalium. *Card. Iacob. vbi sup. lib. 4. art. 3. à n. 1. ad 36.*

Nec

31 Nec etiam Sede vacante illud poterit Collegium Cardinalium, quod succedit Papæ in iurisdictionalibus saltem in habitu, & quoad aliqua in actu. *gloss.approbata in cap. unico.§.omnem personam. verbo Sede vacante.ad fin. de schismat.lib.6.* attamen non potest derogare regula-
32 riter constitutioni Papæ, seu Concilij, vel contra talem constitutionem disponere, seu dispensare. *S. Antoninus in summa. par.3. tit.22. cap.2. §. Collegium Cardinalium. Cardin. Iacobat.vbi sup.lib.5.art.17.num.10.*
33 Ideo nec Sede Vacante poterit Collegium Cardinalium derogare qualitatibus in fundatione beneficij appositis, nam hæc derogatio non est de casibus exceptis *in cap. vbi periculum.de elect.lib.6. & in clem.ne romani de elect.* cum hæc derogatio à sacris canonibus prohibeatur, & à *Conc.Trid.sess.22.de reform.cap.4.& sess.25.de reform.cap.5.Garc.vbi sup. par.5.cap.2.num.6.* qui ait Collegiũ Cardinalium Sede vacante non posse beneficia conferre. *vide Monetam vbi sup.num.301.& seqq.*
34 Decimò, legatus Apostolicæ Sedis non potest regulariter derogare qualitatibus in beneficij fundatione appositis, cum derogatio prohibeatur à *Conc. Trident. d.sess.25.de refor.*
35 *cap.5.*& quia legatus etiam de latere regulariter derogare non potest iuripositiuo, præsertim conciliari. *Sanchez de matrim.lib.7. disputat.6. num.15. & 16. Nic. Boerius in tract. de potestate legati à latere. quæst. 1. num.44. Card.Iacobat. vbi sup. lib.5. art.20.num.1. Garc.vbi sup. par.11. cap.5.num.371.* & dixi in præceden. cap. in fine.
36 Vndecimò, pœnitentiaria Apostolica regulariter derogare non potest qualitatibus in beneficij fundatione appositis, id enim aduersatur *Conc. Trid.in supradicto c.5.* & inferior non potest tollere legẽ superioris.*d.clem.ne romani.in princ.de elect.*
37 nam Summus Pœnitentiarius potest tantum concedere ea, quæ sunt secũdum ius. *Rebuff. in praxi benef.tit.de dispensat. ad plura beneficia. num.37.*
38 quia pœnitentiaria fuit instituta, vt vice Papæ absolueret, vel daret facultatem absoluendi à censuris ecclesiasticis, & pœnis, ac delictis ipsi Papæ reseruatis. *Card. in d. clem.ne romani.§.eo tamen prouiso,num.1.& 5.Azorius vbi sup.par.2.lib.5.c.38.*
39 Duodecimò, Concilium Prouinciale Episcoporum à Metropolitano, seu Archiepiscopo congregatum quamuis regulariter derogare nequeat qualitatibus in fundatione beneficij appositis, interdum tamen poterit in diœcesibus in quibus possunt Episcopi ad tale Concilium conuenientes. *Garc. vbi sup. par.5. cap.2. num.7.* quia dictum Conciliũ
40 cognoscit de omnibus causis Ecclesiasticis totius Prouinciæ, & habet iurisdictionem super omnes de Prouincia. *c. propter.il' 1. & 2. distinct. 18.cap.scitote 6.quæst.3.* idemque est dicendum de potestate Concilij Pri-
41 matialis quoad diœceses, & Prouincias Archiepiscoporũ subiectorũ, & de potestate Concilij Patriarchalis quoad diœceses, & prouincias Primatum subiectorum, vt colligi potest ex *c.nullus Primas. quæst. 3.* vt esset Concilium Primatiale Illustrissimi
42 Dom. Achiepiscopi Pisani Primatis Corsicæ, & Sardiniæ, & legati nati.
43 Decimotertiò, Patriarcha Primas, & Archiepiscopus non possunt regulariter derogare dictis qualitatibus in beneficij fũdatione appositis diœcesum suorum suffraganeorum. *d. c. nullus Primas. & cap.sicut vnire. de excessib.prælat.* nisi suffraganeus esset negligens in casibus, in quibus de-
44 rogationem concedere tenetur, tunc vel per appellationem seu querelam aditus Patriarcha, Primas, seu Archiepiscopus vel compellet suffraganeum ad derogationem faciendam, vel ipse derogabit. *Moneta vbi sup. num. 345.* poterunt tamen Patriar-
45 cha, Primas, & Archiepiscopus de-

rogare qualitatibus appositis in fundatione Cathedralium suorum suffraganeorum in casibus, in quibus Episcopus potest respectu inferiorum ecclesiarum sibi subiectarum, quod declara, vt per *Monetam vbi sup.num.*346.

46 Decimoquarto, Episcopus derogare nequit regulariter qualitatibus in beneficij fundatione appositis, quia talis derogatio est iuri positiuo contraria, & inferior non potest derogare legi superioris, & de Episcopo latè *Garc. vbi sup. par.* 11. *cap.*5. *num.*344. *&* 371. & quod non possit derogare etiam cum consensu pa-
47 troni ex *decreto Concil. Trid.sess.*25. *de reform.d.cap.*5.*tenet Vgolinus de off.& potest.Episcopi.cap.*52.§.1.*n.*8. *Marcus Anton.Gennen.Episcopus Isernien.in sua praxi Archiep. Neapolit. cap.*14.*num.*10.*Garc.vbi sup.par.*7. *cap.*1.*num.*111.112.*&* 113. quamuis multi contrarium teneant relati à *Moneta vbi sup.num.*352. *idest*, *Nauarr.in manuali, de oratione*, *c.*3. *num.*73.*Prax.Archiep.leonis. in cap.* 26.*num.*35.*&* *Garc.d.cap.*1. *nu.*66. refert decisionem Rotę in casu diminutionis numeri missarum cum consensu patroni ex redituum diminutione. idem *Garc. d. cap.*1. *num.* 125.

48 Hinc infertur, quòd institutio, seu collatio ab ordinario facta de beneficio spræto patrono, infra tempus datum ad præsentandum est ipso iure nulla. *c. decernimus.* 16. *quæst.* 7. *Lambertin.vbi sup.lib.*2.*p.*3.*quæst.*2. *art.*2.*num.*2.*Garc.vbi sup.par.*5.*c.*9. *à num.* 231. quod est verum etiam in iurepatr.ecclesiastico. *Abb.in cap. illud.nu.*3. *de iurepat.* idem est quando patronus est absens, & Episcopus confert iure deuoluto, tunc enim non tenet collatio. *Garc. vbi supra num.* 251. quod fallit, si Episcopus
49 ignoret donationem iurispatr.& instituit præsentatum à donatore, vel quando Episcopus contulit beneficium ipsi patrono, vel quando patronus post consensit collationi factæ sine sua præsentatione, vel quando patronus fuit præsens, & non cótradixit collationi factæ sine sua præsentatione, vel quando patronus non consensit, nec contradixit absés infra tempus datum ad præsentandum, tunc enim conualidatur per lapsum dicti temporis, vel si patronus præsentauit indignum; idem dicendum est in permutatione beneficiorum facta spræto patrono, nam
50 conualescit si patronus non reclamet intra tempus datum ad præsentandum, valet tamen collatio derogatoria iurispat.facta cum clausula, dummodo accedat consensus patronorum, tunc enim requiritur consensus expressus, & non sufficit tacitus inductus ex lapsu quatuor mensium,
51 item valet collatio facta spræto patrono, quando patronus præsentare nequit quem vellet, vel quando collatio facta fuit contra præsentationem factam à maiori parte ob euitandum scandalum, vel quando non fuit facta præsentatio intra quadrimestre, vel quando patroni litigantes super inrepatr.beneficij vacantis litem non terminant intra tempus datum ad præsentandum, vel quando plures cumulatiuè sint pręsentati, quia tunc Episcopus instituit quem vult, & idem est, quando extinctum est iuspatronatus, quia nullus sit hæ-
52 res patroni, de quibus omnibus latè dixi supra in multis capitibus, & vide *Lambert.vbi sup.par.*3.*lib.*2.*q.*2. *art.*2. *&* *quæst.* 4. *art.*8. *&* *quæst.* 7. *art.*2. *&* *art.*5. *Garc. d.cap.*9.*num.* 232.*nu.*233.*&* 234.247.250.253. *&* 254. *&* *Monetam vbi sup. à num.* 361.*ad* 378.

53 Infertur secundò, quòd Episcopus non potest perpetuo, idest ad alicuius vitam commendare beneficiũ iurispatr. absque patroni consensu. *glos.in cap.nemo deinceps. verbo commendare.de elect.lib.*6. *Lambert.dict. quæst.*7.*art.*1.*&* *dixi sup.*

54 Infertur tertiò, non posse Episcopum

pum regulariter dispensare, vt quis obtineat duo beneficia requirentia personalem residentiam, licèt alij cõtrarium teneant, vt per *Hoiedam de benef. compat. & incompat. par. 1. c. 12. num. 13. & par. 2. cap. 12. num. 12. Garc. vbi sup. par. 11. cap. 5. nu. 369. vbi sup. num. 370. & seq. ex Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 17.* ait id hodie esse clarum, cum Concilium ibi statuat, vt vnum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur, quod si non sufficiat ad honestam vitæ beneficiati substẽtationẽ, liceat aliud simplex beneficium sufficiens eidem conferre, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, contra quod Concilium Episcopus dispensare non potest nisi in casibus à iure expressis.

55 Decimoquintò, Capitulum Sede Episcopali vacante derogare non potest regulariter qualitatibus appositis in fundatione beneficij, quia licèt tunc Capitulum succedat Episcopo in iurisdictione ordinaria contentiosa, & voluntaria competente iure communi, seu speciali, & accidentali illi vt ordinario, & in iurisdictione delegata Episcopo per canonem, tamen, quia tunc Capitulum est inferius Papa, qui iubet dictas qualitates obseruari ex *Conc. Trid. sess. 25.*
56 *de reform. d. cap. 5.* & inferior nequit legi superioris derogare. *c. cum inferior. de maiorit. & obed.* nec etiam potest dictis qualitatibus derogare, quia nec Episcopus id potest, vt supradictum est. *Moneta vbi sup. n.* 388
57 tunc enim Capitulum, nec etiam beneficia conferre potest. *cap. 1. ne Sede vacante. cap. 1. de institut. lib. 6. c. vnico. §. 1. ne Sed. vac. lib. 6. Garc. vbi sup. par. 5. cap. 7. num.* 53. Secus si collatio spectet ad Episcopum, & Capitulum. *glos. in cap. vlt. §. 1. verbo, Episcopi. de suppl. negl. prӕl. lib. 6.* nec etiã
58 tunc Capitulum succedit in præsentatione, seu electione ad Episcopum spectante. *Garc. d. cap. 7. num.* 526. & de beneficijs vacantibus Sede Episcopali vacante habetur regula secunda Cancell. Apost. relata à *Quaranta in summa Bullarij in verb. Reg. Cancell. Apost.*, & declarat *Garc. vbi sup. par. 5. cap. 1. à num. 221. ad 225. & d. c. 7. num. 87. & seq.* vbi ait Capitulum Sede Episcopali vacante posse conferre beneficia si ad Episcopum, & Capitulum simul collatio pertinebat, vel si ex consuetudine Ecclesiæ, vel statuto beneficiorum collatio ad aliquem pertinet cũ consilio Capituli; potest etiam tunc
59 Capitulum præsentatos instituere, electosque confirmare. *cap. cum olim de maior. & obed. cap. 1. de institut. lib. 6. Garc. d. cap. 7. nu. 54. vbi à num. 55. ad 75.* tenet, & probat, quascum-
60 que beneficiorum collationes necessarias fieri posse à Capitulo Sede vacante, seu ab eius Vicario. ibique *num.* 77. exemplificat in optione facienda ab antiquiori, quo casu non est libera collatio, sed necessaria, vt in *cap. vlt. de consti. lib. 6.* quamuis secundum veriorem opinionem in optione non requiratur collatio cũ optatur titulus, quia ipsa optio in
61 vim cõsuetudinis approbatę facta collationis vim habet, seu canonicæ institutionis. *Rota decis. 6. de consuetud. in nouis. &* de auctoritate Capituli Sede vacante in collatione beneficiorum latè *Pauinus in tract. de off. & potest. Capit. Sede vacante p. 2. quæst. 2. princ. num. 13. & Quaranta in d. summa Bullarij, in verb. Capitulum Sede vacante. & ibi additio.* sequester autem Ecclesię Cathedralis,
62 vel alterius cum sit administrator, & fructuum collector, conferre, & præsentare potest, vt de magis communi opin. *Lambert. vbi sup. lib. 1. par. 2. quæst. 9. art. 3. Garc. d. p. 5. c. 6. n. 1. & seqq.* dummodo sit persona ecclesiastica, non laicus, tunc enim solum in iurepatr. laicali præsentare posset. *Garc. d. nu. 1.* attamen talis sequester derogare nequit qualitatibus dicti
63 beneficij nisi quantum potest Episcopus. *Moneta vbi sup. num.* 408.

64 Decimosextò, Prælatus secularis habens iurisdictionem quasi Episcopalem in sua quasi diœcesi, vt est Præpositus Písciæ nullius diæcesis in Thuscia derogare non potest dictis qualitatibus beneficiorum sibi subiectorum, nisi quantum possunt Episcopi in sua diœcesi. *Moneta vbi supra num.* 409. & talis prælatus habēs
65 ius instituendi ad patronorum præsentationem potest indirectè derogare dictis qualitatibus, si data negligentia patronorum in præsentando ipso iure deuolutionis prædicta beneficia liberè conferat. *Lambert. vbi sup. lib. 2. par. 3. quæst. 7. art. 1. vsque ad decimum.*

66 Decimoseptimò, Vicarius Episcopi, vel Vicarius Capituli Sede Episcopali vacante, vel Vicarius Prælatorum secularium quasi Episcopalem iurisdictionem habentium regulariter non potest derogare prædictis qualitatibus in beneficij fundatione appositis etiam in illis casibus, in quibus potest ille, cuius est Vicarius, nisi ad id speciale habeat mandatum. *Moneta vbi sup. nu.* 410.

67 Decimooctauo. Prælati Regulares derogare nequeunt qualitatibus appositis in fundatione beneficiorum secularium existentium in suis ecclesijs regularibus. quod autem ad beneficia secularia posita extra suas ecclesias, in quibus ecclesijs habent iurisdictionem quasi Episcopalem, possunt sicuti Episcopi quoad beneficia suarum diœcesum. *Monet. vbi sup. num.* 411.

68 Secundò principaliter est videndum, quæ seruare debeat impetrans derogationem qualitatum in beneficij fundatione appositarum, &

69 Primò requiritur iusta causa, puta, vtilitas publica, seu bonum commune, necessitas, vel priuata vtilitas coniuncta cum aliquo communi bono. *Moneta vbi sup. à num.* 412. *ad* 421.

70 Secundò, vt exprimatur qualitas, quæ de iure, vel stylo Curiæ est exprimenda aliàs nulla redditur impetratio. *Sanchez de matrimonio. lib. 8. disputat.* 21. *num.* 13. & infrascriptæ qualitates sunt exprimendæ.

71 Prima, cura animarum, vt patet ex *cap. cum in illis. in princ. de præb. lib. 6.*

72 Secunda qualitas iurispatr. laicalis vel mixti quoad impetrationem faciendam à Papa, vel legato ex regula 41. Cancell.

73 Et quoad impetrationem coram inferioribus erit habenda mentio etiam iurispat. ecclesiastici. *Monet. vbi sup. num.* 431.

74 Tertia vnio beneficij, quod impetratur facta alteri beneficio per ordinarium ex *cap. quamuis. de rescript. lib. 6. & ex reg. Cancell. de non tollen. iur. quæs.*

75 Quarta obligatio residentiæ annexæ beneficio. *Garc. vbi sup. par. 3. cap. 2.*

76 Quinta valor beneficij ex *regula Cancell.* 44.

77 Sexta, in beneficio electiuo debet exprimi modus electiuus. *dict. cap. cum in illis. §. illis vero,* & habetur in *reg. cancell.* 56. *seu* 57. & si beneficiū sit commendatum, fiat mentio de commenda, & semper exprimi debet verus modus acquirendi beneficium, quod quis vult impetrare. *Moneta vbi sup. num.* 435.

79 Septima, status secularis, vel regularis ipsius beneficij ex *cap. cum de beneficio de præb. lib. 6. & Concil. Trid. sess.* 14. *de reform. cap.* 10.

80 Octaua, si beneficium est hospitale debet exprimi. *Menoch. de arb. iud. casu* 201. *num.* 88.

81 Nona, si beneficium est monoculare, idest, vnicum spectans ad collationem ordinarij. *Menoch. ibid. num.* 94. *Gonzal. vbi sup. glos. 9. §. 4. num.* 4. & 5.

82 Decima, debet exprimi verus vacationis modus, quia expresso vno modo non venit alius, quamuis nullo expresso vocationis modo, omnis modus vacationis veniat. *Menoch. ibidem num.*

num. 110. excepta gratia si neutri.

83 Decimaprima, debet exprimi qualitas illius, per cuius obitum vacauerit beneficium. *vt ex Doct. in cap. susceptum. de rescript. lib. 6. Menoch. ubi supra casu* 201. *num.* 110. *Gonzal. ubi supra glos.* 52. *num.* 6. *Garc. ubi supra par.* 5. *cap.* 1. *à num.* 273. *ad* 343.

84 Decimasecunda, debet exprimi reseruatio beneficij, vt si vacauerit in mense Apostolico *ex regula octaua Cancell.* & si plures sunt reseruationes omnium mentio faciẽda est, alias gratia est nulla. item exprimenda est affectio beneficij, ne gratia sit subreptitia. *Gonzal. d. glos.* 52. *num.* 34.

85 Decimatertia, exprimi debet initium, ingressus in beneficium, vt intratio, *Felin. in cap. in nostra. nu.* 10. *& in cap. postulasti nu.* 14. *de rescrip. Ant. Gabr. com. conclus. lib.* 6. *tit. de clausulis. cõclus.* 4. *Garc. ubi supra par.* 11. *cap.* 10. *num.* 225. *Menoch. d. casu* 201. *num.* 129.

86 Decimaquarta cũ impetratur beneficium Ecclesiæ inferioris, exprimi debet nomẽ Sancti illius. *Menoch.* 201. *num.* 134.

87 Decimaquinta, debet exprimi nomen Canonici, per cuius obitum vacauit Canonicatus, & præbenda. *Staphil. de lit. grat. rubr. de mod. & form. impetr. vers. ideo Menoch. ibidem num.* 135.

88 Decimasexta, debet exprimi statutũ si adest, quod obstet impetrationi beneficij *Menoch. ibi num.* 136. *& facit cap. primum de constit. lib.* 6.

89 Decima septima exprimi debet, an sit dignitas, personatus, vel officium, vt patet tot regula 56. seu 57. *Cãcell.* vel si sit præluenda ferendo talis, diaconalis, vel subdiaconalis. *facit c. ei, cui. de prab. lib.* 6. *& clem.* 2. *de at. & qualit.* vel si sit magistralis, theologalis, doctoralis, vel pœnitentialis. *Gonzal. ubi supra gloss.* 9. *§.* 2. *num.* 78.

90 Decimaoctaua, exprimi debet collatio beneficij alteri facta non solum acceptata *in cap. si beneficia. de præb. lib.* 6. sed etiam nondum acceptata. *cap. accedens de præb.*

91 Decimanona debet exprimi alterius colorata possessio beneficij, quod impetratur. *cap. cum nostris de concess. preb. Menoch. d. casu* 201. *num.* 139.

92 Impetrans debet mentionem facere de beneficio, quod obtinet *ex cap. cũ adeo. cap. postulasti. cap. ad audientiam. il secundo cap. in nostra. & cap. si proponente de rescript. Menoch. ubi sup. num.* 141. etiam si sit beneficium tenue. *d. cap. si proponente.* vel etiamsi non sit consecutus d. primum beneficium, sed solum habet mandatum de prouidendo. *Card. in clem.* 2. *quæst.* 12. *de off. ord.* etiamsi impetrans d. beneficio fuisset spoliatus. *Menoch. ubi sup. num.* 144. quia per spolium non amittitur titulus,

93 sed sola possessio, quæ facile recuperari potest. *Moneta vbi supra num.* 450. etiamsi impetrãs d. primum beneficium occupasset. *Menoch. ubi sup. nu.* 45. vel etiamsi sit beneficium manuale, & amouibile. *Menoch. ibidem nu.* 46. & etiamsi d. beneficium esset resignatum, sed resignatio non dum à Superiore admissa, etiamsi impetrans esset ordinatus ad titulum alterius Ecclesiæ, cum talis titulus

94 habeatur pro beneficium, & impepetrans de canonicatu, quem habet sine præbenda mentionem facere debet, & de pensione quam habet super alio beneficio. *Menoch. vbi supra num.* 47. 49. *&* 51. & sunt etiam ex-

95 primendæ qualitates beneficij obtenti, quæ munere possent Papam ad non concedendum beneficium, vel ad concedendum sed non eo modo *Dec. in cap. ad aures. num.* 12. *de rescript. & ibi Felin. num.* 2. *&* 3. dicit hanc esse commonem, & quoad qualitatem curæ animarum habetur, in *clem.* 1. *de prœbend.* ita exprimi debet valor beneficij obtenti ex *reg.*

96 54. *sess.* 55. *Cancell.* & si impetratio beneficij obtineatur à Legato Sedis

Apo-

97 Apostolicæ beneficij obtenti in ea debet fieri mentio. *cap. vlt. de off. legat. lib. 6. & clem. 2. de off. ordin. vbi Doctor.* attamen non debet fieri mentio beneficij obtenti, quando impe-
98 tratio fit non à Papa, vel eius legato. *d. clem. 2.* neque quando ignoranter obtinet aliud beneficium à Papa, vel eius legato, quod sibi absenti, & ignoranti fuit collatum. *Menoch. d. casu* 201. *num.* 52. nec mentio fieri debet de stypendijs. *Menoch. ibi nu.* 55. & est probabile, quod quis non
99 teneatur exprimere beneficiū, quod quis vult cum effectu dimittere. *Moneta sup. q.* 457.
100 Vigesimaprima debet exprimi qualitas clericatus. *cap. cum adeo. de rescript. vbi* Dec. *nu.* 3. *Gutier. canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 34. & *Menoch. vbi sup. num.* 33.
101 Vigesimasecunda debet exprimi, simpliciter filius naturalis, vel spurius, seu incestuosus ex *ex cap.* 2. *de fil. presb. lib.* 6. *Menoch. vbi sup. nu.* 34. *Card. Paleottus, de nothis, & spurijs. cap.* 57.
102 Vigesimatertia impetrans debet exprimere suum crimen reddens illum eo beneficio indignum. *Felin. in d. c. postulasti. col.* 4. *de rescript. Menoch. vbi sup. num.* 37. vt si sit à beneficio remotus, vel excommunicatus ex *c. dilectus il* 1. *de rescript.* vel si sit suspensus. ex *c. cum dilectus, de consuetud.* & quæ sint crimina, quæ reddunt aliquem ipso iure inhabilem ad obtinenda beneficia, vide *Garc. vbi sup. par.* 7. *c.* 8. & dixi sup.
103 Et quamuis de stylo Curiæ in rescriptis gratiæ, seu iustitiæ impetrans absoluatur à censuris ad effectum dicti rescripti dumtaxat consequendum, tenetur tamen excommunicatus suam excommunicationem exprimere pro gratiæ validitate, aliàs non valeret rescriptum, si non sit apposita dicta clausula absolutionis, vt habetur in *cap.* 1. *de rescript. lib.* 6. *Suarez de censuris. disput.* 17. *sect.* 1. *num.* 2. & Garc. *d. par.* 7. *c.* 13. *nu.* 20. qui dicunt idem esse etiam in rescriptis gratiosis. non tamen prodest di-
104 cta clausula solita in Bullis apponi, teque à quibusuis, &c. in sordescentibus per annum in excommunicatione scienter. *Garc. d. c.* 13. *num.* 61. nec
105 prodest non parentibus rei iudicatæ, incendiarijs, ecclesiarum violatoribus, falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus, hæreticis receptatoribus, & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiasticæ libertatis, apostolicis mandatis ausu temerario non obtemperantibus, nuncios, & executores Apostolicos, eorumque officiales impedientibus, qui ob præmissa, vel eorum aliquid excommunicati à iure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam sustinuerint ex *reg.* 65. *vel* 66. *canc. Moneta vbi sup. à num.* 464. *ad* 471.
106 Vigesimaquarta impetrans beneficium per rescriptum mixtum, aut contra alios impetrantes, debet exprimere suam dignitatem, aliàs gratia est nulla. *c. ad aures. de rescript. vbi Abb. num.* 1. & Dec. *num.* 2. quod procedit in impetrante beneficia minora, non autem maiora, cum tunc cesset ratio expressa in *d. c. ad aures. ita Menoch. vbi sup. num.* 40. & de alijs qualitatibus in impetratione beneficij exprimendis videndi sunt Doctores supra allegati, & præcipuè *Felin. in d. c. in nostra de rescr.*
107 Vigesimaquinta impetrans derogationem posteriorem vnius qualitatis in fundatione alicuius beneficij appositæ, non tenetur facere mentionem anterioris derogationis eiusdem qualitatis, nisi prior gratia esset irrita, & regulariter specialis derogatio præualet generali. latè *Moneta vbi sup. num.* 472.
108 Vigesimasexta impetrans derogationem dd. qualitatum debet facere mentionem omnium vinculorum, & impedimentorum, quæ expressa retar-

tardarent derogantem à tali com-
missione derogationis. *Gonzal. vbi*
sup.glos.13. num.92. Garc.vbi supra
par.8.c.3.num.54.
109 Vigesimasept.debet exprimi pro-
hibitio talis derogationis facta a te-
statore.vt est exēplum in *l.quidā. ff.*
de vsu, & vsufruct. leg. quod decla-
ra. vt per *Monet.vbi sup.à num.474.*
110 Vigesimaoctaua falsa expressio
eorū omniū,& singulorum,quæ sup-
pressa subreptitiam, & nullam gra-
tiam facerent, vitiat mutationem
temporalem,seu derogationē quali-
tatum beneficij.*Hoieda de ben. comp.*
& incompat.par.2.cap.12. num. 17.
veluti si impetrans cum aliud bene-
ficium habeat, asserat se nullum ha-
bere, vel si asserat se esse clericum,
cum non sit, vel quia impetratur
beneficium tanquam vacans, cum
non vacet, vel si vacet, non tamen
sit expressus verus modus vacatio-
nis, vel si sit expressus falsus valor.
de quibus. *Moneta vbi sup.num.482.*
ad 490. declaratur tamen quòd ex-
pressio falsæ causæ, seu qualitatis,
111 quæ verè expressa,seu suppressa red-
deret etiam faciliorem superiorem
ad concedendum, adiecta demon-
strationis gratia derogationi quali-
tatum in fundatione beneficij appo-
112 sitarum,eam non vitiat;secus si cau-
sa illa, vel qualitas sit adiecta gratia
taxationis,seu taxatiuè,& conditio-
naliter, & si vnica exprimatur causa
etiam impulsiua, si falsa sit, corruit
gratia derogationis concessæ, si au-
tem plures causæ siue disiunctiuè,
siue copulatiuè exprimantur, quarū
aliquæ veræ sint,aliç falsæ,vera exi-
stente causa, qua nititur rescriptum,
cæterarum falsitas non obest, gratia
113 tamen vitiatur, si per fraudem, &
malitiam tacitum fuit verum, vel
expressum falsum,& si partes rescri-
pti sint separatæ, seu non habeant
114 connexionem ad inuicem, taciturni-
tas veri, aut falsi expressio in vna
parte non vitiat aliam. vide *Mone-*
tam vbi sup.à num.490.ad 499.

115 Vigesimanona expressio falsa,seu
error in nomine illius,ad cuius fauo-
rem fit impetratio derogationis, eā
non vitiat, si aliàs constet de corpo-
re, idest de persona, cui fit impetra-
tio. *Sanchez de matrim.lib.8. disput.*
116 21.*num.*37.quod non procedit,si er-
ratum sit in nomine diœcesis illius,
pro quo fit impetratio, vt si sit de
diœcesi Pisana, dicatur de Florenti-
na.*Sanchez vbi sup.num.39.*
117 Trigesima,falsa expressio, seu er-
ror in vocabulo, aut alia demonstra-
tione rei, circa quam versatur dero-
gatio,vbi aliàs satis constet,quod de
ea re senserit impetrans, vel conce-
dens derogationem, concessionem
non vitiat, vt si dicatur beneficium
S.Petri, cum sit.S.Pauli.& probatur
per *tex. in l.si quis in fundi vocabulo.*
in princ. ff.de leg.1. & per text. in l.
demonstratio falsa.ff. de condit. & de-
monst.in princ.
118 Trigesimaprima,falsa causa adie-
cta derogationi alicuius qualitatis in
beneficij fundatione appositæ regu-
lariter derogationem non vitiat. ex
d. l.demonstratio falsa. §. quod autem
iuris.
119 Trigesimasecunda,expressio falsa
vnius maioris vinculi, seu impedi-
menti loco minoris diuersæ speciei,
vel minoris loco maioris eiusdem
speciei in derogatione impetranda
vitiat derogationem.ex adductis per
Sanchez vbi sup. d.lib.8. disput. 24.
*num.18.& 19.*etiamsi impetrationis
tempore cōmunis error adesset iux-
120 ta id, quod falso fuit expressum.*San*
chez ibi num.20.
121 Trigesimatertia nemo potest sine
speciali mandato alteri impetrare
rescriptum ad litem, cui accessoria
sit derogatio qualitatis appositæ in
beneficij fundatione. *c. nonnulli. §.*
sunt & alij,& c.ex parte. de rescript.
secus si impetretur derogatio per re-
scriptum gratiæ. *Garc.vbi sup. par. 6.*
cap.2.num.4.
122 Trigesimaquarta, gratia deroga-
tionis qualitatum in fundatione be-
neficij

neficij appositarum, vel commissionis ad derogādum alteri impetrata, ei non prodest, nisi post eius scientiā & acceptationem ex *c.* 1. *vers. ex parte. & ibi glos. in verbo vim suam. de conc. præb. lib. 6.* nisi facta sit gratia motu proprio concedentis, & non per hoc concedens dictam gratiam reuocare potest. vide *Monetam vbi sup. num.* 508. *& seq.*

123 Tertio principaliter est videndum de forma seruanda à Superiore in derogatione qualitatum in beneficij fundatione appositarum, &

124 Primo derogatio alicuius ex dd. qualitatibus, quæ priuata auctoritate fieri potest, non est necessariò committenda ordinario, aut ab eo, vel alio superiore postulanda. ex *l. vnica. in princ. C. de Thesaur. lib.* 10.

125 Secundò derogatio, quæ à Papa, vel ordinario, alioue inferiore fieri potest, non est necessariò committenda à Papa eisdem inferioribus, sed eam ipsemet exequitur *Moneta vbi sup. num.* 513. *& seq.*

126 Tertiò antequam derogatio à Papa in forma gratiosa concessa executioni mittatur, de eiusdem gratiæ veritate potest Episcopus, & ordinarius cognoscere tāquam Sedis Apostolicæ delegatus ex *Conc. Trid. sess.* 22. *de reform. c.* 6. & per clausulas

127 generales in literis apponi solitas, nō obstantibus, &c. derogatum non censetur qualitatibus in beneficij fundatione appositis. *Moneta vbi supra num.* 517. *& seq.*

128 Quartò in facienda dicta derogatione vel ab ordinario iurisdictione ordinaria, vel ab executore potestate delegata, vbi etiam aliquis ad d. derogationem est vocandus, non est necessaria citatio propriè dicta, nisi post legitimam partis oppositionem seu contradictionem. *Moneta vbi sup. num.* 519.

129 Quintò qn̄ in rescripto talis derogationis adest clausula vocatis vocandis, vel vocatis quorum interest, regulariter sunt citandi illi, qui ex dicto actu lædi possunt. aliàs actus erit nullus; quia dicta clausula inducit conditionem, & formam, qua omissa actus corruit. *c. cum dilecta. de rescript. & c. cum venerabilis. de off. deleg.*

130 Sextò quando non adest dicta clausula, vocatis, &c. tamen ad prædictam derogationem requiritur vocatio illorum, qui ex tali actu lædi possunt, vt ipsis præiudicet, si tamen aliqui non vocentur, tamen actus nō corruit quoad vocatos. & probatur ex *l. de vnoquoque in princ. ff. de re iudic.*

131 Septimò in tali derogatione regulariter requiritur consensus fundatoris, vel eius hæredis. probatur ex *c. nos quidem de testam. Marc. Anton. Genuen. in praxi cur. Archiep. Neap. c.* 20. *nu.* 5. *Lambertin. vbi sup. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 7. *art.* 30. *nu.* 2. *cum seq.* quod non procedit, quando tacitè derogatur alicui qualitati appositæ à fundatore, vt si patronus scienter Episcopo scienti præsentet aliquem non habentem dictam qualitatem. *Lambert. d. art.* 30. *num.* 2. *cum duobus seqq.*

132 Item non procedit, quādo ex causa necessitatis, aut magnæ vtilitatis Ecclesiæ Episcopus derogat dictis qualitatibus, quia tunc id facere potest etiam inuitis patronis. *Lamber. d. art.* 30. *num.* 3. 7. 8. 12. *&* 15.

133 Octauò quilibet præter primū beneficij fundatorem, vel eius hæredē, aut successorē habens aliquod principale interesse, vel qui potest habere in tali derogatione, debet regulariter dictæ derogationi consentire, aliàs ei non præiudicat, quia quod ad omnes tangit ab omnibus debet

134 approbari. *c. quod omnes de reg. iur. lib.* 6. qui consensus potest etiam post factum interuenire. *c. si qua de rebus.* 12. *quæst.* 2. *cap.* 2. *de his quæ fiunt à præl. sine consensu Cap.*

135 Nonò quamuis in tali derogatione, quæ fit auctoritate Papæ non exigatur consilium, seu assensus Capituli

pituli Cathedralis, in cuius Ciuitate vel Diœcesi situm est beneficium, tamen eius consilium saltem exigitur in derogatione facienda ab Episcopo *probatur ex cap. pastoralis. de his, quæ fi. à pr. fi. con. cap. & c. si capitulo. de conc. præb. lib. 6.* & nouem regulas in praxi prædictæ derogationis à derogante obseruandis ponit *Moneta vbi supra num.* 533. *ad* 542.

136 Vltimo principaliter est videndum quibus modis expiret derogatio qualitatum in fundatione beneficij appositarum.

137 Et primò, quoties derogatio committitur per rescriptum iustitiæ, expirat iurisdictio morte naturali, vel ciuili ipsius committentis si res sit integra. *probatur ex l. & quia. ff de iurisd. omn. iud. cap. relatum. cap. gratum. & cap. licet vndique de off. deleg. & cap. vlt. de off. leg.*

138 Secundò, commissio derogationis prædictæ concessa per rescriptum gratiæ, ita vt gratia facta dici possit, nō expirat morte committentis etiā re integra. *probatur ex cap. si super gratia de off. deleg lib. 6. & cap. si cui nulla. in primo resp. de præb. lib. 6.*

139 Tertiò, per mortem naturalem commissarij dictæ derogationis expirat in eo commissio etiam quoad negocia cepta, quia mors omnia soluit. *§. deinceps Auth. de nuptijs*, per mortem autem ciuilem suspenditur. *Moneta vbi supra num* 54 . *& seq.*

140 Quartò, per mortem naturalem, & aliquam saltem ciuilem subdelegati à commissario derogationis re non integra expirat iurisdictio in commissario. *ex cap. quamuis. à contrario sensu. de off. deleg. lib. 6.* re autem non integra non expirat. *vt in d. c. quamuis.*

141 Quintò, per mortem naturalem illius, cui primo delegata est derogatio re integra in eius subdelegato expirat facultas derogandi, secus re nō integra. *prob. ex cap. licet vndique. de off. deleg.*

142 Sextò, per mortem ciuilem delegati non expirat regulariter, sed suspenditur in subdelegato talis cōmissio re integra existente quoad dictum subdelegatum. *ex d. c. quamuis.*

143 Septimò, quando derogatio à Superiore conceditur per rescriptum gratiæ, seu per modum priuilegij, si concessio est personalis extinguitur cum persona impetrantis, si sit realis transit ad posteros. *prob. ex l. forma. §. quamquam. ff. de censibus, & cap. priuilegium de reg. iur. lib. 6.*

144 Octauo, derogatio concessa per rescriptum gratiæ, vel iustitiæ per mortem ciuilem eam impetrantis interdum suspenditur, aliquando redditur frustratoria, aliquando ad alios transmittitur, vt per *Monetam vbi supra num.* 552.

145 Nono, per mortem naturalem re integra illius, contra quem quis generaliter derogationē impetrauit per rescriptū iustitiæ dictum rescriptum expirat, *ex c. significauit de rescript.*

146 Decimo, per mortem ciuilem illius, contra quem per rescriptum iustitiæ concessa est derogatio, nunquam d. rescriptum expirat, sed aliquando supenditur, donec dictus aduersarius in pristinum statum restituatur, *vt per Monetam vbi supran.* 554.

147 Decimoprimò, derogatio concessa per commissionem, vel rescriptū iustitiæ, seu per modum priuilegij expirat per lapsum temporis in ea præstituti. *probatur in l. 2. §. si et iudex ff. de iudic. & cap. de causis in princ.*

148 *de off. deleg.* & si derogatio sit concessa ad suæ voluntatis beneplacitum, regulariter expirat iurisdictio, gratia, seu priuilegium per mortem concedentis etiam re non integra. *probatur ex cap. si gratiose. de rescript. lib. 6. Moneta vbi sup. num.* 560.

149 Decimosecundò, quando causa, quæ ab initio fuit vera, erat finalis causa cōmissionis, vt fieret derogatio, si dicta causa cesset, cessat derogatio regulariter, seu eius commissio, secus si causa erat tantum impulsiua. *Tiraquell. in tractatu, cessante causa cessat*

cessat effectus. in princ. num. 11. 12. *&* 13. nisi aliquæ reliquiæ dictæ causæ finalis remanerent, quia tunc non extinguitur dicta derogatio ita in priuilegio tenet *gloss.* 1. *in cap. decet. & ibi* Dinus *num.* 3. *&* 4. *de reg. iur. lib.* 6. Tiraquell. *vbi sup. limit.* 16. *n.* 1. *& seqq.* nec tunc cessat derogatio, quæ non aduersatur iuri communi, prout in quouis priuilegio probat. *Suarez lib.* 8. *de legib. cap.* 30. *num.* 2. & in quauis gratia est optimus. *tex. in cap. si cui nulla de præb. in* 6.

150 Decimotertiò quando derogatio deducta est ad actum vltimatum aut consummatum effectum consistentē in vnica actione siue impetrantis, siue concedentis, tunc cessante derogationis causa non cessat ipsa derogatio. *Suarez. d. lib.* 8. *de legib. c.* 30 *num.* 3. *&* 4. quod procedit etiam in actu inchoato, qui pro perfecto habeatur. *Tiraquell. vbi sup. limit.* 12. *nu.* 19. idem etiam procedit in actu non consummato, qui venit ex consequentia consummati, & quoad actus futuros, qui commodè diuidi non possunt ab actu iam consumato, non tamen procedit, si dicta derogatio

151 fuerit concessa tali causa durante, quia ea deficiente expirat derogatio *Moneta vbi sup. num.* 365. *& seqq.*

152 Hinc infertur, quod derogatio alicuius oneris, seu seruitij in fundatione beneficij adiecti facta ob diminutionem redituum beneficij, cessat ijs auctis. *Tiraquell. vbi sup. in princ. & quoad gratiam. num.* 116. *& quoad priuilegium. à num.* 210. *ad* 220. *quoad dispensationem. Sanchez de matrim. d. lib.* 8. *disput.* 30. *nu.* 13. *&* 14. & quoad commutationem vltimæ voluntatis. *Moneta vbi supra in tract. de commut. vlt. volunt. cap.* 8. *quæst.* 5. *concl.* 1. *&* 6. attamen non statim cessat dicta derogatio auctis reditibus, sed superioris ministerio declarari debet. *Felin. in cap. cum* M. *Ferrariensis. col.* 8. *de constit.*

153 Decimoquartò Princeps supremus potest ex causa derogationem ad vltimum effectum ex parte concedentis deductam, & ab impetrante acceptatam reuocare, non autem inferior. *Moneta d. c.* 8. *quæst.* 6. *conclus.* 1. *& ibi conclus.* 3. ait in dubio non censeri reuocatam.

154 Decimoquinto per posteriorem derogationem de eadem re concessā alteri, non cēsetur reuocata prior derogatio alteri impetranti concessa, nisi de ea mentio fiat. ita in priuilegio tenet *gloss. vlt. in c.* 1. *de rescript. Moneta d. cap.* 8. *quæst.* 6. *conclus.* 4.

155 Decimosextò commissarius, cui ex delegatione, vel subdelegatione commissa est derogatio, non potest absque iusta causa commissionem non suscipere, aut susceptam dimittere, probatur ex *l. vlt.* §. *iudicandi quoque necessitas. ff. de muner. & honorib. & ex c. prudentiam.* §. *adijcimus vbi gloss. in verbo arguendus. ff. de off. deleg. Moneta d. c.* 8. *quæst.* 7. *concl.* 1.

156 Decimoseptimò ille, cui fit commissa derogatio, aut alius, cui aliàs ei competit referendo, seu remittendo negocium ad committentem, seu superiorem, amittit iurisdictionem. probatur ex *c. licèt de off. deleg.*

157 Decimooctauo, si commissarius derogationis in causæ cognitione tamquam collegam sibi associet eū, qui tunc secum iurisdictionem in ea non habet, expirat dicti commissarij iurisdictio, ita est in omni delegato. *gloss. in c. significantibus. verbo, procedere non debere. de off. deleg.*

158 Decimononò si dictus commissarius deferat appellationi coram se interpositæ, aut pronunciet sibi in d. negocio nullam competere iurisdictionem, eam amittit, & est idem in quolibet delegato. *gloss. in cap. in literis. verbo, officio suo functus. de off. deleg. Moneta. d. c.* 7. *quæst.* 7. *concl.* 3.

159 Vigesimò proposita legitima causa recusationis inferioris, qui erat derogaturus alicui qualitati in fundatione beneficij appositæ, siue ordinarius sit, siue delegatus, dicta causa non probata intra debitum tem-

pus

pus, ex tunc sua iurisdictione vti potest, ea tamen probata, recusatus cum consensu recusantis negocium idoneæ personæ committere debet, vel ad superiorē transmittere probatur ex *c. secundo requiris. §. 1. & c. cũ speciali. in princ. de appell. iuncto cap. legitima. de appellat. lib. 6. cap. licet ex suscepto. de for. compet. iuncto cap. si quis contra de for. compet. & cap. ad hæc ij 3. de appell.*

160 Vigesimoprimò, pendente compromisso super beneficio, vel re ad eius bona, vel reditus pertinente, licebit alteri partium soluta pęna cõpromisso adiecta, adire ordinarium, vel delegatum habentem facultatē ad derogandum, & suum aduersariũ super re compromissa conuenire, probatur ex *l. si quis rē, & l. non distinguemuſ. §. compromisso. l. litigatores, et l. item si vnus. §. 1. ff. de recep. arbit.* & pēdente reductione laudi, ad arbitriũ boni viri, tunc non solũ suspenditur laudi executio, sed etiam potestas ordinarij, vel delegati ad eam derogationem faciendam. probatur ex *dictis per Monetam d. c. 8. quæst. 8. concl. 4. & c. 9. q. 8. concl. 21. in fine.*

162 Vigesimosecundo, appellatio interposita ab inferiore derogante, aut cum non debet, derogare volētem, suspendit ipsius iurisdictionem, & secutæ derogationis executionem impedit ex *rubr. & l. 1. ff. nil nouari appell. pend. cap. super quæstionum. §. 1. de off. deleg. l. 1. in fine. ff. ad turpilianum. & cap. venientes in princ. & §. vlt. de iureiur.*

163 Vigesimotertiò suspenditur derogantis iurisdictio, eiusque executio, dum dictæ derogationis nullitas incidenter cognoscitur. *Moneta d. c. 8. quæst. 8. conclus. 6.* secus si principaliter de nullitate cognoscitur. *Lancellott. de attent. par. 2. c. 17. num. 17. & seqq. & num. 62.*

164 Vigesimoquartò, expressa derogationis renunciatio facta ab impetrante regulariter derogationem extinguit, neque amplius ea vti potest. *Moneta d. cap. 8. quæst. 9. concl. 1. Suarez de legib. lib. 8. c. 33. num. 3.*

165 Vigesimoquintò, derogatio tollitur per tacitam impetrantis renunciationem. *Moneta d. quæst. 9. concl. 2. & declarat Moneta d. c. 10. num. 591. & seqq.*

166 Vigesimosextò, derogatio concessa per modum priuilegij, seu per rescriptum gratiæ saltem aliquando per non vsum expirat. *ex l. 1. ff. de nundinis. cap. si de terra. & cap. accedentibus. de priuilegijs.*

167 Vigesimoseptimò item dicta derogatio amittitur per contrarium vsum ex traditis per *Suarez de legib. d. lib. 8. cap. 35. num. 2. glos. in cap. gratum, verb. recessum. de off. deleg. & in c. ex ore. verbo renunciasse de his, quæ fiunt à maior. par. capit.*

169 Vigesimooctauò, & vltimo dicta derogatio plerumque amittitur, & extinguitur per ipsius derogationis abusum. *Suarez d. lib. 8. de legib. c. 36 num. 1. Moneta d. cap. 8. quæst. 10. concl. 3. & d. c. 10. num. 599. & seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Mutatio status ecclesiarum, & beneficiorum alia substantialis, alia accidentalis.*
2 *Mutatio status ecclesiarum quid sit.*
3 *Et est à iure introducta ob necessitatem vel vtilitatem.*
4 *Status ecclesiarum mutari potest tam inductus ex constitutione inter viuos, quàm causa mortis.*
5 *Status denotat permanentiam, & durationem.*
6 *Status secularitatis, & regularitatis ecclesiæ, & beneficij mutari potest.*
7 *Status mutatur, quando Ecclesia manualis fit perpetua.*
8 *Et quando curata fit non curata, & è contra.*
9 *Et quando beneficium requirens residentiam, fit quod non requirat.*
10 *Et si certum ordinem requirat, fit vt amplius non requirat.*
11 *Et quòd ecclesia non collegiata fiat collegiata.*

Digitized by Google

12 Et *quod ecclesia iurispat. fiat libera*.
13 *Mutare qui possint statum ecclesiarum & beneficiorum*.
14 *Fundator ecclesiæ, & eius hæres cum consensu* Episcopi *possunt mutare statum ecclesiarum*.
15 *Papa mutare potest statum ecclesiarum, & beneficiorum*.
16 *Legatus etiam interdum statum beneficiorum mutare potest*.
17 *Status beneficiorum mutatur cum expressione omnium qualitatum eorundem*.
18 *Impetrans mutationem status beneficij non tenetur mentionem facere alterius anterioris mutationis*.
19 *Debet tamen facere mentionem omnium vinculorum, & impedimentorum*.
20 *Rescriptum ad lites non potest pro alio impetrari sine mandato, si in eo veniat mutatio status beneficiorum*.
21 *Gratia mutationis status ecclesiarum non prodest ante acceptationem*.
22 *Forma seruanda in mutatione status beneficiorum*.
23 *Gratia super mutatione status beneficiorum quibus modis expiret*.
24 *Beneficia aliquando supprimuntur, vniuntur, & incorporantur*.
25 *Suppressio beneficiorum, quæ, & quotuplex*.

CAPVT QVARTVM.

De mutatione status ecclesiarum & beneficiorum.

1 MVTATIO status ecclesiarum, seu beneficiorum alia est substantialis, idest quoad totã substantiam, & essentiam, alia est accidentalis quoad aliquid ex his, quæ substantiæ accidunt, & mutatio est, in qua contingit conuersio, seu alteratio. *Moneta in tract. de commutat. vltim. volunt. cap. 1. quæst. 1. circa finem. & quæst. 2 circa princ.* & nihil aliud est dicta mutatio, quam actus legitimus, quo ecclesia, vel beneficium ab vno statu 2 in alium transfertur. ita *Moneta vbi sup. cap. 11. num. 25.* & dicta mutatio est introducta à iure ob 3 necessitatem, vel vtilitatem præcipuè ipsius ecclesiæ, vel beneficij, probatur ex *cap. inter quatuor de relig. domib. & ex cap. ad audientiam. il 2. in princip. de ecclesiis ædific.* de mutatione status ecclesiarum, & beneficiorum vide *Card. Seraf. dec. 950. dec. 1227. 1444. & 1273.*

4 Et est notandum, quod status ecclesiarum, & beneficiorum creatus, seu inductus ex dispositione inter viuos, siue causa mortis æque mutari potest. *Moneta d. c. 11. num. 87.* status autem regulariter importat permanentiam & diuturnam durationẽ seu qualitatem, aliamue rem permanentem, ac diu perdurantem, vt in simili de triplici statu habetur in *Concil. Trid. sess. 24. c. 10. de sacram. matrim. & de statu beneficiorum. in sess. 21. cap. 5. de reform. & sess. 25. de ref. cap. 9. & cap. 16.* & de hac nominis status significatione vide Albericum Schardium, & alios auctores lexicorum iuris, in verbo status. 5

6 Primò status secularitatis, aut regularitatis ecclesiæ, seu beneficij mutari potest, idest, vt ecclesia secularis fiat regularis, & è contra. late *Moneta d. cap. 11. quæst. 4. nu. 91. & seq.*

7 Secundò itẽ mutatur status, quando ecclesia manualis fit perpetua, & è conuerso.

8 Tertiò quod ecclesia parochialis & curata fiat non parochialis & non curata, & è contra.

9 Quartò quòd beneficium requirens residentiam fiat tale, quod residentiam non requirat.

10 Quintò quod beneficiũ si requirat certum ordinem, quod fiat tale ita vt amplius d. ordinem non requirat, & è contra.

11 Sextò quod ecclesia non collegiata fiat collegiata, & è contra.

Septi-

12 Septimò quod ecclesia iurispatronatus fiat libera, & è conuerso. latè *Moneta d.cap.11.quæst.4.à nu. 91. vsque ad finem dictæ quæstionis.* & quid sit ecclesia manualis, regularis, &c. dixi sup.lib.1.cap.1.

13 Nunc videamus quinam possint statum ecclesiarum, & beneficiorum mutare, qui sunt infrascripti. videlicet.
14 Fundator ecclesiæ, seu beneficij cum Episcopi consensu, hæres vel successor fundatoris, executor testamentarius deputatus à fundatore, item mutatur status beneficiorum consuetudine, seu præscriptione legitima.

15 Papa mutare potest prædictum statum. probatur ex *c.omnes.dist.32. cap.2. de præb. lib.6.* Legatus de latere aliquando potest dictum statũ
16 mutare, de quibus, & de alijs, qui dictum statum mutare nequeunt. vide *Monetam d. cap. 11. quæst. 5. à num.188.ad num.366.*

17 Mutatio autem prædicta regulariter fit ex aliqua causa, veluti propter ecclesiæ, & beneficij vtilitatem vel aliam necessitatẽ, & in ea obtinẽda, exprimenda sunt ea, quæ de stylo Curiæ exprimi solent, veluti si ecclesia sit parochialis, & curata, iurispat.laicalis, vel mixti, an sit ecclesia vnita, & habeat obligationem residendi, cuius sit valoris, modus electiuus, si beneficium sit seculare & impetratur à regulari, & è contra, verus modus vacationis, an sit affectum, vel reseruatum, exprimi debet vitium ingressus, & litigiosi, & si est beneficium ecclesiæ inferioris, debet exprimi nomen Sancti eiusdẽ beneficij, & ecclesiæ status, si adest quod obstet tali beneficio, an sit dignitas, personatus, vel officium, an sit præbenda sacerdoralis, diaconalis, subdiaconalis, magistralis, Theologalis, Doctoralis, vel Pœnitentialis: item debet exprimi collatio beneficij alteri facta, item beneficium, quod ante impetrans obtinet vel ius, quod habet ad illud. item clericatus, vel defectus ipsius, crimẽ reddens impetrantem indignum tali beneficio. item impetrans debet exprimere suam dignitatem si rescriptum sit mixtum, seu contra alios impetrantes de quibus latè *Moneta d.cap.11.à num.367.ad nu.425.*

18 Accedit, quod impetrans mutationem status ecclesiæ & beneficij non tenetur facere mentionem prioris mutationis alterius status, secus in mutationibus eiusdem status: itẽ
19 facere debet mentionem omnium vinculorum, seu impedimentorum, & prohibitionis factæ à restatore circa dictam mutationem; & falsa expressio singulorum, quorum taciturnitas, seu suppressio nullam, vel subreptitiam redderet talem mutationem eamdem mutationem, & gratiam super ea concessam vitiat. *Moneta d.cap.11.à num.425.ad num.450.*

20 Insuper non potest quis alteri absque mandato speciali rescriptum ad lites impetrare, cui accessoria sit mutatio status alicuius ecclesiæ, seu beneficij, secus quando talis mutatio impetratur per rescriptum gratiæ. *Moneta vbi sup.in d.tract.de com mut.vlt. volunt. cap.6. quæst.6. præmiss.3.& concl.1.in princ.& concl.2.*
21 & si sit dicta gratia mutationis status alteri impetrata, ei non prodest, nisi post eiusdem scientiam, & acceptationem. *Moneta. dict. cap.11. nu.451.*

22 Forma autem, quæ seruari deber à Superiore mutant statum ecclesiæ, seu beneficij ponitur à *Moneta d.cap.11.à num.451.ad nu.493.* & faciunt dicta in *capite præcedenti de derogat. qualit. in fundat. benef. apposit.*

23 Quibus autem modis expiret gratia concessa super mutatione status ecclesiarum, & beneficiorum vide eundem *Monetam.d.c.11.à nu.492. ad 543.*& faciunt dicta in *cap. præcedente, de derog. & qualit. in fund. benef. apposit.*

24 His accedit, quòd non solum derogatur

rogatur alicui qualitati appositæ in fundatione beneficij, ac mutatur status ecclesiæ, & beneficij, sed etiam ipsa beneficia supprimuntur, vniuntur, & incorporantur. vt dicam infra in cap. de vnionibus. latissimè tractat *Moneta vbi sup. cap. 12. & vlt. à nu. 1. ad finem d. capit.* vbi docet,
25 quid sit suppressio beneficiorum, quotuplex sit, quo iure, & ob quam causam sit introducta, quænam beneficia supprimi possint, quinam possint beneficia supprimere, quænam sint obseruanda ab impetrante alterius beneficij suppressionem, quænam forma seruanda sit à superiore beneficium aliquod supprimente, & quibus modis expiret beneficiorum suppressio.

SVMMARIVM.

1 *Vnio quid denotet.*
2 *Vnio quid sit.*
3 *Vnio ex quibus causis fiat.*
4 *Vnio fit tribus modis.*
5 *Vnio aliquando fit, vt ex duobus beneficijs fiat vnum.*
6 *Interdum, vt vnum beneficium alteri subijciatur.*
7 *Aliquando fit ad inuicem æque principaliter.*
8 *Vnio beneficij liberi ad beneficium iurisp. fieri non potest.*
9 *Vnio beneficij vnius diœcesis cum alio alterius diœcesis fieri nequit.*
10 *Ecclesia curata cum alia curata quando vniri possit.*
11 *Beneficiũ vniri potest Seminario iam erecto.*
12 *Beneficia simplicia possunt vniri Cathedralibus, & curatis ecclesiis.*
13 *Vnio quando censeatur facta, & quomodo.*
14 *Denominatio fit à digniori, & potentiori.*
15 *Beneficia reseruata vniri nequeunt.*
16 *Vniones ad vitam hodie fieri non possunt.*
17 *Vnio facta ita vt ex duobus fiat vnum quid operetur.*
18 *Et quid si vnio facta sit, vt vnum alij subijciatur, vel fient æque principaliter.*
19 *Beneficij vniti vacatio non datur.*
20 *Beneficij principalis natura attenditur non annexi.*
21 *Beneficium alteri vnitum accessoriè vtitur eius priuilegio.*
22 *In ecclesiis vnitis illa est principalis, quæ denominationem retinet.*
23 *Beneficium principale in impetratione debet exprimi, non vnitum.*
24 *Canonicus habens parochialem annexam vbi teneatur residere.*
25 *Lis introducta super beneficio vnito non est super beneficio.*
26 *Publicatio resignationis beneficiorum vnitorum fit in beneficio principali.*
27 *Vnio æquè principaliter facta quid operetur.*
28 *Et tunc in impetratione debet fieri mentio de vtroque beneficio.*
29 *Papa potest vnire ecclesias Cathedrales.*
30 *Episcopus aliquando potest vnire beneficia sua diœcesis.*
31 *Legatus potest vnire beneficia suæ prouinciæ.*
32 *Capitulum sede Episcopali vacante succedit in potestate vniendi beneficia.*
33 *Vicarius generalis Episcopi absque speciali mandato non potest vnire beneficia.*
34 *Inferior Episcopo non potest vnire beneficia.*
35 *Papa solus potest facere vniones ad vitam alicuius.*
36 *Vniendi potestas in multis restricta est à Conc. Trid., idest,*
37 *Ne beneficia vnius diœcesis cum beneficijs alterius vniantur.*
38 *Beneficia curata non possunt vniri monasterijs.*
39 *Vnio fieri non potest secundum decretum Conc. Trid. c. 18. de ref. sess. 23.*
40 *Beneficia libera beneficijs patronatis vniri nequeunt.*
41 *Episcopus quando possit vnire ante eorum vacationem beneficia reseruata, seu deuoluta.*

Nisi

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM.

De Vnionibus Beneficiorum.

1 VNIO est nomen generale sub se continens species, videlicet suppressionem, extinctionem, annexionem, incorporationem, applicationem, & dismembrationem, de quibus habetur in *regul.* 12. *seu* 13. *Cancell. Apost. relata à Quaranta in Summa Bullarij. in ver. Regulæ Cancell. Apostolicæ, & apud Hoiedam de benefic. compatib. & incompatib. p.*2. *cap.*3.*num.*3.*Gonzal.in comment. ad reg.*8.*Cancell.glos.*5.§.7.*nu.*155. *Io. à Chockier circa initium sui commentarij ad d.reg.*12.*seu* 13.*Cancell.*& de beneficiorum suppressione latissimè pertractat *Moneta in tractatu, de cõmutationib. vltimarum volunt. c.* 12. *per totum.*

2 Vnio autem est beneficiorum, seu ecclesiarum ab Episcopo, vel alio Superiore facta annexio, quæ vel est perpetua, vel ad tempus. *Rebuff. in praxi benefic. tit. de vnionib. beneficiorum. nu.*1. *& seqq.* quæ vnio fit
3 ob vtilitatem, vel necessitatem eccle-

fiat ex Concil.Trid.sess.22.de reform. cap.13.Aug.Barbosa de off. & potest. Episc.par.3.alleg.66.nu.1.& seqq. est ergo videndum de pluribus, &

Primò, quot modis fiat vnio, & quid operetur.

Secundò, quis possit vnionem facere, & ex qua causa.

Tertiò, quæ forma, & solemnitas requiratur in facienda vnione.

Quartò, & vltimo, quomodò probetur vnio, & quando dicatur effectû sortita, & de illius reuocatione.

4 Ad primum dico vnionem tribus modis fieri secundum glos.in cap. & temporis qualitas. verbo, vnire. 16.q.1.Rebuff. vbi sup. nu.15.& seq. Pet. de Vbaldis in tract. de vnionibus.c.1. à nu.6. Staphil.de lit.grat.tit.de modis prou.nu.18. Hoieda vbi sup. d.cap.3. nu.2. Gonzal. d.§.7.nu.26.& seqq. Garcia de benef.p.12.cap.2. de vnione.nu.7.& seqq. Barbosa vbi sup.n.2.

5 Primo modo, fit vno quando ita fit, vt ex duobus beneficijs vnũ fiat. ad text.in c.decimas.16.q.1.

6 Secundo, quando fit per viã subiectionis, vt vnum beneficium alteri subijciatur. ad text. in c. quia monasterium. de Religiosis domibus.

7 Tertio, fit vnio duorum beneficiorum ad inuicem æquè principaliter, vt vtrumque remaneat cum suis proprijs bonis, & iuribus distinctis. glo. & Doctores in d.cap.& temporis qualitas.16.q.1.

8 Et est notandum, quòd hodie fieri prohibentur vniones de beneficijs liberis ad beneficia iurispatronatus ex decreto Conc.Trid. sess.25. de reform.cap.9.vers.insuper. neque
8 potest fieri vnio beneficij vnius diœcesis cum beneficio alterius diœcesis. ex Conc.Trid.sess.14.de ref.c.9.
10 potest tamẽ vniri ecclesia curata cũ alia ecclesia curata propter paupertatẽ.ex d. Conc.Trid.sess.21.de ref.c.5.& sess.25. de ref. d. c.9. in fine. &
11 potest vniri beneficium Seminario scholarium erecto. ex d. Conc.Trid. sess.23.de reform.cap.18.

Item vniri possunt beneficia simplicia residentiam non requirentia
12 Cathedralibus, Collegiatis, vel curatis ecclesijs. ex eodem Conc.Trid. sess.21.d.cap.5. & sess.24.de reform. cap.13. & cap.15. & quando facta
13 censeatur vnio, & quando præsumatur facta accessoriè, vel ad inuicem æquè principaliter. vide glossam in clem.2.de preb. in verbo, ecclesias.Felin.in c.translato.nu.6. de constit. Rebuff.vbi sup. nu.19. & Hoiedam vbi sup.d.cap.3.nu.5. & in dubio est attendendum quid sit magis dignum, quòd si non patet, recurrendum est ad denominationem. Felin.vbi sup. & Put.dec.442.num.4.lib.1. semper
14 enim à digniori, & potentiori fit denominatio. Put.dec.274. à nu.6.lib.1.Rota.dec.183.num.1.par.2.diuers. Gonzal.d.§.7.nu.127.& seq.

15 Item non possunt vniri beneficia reseruata. ex reg.8. Cancell. relata à Quaranta vbi sup. Gonzalez d.§.7.
16 num.136.& vniones ad vitam alicuius hodie fieri prohibentur, ne sub illarum prætextu plura beneficia incompatibilia simul retineantur. vt habetur in Conc.Trid.sess.7. de refor. cap.4.

17 Vnio autem primo modo supradicto facta operatur, vt consuetudo, & priuilegia data vni competant alteri, & si contraria sint, meliora, & fauorabiliora conseruabuntur. Rebuff.vbi sup. Gonzal.d.§.7.nu.28.& 55.Garc.vbi sup. nu.10.

18 Et in terminis vnionum factarum iuxta secundum, & tertium modos supradictos, huiusmodi vnio operatur extinctionem, & suppressionẽ tituli, & nominis beneficij vniti, si accessoriè fiat. Oldrad.cons.257.nu.15.Felin. in cap. in nostra. coroll. 33. de rescrip.Sarnen.in reg.de triennali. quæst.8. Rebuff.vbi sup. in forma nouæ prouis. in uerbo, cum annexis.Cassad.dec.2.n.2.de union.Garc.vbi sup. nu. 12. & sic vnum tunc est beneficium dumtaxat. Flamin.Paris.de resignat.benef. lib.12.q.3.nu.50.& nõ

datur

19 datur vacatio beneficij vniti. *Rebuff. ubi sup. d. tit. de unionib. nu.* 12. & at-
20 tenditur tantum qualitas, & natura principalis beneficij, non autem annexi. *glos. in clem. per literas. verbo, ecclesias. & ibi Card. quaest.* 17. *de praebend.* & beneficium vnitum alteri
21 beneficio accessoriè vtitur eius priuilegio. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 184. *nu.* 40. & in ecclesijs
22 vnitis magis principalis illa est, quae denominationem retinet. *Gratian.*
23 *ibid. nu.* 39. & in impetratione beneficiorum vnitorum principale debet exprimi, nec est opus exprimere illud quod accessoriè vnitum est. *Rebuff. in d. ver. cum annexis. & d. tit. de vnionib. nu.* 14. *Paris. vbi sup. lib.* 10. *quaest.* 2. *nu.* 36. Item habens Ca-
24 nonicatum, seu Dignitatem, cui accessoriè sit vnita parochialis ecclesia, perpetuò residere debet in canonicatu, seu dignitate, nec tunc requiritur aetas vigintiquinque annorum, sed sufficit aetas requisita ad canonicatum, & dignitatem, neque in beneficio vnito habet locum regula de triennali, & lis introducta super
25 beneficio vnito non est lis super beneficio. prout de his latè *Garc. vbi sup. d. c.* 2. *de vnione. nu.* 23. *ad* 37. &
26 in casu resignationis beneficiorum vnitorum, sufficit fieri publicationē in ecclesia, & beneficio principali. *Garc. ibidem.*

27 Vnio autem aequè principaliter facta operatur tantū, vt rector vnius sit rector alterius, verum vtrumque beneficium remanet beneficium in suo statu, & honore, prout antea. *glos. in d. cap. & temporis qualitas.* 16. *q.* 1. *Rebuff. d. tit. de vnion. n.* 15. *Gonzalez d. §.* 7. *à nu.* 112. *Garc. d. c.* 2. *à*
28 *nu.* 37. & in impetratione fieri debet mentio de vtroque beneficio, & tali casu debet quis in digniori residere, & in casu resignationis, publicationes fieri debent in vtroque beneficio. *Garc. vbi sup. num.* 43. *& seqq. vide Steph. Gratianum vbi sup. cap.* 655. *per totum.* vbi tractat de ecclesijs Cathedralibus Viterbien. & Tuscanen. vnitis.

Ad secundum, quis possit facere vniones, & ex qua causa. &

29 Papa potest vnire ecclesias Cathedrales, & Episcopatus. *cap. sicut vnire. de excessib. praelat. Rebuff. d. tit. de vnionib. nu.* 22.

30 Episcopus potest vnire beneficia non exempta suae dioecesis, non tamen omnia. *d. cap. sicut vnire.*

31 Legatus de latere, qui est maior Episcopo, & omnia potest in sua Prouincia, quae potest Episcopus in sua dioecesi, potest vnire beneficia suae prouinciae, quae sunt ad sui collationem. *Abb. in cap. vlt. de confirm. vtili, vel inutili. vbi Dec. num.* 19. *Rota dec.* 3. *de off. leg. in nouis. Rebuff. vbi sup. proximè.*

32 Capitulum sede Episcopali vacāte succedit in hac potestate vniendi beneficia. *Rebuff. vbi proximè. nu.* 36. *Pauinus de off. & potest. capit. sed. vac. par.* 2. *quaest.* 3. non tamen Capitulū poterit tunc sibi vnire beneficia. *Garc. vbi sup. d. cap.* 2. *nu.* 68.

33 Vicarius Generalis Episcopi sine speciali mandato Episcopi vnire nō potest beneficia. *Rebuff. vbi sup. in forma Vicariatus. nu.* 102. *& d. tit. de vnionibus. nu.* 37. *Sbrozzius, de Vicaris Episcopi. lib.* 2. *quaest.* 115.

34 Inferior Episcopo habens facultatem conferendi beneficia, eadem vnire non potest, nisi id ei competat ex priuilegio, vel praescriptione immemorabili, seu quadragenaria cum titulo. *d. cap. sicut vnire. vbi Abbas. num.* 3.

35 Nemo autem potest vniones facere ad tempus, seu ad vitam alicuius, nisi Papa. *Stapbil. de liter. grat. tit. de modis prou. nu.* 19. *& Mandos. in reg.* 12. *q.* 6. *nu.* 5.

36 Haec autem auctoritas vniendi ecclesias, & beneficia Episcopis, & alijs multipliciter restricta est à *Conc. Trident.* &

37 Primò, vt beneficia vnius dioecesis vniri nequeant cum beneficijs alte-

alterius diœcesis. *sess.* 14. *de reform. cap.* 9.

38 Secundo, vt beneficia curata non vniantur monasterijs, dignitatibus, præbendis, seu alijs beneficijs simplicibus. *sess.* 24. *de reform. cap.* 13. *Gonzalez vbi sup. glo.* 6. *nu.* 96.

39 Tertio in terminis decreti eiusdē *Conc. Trid. sess.* 23. *de reform. cap.* 18. vbi agitur de vnione beneficiorum Seminarijs facienda. *& sess.* 24. *de reform. c.* 15. vbi habetur de vnione beneficiorum pro augendis distributionibus quotidianis in Cathedralibus, vel Collegiatis insignibus.

40 Quarto, *ex cap.* 9. *de refor. sess.* 25. vt beneficia libera vniri non possint beneficijs iurispatronatus, & ideo in diœcesi Pisana fuit declarata nulla vnio facta de ecclesia sine cura S. Petri de Cisanello liberæ collationis, quæ fuit vnita ecclesiæ curatæ S. Iusti eiusdem loci, & villæ, quæ est iurispat. laicorum. ita quædam alia vnio simplicium beneficiorum liberæ collationis facta cum ecclesia curata S. Iacobi de Nauacchio, quæ est iurispatr. hominum habitantium in d. communi Nauacchij.

41 Episcopus nihilominus vnire potest beneficia reseruata, seu deuoluta ante eorum vacationem, quia reseruatio non impedit fieri vnionē per Ordinarium, sed suspendit eius vnionis effectum pro tempore prouisi de eodem beneficio à Papa. *Rota dec.* 4. *&* 6. *de reb. eccles. in antiquis. Mandos. de reg.* 12. *quæst.* 5. *num.* 3. *Garc. vbi sup. d. cap.* 2. *nu.* 91. nisi re-

42 seruatio beneficij esset perpetua, vt in prima dignitate post Pontificalē, quæ semper est reseruata per *regulā tertiam Cancell. relatam à Quaranta vbi sup.* & sic etiam reseruatio su-

43 perueniens vnionis effectum impedit, illumq. suspendit, donec cesset reseruatio, ex quo fit motu proprio, quamuis aliud sit in prouisione Papæ subsequente ad partis instantiā, non facta mentione, seu suspensione vnionis. *Rota dec.* 3. *de rerum permut. in antiq. Garc. vbi sup. d. c.* 2. *nu.* 94. *vbi nu.* 95. *& seqq. id declarat.*

44 Causæ autem, ex quibus Ordinarij vniones facere debent reducuntur ad euidentem necessitatem, seu vtilitatem. *cap. exposuisti. de prab. & dignit. Rebuff. d. tit. de vnionib. nu.* 38. *Hoieda vbi sup. d. c.* 3. *nu.* 8. & vnio facta sine causa etiam forma iuris seruata, est ipso iure nulla. *d. cap. exposuisti. vbi Abb. Garc. d. cap.* 2. *num.* 100. *& seqq.*

45 Ad tertium, quæ forma, & solemnitas in vnione facienda requiratur.

45 Dicas, quòd primo requiritur cōsensus Capituli. *cap. pastoralis. de donation. elem. si vna de reb. eccl. non alienand. Abb. in d. cap. sicut unire. de excessib. prælat. Hoieda d. cap.* 3. *num.* 9. *Fuscus de visitat. lib.* 2. *c.* 26. *nu.* 5. *Emmanuel Rodriquez quæstionū regul. tom.* 3. *quæst.* 80. *art.* 1. qui con-

47 sensus etiam post vnionem interuenire potest. *Alex. cons.* 219. *nu.* 16. *& seq. lib.* 6. *Hoieda d. cap.* 3. *nu.* 9. *Simoncellus de decretis. in præfat. à nu.* 42. *Paris. ubi sup. lib.* 8. *quæst.* 10. *à nu.* 6.

48 in vnione autem per Legatum faciēda Capituli consensus non requiritur. *Rota decis.* 1. *&* 2. *de off. leg. in nouis. Hoieda ubi supra.* & eadem ra-

49 tione in vnione à Papa faciēda prædictus Capituli cōsensus non requiritur, & idem est si vnio fiat ex Papæ commissione. *Nauar. cons.* 10. *n.* 1.

50 Qui cōsensus Capituli etiam hodie requiritur in vnionibus faciēdis. *ex Conc. Trid. sess.* 21. *de reform. c.* 5. *ibi.* iuxta formam iuris, secundum quam formam iuris dictus Capituli consensus requiritur. *Garc. ubi sup. d. c.* 2. *nu.* 158. *ubi nu.* 160. refert *Rota decisionem in una Leodien. Beneficij.* 23. *Ianuarij.* 1593. *coram Gypsio.* in qua fuit resolutum, vnionem factam parochiali propter paupertatē illius absque consensu Capituli esse nullā. iuxta *clem. si una de reb. eccles. non alien. ubi Doctores. Abb. cons.* 106.

51 *nu.* 4. *lib.* 2. sed vbi esset consuetudo immemorabilis in contrarium, quòd vnio-

Digitized by Google

vniones fierent sine dicto consensu, contrarium esset dicendum. *Garc. vbi sup. nu.*152. *&* 162. & nullitas
52 vnionis opponi potest à quocunque, cuius interest. *Rota dec.* 247.*nu.*5. *par.*1.*diuers. Garc. vbi sup. nu.* 166.
53 & potest Episcopus cum Capituli consensu supprimere præbendam, dignitatem, aut officium, eius fructus applicando non Capitulo, sed distribuēdo inter singulos Canonicos, assignando cuilibet Canonico, vel præbendæ certam portionem. & ita procedit secunda pars decreti *Conc. Trid. sess.*21.*de reform. cap.*3. *ita Hieronym. Gabr. cons.* 186.*lib.*2.*Garc. vbi sup. num.*175.
54 Consensus autem Capituli non præsumitur, nisi expressè probetur. ex *Felin. in c. sicut de re indic. nu.*26. *Boerius dec.*345.*nu.*5. *Garc. vbi sup. num.* 177. qui consensus ex tempo-
55 ris diuturnitate in vnione enunciatus præsumitur, si lapsum sit tempus triginta annorum cum possessione, & obseruantia vnionis. *Cassad. dec.*3. *de procurat. Nauarr. cons.*38.*nu.*2.*de sent. excomm. Afflict. dec.*338. *Garc. vbi sup. nu.*179. dummodo ex ipso
56 instrumento contrarium non appareat, scilicet d. consensum non interuenisse. *Crauetta de antiqu. temp. p.*3.*sect.*1.*limit.*7.*nu.*27. *Cacheran. decis. Pedemont.* 273. *Surdus de alimentis. tit.*8.*priuileg.*22.*num.*10. *& Garc. vbi sup. nu.*188. *&* 189.
57 In vnione autem facienda Seminario iam erecto non videtur requiri Capituli consensus, cuius loco requiritur, quòd vnio fiat cum consilio quatuor deputatorum ipsi Seminario, videlicet, duorum de Capitulo, & duorum ex Clero, ex *Conc. Trid. sess.*23.*de reform. cap.*18. *Garc. vbi sup. nu.*190.
58 Insuper in vnione ecclesiæ patronatæ requiritur consensus patroni tam ecclesiastici, quàm laici, ac inferioris collatoris, & electorum. *clem. vnica. §. adhæc. de statu monach. Conc. Trid. sess.*24. *de reform. cap.*15. *Rebuff. d. tit. de vnion. num.*28. *Paris. vbi sup. lib.*2.*quæst.*4.*num.*11.*Garc. vbi sup. nu.*202. non autem ad hanc
59 vnionem faciendam vocādus est rector beneficij, cum ei eius vita durante non præiudicetur. *Garc. ibid. num.*214.
60 Ad quartum, vnio quomodo probetur, quando dicatur sortita effectum suum, & de eius reuocatione.
61 Vnio igitur non præsumitur, sed probari debet ab eo, qui illam asserit, cum sit quid facti, & quid odiosum. *Mandos. reg.* 12.*quæst.*7.*lib.*5. *Rota dec.*557. *num.*5.*lib.*3.*par.*3. *diuers. Mascard. de probat. concl.*1411. *nu.*1. *&* 2. *Menoch. de præsump. præsump.*80.*num.*1.
62 Primo probatur vnio per instrumentum, seu literas, in quibus ipsa vnio continetur. *Mascard. vbi sup. concl.* 587. *nu.*1. *Rota vbi sup. prox. num.* 4.
63 Secundo, probatur ex temporis diuturnitate. *Felin. in cap. ex parte. num.*2.*de testibus. Iason in l. sciendū. num.*17.*ff. de verb. oblig. Balbus de præscript. §.*1.*gloss.*4. *vers.*20. *Ant. Gabr. concl.*1.*de præsump. nu.*12. *Me-*
64 *noch. vbi sup. num.* 3. in qua vnione probanda requiritur quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis cum requisitis à *glossa in c.*1. *de præscrip.*
65 *lib.* 6. si vnio sit accessoria, & extinctiua tituli. secus est, quando vnio æquè principaliter facta est, & non, sit extinctiua tituli, quia tunc sufficit quadragenaria sine titulo, sed cū bona fide. latè *Garc. vbi sup. n.*238. *& seqq.* vbi adducit plures Rotæ decisiones. *Rota dec.*724.*par.*2. *in re-*
66 *centiorib.* vbi ex enunciatiuis, & ex visitatione Episcopi, in quibus fit mentio de beneficijs vnitis, præsumitur vnio. *Greg. XV. dec.*51.*nu.*1. *& ibi annotat. nu.*5. *& dec.*196. *n.*2. *vbi annotat. num.*3. ponit ex quibus probetur vnio. *& dec.* 419. vbi latè *annotat. nu.*6. *&* 7. *Tiraquell. de præscrip. §.*1.*glos.*4.*vers.*26.*fol. mihi* 47. *& Alex. cons.*70.*lib.*3. & ita iudica-

ui Tuderti die 12. Decembris. 1623. dum essem ibi Vicarius Generalis ad fauorem mensæ Episcopalis contra D. Priorem d. ecclesiæ Tudertinæ.

67 Tertio, probatur vnio ex verbis enunciatiuis plurium instrumentorũ antiquorum, in quibus enunciantur talia beneficia tamquam vnita. *Put. dec.* 209. *lib.* 2. *Verall. dec.* 344. *nu.* 2. *& dec.* 347. *nu.* 2. *par.* 3. *Rota dec.* 684. *nu.* 1. *p.* 1. *diuers.* Garc. *vbi sup. n.* 248. *& seqq.* & supra est dictum. dum-

68 modo prædicta instrumenta antiqua habeant originem à diuersis personis, non ab eisdem, & non suspectis. *Aret. & Felin. in cap. cum causam. de probat.* & quando dicta verba enunciatiua sunt clara. Rota *dec.* 168. *n.* 9. *par.* 2. *diuers.* & sufficiunt duo instru menta ad minus. *Aret. & Felin. vbi prox.* Put. *d. dec.* 209. *lib.* 2. & tunc an-

69 tiquitas debet esse centum annorũ. Dec. *in cap.* 1. *nu.* 47. *de appellat. Crauetta vbi sup. de antiq. tempor. par.* 1. *sect.* 1. *nu.* 4. *Mascard. vbi sup. concl.* 103. *nu.* 7. & in testibus illud dicitur

70 esse antiquum, quod excedit sexaginta annos. *Verall. dec.* 5. *num.* 3. *& dec.* 298. *par.* 3. *Garc. vbi sup. nu.* 248. *& seqq.*

71 Quarto, probatur vnio per partis aduersæ confessionem. *Oldrad. cons.* 269. *nu.* 4. *Verall. dec.* 344. *nu.* 3. *&* 4. *par.* 3. *Mascard. d. conclus.* 1418. *seu* 1411. *nu.* 15. Garc. *vbi sup. nu.* 273. *vbi nu.* 280. dicit ita demum ex cõfessione partis concurrentibus adminiculis, & coniecturis probari vnionem, si non agatur ad illius vnionis canonizationem; si enim ageretur ad illius canonizationem, seu ad declarandum beneficium vnitum, id non sufficeret, sed est probanda per instrumentum, seu literas vnionis, aut per immemorabilem, seu quadragenariam cum titulo, & vt supra dictum est.

72 Quamuis sola confessio actoris prætendentis beneficium tamquam non vnitum sufficeret ad imponendum eidem silentium. Rota *dec.* 44. *de testibus. in antiquis. Crauetta cons.* 93. *num.* 5.

73 Vltimo notandum est, quòd vnio tunc dicitur suum effectum sortita, quando secuta est possessio vigore ipsius vnionis. ita facit ad d. *reg.* 12. *seu* 13. *Cancell. Apost. & ad decretũ Conc.* Trid. *sess.* 7. *de reform. c.* 6. *& sess.* 25. *de reform. c.* 9. *Hoieda vbi sup. d. par.* 2. *cap.* 3. *nu.* 21. & sic non secuta possessione ante dictam regulam reuocatoriam superuenientem, vnio per eam reuocatur; & vacatione succedente, potest de beneficio tamquam verè vacante legitimè prouideri, nisi vnio facta sit pro dote necessaria. *Mandos. vbi sup. quæst.* 3. *& quæst.* 5. *Mohedan. dec.* 6. *de priuileg.* Garc. *vbi sup. num.* 281. *& seq.* vbi adducit quasdam Rotæ decisiones.

74 si tamen vnio ex causa onerosa facta sit, & in recompensum, non reuocatur per d. regulam Cancell. ita Put. *dec.* 337. *lib.* 1. *& Garc. vbi sup. n.* 297.

75 Vnio autem quomodo reuocetur, vide *Caccialupum in suo tractatu de vnione, art.* 9. *&* 10. *& Rebuff. in d. praxi. tit. de vnionis reuocatione.* &

76 regulariter ille potest vnionem dissoluere, qui illam facere potuit. *Caccialup. d. art.* 9. *& Rebuff. vbi sup. nu.*

77 15. & vnio reuocari potest, si cesset causa, propter quam facta fuit. *Caccialup. d. art.* 9.

78 Est tamen notandum, quòd vnio facta de ecclesia paupere, non dissoluitur si pinguior fiat. Garc. *ubi sup. num.* 131. *& seqq.* & in reuocanda

79 vnione requiritur causæ cognitio, & Capituli consensus, sicut in ea facienda. *Rebuff. vbi sup. à nu.* 24. &

80 vlterius requiritur vocatio defensoris, & citatio eorum, quorum interest. *Rebuff. ibi à nu.* 26. & vnionis re-

81 uocatio operatur, quòd ecclesia, quæ erat vnita, remaneat in statu antiquo, prout erat ante dictã vnionem. *Caccialup. vbi sup. art.* 10. & de vnione vide nouissimè *Massobr. in sua praxi hab. conc. ad vac. par. eccles. prælud.* 13.

SVM-

SVMMARIVM.

De Deuolutionibus.

CAPVT SEXTVM.

1 PROVISIO beneficiorum vacantium facienda est ab illis, ad quos spectat talis prouisio in tempore eisdem à iure præscripto, aliàs eo tempore lapso, & data eorumdem prouidere debentium vera negligentia deuolutio fit ad Superiorem, quę deuolutio est probanda gradatim de inferiore ad superiorem. *Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. p. 3. alleg.* 58. & latè *Garc. p.* 10. *c.* 2. *& c.* 3. *de benef.*

2 Primò, debet Episcopus intra semestre de beneficijs suæ diœcesis vacantibus prouidere. *cap.* 2. *de concess. præbendæ. c. licet. de suppl. neglig. prælat. clem.* 1. *de suppl. neglig. prælat. Rebuff. in praxi benefic. tit. de deuolution. Riccius in praxi aureo. resol.* 184. *nu.* 1. quod locum habet in collatione, & in electione. *Abb. in c. dilectus. nu.* 2. *de conc. præb.* nisi sit ecclesia

3 Cathedralis, vel regularis, quæ vltra trimestre vacare nō debet. de principali Prælato intelligitur, de Episcopo, vel Abbate. *c. ne pro defectu. de elect. c. postquam. dist.* 50.

4 Secundò, patroni ecclesiastici habent semestre ad præsentandum rectorem ad ecclesiam vacantem, laici vero quadrimestre à die notitiæ ipsius vacationis. *c. vnico. §. verum. & ibi glo. de iure pat. lib.* 6. quo tempore lapso deuolutio fit ad Superiorem, qui in tali ecclesia habet ius instituendi.

5 Tertiò, quando Episcopo conferre debet ecclesiam parochialem habet

bet semestre etiam stante *Conc.Trid. sess.24.de reform.c.*18.quando collatio ad eum spectat, sed quando collatio talis ecclesiæ parochialis spectat ad Summum Pontificem, seu alios, tunc Episcopus haber quadrimestre ad eligendum præuio concursu personam idoneam, & eam electam illis, ad quos spectat collatio, significare. vt habetur in Bulla Pij V. san.mem. quæ incipit, *In conferendis*. relata à *Quaranta in summa Bullarij. in ver. beneficiorum parochialium collatio*.

6 Quartò, Collatores Hospitalium etiam habent semestre ad conferendum, quando cõferuntur in titulum beneficij. *Rebuff. in concordat.tit. de Regia ad* Prælaturas *nominatione. §. 1.verbo, intra sex menses. Calderin. cons.vnico. de suppl.neglig.prælat.*

7 Quintò, habens à Papa indultum conferendi beneficia reseruata, intra semestre ea conferre debet. *Cassad. dec.8.de præb.Crescen.dec.15.de præb. Mandos.de signat.grat. tit. de prouisionib. vers. in beneficijs reseruatis. Anast.Germon. de Indultis Cardinalium.§.volumus.nu.*56.

8 Papæ autem nullus est præfixus terminus, nullum est præfixum tempus ad conferendum beneficia. *Frãcus in c.statutum.nu.6.de præb.lib.6. Cassad.&* Rebuff.*vbi proximè.Mandos.reg.34.de annali. quæst.90.nu.*5.

9 Sciendum est etiam, quod semestre datum ad cõnferendum currit à tempore scientiæ ipsius vacationis. *c.quia diuersitatem.in fine. vbi Doct. de conceß.præb.*Rebuff.*d.tit.de deuolut. nu.*10.Azor.*Instit.moral.par.2.lib.6. c.26.quæst.20.Cucchus de visitatione. lib.4.tit.1.nu.*170. *Barbosa vbi sup. d.allegat.*58. *nu.*5. sicuti etiam dictũ

10 tempus nõ currit impedito, siue fuerit impedimentum facti, siue iuris. *Abb. in d.c.quia diuersitatem.num.*3. *Rebuff. vbi prox. Io.Gutierez Canonicarum quæstionum.lib.*1.*c.*28.item

11 dictum tempus non currit duranre lite super iure conferendi, seu eligẽdi.*Rebuff.d.ver. intra sex menses.* licèt secus sit in patronis. vt ibi.Item

12 dictum semestre currit à die scientiæ vacationis, vel à tempore, quo collator scire potuit, vel scire debuit talem vacationem. *Rota dec.6.de iurepat.in nouis.Lapus alleg.*80.*seu* 51. *nu.*12.*Abb.in d.c.licet.Dec.cons.*135. *in fin.Rebuff.d.tit.de deuolution.n.*10. *Mascard. de probat.concl.*829.*n.*10. *Zecchius de benefic. & pensionib. c.*5. *num.* 5. non debet enim collatoris ignorantia esse supina. *Abb.in c.vlt. de iurepat.* & debet intelligi de noti-

13 tia vera, vel præsumpta vacationis, quæ debet per Iudicem determinari consideratis quaiitate beneficij,modo vacationis,longitudine temporis illius, locorum distantia, & fama. *Hostiens.Io.Andr. & Abb.in cap.ex parte.de cõceß.præb.*Roman.*cons.*481. *num.*4. *& seq.* & fuit dictum in vna *Toletana Beneficij.*28.*Nouemb.*1578. *coram Card.Seraph.*quæ est impressa *dec.*380. relata à *Garc.d.par.*10.*c.*2. *num.*32.

14 Patronis etiam tempus datum ad præsentandum non currit nisi à die notitiæ vacationis. *Rota decis.* 7. *de præb. in antiq. & dec.*13. *de iurep. in antiq.*V*eral*l*.dec.*248.*p.*3.*Lapus allegat.*78.*nu.*12.*Rebuff.d.ver.intra sex menses.*Tiraquell. *de retract.lignag.§.* 35.*glo.*4.*nu.*7. & dicti menses debẽt

15 computari secundum Calendarium. *glo. in c.quam sit. in verbo, mensem. de elect.lib.*6. *vbi* Archidiac. *& alij. Menoch. de arbitr.iud.lib.*2.*casu* 50. *à nu.*21.*Sanchez de matrim.lib.*2.*disput.*24.*nu* 15. *Staphil. de lit.grat.tit. de vi, & effectu clausularum. §.mensis in data*. & prædicta computatio

16 est facienda de momento ad momẽtum à tempore scientiæ, & notæ vacationis. *Garc.d.par.*10.*c.*2.*nu.*43.

17 His præmissis, si illi, ad quos spectat,non prouident de beneficijs vacantibus infra tempus præfixum, fit deuolutio gradatim ad Superiores. *d.c.licet.de suppl.neglig.prælat.& c.*2. *vbi Doct.de conceß.præb. Corasius de* bene-

beneficijs. p.1. c.9. n.8. & p.4. c.1. n.11.
18 & idem est vbi prouident indignis, seu inhabilibus, & incapacibus. c. cũ in cunctis. §. vlt. vbi Doct. de elect. Zecchius ubi sup. d. c.5. num.5. quòd
19 etiam locum habet in patronis laicis, qui si labi sinant tempus eis ad præsentandum præscriptum, & non præsentauerint, vel nulliter præsentauerint, potest Episcopus, seu is, ad quem pertinet institutio, dicto tempore transacto, liberè beneficio de rectore prouidere intra semestre à die habitæ notitiæ. c. si vero. 12. de iurep. glo. in clem. 1. de suppl. neglig. prælat. Franc. Marcus dec. 475. nu. 18. & dec. 1153. par. 1. Garc. ubi sup. c.3. nu.4. Barbosa ubi sup. d. par. 3. alleg. 72. nu. 108.
20 Et postea moram purgare non poterunt, quia vbi executio facta est à iure, non admittitur moræ purgatio. Doctores inl. si insulã. ff. de verb. oblig. glo. & Doct. in cap. mora. de reg. iur.
21 lib.6. & hoc casu executio fit a iure, quo statim deuoluitur ad Superiorẽ libera conferendi facultas. Abb. in c. ult. de iurep. Rot. dec. 6. de iurep. in no-
22 uis. potest tamen Episcopus rẽ gratã facere patrono, illumq. ad præsentandum admittere. per text. in c.2. de suppl. negl. prel. quòd non procedit, si Episcopus intra suum semestre non contulerit, cum tunc ad alium Superiorem deuoluatur. d.c.2. de concess.
23 preb. & patronus præsentans indignum scienter priuatur pro illa vice iure præsentandi, neque habilitari potest ab Episcopo, qui tunc debet conferre, cum priuatio stet pro pœna. c. cum vos. de off. ordin. vide quæ dixi supra par.2. lib.2. cap.6. nu.5. & lib.12. cap.10. nu. 5. & tunc Supe-
24 rior iure deuoluto conferens seruare tenetur naturam, & qualitatem beneficij. Felinus in c. cum accessissent. nu.18. de constitutionibus. & deuolutio gradatim probari debet de inferiore ad superiorem. Garcia d. cap. 3. nu. 11. & Barbosa ubi supra d. allegat. 58.

25 Et quilibet Superior, ad quem gradatim fit deuolutio habet semestre ad conferendum ex iure deuoluto. ita Innoc. in d.c. licet. Abb. in d.c. quia diuersitatem. nu. 18. Garc. d.c.3. nu. 9. & seqq. vbi refert quasdam Rotæ decisiones. & qui impetrat
26 beneficium certo modo tamquam deuolutum probare debet deuolutionem, neque sufficit, clausula, siue alio quouis modo, sed in literarum expeditione deuolutio est exprimẽda purè, & simpliciter, & sic est verificanda. Cassador. dec. 5. de præben. Crescen. decis. 15. de preb. Verall. decis. 253. p. 1. Mandos. de signat. grat. tit. de certo modo. Garc. d.c.3. nu.16. & ad quos fiat deuolutio declarat Abb. in d.c. cum in cunctis. §. ult. nu.5. de elect. & textus in c. quamquam. & ibi Doct. de elect. lib.6. Rebuff. d. tit. de deuolut. nu. 17. Zecchius ubi sup. d. c. 5. nu. 5. & Garc. d.c.3. nu. 41.
27 Exemplum autem in gradu deuolutionis est huiusmodi. D. Alexander Lanfreduccius Patritius Pisanus est patronus laicus Capellaniæ, seu Altaris S. Matthæi Apost. & Euang. siti in primatiali ecclesia Pisana, qui, eueniente vacatione habet quadrimestre à die scitæ vacationis, ad pręsentandum coram Capitulo Pisano habente ius instituendi, quòd si non fecerit præsentationem, & labatur d. quadrimestre, deuolutio tunc fit ad Capitulum, quòd infra semestre à die scitę deuolutionis eãdem Capellaniam conferre debet alias d. semestre lapso, & d. Capellania non collata deuolutio fit ad Illustriss. D. Archiepiscopum Pisanum, qui pariter intra aliud semestre à die scitæ de-
28 uolutionis ad se factæ d. Capellaniã conferre debet, & tunc si collatio non fiat, & labatur d. semestre, deuolutio fit ad Summum Pontificem, cui nullum est præfixum tempus ad conferendum beneficia, sed quandocumque ad sui libitum conferre potest.

Et notes, quòd Ordinarius tene-

Digitized by Google

tur conferre beneficia vacantia, licèt in specie alicui conferre non obligetur. *c. relatum. & ibi not. de præben. Rot. dec. 14. nu. 6. p. 2. diuers.*

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio, quæ fit per regulares quomodo expediatur.*
2 Et *quibus Ordinarius tempus debet præfigere ad assignandum præsentato congruam fructuum portionem.*
3 Etiam *si ad inferiorem spectet institutio.*
4 *Parochialis iurisp. ecclesiastici prouidetur per concursum.*
5 *Institutio valet etiamsi d. fructuum assignatio facta non sit.*
6 *Ordinarius potest ex officio congruam fructuum portionem tunc præsentato assignare.*
7 *Et si excedat in d. assignatione, datur appellatio.*
8 *Assignatio talis in qua re fieri debeat, &*
9 *Taxatio talis est facienda, vt clericus possit honestè viuere.*
10 *Centum aurei debent remanere parocho.*
11 *Et talis assignatio quomodo fieri debeat.*
12 *Ordinarij vbi possint constituere vicarios perpetuos.*
13 *Quibus vicarijs assignanda est certa portio pro eorum sustentatione.*
14 *Super qua re est Constitutio Pij V.*
15 *Religiosi in quo casu possint deseruire per vicarios amouibiles.*

CAPVT SEPTIMVM.

Præsentatio, quæ fit à patronis regularibus ad ecclesiam parochialem, quomodo expediatur.

1 NVNC videamus de expeditione præsentationis, quæ fit per religiosos regulares, qui sunt patroni ecclesiastici, ad ecclesiam parochialem secundum *textum in c. de monachis. de præben. & dignit. & in clem. 1. de iurepat. & ibi Cardin. Rocch. de Curte de iurepat. in verbo, onerosum. q. 6. Paul. de Citadinis de iurep. p. 6. q. 45. Zecch. de benefic. & pens. c. 12. nu. 40.*
2 quo casu Ordinarius taliter præsentantibus, vel eorum procuratori debet præfigere tempus, intra quod dicti præsentantes assignent eidem præsentato congruam redituum portionem pro sui sustentatione. *d. clem. 1.* & si ad inferiorem spectet institutio, talis inferior ad Episcopum re-
3 currere debet, vt eisdem præsentantibus prædictum terminum statuat ad dictam congruam assignationem faciendam. *d. clem. 1. in princ.* Hodie autem, quando ecclesia paro-
4 chialis est iurispatronatus ecclesiastici prouidetur per concursum iuxta decretum *Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 18.* & bullam Pij V. quæ incipit, *In conferendis.* relatam à *Quaranta in summa bullarij. in ver. beneficiorũ parochialium collatio. Gonzalez in comment. ad reg. 8. Cancell. glos. 9. nu. 261. Garcia de beneficijs. p. 9. c. 2. nu. 261. idem Gonzal. glo. 18. nu. 6. & 7. Massobr. in praxi hab. conc. ad vac. paroch. eccl. requis. 2. dub. 1. nu. 4.*
5 At si Ordinarius instituat præsentatum absque præuia assignatione prædicta, tenet institutio. *glos. in d. clem. 1. in verb. inhibentes.* quod si per eosdem præsentantes intra terminum eis præfixum non fiat talis
6 assignatio, Ordinarius potest ex officio congruam redituum portionem assignare prædicto prẽsẽtato. *d. clem. 1. & ibi glo. in verbo, deuoluatur.* idq. facere potest & ante, & post institu-
7 tionem, vt ibi. Verum si in tali assignatione modus excedatur nimis onerando dictos præsentantes religiosos, poterunt appellare infra tẽpus debitũ ad superiorem eiusdem Ordinarii, vt ipse superior prædictã taxationem reducat, & moderatam reddat. *ex d. clem. 1. & ibi gloss.* talis
8 autem assignatio fieri debet in parte posses-

possessionum d. ecclesiæ, si habeat possessiones, vel alios reditus. & ta-
9 lis taxatio facienda est, qua clericus præsentatus possit honestè viuere, & onera Episcopalia soluere, de quibus in *c. conquerente. & in c. dilectus. de off. ordin.* vt est procuratio annexa visitationi, & cathedraticum, siue synodaticum. *c. cauendum.* 10. *q.* 3.
10 Hodie autem saltem centum aurei ecclesijs parochialibus singulis annis assignari debent pro sustentatione parochi. ex *Conc. Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 13. *vers. ad hæc.* talis
11 autem assignatio fieri debet de plano, sed causa cognita. & de his omnibus circa talem congruã assignationem. vide *Cardin. in d. clem.* 1. & *Lambertin. de iurepatr. lib.* 2. *p.* 3. *quæst.* 10. per omnes articulos dictæ quæstionis. & de huiusmodi derogatione iurispatronatus. vide *Rebuff. in praxi beneficiaria. in* 3. *par. signaturæ. in vers. necnon iurispatronatus.*
Adde etiã, quòd ex decreto *Conc. Trid. sess.* 7. *de reform. c.* 7. Ordinarij
12 vicarios perpetuos deputare possunt in quibuscumque beneficijs curatis, quæ vnita reperiuntur ecclesijs Cathedralibus, Collegijs, & Monasterijs, non obstantibus priuilegijs, & exemptionibus quibuscumque. *Nauarr. cons.* 11. *num.* 9. *de statu monach. Garc. vbi sup. p.* 11. *c.* 2. *à nu.* 5. qui-
13 bus vicarijs perpetuis assignanda est certa portio pro eorumdem sustentatione, & concilium ibidem requirit iustum arbitrium Ordinarij, & quòd fiat in visitatione, vnde iusta causa est necessaria, vt fiant vicariæ perpetuæ in ecclesijs, in quibus antea deputari poterant vicarij amouibiles, qua causa deficiente datur appellatio. *Garc. d. c.* 2. *n.* 8. quæ om-
14 nia confirmantur per Bullam Pij V. quæ incipit, *Ad exequendum*. facta super vicarijs perpetuis. de qua *Garc. vbi sup. nu.* 13. vbi Pius V. amplians decretum d. *Conc. Trid. d. c.* 7. vnum
15 casum dumtaxat excipit, in quo religiosi deseruire possunt per vicarios amouibiles, neque Ordinarius, eisdẽ religiosis inuitis, potest deputare vicarios perpetuos, quando videlicet ex eisdem religiosis deputantur illi, quos Ordinarius præuio examine idoneos iudicauerit. *Garc. vbi sup. d. c.* 2. *nu.* 13. & *Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. p.* 3. *alleg.* 72. *nu.* 189. & faciunt in materia nominandi vicarium ecclesiæ parochialis dicta in *Ianuen. Parochialis* S. *Andreæ.* 19. *Aprilis.* 1627. & 14. *Nouemb.* 1627. *coram Durano.* quæ in calce operis est decis. 86. & circa potestatem Regularium, & Prælatorum Episcopo inferiorum elegans tractatus nunc est sub prælo inscriptus. de iure Abbatum, & aliorum Prælatorum Episcopis inferiorum compositus à Reu. D. Ascanio Tamburino de Marradio Mon. Vall. Vmbrosæ & Priore S. Praxedis de Vrbe. vbi tractat de collat. benef. & inst. ad Abbat. aliosque præl. spectan. & de eorum iurisdictione quoad spiritualia, & quoad temporalia.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, qui decurrunt stante beneficij vacatione reseruati spectant ad Cameram.*
2 *Fructus distributionum quotidianarũ, & pensionum inexactarum spectãt ad hæredes beneficiati.*
3 *Fructus inexacti ad quẽ pertineant, &*
4 *Alij dicunt esse diuidendos inter hæredes beneficiati, & successorem in beneficio.*
5 *Alij dicunt spectare ad successorem in beneficio.*
6 *Communis opinio est fructus inexactos spectare ad hæredem, pendentes ad successorem.*
7 *Clerici in vita æquiparantur vsufructuarijs.*
8 *Quid in fructibus, qui percipiuntur ex domibus locatis.*
9 *Fructus inexacti ex Bulla Iulij Tertij ad quem spectent.*
10 *Et quid attenta consuetudine.*

11 *Constitutio Iulij Tertij non est recepta in statu Mediolani.*
12 *Consuetudo circa fructus inexactos, in Hispania.*
13 *Quæ Lucæ, Tuderti, & alibi.*
14 *Quæ consuetudo Pisis.*
15 *Fructus inexacti ad quem spectent stante cleri compositione cum Camera super spolijs.*
16 *Motus proprius Pij V. super compositione Cleri Pisani cum Camera.*
17 *Fructus inexacti vt compositionis cũ Camera spectant ad hæredes.*
18 *Et ita Pisis seruatur.*
19 *Hæredes clericorum deberent supportare onera beneficiorum vsque ad nouos fructus.*

CAPVT OCTAVVM.

In fructibus inexactis relictis à Clerico Beneficiato defuncto, nunquid succedat Camera Apostolica, successor in beneficio, vel hæres defuncti.

1 ANTEQVAM ad prędictorum resolutionem deueniam, præmitto, quòd fructus, qui decurrunt, obueniunt, & maturant à die obitus beneficiati vsque ad diem appræhēse possessionis beneficij reseruati, vel prælaturæ per nouum successorē, ex constitutione Pij IV. sub datum Romæ die 7. Decembris. 1560. ad Cameram Apostolicam pertinent, secus si beneficium non sit reseruatum. latè *Gulielmus Redoanus in tractatu de spolijs ecclesiasticis.quæst. 5.num.1.*

2 Præmitto secundo, quòd fructus quotidianarum distributionum, quæ dantur interessenti horis Diuinis, & pensiones inexactæ pertinent ad hæredes, & successores beneficiati siue sint hæredes ex testamento, siue ab intestato. ita *Redoan. vbi sup. in princ. & quæst. 3. §. & in hac materia. nu. 6. & quæst. 8. §. de success. cleric. sæcular. ab intest. nu. 21. & seqq.* & de his non est querendum.

3 Videndum est ergo dumtaxat de fructibus maturatis in vita clerici beneficiati, & non exactis, quia propter mortem clericus eosdem exigere non potuit, vel exactionem inchoaram ad finem perducere nō potuit. ad cuius articuli faciliorem determinationem videndum est de infrascriptis. &

Primò, quid sit dicendum attento iure communi.

Secundò, quid attenta Bulla Iulij Tertij.

Tertiò, quid attentis particularibus locorum consuetudinibus.

Quartò, & vltimo, quid attenta compositione facta super spolijs cũ Camera Apostolica à Clero alicuius Ciuitatis, vel Diœcesis.

4 Ad primum. Aliqui dixerunt, cũ beneficium detur propter officium. *c. cum secundum. de praben. & dignitatib.* prædictos fructus esse diuidendos inter hæredes defuncti beneficiati, & successorem in beneficio argumento *textus in l. diuortio. ff. soluto matrim.* sicuti dos datur propter onera matrimonij. *l. pro oneribus. C. de iure dotium. Couarr. var. resol. lib. 1. c. 15. à nu. 12.* & hanc partem tenent *Flam. Paris. in tract. de consid. q. 35. num. 49. Sarmien. de reditib. ecclesiast. lib. 4. c. 6. nu. 13. Garcia de beneficijs. par. 2. c. 1. nu. 97. Mar. Ant. Genuen. in praxi Cur. Archiep. Neapolit. c. 52. in annot. nu. 11.* & alij, quos refert *Aug. Barbosa in collectan. de. retal. ad. c. vlt. de confirm. vtili, vel inutili. num. 26. vers. in primis attento iure communi.*

5 Alij autem dixerunt fructus à solo separatos inexactos spectare ad successorem in beneficio, non autem ad hęredes beneficiati defuncti, prout per multa iura concludunt. *Calderin. cons. 2. nu. 2. vers. tertius casus. de pecul. cleric. Cardin. cons. 110. n. 2. Surd. cons. 333. nu. 6. vers. contrarium. tamen.*

tamen. cum plurib. seqq. & fuit dictũ in *Palentina fructuum. 26. Februar. 1586. coram Card.* Lancellotto *seniore. & in Nullius, seu Romana pecuniaria. Iulianij. 1593. coram Cardin. Blanchetto*, quas decisiones refert *Marchesan. de commiss. p. 1. fol. 424. nu. 3.* & fuit dictum in *Papien. fructuum. 21. Februar. 1622. coram* Rem*boldo*.

6 Verum communis antiquorum, & modernorum sententia tenet fructus collectos, & à solo separatos etiam inexactos ante obitum illius, qui beneficium habebat, spectare, & pertinere ad hæredem defuncti, fructus autem pendentes pertinere ad ecclesiam, & beneficium, vel ad successorem in beneficio, ea ratione,

7 quia clerici in vita æquiparãtur vsufructuarijs, qui faciunt fructus suos iam collectos, & à solo separatos, & eosdem ad hæredes transmittunt. ita *gl. in c. si propter. in verbo, primi anni. de rescript. lib. 6. vbi Geminian. nu. 9. & Francus nu. 5. glos. in c. præsenti. in verbo, reseruari. & ibi Probus ad monachum. nu. 1. de off. ordin. Hostiens. in c. vlt. de pecul. cleric. num. 5. vbi Cardin.* Imol. *& Barbat. &* Na*uarr. de reditib. ecclesiast. quæst. 2. monit. 13. & cons. 7. de success. ab intest. & cons. 3. de pecul. cleric. & cons. 3. de donation. Scipio Rendina in promptuario receptarum sententiarum. tit. 50. nu. 6. Io. Maria* Bellettus *disquisitionis clericalis. p. 1. tit. de bonis clericorum. §. 15. Moneta de distribut. quotidian. p. 3. quæst. 4. à nu. 21. vbi n. 24.* dicit opinionem *Couarruu. in d. c. 15.*

8 *num. 4.* admitti posse quoad ratam temporis respicientis fructus, qui percipiuntur ex domibus locatis ea ratione, quia pensio in prædio vrbano soluitur pro fructibus, qui quotidie percipiuntur, scilicet pro eius vsu, & habitatione, quòd etiam sentit Imola *in d. l. diuortio. in princ.* dicens, quòd pro rata temporis præteriti in prædijs vrbanis potest exigi pensio propter continuatam vtilitatem, secus in prædijs rusticis, in quibus vtilitas percipitur solum in tempore messium, & vindemiarum.

9 Quoad secundum, quid sit dicendum attenta Bulla Iulij Tertij edita anno 1550. de qua *Redoan. in d. suo tractatu*, qua cauetur, quòd fructus inexacti quando non spectãt ad Cameram tamquam spolia, spectent, & pertineant ad successores in beneficijs, etiam quod maturati fuerint in vita dicti beneficiati, dummodo realiter, & cum effectu ab ipso percepti non fuerint, & incorporati alijs proprijs bonis dicti clerici beneficiati defuncti, etiam quod per beneficiatos non steterit, quominus illos exegerint, immo si in eorum exactione omnem diligentiã iudicialiter agendo adhibuerint, cuius Bullæ vigore fuit facta resolutio, fructus inexactos spectare ad successorem in dicta *Papien. fructuum. 21. Februar. 1622. coram Remboldo.* & postea simili motu proprio idem Iulius Tertius declarauit supradictam suam constitutionem procedere solum in locis, vbi collectores spoliorum pro Camera Apostolica esse non consueuerunt, & dicta constitutione non obstante, cõsuetudines, & particularia iura, seu priuilegia cuiuslibet loci, in quo collectores huiusmodi deputari, seu esse consueuerunt, in præmissis vigentia obseruari, & executioni demandari declarauit, & prædictas bullas, & constitutiones refert *Redoan. d. quæst. 5. in fine.*

Et in hoc casu, si nihil obstet, vel per viam indulti, seu consuetudinis. vel alterius iuris, seruandæ erunt dictæ constitutiones.

10 Quoad tertium, quid sit dicendũ attentata consuetudine. equidem prædicta cõstitutio Iulij Tertij præsumitur vsu recepta, nisi contrarium probetur vulgata *l. arriani. C. de haeret. & man. Dec. cons. 534. Benintend. dec. 13. nu. 9. Surd. cons. 58. nu. 2.* & in puncto *Rota dec. 809. n. 1. p. 1. diuers. Mar. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 46.*

 nu. 2.

*nu.*2. quod autem d.constitutio aliquando non sit vsu recepta probatur, quia ex Rotæ decisione relata per *Mar. Antonin. vbi sup. num.*4.
11 constat dictam constitutionem non esse receptam in statu Mediolani, & de dicto non vsu fit mentio in alia constitutione eiusdē Iulij Tertij edita anno 1553. 29. Martij. & quod nō sit vsu recepta in dicto statu Mediolani testatur *Borgnin. Caualcan. dec.*30.*nu.*5.*p.*3. *Garc. de benefic.p.*2. *c.*1. *nu.*103. & in prædictorum corroborationem in *Concil. Prouinciali Mediolan.*7.*tit.de fructib.clerici defuncti*. decernitur, quòd fructus separati à solo pertineant ad hæredes beneficiati defuncti cum supportatione onerum vsque ad nouos fructus, neque enim dicta constitutio Iulij Tertij seruari debet, quando in contrarium viget consuetudo. *Calderin.cons.*2.*ante fin. de pecul. cleric. Couarruu. in c. cum in officijs. nu.*6. *de testamentis*.

12 Similis consuetudo est in Regnis Hispaniarum, de qua *Nauar.cons.*4. *de success. ab intest. Garc.d.c.*1.*num.* 102. & ita fuit dictum in *Palentina fructuum.*26.*Februarij.*1580. *coram Cardin.*Lancellotto *seniore. & in Gerunden. fructuum.*24.*Maij.*1599.*coram* Iusto. *& in* Barchinonen. *fructuū.* 4.*Iulij.*1607.*coram* Iusto. *&* 10. *Decemb.*1607. *&* 3.*Decemb.*1610.*corā Reuerendiss.*D.*Coccino Decano. & in Corduben.beneficiorum.*24.*Feb.*1620. *coram Illustriss.*Card. *Caualeria.* qui dicit fructus pertinere ad hæredes defuncti, & mouetur ex notoria cōsuetudine vigente in Regnis Hispaniarum, quæ consuetudo non reuocabatur in dubium, consuetudo scilicet, quod fructus separati à solo spectent ad hæredem, & iuxta talem consuetudinem fuit facta constitutio synodalis Bracharen. secundum quam prædicti fructus spectant ad hæredes, & ita fuit dictum in *Bracharen. fructuum.*1625.*coram* D.*Burat*to. prout dicit *Barbosa in d.cap.vlt. num.* 26. *vers. verum hodie*.

13 Et similis consuetudo adest in diœcesi Lucana, quæ est conformis constitutioni *Conc. Prouinc. Mediol.* 7. *supradict.* ita in Diœcesi Tudertina seruari vidi dum ibi essem Vicarius Generalis Illustriss. & Reuerendiss. DD. Marcelli Card. Lantis Episcopi Tudertini. nam fructus inexactos semper exigunt hæredes defuncti beneficiati cum supportatione tamen onerum vsque ad nouos fructus in ecclesijs parochialibus, & curatis dumtaxat.

14 Talis etiam consuetudo viget in hac Diœcesi Pisana, in qua fructus inexacti, dummodo sint recollecti, & à solo separati pertinent ad hæredes defuncti beneficiati sine aliquo obstaculo, & ita semper fuit vniformiter seruatum tam in beneficijs parochialibus, & curatis, quàm in beneficijs simplicibus, semper enim hæredes clericorum defunctorum absque exceptione fructus inexactos exegerunt tā extraiudicialiter, quàm iudicialiter agendo, & semper habito respectu, an fructus essent à solo separati, prout considerauit *Rota in Papien. fructuum.*12.*Februar.*1601. *coram Card.* Lancellotto. relata à *Mar. Anton. vbi sup.* & ita occurrentibus vacationibus dixit, & seruari voluit Illustriss. Carolus Antonius Puteus Archiepiscopus Pisanus recol.mem. & Iurisperitissimus.

15 Quoad quartum, & vltimum, quid sit dicendum de dictis fructibus inexactis attenta compositione facta super spolijs cum Camera Apostolica à Clero alicuius Ciuitatis, & Diœcesis.

Et quoad hoc benè est prius referre exemplum aliquod huiusmodi compositionis super dictis spolijs, ideoq. refero Motum proprium Pij Quinti sanctæ memoriæ, continentem compositionem super spolijs factam inter Reu. Cameram Apostolicam, & Clerum Ciuitatis, & Diœcesis Pisanæ. tenoris infrascripti.

Pius

Pius Papa Quintus.

16 MOtuproprio. Cum sicut accepimus, Dilecti filij, & Venerab. fratres Montes de Valentibus Notarius noster Almæ Vrbis Gubernator, Vicecamerarius, necnon Ludouicus Torres, Hieronymus Theodolus Episcopus Gadicen., Ioannes Baptista Doria, Ludouicus Cæsius, & Antonius Maria Saluiatus Episcopus S. Pauli, Cameræ nostræ Apostolicæ Clerici in præfata Alma Vrbe nostra, & Palatio nostro Apostolico, ac solito loco Audientiæ eiusdem Cameræ ad iura reddendum, & causas audiendum de more coadunati, & congregati ipsam Cameram repræsentantes, & facientes, assistentibus ibi etiam dilectis filijs Præsidente eiusdem Cameræ, & Aduocato Pauperum, ac Procuratore fisci nostri, & Commissario præfatæ Cameræ nostræ, & eiusdem Cameræ nomine ex vna, & dilecti filij Paulus Parauicinus, & Iosephus Palmerinus V. I. Doctores, procuratores dilectorum filiorum Canonicorum, & Capituli ecclesiæ Pisanæ vice, & nomine eorundem Canonicorum, & Capituli, ac totius Cleri ciuitatis Pisanæ, eiusq. diœcesis ex altera partibus de, & super spolijs personarum ecclesiasticarum sæcularium Ciuit. Pis. huiusmodi, dictæq. eius diœc. ad quandam concordiam, cōpositionem, & transactionem deuenerint, per quam conuenerunt, quòd ab inde in futurum perpetuò eadem Camera, siue eius ministri ab exactione vniuersorum, & singulorum spoliorum non tamen ex illicita negociatione acquisitorum quarumuis personarum ecclesiasticarum sæcularium cuiusuis status, gradus, cōditionis, & dignitatis, non tamen Archiepiscopalis tunc existentium, & deinceps similiter perpetuò futurarum earundem Ciuit. & Diœc., & occasione quarumuis ecclesiarum, & beneficiorum ecclesiasticorum, non tamen consistorialium in eisdem scilicet Ciuit. & Diœc. consistentium abstinerent, quodq. omnia bona, spolia nuncupata non amplius ad Cameram præfatam, sed ad ipsarum personarum ecclesiasticarum pro tēpore decedentium hæredes, & successores, causamq. ab eis tam ex cōtractu, quàm ex testamento, vel ab intestato tunc, & pro tempore habētes non secus, ac si essent bona patrimonialia spectarent, & pertinerēt; itaq. bona per dictas personas ecclesiasticas sæculares ex contractibus concessa, aut quomodolibet alienata, seu ex testamento, vel alia vltima voluntate etiam ab intestato relicta huiusmodi, nullo vnquam tempore tamquam spolia ad Sedē Apostolicam, seu præfatam Cameram deuolui, seu quomodolibet spectare possint, sed illis, quibus relicta concessa, aut respectiuè ab intestato venientibus proximioribus deberentur, applicari deberent. & præfati Paulus, & Iosephus d. n. pro spolijs præfatis, & illorum occasione, ac pro omni iure, quòd eadem Camera super bonis præfatarum personarum ecclesiasticarum tāquam spolijs habere, seu prætendere possint, eidem Cameræ, & pro ea moderno, & pro tempore existenti depositario Apostolico generali quadraginta scuta, vndecim iulijs pro quolibet scuto computatis in singulos annos perpetuis futuris temporibus vna solutione, videlicet in quolibet festo Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, incipiendo à proximo futuro festo eorundem Apostolorum soluere promiserunt, dictiq. Vicecamerarius, & Clerici, vt quælibet persona ecclesiastica sæcularis pro rata prouentuum beneficiorum suorū etiamsi iurispatronatus clericorum, seu laicorum, & cuiuscumque annui reditus existerent in solutione dictæ annuæ quadraginta scutorum summæ sic, vt præfertur soluendæ cōtribueret, & alius pro alio non grauaretur,

& vt

& vt summa ipsa eò faciliùs, & citiùs exigi, & cogi, ipsiq. Cameræ debita annua solutio impendi possit Vener. fratri moderno, & pro tempore existenti Archiepiscopo Pisano, seu in spiritualibus & temporalibus Vicario generali, ac eisdem Capitulo, & Canonicis coniunctim cum interuentu tamen vnius personæ de, & pro quolibet Capitulo Collegiatarum ecclesiarum præfatæ Dioec. vnã collectam ab vniuerso Clero earundem Ciuit. & Dioec. pro rata prouentuum ecclesiarum, & beneficiorum quiuscunque personæ eiusdem Cleri proportionabiliter exigendã, quæ tamen computatis vnà cum præfata annua summa eidem Cameræ soluenda, certis tunc expressis expensis, quatenus ea exactio sine impensa fieri non possit, summam scutorum quadraginta quinque millium non excederet sub certa tunc expressa forma imponendi, & quandocumque opus esset renouandi, dictisq. Archiepiscopo, Canonicis, & alijs, vt præfertur, interuenire debentibus pro eiusdem collectæ exactione, personam idoneam sibi pro tempore benè visam certis tunc expressis modo, & forma qualificatã, quæque nonnulla etiam tunc expressa præstare, & facere deberet; deputandi, & reuocandi respectiuè facultatem concesserunt, desuperq. dicti Vicecamerarius, & Clerici ex vna, & Paulus, & Iosephus ex alia partibus, quibus supra respectiuè nominibus nonnullæ conuentiones, & pacta inierint, aliaq. fecerint, prout in instrumento publico desuper manu dilecti filij Hieronymi de Tatano eiusdem Cameræ Notarij die 26. mensis Ianuarij proximi elapsi celebrato, cuius ampliorem tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & ad verbum inserto haberi volumus, pleniùs dicitur contineri. Nos volentes securitati contrahentium cum præfata Camera, & præsertim personarum ecclesiasticarum opportunè, vt par est, prouidere, tenore præsentium supradictam concordiam, compositionem, transactionem, conuentiones, & pacta, ac prædesignatum desuper confectum instrumentum, omniaq. alia, & singula in eo contenta de expressis mandato, & commissione nostris præcessisse attestantes, & fidem facientes. Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine supraseriptam concordiam, compositionem, transactionem, conuentiones, & pacta, & instrumentum prædesignatum, aliaq. & singula in eo contenta, & inde secuta quæcunque Apostolica auctoritate approbamus, & confirmamus, illisq. Apostolicæ firmitatis robur adijcimus. supplentes omnes, & singulos tam iuris, quàm facti, ac solemnitatũ etiam quarumlibet substantialium, ac necessariarum, & requisitarum defectus, siqui forsan interuenerint in eisdem, eaq. omnia inconcussa firmitate subsistere, & inuiolabiliter obseruari debere, præsentesq. nostras de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari, argui, vel impugnari, aut reuocari, restringi, vel limitari nullatenus posse, & si secus fiat, quoties id fiet, toties illas in pristinum statum restitutas, & plenàriè reintegratas, validasq., & efficaces etiam perinde, ac si consistorialiter, & de Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium cõsilio, & assensu emanassent, fore, & esse, ac censeri, vimq. validi contractus inter nos, & Apostolicam Sedẽ ex vna, & præfatos Capitulũ, & Canonicos, & Clerum ex alia partibus iniri habere, easq. ad omnia, & singula præmissa plenè probandum omnino sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, sicq. in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes,

etiam

etiam eosdem S.R.E. Cardinales, & præfati Palatij causarum Auditores, dictæq. Cameræ Præsidentes Clericos in quauis causa, & in sententia sublata, &c. iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, &c. decernimus; mandantes propterea dilectis filijs Camerario, & Thesaurario nostris, ac eisdem Clericis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, vti easdem præsentes in eadem Camera admittant, & in illius libris describi, & registrari faciant, ac inuiolabiliter obseruent, & obseruari mandent, desuperq. patentes literas, mandata, & alias scripturas opportunas expediant, & expediri curent. Non obstantibus quibuscumque cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon priuilegijs, & indultis eidem Cameræ, & Fisco nostris quomodolibet concessis, &c. ipsiusq. Cameræ statutis, stylo, & consuetudinibus, etiam iuramento roboratis, quibus omnibus, etiamsi pro illorũ sufficienti obligatione, siue derogatione de illis &c. tenores &c. illis aliàs in suo robore permansuris &c. hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expressè derogantes, cæterisq. contrarijs quibuscumque. Volumus autem earumdem præsentium solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio, & extra, regula contraria non obstante, plenam fidẽ facere, seu si eisdem Capitulo, Canonicis, & Clero videbitur desuper literas etiam per Breue nostrum, vel sub plumbo, etiam cum omnium, & singulorum præmissorum, aliorumq. necessariorum ampliori specificatione, & expressione, ac prædesignati instrumenti etiam quarumlibet aliarum scripturarum desuper necessariarum ad verbum, si videbitur insertione, alijsq. clausulis necessarijs, & opportunis, adeoq. cõtraria quæcumque prorsus tollantur, & non obstent simul, vel separatim, etiam sub diei sexti mensis Februarij. anni à Natiuitate Domini. MDLXXI. Pontificatus Nostri anno sexto, vel alia data expediri posse.

Placet Motu proprio. M.

Clerus Pisanus composuit pro spolijs pro sc. 44. singulo anno.

Io.Bern.Cam.

Narrata sunt conformia supradesignato instrumento, & ita attestor Hieronymus de Tarano. die 16. Februarii. 1571. admissa est hæc cedula motus proprij ex decreto Cameræ, & registrata lib. 3. signaturarum S.D.N. apud me Notarium. fol. 5.

Hier. de Tarano.

17 Cum ergo ex tali compositione spolia decedentium clericorum non amplius ad Cameram Apostolicam, sed ad hæredes dictorum clericorum pertineant, resolutiuè est dicendum etiam fructus inexactos à beneficiatis defunctis tamquam spolia spectare ad eorundem hæredes, idque probatur, quia ex prima Bulla Iulij Tertij fructus inexacti spectant ad successores in beneficijs, & ex secunda Bulla habetur illud esse verum in locis, in quibus non consueuerunt esse collectores spoliorum pro Camera Apostolica, sed in Hetrutia semper consueuit esse talis collector, videlicet, Illustriss. & Reuerendiss. D. Nuntius Apostolicus Florentiæ degens, ideo dicti fructus in Hetruria non spectant ad successores, sed tamquam spolia pertinẽt ad Cameram Apostolicam, sed ex d. compositione clericum Camera Apostolica, clerus fuit subrogatus in locum Cameræ, ideo dd. spolia, & fructus inexacti ad hæredes clericorum decedentium pertinent, non autem ad Cameram Apostolicam, seu successores in beneficijs.

Accedit, quòd in d. secunda bulla Iulij III. dicitur, quòd est attendenda dicta prima bulla, scilicet, quod fructus inexacti pertineant ad successores, nisi adsit contraria consuetudo,

suetudo, quæ obseruanda est, verum supradixi consuetudinem antiquissimam esse in hac Ciuitate, & Dioece-
18 si, quod fructus inexacti spectent ad hæredes clericorum defunctorum, ideo seruanda est.

19 Aequum esset tamen, quòd hæredes clericorum defunctorum sicuti succedunt in commoditate bonorum, & fructuum, ita etiam supportarent onera beneficiorum vsque ad nouos fructus, & præcipuè in parochialibus, & curatis ecclesijs, sicuti in *Conc. prouinc. Mediolan.* 7. decernitur, & etiam seruatur in dioecesi Tudertina, & Lucana, datur enim secundum qualitatem, & quantitatem redituum singulo mense certum quid pro parochi sustentatione, & in dioecesi Tudertina regulariter datur in grano quarta pars rubij, & vnus cadus vini pro quolibet mense vsque ad nouos fructus, & messem.



LIBER

Digitized by Google

13-6-2-23

LIBER DECIMVS QVINTVS, ET VLTIMVS, IN QVO CONTINETVR, QVOMODO AMITTATVR IVSPATRONATVS.

SVMMARIVM.

1 *Patronus quando perdat iuspatr. absque suo delicto.*
2 *Patronus perdit iuspat. si ecclesia destruatur.*
3 *Nisi fiat reædificatio ex cæmentis diruta ecclesiæ.*
4 *Patronus tenetur dirutam ecclesiã reædificare, si vult iuspat. acquirere.*
5 *Et patrono volente reædificare, alius non admittitur.*
6 *Patronus perdit iuspat. si pereat causa, ob quam erat patronus.*
7 *Iuspat. perit, si ab habente auctoritatem supprimatur.*
8 *Et si ecclesia libertatem acquisiuit per non vsum.*
9 *Nisi non vsus venerit eo quod ecclesia non vacauerit.*
10 *Ætas hominum longæua refertur.*
11 *Patronus perdit iuspat si illud cedat.*
12 *Et quando permittit, quòd ecclesia non collegiata fiat collegiata.*
13 *Patronus perdit iuspatr. si permittit ecclesiam patronatam vniri.*
14 *Iuspatr. extinguitur perempta linea patronorum.*
15 *Nisi sibi tantum reseruasset iuspatr. fundator.*
16 *Iuspat. perit, si fundator decedat sine harede.*
17 *Ecclesia libera aliquando vnitur ecclesiæ patronatæ.*

CAPVT PRIMVM.

Iuspatronatus quando amittatur sine Patroni delicto.

1 IVspatronatus aliquãdo amittitur, & patronus iurepatronatus priuatus remanet absque suo delicto, & culpa sua, prout tradit *Lelius Zecchius de benefic. & pension. c. 12. nu.* 48. quod pluribus modis contingere potest.

2 Primo igitur modo, patronus iuspatronatus amittit absque suo delicto, videlicet, si destruatur ecclesia, & ibi, vel alibi ab alio reædificetur. *Ludouisius, qui fuit Greg. XV. fol. rec. dec,* 405. *nu.* 1. *& ibi annotat.* nisi 3 fieret reædificatio ex cæmentis dirutæ ecclesiæ, quia tunc ambo erunt patroni, vide in *Nolana Beneficij.* 19. *Ianuar.* 1594. *coram Card. Arigonio.* idem erit si dos fuerit consumpta, nam redotans ratione dotationis fit patronus, vt dixi sup. lib. 2. cap. 5. *Rocch. de Cur. de iurep. ver. construxit. q.* 8. *nu.* 12.

4 Et est notandum, quòd patronus tenetur reædificare in totum dirutã ecclesiam, si eius iuspatronatus velit de nouo acquirere, & qui tenetur ad ecclesiæ parochialis reparationẽ, tene-

tenetur etiam ad reparationem domus parochi, & si vnus ex patronis in reædificatione non concurrit, non acquirit iuspatronatus, necantiquũ ius conseruabit, sed compatronis accrescet. & volente patrono dirutam
5 ecclesiam reædificare, non admittitur extraneus ad eã reædificandam. & de his vide *Card. Tuscum practic. concl. iur. litera* I. *concl.* 620. *nu.* 4.
6 Secundo amittitur iuspatronatus, quando causa, propter quam quis erat patronus, perempta est. *Paulus de Citadinis de iurepat. p.* 3. *in prima causa acquirendi iuspatr. quæst.* 16. *Lambertin. de iurepat. lib.* 3. *quæst.* 7. *art.* 1.
7 Tertiò amittitur iuspatronatus, si Papa in totum auferat illud, & supprimat, quòd à solo Papa fieri potest. *Lambertin. vbi sup. d. quæst.* 7. *art.* 6. & ratio est, quia patronus habet iuspat. ex gratia. *cap.* 3. *de iurep.* vide *Felin. in c. quæ in ecclesiarum. col.* 14. *de constit.*
8 Quarto amittitur iuspatronatus, si ecclesia patronata libertatem acquisiuit per non vsum præsentationis, quia patroni non præsentarunt. *Abb. cons.* 106. *lib.* 2. *col. penult. facit textus in cap. de quarta. vbi Innoc. notat. de præscript.* & præscriptionis tempus illud sufficiet, quod requiritur ad præscribendum contra laicũ; idemq. est, si laicus contra laicum præscribat iuspatr. alicuius ecclesiæ patronatæ; illud tamen non proce-
9 dit, quando talis non vsus prouenit ex eo, quòd casus vacationis non euenerit etiã per centum annos, vel si euenerit, Papa contulit derogando iuripatronatus. vide *Firmanum in tractatu de Episcopo. p.* 3. *quæst.* 23. *& Card. Tuscum vbi sup. nu.* 6. *Card. Seraph. dec.* 1367.
10 Quia clarum est, aliquando homines superuixisse etiam vltra centum annos, prout refert. *Card. Baronius annal. ecclesiast. tomo* 1. *anno Domini* 79. *fol.* 762. qui refert hæc. cẽtum viginti annos Parmæ tres edidere, Brizelli vnum centum viginti quinque, Parmæ duos centum triginta, Placentiæ vnum centum triginta vnum; Fauentiæ fuit mulier centum trigintaduos annos habens. Bononiæ L. Terentius Marci filius, Arimini verò Marcus Aponius centum & quinquaginta. Tertalla centum triginta septem. circa Placentiam in collibus oppidum est Velleiarium, in quo centum & decem annos sex detulere, quatuor centenos vicenos, vnus centum quadraginta. & in regione octaua Italiæ centum annorum censi sunt homines. 54. centenum denum homines. 57. cẽtenum vicenum quinũ homines duo. centenum tricenum quinum. aut septenum totidem. centenum quadragenum homines tres, hæc ex Plinio.
11 Quinto amittitur iuspatronatus, si patronus illud cedat, donet, vel alteri renunciet cum Episcopi consensu, vel si ipsimet ecclesiæ illud cedat. *c. vnico de iurepat. lib.* 6. de quibus modis transferendi, & sic amittendi iuspatronatus dixi supra pluribus in locis. non amittitur tamen iuspatr. ex decreto facto ab Episcopo, vel visitatore, quòd quilibet doceat de suo iurepat. infra certum tempus sub pœna priuationis, nisi iuspat. competat ex priuilegio. *ad not. per Ancharan. cons.* 60. *& Felin. in c. licèt heli. de simon.* & fuit dictum in *Comen. Capellaniæ.* 5. *Iulij.* 1593. *coram Penia.*
12 Sexto amittitur iuspatronatus, quando patronus patitur, & permittit, quòd ecclesia non collegiata fiat collegiata, sine aliqua reseruatione sui iuris, quia tunc non habet auctoritatem, nec ius præsentandi principalem rectorem in tali ecclesia. per *glo. in c. nobis. verb. capella. de iurepat. Paul. de Citad. vbi sup. par.* 3. *partit.* 14. *nu.* 3. *Massob. in praxi hab. conc. ad vac. par. eccl. prælud.* 7. *dub.* 5. *nu.* 5. *& prælud.* 2. *dub.* 3.
13 Septimo amittitur iuspatronatus, quando patronus sine aliqua sui iuris

ris reseruatione permittit, & patitur ecclesiam patronatam vniri. *Lambert. vbi sup. d. quæst. 7. art. 10.*

14 Octauo cessat iuspatronatus per lineæ extinctionem, quamuis enim de sui natura transeat ad hæredes, nulla etiam hæredum mentione facta in reseruatione iurispat. vt concludunt communiter Doct. *in c. 1. de iurepat.* attamen si fundator reseruauit sibi iuspat. cum aliqua qualitate, qua demonstret voluisse iuspat. durare tempore suo, præsertim si addita sit dictio taxatiua, tunc personam fundatoris non egreditur. latè *Moneta de commut. vlt. volunt. cap. 11. nu. 134.* & dixi sup. pluribus in locis.

15

16 Nono amittitur, & cessat iuspat. si patronus decedat sine hærede, nam tunc ecclesia remanet libera, eiq. Episcopus liberè prouidet. *Lambert. vbi sup. lib. 1. par. 2. quæst. 2. art. 40.*

17 Est tamen notandum, quòd in praxi (quamuis ecclesia libera non sit vnienda ecclesiæ patronatæ) vidi seruari, quod quando ecclesia patronata, & ecclesia libera ex aliqua necessitate, seu vtilitate ad inuicem vniuntur ab Ordinario cum patroni consensu, & facultates ecclesiarum vnitarum sunt æquales, pro vna vice confert Ordinarius, pro alia vice patronus præsentat. ita contigit in plebania S. Iuliæ de Caprona Pisanę diœcesis, quæ est liberæ collationis; eiq. non habenti reditus sufficientes fuit annexa, & vnita vicina ecclesia S. Martini de Ctespignano eiusdem diœcesis iurispatronatus hæredum Domini Leonis de Cambinis, nam pro vna vice præuio concursu confert Illustriss. D. Archiepiscopus Pisanus, pro alia vice prædicti hæredes rectorem præsentant, & sic alternatim proceditur. & circa prædicta videas *Lambertinum d. lib. 3. quæst. 7.* per omnes articulos d. quæstionis.

Et quod supradictum est amitti iuspat. per non vsum, & ecclesiā fieri liberam, illud procedit, si fuerit factus aliquis actus positiuum de directo contrarius seruituti. *arg. l. hæc autem. & ibi Doct. ff. de seruit. vrb. præd. Rota dec. 109. n. 8. & seqq. par. 2. diuers.* & fuit dictum in *Imolen. Iurisp. 26. Martij. 1595. coram Card. Pamphilio.* item requiritur intentio conferentis iure libertatis, & animo eam acquirendi; quæ necessaria sunt pro præscriptione ad acquirendum statum libertatis. *d. dec. 109. nu. 11.* & fuit dictum in *Papien. Archipresbyteratus. 9. April. 1601. coram Card. Pamphilio.* item requiritur scientia, & patientia patronorum credentiū ius præsentandi ad se non spectare, vel volentes præsentare non fuerunt admissi. *Ripa in c. cum ecclesia sutrina. num. 64. de cau. poss. & prop. Calderin. cons. 15. de iurep. d. dec. 109. nu. 11.* & in d. *Papien. Archipresb.* item requiritur tempus necessarium ad præscribendum, quod est 40. ann. *Salicet. in l. 2. nu. 10. C. de seruit. & aqua.* & fuit dictum in *Romana Capellaniæ. 12. Iunij. 1589. coram Card. Pamphilio.* vide in *Placentin. parochialis. 12. Maij. 1588. coram Bubalo. in Barchinonen. vnionis. 5. Decemb. 1597. coram Gipsio.* Ecclesia tamen non acquisiuit libertatem, quando prouisiones factæ sunt à Papa cum derogatione iurispat. in totum, vel pro medietate, quia per illas præsupponitur, & præseruatur iuspatr. & excludit intentionem acquirendi libertatem. *Lambert. de iurepat. lib. 3. q. 7. art. 7. nu. 5. Cassad. dec. 20. nu. 2. de concess. preb.* & fuit dictum in d. *Papien. Archipresb.*

SVMMARIVM.

1 *Patronus aliquando ex proprio delicto perdit iuspat.*
2 *Patronus vendens iuspat. eo priuatur.*
3 *Et si scienter præsentet indignum.*
4 *Patronus ingratus ecclesiæ perdit iusp.*
5 *Patronus si in hæresi labatur perdit iuspat. &*

CAPVT SECVNDVM.

Iuspatronatus quando amittatur ex patroni delicto.

1 PATRONVS aliquando ex proprio delicto iuspatronatus amittit, quod accidit pluribus modis. &

2 Primò, si patronus vendat iuspatronatus, quod vendi non potest. *cap. de iure. de iurepatr.* tunc enim vendens iuspatr. amittit, & emens amittit pretium, quòd ipsi ecclesiæ datur, & ecclesia ipsa fit libera. *cap. quia clerici. de iurepat.*

3 Secundò, patronus scienter præsentans indignum, pro illa vice perdit ius præsentandi, vt dixi sup. pluribus in locis.

4 Tertiò, patronus ingratus ecclesiæ perdit iuspatronatus. ita *Surdus in tract. de alimentis. tit. 7. quæst. 32. nu. 9. & 10. & quæst. 38. nu. 2.*

5 Quartò, si patronus in hæresim labatur ad *text. in cap. cum secundum. de hæret. lib. 6.* perdit iuspatronatus, cum tunc ipso facto omnia eius bona ecclesiæ sint applicata, & si ad fidem reuertatur, illud non recuperat. *Abb. in c. quia diligentia. de elect.*

6 Quod etiam procedit in receptatoribus, & defensoribus hæreticorũ, in schismaticis, apostatis, & excommunicatis insordescentibus in excõmunicatione maiori per annũ quando censentur vt hæretici. *Marescott. variar. resol. lib. 1. c. 83. nu. 13. & 14. Prax. Archiep. Leonis. c. 21. de iurep. nu. 31. Moneta de commut. vltim. volunt. c. 11. nu. 158. & seqq.*

7 Quintò, si patronus committat crimen læsæ maiestatis humanæ. *Abb. in cap. cum laici. de iurep.* vbicumque enim patronus cõmisit crimen, per quod priuatur à iure vel ab homine omnibus bonis, eo casu semper

semper perdit iuspatronatus. *Abb. in d. cap. quia diligentia in fine. Lambert. de iurep. lib. 3. quaest. 8. art. 5.*

8 Sextò, si patronus sit proditor patriæ, tunc enim priuatur iurepatronatus ad ea, quæ dicuntur in *clem. ne in agro. §. quia vero. de statu monach.*

9 Septimò, patronus perdit iuspatronatus, si ipse, vel alius pro eo rectorem beneficij patronati occidat, vel mutilet. *c. in quibusdam. §. sacri. de pœnis.* & ius deuoluitur ad ecclesiam, cui facta est iniuria, & ne minus vindictæ, quam excessus memoria prorogetur, vsque ad quartam generationem per lineam directam posteritates talium in clericorũ collegium admitti, neque in domibus regularibus alicuius prælationis honorem assequi possunt, donec cũ eis misericorditer fuerit dispensatum, vt habetur in *d. §. sacri. & ibi glo. in verbo, prorsus amittat. & ibi Abb. n. 2.*

11 nisi patronus id faceret ad sui necessariam defensionem vim vi repellẽdo cum moderamine inculpatæ tutelæ. *glo. in d. § sacri. verbo, præsumpserint.* vel si aliter mortem euitare non posset. *clem. si furiosus. de homicidio.* idem est, si patronus occidat,

12 capiat, vel bannia Episcopum. *c. ad aures. de pœnis. clem. 1. de pœnis. vel Cardinalem. cap. fœlicis. in princ. de pœnis. lib. 6.*

13 Octauò, patronus se ingerens in perceptione fructuum beneficij patronati, aut ipsius bona vsurpans, statim ipso iurepatronatus priuatus est, & est excommunicatus. ita habetur in *Conc. Trid. sess. 22. cap. 11. de reform. in vers. quod si eiusdem ecclesiæ. & sess. 25. de reform. cap. 9. in vers. patroni autem beneficiorum.* vide *Praxim Archiep. Leon. vbi sup. d. nu. 31.*

14 Accedit etiam, nam præsentatus lite pendente, seu ante institutionẽ ingerens se in recollectione fructuũ beneficij, ad cuius regimen fuit præsentatus, à iure suo cadit, & collitigãti tribuitur. *clem. vnica. de sequest. possess. & fruct. Rebuff. in sua praxi benefic. tit. de subrogationibus. nu. 8. Quaranta in summa* Bullarij. *in verbo, beneficiorum possessio. & Crescent. dec. 6. de iurepat.* qui omnes concludunt. *text. in c. auaritiæ. de elect. lib. 6.* procedere etiam in omnibus benefi-

15 cijs, & ideo si præsentatus se ingerat per se, vel per alium in totum, seu in partem, ipso iure amittit ius petendi institutionem. *Card. Mantica dec. 261. nu. 2. & Card. Seraph. dec. 598. num. 1.*

16 Nonò, amittitur iuspatronatus per sententiam iudicis ecclesiastici competentis, veluti quando est lis inter aliquos super iurepatronatus alicuius beneficij, & factis legitimis probationibus Iudex pronunciet iuspat. ad vnum pertinere excluso altero, quia talis exclusus remanet dicto iurepatronatus priuatus, secus si in contumaciam, vel non legitimè citatus priuatus fuisset, quia tunc sententia nulla est, & inualida. vide *Lambert. vbi sup. d. lib. 3. quaest. 8.* per omnes articulos *d. quaest.* vide de his modis *Zecchium de benefic. & pens. c. 12. nu. 48.*

17 Decimò, amittitur iuspatronatus per confiscationem omnium bonorũ auctoritate iudicis ecclesiastici factam. *Praxis Archiep. Leon. vbi sup. num. 36.*

18 Dubium autem est inter Doctores, numquid patronus propter delictum priuetur iurepatronatus à Iudice ecclesiastico, vel à Iudice sæculari, ideo ad faciliorem declarationem cõstituuntur casus infrascripti.

19 Primus est, quando Iudex ecclesiasticus procedit contra patronum super priuatione iurispatronat. principaliter, & id facere potest. *d. c. in quibusdam.* idem est si procederet contra patronum super alio delicto, super quo includatur etiam priuatio iurispatr.

20 Secundus est, quando Iudex laicus vult per suam sententiam confiscare iuspat. dumtaxat, & tunc talis

lis iudicis sententia non tenet super hoc. *glos. in c. filijs. 16. q. 7. in verbo, propinquis*.

21 Tertius est casus, quando Iudex laicus facit per suam sententiã omnium bonorum patroni publicationẽm cum speciali iurispat. mentione, & tunc huiusmodi sententia non valet. *Abb. in cap. quanto. col. penult. de iudic.*

22 Quartus est casus, quando Iudex laicus ob patroni delictum facit omnium bonorum eiusdem publicationem sine aliqua iurispatronat. mentione, & tunc non includitur iuspatronatus, sed Episcopus potest se informare summariè, ipsumq. patronum priuare. ita procedit dictum *Butrij in clem. pastoralis. de re iudic.*

23 & ex publicatione facta per Iudicem laicum ex delicto commisso à patrono contra ecclesiam, patronus priuatus remanet iurepat. ex iuris dispositione, & ecclesia patronata fit libera.

24 Quintus est casus, quando Iudex laicus publicat omnia bona patroni propter eius delictum, & Episcopus non procedit contra patronum, neque eundẽ priuat iurepatronatus, & tunc simul cum vniuersitate publicata, in qua adest iuspatronatus, an iuspatronatus transeat in fiscum. vide *Felin. in c. quanto. nu. 3. de iudic. & Card. in clem. plures. nu.* 8. *de iurepatr.*

25 dicit transire in fiscum cũ transeat in hæredẽ extraneum. & in praxi vidi in tali casu de facto vnà cũ vniuersitate publicata transire iuspat. in fiscum, qui fiscus adueniente vacatione vice patroni rectorem præsentat, & probatur d. iuspat. tamquam proueniens ex persona banniti.

26 Transit autem cum vniuersitate, quæ sine alia expressione contineat in se iura vniuersitatis, vt villa, vel castrum. R*occh. de Curte de iurepat. verbo, ipse, vel is à quo. quæst. 29. nu. 41.* L*ambert. de iurep. lib. 3. q. 8. seu. 5. art. 1. &* 17. & declarat *Garcia de benefic. p. 5. c. 9. nu. 32.* de qua re pertractat *Clarus receptar. sentent. §. vlt. quæst. 78. Molina de primogen. lib. 1. c. 24. à nu. 26. Decian. tract. crimin. lib. 5. c. 44. nu. 44. Sardus de aliment. tit. 9. quæst. 22. n. 28. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 8. c. 12. q. 9. Farinacc. in praxi crim. tit. de delictis, & pœnis. p. 1. quæst. 25. nu. 151. & in tract. de hæresi. quæst. 190. §. 1. nu. 24. Sanchez in præcepta decalogi. lib. 2. c. 19. Aug. Barbos. de off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 71. nu. 45.* G*arc. d. c. 9. à nu. 25.*

27 Quòd autem numquam iuspatr. transeat in fiscum, sed ecclesia patronata tunc remaneat libera tenẽt, & sequũtur P*raxis Archiep.* L*eon. d. c. 21. nu. 36. &* M*oneta alios deducẽs. de commut. vlt. vol. c. 11. nu. 164. & seqq. vers. ego sanè.* ea ratione, quia

28 si iuspatr. transiret in fiscum, talis translatio esset præiudicialis ecclesiæ, in cuius fauorem deficientibus successoribus fundatoris extinguitur iuspat. & remanet beneficium liberum. & R*occh. de* C*urt. vbi sup. n. 66.* dicit hanc opinionem esse æquiorẽ, quòd si transiret in fiscum, periret spes libertatis beneficij, quia fiscus numquam moritur.

29 Item quia si iuspat. est familiare non transit ad alios extra familiam, ergo neque in fiscum, si est hæreditarium transit in hæredem, vt hæredẽ,

30 adeo vt si quis non sit hæres, in eum non transit iuspat., sed quando bona banniti publicãtur, & fisco incorporantur non transeunt in fiscum vt hæredem, quia vt plurimum bannitus viuit, & viuentis non datur hæres, ergo neque in fiscum potest trãsire iuspat. cum fiscus non sit hæres. & quod iuspat. non contineatur in confiscatione bonorum, & quod iu-

31 dex laicus non possit iuspat. confiscare, sed quod remaneat penes delinquentem donec eo per iudicẽ ecclesiasticum priuetur tamquam indignus. probat *Molina vbi sup. nu. 25. & seqq. Aug. Barbosa in collect. ad cap. vergentis. nu. 21. de hæreticis. Reuerendiss.* D. *Antonius* R*icciullus*

Episco-

Episcopus Bellicastren. Vicesgerens in suo doctissimo tractatu de iure personarum &c. lib. 5. c. 33. & fuit dictum in Agaten. *Iurispat. 4. Martij.* 1602. coram *Illustriss.* D. Card. *Pamphilio*. & quoad prædicta quid sit dicendũ in materia cõfiscationis respectu iurispat. videnda sunt ea, quæ fuerunt decisa in *Lucana Iurispat. 27. April.* 1605. *coram Reuerendiss.* D. *Coccino Decano*, quæ in calce operis est dec. 105. & in eadem coram eodem. 12. *Iunij*. 1606. quæ in calce est decis. 106. & in eadem coram eodem. 8. *Iunij*. 1607. quæ in calce operis est dec. 107. in quibus decisionib. elegantissimè resoluuntur pertinentia ad talem materiam.

SVMMARIVM.

1 *Clericus beneficiatus ad quid teneatur ratione beneficij.*
2 *Clericus beneficiatus tenetur incedere in habitu, & tonsura clericali.*
3 *Et tenetur vestes clericales deferre.*
4 *Constitutio Sixti V. super declaratione habitus clericalis.*
5 *Et si ex iusta causa habitum non deferat, excusatur.*
6 *Vel si non deferat ex paupertate.*
7 *Vel si non deferat pro vna vice.*
8 *Vel ex causa infirmitatis.*
9 *Vel ratione itineris.*
10 *Clericales vestes quæ.*
11 *Clericis certarum vestium vsus interdictus.*
12 *Clericales vestes ex vsu, & consuetudine inducuntur.*
13 *Et attendenda est consuetudo clericorum.*
14 *Pensionarij quando non teneantur deferre habitum clericalem.*
15 *Et milites, & alij ex priuilegio pensionem habentes.*
16 *Clericus beneficiatus tenetur cum tonsura, & coronà incedere.*
17 *S. Petrus quare capite detonso incederet.*
18 *Clericus non deferens tonsuram, vel habitum quando peccet.*
19 *Clericalium vestium color quis.*
20 *Clerici vestes nigras deferre debent.*
21 *Clericus beneficiatus tenetur eos ordines recipere, quos ratione beneficij accipere tenetur.*
22 *Cui non currit tempus, donec litigat super beneficio.*
23 *Prouisi de parochialibus, seu canonicatibus tenetur facere fidei professionem.*
24 *Et etiam Episcopi, qui iuramentum fidelitatis præstant.*
25 *Doctorandi, concionatores, confessarij, & alij tenentur facere fidei professionem.*
26 *Canonicus faciens fidei professionem in Capitulo, in quo sit Vicarius, satisfacit.*
27 *Fidei professio potest fieri per procuratorem.*
28 *Fidei professio facta præsumitur ex decennali collatione.*
29 *Clericus obligatus non facit fructus suos si fidei professionẽ non fecerit.*
30 *Lucratur tamen distributiones quotidianas.*
31 *Possessio tamen ei nõ suffragatur quoad dd. fructus.*
32 *Nec potest licitè dd. fructus retinere, sed tenetur restituere.*
33 *Et fructus prædicti sunt distribuendi in pios vsus.*
34 *Et si fructus sint ex mensa Capituli, spectant ad Capitulum.*
35 *Clericus beneficiatus tenetur recitare Diuinum officium quotidie.*
36 *Diuinum officium in quibus consistat.*
37 *Horæ canonicæ quare sint septem.*
38 *Diuini officij recitatio est de præcepto.*
39 *Quoad clericos sacris ordinibus initiatos, vel beneficiatos.*
40 *Clericus vnum, vel plura habens beneficia, vnicum Diuinum officium recitare tenetur.*
41 *Clerici non recitantes Diuinum officium ad quid teneantur, & quando peccent.*
42 *Constitutio Pij V. super amissione fructuum non recitantium officiũ.*
43 *Clericus habens tenue beneficium tenetur*

netur recitare officium.

44 *Clericus habens titulum beneficij, cuius fructus alteri sint reseruati, tenetur officium recitare.*

45 Coadiutor non tenetur recitare officiū.

46 *Habens titulum tantum beneficij non habentis residentiam tenetur recitare officium.*

47 Commendam beneficij habens tenetur officium recitare.

48 *Habens plura beneficia tenetur vnū officium recitare.*

49 *Habens beneficium, & pensionem satisfacit dicenda vnum officium.*

50 *Habens plura beneficia, si omittat officium vnius diei, vnum peccatum committit.*

51 *Quia ratione omnium vnu resultat obligatio.*

52 *Quod est verum etiamsi cum beneficio habeat ordinem sacrum.*

53 *Obligatio recitandi officium est religionis ex præcepto.*

54 *Horas septem omittens vnum peccatum committit.*

55 *Clericus tenetur officium recitare secundum Breuiarium Romanum, aliàs peccat mortaliter.*

56 *Et est recitandum officium Sanctorum diœcesis.*

57 *Et si dicat vnum officium pro alio satisfacit.*

58 *Diuinum officium quomodo sit recitandum.*

59 *Oratio est oris actio.*

60 *Oratio generaliter sumpta continet omnem actum contemplandi, meditandi, & laudandi* Deum.

61 *S. Cypriani de oratione sermo.*

62 *Hora orandi quæ.*

63 *Gestus in orando quis.*

64 *Oratio vbique fieri potest.*

65 *Et in loco honesto.*

66 *Beneficiatus quando publicè teneatur recitare diuinum officium.*

67 *Episcopus debet residere, & officium recitare.*

68 *Horæ canonicæ integrè sunt recitādæ.*

69 *Officij diuini recitatio alternatim sufficit.*

70 *Pœnitens pro satisfactione satisfacit recitando alternatim.*

71 *Rosarium* B. M. V. *alternatim recitari potest.*

72 *Modus recitandi* Diuinum *officium quis.*

73 *Officium* Diuinum *debet recitari voce clara.*

74 *Canonici, & alij habentes dignitatem an teneantur psallere in choro.*

75 *Et conclusio est affirmatiua.*

76 *Quamuis alij dicant assistentiam sufficere ad lucrandas distributiones.*

77 *Et excusantur si adsit contraria consuetudo.*

78 *Quæ tamen à Conc.* Trid. *sublata videtur.*

79 *Et alij dicunt eos non teneri dum cantatur cantu figurato.*

80 *Ecclesia* Pisana *vsus laudabilis in recitatione* Diuini *officij.*

81 *Canonici celebrantes missas priuatas tempore officij non lucrantur distributiones.*

82 *Nisi id faciant iussu superioris.*

83 *Sed contrarium seruatur de consuetudine.*

84 *Clericus beneficiatus quibus causis excusetur à recitatione officij.*

85 *Et excusatur ratione infirmitatis.*

86 *Ob cæcitatem.*

87 *Infirmus lucratur distributiones quotidianas.*

88 *Infirmus quis dicatur arbitrio iudicis remittitur.*

89 *Stylus ecclesiæ Pisanæ quoad* Canonicos *infirmos.*

90 *Clericus ex Papa dispensatione excusatur à recitatione officij.*

91 *Vel ex occupatione maioris negotij.*

92 *Vel ob defectum Breuiarij.*

93 *Et ex alijs causis.*

94 *Oratio deuota ante, & post officium.*

95 *Clericus beneficiatus tenetur residere.*

96 *Non tamen in simplici beneficio.*

97 *Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & sim. tenentur residere.*

98 Item Decani, *& alij dignitatem habentes. &*

99 *Canonici cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum.*

100 *Beneficia quæ residentiam requirant.*

Patriar-

101 *Patriarchæ, Episcopi, & sim. quo iure residere tenentur.*
102 *Episcopi quando abesse possunt ab ecclesiis, & per quantum tempus.*
103 *Et si vltra absint, peccant, & non Faciunt fructus suos.*
104 *Parochus residere tenetur.*
105 *Parochus quare sic dictus.*
106 *Parochi quoad ethnicos qui dicebãtur.*
107 *Parochia quasi curæ partitio.*
108 *Parochialis ecclesia certum populum habere debet.*
109 *Parochus non residens peccat, & fructus suos non facit.*
110 *Et quando possit beneficijs priuari.*
111 *Et ad priuationem requiritur absentia sex mensium.*
112 *Parochus quando ab ecclesia abesse possit.*
113 *Et non excusatur à residentia ob seruitium Episcopi.*
114 *Non excusatur si habeat coadiutorem.*
115 *Parochus finem curæ animarum animaduertat.*
116 *Canonici, & dignitatem habentes tenentur residere, & vltra tres menses abesse non possunt.*
117 *Abbates, & Priores tenẽtur residere.*
118 *Commendatarius monasterij habentis curam animarum residere tenetur.*
119 *Habens duas dignitates, vel Canonicatus, in digniori residere tenetur.*
120 *Beneficiati habẽtes distributiones quotidianas tenentur residere.*
121 *Neque à d. residentia excusat consuetudo.*
122 *Absentia trium mensium Canonicis, & alijs sine causa permittitur.*
123 *Et tunc non lucrantur quotidianas distributiones.*
124 *Coadiutus, & coadiutor possunt abesse per tres menses.*
125 *Et si absint vltra tres menses, quas pœnas incurrant.*
126 *Absentes pluribus in casibus habentur pro præsentibus.*
127 *Absens tempore pestis præsens reputatur.*
128 *Ita etiam infirmus.*
129 *Dummodo is infirmus dum erat sanus esset solitus residere.*
130 *Infirmus ad balnea iens præsens reputatur.*
131 *Senex quando pro præsente habeatur.*
132 *Et obses datus ab ecclesia.*
133 *Absens ob necessitatem, vel vtilitatem ecclesiæ præsens reputatur.*
134 *Inquisitor hæreticæ prauitatis si sit canonicus, absens lucratur distributiones.*
135 *Ita & consultor S. Officij.*
136 *Et iniustè excommunicatus pro defensione suæ ecclesiæ.*
137 *Idem est in clerico iniustè suspenso.*
138 *Polluta, seu interdicta ecclesia, beneficiatus lucratur distributiones.*
139 *Et idem est in clerico iniustè interdicto.*
140 *Auditor Rotæ Rom. si canonicus sit semper præsens reputatur.*
141 *Idẽ est in collectore generali Cameræ.*
142 *Et idem est in visitatore.*
143 *Et in præsente concilio generali.*
144 *Idem in Canonista, vel Theologo concilio interueniente nomine capituli.*
145 *Examinator synodalis stans in examine præsens in choro reputatur.*
146 *Canonicus ab Episcopo missus ad visitanda limina Apostolorum præsens reputatur.*
147 *Idem est in Canonico pœnitentiario.*
148 *Idem in eo, qui exercet curam animarum ecclesiæ, in qua est canonicus.*
149 *Idem in canonico facto vicario Capituli sede vacante.*
150 *Idem in Canonico existente in seruitio Episcopi, visitatione, & sim.*
151 *Absens ex Papæ priuilegio præsens censetur.*
152 *Vincentius Mazzolius primus lector Parmæ.*
153 *Canonicus Theologus ea die, qua legit, præsens reputatur.*
154 *Canonicus absens ratione studij censetur præsens.*
155 *Sed non lucratur quotidianas distributiones.*
156 *Quid in prouentibus incertis, & quotidianis.*
157 *Pisana ecclesia consuetudo circa absentes ratione studij.*
158 *Capitulum an possit statuere super distri-*

distributiones quotidianas.
159 *Et an possit remittere distributiones amissas.*
160 *Signinæ ecclesiæ consuetudo, qua absens præsens reputatur.*
161 *Pœna habentium dignitatem, seu canonicatum non residentium quæ.*
162 *Fructus absentium ecclesiæ applicantur.*
163 Et *Episcopus potest d. pœnam minuere, non in totum.*
164 *Distributiones absentium applicantur seruientibus.*
165 Et *si Episcopus taceat, an absens faciat fructus suos.*
166 *Absentes vltra tres menses peccant mortaliter.*
167 *Residere qui excusentur, & quare.*
168 *Rector beneficij simplicis ad quid teneatur.*
169 *Clericus beneficiatus tenetur iura, & bona beneficij tueri.*
170 *Bona ecclesiæ quando concedi possint in emphyteusim.*
171 Et *vsus* Tudertinæ *diœc. circa hoc.*
172 *Clericorū peccata quoad beneficia quæ.*
173 *Clericus tenetur honestè, & laudabiliter viuere.*
174 *Clericus quæ curare debeat.*
175 *S. Bernardi hortatio.*
176 *Clericorum genus electum, regale sacerdotium.*
177 *Christi actio est nostra instructio.*
178 *Sacerdos frequenter missam celebrare debet.*
179 *Sacerdotis officium in quo versetur.*
180 *Clerici temperantia in victu.*
181 *Clericus sit Sacræ Scripturæ studio deditus.*
182 *Clericus modestiam seruet.*
183 S. *Gregorij dictum mirabile.*
184 *Consiliarijs omnes opus habent.*
185 *Clericus terrena contemnat.*
186 *Clerici sunt dispensatores redituum ecclesiasticorum.*
187 *Decretum S. Conc.* Trid. *circa vitam clericorum.*
188 *Clericus debet esse sal terræ.*
189 B. *Maria Virgo mater misericordiæ.*
190 *Sāctorū tutela à clericis est implorāda.*
191 Clerici *mercedem à* Deo *consequentur in Cœlo.*

CAPVT TERTIVM, & Vltimum.

Clericus Beneficiatus respectu beneficij ad quid teneatur.

1 CLERICVS Beneficiatus ratione beneficij tenetur ad habitum clericalem deferendum, ad officiū
Diuinum persoluendum, & ad residendum, seu inseruiendum beneficio, & per consequens ad seruandū
vitam, & honestatem clericalem.
2 Primò ergo, clericus beneficiatus
in habitu, & tonsura clericali incedere tenetur, sicut etiam tenetur clericus in sacris ordinibus constitutus.
ita habetur in *Concil. Trid. sess. 23. de*
3 *ref. cap. 6.* & tenetur vestes clericales
deferre tam interius, quàm exterius. *Steph. Gratian. discept. forens. c. 229. num.* 20. & hodie extat constitutio
4 Sixti V. de habitu, & tonsura per clericos, seu milites beneficia, vel pensiones obtinentes deferendis, & de pœnis contra inobedientes inflictis publicata Romæ die 18. Ianuarij. 1589. incipiente, *Cum sacrosancta.* relata à *Quaranta in summa* Bullarij *in verbo, habitus clericali.. in princ.* & habetur in nouo *Bullario tomo 2. fol.*
5 *653.* quod si clericus ex iusta causa timoris habitum non deferret excusaretur. *cap. clerici. de vit. & hon. cler.*
6 vel si non deferret ratione paupertatis. *Imola in clem. 2. nu. 9. de vit. &*
7 *hon. cler.* vel si non deferret pro vnica vice tantum. *Farinac. in prax. crimin. tit. de inquisit. quæst. 8. nu. 68.* vel
8 si non posset propter infirmitatem deferre tonsuram. *Capella Tholosana dec.* 104. vel si domui suæ, & in occulto habitum dimitteret. *Vgolinus de off. & pot. Episc. cap. 12. nu. 3. §. 6.* *Aug. Barbosa de off. & pot. Episc. p. 2.*
9 *alleg. 9. nu. 20.* vel si non deferret ratione

tione itineris, seu peregrinationis, propter quam licitũ est clericis habere vestes breuiores. *c.Episcopi.21. q.4.Bellet.disquisit.cleric.par.1.tit.de disciplina clericali.§.16.n.15.& 15.*

10 Dubium tamen est, quæ vestes sint clericis congruentes,& verè clericales,cum in d. constitutione Sixti V. solum habeatur, quòd vestes sint talares, de qualitate autem illarum nihil statutum reperitur, & quis sit proprius clericorum habitus nullibi determinatur. vt testatur *glo.pen. in clem.1.de elect.* nisi quòd nimia bre-

11 uitas, & longitudo reprobatur. *c.clerici. de vit.& bon.cler.* & certarum vestium vsus clericis interdicitur.*d.c. clerici.d.clem.2.de vit. & bon.cleric. Menoch. de arbitrar. iud. lib.2. centuria.4.casu 393. Diaz in praxi crimin. canon. c.75.* ideoq. pro resolu-

12 tione dicendum est, quòd illæ sunt vestes clericales,& honestæ,quæ vsu, & consuetudine illius regionis, seu prouinciæ vbi clerici commorantur, fuerint admissæ. *glo. in c.siquis virorum. dist.30. & in d. cap. clerici. in verbo,deauratis.& in d.clem.1.in verbo, secularis.* quas commendant,& communiter receptas esse testātur. *Couarruu.practic.quæst.cap.31.nu.7. Iulius Clarus recept sentent. §.vlt. q. 36.num.11.Farinacc.vbi sup.nu.69. Sanchez de matrim. lib.7. disput.46. nu.5.Vgold.in candelabro aureo.p.3. ad fin.* in explicatione supradictæ Bullæ Sixti V. *Valer. Reginald. in praxi fori pœnit.lib.30.tract.3.num. 14. & 15. Bellet.vbi sup.par.1.tit.de disciplina clericali.§.16. à nu.12. & 16. Decian. in tract. crimin. tomo 1. lib.4.cap.9. nu. 96. Carolus de Grassis de effectib.cleric. nu.271. in prælud. Barbosa d.allegat.9. nu.1. & seqq.* &

13 attendenda erit consuetudo clericorum dumtaxat. *Farinacc. d. nu.69. Camill.Borell. in summa omnium decis.tit.11. de vita, & bon. cleric.* illi

14 autem, qui pensionem non excedētem duc. 60. auri de camera habent d. habitum deferre non tenentur. *Barbosa vbi sup. num.13.& 14.* ne-

15 que milites, & alij, qui ex priuilegio, & concessione Sedis Apostolicæ pensiones retinent, vt in alia constitutione eiusdem Sixti V. incipien. *Pastoralis.*relata à *Quaranta vbi sup.*

16 Tenetur etiam clericus beneficiatus cum tonsura, seu corona incedere, cuius coronæ vsus est antiquissimus, vt probat *Durandus in rationali Diuin.lib.2.cap. 14. num.31. & Beda in lib. 5. de historia Anglorum. cap.22.*

17 asserit S.Petrum Principem Apostolorum in memoriam spineæ coronæ Iesu Christi Redemptoris Nostri, coronam capillorum gestasse toto reliquo capite detonso, & id alios clericos fuisse imitatos, & de tonsura adest ordinatio S. Aniceti Papæ in *cap. prohibita.dist.23. & in c. clericus.5.de vit.& bon.cleric.Menoch. de arbit.iud.casu 392. num.26.* & de hac consuetudine tondendi clericis barbam, & coronam tractat *Cardin. Baron.annal. ecclesiast. tomo 5. anno Christi 398.fol.48. Barbosa vbi sup.*

18 *num.* 10. quam coronam, vel habitum ad longum tempus absque iusta causa si clericus in sacris ordinibus constitutus,vel beneficiatus non deferat peccat mortaliter. *Abb.in c. siquis.nu.1. de vit. & bon.cleric. Nauarr.comment.4. de regularib. nu.27. D.Bonaccina de Sacramētis. disput.8. quæst. vnica.puncto vltimo.num.3.* & de habitu,& tonsura clericorum decreuit Synodus Pisana edita anno 1616.tit.10.cap.2. color autem ve-

19 stium clericalium ex communi vsu est niger, non alter, nisi aliud suadeat personæ dignitas, rubeus enim color permittitur tantū S.R.E. Cardinalibus,& viridis Episcopis tantū. *Menoch. d. casu 392. Barbosa vbi*

20 *sup. num. 9.* & clerici vestes nigras deferre debent non autem virgatas, seu partitas. *Barbos. ibidem.*

21 Insuper clericus beneficiatus eos ordines recipere tenetur, ad quos recipiendū tenetur ratione recepti beneficij, vt sunt Canonici ecclesia-

rum

rum Cathedralium, qui sacros ordines accipere tenentur saltem subdiaconatus intra annum à die possessionis adeptæ. *Conc. Trid. sess. 22. de reform. cap. 4. & sess. 24. de reform.*
22 *cap.* 12. quibus non currit tempus donec litem patiuntur super titulo beneficij, sicuti neque tempus currit de dimittendo primum beneficium incompatibile, donec quis litem patitur super secundo beneficio. *cap. commissa. de elect. lib. 6. vbi Doct. annotat. ad* Greg. XV. *dec.* 451. *nu.* 9. & 10. *Garc. de benefic. par.* 3. *cap.* 4. *à num.* 1.

23 Item prouisi de ecclesijs parochialibus tenentur coram Episcopo, se eius Vicario publicam fidei professionem facere intra duos menses à die adeptæ possessionis, & prouisi de dignitatibus, & canonicatibus eã facere tenentur coram Episcopo, seu eius Vicario, & etiam coram Capitulo. *Conc. Trident. d. cap.* 12. *de qua Flamin. Paris. de resign. benefic. lib.* 8. *quæst.* 9. *à num.* 121. *Aloysius Riccius in collect. decis. p.* 3. *collect.* 579. *Azor. instit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *Garc. d. par.* 3. *cap.* 3. *Barbosa vbi sup. par.* 3. *alleg.* 61. *à nu.* 1. & forma professionis fidei fuit ordinata à Pio Quarto, de qua in *Bullario tomo* 2. *fol.* 128. eamq. refert *Quaranta vbi sup. in ver. fidei professio*. quã etiam face-
24 re debent Episcopi, qui etiam iuramentum fidelitatis Papæ præstare tenētur, de quo *Prax. Archiep. Leon. par.* 2. *cap.* 10. *à nu.* 15. & promouēdi ad Doctoratum, Confessarij, ver-
25 bi Dei concionatores, sacram Theologiam, ius canonicum, aut ciuile, artem medicam, philosophiam, aut quascumque artes ingenuas, seu literarias, etiam arithmeticam, grammaticam, & musicam quouis nomine vel modo publicè, aut priuatim domui suæ, vel alienæ docentes, medici insuper, & chirurgi artem exercentes antequam ad confitendum, concionandum, legendum, docendum, medendum aggrediantur. item rectores, prorectores, vel alij superiores publicorum gymnasiorum, vel cancellarij, & denique bibliopolę, & typographi. vt habetur in *Synodo Pisana* edita anno 1616. sub Illustrissimo D. Francisco Bonciano Archiepiscopo Pis. fœl. rec. *tit.* 1. *de fidei professione*. & de illis, qui eam
26 facere tenentur. Et si Canonicus, vel alius in dignitate constitutus fecerit fidei professionem in Capitulo præsente Episcopo, vel eius Vicario satisfacit, nec eam iterum coram Episcopo, seu eius Vicario facere tenetur. *Garc. d. cap.* 3. *num.* 24. non
27 posse tamen quem eam facere per procuratorem. asserunt *Steph. Gratian. discept. forens. cap.* 166. *num.* 22. *add. Nauarr. cons.* 11. *de iureiur.* & ita tenuisse Rotam testatur *Garc. d. cap.* 3. *nu.* 75. & alij citati per *D. Barbosam d. alleg.* 61. *nu.* 19. quibus addo nouissimè *Sigismundum à Bononia de electione dubio* 50. *nu.* 3. vbi hanc partem multis comprobare conatur. verum contrariam opinionem, quod scilicet fieri possit per procuratorē, merito tenent *Nauarr. cons.* 4. *nu.* 2. *de summa Trin. in antiq. aliàs cons.* 11 *de iureiur. in nouis. Azor. d. c.* 2. *q.* 8. *Sanchez in pracep. decal. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 7 *Reuerēdiss.* D. *Ricciull. de iure person. lib.* 1. *c.* 13. *à n.* 21. *Massobr. de Synodo Episcopi. c.* 4. *dubio* 40. *per totum*. vbi latè respondet in contrarium adductis per *Sigism. à Bon. citato loco*. sequitur *D. Barbosa d. alleg.* 61. *nu.* 20. & censuit Rota in *Vermien. Canonicatus.* 13. *Iunij.* 1608. *coram* Illustriss. *Card. Sacrato*. vbi pariter tentum fuit, speciale mandatum ad hoc requiri, & datum censeri non solum quando datur expresse ad faciendū fidei professionem, sed etiam ex mandato ad capiendam possessionem beneficij, seu canonicatus, aut
28 dignitatis. & si collatio beneficij fit decennalis, & dicatur clericus illam emisisse, creditur. *Paris. vbi sup. lib.* 3. *quæst.* 6. *nu.* 74.
29 Adde, quod prouisi de supradictis bene-

beneficijs, si intra dictos duos menses à die adeptæ possessionis fidei professionem non emiserint, fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur. *Conc. Trid. d. cap. 12.* potest tamen etiam post dictos duos menses fieri, sed non prodest quoad fructus præteritos post dictos duos menses. *Garc. d. cap. 3. nu. 29. 30. & 31.* & qui fidei professionem non fa-
30 ciunt, lucrantur tamen distributiones quotidianas. *Garc. ibid. nu. 60. Alex. Moneta de distributions quotid. par. 1. quæst. 6. & 7. Azor. d. cap. 2. quæst. 3. Gratian. vbi sup. d. c. 166. nu. 22. Hieron. Gonzalez in comment. ad reg. 8. Cancell. in § 6. proœm. nu. 170. Barbosa vbi sup. d. alleg. 61. nu. 30.*
31 & possessio eis non suffragatur quoad fructuum perceptionem, non autem quoad titulum, & proprietatem. *Nauarr. conf. 7. & 8. de iureiur. Garc. d. cap. 3. num. 33. Paris. vbi sup. lib. 8. quæst. 9. nu. 122.* qui resoluunt præ-
32 dictos non esse tutos quoad dictos fructus retinendum per regulam de annali, nec per possessionem longissimam. addition. ad *Quarantam in d. ver. beneficiorum possessio. lit. B. in fine.* quos fructus numquam faciũt suos, eosq. tenentur in conscientia absque alia sententia restituere. ita *Azor. d. cap. 2. quæst. 1. in fine. Garc. d. c. 3. num. 35.* quamuis alij teneant requiri sententiam declaratoriam. *Nauar. conf. 12. nu. 1. de iureiur. Sanchez d. cap. 5. nu. 10. Barbosa d. alleg. 61. nu. 28.* & fructus amissi ob non
33 factam fidei professionem sunt applicandi in vsus pauperum, vel in fabricam ecclesiæ, sicut fructus eorũ, qui non resident per decretum *Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 1. Azor. d. c. 2. quæst. 3. Garc. d. cap. 3. nu. 36.* & si
34 sint canonicatus habentes fructus ex mensa capitulari, spectant ad Capitulum. *Garc. ibi nu. 40. Barbosa d. alleg. 61. nu. 31. & 32.*
35 Secundò, Clericus beneficiatus Diuinum officium quotidie recitare tenetur, idest, septem Horas Canonicas, Matutinum, Primam, Tertiã, Sextam, Nonam, Vesperas, & Completorium. *c. vlt. dist. 92. Nauarr. de oratione. cap. 7. nu. 3. Card. bellarmin. sanctæ mem. tom. 3. vlt. controuersia 3. controuersiæ. lib. 1. cap. 19.* cum beneficium detur propter officium. *c. vlt. de rescript. lib. 6.* quod officiũ
36 in laudibus Diuinis consistit, in Missæ sacrificio, & in Sacrorum administratione, non quod reditus dentur in pretium, sed ad clericorum sustentationem, vt liberi à cura sibi prouidendi Deo melius vacare possint ad populi vtilitatem. *Card. Tolet. instruct. sacerd. lib. 5. c. 76.* & quare
37 sint septem horæ partim diurnæ, partim nocturnæ. vide *Nauarr. vbi sup.*
38 *cap. 3. per totum.* dictaq. Diuini officij recitatio est de præcepto. *c. presbyter. dist. 91. & cap. 1. & cap. dolentes. de celebrat. miss.* & sub pœna peccati mortalis. *d. cap. presbyter.* & non
39 solum sacris initiati, sed etiam clerici primæ tonsuræ si habeant beneficium, Diuinum officium recitare tenentur. *ex c. vlt. dist. 92.* sed qui
40 vnicum habet beneficium, siue plura ad semel recitandum in die Diuinum officium tenetur. *Abb. Raguccius in suo tract. de iure Canonicorum in Capitulo, officio in choro, & Missa in ecclesia. in tit. de officio Canonicor. in choro. quæsito. 4. & 5. fol. 70. & 71. Garc. vbi sup. par. 3. cap. 1. à nu. 1.* &
41 non recitantes Diuinum officium post adeptam possessionem, ante sex menses peccant mortaliter, & post sex menses fructus non faciunt suos, quos pro rata omissionis officij, & temporis tenentur restituere fabricæ ecclesiæ, vel pauperibus ex constitutione *Concil. Lateranen. sub Leone X.* quam refert *Nauarr. d. cap. 7. nu. 31. & cap. 21. nu. 61. & Quaranta vbi sup. in verbo, Horæ Canonicæ. & ex constit. Pij V. de qua in bullario tom. 2.*
42 *fol. 347.* vbi omittens Matutinum perdit dimidiam fructuum pro rata illius diei, qui omnes alias Horas omittit, perdit alteram dimidiam,

qui

qui vnam ex dictis Horis pręter Ma-
tutinum, sextam partem fructuum
perdit. vide *Garc.d.par.3.c.1.nu.3.*
23 *& seqq.* & quamuis beneficium sit
tenue, attamen obligat beneficiatum
ad Diuini officij recitationem. de
communi. testatur *Nauarr. vbi sup.*
d.cap.7.nu.27.& cap.21.nu.11.& in
Manuali cap.25.nu.102.Garc.d.c.
1.nu.39. & si in beneficio requiren-
te residentiam sint reseruati fructus,
habens titulum Diuinum officium
recitare tenetur, secus si sint reser-
uati cum seruitio, & tota admini-
stratione.*Paris.vbi sup.lib.1.quaest.9.*
nu.5. & lib.3.quaest.5.nu.34. & lib.
6.quaest.1.nu.43. ex quo nec coadiu-
45 tor tenebitur. sed in beneficio non
46 habente residentiam habens titulũ
officium recitare tenetur.*Garc.d.c.1.*
à nu.46. vide *Nauarr. in manuali d.*
cap.25.nu.104. & habens beneficiũ
47 in commendam ad sui vtilitatem, of-
ficium recitare tenetur. *Garc.d.c.1.*
48 *num.105.* & habens plura beneficia
tenetur vnum tantum qualibet die
recitare officium, prout habet vni-
uersalis ecclesiæ consuetudo. ita
S.Thomas quodlibet.1.art.13.Garc.d.
cap.1.nu.110. sic etiam habens be-
49 neficium, & pensionem satisfacit di-
cendo Diuinum officium, nec reci-
tare tenetur officium paruum B. Ma-
riæ Virginis. *Nauarr.cons.22. de ce-*
lebrat. miss. & habens plura benefi-
50 cia omittens officium vna die, vnum
tantum peccatum mortale commit-
tit.*Azorius vbi sup.lib.4. cap.2. q.6.*
51 quia licet quodlibet beneficium ob-
ligaret de per se ad officium recitã-
dum, tamen cum in vna persona
iunguntur, ratione omnium vna so-
lũ resultat obligatio recitandi, quod
52 procedit etiamsi cum beneficio ha-
beret ordinem sacrum, nam etiam
tunc vnum tantum peccatum com-
mitteret. *Azor. vbi prox.* nam obli-
53 gatio recitandi Diuinum officium,
quam habent beneficiati, & in sacris
ordinibus constituti, & Moniales
professæ. alijq. regulares professi, &
ad chorum obligati, non est obliga-
tio iustitiæ, sed Religionis ex præ-
cepto, & instituto Ecclesiæ. *Azor.*
vbi sup.lib.10.c.1.& c.4.quaest.vlt.
Garc.d.c.1.nu.14. & 126. quamuis
Sanchez de matrimon.lib.9.disput.15.
num.6. contrarium teneat, & omit-
54 tens omnes septem Horas vna die
vnum peccatum dumtaxat com-
mittit, quia omnes Horæ sunt vna
oratio, seu vnum officium cadẽs sub
vno præcepto, licet peccatum tanto
sit grauius, quanto plures Horæ
omittuntur. *Nicol.Ploue.quaest.8. de*
horis canonic. Nauarr. d.cap.7.nu.7.
de oratione. Graffius decis. aurea. lib.
2.cap.51.nu.14. Paris.vbi sup. lib.1.
quaest.9.nu.8. Garc. d.cap.1.nu.132.
& S. Antoninus in summa p.3.tit.13.
cap.4.§.5. & pœnitens in confessio-
ne exprimere debet quot horas omi-
serit, vt dicunt supracitati Doctores.
55 Insuper tenentur Diuinum offi-
cium recitare iuxta Breuiarium Ro-
manum, aliàs peccant mortaliter,
nisi transgressio esset modica. ita
Nauarr. vbi sup. de orat. cap. 21. nu.
23. P.Ledesma in summa p.3.tract.9.
cap.4.c.15. & cap.16. Garc. d.cap.1.
56 *à nu.145.* ita etiam est recitandum
officium Sanctorum in diœcesi ab
Episcopo præscriptum ad ea, quæ
dicit *Quarãta vbi sup. in verbo, dies*
festus, & in verbo, Diuinum officium.
Abbas Raguccius vbi sup. quaesito.17.
57 & si quis recitauit officium de San-
cto, cum de feria recitare deberet,
vel è conuerso, satisfacit si diligen-
tiam attribuit, quia fortè vidit Ca-
lendarium, & in eo erat erratum.
Garc.d.cap.1.nu.175. & 176. & de
restitutione redituum faciẽda à be-
neficiatis non recitantibus Diuinum
officium vide supracitatos, & *Card.*
Tolet.lib.12.cap.12.
58 Modo videndum est, quomodo
sit Diuinum officium recitandum.
etenim oratio est actus cum primis
omnium, qui Deo grati sunt, emi-
nens, & sublimis, & sicut ad oratio-
nis perfectionem omnium virtutum
structura

structura tendit, ita nisi huius culmine omnia fuerint colligata, atque compacta, nullo modo firma, vel stabilia perdurare poterunt, nam cũ primis omnium, quæ Deo offerimus, sit vocalis oratio, quam Oseas vitulos labiorum appellat, & S. Paulus Apost. hostiam labiorum; & omnis Dei cultus oratione constat, aut perficitur, & ideo nobis tantoperè à tota Ecclesia commendatur, vtq. ei noctes, & dies insistamus, hortatur, cum ait, *Oportet semper orare, & nũquam deficere*, & in *cap. siquis vult. dist.36.* oret sacerdos in ecclesia indesinenter.

Oratio enim est res admodum necessaria, magnæ virtutis, & magnarum

59 virium, & oratio est oris actio, quæ generalissimè sumpta omnem bonam actionem compræhendit, ita accipitur illud dictum, oportet semper orare, idest, semper benè agere, & numquam malè, & semper orat, qui semper agit bona. & oratio est actus intellectus non voluntatis, quia ratio est pars intellectus, & petere, rogare, impetrare, & loqui ad ipsam rationem pertinent. *S.Thomas 2.2.quæst.83.art.4.*

60 Oratio autem generaliter sumpta omnem actum contemplandi, meditandi, & laudandi Deum, aut Sanctos compræhendit, & ita oratio dicitur ascensus mentis in Deum. oratio verò specialiter sumpta est petitio Deo facta. *S.Bonauent. in 4.sent. dist.15.art.4.quæst.1. & S.Antonin. in summa.p.4.tit.3.§.1. Nauarr. vbi sup.de orat.c.1. à num.1.* & hoc tertio modo sumitur in hac materia Diuini officij, in quo laudes, & gratiarum actiones Deo fiunt, & semper ab eo aliquid petimus. *Nauarr. vbi sup. & in manuali prælud.5.nu.2.*

Præmitto etiam quòd scribit *S.Cyprianus Martyr in serm.6.*

61 Quando stamus ad orationẽ fratres dilectissimi inuigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus, cogitatio carnalis omnis & secularis abscedat, neque quidquã tunc animus aliud, quam id solum cogitet, quòd precatur, ideo sacerdos parat fratrum mentes dicendo, sursum corda, vt dum respondet plebs, habemus ad Dominum, admoneatur, nihil se aliud, quam Dominum cogitare debere. claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis venire patiatur; quæ autẽ segnitia est, alienari, & capi ineptis cogitationibus, & prophanis cum Dominum deprecaris, quasi sit aliud quòd magis debeas cogitare, quam quod cum Deo loquaris? quomodo te audiri postulas, cum te ipsum non audias, vis esse Deum memorẽ tui, cum rogas, cum tu ipse memor tui non sis? sit autem orantibus sermo, & precatio cum disciplina quietem continens, & pudorem; cogitemus nos sub conspectu Dei stare, placendum est Diuinis oculis, & habitu corporis, & modo vocis, nam vt impudentis est clamoribus strepere, ita modesto congruit modestis precibus orare, & quando in vnum cum fratribus conuenimus, & sacrificia Diuina cum Dei sacerdote celebramus, verecundiæ, & disciplinæ memores esse debemus, non passim ventilare preces nostras incondidis vocibus, nec petitionem commendandam modestè Deo tumultuosa loquacitate iactare. & ante Diuini officij recitationem potest dici infrascripta, vel alia precatio.

Aperi Domine os meum ad benedicendum Nomen Sanctũ Tuũ, munda quoque cor meum ab omnibus vanis, peruersis, & alienis cogitationibus, intellectum illumina, affectum inflamma, vt dignè, attentè, & deuotè hoc officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectum Di*uinæ Maiestatis Tuæ. Per Christum Dominum nostrum. Amen.*

Domine in vnione illius Diuinæ intentionis, qua ipse in terris laudes Deo persoluisti, has tibi horas persoluo.

Rrr Et

62 Et de hora orandi vide *Nauarr. de orat.cap.3. vbi nu.38.* ait officium Diuinum esse recitandum intra spacium vigintiquatuor horarum, quibus constat dies,& nox, & sic à media nocte ad aliam mediam noctem, & seruandas esse ecclesiarum consuetudines.

63 De gestu autem in oratione adhibendo. *Nauarr. vbi sup.c. 4.* quod nullo iure Diuino, seu naturali nobis describitur aliquis gestus, aut corporis habitus in orando; tamen gestus exteriores multum nos mouent ad concipiendum sic affectus mentis, vt boni, vel melioris sint. Statutum autem est, vt dum legitur Euangelium stemus erecti. *c. Apostolica.5.q.2.* quod inter Pascha, & Pentecosten non flectamus genua. *cap. quoniam de ferijs. & c.quoniam. dist. 3.* & quando defertur S. Eucharistiæ sacramentum, illud genua flectendo veneremur. *cap. sanè. & ibi gloss. de celebrat. miss.* item quando eleuatur Corpus, & Sanguis D. N. Iesu Christi, vel cum dicitur, mea culpa, fit tunsio pectoris, & quando Diuinum officium in choro recitatur, partim dicitur stando, partim genua flectendo, & sedendo, & caput inclinando, & S. Crucis signo se signando, aliaq. Ecclesiæ consuetudo rationabilis est seruanda, & in hac primatiali ecclesia Pisana dum recitatur officium paruum B. Mariæ Virginis omnes stamus erecti, apertoq. capite.

64 Oratio insuper vbique fieri potest tam publica, quàm priuata, melius autem est si fiat in loco sacro. *c.parsimoniam.vbi glos. dist.41. S.Thomas 2.2.quæst.84.art.3.* debet tamen sem-

65 per fieri in loco honesto. Sed horæ Canonicæ dum publicè dicuntur, regulariter in ecclesia, loco sacro, & in choro canendæ,& recitandæ sunt. *clem.1. §.ne igitur. de celeb.miss.c.1. iuncta glos. verbo, persoluat. de celeb.*

66 *miss.* & Beneficiati in multis casibus tenentur recitare publicè horas Canonicas in ecclesia, aliàs peccant. *c.vlt.dist.92.Syluester in summa.ver. hora.quæst.10.*

67 In tantum vt etiam Episcopus in ecclesia residere, horasq. recitare debeat. *c.peruenit.7.q.1. & c. Episcopus.de consuet. dist. 3.* *Nauarr. vbi sup.de orat.c.5. à nu.1.* & Horæ inte-

68 græ sunt recitandæ, nec eas ceptas debet quis interrumpere. *Nauarr. ibid.cap.10. in princ.* de consuetudi-

69 dine autem in vniuersali Ecclesia à toto orbe Christiano approbata, recitans in choro, vel extra cũ socijs, & alternatim dicendo dimidiũ psalmorum, & versiculorum, & audiendo alterum dimidiũ, audiendo orationes, capitula, lectiones, antiphonas, responsoria, & alia satisfacit suæ obligationi. *S. Antoninus p.2. tit.9.c.22. §.3. col. 3.* & S. Damasus Papa statuit, vt alternatim canerentur psalmi in ecclesia, vt hodie fit;

70 ita etiam satisfacit, si ex confessarij præcepto aliquid recitare debeat,& alternatim cum alio recitat. vide *Nauarr.de orat. c.10. à nu. 16. & à nu. 20.* docet etiam Rosarium B. M.

71 V. seu Aue Maria, alternatim recitari posse, & quis ita agendo satisfacit, & hodie apud Venerabiles fratres Ord. Prædicat. Rosarium magna deuotione alternatim à fidelibus vtriusque sexus recitatur.

72 Quo autem ad modum recitandi Diuinum officium, dicas, quòd debet quis illud recitare attentè, reuerenter, deuotè. attentè circa verba, vt singula debitè, & articulatè proferat, vt sensum verborum intelligat, & attendat finem orandi, & cum intentione ad Diuinas laudes, & ad satisfaciendum iuxta præceptũ ecclesiæ, & contrafaciens peccat mortaliter. *cap. dolentes. de celeb.miss.* & sufficit attentio virtualis. *Abb. Raguccius vbi sup. quæsito 19.* & de attentione vide *Nauarr. vbi sup. de orat. c. 13. & Card.Toletum vbi sup. lib.2.c.13.Garc.vbi sup. cap.1. à nu. 189.par.3.* reuerenter, & deuotè fi-

stens

stens se humilem coram Domino, cessent risus, & prophana colloquia, & alia, quæ Diuinum officium perturbare possint, & ex sua deuotione excitet fideles ad orandum, & laudandum Deum.

73 Prædictaq. recitatio officij debet fieri voce clara, & expressa. ex *d. c. dolentes*. & quare vox requiratur, vide *Card. à Turrecremata in c. cum autem. nu. 3. dist. 92.* itaut recitans se ipsum intelligat, & audiat, & in choro ita proferat, vt ab alijs intelligatur, & audiatur. D. *Vincentius Mazzolini Decanus Pis. auunculus meus recolendæ mem. in sua breui reg. confess. in fine. fol. 395.*

74 Hinc oritur dubitatio, An, Archidiaconi, Decani, Canonici, alijq. obtinentes dignitates alias, & præbendas in ecclesijs cathedralibus, & alijs, ita teneantur ad residentiam in ecclesia, & choro, vt etiam canere debeãt, & psallere sub peccato mortali, & sub obligatione restituendi distributiones, & fructus, & sic canere ea, quæ alternatim in choro decantantur, vel ad sacerdotis hebdomadarij pronunciationẽm respõdere, an' vero satisfaciant assistendo, horasq. canonicas priuatim, & de per se recitando. & in hoc

75 Conclusio est affirmatiua, eos ad canendum, & psallendum teneri, itaut si sint notabiliter negligentes, non excusantur à peccato mortali. *Nauarr. vbi sup. de orat. c. 10. nu. 47. c. 11. in fine. & c. 13. n. 15. & consl. 13. de celeb. miss. Soto de iust. & iure. lib. 10. quæst. 5. art. 4. Petr. Nauarr. de restit. lib. 2. c. 2. à nu. 219. Graphius decis. aurear. lib. 2. c. 51. nu. 12. & c. 52. nu. 22. Azorius vbi sup. lib. 10. c. 11. quæst. 5. & quæst. 7. instit. moral. facit textus in c. contumaces. dist. 50. & in d. c. dolentes. Alex. Moneta de distrib. quotid. p. 2. quæst. 2. concl. 3. & quæst. 19. nu. 19. Vgolinus de off. & potest. Episc. c. 15. §. 1. Suarez de religione tract. 4. lib. 4. cap. 12. à nu. 8. Barbosa vbi sup. p. 3. de off. & pot. Episc. alleg. 53. nu. 131. & in Cæremoniali Episcoporum publicato à Clemente Papa VIII. fol. mem. lib. 1. cap. 5. de officio magistri cæremoniarum.* ita habetur, sed nec libros, aut ipsum Breuiariũ, aut Diurnum in manibus habeant, vt ex illis priuatim horas, aut orationes recitent, sed illas alta voce vnà cum choro dicant, aut cantent, & ad id librum habere permittantur. & habetur in *Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. ibi*. atque in choro ad psallendum instituto, hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, distinctè, deuoteq. laudare, & quod omnes compellantur per se, & non per substitutos obire Diuina officia.

76 Sed ad lucrandas distributiones, & fructus (vt volunt alij) sola assistentia in choro sufficit etiamsi non cantent, quamuis malè faciant, & si excessus sit notabilis, peccant mortaliter. *d. c. dolentes. & clem. 1. de vita, & hon. cler. cap. licet. de præb. & dignit. Abb. in cap. cum olim. nu. 6. de re iud.* qui ait distributiones dari respectu interessentiæ, non respectu cantus, seu alterius obsequij, quamuis contradicant *Nauarr.* & alij supracitati. *Lessius de iust. & iure. lib. 2. cap. 34. nu. 184. Marc. Ant. Genuens. in manuali pastorum. cap. 88. nu. 8. & Octauius Frangipan. in directorio eccles. disciplinæ. de residentia.*

77 Excusantur tamen à canẽdo prædicti, si adsit contraria consuetudo à multis annis recepta, approbata, & tolerata, dummodo habeant Capellanos, qui horas cantent, nec adsit considerabilis defectus. *Petr. Nauarr. vbi sup. & Caietanus in summa. verbo, hora. in fine*

78 Sed obstat, quia talis consuetudo sublata videtur à *Conc. Tridem. vbi prox.* quamuis respondeatur, quod concilium dicit solum, quod Canonici compellantur ab Episcopo, & sic pertinet ad Episcopum, qui si id non impleat, Canonici remanent in sua consuetudine; nam ad hoc replica-

tur, quod si sunt compellendi, ergo compellendi sunt ad faciendum rē, ad quam tenentur & obligantur, compulsio namq. obligationem præsupponit. attamen per d. Concilium non videtur sublata dicta cōsuetudo, cum tantum dicat Concilium, quòd possint compelli, nam alias dixisset, quod teneantur canere; & talem consuetudinem valere tamquam non contra ius naturale dicit *Azor. vbi sup. p. 1. lib. 10. c. 11. quæst. 6.* *Garc. vbi sup. p. 3. c. 2. à nu. 512. Ludouicus* Lopez *in instructorio conscientiæ. tomo 1. c. 296.* quem sequitur *Vega in summa par. 1. c. 128. casu 10.* vide *Lessium vbi sup. lib. 2. c. 34. dubit. 33.* qui dicit Canonicos

79 non teneri, quando adhibetur cantus figuratus, idest musica, aliàs teneri. laudabilis tamen est consuetudo psallendi in choro ad psallendum instituto, qui tantum psallentibus pateat clericis dicit textus in *c. 1. de vita & hon. cleric.*

80 Veluti talis consuetudo est in primatiali ecclesia Pisana, in qua Archipresbyter, Archidiaconus, Decanus, & Canonici deuotè cum alijs psallere solent, sed antiphonæ responsoria tam in officio, quàm in Missa à Capellanis cantantur, & ita etiam seruari vidi in ecclesia Tudertina, & alibi.

81 Adnotandum est etiam, quòd habentes dignitatem, & Canonici, vt supra, si Missam priuatè in eadem ecclesia celebrent tempore officiorū quo manere debent in choro, non habentur pro præsentibus in choro, vt distributiones lucrentur, etiamsi non ex obligatione, sed ex deuotione celebrent. *Feder. de Senis consil. 115. vel 118. Abb. in cap. cum olim. nu. 3. & 6. de re iud.* & ita Romæ fuisse decisum refert *Garcia vbi sup. p. 3. cap. 2. nu. 398.* nisi id faciant iussu

82 superioris, qui superior à tali iussu abstinere debet. *Gonzalez vbi sup. §. 7. proœm. nu. 281.*

83 Contrarium tamen seruatur de consuetudine in aliquibus ecclesijs, quæ consuetudo cum sit ex iusta causa, cum totus sit cultus Diuinus in eadem ecclesia, & vt Canonici inducantur ad celebrandum, videtur tolerabilis ad tradita per *Hoiedam de benef. compatib. & incompat. c. 17. nu. 10. par. 1. per* Decium *in cap. cum omnes. in 2. lectura. nu. 6. de constitut. & per Couarruuiam variar. resol. lib. 3. c. 13. nu. 5. vers. eadem ratione.* præsertim etiam quando prædicti non possunt ad sui libitū celebrare propter aliquod impedimentum, vt quia sacrista non habet omnia parata; vel quando pro commoditate, vel necessitate ecclesiæ hoc fit stante maximè magno numero Canonicorum.

84 Beneficiati autem obligari ad horas canonicas recitandas in multis casibus excusantur ab earundem recitatione. &

85 Primò, si sint infirmi ea infirmitate, quæ verè recitationem impediat. *Innoc. in cap. 1. de celeb. miss. c. clericus victum. dist. 91.* aliquando infirmitas recitationem in choro impedit, quia ad chorum ire non possunt, sed domi illas recitare tenētur; aliquando impedit ad tempus, vt est in tertiana, & quartana, quæ non semper durat, si autem infirmi possunt humana negocia tractare non excusantur a dicta recitatione, & tales sic excusati non tenentur eas horas ab altero recitatas audire, & numquid ille, qui non potest omnes horas recitare, teneatur recitare partem, quam potest, est controuersum, sed bene est adhibito socio omnes recitare horas. vide *Nauarr. vbi sup. de oratione. c. 11. à nu. 9.* similiter cœci

86 a dicta recitatione excusantur, & illi, quorum visui nimis nocet recitatio. *Card. Tolet. vbi sup. lib. 2. c. 14.*

87 *nu. 1. & 2.* & ex eadem causa infirmitatis infirmi lucrantur quotidianas distributiones, stante consuetudine. *cap. 1. de cler. non resid. lib. 6. §.*

88 *quo vero.* & quis dicatur infirmus arbi-

arbitrio iudicis relinquitur. *Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. casu 60. n. 5.* & super hac re potest esse consuetudo, seu constitutio Capituli, quòd quis eas non lucretur, si extra ciuitatem infirmus reperiatur, vel aliter,
89 vt est in Capitulo ecclesiæ Pisanæ, in qua Dignitates, & Canonici infirmi permanentes in Ciuitate a punctatore tamquam præsentes numerantur, sed si sint extra ciuitatem habentur tamquam absentes, sed in ecclesia Tudertina Canonici vbilibet infirmi reputantur semper tamquam absentes. de his *Garcia vbi sup. p. 3. cap. 3. à num. 433. & Alex. Monet. vbi sup. p. 2. quæst. 6. nu. 20.*

90 Secundò, ex dispensatione Papali, sed Papa non solet absolutè dispensare a d. recitatione, sed eam cõmutare in aliquas alias orationes. *Card. Tolet. vbi sup. nu. 6. Nauarr. d. cap. 11. à nu. 24.*

91 Tertiò, ex occupatione alterius negocij, cui teneantur magis incumbere, vt qui circa publicam prædicationem, aut lectionem, ita sunt impediti, vel habent alicuius infirmi curam, vt non possint dictas horas recitare sine damno graui d. infirmi, quo casu quantum potest talis debet agere vt officium non prætermittat. *Card. Tolet. vbi sup. nu. 3. & 4.*

92 Quartò, ob defectum Breuiarij, vel quia illud perdidit in loco, in quo aliud haberi non potest, vel ob paupertatem aliud emere non potest, tunc potest aliam orationem recitare. ita *Armilla in verbo, hora. §. 7. & Nauarr. vbi sup. nu. 38.*

93 Alias causas, ex quibus aliquando excusatur quis a prædicta recitatione ponit *Nauarr. vbi sup. & Tolet. vbi sup.* sed ens tamquam non receptas omitto.

94 Et notandum est ex d. *Card. Toleto cap. 13. in fine. lib. 2.* vbi supra, quòd Leo Papa X. fœl. rec. concessit, vt qui post officij recitationem, infrascriptam orationem dixerit, remissionem admissarum negligentiarum in officij recitatione cõsequuntur, oratio autem hæc est.

Sacrosanctæ, & Indiuiduæ Trinitati, Crucifixi Iesu Christi Domini Nostri humanitati, Beatissimæ, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ fœcunditati, atque integritati, & omnium Sanctorum vniuersitati sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobisq. remissio peccatorum, per infinita secula seculorum. Amen. & Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium, & beata vbera, quæ lactauerunt Christum Dominum. Pater noster. Aue Maria. Psalm. *Laudate Dominum omnes gentes, etc.*

95 Tertiò, clericus beneficiatus ratione beneficij tenetur residere, idest, in loco beneficij permanere, & continuè ibi morari, & deseruire. *cap. conquerente. de cleric. non resident. Cardin. in clem. 1. quæst. 13. nu. 22. de foro compet. Gonzal. vbi sup. gloss. 43. nu. 162.* non tamen potest quis cogi
96 ad residendum in beneficio simplici, seu aliquod personale seruitium impendere, cum ex antiquissima totius ecclesiæ cõsuetudine, beneficia simplicia residentiã non requirant. *Gonzal. vbi sup. glos. 5. nu. 81. Praxis Episcopalis Piasecij. p. 2. c. 3. n. 32. Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat. de nõ residend. nu. 8. Hoieda vbi sup. c. 17. nu. 24. Garc. vbi sup. p. 3. cap. 2. nu. 3. & seqq.* quamuis de iure omnia beneficia residentiam requirant. *cap. vlt. de rescript. lib. 6. Rebuff. & Hoieda vbi sup. Petrus Gregor. de benef. cap. 7. Paris. vbi sup. lib. 1. quæst. 10. nu. 3. Azor. instit. moral. lib. 10. c. 4. ad fin. Garc. vbi sup. nu. 1.*

97 Residere autem tenentur Patriarchæ, Primates, Metropolitani, seu Archiepiscopi, & Episcopi, aliiq. iura Episcopalia habentes. *Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 1. Sot. de iustit. & iure. lib. 10. quæst. 3.*

98 Item Parochi. *Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 1.*

Item Decani, aliiq. dignitatem ha-

habentes, officium, seu personatum. *cap. ad hac. vbi Decius de preb. & dignit.*

99 Item Canonici ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum. *Abb. in cap. peruenit. de appellat. vbi Deci. nu. 1. per textum in cap. inter quatuor. in princ. de cler. non resid.* Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 12.*

100 Et beneficia illa residentiam requirere dicuntur, quæ eam habent, & requirunt ex statuto, priuilegio, vel consuetudine. *Innoc. in c. clericos. de cler. non resid.* quem refert, & sequitur *Syluester in summa, in verbo, residentia.* ita in *Conc. Trid. sess. 6. de reform. cap. 2.* de quibus latè *Hoieda vbi sup. c. 17. à nu. 1. Paris. vbi sup. lib. 1. quæst. 10.*

Videndum est ergo primo loco de Prælatorum, & Parochorum residētia. secundo de residentia habentium dignitatem, vel Canonicatum.

101 Quoad primū. Patriarchæ, Prælati, & Parochi supradicti personaliter residere tenentur non solum de iure cànonico, sed etiam de iure Diuino, ac naturali, quia gregem sibi commissum pascere tenentur. *Conc. Trid. d. sess. 23. de reform. c. 1. in princ.* vbi dicitur, cum præcepto Diuino statutum sit omnibus quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbiq. Diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum operum exemplo pascere. & infra. declarat S. Synodus omnes Patriarchalibus, Primatialibus, &c. præfectos obligari ad personalem in sua ecclesia, vel diœcesi residentiā, vbi iniuncto sibi officio defungi teneantur. ita *Caietan. 2. 2. quæst. 185. art. 5. & in Summa in verbo, beneficiū ecclesiasticum. Bart. Caranza in tract. de resident. Episcop. c. 2. Couarr. var. resol. lib. 3. c. 13. Sot. de iustit. & iure. lib. 1. quæst. 3. art. 1. Nauar. in manuali. c. 25. nu. 121. Azor. vbi sup. d. c. 4. quæst. 1. Garc. d. p. 3. c. 2. nu. 16. Barbosa d. p. 3. alleg. 53. nu. 2. Prax. Archiep. Leon. c. 33. nu. 5. Vgolin. de off. Episcop. c. 24. nu. 5. Lessius de iust. & iure. lib. 2. c. 34. nu. 153.*

Et de residentia Episcoporum, & Curatorum adest constitutio 115. Pij IV. & de residentia Curatorum adest constitutio 64. Pij V. quas refert *Quaranta in summa Bullarij in verbo, residentia.* & ex *Concil. Trid. d. sess. 23. de reform. d. cap. 1.* prohi-

102 bentur Episcopi abesse singulis annis vltra tres menses a residentia cū causa rationabili, & sine gregis detrimento, non tamen in Aduentu, Natiuitate Domini, Quadragesima, Resurrectione, Pentecostes, & festo Corporis Christi; & vltra tres menses nō licer abesse, nisi vrgeat Christiana charitas, vrgens necessitas, euidens ecclesiæ, seu reipublicæ vtilitas, & debita obedientia, & licentia a Papa est concedenda, quæ declara vt per *Barbosam d. alleg. 53. à nu. 5.*

103 & si absit a sua ecclesia absque iusta causa, vltra peccatum mortale, pro rata temporis, quo abest, non facit fructus suos, quos fabricæ ecclesiæ restituere tenetur. *d. c. 1. vers. siquis autem. sess. 23.* & talis absens nō gaudet alternatiua. *Gonzal. vbi sup. glos. 43. nu. 84. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 156. Barbosa d. allegat. 53. num. 34.*

104 Parochus ergo tenetur residere, vt sup. ex *Conc. Trid.* est dictum, & habetur in *c. quia nonnulli. in c. conquerente. et in c. relatum. de cler. non*

105 *resid.* parochus quasi parochus est dictus, quod ex græco est incola, seu habitator, vt habetur in *l. pupillus. ff. de verb. signif.* inde parochus assiduè in parochia residere debet. *Budæus in priorib. annotationib. ad Pandectas. pag. 195. Graff. decis. aurear. p. 1. lib. 2. c. 39. nu. 7. Azor. vbi sup. p. 2. lib. 3. c. 12. quæst. 1.*

106 Et apud ethnicos parochi dicebātur, qui magistratus Romanos hospitio recipiebant, & equos dabant, vel parochus ille erat, qui in currum vel paranymphus ascendebat, scribit Pau-

Pausanias, cum nouam nuptam ad ædes mariti deduceretur, in currum ascendere ipsum solitum, & in eius medio collocatum, ab vna parte maritum, ab alia parochum, qui sibi affinitate proximus esset, accipere. ita doctiss. *Alciatus lib. 1. prætermissorum. col. 7. uers. parochis.* vnde ad rē nostram, parochus residere debet, & tamquam paranymphus animas ad cœlum ducere debet. & dicitur pa-
107 rochia, seu paræcia quasi curæ partitio, cum enim tota cura diœcesis ad Episcopum spectet, ea partitur inter
108 parochos diœcesis. Parochialis autem ecclesia populum certis limitibus distinctum habere debet. *Gonzal. ubi sup. glo. 6. num. 37. Gratianus ubi sup. cap. 298. à nu. 42. Barbosa d. alleg. 53. nu. 67.* qui parochus si non
109 residear, mortaliter peccat, & fructus pro rata temporis, quo absfuit, non facit suos. *d. c. 1. uers. eadem omnino. sess. 23. Prax. Archiep. Leon. p. 3. c. 2. nu. 15.* & ad residentiam est cogendus. *d. Conc. Trid. sess. 6. de ref. c. 2.* & est citandus ad *textum in c. inter quatuor. de cler. non resid.* & si non re-
110 dierit, imposita excommunicatione, vel suspensione, si non venerit, beneficiis potest priuari. *cap. 2. c. relatum. c. ex parte. et c. qualiter. de cler. non resid. Garc. d. c. 2. nu. 16. et seqq. d. c. 1. sess. 23.* non tamen est ipso iure pri-uatus. *Garc. ibidem. nu. 139.* & ad pri
111 uationem requiritur absentia sex mensium a beneficio, & trina monitio. *Garc. ibid. nu. 154.*

112 Parochus autem abesse potest a sua ecclesia cum licentia, & ex causa, sicut supra de Episcopo dictū est, & pro cura substitutū relinquere debet, quæ licentia vltra bimestre sine graui causa concedi non debet, quæ verò sit grauis causa, arbitrio Episcopi relinquitur. *Garc. d. c. 2. nu. 22.* ne-
113 que excusatur parochus a residentia ob seruitiū Episcopi, seu ecclesiæ cathedralis. *Gonz. ubi sup. glo. 6. à n. 255 Garc. ubi sup. nu. 40.* nec etiam si eidē
114 parocho fuerit à Papa datus coadiutor eū futura successione, non excusatur, tunc parochus a residentia, & cura animarum, quatenus illam valeat exercere. *Garc. d. cap. 2. nu. 172. vbi nu. 179.* plures decisiones, & declarationes refert circa parochorum residentiam.

115 Animaduertat Parochus finē curæ animarum esse, vt quicquid agit, & molitur, id totum ad honorem Dei, gloriamq. referat, nam si in omnibus rebus, Deus ipse finis esse debet, quanto magis in cura animarum, quæ Dei negocium est, & ad ipsius gloriam præsertim ordinatum, & hæc est parochi negociatio, lucrum animarum, da mihi animas, cætera tolle tibi. ideoq. benè est, vt præ omnibus habeat librum vtilissimum inscriptum, Curator animarū, auctore Carolo Andrea Basso oblato Mediolanensi, ex cuius lectione officij sui debitum, & finem optimè percipiet.

116 Quoad secundum, de residentia habentium Dignitatem, seu Canonicatum in ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis. isti residere tenentur in præfatis ecclesijs, ita vt eis non liceat vigore cuiuslibet statuti vltra tres menses etiam continuos, quolibet anno abesse, saluis tamen dictarum ecclesiarum cōstitutionibus, quæ longius seruitij tempus requirunt. *Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. Nauar. cons. 2. de cler. non resid. Azorius vbi sup. p. 3. lib. 7. c. 3. Prax. Archiep. Leon. par. 3. c. 2. nu. 11. Garc. vbi sup. p. 3. d. c. 2. nu. 180. Barbosa d. alleg. 53. nu. 107. Lessius vbi sup. lib. 2. c. 34. dubitat. 29.*

117 Item residere tenentur Abbates, Priores, & alij ecclesiarum collegiatarum superiores, cogiq. possunt ab Episcopis sub quorum diœcesi sunt, quamuis tales superiores iurisdictionem habeant in Canonicos. *Garc. d. cap. 2. nu. 181.* pariter habens mo-
118 nasterium in commendam, cui sit annexa cura animarum, residere tenetur in illo, & si absque cura animarum

marum sit, & talis habeat canonicatum, debet in canonicatu residere. *Garc. ibidem. nu.* 183. & habens
119 ex dispensatione duas Dignitates, seu duos Canonicatus, in digniori residere tenetur, aliàs vbi voluerit. *Garc. ibidem. nu.* 185. eodem modo
120 residere tenentur capellani, & beneficiati, qui habent quotidianas distributiones, absentibus nihil percipientibus, & cogi possunt ad residendum. *Gonzal. vbi sup. glos.* 5. *nu.* 108. *Garc. vbi sup. nu.* 187. *&* 188.
121 neque à dicta residentia excusat cõsuetudo etiã immemorabilis. *Garc. vbi sup. nu.* 197. & ad absentiam
122 trium mensium à Concil. Trid. concessorum, non est opus causam assignare, dummodo eodem tempore non absint omnes canonici. *Garc. ibidem. nu.* 315. & in prædictis men-
123 sibus tribus non possunt lucrari distributiones quotidianas. *Paris. vbi sup. lib.* 1. *quæst.* 10. *nu.* 65. *Gonzal. vbi sup.* §. 7. *proœm. nu.* 182. & Coadiu-
124 tus, & Coadiutor abesse possunt his tribus mensibus. *Nauarr. consf.* 1. *nu.*
125 6. *de cler. ægrot.* & si prædicti absint vltras dictos tres menses, incidunt in pœnas impositas à *Conc. Trid. d. c.* 12. *de reform. c.* 24. etiamsi in ciuitate steterint, vbi est ecclesia. *Garc. vbi sup. nu.* 322. *& seq.* & vide *Quarantam vbi sup. in verbo, residentia.*
126 attamen pluribus in casibus absentes habentur pro præsentibus, & distributiones quotidianas lucrantur quorum.

127 Primus est in absente tempore pestis, si adsit consuetudo, quod detur distributiones absenti ex iusta causa. *Couarr. var. resol. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 8. *Ripa de peste. cap.* 1. *num.* 145. *Moneta de distribut. quotidian. par.* 2. *quæst.* 5. *nu.* 76.

128 Secundus est in infirmo. *Hoieda vbi sup. p.* 1. *c.* 17. *num.* 15. *Moneta vbi sup. quæst.* 6. *num.* 7. etiamsi quis ex propria culpa infirmetur. *Fuscus de visitat. lib.* 1. *cap.* 20. *nu.* 26. *Moneta d. quæst.* 6. *à num.* 12. dummodo
129 talis infirmus quando erat sanus, solitus esset interesse Diuinis officijs, & residere, nã aliàs si non est solitus, tunc infirmitas non præstitit causam absentiæ, & non lucrabitur distributiones. *Nauar. de orat. & hor. canonic. c.* 11. *à nu.* 9. *Moneta d. p.* 2. *quæst.* 6.
130 *nu.* 21. & si infirmus ad balnea, vel ad alium locum pro recuperanda sanitate pergat, distributiones lucratur. *Moneta d. q.* 6. *nu.* 10.

131 Tertius est casus in sene, quando ita senio confectus est, vt nequeat commodè personaliter ecclesiæ deseruire. *Moneta d. p.* 2. *quæst.* 7. *nu.* 5: & ita seruatur in ecclesia Pisana.

132 Quartus est in eo, qui est datus obses ab ecclesia, vel captus causa repræsaliarum. *Moneta d. par.* 2. *q.* 5. *nu.* 56. *& seqq.*

133 Quintus est in absente ob necessitatem, vel causam euidentem, vtilẽ ecclesiæ, stante consuetudine. *Couar. d. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 8. *Moneta d. p.* 2. *q.* 11. *à nu.* 11. *& à nu.* 36.

134 Sextus est in Inquisitore hæreticę prauitatis, ex priuilegio speciali fauore fidei concesso a Paulo Tertio, & Pio Quinto. *Roias de priuileg. Inquisit. n.* 420. *Director. Inquisit.* quod procedit etiam in Cõsultoribus sancti Officij Inquisitionis, & ita Pisis
135 seruatur, in qua ciuitate per annos sexdecim, & vltra sum Consultor, & dum interfui Congregationibus cum sim Decanus fui tamquam præsens in choro ecclesiæ Pisanæ reputatus, & numeratus a punctatore, & sum lucratus distributiones quotidianas.

136 Septimus est casus in clerico excommunicato pro causa suæ ecclesiæ, & defensione suorum iurium. *Gutierez canonic. quæst. lib.* 1. *c.* 1. *nu.* 142. *&* 147. si iniustè sit excommunicatus. *Couar. d. cap.* 13. *nu.* 8. *Surd. de alimentis. tit.* 1. *quæst.* 82. *num.* 15. *Moneta d. par.* 2. *quæst.* 15. *à nu.* 32.
137 idem est in clerico iniustè suspenso ab officio, seu in beneficio. *Moneta d. quæst.* 15. *nu.* 42. & etiam idem est in

in clerico iniustè carcerato. *Couarr. d.c.* 13.*nu.*8.*Nauar.cons.*9.*à princ.de cler. non resid.* & interdicta, sed pollura ecclesia, beneficiatus in tali ecclesia residere solitus, qui non dedit causam interdicto, vel pollutioni, distributiones quotidianas lucratur. *Moneta d.par.*2.*quæst.*16.*nu.*29. &
138

139 idem est in clerico iniustè interdicto ab ingressu ecclesiæ. *Moneta d. quæst.*15.*à nu.*46. *& par.*3.*quæst.*6. *num.*46.

140 Octauus est in Auditore Rotæ Romanæ, qui in absentia lucratur etiam distributiones quotidianas ex Bulla Clementis Septimi, quæ incipit, *Conuenit.*

141 Nonus est in Collectore generali Cameræ Apostolicæ, Subcollectore, Aduocato, Procuratore fiscali, & Notario in caussis spoliorum, durante eorum officio ex Bulla Sixti Quinti publicata sub die 8. Maij. 1590.

142 Decimus est in Canonico, seu Archidiacono ecclesiam visitante, seu bona, & reditus suæ prebendæ. *Moneta d.p.*2.*q.*11.*nu.*63.

143 Vndecimus est in Beneficiato præsente Concilio generali. *Rebuff. in praxi p.*3.*tit.de dispensat.de non resid. num.* 34.

144 Duodecimus est in Canonista, seu Theologo, qui nomine sui Capituli interfit Concilio. *Moneta d.quæst.* 11.*nu.*91.

145 Decimus tertius est in Examinatoribus a Synodo diœcesana deputatis, si examinis causa a choro absint. *Lelius Zecchius de republ. ecclesiast. tit. de beneficiatis. num.* 13. *ad finem.*

146 Decimus quartus est in Canonico misso a proprio Episcopo ad visitanda Apostolorum limina, vel ipsum comitante Episcopum ad limina. *Riccius in praxi rer.for.ecclesiast. dec.*498.*in prima edit.Garc.d.cap.*1. *num.*349. *Moneta d. par.*2. *quæst.*8. *num.* 23.

147 Decimus quintus est in Canonico Pœnitentiario, dum confessiones audit. *Conc.Trid.sess.*22.*de ref.c.*8.

148 Decimus sextus est in eo, qui curam exercet annexam ecclesiæ, in qua est Canonicus. *Ricc.vbi sup. dec.* 389.*Garc.d.cap.*2.*nu.*335.

149 Decimus septimus est in Canonico facto Vicario Capituli sede vacãte. *Pauinus de off. & pot.cap.sed.vac. p.*2.*quæst.*10.*nu.*5.*Rota p.*2.*dec.*222. *nu.*6.*diuers.*

150 Decimus octauus est in Canonicis existentibus in seruitio sui Episcopi, vt in visitatione, in componenda Synodo, & simili, si adsit consuetudo, lucrantur distributiones. *Dec.in d.c. cum omnes.in* 2 *lectura.nu.*6. *de constit.Couar.d.cap.*13.*nu.*5.*Hoieda.d.c.* 17.*nu.* 10. & talis consuetudo reperitur in ecclesia Pisana.

151 Decimus nonus est ex gratia speciali, & concessione Papæ. *Nauar.d. cons.*2.*de cler.non resid. Garc.d.cap.*2. *à nu.*354. talis gratia a Clemente Octauo concessa fuit Venerabili viro Vincentio Mazzolio Decano Pisano auunculo meo fœl. record. qui dum esset in prima cathedra sacrorũ Canonum Professor in Gymnasio Parmensi obtinuit d. gratiam percipiendi distributiones quotidianas, tamquam si præsens esset in ecclesia Pisana horis diurnis, & nocturnis. & talem gratiã habui hoc anno 1627.
152

153 Vigesimus est in Canonico Theologo, qui in die, quo legit, siue de mane, siue de sero legat, tota die a choro est exemptus, & distributiones lucratur. *Gonzal.vbi sup.d.§.*7. *proœm.nu.*180. *Garc.d.cap.*2.*n.*118. *&* 119.

154 Vigesimus primus est in Canonico absente ratione, & causa studij, qui si absit de licentia Episcopi, & requisita ad studendum necessaria habeat, idest, si sit minor 30. annis, & studeat Theologiæ, vel Iuri Canonico, ad quinquennium, in publico gymnasio, fructus suæ præbendæ lucratur. *cap. vlt. de magistris, Conc.Trid.sess.*5. *de refor.c.*1. *in fine,*
155 non tamen lucratur quotidianas distribu-

tributiones. *cap. licet. vbi Doct. de preb. & dignit.* si tamen fructus consistãt dumtaxat in distributionibus quotidianis, eas omnes lucratur absens causa studij. *ex glo. in d. c. licet. in verbo, distributiones, vbi Abb. num.* 8.
156 exceptis prouẽtibus incertis, & quotidianis. *Zecchius vbi sup. de republ. eccles. c. 24. de canonicis. nu. 6. vers. 2. Horat. Lucius de priuileg. scholar. priuileg. 100. limit. 1. Rebuff. de priuileg. scholar. priuil.* 31. *nu.* 12.

157 Et in ecclesia Pisana ex antiqua consuetudine prouisum est, vt tam constituti in dignitate, quàm Canonici, & Capellani, qui in publico Pisano gymnasio Theologiæ, aut Iuri Canonico operam nauant, per quinquennium lucrentur de tribus partibus duas integras partes distributionum quotidianarum, dummodo antea id significent Capitulo, & Capellani eorum massæ, & vniuersitati; & intra quinquennium Doctoratus lauream in vna ex prædictis facultatibus accipiãt, alioquin elapso quinquennio, & non recepto Doctoratus gradu dicto Capitulo, seu Vniuersitati prædictas distributiones ratione studij receptas restituere tenentur; & ob id ab initio pro d. restitutione cauere debent, vt habetur in Synodo Pisana anni 1616. *tit.* 10. *cap.* 3. *de clericorum residentia.* neque super
158 quotidianis distributionibus, quatenus earum distributio concernit statum vniuersalis ecclesiæ, Diuina officia, & regimen, potest Capitulum absque Episcopo aliquid statuere. *Moneta vbi sup. p. 2. quæst.* 15.
159 *nu.* 26. nec potest Capitulum remittere, aut donare amissas distributiones propter non residentiã. *Nauarr. de orat. & hor. canonic. c.* 21. *miscell.* 84. *nu.* 48. *& cons.* 7. *de cler. non resid. Barbosa. d. alleg.* 53. *nu.* 140.

160 Vigesimus secundus est ex aliqua consuetudine, vt est in ecclesia Signina, in qua Canonicus, qui ibi Missam celebrat in aurora cuiuslibet diei, lucratur distributiones quotidianas totius diei etiamsi absit à choro. *Steph. Gratian. vbi sup. discept. forens. c.* 800. vbi refert etiam Rotam ita tenuisse stante d. consuetudine.
161 Pœna autem habentium dignitatem, & Canonicorum absentium, & non residentium, vltra amissionem distributionum quotidianarum, est, quòd si per annum absfuerint, priuãtur dimidia parte fructuum dicti anni, secundo anno priuantur omnibus fructibus, & si in absentia perseuerauerint, priuari debent præbendis, & canonicatibus, sed antea sunt citandi, & monendi secundũ *Concil. Trid. sess.* 24. *de ref. c.* 12. *Garc. d. c.* 2.
162 *num.* 140. & fructus absentium ipsi ecclesiæ sunt applicandi. *Garc. ibid.*
163 *nu.* 146. potest autem Episcopus dictam pœnam minuere, vel augere, sed non in totum tollere. *Garc. ibid. nu.* 150. attamen distributiones ab-
164 sentium non seruientium, & non residentium seruientibus applicantur, eisq. accrescunt. *Nauarr. vbi sup. de orat. & hor. can. c.* 7. *nu.* 34. *& in manuali c.* 25. *nu.* 123. *Azor. vbi sup. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 7. *quæst.* 8. *& quæst.* 9. *Moneta vbi sup. p.* 3. *quæst.* 6. *nu.* 16. *Barbosa d. alleg.* 53. *nu.* 152. & si Episco-
165 pus taceat, & dissimulet, absens non tenetur illos fructus, quos aliàs fecit suos, restituere in foro conscientiæ, in quo nemo tenetur soluere pœnam præsertim non impositam ipso iure, prout est prædicta pœna, donec a iudice competente condemnetur, sed peccat Episcopus id absque iusta causa dissimulando. *Nauarr. cons.* 3. *nu.* 2. *de cler. non resid.*

166 Si tamen prædicti absint vltra dictos tres menses a Concilio Trident. concessos notabiliter, peccant mortaliter, licèt consentiant amittere quotidianas distributiones. *Garc. d. c.* 2. *nu.* 321. *&* 322.

167 De causis autem à residentia excusantibus, videas *Io. de Silua de benefic. p.* 4. *quæst.* 6. *Hoiedam d. cap.* 17. *Quarantam in d. vers. residentia. & Garc. d. c.* 2. *§.* 1. *&* 2.

Quod

168 Quod si beneficium sit simplex, & residentiam non requirat, nihilominus tenetur beneficiatus beneficio deseruire per se, vel alium à se substitutum, annis singulis celebrando festum illius Sancti, cuius titulo beneficiũ decoratur, cæteraq. onera a fundatore in fundatione apposita persoluere, & fideliter adimplere, & ita seruatur in ciuitate, & diœcesi Pisana, & semper in visitationibus perquiritur diligenter, numquid rectores beneficiorum prædicta adimpleant, & an' beneficia habeant necessaria ad Missæ celebrationem.

169 Clericus beneficiatus vltra prædicta tenetur bona, & res sui beneficij custodire, & non alienare, nisi in casibus a iure permissis, & seruata forma *Extrauagan. ambitiosè. de reb. eccl. non alien.* de qua vide latè dicentem *Gulielmum Redoanum in suo tract. de reb. eccl. non alienand. in rub. de rerum ecclesiast. alienat. & Quarantam in d. summa bullarij. in verb. alienatio rerum ecclesiæ*, & habetur in d. *Synodo Pisana. tit. 8. c. 4. de bonis eccl. non alien.* vbi de consuetudine,
170 seruatis seruandis, & cum Ordinarij auctoritate, bona ecclesiarum, & beneficiorum conceduntur in emphytheusim ad tertiam lineam, seu generationem, quando non excedunt annuum redituũ saccorum quatuor grani, idest, vnius rubij. *ad textum in c. terrulas. 12. quæst. 2.* intelligendo de reditu soluendo rectori beneficij, idest, de annuo canone: & ita in diœcesi Tudertina, de consuetudine cum licentia Ordinarij alienantur
171 bona ecclesiarum, & beneficiorum non excedentia valorem triginta ducat. aur. de camera. tenetur pariter rector beneficij infra certum tempus a die adeptæ possessionis, bonorum omnium ipsius beneficij inuentarium conficere, & Cancellario Archiepiscopali, seu Episcopali tradere. vt in *Syn. Pisana vbi sup. c. 5.* & ita multis in locis laudabiliter seruatur, & in Archiuio ecclesiastico talia inuentaria conseruantur, & ita non tam facilè pereunt.

172 Et de Clericorum peccatis quoad beneficia vide latè *Nauarrum in d. manuali. c. 25. à nu. 112.* vbi habetur, ad quid teneatur talis Beneficiatus.

173 Et demum tenetur talis clericus cætera ad clericalem vitam, decorem, & honestatem pertinentia ad vnguem seruare, & semper omnibus sit viuens bonorum operum exemplum, & doctrinæ, ita vt de illo affirmari meritò possit, Christi bonus odor est in omni loco.

174 Etenim Clericus in sortem Domini vocatus, & cui portio Deus est, nihil habet curare, nisi Deum, ne alterius impediatur necessitatis munere, quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur; hæc enim vera est Sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quædam alienatio charissimorum, vt suis se abneget, qui seruire Deo studuerit. ita dicit *textus in cap. cui portio. 12. q. 1.* &
175 huc spectat illud S. Bernardi de quadruplici debito. *totum*, inquit, *quod es, illi debes, à quo totum habes, illi præcipuo Dominò, qui & te fecit, & bene fecit tibi, qui tibi ministrat syderum cursus, aeris temperiem, fecunditatem terræ, fructuum vbertatem, huic reuera totis medullis seruiendum.* & illud S. Ioannis Chrysostomi. *nihil in te penitus tui iuris est, qui tanto Imperatori militare cepisti, & talis esse debes, vt cum S. Paulo Apostolo dicere possis, viuo ego iam nõ ego, viuit vero in me Christus*; ideoq.
176 Sanctus Petrus Apostolorũ Princeps istos appellauit, *Genus electum, Regale sacerdotium, Gentem sanctam, populum acquisitionis*; ideoq. clericus totus pergat in Deum, eiq. adhærens vnus cum eo spiritus fiat, vt ait S. Bernardus, & dicat, *defecit cor meum, & caro mea, Deus cordi mei, & pars mea Deus in æternum.* & culpas etiam minimas, quantum potest,

vitet,

vitet, neque enim, vt ait S. Ambrosius epist. 25. *contemnenda sunt peccata, quia parua, quia si Deum spectemus, nulla offensa, quæ in Deum committitur, leuis reputari debet*. & facit quod ait S. Bernardus lib. 2. de considerat. cap. 13. in princ. *inter seculares, nugæ sunt nugæ, in ore Sacerdotum blasphemiæ, cõsecrasti enim os tuum Euangelio, magis ergo iam os aperire illicitum est, assuescere vero; & nugas loqui sacrilegum est*. quia vt dicit S. Gregorius Nazianzenus orat. 31. *quo splendidior est vestis, eò manifestiores in ea sordes apparent*. & vt habetur in Euangelio S. Lucæ. cap. 66. *qui in modico iniquus est, in maiori iniquus est, & clericus imitari studeat Iesum Christum Saluatorem*
177 *Nostrum, cum omnis Christi actio, nostra sit instructio*. & cum S. Ambrosio lib. de Isaac. cap. 8. dicat, *Christus sit signaculum in fronte, vt semper confiteamur, sit signaculum in corde, vt semper diligamus; sit signaculum in brachio, ut semper operemur; luceat ergo imago eius in confessione, luceat in lectione, luceat in operibus, & factis, ut si fieri potest, tota eius species exprimatur in nobis, & confidat in Deo*, & cum Dauid dicat, *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me, Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus Protector uitæ meæ, à quo trepidabo? si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, nam Beatus est homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum*, in quo assiduum orationis studium esse debet. Vnde S. Ambrosius lib. 10. epist. 28. *Væ tibi sacerdos, si omissa paulatim oratione, ac proinde cognitione tui, atque officij, & oneris tibi impositi, incipias sine sanctis, & rationabilibus scrupulis uiuere, cum oporteat illis in dies pungi, et corrodi, et lumen semper à Deo petere, fortè Dauid lapsus est, quia paulatim de oratione, contemplatione aliquantulum remiserat*.

178 Sacerdos insuper frequēter Missam celebrare debet, nam Missæ sacra oblatione inquit B. Laurentius Iustinianus in serm. de Corp. Christi. *nulla maior, nulla utilior, nulla Deuinæ Maiestatis oculis gratior, quæ Dei honorem, Angelis contubernium, exulibus Cælum, Religioni cultum, Iustitiæ debitum, normam Sanctitati, obedientiam legi, gentibus fidem, lætitiam mundo, credentibus gaudium, unitatem populis, Sacramētis legalibus finem, initium gratiæ, uirtuti robur, hominibus pacem, lucem mentibus, spem laborantibus, et peruenientibus tribuit speciem, et nullum acceptabilius Deo offerri potest sacrificium, siue ad exoluendum laudes, siue ad exibendum gratias, siue ad impetrandum indulgentiam, uel ad gloriam promerendam, quàm Corporis, et Sanguinis Christi sacrosanctum Mysterium*; debetq. suæ saluti, mox alienæ studere, vt ait S. Gregorius
179 Nazianzenus in Apologetico. *officium Sacerdotis circa hunc duplicem cardinem uersatur; Primo, in anima sua purgari debet, deinde purgare alios, sibi sapere, et alios sapientiores efficere, lumen esse, et cæteros illustrare, ad Deum accedere, et alios eodem inuitare, denique sanctus esse sibi, et alios ad uerum sanctitatem pertrahere, debet castitatem seruare, et mulierum conuersationem uitare. Quid enim*, inquit S. Bernardus epist. 42. castitate decorius. *quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum denique de homine facit; qui in hoc mortalitatis loco, & tempore quemdam statum immortalis gloriæ repræsentat: propterea hoc tantæ pulchritudinis ornamentum dignè dixerim, Sacerdotem honorare, quia castitas dilectum Deo, & hominibus faciat sacerdotem, reddatq. similem in gloria Sanctorum, in hac licet adhuc regione dissimilitudinis constitutum, ea propter aliqua*
180 *corporis castigatio prudenter est adhibenda, et cum Apostolo dicere, Castigo*

ſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. ſic etiam temperantia in victu eſt ſeruanda, nam, vt ait S. Gregorius, *Abſtinentia ciborum contra vitium carnis fortiſſima eſt, ſi enim ignis libido eſt, ſubtrahis igni materiam, cum cibos ſubtrahis, immo gula non minus libidinis, quàm ignorantiæ eſt parens*; hinc S. Hieronymus ad Nepotianum, *Pulchrè*, inquit, *apud Græcos, pinguis venter non gignit tenuem mentem. ita & otium fugiendum eſt à clericis, quia qui ſectatur otium, replebitur ægeſtate*; & in Eccleſiaſtico, *Multam malitiam docuit otioſitas*; & Saluator docuit in Euangelio. Matthæi 25. *Seruum inutilem proÿcite in tenebras exteriores*.

181 Clericus ſit etiam Sacræ Scripturæ ſtudio deditus, & aſſiduus, & conſeruet bonam opinionem apud populum per vitæ ſanctitatem. ideo ait S. Gregorius hom 17. in Euang. *Nullum maius præiudicium ab alijs, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem poſuit, dare de ſe exempla prauitatis cernit, quando ipſi peccamus, qui compeſcere peccata debuimus, nos pereunti populo auctores mortis exiſtimus, qui eſſe debemus duces ad vitam, ex noſtro peccato populi turba proſtrata eſt*. & cum Apoſtolo ad Titum, *Temetipſum præbe exemplum bonorũ operum, in doctrina verbum ſanum, & irreprænbenſibilem, vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur nihil habens malum dicere de nobis, & ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, ſic illuminate, ſic docete, non vt veſtra verba tantum audiant homines, ſed vt videant opera veſtra bona, vt quos illuminaueritis per verbũ, quaſi lux, condiatis per exemplum operum veſtrorum, quaſi ſal, quoniam qui docet, & facit quod docet, verè ille docet; qui autem non facit quod docet, non alium docet, ſed ſeipſum condemnat, & melius eſt facere, & non docere. quam docere, & non facere, quoniam qui facit & ſi tacuerit, aliquos corrigit exemplo ſuo, qui autem docet, & non facit, non ſolum neminem corrigit, ſed adhuc multos ſcandalizat, etenim validiora ſunt exempla, quã verba*, inquit Leo Papa in ſerm. de ieiunio. *& plenius opere docemur, quàm voce*, & vt ait Chryſoſtomus, *Omni tuba clariora ſunt documenta operum, & multo certior, & fidelior eſt doctrina operum, quàm ſermonũ*; vnde Theophilactus in Matthæum. 23. *Quando*, inquit, *qui docet non ſolum docet, ſed etiam operatur, videtur ſimul cum ÿs, qui docentur laborare, & operari*; huius rei cauſam aſſignat Seneca epiſt. 6. *quia homines magis oculis credunt, quàm auribus, & non poteſt auctoritatem habere ſermo*, inquit Caſſiodorus, *qui non iuuatur exemplo, cum iniquum ſit bona præcipere, & talia non feciſſe*.

182 Clericus modeſtiam pariter ſeruet in veſtitu, eſt enim incredibile, quantoperè Sacerdotē apud populum commendet humilis, ſed grauis, & modeſtus veſtitus, ne in eo ſit nimis exquiſitus, vt enim ait S. Bernardus in apologetico, *Mollia indumenta animi mollitiem apertè indicant, non tantum curaretur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mẽs inculta virtutibus, corporis enim, ac veſtium fragrantia arguit intus latere animum grauè olentem, & immundum*. & vt ait S. Hieronymus ad Euſtochium. *Veſtis nec ſatis munda, nec ſordida, & nulla diuerſitate notabilis, ne ad te obuiam prætereuntium turba conſiſtat, & digito monſtreris*; tria enim ſunt, vt habetur in Eccleſiaſt. cap. 19. *Quæ hominis interiora enunciant, amictus corporis, riſus dentium, & inceſſus*. Item Clericus debet eſſe prudens, quia prudentia virtutum omnium regina, ac optima eſt moderatrix, & vera ea eſt, ait S. Baſilius. *Quæ eſt cognitio eorum, quæ agenda ſunt, & non agenda, quã ſi quis ſectatus fuerit, numquam ab*

officio, virtuteq. discedet, numquam vitiorum pestem incurrit; proprium autem, & singulare vera prudentiæ est, libenter aliorum sententias perquirere, & sapientum virorum consilio vti, nam qui sapiens est, audit cõsilia, & superbia magna est existimare, se nullius egere consilio, ac sibi penitus acquiescere, quasi vel solus sapiat, vel quam optima in mediũ consulere valeat; magnam profectò affert hominibus vtilitatem consilium, eo quod nemo sibi sufficiat ad electionem rerum vtilium, honestarumue, sed pluribus sane socijs, ijsq. solertibus opus est, inquit S. Basilius ad Rom. 12. & homil. 12. in Prouerb. & ad hanc rem facit id, quod à S. Gregorio hom. 10. in Ezech. de Diuina prouidentia his verbis adnotatum legi-
183 mus. *Hoc omnipotens Deus agit in cordibus hominum, quod fecit in regionibus terrarũ, poterat namq. vnicuilibet regioni fructus omnes tribuere, sed si vna qualibet regio alterius fructu non indigeret communionem cũ altera non habuisset, vnde fit, vt huic vini, alij vero olei abundantiam tribuat, hanc multitudine pecudum, illã verò vbertate fructuum facit abundare, vt cum illa defert quod ista non habet, & ista reddit quod illa non detulit, per communionem gratiæ simul terræ coniunctæ sunt. sicut ergo regiones terrarum, ita sunt mentes Sanctorum, quæ dum vicissim sibi conferunt quod acceperunt, quasi fructus suos regiones regionibus impendunt, vt in vna omnes charitate iungantur*. & vt dicit Chrysostomus hom. 9. *Consi-*
184 *liarijs omnes opus habent, multa enim sunt, quæ magni, & admirabiles viri ignorant, quæ tamen parui, & abiecti scire solent; & facile est suomet iudicio decipi, nam illud firmissimum tenendum est, omnium difficillimum esse, se ipsum cognoscere, & curare, propterea quod naturaliter seipsum quisque amet, & quia in seipsum quisque propensus est, ideo in veritatis iudicio fallitur: quare nihil securius, quàm habere consultorem, ad quem in rebus difficilioribus confugias, qui neque ad amorem, neque ad odium loquatur, & si videris sensatum, euigila ad eum, & gradum ostiorum illius exterat pes tuus: & in omnibus clerici exibeant se, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, nam virtus in arduo elucet præcipue*.

185 Curabit insuper Clericus, vt maturè, hilariq. animo terrena hæc omnia contemnere incipiat, nè in morte anxium miseri torqueant, & excrucient, cum non tantum mors ipsa, sed eius memoria sola nimis amara esse soleat homini pacem habenti in substantia sua. *Contemne viuens*, ait S. Bernardus sermo 53. de modo bene viuendi. *quæ post mortem habere non poteris. valde etiam proderit, si sæpius in Missæ sacrificio Deum exoret, vt ad piam, & religiosam mortem vitam suam disponat*. & circa reditus beneficiorum ecclesiasticorum, quibus vsibus sit impendendi, & quibus personis dandi, aut relinquendi videas latè dicentem Nauarrum in Commentario, de reditibus benef. ecclesiast. & memi-
186 nerint Clerici, se esse dispensatores non dominos redituum ecclesiasticorum, & quod superest fabricæ ecclesiæ, & pauperibus esse tribuendũ, non autem seruandum ad ditandũ suos, & consanguineos. Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 1. Sed audiamus tandem quæ à Sanctis Patribus in sacrosancta Tridentina Synodo, de vita, & honestate clericorũ sancita sint, & decreta in sess. 22. de reform. cap. 1. videlicet, *Nihil est quod magis ad Pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se Diuino ministerio dedicarunt, cum enim à rebus seculi in altiorem sublati locum conspiciuntur, in eos tamquam speculum, reliqui oculos conijciunt, ex ijsq. sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos in sortem Domini vocatos vitam, moresq. suos componere,*

vt

vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsq. omnibus rebus nil nisi graue, moderatum, ac religione plenum præseferant; leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, vt eorũ actiones cunctis afferant venerationẽ. Cum igitur quo maiore in ecclesia Dei, *& vtilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentiùs sint obseruanda, statuit S. Synodus, vt quæ aliàs à Summis Pontificibus, & à Sacris Concilijs de* Clericorum *vita, honestate, cultu, doctrinaq. retinenda, ac simul de luxu, commessationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, necnon secularibus negocijs fugiendis copiosè, ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum ijsdem pœnis, vel maioribus arbitrio Ordinarij imponendis, obseruentur.*

188 Studeat ergo Clericus esse Sal terræ, & Ciuitas supra montem posita, iactet cogitatum suum in Domino, qui eum enutriet, & gressus eius perficiet ex præsidio, & patroci-
189 nio Sanctissimæ, ac Gloriosissimæ Deiparis Virginis Mariæ; cum enim nulla in nos gratia desuper effluat, nisi huius Matris Misericordiarum intercessione, quid eis deesse poterit, qui ipsius vmbra recreantur, & præsidijs muniuntur; & ad solatij
190 cumulum accedit Sanctorum tutela, qui sicut aliquarum ecclesiarum, & beneficiorum patroni nuncupantur, ita singulari cura earundem ecclesiarum, & eorundem beneficiorum Rectores patrocinantur, & tuentur.

191 Igitur, si tàm singulari Dei, Sanctissimæ Virginis, & Sanctorum patrocinio clerici proteguntur; quā mercedis amplitudine eosdem tandem Deus in portu excipiet, nauigatione fœliciter peracta? idẽ enim Deus, qui illorum hic est tutela, & præsidium, erit in Cœlis merces, & corona, ita dixit Abraham. *Noli timere, ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* Itaque confortamini quicumque sortem ministerij huius sortiti estis, & non dissoluantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro, & vt ait Beda serm. 18. de Sanctis, *Si expeditos, si celeres in agone hoc operis, si currentes dies vltimus inuenerit, nusquam Dominus meritis nostris ad præmium deerit remunerator*; quod ipse nobis concedat per magnam misericordiā suam. Amen.

Et ex his concluditur Praxis Iurispatronat. ad communem vtilitatẽ, & commodiorem vsum collecta, & aucta. Ad laudem, & gloriam Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Gloriosissimæ Mariæ semper Virginis Reginæ Cœlorum, & Patroni mei Sancti Petri Apostolorum Principis, & Sancti Stephani Protomartyris, & S. Catharinæ Virginis, & Martyris, totiusq. Curiæ triumphantis. Amen.

Finis Partis Tertiæ, & totius Tripartitæ Praxis Iurispatronatus.

APPENDIX.

AD Cap. 2. lib. 6. Adde, quòd Canonici Regulares sine speciali dispensatione obtenta a Sede Apostolica, cum sola licentia suorum Superiorum Regularium etiam beneficia sæcularia in titulum obtinere possunt. idq. probatur ex *cap. quod Dei timorem. & ibi Abb. de statu monach. & ex Concil. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 11. vbi prohibet Canonicum translatum assumi ad sæculare beneficium etiam curatum, nam à contrario sensu innuere videtur, non translatum assumi posse ad talia beneficia, & ita hunc textum intellexit Rota *in Papien. Iurispatr.* 6. *Martij.* 1598. *coram Cardinali Seraphino, quæ in impress. est decis.* 1269. *ita & Rota decis.* 5. *de iurepat. in nouis*. ibi enim fuit quæsitum, an Canonico Regulari cum Superioris licentia conferri posset beneficium curatum sæculare, & fuit conclusum, posse, tales enim Canonici quando professionem emittunt, addunt ita, & quòd nunquam absque licentia Capituli Generalis, vel eius auctoritate fungentis aliquod cum cura, vel sine cura beneficium acceptabo intus, vel extra ordinem nostrum, renunciando omnibus iuribus, & priuilegijs, & consuetudinibus in contrarium mihi competentibus, vel quomodolibet competituris. & cum effectu S. Carolus pręnio concursu anno 1584. 4. Idus Ianuarij. contulit parochialem ecclesiam S. Remigij Vicemodroni diœcesis Mediolanen. D. Theophilo Varisio Theologo Canonico Regulari Congregationis Lateranensis, habenti talem facultatem a suo Generali. ita in vltima impress. *Gonzal. in comment. ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 7. *num.* 55. *versic. cæterum*. & a Clemente Octauo fœl. record. fuit collata Præpositura D. Paulo Tapparello Pedemōtano Canonico Regulari Lateranen. & ante collationem visum fuit, an decretis Concilij Tridentini obstaret, & S. Congregatio respondit non obstare, nisi esset translatus. similiter Canonicus Regularis fieri potest Archidiaconus, & habere potest simplex beneficium. *glos. in cap præterea. de preb.* & Paulus Quintus fœl. record. anno 1616. contulit Canonicatum ecclesiæ Caprien. D. Antonino Caracciolo Neapolit. Canonico Regulari. & D. Franciscus Iustinianus Canonicus Reg. obtinuit Canonicatum ecclesiæ Cathedralis Iustinopolitan. & de tali materia doctissimè pertractat Admod. Reuerendus D. Gabriel Pennottus Nouarien. ex Congreg. Lateranen. Abbas S. Iuliani apud Spoletum, & Theologus eruditissimus in sua tripartita Historia Generali totius sacri Ordinis Clericorum Canonicorum. *lib.* 2. *de sacri, Apostolicique. Ordinis Canonicorum Regularium origine, & progressu. cap.* 72.

Ad Cap. 1. lib. 10. nu. 34. Adde, quòd in collatione ecclesiæ parochialis iurispar. mixti non requiritur forma examinis per concursum, & ita sub die 5. Februarij. 1628. respōdit S. Congregatio Illustrissimorum DD. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum instante, & petente D. Antonio de Consortis Ciue, & Theologo Pisano, & Parocho ecclesiæ parochialis S. Viti Pisarum, prouiso; & instituto ab Ordinario, sine concursu ad præsentationem Monialium S. Laurentij Pis. & populi eiusdem parochiæ, cuius ecclesiæ iuspatr. pro dimidia ad moniales, pro alia ad populum pertinet.

Ad Cap. 8. lib. 14. Adde, quòd hodie circa fructus inexactos a bene-

neficiatis ita relictos adest Constitutio Sanctissimi D. N. VRBANI VIII. Pont. Opt. Max. sub datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die quinta Aprilis. 1628. Pontificatus anno Quinto. qua circa fructus quomodocumque inexactos confirmatur Constitutio Iulij Tertij fœl. record. dispositum in regul. Cancell. & in Camera Apostolica, & prout latius in hac nouissima Constitutione.

Ad Cap. 3. lib. 15. nu. 55. Adde, quòd nouissimè decretum est in Sacra Rituũ Congregatione sub die 8. Aprilis. 1628. subscriptum ab Illustriss. D. Card. Deto Episcopo Portuen. Domino meo non potuisse, nec posse locorum Ordinarios, tam sæculares, quàm regulares addere Calendarijs etiam proprijs, Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breuiarij Romani Rubricis, vel Sacræ Rituum Congregationis, seù Sedis Apostolicæ licentia, conceduntur.

Insuper vetuit, & prohibuit celebrari per totam Ciuitatem, vel diœcesim, etiam de cuiusque Ordinarij auctoritate, Missam, vel Festum cum Officio de Sancto, eo quod in loco adsit ecclesia parochialis, vel regularis, aut aliqua Reliquia, sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia titulari, seù vbi asseruatur insignis Reliquia, & non alibi. insignes autem Reliquias declarauit esse Corpus, Caput, Brachium, Crus, aut illam partem Corporis, in qua passus est Martyr, modò si integra, & non parua, & legitimè ab Ordinarijs approbata: sub pœnis contentis in Bullis Pij V. in Breuiario, & Missali positis. quòd scilicet non satisfaciat muneri recitandi Diuini Officij, & Sanctissimus D. N. VRBANVS Papa VIII. laudauit, approbauit, & ab omnibus vbique sub dictis pœnis seruari præcepit. de formulis autem fundationis Ecclesiarum, seu Altarium cum reseruatione Iurispatronatus, collationis ordinum, & beneficiorum, & de alijs videas apud Acta Ecclesiæ Mediolanen. & Archiepisc. Bononien. & nouissimè D. *Augustinus Barbosa in suo tract. de off. & potest. Episcopi in impress. Lugdunen.* elegantissimè ponit formularium Episcoporum, & ibi refert formulas omnes, quibus Episcopi vti solent.

Et demum ad Iurispatronatus materiam adde, quòd iuspatronat. spectans ad laicorum Confraternitates laicale censetur. ita fuit decisum in R*omana Beneficiatus S. Laurentij in Damaso. 7. Februarij. 1628. coram* R. P. D. D*urano.* item quod laudum latum inter compatronos secundum *clem. plures. de iurepat.* vt in prima vacatione omnes patroni præsentare debeant Rectorem de tali linea, in sequentibus autem vacationibus ex alia linea, & sic deinceps alternatim vacatione occurrente, non est validum, nec sustineri potest, quia *ex d. clem. plures.* permittitur patronis diuisio actiua, quæ extendi non potest ad passiuam, de qua in laudo. in puncto *Lambertin. de iurepat. lib. 2. par. 3. quæst. 5. artic. 4. num. 10.* & deduci videtur ex *cap. ad decorem. de institut.* & ibi A*bb. num. 3. & in cap. per venerabilem. num. 15. de elect.* & ita fuit decisum in *Lunen.* S*arzanen.* I*urispatr.* 18. *Decembris.* 1625. *coram* R. P. D. *Pirouano. & in eadem* 18. D*ecemb.* 1626. *coram* R.P.D. D*urano.*

Et quando manutentio vni ex duobus prouisis Apostolicis sit danda fuit dictum in L*unen. Sarzanen. beneficij. 13. Iunij. 1625. coram* R. P. D. D*urano*, quæ in calce operis est decis. 109. & quando vnus ex duobus præsentatis habeat maiorem partem vocum, ita vt alij præferri debeat fuit decisum in eadem coram eodem. 31. Maij. 1627. quæ in

in calce operis est decis. 110. & in eadem coram eodem. 24. Ianuarij. 1628. quæ in calce operis est decis. 111. & quando transactio non sustineatur facta in præiudicium vocatorum, & super bonis alienari prohibitis respectu iurispatronatus, fuit dictum in *Toletana Iurispatronatus*. 11. *Februarij*. 1628. *coram Reuerendissimo* D. *Coccino* Decano. quæ in fine operis est decisio 112. & vltima.

FINIS.

Digitized by Google

13-6-E.33

463

DECISIONES
SACRAE ROTAE
ROMANAE

HACTENVS NON IMPRESSAE
IN PRAXI IVRISPATRONATVS

IVLIANI VIVIANI DECANI PISANI
allegatæ, & ad maiorem commoditatem
ſimul collocatæ.

CVM INDICE IPSARVM DECISIONVM,
& materiarum, rerumq. notabilium.

R O M AE,
Ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ. MDCXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur si videbitur Reuerendissimo P. Magistro Sacri Palatij Apostolici.

A. Episcopus Bellicastrens. Vicesg.

Imprimatur. Fr. Hyacinthus Lupus Reuerendiss. P. F. Nicolai Rodulfij Sacri Apostolici Palatij Magistri Ord. Præd. Soc.

764

INDEX DECISIONVM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
QVAE IN PRAXI IVRISPATRONATVS; & in eius fine referuntur.

Digitized by Google

Lucana

Index Decisionum.

Et in

Digitized by Google

Digitized by Google

13. 6. 5. 23

DECISIONES SACRAE ROTAE ROMANAE HACTENUS NON IMPRESSÆ, QVAE IN PRAESENTI PRAXI Iurispatronatus deductæ fuerunt.

ILLVSTRISS. D. CARDINALI MILLINO.

Papien. Iurispatronatus. 9. Maij. 1594.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronat. mixtum quomodo cognoscatur.*

2 *Præsentatio compatroni regulariter compatrono ius præseruat.*

3 *Sententia inter alios lata tertio non nocet.*

4 *Ius præsentandi quando per non vsum amittatur.*

DECISIO I.

DVBITAVI, an institutio D. Bartholomæi Araldi ecclesię Parochialis S. Georgij Villanterij ad præsentationem dominorũ de Lonatis esset confirmanda, vel infirmanda, & quia pro parte dd. Præpositi, & Canonicorum Regularium S. Petri in Cœlo aureo, qui prætendunt iuspatronat. esse mixtum, inter alia dicebatur, sententiam esse infirmandã, quia iuspatronat. erat mixtum, & in ista præsentatione non fuit seruata forma requisita in præsentatione ecclesiarum parochialium, quæ sũt iurispat. mixti, Placuit dominis, vt
1 particulariter videretur, an istud iuspatr. esset mixtum, & dubio proposito, concorditer censuerunt iuspatr. esse mixtum, fundamentum decisionis fuit, quia habemus initium clarum istius iuspat. mixti, cũ de anno 1207. monasterium emerit totum castrum Villanterij cum omnibus iuribus & actionibus, & cum aduocatijs ecclesiarum, & in transactione postea inita de anno 1260. adest confessio explicita venditorũ, quòd totum castrum cum omnibus honoribus, & iurisdictionibus spectabat, & spectare consueuerat in integrum ad monasterium, & promissio de non inquietando de tota villa honoribus, iurisdictionibus, & de medietate aduocatiæ Plebis Villanterij, & iurispatr. & Capellaniæ ipsius castri, & ecclesiæ, & hospitalis della Gallera, & postea Abbas eos inuestiuit de toto feudo, & de medietate aduocatiæ, seu iurispat. vnde cum monasterium ostendat iuspat. esse mixtum, necesse est, quòd dd. de Lonatis doceant, se præscripsisse medietatem spectantem ad monasterium.

Hoc autem dicebant domini non probari, quia ad istum effectum est necessarium, quòd præsenta-
2 tiones fuerint factæ animo priuandi monasterium, quòd in dubio non præsumitur, vt benè deducit Ruin. cons. 50. num. 10. lib. 5. & sine isto

Digitized by Google

animo præsentationes vnius non præiudicant cōpatrono, sed ei præseruāt ius. Feder.cons.202. in fine. Abb. cons.54. lib.1. Put. dec. 292. lib.1.Tanis.dec.97.Crescēt.dec.27.

Considerabant etiam domini, quòd Monachi ad alias ecclesias cōtentas sub eodem iurepat. præsentarunt sine contradictione dd. de Lonatis, & in specie per sententiam R. P. D. Blanchetti fuit declaratum iuspatr. clericatuum S. Egidij, & S. Georgij esse mixtum. & ex hoc perspicuum fit, quòd Domini Lonati non habebant istam præsentationem, quòd iuspat. ad eos spectaret in totum, quia non permisissent monasterium præsentare.

3 Non obstant sententiæ, quia prima de anno 1428. fuit lata inter alios, & non citato monasterio. secunda vero de anno 1484.fuit lata, quia non constiterat monasterium esse in possessione præsentandi, & ei competere ius, ideo cum hodie cōstet de contraria, ista sententia ei non præiudicat.

Præterea fuit responsum, quòd istæ sententiæ sunt iniustæ, quia constat monasterium habere medietatem iurispatr. & non probatur præscriptio.

4 Non obstat, quòd per non vsum amittitur ius præsentandi,quia non sufficit non vsus, si præsentationes non fuerunt factæ animo priuandi compatronum,qui non præsentauit. Feder.d.cons.202. Abb. d.cons.54. & fuit dictum in causa Imolen. iurispat. 19. Octob. 1579. coram bo. mem. d. Lauretano.

Et in eadem 22. Maij. 1595. coram eodem Illustriss. D. Card. Millino.

1 *Iuspat. quando per venditionem castri transferatur.*

2 *Et prodest subsecuta obseruantia.*

3 *Præsentatio censetur facta pro iure, quod habet præsentans.*

DECISIO II.

1 Domini steterūt in decisis,quia per emptionem factam à monasterio de anno 1207. totius castri Vilanterij cum omnibus iuribus & actionibus fuit trāslatum iuspat. c.cum seculum.c.ex literis.de iurep. Vnde cum postea de anno 1260. præcedente confessione venditorū, quòd totum castrum cum omnibus honoribus, & iurisdictionibus spectabat in integrum ad monasterium Abbas eos inuestiuit de toto feudo, & medietate aduocatiæ,seu iurispat. sequitur, quòd aliam medietatem retinuit penes se, & consequenter iuspat. est mixtum.

2 Quòd etiam comprobant domini ex inuestituris subsequentibus & ex obseruantia subsecuta, quia postea monasterium præsentauit simul cum patronis laicis, & licèt non appareat, quòd præsentauerint pro medietate, tamen cum simus in iurep.

3 spectante ad vtrumque pro medietate, intelligitur facta pro medietate iuxta notat. per Alciat. de præsumpt.reg.2.præsumpt.24.num.3.& fuit dictum in causa Alatren. Capellaniæ coram R.P.D. Pamphilio.

Non obstant sententiæ,quia sunt iniustæ, cum constet monasterium habere medietatem iurispat. & non probetur concludenter præscriptio.

Non obstat, quòd verba sunt dubia,& in dubio debet fieri interpretatio contra monasterium, quia verba sunt clara, & non possunt recipere aliam interpretationem.

Portuen. Beneficij.27.Martij.1596. coram Illustriss. D. Card. Millino.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. probatur si à Papa in suo motu proprio illud ad talem spectare dicat.*

Quam-

2 *Quamuis id recipiat probationem in contrarium.*
3 *Ecclesiæ patronatæ fundatio quomodo probetur.*
4 *Iuspat. in antiquis non probatur per testes, vel famam.*
5 *Ecclesiæ dotatio quomodo probetur.*
6 *Quomodo probetur, quòd ecclesia non habeat bona nisi eidem data à dotante.*
7 *Negatiua quomodo sit probanda.*
8 *Iuspat. quando probetur ex ennunciatiua Ordinarij.*
9 *Iuspat. quando dicatur familiæ reseruatum.*

DECISIO III.

Domini concorditer perstiterunt in resolutis corã R.P.D. meo Corduba. moti fuerunt, quia
1 D. Nicolaus habet intentionẽ suam fundatam in assertione fel. rec. Gregor. XIII. in suo motu proprio, qui attestatur innotuisse sibi, quòd iuspatr. spectabat ad bo. mem. Cardinalem Farnesium ratione dominij oppidi Insulæ, & ex ista attestatione facta motu proprio à Papa tamquã plenè informato resultat probatio plena iurispatr. competentis ratione dominij Oppidi, vt post gloss. tradũt omnes in clem. 1. de probat. Socc. cons. 266. num. 27. vol. 1. præsertim cum fundando intentionem suam super ista assertione reuocet vnionẽ antea factam ad fauorem Collegij Germanici. Alex. cons. 15. n. 2. lib. 5. & licèt contra istam probationem admittatur probatio in contrarium,
2 ostendendo quòd Papa fuit malè informatus, vt per gloss. quam omnes Doct. ibi sequuntur in d. clem. 1. in verbo fuisse. & Soccin. d. cons. 266. num. 27. tamen domini distinguendo materiam in tria capita dixerũt, quòd pro parte Excellentissimi D. Virginij non affertur probatio certa, & concludens prout requiritur, quòd iuspatr. competeret suis antecessoribus ex fundatione, vel dotatione, vel vigore reseruationis ad fauorem familiæ, ideo assertio Papæ remanet in suo robore, & consequẽter ex ea probatur concludenter ius pat. spectare ratione dominij Oppidi ad Serenissimum D. Ducem Parmæ, à quo d. Nicolaus est præsentatus.
3 Quantum ad caput fundationis, dominis visa est res clara, quia ex scriptura de anno 1500. in qua sit fundamentum, colligitur contrariũ, cum Io. Iordanus in ea exprimat, quòd ista ecclesia fuit fundata, & erecta nutu, cõsensu, & auxilio suo, quæ verba penitus excludunt, quòd ipse fuerit fundator.
4 Non obstant testes, quia deponunt de auditu, & quando non sumus in antiquis, iuspat. non probatur per testes, de publica voce, & fama. Paleot. decis. 128. præsertim cum scriptura Io. Iordani repugnet depositionibus istorum testium. Purpur. cons. 278. num. 8. Caputaq. dec. 283. par. 1.
5 Quantum ad secundum caput dotationis, domini tenuerunt nõ constare de integra, & totali dotatione, ex qua fuerit acquisitum iuspat. familiæ, quia verba Io. Iordani hoc necessariò non important, imò videntur denotare contrarium, cum vtatur verbo adijcere, & notissimum est augumentum dotis non posse stare sine dote præcedenti. Abb. cons. 46. num. 3. lib. 1. nec probatur
6 concludenter, quòd ista ecclesia nõ haberet tunc alia bona, & argumentum à præsenti in præteritum non concludit præsumptiuè, quòd ecclesia non haberet alia bona. Alciat. de præsump. reg. 2. præsump. 26. num. 6. præsertim cum concurrant coniecturæ in contrarium. & si concludenter non releuaret, cum testes examinati in visitatione, & de nouo coram me non probent cõcludenter, quòd ecclesia hodie non
7 habeat alia bona, cum non coarctẽt negatiuam, quòd aliter esse nõ posset,

fet, quin' ipsi scirent. Bald. in l. actor. C. de probat. Rimin. sen. cons. 75. nu. 78. lib. 1. Dec. cons. 94. nu. 5. Ripa in c. cum ecclesia. num. 88. de caus. poss. & prop. excepto quarto, qui est vnicus, & frater d. Io. Baptistæ præsentati ab Excellentissimo D. Virginio. Nec placuit Dominis,
8 quòd iuspat. ex dotatione, & fundatione probetur ex enunciatiua Ordinarij de anno 1504. quia per se sola non probat, cum sit vnica, & emanauerit ad assertionem partis in institutione familiaris instituentis, & non sit de antiquo. Achil. dec. 5. de iurepat. si verò deducitur pro adminiculo scripturæ Io. Iordani de anno 1550. & non potest seruire pro adminiculo, quia ea apparet, quòd Io. Iordanus non fuit fundator, & quòd ius præsentandi fuit reseruatũ alijs, & ista præsentatio est in omnibus difformis dictæ scripturæ, vt benè deducunt informantes pro d. Nicolao, ideo Domini vtebantur hoc argumento, quod aut ista enunciatiua fuit fundata in scriptura Io. Iordani, & eius nulla est habenda ratio, cum conuineatur erronea, & repugnet contentis in d. scriptura, in qua cõtineretur dotatio, & fundatio, & si exibeatur, non potest redargui attestatio Papæ, quia potest esse, quod iuspat. in ea fuerit reseruatum ratione dominij Oppidi, & quod Papa eam viderit.

9 Quantum ad tertium caput reseruationis ad fauorem familiæ, domini pariter fuerunt concordes, quòd non probatur, quia Io. Iordanus facultatem eligendi, & nominandi tribuit alijs, ideo impossibile est, quòd voluerit reseruare pro se, & suis, & licèt dicat, quòd vult ecclesiam esse gentilitij, seu patronatus sui, tamen ne incontinenti inducatur correctio, Domini intelligebant istam reseruationem de iure honorifico, & ad istũ effectum, vt non redarguatur attestatio Papæ, sufficit, quòd reseruatio ad fauotem familiæ sit ambigua, & non legatur clarè in ista scriptura, quia stante ambiguitate non resultat probatio concludens, quia Papa fuit malè informatus, prout requiritur, vt supra dictum est.

Non obstat enunciatiua foel. rec. Pauli Tertij, & obseruantia, quæ deducitur ex præsentationibus, quia cum dominium huius Oppidi esset antecessorum Excellẽtissimi D. Virginij, ista sunt æquiuoca, nec concludunt, quòd iuspat. spectaret, & præsentationes fuerint factæ potius ratione familiæ, quã dominij Oppidi.

Auximana Iurispatronatus. 28. Maij 1593. coram Illustrissimo D. Card. Millino.

SVMMARIVM.

1 *Quando dicatur constare de iurepat.*
2 *Præsertim stante quasi possessione cum causæ cognitione.*
3 *Titulus vsurpationis timorẽ excludit.*

DECISIO IIII.

1 Domini concorditer censuerũt non cõstare de iurepat. quoniam præsentationẽs cum non sint antiquissimæ non inducunt præsumptionem iurispat. ex dotatione, & fundatione A. Aug. in tit. de iurep.
2 ex fundatione, & dotatione cũ alijs allegatis, & Sacrum Conc. Trident. sess. 25. cap. 9. substulit patronatus, quorum titulus non probatur, ex fundatione, vel dotatione per authenticum documentum, vel per multiplicatas antiquissimas præsentationes,
3 aut aliàs iuxta iuris communis dispositionem, quòd decretum Cógregatio Cardinalium Concilij Interpretum declarauit locum habere tàm in petitorio, quàm possessorio, ideo Domini dixerũt sententiã A. C. infirmandam, & esse confirmandam sententiam Vicarij, qui declarauit beneficium esse liberum, & non constare de iurepatronat.

IL-

Digitized by Google

ILLVSTRISS. D. PATRIARCA Hierosolymitano.

Tudertina Iurispatronat. Parochialis S. Laurentij. 9. Iunij. 1623.

SVMMARIVM.

1 *De iurepat. quando constare dicatur.*
2 *Tum ex præsentationibus.*
4 *Tum ex enunciatiuis. &*
4 *Vicarij assertio prodest.*
5 *Quasi possessio quadragenaria attenditur.*
6 *Prouisio Apostolica quand non mutet statum beneficij.*

DECISIO V.

1 Dixerunt Domini constare de iurepatronatus, cum præsupposito, quod iura sint in forma probanti ad fauorem Equitis Ioannis Antonij de Masseis, & aliorum patronorum contra Leonellum de Baccis, quòd satis iustificari visum fuit tàm ex præsentationibus vltra 100. annos effectum sortitis, quàm ex enunciatiuis antiquissimis concurrente longissima quasi possessione præsentandi, quæ sufficiunt quãdo agitur de iurepatr. familiæ non potentis, quo casu cum non constet de dotatione, & fundatione, probatur per famam iuncta quadragenaria possessione, iuxta Cassad.dec.2. num.4. & seqq. de probat.Put.dec. 60.in fin.lib.1. cum pluribus relatis in vna Lucana iurispatronatus. 7. Maij. 1604. coram Reuerendiss. D. meo Decano. & in alia Lucana iurispatronatus. 26. Iunij. 1619. coram Reuerendiss D. meo Seleucien.

2 Et quantum attinet ad præsentationes omissis illis ab anno 1312. vsque ad annum 1440. de quorum effectuatione non ita clarè apparebat, considerarunt Domini quod à dicto anno 1440 vsque ad præsentẽ diem adsunt continuatæ præsentationes effectum sortitæ, siquidem constat, quòd de anno 1440. vacãte ecclesia per mortem Bartholomæi Iacobi, patroni præsentarunt Ioannẽ Bernabei, quæ præsentatio habuit effectum, cum de anno 1471. per eius obitũ fuerit præsentatus Thomas Egidii, cuius præsentatio fuit effectuata non solum ex possessione per eum capta, sed etiam quia per obitum dicti Thomæ de anno 1505 fuit præsentatus Nannes Nicolai de Nannis, vt apparet ex præsentatione per patronos, & institutione per Ordinarium factis de dicto Nicolao de Nannis in quibus annotatur ecclesiam vacasse per obitum d. Thomæ Egidij vltimi possessoris, & istius præsentationis effectuatio desumitur ex eo quod dictus Nannes de anno 1536. parochialem resignauit ad fauorem Antonij Angeli, Hieronymi Pauli, cum expressione quòd erat iurispatronatus laicorum, & cũ clausula, dummodo patronorum accedat consensus, & successiuè dictus Antonius Angelus resignatarius eamdem parochialem de anno 1566. resignauit, cum eadem expressione, & clausula ad fauorem Eustachij Desiderij, per cuius obitum fuit postea à patronis præsentatus Neuius Finus, quæ præsentatio licèt non habuerit effectum ex eo quod de ista parochiali, vti de libera fuerit prouisus Octauius Corresinus; attamen quia dictus Cortesinus cõcordauit cum dicto Neuio, quòd præuia reseruatione pensionis scutorum 45. ad fauorem dicti Neuij, idem Cortesinus curasset habere nouam præsentationem à patronis prout habuit, & eius vigore possessionem dictæ parochialis, quæ fuit ab illo semper possessa vti de iurepatronatus, vt ex pluribus actibus in summario patronorum datis apparet; vnde nulla remanet difficultas quin iura patronorum remanserint illæsa; & ideo non potest dubitari de

Digitized by Google

effectuatione dictarum præsentationum, cum per mortẽ vnius ex præsentatis fuerit præsentatus, & institutus alius, vt supra fuit demonstratum, iuxta vulgat.consf.Oldrad.229. Seraphin.dec.1141.num.2. Ex quibus clarè constat, quòd ex dictis præsentationibus effectum sortitis apparet de longissima quasi possessione præsentandi ad hunc effectum requisita.

Non obstat, quòd resignationes factæ de anno 1536. & 1566. non possint connumerari inter præsentationes, quia fuit responsum, quòd dictæ resignationes fuerunt factæ cum clausula, accedente consensu patronorum, qui consensus habet vim præsentationis. iuxta Crescent. decis.2.de iurepat.& Rota in decis. 195.num.3.par.1. recent. & quamuis de isto consensu præstito non appareat; attamen quia resignationes fuerunt concessæ cum conditione, quòd dictus consensus accedat, præsumendum est, quod Officiales Cancellariæ literas dictarum resignationum non expediuissent si de dicto consensu à patronis præstito eis non constitisset. Put.dec.439.in fin.lib.4. accedente maximè cursu 30. annorum, ex quo præsumitur pro validitate actus. Mohed.decis.2. de transact.Rot.dec.336.nu.5.p.2.recent.

3 Quo verò ad enunciatiuas, per quas etiam probatur iuspatronatus iuncta quadragenaria quasi possessione. Achil.decis.6.de iurepatr. Seraph.dec.1141.nu.5.& 6. visum fuit Dominis illas desumi ex cõfessionibus duorum Rectorum dictæ ecclesiæ emanatis vsque de annis 1226. & 1273. qui asserunt se fuisse præsentatos coram Ordinario à quibusdam patronis, ibi nominatis, quæ duæ enunciatiuæ cum simus in antiquis habent vim famæ, cum sint duorum instrumentorum, & habeãt originem à diuersis personis. Felin. in c.cum causam.num. 4. de probat. Aym. de antiq. temp.par.1. sect.4. num.14. 19. & seq. latè Hieron. de Monte de finib.c.66.nu.3.

Præterea adest alia enunciatiua dicti iurispatronatus, quæ reperitur in libro antiquo censuum mensæ Episcopalis Tudertinæ asseruato in archiuio dicti Episcopatus condito de anno 1467. quæ multum probat ex deductis in decis.11.de iurepatr. in nou. & coram fel. rec. Greg. XV. dec.58.num.3.

4 Vlterius considerarunt Domini pro valida enunciatiua quandam assertionem istius iurispatronat. factam de anno 1453. à quodam Vicario Episcopatus Tudertini, cui plurimum deferendum visum fuit, cum dictus Vicarius præsumatur informatus de statu beneficiorum dictæ Ciuitatis.

5 Quibus, & alijs enunciatiuis adductis per informantes adest nedum quadragenaria, seu quinquagenaria quasi possessio præsentandi, quæ desumitur ex præsentationibus supradictis continuatis, & effectum sortitis, & signanter ab anno 1440. vsque ad annum 1505. facta ad fauorem Nicolai Nannes, qui resignauit de anno 1536. & quamuis postea superuenerint prouisiones A-

6 postolicæ, attamen quia omnes dictæ prouisiones emanarunt, cum clausula accedente consensu patronorum, non fuit mutatus status beneficij, prouisiones enim Apostolicæ non mutant statum iurispatronatus, sed potius illum corroborant, firmant, & conseruant stante dicta clausula, accedente consensu patronorum. Aegid.dec.107. Achil.dec. vlt.de iurepat. Rot.dec.545.num.3. par.1. diuers. cum Papa prouidẽdo non intendat præiudicare patronis laicis. vt dixit Rot.in dec.427.nu.1. p.1.recent.Achil.d.dec.vlt.nu.2. de iurepatr.

Quo verò ad pertinentiã, & an iura sint in forma probanti visum fuit Dominis, vt de illis particulariter videretur.

Romana

Romana Iurispat. 20. Martij. 1595. coram Illustriss. D. Card. Millino.

SVMMARIVM.

1 *Quando dicatur constare de iurepat. ad effectum institutionis.*
2 *Effectuatio legati quomodo probetur.*
3 *Iuspatr. probatur concurrentibus adminiculis.*
4 *Consensus Ordinarij quando praesumatur.*
5 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorum.*

DECISIO VI.

1 Domini tenuerunt constare de iurepat. ad effectum, vt praesentatus à patronis sit instituendus, & non sit locus prouisioni Illustriss. Cardinalis, moti fuerũt, quia Agnes de Rubeis in suo testamento de anno 1465. reliquit Capellaniae Sanctissimae Trinitatis ab ea constructae pro sustentatione vnius Capellani medietatem Casalis Bocconcelli, & pro prima vice nominauit in Capellanum Nicolaum Maccionum, & iussit, quòd in posterum electio fiat per Guardianos Venerabilis Hospitalis Sanctissimi Saluatoris, & per Guardianum ecclesiae Araecoeli, & suos executores, & probatur effe-
2 ctuatio istius legati, quia Guardiani de anno 1477. locauerunt omnes fructus, & herbas istius casalis, & promiserunt de rato pro d. Nicolao Macciono Capellano, quem Agnes elegerat, & postea de anno 1528. Clemens Septimus contulit istam Capellam Mario de comitibus cum narratiua, quòd est de iurepatr. & quòd d. Marius fuerat praesentatus à patronis, & cum conditione, si patronorum expressus accedat consensus, & constat, quòd ista prouisio habuit effectum ex visitationibus, & quia fuit postea impetrata vti vacãs per eius obitum iuxta cons. Oldrad. 229.

3 Concurrunt etiam adminicula, quia in ista Capella sunt depicta insignia familiae de Rubeis, quae arguunt iuspatr. & saepius fuit resolutum, & in visitatione de anno 1583. enunciatur, quòd est de iurepat. vnde cum constet de iurepatr. ex fundatione, & dotatione, & concurrant obseruantia, & adminicula, sequitur, quòd praesentatus à patronis est praeferendus prouiso ab Illustriss. Cardinali.

4 Non obstat, quòd non interuenit consensus Ordinarij, quia per spacium tanti temporis praesumitur. Archid. in cap. nemo. de consecr. dist. 1. Rom. sing. 325. Dec. cons. 173. nu. 5. Crot. cons. 42. num. 12. lib. 1. & fuit resolutum in causa Pampilonen. iurispat. 16. Martij. 1576. corã S. D. N. accedente praesertim obseruantia subsecuta.

5 Non obstat, quòd Marius potuit possidere ex alio titulo, cum in beneficialibus detur multiplicatio titulorum, quia alius titulus nõ probatur, & stante dotatione, & effectuatione, & praesentatione de eo facta à patronis, est multum verisimile, quòd possederit ex iusto titulo.

Non obstat, quòd Hercules obtinuit istam Capellaniam vti vacantem per eius obitũ à Cardinali Sermoneta titulari, quia patroni praesentarunt Fabium Capoccium, qui postea cessit iura sua Herculi, & vigore istius cessionis obtinuit à Papa subrogationem, & nouam prouisionem cum derogatione iurispatronatus.

Theatina Abbatię. 28. Aprilis. 1603. coram eodem.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. quando praesumatur vsurpatũ & quomodo tunc probetur.*

Bulla

Digitized by Google

2 *Bulla præsupponens iuspat. non tamen illud probat.*

3 *Præsertim si prouisi à Sede Apostolica beneficium post litem vti liberum obtinuerint.*

DECISIO VII.

1 DOmini concluserunt pro informante non constare de iurepat. quia cum prætendatur iuspat. a barone loci, in quo est sita ista Abbatia in hoc casu cadit timor, & suspicio vsurpationis, & propterea est necessaria illa probatio, quam S. Synodus in similibus personis requirit pro forma, & ista probatio nō adest, quia sententiæ sunt modernæ, & sine processu, & ideo non potest videri in quo sint fundatæ, & an iustificentur ex actis, & præsentatio de anno 1578. non probatur per scrip-
2 turas, nec docetur de illius effectuatione, Bulla verò Pij Quarti solum præsupponit existentiam iurispatr. & cum isto præsupposito illud præseruat eiusdem roboris, efficaciæ, & naturæ, cuius erat antiquum. Vltra quòd si opus esset intraret reseruatio Sacri Conc. quòd postea fuit publicatum, & hoc eo magis dicendum est secundum Dominos, quia in contrariũ plura concurrunt, ex quibus excluditur iuspatr. & augetur suspicio vsurpationis, nam testes deponunt, quòd fuit lis inter
3 prouisos à Sede Apostolica, & Barones, & præsentatos ab eis, & quòd prouisi à Sede Apostolica habuerũt possessionem vigore sententiarum eiectis præsentatis à patronis, secũdo, quia datur relatio locumtenentis Capellani maioris facta Proregi Neapolis de anno 1576. in qua continetur, quòd prouisus Apostolicus obtinuerat quatuor sententias Rotales canonizatorias suæ prouisionis, & illarum vigore executoriales, quæ fuerant mandatæ exequi à Prorege, prout cum effectu fuerant executæ, & ista relatio est apud Dominos magni ponderis propter tot sententias rotales, quæ in ea enunciantur, & propter executionem, quam adhibita causæ cognitione, & contradicente præsentato habuerunt à Prorege.

ILLVSTRISS. D. CARD. VEROSPIO.

Hieracen. Iurispat. 14. Maij. 1614.

SVMMARIVM.

1 *Attentata quando sint reuocanda.*

2 *Gesta pendente termino ad appellandum quomodo reuocentur.*

3 *Causa quando dicatur appellabilis.*

DECISIO VIII.

REuerendiss. Episcopus Hieracensis, cum instante suo procuratore fiscali, super libertate beneficiorum, de quibus agitur, pronunciasset, causa per viam appellationis interpositæ per Principem Hieracensem prætendentem in eisdem beneficijs iuspat. deuoluta fuit ad Metropolitanum, qui præuia d. sententiæ reuocatione, non solum pendente termino ad appellandum, sed post appellationem etiam interpositam ad institutionem, & immissionem deuenit: vnde per me dubio proposito, d. procuratore fiscali solum informante, fuit resolutum cõ-
1 stare de attentatis, quæ veniunt reuocanda, cum institutio, & inde secuta, pendente termino ad appellandum, & post appellationem fuerint attentata, & per consequens reuocanda. c. non solum. de appell. in 6. c. post appellationem. 2. q. 6. gloss. in c. dilectis. in verbo, exequendam. de appellat. Rota diuers. dec. 6. nu. 1. & 2. p. 2. Lancell. de attent. p. 2. c. 11. nu. 14. & 16. in fine.
2 Quòd procederet etiamsi non fuisset appellatum, quia tamquam gesta pendente termino saltem per viam

viam nullitatis essent reuocanda. Cæs. de Grass. dec. 2. nu. 5. de appell. Lapus alleg. 1. Mohed. dec. 150. n. 2. & fuit dictum in Cremonen. iurisp. 23. Febr. 1607. coram Reuerendiss.
3 Bononien. Nec potest in dubium reuocari, causam ad effectum attentatorum fuisse appellabilem, ex quo Metropolitanus iudicialiter ad institutionem per diffinitiuam sententiã processit, à qua propterea dabatur appellatio. Lancellott. de attent. cap. 12. limit. 40 nu. 10. & limit. 49. n. 4. & fuit dictum in Florentina iurisp. de Ricasulis. 28. Aprilis. 1606. corã Reuerendiss. Bononien. & coram me in vna Gerunden. beneficij. 26. Nouemb. 1612.

In eadem coram eodem, die 27. Iunij. 1614.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatr. vsurpatio quando præsumatur.*
2 *Et tunc quomodo iuspatron. probari debeat.*
3 *Assertio Ordinarij quando nõ probet.*
4 *Et ecclesiæ non præiudicet.*
5 *Ennunciatiua quãdo reddatur suspecta.*
6 *Litera Apostolicæ quando non suffragentur quoad probationem iurisp.*
7 *Præsertim emanata ad partis supplicationem.*
8 *Præsentationes effectuatæ quæ dicantur.*
9 *Forma non potest per æquipollens adimpleri.*
10 *Iura quando non dicantur esse in forma probanti.*

DECISIO IX.

LAta per Reuerendiss. Episcopũ Hieracensem sententia super libertate beneficiorum, de quibus agitur, eaq. ad instantiam Principis illius ciuitatis reuocata per Metropolitanum, qui pendente termino ad appellandum, & post ipsam appellationem ad vlteriora procedendo, cum ad institutionem, & immissionem deuenisset, causa hic introducta, fuit 14. Maij præteriti coram me decisum, d. Metropolitanum attentasse, quo firmato, dubium pro-
1 posui, an constaret de prætenso iurepat. & fuit negatiuè resolutum, cũ enim Princeps sit illius ciuitatis dominus, intrat vsurpationis suspicio. Put. decis. 57. & 205. lib. 1. Mohed. dec. 3. de iurepat. Cresc. dec. 4. eod. tit. vnde per dotationis, vel fundationis instrumentum, vel per immemorabilem iunctis præsentationibus
2 Spacio 50. annorum continuatis, & & effectum sortitis debet hoc iuspat. cõcludenter probari ex Conc. Trid. c. 9. sess. 25. de reform. tenuit Rota dec. 409. p. 1. & dec. 199. p. 1. diuers. Paris. de confid. q. 28. à num. 26. & fuit dictum in causa Neapolitana Capellaniæ. 29. Ianuar. 1571. coram bo. mem. Card. Lancellotto. in casu autem nostro, nec de titulo fundationis, vel dotationis, nec de immemorabili docetur. nam Episcopi Hieracensis assertio de anno 1478. prætensam immemorabilem à Concil. Trid. requisitam non probat, vt fuit dictum in Albanen. iurispat. 22. Iunij. 1592. coram Gipsio, & in Triuentin. monasterij. 17. Decẽb. 1612. coram R. P. D. meo Manzane-
4 do: nec d. Episcopi assertio potest ecclesiæ, vel successoribus præiudicare. Caputaq. dec. 128. num. 5. p. 2. & habetur in præalleg. Triuentinen. vl-
5 tra quòd hæc enunciatiua satis redditur suspecta, cum emanauerit ad fauorẽ filij Regis Neapolis, qui tunc illius ciuitatis Dominus existebat; & sic multo minor illi fides est adhibenda. Card. Seraph. dec. 1567. nu. 5. nec releuat adminiculum ex literis Apostolicis Clementis VIII. desumptum, in quibus ista beneficia dicitur esse de iurepat. dominorum in temporalibus Ciuitatis Hieracensis.
6 Quia cum ibi non exprimatur iuspatr.

patr. ex fundatione, vel dotatione, dictæ literæ non suffragantur, possunt enim intelligi de iurepatr. ex priuilegio per Conc. sublato, vt fuit in his terminis decisum in Sorana iurispatr. 28. Aprilis. 1603. coram bo.me.Card.Pamphilio.

7 Præterea non videntur illæ probare, cum ad supplicationem parris, emanauerint, & principaliter de iurepat. dubitetur. clem. fin. in fine. de sent.excomm.Paris.cons.114.nu. 12.vers.insuper.lib.4.Aret.cons.23. nu.8.& seqq. Dec.cons.602.nu.15. Caputaq.dec.33.

8 Vlterius non constat de altero requisito,quòd videlicet præsentationes spacio 50. ann. sortitæ fuerint effectum. nam de anno 1531. & 32. nulla datur præsentatio, sed tantum Apostolica prouisio, quæ non sufficit ad probandum iuspat. Rota dec. 169.num.4.lib.3.p.3. diuers. & fuit dictum in præalleg. Sorana iurispat. coram Card. Pamphilio.

Alia præsentatio de anno 1571. licèt effectuata, solum deducitur ex Episcopi enunciatiuis in collatione facta,quæ in casu nostro stante vsurpationis præsumptione satis non habetur, sed requiritur, vt per authentica documenta plenè, & concludenter illa probetur ex Concil. Trid.cap.9.sess.25.de reform. & fuit dictum in vna Iacen. Parochialis. 27. Iunij. 1603. coram Card. Pamphilio. & coram Card. Seraph. in Aquinaten. beneficij.9.Iunij.1600.

9 quæ forma à Conc. præscripta venit omnino seruanda, nec potest per æquipollens adimpleri, vt tenuit sacra eiusdem Concilij Congregatio, ac Rota dec.199. num.3. & 4. p. 2. diuers.& fuit resolutum in Albanen. Prioratus. 26. April. 1588. coram Brauo, & in d. Sorana iurispatr. 28. Aprilis.1603.coram Card.Pamphilio. & alibi sæpius.

10 Dicitur etiam dicta iura Principis non esse in forma probanti, cum non appareat ea præuijs solemnitatibus requisitis extracta fuisse.c.1.& in fin. de fid. instrum.

In eadem coram eodem. Lunæ 18. Aprilis. 1616.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. personarum potentium quando dicatur probatum.*
2 *Præsentationes conferunt ad inducendam immemorabilem.*
3 *Etiam in casu præsumptæ vsurpationis.*
4 *Et eo casu iuuat Episcopi assertio.*
5 *Vassalli possunt esse testes in causa domini.*
6 *Si alij testes haberi nequeunt, vel si concurrant adminicula.*
7 *Dictio semper est temporis continuatiua.*
8 *Testis de fama probat, si dicat illud publicè audiuisse.*

DECISIO X.

FIrmato coram me sub die 27. Iunij 1614. de iurepatronatus Principis Hieracensis, in beneficijs de quibus agitur non constare,prætendens deinde Princeps immemorabilem quasi possessionem præsentandi, remissoriam obtinuit, & pluribus examinatis testibus. Dubium super hac immemorabili proposui, quam fuit responsum, probari, cum
1 super ea quintus, & vndecimus testis deponant iuxta requisita.gloss. in c. 1. de præscript. in 6. nimirum de visu ante motam litem per annos quadraginta,de auditu à maioribus, quòd ipsi non viderint aliquid in contrarium, & de fama per verbum fuit, & est, ex quibus immemorabilis probatio resultat. Gabr.de præscript.conclus.1.num.74. Rebuff. de decim.quæst.13.num.94.Caputaq. dec.71.p.2.Put.dec.348.lib.2. Mohed.dec.3.nu.1.de iurepat. Couarr. in reg.possessor. p.2.§.3. sub num.3. Alexand. consil. 177. num.7.lib.6. & cons.

& consil. 16. num. 16. lib. 5.

2 Quæ corroboratur etiam ex alijs testibus, necnon ex præsentationibus ab anno 1531. quæ multum cõferunt ad inducendam iurispatronatus immemorabilem, cum probatæ fuerint per scripturas. Achill. dec. 4. nu. 9. de iurepat. Put. dec. 205. lib. 1. in nouis.

3 Et id etiam locum habet respectu personæ, in qua cadit vsurpationis suspicio. Rota dec. 545. p. 1. diuers. Seraph. decis. 1141. nu. 9. & 10.

4 Vlterius eadem immemorabilis adminiculatur ex ipsius Episcopi declaratione de anno 1478. quòd videlicet hæc beneficia sint de iurepatronatus Marchionum Hieracensium, cui assertioni plurimum in huiusmodi materia solet Rota deferre. Put. dec. 243. in fine. lib. 2. Rot. dec. 11. de iurepatr. in nouis. Card. Seraph. d. dec. 1141. nu. 8.

5 Nec valet exceptio contra testes examinatos, quòd sint Principis vassalli, & per consequens non idonei. Nam etiã vassalli pro Domino probant. Bald. in Leos. num. 2. Paul. de Castr. num. 2. & cæteri. C. de testib. Afflict. decis. 304. nu. 14. Alex. cons. 88. num. 16. lib. 5. Felin. in c. cum in literis. nu. 3. de testib. Gabr. eod. tit. concl. 10. nu. 16. & 21.

6 Quando præsertim sumus in materia, quæ non ita de facili potest ab alijs probari. cap. veniens, el 2. vbi Felin. num. 30. de testib. Marsil. sing. 23. Grat. cons. 59. nu. 2. lib. 2. & alij per Gabr. de testib. concl. 7.

Et quando concurrunt, vt hic adminicula. Alex. in l. sæpè. num. 70. vers. plus dicit. ff. de re iud. Aymon. cons. 6. nu. 66. & cons. 73. nu. 10.

Non obstat, quintum testem de proprio auditu ante motam litem de fama non deponere, quia sufficit,

7 illum deponere per dictionem, semper, quæ temporis est continuatiua. Bald. in cap. ex tenore. num. 2. de testib. Claud. Saisel. in l. celsus. nu. 11. de vsucap.

Nec releuat, eundem testẽ ignorasse à quibus, vel ob quam causam fama originem habuerit, cum secundum Rotæ opinionẽ id non sit opus exprimere. Caputaq. decis. 7. & dec. 208. nu. 7. p. 2. & 289. p. 3. Cassad. dec. 3. nu. 9. de probat.

8 Prout nec etiam requiritur, testem deponere quòd à maiori populi parte publicè dici audierit, iuxta Bar. Theoricam in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæst. sed illum sufficit dicere, se publicè aliquid audiuisse. Bald. in cap. per tuas. de probat. Cassad. dec. 3. nu. 4. eod. tit. Verall. dec. 295. lib. 1. in manuscript.

Et in eadem coram eodem. 17. Febr. 1617.

SVMMARIVM.

1 *Testes si in vno deficiant, non dicitur probata immemorabilis.*
2 *Vt si non deponant, se non vidisse, seu audiuisse contrarium.*
3 *Neque suos maiores.*
4 *Testis dicens famam posse esse falsam illam non probat.*
5 *Testium dicta quando coniungi possint.*
6 *Immemorabilis, vt probetur, plura requisita sunt necessaria.*
7 *Testes non facilè admittendi sunt ad probandum iuspat. potentium.*
8 *Immemorabilis nõ probatur per scripturas.*

DECISIO XI.

Visum fuit Dominis, causa benè discussa testes pro parte Principis Hieracensis inductos ad probandam immemorabilem super iurepatr. de quo agitur, non deponere iuxta omnia requisita per glos. in c. 1. de præscrip. in 6. & per consequens à decisis sub die 18. Aprilis præteriti esse recedendum.

1 Sufficit enim, testes in vno deficere ad effectum, vt immemorabilis probata

probata non dicatur, quam opinionem secuta fuit Rota in causa Britorien. S. Columbani. 24. Iunij. 1604. coram Illustriss. Lancelloto. & in Astoricen. beneficij. 19. Ianuar. 1585 coram Card. Pamphilio.

2 In casu autem nostro, quintus testis deficit, cum non deponat ipsum non vidisse, nec audiuisse contrariũ, nec quòd sui antecessores contrariũ non viderint, vt per d. gloss. requirebatur. Card. Seraph. dec. 1179. nu. 2. vers. quintus testis. & dec. 1367. n. 1. Gabr. tit. de præscrip. concl. 1. nu. 81. Couarr. in reg. possessor. p. 2. §. 3. nu. 7. Caputaq. dec. 71. p. 2. & fuit dictũ in Iacen. parochialis. 27. Iunij. 1603. & in Sorana iurispat. 28. April. eiusdem anni coram Card. Pamphilio. & in Aurien. parochialis de Pao. 5. Decemb. 1605. coram R. P. D. meo Manzanedo, & alibi sæpius.

Vndecimus pariter non suffragatur, quia non dicit, se vidisse præsentationes, sed de auditu solum deponit, nec asserit, non vidisse contrarium obseruari iuxta eamdem gloss. in c. 1. de præscrip. in 6. vbi Lapus, Abb. num. 8. Geminian. nu. 16. Franc. num. 16. Rota in dictis Iacen. parochialis, & Sorana iurispatronat.

3 Præterea non deponit, suos maiores non vidisse, nec audiuisse contrarium. nec isti requisito æquipollent illa verba, quòd ita viderit, & obseruari audiuerit sine contradictione, nam poterat esse, illum vidisse aliquos actus sine cõtradictione fieri, & interdum similes alios actus in contrarium fieri sine contradictione.

4 Vlterius idem testis interrogatus, an huiusmodi fama esse potuerit falsa, cum affirmatiuè respondeat, non videtur, illam sufficienter probare, cum penes ipsum deponentem hæc certa, & indubitata requiratur. Bald. in l. conuenticulam. nu. 8. C. de Episc. & cler. Roland. conf. 3. nu. 49. lib. 1. Rota in Legionen. Canonicatus. 3. Iulij. 1600. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

5 Nec valet dicere, saltim immemorabilem ex alijs testibus adminiculari ex Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. c. 6. num. 34. & seq. vbi habetur, posse illos coniungi ad faciendã plenam probationem ad instar plurium membrorum, ex quibus inuicẽ cohærentibus perfectum corpus cõflatur, quia contrariam opinionem amplexa fuit Rota in allegatis decisionib. Britorien. & Astoricen.

6 Nec id accidit sine ratione, cum ad probandam immemorabilem, plura tàm affirmatiua, quàm negatiua requisita sint necessaria iuxta d. gloss. in c. 1. quæ, si per testes particulares probarentur, incerta illorum probatio redderetur. qui enim verbi gratia, de visu per 40. annos deponunt, antea potuerunt aliquid in contrarium audire, & qui de auditu testantur ex publica voce, & fama, quid in contrarium videre potuerunt. & sic ad reddendam certã probationem, omnia requisita sunt probanda, vt fuit dictum in allegatis decisionib. Britorien. & Astoricen.

7 Allegantur etiam per informantes nonnullæ exceptiones contra personas testium, qui propterea de facili admittendi non veniũt ad probandum hoc iuspatr. in quo suspicio cadit vsurpationis. vt Rota tenuit in causa Toletana iuris nominandi. 2. Maij 1589. coram Orano.

Nec ad istum effectum releuant instrumenta præsentationum à Principe factarum, nec Episcopi Hieracensis assertio, cum per scripturas
8 immemorabilis non probetur. Io. Andr. in c. 1. num. 4. vers. in gloss. de præscript. in 6. Natta cons. 636. nu. num. 104. lib. 3. Aym. de antiquit. temp. 4. p. §. materia ista. num. 39. Gabr. tit. de præscrip. concl. 1. n. 89. Molin. de primogen. lib. 2. c. 6. n. 45. Rota in causa Tullen. iurisdictionis. 1596. coram Card. Pamphilio, & in Burgen. Quindenniorum. 8. Martij. 1599.

1599. coram Litta, & Sacrum Tridentinũ Concil. sess. 25. c.9. de ref. in similibus patronaribus vltra pręsentationes non minor, quàm 50. annorum spacio continuaras immemorabilem, & omnia ad ea requisita postulet.

ILLVSTRISS. D. CARDINALI MILLINO.

Lucana Iurispatronat. 20. Iun. 1602.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. quando possit transire ad extraneos.*
2 *Iurispat. translatio quãdo sit valida.*
3 *Etiam ad obtinendam institutionem.*
4 *Clausula ad habendum, & c. quid operetur.*
5 *Exceptio à quo allegari possit.*
6 *Facultas donandi iuspat. quomodo interpraetari debeat.*
7 *Simonia quando ex promissione non praesumatur.*

DECISIO XII.

PRoposui dubium in hac causa, an' constaret de iurepat. capellaniarum, de quibus agitur ad fauorem dd. de Nicolinis, & quoniam istud iuspat. ab initio fuerat reseruatum Georgio Pieri Viuiani; & eius filijs, & descendentibus masculini sexus, & à Bartolomeo descendente à Georgio fuerat translatum titulo donationis in Hieronymum de Nicolinis, & postea à Hieronymo in Ludouicum de eàdem familia de Nicolinis, Domini distinxerunt dubium in duas difficultates principales.

Prima fuit, an' istud iuspatr. potuerit transferri titulo donationis in familiam de Nicolinis. Secunda difficultas fuit, an' istæ translationes factæ à Bartolomeo in Hieronymũ, & postea à Hieronymo in Ludouicum fuerint validæ.

1 Quantum ad primam difficultatem Domini fuerunt cócordes, quòd istud iuspatr. potuit tranferri in familiam de Nicolinis, quia verba nõ stant taxariuè, ita quòd excludantur qui non sunt descendentes Georgij, sed stant demonstratiuè, vt non admittantur transuersales, & hæredes extranei, donec adsint descendentes, & propterea cessantibus descendentibus iuspar. non extinguitur, sed transit ad hæredes extraneos. Anchar. consf. 81. Calder. consf. 4. de iurepat. Cassador. decis. 1. eod. tit. & fuit resolutum in causa Cremonen. iurispatr. coram R. P. D. Seraphino. & postea in alia Cremonen. iurispat. coram me. & quamuis primo loco iuspat. sit reseruatum descendentibus Georgij, & non probetur clarè, & cõcludenter, quòd Bartolomeus, qui donauit fuerit vltimus descendens ex linea Georgij, tamen cum non versemur in casu vacationis ob lineam finitam, non est necessaria probatio defectus lineæ, & sufficit, quòd non probetur alios extitisse de linea, præsertim cum nemo vnquam contradixerit, & concurrat assertio ipsius Bartolomei, & obseruantia tanti temporis.

2 Quo verò ad secundam difficultatem Domini censuerunt vtranque translationem iurispatr. tàm Bartolomei in Hieronymum, quàm Hieronymi in Ludouicum esse validam propter confirmationem vtriusque Sedis Apostolicæ, & quamuis super eis non fuerint expeditæ literæ, tamen cum hodie non agatur ad effectum adiudicarionis, sed solum ad effectum institutionis præsentati nõ est necessaria expeditio literarum, &
3 sufficit, quòd doceatur de confirmatione per solas supplicationes. Put. dec. 347. lib. 1. Mohed. dec. 34. & fuit resolutum in causa Gerunden anniuersariorum. 3. Iunij. 1587. corã R. P. D. Seraphino.

Non obstat, quòd in prima confirmatione exprimitur, quòd Hieronymus

nymus volebat augere annuatim fructus Capellaniarum in duobus starijs grani, quia cōstat de effectuatione istius augumenti per instrumentum, & licèt eadem bona assignata fuerint postea retrocessa, & concessa titulo permutationis Hieronymo, tamen sufficit ad istum effectum obligatio ipsius de dādo aliud assignamentum æquè idoneum, & interim de soluendo quantitatem promissam, & tanto magis cum ante secutum secundum assignamentum, eadem bona prius assignata remanerent affecta eidem oneri, & obligationi ad fauorem Capellaniarū, sub quo onere, & obligatione fuit etiam confirmata secunda donatio. præterea concurrit obseruantia per tantum tempus, quæ ostendit assignationem habuisse effectum.

Non obstat, quòd prima donatio fuit facta Hieronymo pro se, filijs, & descendentibus, & ideo secunda donatio Hieronymi in Ludouicum in præiudicium eius descendentium non est valida, quia in donatione facta Hieronymo adest clausula, ad
4 habendum, & quicquid sibi placuerit faciendum, quæ æquipollet clausulæ, & quibus dederit, & reddit materiam transitoriam ad hæredes extraneos, & propterea clausula, sine præiudicio alicuius postea in cōfirmatione ad istum effectum non suffragatur, cum vt dictum fuit, Hieronymus posset transferre iuspat. & cessat omnis difficultas, quia non est in causa aliquis ex descendentibus Hieronymi, neque vnquam cōtradixit, & ista exceptio non potest
5 allegari ab alio, quàm ab eo, in cuius fauorem est inducta. Put. dec. 7. de iudic. & in his terminis sentit Clar. in §. emphyteusis. q. 16. in fine.

Non obstat, quòd mandatū procuræ datum à Hieronymo, cuius vigore fuit secuta donatio ad fauorem Ludouici est restrictum solum ad personam ipsius Ludouici, & non comprahendit illius hæredes, & suc-
6 cessores, quia ista facultas donandi iuspatr. Ludouico recipit interpretationem à natura ipsius iurispat. vt per Calder. cons. 19. de iurepatr. & ideo cum materia sit transitoria ad hæredes extraneos, & non sit apposita in mandato aliqua dictio taxatiua, & exclusiua hæredum, procurator non excessit fines mandati donando Ludouico, & hæredibus, & tantò magis cum istud mandatum habeat clausulas multum amplas.

7 Non obstat postremo, quòd ista donatio est simoniaca, cum incontinenti post factam donationem coram eodem notario, & testibus Ludouicus donatarius affirmet se esse debitorem Hieronymi donantis in sc. 65. quæ promisit soluere infra sex annos Ioan. Baptistæ filio ipsius Hieronymi, quia ista promissio habet causam expressam, & quantitas sc. 65. præsertim in termino sex annorum non est proportionabilis, & correspondens donationi iurispatr. trium capellaniarum, & propterea exclusa correspectiuitate in hoc casu secundum dominos nō resultat plena, & concludens probatio simoniç. Mohed. decis. 3. de sim. Put. decis. 380. & 440. lib. 1. & tanto magis cum ex libro memorialium detur sumus, quòd ista promissio fuit facta occasione saldi rerum, & pecuniarum solutarum pro Ludouico à Hieronymo.

ILLVSTRISS. D. CARDINALI MILLINO.

Cremonen. Capellaniæ. 14. Ian. 1594.

SVMMARIVM.

1 *Iurisp. existētia probatur ex dotatione.*
2 *Et tunc præsentatus debet institui.*
3 *Titulus excludit timorē vsurpationis.*
4 *Iuspatr. quando competat hæredibus extraneis.*
5 *Obseruantia subsecuta dat fidem scripturis.*

DE-

DECISIO XIII.

DVbium fuit distinctum in tres difficultates. Prima an' constet de iurepat. in genere dd. de Pallauicinis. Secunda, an' iuspat. cessauerit extinctis omnibus descendẽtibus Pallauicini, vel transierit ad extraneos hæredes. Tertia, an' iura sint in forma probanti.

Quantum ad primam, censuerunt domini constare de iurepatr. dd. de Pallauicinis, quia licèt non probe-
1 tur reseruatio facta à Præposito, cui fuerat commissum à Io. Card. Millino legato, vt veris existentib. narratis post sufficientem donationem factam à Pallauicino, ei, & suis successoribus masculis primogenitis ex recta linea masculina descendentib. iuspat. huius capellaniæ reseruaret, tamen cũ capellania reperiatur dotata de bubulcis 40. terræ, & Ordinarius in sua sententia attestetur vidisse testamentum Pallauicini, in quo dotauit Altare de Bubulcis 40. terræ cum reseruatione iurispat. Dominis visum est sufficienter constare de reseruatione iurisp. præsertim cũ concurrãt antiquitas temporis 123. annorum, & plures præsentationes, quæ habuerunt effectum ab anno 1528. vsque ad annum 1575. & ita etiam fuit dictũ in causa Bononien. iurispat. 29. Martij. 1594. coram Reuerendiss. D. Episcopo Oriolen.

2 Quod dicebant domini procedere sine aliqua difficultate ad effectũ, vt Thomas præsentatus sit instituendus, quia stante quasi possessione cum causæ cognitione adhibita ab Ordinario, non potest ei denegari institutio. Aym. cons. 322. nu. 5.

3 Non obstat, quòd iuspat. præsumatur ex vsurpatione, quia titulus excludit timorem vsurpationis, præsertim, cum sit coloratus ex sententia Ordinarij, & alijs adminiculis.

Non obstat, quòd testamentum, in quo relinquitur dos præcedit supplicationem porrectã Cardinali Legato, in qua Pallauicinus dicit, quòd volebat dotare, quia sufficit, quòd de tempore porrectæ supplicationis non esset acquisita dos Capellaniæ, cum Pallauicinus posset suum testamentum reuocare.

4 Quantum ad secundam, domini retentis decisionibus factis in causa Cremonen. Iurispat. coram R. P. D. Decano, & Reuerendiss. Episcopo Oriolen. & in causa Comen. Capellaniæ coram R. P. D. Penia, dixerunt iuspat. non fuisse extinctum, sed extare ad fauorem D. Alexandri hæredis extranei, quia verba pro se, & primogenitis masculis ab eo descendentibus non stant taxatiuè ita quòd excludantur qui non sunt primogeniti, & descendentes, sed stant demonstratiuè, vt non admittantur transuersales, & hæredes extranei, donec adsint primogeniti, vel descendentes. Anchar. q. 81. Calder. cons. 4. de iurepat.

5 Quantum ad tertiam domini resoluerunt iura esse in forma probanti propter obseruantiam subsecutã, quæ dat fidem scripturis etiam non authenticis. Cin. inter cons. Baldi cons. 400. num. 3. lib. 9. Aym. cons. 101. num. 4. & cons. 274. nu. 3. tanto magis cum Ordinarius adhibita causæ cognitione attestetur vidisse ea omnia.

R. P. D. BVRATTO

Pistoricñ Beneficij. 13. Ianuarij. 1617.

SVMMARIVM.

1 *Stylus ordinatorij iudicij quis sit attendendus.*
2 *Et quomodo probetur.*
3 *Et quid requirat.*
4 *Causa est eadem, quamuis [illegible] sint diuersa.*
5 *Productio, & transportatio actorum ex quibus probetur.*

6 *Iudicis assertioni quando credatur.*
7 *Assessoris attestatio quid operetur.*

DECISIO XIV.

CVm Gabriel ex vna, & Rodulphus ex alia præsentati essent ad Capellaniam de qua agitur, à diuersis pretendentibus iuspatronatus laicale ad se spectare, & late fuissent in partibus tres sententiæ conformes ad fauorem Gabrielis, commissa ad praeces Rodulphi causa nullitatis dd. sententiarum, & restitutionis in integrum, dubitaui, An vltima sententia per Archidiaconum Florentinum lata esset nulla, & nullitas deducebatur tàm ex defectu transportationis actorum, quàm ex eo quòd dictæ sententiæ super pertinentia iurispatronatus non essent ex actis verificatæ.

DD. tamen pro validitate sententiæ responderunt.

Nec obstare visum fuit defectum transportationis actorū, de illa enim constat per dd. actorum productionem, quæ licèt verbalis, & generalis sufficit tamen, & habetur pro reali absque alia adnotatione transportationis, ex antiquo, & inueterato stylo fori ecclesiastici Florentini
1 ita fouentis huiusmodi productiones, seu reproductiones actorū aliarum instantiarum, qui est attendendus in ordinatorijs iudicij ex vulg. vt de simili stylo dixit Rota in Meliten. pensionis. 21. Maij. 1602. & in Mediolanen. prætensæ illegitimitatis. 4. Iulij. 1608. coram bo. me. Penia. & in specie de huiusmodi stylo Florentiæ Curiæ ecclesiast. in Florentina iurispatronatus. 2. Decemb. 1607. coram Illustriss. Card. Lancellotto. & de stylo loci Iudicis in ordinatorijs attendendo dictum fuit in hac causa 22. Aprilis præteriti.
2 De dicto autem stylo satis constat ex attestationibus Cancellarij Actuariorum, & Causidicorum dicti fori in summario num. 3. quæ licèt extraiudiciales sufficiunt ad illū probandum in ordinatorijs. l. 3. §. sed & diui. vbi Florian. & Iacob. ff. de testib. Alex. in l. dies cautioni. §. hoc autem. num. 26. ff. de damn. infect. & fuit decisum in d. Florentin. Iurispatronatus. qui etiam non fuit per Rodulphum controuersus, immo in memoriabilibus per eū datis admissus, & acceptatus, & causa cum illius præsupposito disputata.
3 Et licèt opponeretur, quòd stylus non applicabatur cum requirat adnotationem productionis omnium, & singulorum actorum, & iuriū aliarum instantiarum, & quòd originalia dimittantur penes Notarium per alteram partem videnda, quæ dicebantur cessare in præsenti casu, & per consequens etiam stylus. Bertrand. cons. 143. num. 3. vol. 2. par. 1. Crescent. dec. 4. in fin. de procuratoribus. Seraph. dec. 688. nu. 2.

Nihilominus satis visum fuit esse factam dictam adnotationem per illa verba, omnia & singula acta, & agitata hactenus in huiusmodi causa facta, & gesta per vtramque partem, quæ cum sint ita ampla, & vniuersalia comprehendunt sine dubio acta præcedentium instantiarum, li-
4 cèt enim instantiæ sint diuersæ, causa tamen semper est eadem ratione identitatis personarum, & rei. glos. in rub. C. ne lic. tert. prouoc. & quātum ad proprietatem, & effectum, licèt secus quoad ordinem & iustitiam. Albert. ex mente Iacob. de Bel uis. in l. ita demum. num. 3. in fin. C. de procurat. & ibi Alex. num. 18. & 19. Cassad. dec. 8. num. 5. de rescrip. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 202. num. 67.

Tanto magis cum ex stylo non præscribatur forma præcisa adnotādi, & describendi adnotationem, quę verbis expressis, & distinctè contineat productionem cuiuslibet processus aliarum instantiarum præcedentium, dimissio autē originalium penes Notarium visa fuit satis iustificata,

ficata, & potissimum ex attestatione eiusdem Notarij de qua infra.

5 Sed vlterius pro parte Gabrielis plura etiam deducebantur, ex quibus videbatur constare productionẽ, & transportationem fuisse realem, & prçsertim diuturnitas temporis duorum ferè annorum, quo causa coram Domino Archidiacono pependit. Item verba procemialia sentẽtiæ visis omnibus actis, & actiratis per procuratorem Gabrielis exhibitis licèt enim tali assertioni iudicis regulariter non credarur ad notara, communiter per DD. in cap. quoniã contra. de probat. & alios allegatos per Decian. resp. 18. num. 201. vol. 1.

6 Creditur tamen quando illa est verisimilis prout hic ex supradictis, & infra dicendis. Anchar. conf. 277. in fin. vers. non obstat. Aym. de antiq. temp. p. 2. nu. 22. & conf. 54. nu. 15. Decian. d. resp. 18. nu. 203. Cæphal. consf. 474. nu. 11. Menoch. de arbitr. quæst. 76. nu. 21. lib. 1. & ferè in specie nostra conf. 100. nu. 230. 31. 32. & quando est adminiculata. Decian. d. resp. 18. num. 204. vers. & secundum ea.

Adminicula autem erant motiua dicti Archidiaconi, & eius assessoris, ex quibus apparebat acta ipsa fuisse coram eo etiam actualiter producta ac per eum lecta, vt fuit in simili cõsideratum in Oriolen. beneficiorum. 12. Ianuarij. 1596. coram bo. mem. Litta. plura eius decreta, quòd acta sibi exhiberentur, & dicto Assessori, cum cuius Voto declarauit velle causam expedire, & denique attestario Norarij actuarij causę de reali exhibitione processuum penes se facta, & de illorum consignatione Gabrieli ad effectum deferendi Assessori, vt in dicto summario num. 6. vt fuit dictum in Pientin. capellæ. 7. Iunij. 1596. coram eodem Litta.

Et aliæ attestationes pluriũ personarum, quæ viderunt dd. processus penes d. Assessorem qui illis incumbebat, vt daret votum pro sententiæ prolatione, & propterea ex prædictis huiusmodi stylo sufficienter satisfactum fuisse videtur.

7 Minus etiam visa fuit obstare attestario Assessoris, quòd non viderit iura pro parte illorum de Landis, sed solummodo pro parte Gabrielis, quia cum cõstet dd. de Landis fuisse legitimè citatos, & à Iudice monitos ad informandum, & suas probationes deducendum, potuit Iudex stante illorum negligentia absque vitio nullitatis pronunciare super iuribus tantum pro alia parte productis. Felin. in c. ecclesiæ S. Mariæ. num. 18. vers. limita igitur primo. de constit. Alex. in l. 2. nu. 9. circa med. versic. secus si sit lata. C. de edend. Cæphal. consil. 89. nu. 24. 25. & 26. p. 1. & fuit dictum in Maioricen. Canonicatus. 4. & 18. Febr. 1591. coram bo. mem. Gipsio.

Alia nullitas concernens caput iniustitiæ visa fuit alterius inspectionis.

Et interim fuit vt supra decisum.

In eadem coram eodem. die 31. Maij. 1617.

SVMMARIVM.

1 *Actor tenetur probare nullitatem propositam.*
2 *Sententia, quæ transiuit in iudicatum habet pro se præsumptionem.*
3 *Multo magis tres conformes.*
4 *Sententiæ ex actis non iustificatæ sunt iniustæ.*
5 *Et quòd non sint iustificatæ, quomodo probetur.*
6 *Iniustitia vt causet nullitatem, debet esse notoria.*
7 *Itaut velari non possit.*
8 *Et contra notorium admittitur exceptio.*
9 *Notoria iniustitia impedit executionem trium conformium.*
10 *Sententia potest etiam iustificari ex antiquis, & nouis probationibus.*
11 *Quando non agitur de ea exequenda.*

12 *Sententia quando se non referunt ad acta non possunt dici notoriè iniustæ si ex actis non iustificentur.*

13 *Et si ex actis sint notoriè iniustæ reuocantur.*

DECISIO XV.

TEnuerunt Domini non esse reuocandas ex capite nullitatis, tres sententias conformes ad fauorem Gabrielis, in partibus latas, per quas fuit pronunciatum, ipsum tamquam præsentatum ad beneficium, de quo agitur, à veris, & indubitatis patronis, & in quasi possessione præsentandi existen. esse instituendum: præsentationes verò de alijs, inter quos Rodulphus, & ab alijs factas, reijciendas: nam Rodulphus
1 tamquam Actor tenetur probare nullitatem per eũ principaliter propositam ex vulg. & in specie in sententia. tex. in cap. in præsentia. de renunc. & in cap. cum super. de re iud. Io. And. ad specul. de exec. sent. §. postremo. vers. incip. §. seq. Bart. in l. 1. num. 16. C. quand. prouoc. non est necess. cum pluribus per Vant. de nullit. tit. à quo, & quibus, &c. nu. 2. & 5. maximè cum tendat ad dictas sententias, vna cum executione subsecuta, reuocandas, & pro illis præsumatur, si enim vnica, quæ transi-
2 uit in iudicatum, habet pro se præsumptionem. c. cum inter, & c. sicut. de re iudic. Capic. dec. 16. in princ. Rot. dec. 636. num. 1. p. 1. diuers. Menoch. lib. 2. præsump. 67. nu. 48. mul-
3 to magis tres conformes, subsequuta præsertim earum executione. ad l. 1. cum ibi not. per Ang. in princ. C. ne lic. in vna eademq. caus. &c. clem. vt calumnijs, de re iudic. Put. decis. 198. num. 1. lib. 1. in nouiss. & facit dec. in Barbastren. pecuniaria. 1. Iulij 1616. coram R. P. D. meo Andrea.
4 Nec obstat, quòd dictæ sententiæ vti ex actis non iustificatæ sint notoriè iniustæ, & consequenter nullæ, etiamsi ad acta se expresè non referant. Abb. in c. inter cæteras. nu. 10. & 11. & ibi Felin. in 3. concl. nu. 10. de re iud. cum alijs in Romana officij. 3. Ianuarij. 1608. coram bo. me. Scotto.
5 Nam huiusmodi negatiua, quòd non sint ex actis iustificatæ sententiæ (quæ tamquam fundamentum intentionis Rodulphi esset ab eo cōcludenter probanda ad communem doctrinam Bart. in l. in illa. ff. de verb. oblig.) & ex prædictis non potest iustificari nisi per ipsum integer processus, & omnia acta exhibeantur. Rota d. dec. 636. in princ. & num. 3. p. 1. diuers. Card. Seraph. dec. 290. nu. 20. & dec. 1307. nu. 3. & fuit etiā dictum in Romana domus de Cansachis. 20. Maij. 1589. coram bo. me. Card. Blanchetto. quod tamen non fecit, in processu enim per eum producto non legitur rogitus Actuarij causæ primæ instantiæ productionis omnium processuũ formatorum, del 1592. & 1600. super confirmatione donationis iurispatronatus, & illius canonizatione, quæ productio facta fuit pro parte Gabrielis 7. Septemb. 1609. coram Vicario Pistorien. in præsentia procuratoris dicti Rodulphi, vt in secundo summario dicti Gabrielis. num. 2. & eadem die adnotata super dictis processibus per eundem Notarium: ex quo etiam cessat oppositio, quòd fuerit productio verbalis; & nihilominus ex dictis processibus, & actis, non solùm deducuntur talia, ex quibus excluditur prætensa iniustitia, sed plura etiam (vt Dominis visum fuit) considerabilia, pro iustificatione dictarũ sententiarum, tàm circa pertinentiā iurispatronatus, quàm possessionem, seu quasi præsentādi, latè, & copiosè cumulata in responso Caballi Assessoris 126. p. 2. & in motiuis Auditorum Nuncij Florentini, in d. summario num. 5. ideoq. non potest dici constare de notorietate, nisi prius firmetur substantia, & sic iniustitia. Contard. ad l. vnic. C. si de moment. possess.

possess.limit.9.nu.35. & 36. Cabal. cons.81.num.6. par.1.& facit Bald. cons.465.nu.1.& 2.p.4.& fuit dictũ in Anconitana bonorum. 29. Febr. 1616. coram me. quæ notorietas
6 requiritur ad hoc, vt iniustitia causet nullitatem, vel illi æquiparetur. vt in d.cap.inter cæteras.tenet Butr. in fin. Abb.d.nu.10.& 11.& apostil. ad eum. Card. & Alex.de Neu.n.3. & 4. in fin. Imol.col.2.versic.tamen. d.Ant.Ioan.de Anan.in fin.& Felin. nu.5. & seqq. idem Imol. in clem.1. sub nu.12.eod.tit.Bero.in c.quoniã contra.nu.241.de probat. Contard. d.limit.9.num.8. & 9. & num.42.& seqq.Surd.cons.405.sub num.16.& seqq. Cabal.d.cons.81.num.2. & 3. Menoch.lib.1. præsumpt. quæst.79. num.3. & 4. & lib.2.d.præsump.67. nu. 51. & conueniunt omnes Rotæ decisiones ad id allegatæ. talis autẽ
7 debet esse huiusmodi notorietas,qđ aliquo colore velari,& offuscari non possit. Butr. in c. in præsentia. nu.8. versic.si autem Iudex.& versic. non placet.de renunciat. & ibi Imol.nu. 50. versic.3. & vltimo casu. Corn. cons.10.sub nu.3.lib.4.Felin.in d.c. inter cæteras.nu.7.Ripa in l.4.§.cõdemnatum. n.17.vers.quam sententiam.ff.de re iudic.Contard.d.limit. 9.nu.34.Vant. de nullit. ex defectu proces.num.118. cum plurib. seqq. Cæphal.cons.201.num.10. & cons. 202.nu.16.lib.2. Surd. d.cons.405. num.23.24.& seqq. Caball.d.cons. 81. num. 4. & ita etiam tenuit Rota in Toletana matrimonij. 27. Iunij. 1569.coram Grato.relata in dec.85 nu.4.p.1.diuers. & coram Seraphino dec.616. nu.8. & 9. in Rauennaten. bonorum. 15.Aprilis.1575. coram Robusterio. & in Bononien. bonorũ Buccamatijs. 20.Iunij.1586. coram Orano.in Romana de Bombellis.31 Maij. 1613. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.in Nepesina Laudi 13.Febr.1615. coram R.P.D. meo Caualerio. in d. Anconitana bonorum. 29. Febr. 1616. & 14.Aprilis præteriti coram me. & in d. Barbastren. pecuniaria coram R. P.D. An-
8 drea. nam contra notorium admittitur exceptio ad elidendum actiones agentis, licèt nõ perimatur substantia veritatis.Bald.in l.final.n.40. vers. & sic contra notorium. C. de edict.diu.Hadr. &c. quæ tamen notorietas, in proposito adesse dici nõ potest ex prædictis, & ita etiam tacitè videtur confessus Rodulphus, dum acceptauit rescriptum Commissionis causæ nullitatis Iudici Synodali Pisarum, cum clausula, parito iudicato,eoq. vsus fuit illud producendo, & illius vigore causam prosequen. cum d. clausula, si enim prætendere potuisset notoriam iniustitiam verisimiliter reclamasset pro impedienda executione, cum noto-
9 ria iniustitia impediat executionem etiam trium conformium. Gabr.cõs. 28.nu.4.lib.2. & rei iudicatæ,vt videtur sensisse Rota in Corduben. decimarum de Marthos, 13.Martij. 1581. coram bo.mem. Card. Blanchetto.

10 Vltra quod dictæ sententiæ possunt etiã iustificari ex alijs antiquis, & nouis probationibus, immo ex noua causa. l.1.§.1.ff.quæ sent. sin. app.Bart.in d.l.1.nu.16. C. quando prouoc. &c. Caputaq. dec.120.n.2. par.3. & sententia etiam ex actis nõ iustificata, non habetur pro notoriè iniusta, nisi quando ex alijs non iustificatur. Put. dec.391.lib.1. in nouis. quam sequitur Seraph.dec.701. nu.3. vel quando non potest amplius iustificari. idem Seraphin. dec.734.
11 num.4. maximè cum non agatur de illis exequendis, quo casu maturius esset procedendum. idem d.decis. 290.num.21. sed de illis substinendis.Put.dec.391.nu.1. & 2. Achill. dec.7. in fin. de re iud. & sentire videtur Gabr.d.cons.28.nu.7.& Rota in d. Romana officij coram Scotto.

12 Demum cum dictæ sententiæ non se referant expressis verbis, & per modum causæ dispositiuæ ad acta, vbi

vbi etiam non essent ex illis iustificatæ, non possent dici notoriè iniustæ, itaut reddantur nullæ, vel pro nullis habeantur, iuxta opinionem Abb. & Felin. in d. cap. inter cæteras. supra allegatorum. nam Rota illam non sequitur, sed tenet quòd hoc casu habeantur pro validis. iuxta gloss. in l. 1. in verbo, vel transactio. & ibi Bart. num. 2. & 3. C. de error. calculi. & Bald. sub num. 5. Alex. in l. rei iudicatæ. §. 1. num. 6. vers. sed contrarium. ff. sol. matr. & de magis communi Vrsil. ad Afflict. decis. 28. num. 6. vers. & similiter non obstat, & num. 7. Contard. d. limit. 9. nu. 59. vers. non puto. Gabr. tit. de sentent. concl. 10. num. 5. Put. d. dec. 391. in princ. & fuit dictum in Anconitana assecurationis. 1. Iulij. 1602. coram Reuerendiss. D. meo Decano. & in Firman. altaris. 5. Iunij. 1606. coram Reuerendiss. Lugdunen. & de obseruantia Rotæ testatur Gabr. d. cõs. 28. num. 3. vers. verum.

13 Illas tamen reuocat, quando ex actis sunt notoriè, iniustæ, nisi aliunde iustificentur, vel possint iustificari. iuxta superius adducta. & declarauit Rota 12. Ianuarij. 1543. in vna Toletan. matrimonij coram Puteo. vt dicitur in additione ad supradictam eius decisionem 391. & sentiunt Gabr. d. consf. 28. nu. 2. & 3. & Card. Seraph. dec. 251. in fin.

Et ideo ex his fuit vt supra decisum.

Et in eadem coram eodem. 11. Maij. 1618.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum reuocat sententias, earumq. executionem.*
2 *Quæ non datur, nisi docto de iniustitia, in qua adsit læsio.*
3 *Et quando sufficiat sententiam esse latam contra ius litigatoris.*
4 *Restitutionem petens debet facere probationes luce clariores.*
5 *Si petatur contra tres conformes.*
6 *Plena probatio, & cognitio requiritur, quando agitur de reuocanda executione.*
7 *Enunciatiua vnica semiplenè probat iuspatr.*
8 *Et adminiculis concurrentibus probat plenè.*
9 *Enunciatiua facti alieni, & præteriti, & respiciens fauorem testatoris, non probat.*
10 *Præsertim si sit æquiuoca.*
11 *Diuersitas nominum parit dubietatẽ.*
12 *Testes qui debeant præualere.*
13 *Enunciatiua Episcopi contra Episcopum, non contra tertium probat, præsertim cum sit vnica.*
14 *Insignia depicta in capella plurimum releuant ad probat. iurispat.*
15 *Confessio fundata super auditu non probat.*
16 *Restitutionem petens debet probare de iure suo.*

DECISIO XVI.

POst resolutionem in hac causa factã vltima Maij anni præteriti, quòd tres sententiæ conformes ad fauorem Gabrielis latæ non essent reuocandæ ex capite nullitatis, fuit inhærendo Commissioni dubitatum. An constaret de causis restitutionis in integrum ad fauorem Rodulphi, & DD. negatiuè responderunt.

1 In primis enim firmatum fuit Rodulphum in hoc iudicio restitutionis principaliter, intentato esse actorẽ, & effectum petitæ restitutionis esse reuocandi dd. sententias cum exe-
2 cutione secuta. Et ideò non posse obtinere nisi docto de iniustitia, in qua consistit læsio Rot. dec. 1. de restit. in integr. in nou. Card. Seraph. dec. 1238. in princ. sine qua restitutio non conceditur etiam minori. vulg. l. nã & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & ibi not. glos. Bart. & alij, cum latè cumul. per Odd. de rest. &c. par. 1. quæst. 36. art. 2. & 3. num. 9. & seqq.

seqq. nec ecclesiæ, vt ibi per eum num. 15.& licèt sufficiat sententiam
3 esse latam cõtra ius litigatoris. Host. Butr. Abb. & alij in c.2. de purgat. vulg. quam cõmunem testatur Odd. d.tract.p.2.quæst.79.nu.10. vers. in cõtrarium quam Rota sequitur etiã si iniustitia non sit notoria Cardin. Seraph.decis. 251.num.2. & dictum fuit in Anconitana censuum. 20. Maij.1613.coram R.P.D.meo Vbaldo. & in Palentina Cappellan. 26. Ianuar.1615.coram me. & in alijs passim.

Tamen necessariæ sunt probationes plenæ, & concludentes, cum agatur non de remouen. obstaculo, quòd iam fuit remotum per cõmissionem & introductionem causæ restitutionis, prout de iure in quo sufficere semiplenas probationes dixit Bald.in l.1.num.5. C. si aduersus libert. cum alijs de quibus infra, sed de reportan. totali victoria & retractandis sententijs, & re iudicata, iuxta doctr. Innoc. in c.cum ex literis de rest. in int. quem ibi sequũtur Butr. in fin. versic. quandoque petitur. Abb.num.16.vers. sed dubium. Card.col.pen.vers.vndecimo quero. Io. de Anan. in fin. Imol. col. fin. in fin.vers.secus. Salyc. in l. 1. num.9. vers. ego in casu nostro.C.si aduersus rem iudic. Card.in c.auditis. in 2.opposit. eod. tit. & sentit etiam
4 Egid.dec.38. & probationes petentis restitutionem aduersus sententiã debere esse luce clariores. Bald.per illum text.in l. fin. C. si min. se maior &c. & ibi Iacobin. num. 4. in 3. not. Socin. cons.194.num.7.vol.2. sentit Bald.in d.l.1.num.5. C. si aduersus liber. & ibi apostill. ad eum Salic. in d.l.nam & postea. §. si minor.vers.& hæc puto.ff.de iureiur.& in l.1. col.pen. & fin. C. si aduersus rem iudic. & plures cumulat, & de communi ex Rot.Bonon.Viu.& Lancellot.relat. Odd.d.tract.p.1.quæst. 36.art.10.num.73. quam etiam tenet Roman. d. §. si minor.num.12. versic. tertio casu.Felin.in c.cum super.nu.18.de re iudic.Decian.cons. 18.nu.243.lib.1.Contard.in l.vnic. limit.8.nu.30.C.si de momen. Hippol.Rimin.cons.747.nu.114. vol.7. & plenissimam requiri cognitionem Mysing.cent.4.obseru.21.

5 Quæ sine dubio procedunt in restitutione aduersus tres conformes, pro quibus maior vrget præsumptio, vt fuit dictum in d. dec.vlt. Maij, & violenta.Odd.d.tract.p.1.quæst.36. art.1.num.7.

6 Tanto magis cum agatur de reuocan. executione, quo casu plena probatio,& plena causæ cognitio requiritur vt ex Innoc.d.c.cum ex literis de restit. in integr. Mil.in repert. in verbo, restitutio in integrum, quando petitur. Crott.consil.344. num.8.cum seqq.in 3.& benè Aym. consil.172.num.7.

Et etiam ad finem vt ipse Rodulphus consequatur beneficium de quo agitur. Innoc.Butr.Abb.Card. & alij in d.c.cum ex literis.& ex Bal. & Felin. supra citatis.

Quod autem non probetur dd. sententias esse iniustas satis demonstratur. Nam Rodulphus prætendit se preferendum Gabrieli veluti presentatumà veris patronis, & existentibus in quasi possessione præsentandi. Neutrum autem ex istis verificatur.

Nam primò quoad proprietatem, & pertinentiam iurispatronatus ex parte eiusdem Rodulphi non ostenditur fundatio, vel constructio, vel dotatio ab auctoribus ipsum præsentantium. Sed primum & præcipuũ fundamentum fit super testamento q. Ser Nicolai Francisci de anno 1485. in quo in pluribus legatis per eum factis in euentum decessus legatariorum sine filijs substituit quãdam capellam sitam in Plebe Carmignani penes fontem Baptismatis titulatam in S. Ioannem Baptistam, & S. Nicolaum enunciando, quòd fuit ædificata per Franciscũ Nicolai patrem

Digitized by Google

patrem dicti testatoris, & Ser Goggium Ser Manfredi, & Ioannem filium dicti Francisci & fratrem carnalem ipsius testatoris in eorum reuersione à S. Iacobo, & S. Antonio.

5 Ex qua enunciatiua quamuis vnica, tamen vti antiquissima resultare dicebatur saltem semiplena probatio, vt in Oritana Archipresbyteratus. 2. Decemb. 1598. coram Orano. & in Lancianen. Archipresbyteratus. 2. Maij. 1616. coram me. & plena

8 concurrentibus adminiculis de quibus infra, vt in Florentina iurispatronatus. 3. Decembris. 1607. coram Illustriss. Card. Lancellotto.

9 Verum vltra quod opponebatur quòd dictum testamentum non esset in forma probanri. Responsum fuit dictam enunciatiuam nihil probare, tùm vti facti alieni, & præteriti. Rot. dec. 22. num. 2. de præben. in antiq. tùm veluti respicientem fauorem, & interesse proprium ipsius testatoris. Put. dec. 149. num. 1. lib. 3. in nouiss. Seraph. dec. 1189. num. 3. & fuit dictum in Albanen. Prioratus. 26. Nouemb. 1588. coram bo mc. Orano. in Taruisina parochialis. 31. Maij. 1613. coram R.P.D. meo Vbaldo, & in Aretina capellaniæ. 18. Maij. 1616. coram me, & facit decis. Caputaq. 371. num. 2. p. 2. & in Virdunen. Abbatiæ. 27. Nouemb. 1615. corã me.

Secundo, quòd cum in eadem ecclesia ante illius restaurationem essent duæ capellæ sub inuocatione S. Ioannis Baptistæ, vt probant testes in summario Gabrielis num. 5.

10 9. & 10. enunciatiua illa redditur æquiuoca; nec enim potest dici testatorem intellexisse de vna potius quàm de alia; imò constat, quòd non intellexit de capella, de qua agitur. Tùm ex diuersitate nominum,

11 quia ista est sub titulo S. Ioannis Baptistæ simpliciter: illa autem de qua in testamento inuocatur S. Io. Baptistæ, & S. Nicolaij, & sic diuersa. l. si idem. C. de codicill. Tùm etiã ex diuersitate situs, quia licèt hodie capella de qua agitur existat penes fontem baptismalem, prout enunciatur in testamento; tamen id euenit ex restauratione ecclesiæ, antequam dicta capella non erat situata iuxta dictum fontem, sed ab alio latere, sed in restauratione fons baptismalis fuit translatus ad aduersum latus ecclesiæ penes dictam capellã, vt deponunt octauus, ac nonus testes, in dicto summario Gabriel n. 5. & testes examinati pro Landis, ibi num. 9. & præsertim decimus, *che si trouò à murare in detta Chiesa, quando si risece*, necnon alij testes examinati pro Sebastiano de Bertis, dicto num. 10. & ideò necesse fuisset probare, quòd capella in testamento enunciata sit eadem cum hac de qua agitur nomine, & situ diuersa. iuxta theor. Bart. in l. demonstratio falsa. num. 20. vers. si verò sunt nomina. ff. de condit. & demonst. quam secuta est Rota in Romana domus S. Petri. 6. Nouemb. 1615. corã me.

Vnde nõ obstat visitatio Episcopi de anno 1605. data in summario Rodulphi num. 20. in qua fit mentio vnius tantùm altaris S. Ioannis, quia est recens, nec percutit tempus testamenti, vel ante dictam reparationem ecclesiæ. Vltra quòd eum in eadem relatione mentio etiã fiat de alio altari in albo hoc potest intelligi de alio altati sub eadem inuocatione, cuius inscriptio non poterat legi, vt etiam interpretatus est Cancellarius dicens verba illa in albo posse intelligi S. Ioannis Baptistæ.

Secundum fundamentum fiebat super publica voce, & fama, quòd capellania fuerit, & sit de iurepatronatus familiæ de Lamberteschis, à qua proueniunt Landi, vt per testes d. summario Rodulphi. nu. 16.

Sed hoc facilè tollitur ex lectura eorumdem testium, cum omnes de auditu tantùm deponant, & nemo eorum de publica voce, & fama, vt in facto supponebatur, nec de quo tem-

tem pore; imò è cõtrario adsunt vi-
12 ginti testes pro Gabriele deponẽtes de contraria fama, vt in eius summario num. 18. qui vti numero plures præualere debent. gloss.communiter recepta in c.nostra. de testibus. Bart.in l.si duo.col.1.ff.vti possid.cũ alijs adductis per Hyppol.Rim.cons. 237.nu.72.vol.3.

Tertium deducebatur fundamẽtum ex quadam partita libri Diœcesis Pistorien. formiter extracta anni 1569. in summario num.17.in qua sic legitur *Capella di S.Gio.Battista nella Pieue di S. Michele, del padronato del Casato de Lambertesbi di Firenze, Rettore Ser Bindo de Pellerij.*

13 Cui tamen responsum fuit, quòd huiusmodi enunciatiua fortè probaret contra Episcopum non contra tertium. Bald.in auth.si quis in aliquo.num.8. versic.saluando. Innoc. C.de edend. Felin.in c.illud.num.4. versic. & pro ista opinione. de præsumpt. & in c.sicut. num.26.versic. tamen illam. de re iudic. Rocch.in tract. de iurepatr. in verbo, honorificum.q.50.num.83.& fuit dictum in Bracaren.parochialis. 1.Iulij.1592. coram bo.me. Card. Mantica. & in dicta Virdunen.Abbatiæ.27.Nouẽbris.1615.coram me.præsertim cum sit vnica, & non antiqua, & hodie de enunciato principaliter dubitetur. Paris.cons.94.nu.19.lib.1. Put. dec.381.num.2.lib.1. Card.Seraph. decis.1278. num.3. & dixit Rota in Firmana altaris.20.Iunij.1614.corã R.P.D.meo Dunozetto.& aduersatur etiam depositioni testis examinati in d. visitatione anni 1505. in summario Gabrielis num.11. dicentis, quod patroni huius capellæ sunt de domo Ser Nicolai Ioannis Pillerij de Carmignano.

Quartum locabatur fundamentũ super prouisione Apostolica de anno 1535. ad fauorem Bindi, Dominici Antonij de Christinis, per resignationem Nicolai Dominici, etiam de Christinis, cum enunciatiua, quæ aliquorum familiæ de Christinis laicorum, de iurepatronatus existit d. summ. Rodulphi nu.13.

Verùm nec ista enunciatiua, tàm generica quidquam facere visa fuit. Non est enim necessario referenda ad Christinos descendentes, & causam habentes à d. Ser Goggio in d. testamento nominato, potius quàm ad alios Christinos auctores præsentantium Gabrielem; imò nec videtur posse hæc relatio fieri ex quo cũ dictus Bindus Rector fuerit capellæ S.Io. Baptistæ *della Croce, & non del Battesimo*, vt deponit octauus testis, ad 31. & decimus, ad 55. in summ. Gabrielis d.num.5. prædicta prouisio ad eius fauorem facta, intelligi non potest de capella enunciata in testamento, quæ erat penes baptismum, & in qua, vt asserunt dd. testes in numeris supra citatis erat depicta imago S. Io. Baptistæ baptizantis; sed de alia nunc existente, de qua agitur cum imagine S. Io. Baptistæ gestantis crucem, & consequenter assertio in d. prouisione contenta referri non potest ad Ser Goggium; & alios Christinos in testamento nominatos.

14 Quintum super insignibus depictis in tabula dictæ capellæ recognitis, & descriptis in visitatione factá de anno 1601. concordantibus cũ insignibus familiæ de Lãbertéschis; & in ipsorum domo depictis, vt ex testibus d. summ. Rodulphi nu. 18. quæ plurimum releuant ad probationem patronatus. Rip.in c.cum ecclesia Surrina.nu.97.de caus.possess. & prop. cum alleg.

Sed placuit responsio, quòd illa non sunt insignia propria de Lambertéschis, sed communia omnibus de Christinensibus.

Sextum, demum fundamentum super confessione Ser Bindi Rectoris de familia Christinen. de ann.1573. ad instantiam Michaelis de Landis facta, quòd audiuit dicere à dicto Michaele eum esse patronum, vt d. summ.

Digitized by Google

summ. Rodulphi nu. 19. tollitur eo
16 ipso quòd dicta confessio fundatur super auditu tantū à dicto Michaele, quia sicut ipsimet in hoc tamquam in re sua commodum, & interesse respiciente non crederetur. l.nullus. ff. de testib. l. omnibus. C. eod. ita multò minus d. Bindo de auditu ab illo attestanti, ne maior fides exemplo, quàm originali adhibeatur. l. 1. ff. de fid. instrum. Crauett. cons. 41. nu. 2. maximè, quia idem Bindus expressè dixit se ignorare cuius patronatus esset capella S. Io. Baptistæ.

Quoad quasi verò possessionem præsentandi ad illam proban. nec vlla præsentatio, nec quicquā aliud deductum fuit.

Ideoq. cum Rodulphus non probauerit pertinentiam iurispatronatus, nec quasi possessionem, nec descendentiam suorum præsentātium, eorumq. auctorum à patronis veris, vel existen. in quasi possessione præsentandi non docuit consequenter de læsione, & bono iure suo, prout facere debuit ad obtinen. restitutionem. Bart. in d. §. si m nor. nu. 6. Salyc. in d. l. 1. nu. 10. vers. præterea. C. si aduersus rem iudic. Prob. ad Monach. in rubr. de restit. in integ. nu. 4. Rot. dec. 5. de restit. in integ. in nou. quam in Romana Curia seruari testatur. Castr. in d. §. si minor. nu. 7. & post eum Alex. ibi. num. 9. circa med. Ias. nu. 16. circa fin. Crot. cons. 344. nu. 8. 9. & 10. lib. 3. Natt. cons. 503. nu. 13. Vestr. in prax. lib. 8. c. 3. num. 7. propè fin. vers. addo pro breuiori. vbi de stylo palatij. Lancell. de attent. pend. rest. par. 2. c. 14. n. 3. & 4. Odd. d. quæst. 36. art. 5. num. 40. vers. in contrarium. & clarius om-
16 nium, quod petens restitutionē docere debeat de iure suo. cum aliàs si ius non habeat, læsio considerari nō possit, declarat Aym. d. cons. 172. nu. 7. vsque ad finem.

Et ita decisum, &c.

R. P. D. PIROVANO

Regieñ Iurispatronatus. 10. Maij. 1623.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. probatur ex fundatione, & dotatione.*
2 *Solemnitas, ex quibus præsumatur.*
3 *Iurispatr. pertinentia quomodo probetur.*
4 *Descendentia quomodo probetur.*
5 *Quasi possessio acquiritur ex consensu præstito resignationi.*
6 *Referenti standum est, quatenus constet de relato.*
7 *Extractio scripturarum quando non sit valida.*
8 *Transumptum non facit fidem.*
9 *Quid si originale transumptum non possit portari.*
10 *Solemnitas quando interuenisse præsumatur ex cursu centum annorū.*
11 *Identitatis probatio quando ex coniecturis, & adminiculis suppleatur.*
12 *Erectio, & fundatio quando effectuata dicatur.*
13 *Consensus non veri patroni non præiudicat veris patronis.*

DECISIO XVI.

Censuerunt Domini constare de iurepatronatus de quo agitur, & spectare ad Cantarellos.

Patronatus enim probatur ex dispositione Francisci Ardixoni, in cuius executionem Hieronymus frater testatoris, & procurator Franciscæ matris, & hæredis eiusdem Francisci comparuit coram Vicario Regieñ, & obtulit plura bona pro dotatione capellæ, & beneficij erigendi, qui Vicarius beneficium erexit, de anno 1491. mense Augusti; vnde dubitari non potest de illius existentia, quia iste est præcipuus modus pro-
1 bandi iuspatronatus ex fundatione, & dotatione, quod erigitur cum con-

418

consensu, & auctoritate Ordinarij, & suum est fortitum effectum, vt hic ex pluribus præsentationibus subsequutis. Seraphin.dec.1232.nu.1. & seqq. Rot. dec.517.num.2.par.1. recent.& dec.167.nu,4.p.2.diuers. sequendo decreta Tridenrini sess.25. cap.9.de reform. nec quidquam refert, quòd sola auctoritas Vicarij,& nõ Ordinarij interuenerit, cum versemur in tempore antiquissimo ab anno scilicet 1491. cum obseruan-
2 tia subsequuta,quòd sufficit ad præsumendum concursum omnium solemnitatum, quæ de iure solent desiderari. Rota dec.545.nu.2.& dec. 598.nu.9.p.1. diuers. quinimo solæ præsentationes effectuatæ supra cẽtum annos, prout in præsenti concurrunt, sufficerent ad illius probationem ex fundatione, & dotatione. Dec.cõs.174.n4.Seraph.dec.1141. nu.1.Rota dec.674.n.2.p.2.recent.
3 Spectare autem ad Cantarellos etiam probatur ex actu ipsius erectionis, & fundationis, in quo Hieronymus narrando tenorẽ legati asserit formalia verba, patronos auiẽ eiusdem in perpetuum, & in infinitum eligens, & esse volens primo Magnificum D. Hieronymum eius fratrem, quoad vixerit, & post eum hæredem in testamento descriptum, & eius hæredis filios, & descendentes in perpetuum, & cum Hieronymus, & Raphael de Cantarellis nũc agenres descendant ab Antonia filia,& cohærede dictæ Franciscæ matris, & hæredis Francisci de Ardizonibus fundatoris, aut saltem probent se descendere ex Luca,qui vnà cum Hieronymo eius fratre resignationi consenserunt de anno 1560. ad eos vtique spectare dicendũ est, pro quibus tenor fundationis loquitur.cap.recipimus. de priuileg.l.ad probationem. C.de probat.Barbat. cons.33.num.8. Bald.in l.2.nu.1. in fin.C.de in ius vocan.
4 Quòd aurem descendant saltem ab ijs, qui sunt in possessione præsentandi, & sufficiat secundum opinionem, quam seruat Rot.vt in dec. 146.num.2.& dec.274.nu.8.par.2. recent. & in Baren.beneficij.1.Iulij. 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo. probatur, quia ex Luca descendit Ioseph, qui fuit pater eorũdem Hieronymi, & Raphaelis,prout indicant duæ enunciatiuæ instrumentorum, quæ danrur,& melius probant testes dati in summ. num. 9. & quòd ipsi procreati fuerint ab ipso Iosepho, probatur ex testamento eiusdem Iosephi, in quo hæredes instituuntur, qui actus tamquam proportionabilis filiationi solet probare.Ruin.cõs. 53.nu.6. lib.5. Rota in Romana domus.2.Iunij præteriti coram R.P.D. meo Vbaldo. neque dubitari potest.
5 quin ex solo consensu resignationi præstito, sequatur effectus quasi possessionis præsentandi, prout ex ipsamet præsenratione oritur: quia hoc resolutum patet in pluribus decisionibus, vt in Vicen. beneficij.16. Ianuarij.1608.coram Sanctiss. & in Mediolanen. iurispatronat. 4.Nou. 1609. coram Episcopo Attrebaten

Neque obstat testamentum per Ardizonos, & consortes productum sub rogitu Gabrielis Bonzagni. 25. Aprilis. 1479. cui vti relato in fun-
6 datione dicebatur esse standum, nõ autem Hieronymo referenri diuersum tenorem. Dec.cons.63.num.6. Alba cons.269.nu.2. Rot. dec.121. num.6.p.1.diuers.& per consequens ad Ardizonos iuspatronatus spectare, vri descendentes Iorij in eodem vocatos,non autem ad Cantarellos descendentes Franciscæ hæredis in fundatione enunciatos.

Quia fuerunt datę plures responsiones, &

Primò,quòd super dicto testamẽto non possit constitui fundamentũ, cum non fuerit exhibitum in forma probanti, nam neque actus extra-
7 ctionis est validus propter defectum iurisdictionis Iudicis remissorialis, cuius auctoritas tempore extractio-

nis iam expirata erat secundum supputationem temporum. cap.licet.de offic.leg.cap.licet. de probat. Lancell. de attent.par.2.cap.7.num.34. & 35. neque validè extractum releuaret, quia sumptum est de sumpto, cui in Iudicio non solet fides adhiberi. l. 3. C. de diu. rescript. l. procuraror.C.de eden.Dec.in auth. si quis in aliquo. nu.8. C.de eden. Couarru.pract.quæst.cap.21.versic. secundo hæc exemplatio. Caputaquen.decis.234. par.3. incipit sum-
8 ptum bullæ, nec refert quod primũ transumptum, à quo sumpta est copia producta, fuerit solemniter factum, & habeatur pro scriptura originali, quia nec etiam fidem facit secundum veriorem,de qua per Castren. in d.l.3. C.de diu.rescript. asserentem scripturã haberi pro originali quantum ad hoc, vt illi fides indubitata adhibeatur, sed non, vt ex ea possit exemplum extrahi, & illum sequuntur Dec. in d. auth. si quis in aliquo. nu.30.C.de eden. & Cagnol. ibidem num.53. & Rot. alijs relatis coram Sanctiss.dec.432. num.3.& dec.550. num. 1. idem firmat reiecta opinione Bart. vbi respondetur etiam ad cap. fin. de fide instrum. & ad alia adducta ad probandam scripturam transumpti validè extracti à suo originali plenè probare, quia ex eo quod habeatur pro originali, & probet, non tamen potest Notarius dare exemplum;sed pars debeat cum eisdem solemnitatibus aliud exemplum leuare ab originali, prout docet Castr. in d. l.3. C. de diu. rescript. & quamuis Notarius habens auctoritarem à Principe,vel à Lege,vel ab alio Superiore exemplandi instrumẽta Notariorum mortuorum, vel scripturarum de Archiuio,exemplando copiã taliter auctorizet, vt illi sit præstanda fides, ac si esset originale; attamen c.cum P,Tabellio.de fid.instr.Osasc. dec.69.n.5. Capuraq.dec.244.p.2. Rot. in recent. dec.639.nu.7. & alij qui allegantur pro ista conclusione loquuntur de matrice, & originali, non autem de transumpto, quòd de iure non potest exemplari,nec obiectũ potest euitari ex adminiculis in facto ponderatis, quia etsi illis concurrentibus sumptum sumpti plenè probet. Caputaq. decis.234.par.1. Put. decis.210. lib. 2. Rot.in Segobien.Habitus.28.Ianuarij.1613.coram Card. Sacrato. attamen cessante obseruantia,de qua dicetur in tertia responsione non sufficiunt ad supplendũ defectũ formę probantis.
9 Cæterum si etiam attenderetur doctrina Bart.in l.prætor ait.§.quòd si instrumentum. ff. de eden. quòd quando originale transumptum non possit portari ad Vrbem, quia fortè in Archiuio, vel penes Notarium laicum, & si produceretur exemplũ, vt hic non probaret, eo casu Iudex mittere debeat ad locum sufficiẽtes personas,quæ videant illud originale, & de eius effectu, & substantia fidem referant Iudici, quòd videtur conuenire effectui literarum compulsorialium, quarum vigore tenores originalium Iudicibus referuntur,& fides præstatur. Rot.in antiq. dec.43.de probat.Seraph.dec.1028 in princ. Rot.in recent.dec.18.nu.2. & 679. num.4. par.2. adhuc tamen originale transumptum non probatur validum secundum requisita. cap. fin. de fid.instrum. deficit enim citatio eorum, qui tunc lædi poterant, nempè Antoniæ, & Catharinæ filiæ q. Margaritæ, quibus vti hæredibus Franciscæ erat ius quæsitum ex fundatione, & enunciatione facta per Hieronymum,quę tãquam certę non poterant omitti. Bal.in l.2.n.6. C.de testã.Feli.in d.c.fin.n.5.de fid. instr. Mising.cent.6.obser.73. n.19. maximè quia existentia, & præiudicium dictarum fœminarum dissimulari non poterat ex vicinitate temporis, dum præsentatio ab eisdẽ fuit facta de anno 1550. exemplatio autem facta fuit de anno 1508.

Non

Non obſtat, quòd ex decurſu tẽporis centum annorum, & vltra, à 10 die primi tranſumpti præſumatur omnes ſolemnitates interueniſſe. Felin. in c. illud. num. 5. verſ. & pro iſtis. de præſumpt. Aret. cõnſ. 36. nu. 6. Crauett. de antiq. temp. p. 3. §. vidimus in genere. n. 20. Couar. pract. quæſt. c. 20. n. 7. cum alijs allegatis, quia concluſio eſt vera; ſed dum nõ conſtat de obſeruantia cõtentorum in teſtamento, vt infra dicetur, & ex productione illius apparet factum abſque citatione, tunc ceſſat præſumptio oriens ex antiquitate temporis. Caſtr. benè declarans vtramque partem. conſ. 202. per totum. p. 1. Dec. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 24. C. de eden. & conſ. 564. nu. 13. Felin. in cap. ſicut. nu. 33. de ſent. & re iud.

Secundò principaliter fuit dictũ, quòd cũ Ardizoni prætendant Franciſcum deceſſiſſe, cum teſtamento de quo agitur, & fundant illorum inrẽtionem ſuper vnitate, & identitate ad probandum diuerſum tenorem. debent illam probare. Bart. in l. 1. nu. 2. C. ſi vnus ex pluribus appell. Crauett. conſ. 112. num. 4. Menoch. præſumpt. 15. n. 3. lib. 6. nec dici poteſt, quòd Cantarelli allegent pluralitatem teſtamentorum, & eo caſu habent contra ſe præſumptionem, ex alleg. per eumdem Menoch. in d. præſump. 15. nu. 6. & ipſis onus probandi incumbat, quia fundant ſe in erectione, & conſenſu Ordinarij, & effectuatione, quæ ſufficiunt ad probationem patronatus, vt iam dictum eſt non autem in productione teſtamenti relati in fundatione, de quo opus non habent pro implenda eorum probatione.

11 Neque ex coniecturis, & adminiculis, cum quibus poteſt ſuppleri probatio identitatis ſecundum Bart. in l. demonſtratio falſa. num. 14. ff. de cond. & demonſtr. videtur ſatisfactum probationi, de qua agitur, quia omnes coniecturæ ponderatæ, non repugnãt diſpoſitioni enunciatæ in erectione, quoad ſubſtitutionem deſcendentium ab hærede nominato in teſtamento, & dum apparet de duplici tenore, & ſubſtantia, tunc neceſſariò ad identitatem non infertur, neque pluralitas excluditur. Felin. in cap. cum Ioannes. num. 8. de fid. inſtrum. & alij relati ab eodem Menoch. d. præſumpt. 15. num. 11.

Demum fuit reſponſum diuerſitatem teſtamenrorum, & ſic pluralitatem ſufficienter probari ab ipſa obſeruantia, dum per annos ferè cẽtum Rectores fuerunt præſentati à Cantarellis deſcendentibus à Franciſca hærede teſtatoris iuxta fundationem, & qualitates in ea narratas; nam de anno 1505. Antonia hæres Franciſci, & Catherina filia Margaritæ cohæredis Antoniæ præſentarunt Io. Ludouicum Cantarellum poſſeſſione ſubſequuta, de anno 1560. præuia reſignatione eiuſdem Io. Ludouici fuit prouiſus Lucas accedente conſenſu Hieronymi, & Lucæ de Cantarellis hæredum Franciſcæ mediante perſona anteceſſorum ſuorum, de anno autem 1604. per obitum Lucæ fuit præſentatus Mãfredinus ab Artemiſia matre, & tutrice Hieronymi, & Raphaelis de

12 Cantarellis nunc agentium, ex quibus dubitari non poteſt, quin conſtet obſeruatam fuiſſe erectionem, & fundationem in perſonas hæredũ, & effectuatam ex prouiſionibus per obitum prouiſorum ſecundũ rationes Oldradi conſ. 229. ſæpiſſimè per Rotam receptam, & ea attenta, teſtamento in fundatione cum ſuis qualitatibus enunciato, non autem alteri cum diuerſo tenore producto erit fides adhibenda. Crau. conſ. 101. nu. 4. Seraph. dec. 928. nu. 2. & 980. num. 15.

Non obſtat, quòd prima præſentatio de anno 1505. non releuet, dum & ipſæ ſorores eſſent ſubſtitutę poſt mortẽ Hieronymi etiã in teſta-

13 mento per Ardizonos producto; consensus autem resignationis præstitus de anno 1560. emanauerit ab eisdem Cantarellis interessatis, à quibus veri patroni non possunt præiudicari. Rota coram Sanctiss. dec. 77. nu. 5. cum alijs allegatis.

Quia si ambæ sorores, nempè Antonia, & Margarita filiæ, & hæredes Franciscæ præsentassent, obiectum esset considerabile, sed Catherina simul præsentauit, quæ est filia hæredum hæredis, quòd conuenit cum erectione, non autem cum testamento producto per Ardizonos, & inde cessat secunda ratio de interesse consentientium, quia magis vtendo iure proprio videntur consensisse, quam vt alijs præiudicium inferrent.

Et ita, &c.

R. P. D. MERLINO

Burgi S. Donnini Iurispatronatus. 20. Iunij. 1622.

SVMMARIVM.

1 *Iurispat. existentia probatur ex fundatione, & dotatione.*
2 *Concurrentibus præsertim duabus subsequentibus enunciatiuis fundationis, & dotationis antiquissimis.*
3 *Iuspat. probatur ex centenaria.*
4 *Vel si sit possessio proxima centenariæ.*
5 *Vsurpationis suspicio tollitur ex tit. fundat. & dot.*
6 *Collatio facta spreto patrono est nulla.*
7 *Nec sufficit ad præscribendam ecclesiæ libertatem, si alia requisita non concurrunt.*

DECISIO XVII.

CVm vacasset ecclesia parochialis S. Mariæ Villæ nouæ, territorij Ciuitatis Buxeti per obitũ Horatij Pasetti de mense Ianuarij proximè præteriti D. Marchio Alexander Pallauicinus tamquam patronus obtinuit de illa per Sanctiss. ad sui præsentationem prouideri Ioannem de Blanchis, at Ioannis prouisionem impugnabat Victorius Tinellus vigore edicti concursus in partibus examinatus, instando idem beneficium sibi vti liberum conferri. Vnde super hoc pédente controuersia coram Illustriss. Datario placuit ei dubitare An constet de iurepatronatus, & super dubio Rotam consulere quo per me proposito informáte tantum D. Marchione, Domini affirmatiuè responderunt.

1 Constat enim de iurepatronatus ex publico, & authentico instrumẽto fundationis, & dotationis emanatæ anno 1475. à DD. Marchionibus Ioanne, Ludouico, & Pallauicino moderni Marchionis antecessoribus, quòd sufficit ad probationem iurispatronatus. Lambert. de iurepatr. 22. art. 5. quæst. princip. 1. par. lib. 1. nu. 3. Cassad. dec. 7. de iurepar. Rot. diuers. dec. 64. nu. 1. par. 2. & recent. dec. 421. nu. 2. par. 2. & fuit dictum in Iacen. portionis. 16. Decẽb. 1591. coram bo. me. Card. Pamphilio. & in Albanen. Prioratus. 21. Maij. 1603. coram bo. me. Penia.

2 Concurrentibus præsertim duabus subsequentibus enũciatiuis fundationis, ac dotationis prædictæ in præsentatione, scilicet per procuratorem facta de anno 1476. ac etiam in edictorum publicatione per Ordinarium facta de eodem tempore, quæ cum sint antiquissimæ supra centum annos habent vim famæ, & plenè probare videntur existentiam huiusmodi iurispatronatus. Abb. cõs. 54. nu. 3. vol. 1. Bursat. cons. 324. n. 6. lib. 3. Ferret. cons. 293. num. 6. lib. 2. Achil. de Graff. dec. 7. de iurep. Rot. recent. dec. 211. nu. 1. in fin. par. 1. ac dec. 360. nu. 3. & 674. nu. 2. & 694. nu. 4. par. 2.

3 His accedunt quatuor præsentationes continuatæ, ac effectum sortita per spacium annorum 98. nempè ab anno 5505. vsque ad annũ 1603.

ex

ex quibus omisso quod centenariam fere attingunt, atque ita probant immemorabilem quasi possessionē, vt aliqui ex Dominis considerabāt, & consequenter ex hac centenaria emergit probatissima existentia iurispatronatus. Cassad.decis.2.nu.6. & 7. de iurepat. Card.Seraph.decis. 1141. num.1. & plures cumulat Paris.de confid.benef. q.28.num.235. qui etiam ex Put. dec.209.lib.2. in specie tradit sufficere possessionem
4 proximam centenariæ qualis videtur hæc annorum 98. satis superq. videtur satisfactum decreto Sacrosancti Concilij Tridentini sess. 25. cap. 9. de reform. dum vltra alias probationes in familia potente, vbi suspicio oriri potest vsurpationis, exigit etiam probationem præsentationum, quæ continuatæ fuerint, ac effectum sortitæ spacio annorū quinquaginta, vt in verbis cautum est ibi à Concilio, & dixit Rota apud Card.Seraph.dec.1141.nu.9. ac inter recent.dec.481.nu.1.par.1. & in Cremonen.Capellaniæ.14.Ianuarij. 1594. coram Illustrissimo Cardinali Millino.

5 Vsurpationis autem suspicio desumpta ex temporali dominio DD. de Pallauicinis in loco, vbi situm est beneficium, super quo pendet lis, potissimum excluditur, ex superius probato titulo fundationis, & dotationis, vt fuit resolutum in d. Cremonen. Capellaniæ. 14. Ianuarij. 1594. coram Illustriss. Card. Millino. & in Albanen. Prioratus. 17. Nouembris. 1603. coram R.P.D. meo Manzanedo. & ex assertione Ordinarij in edictorum publicatione, & posterioribus institutionibus. Rota dec.211.nu.3.p.1.recent.

6 Non obstat vltima collatio de anno 1603. facta ab Episcopo tamquam de libero, quia fuit nulla vti facta spreto D. Marchione patrono. cap.decernimus. 16. quæst.7. Doct. in c. cum Bertoldus. vbi latè Felin. num. 8. de sent. & re iud. cum alijs quos refert, & sequitur Ferret.cons. 210. nu.6.lib.1. & in omnem euen-
7 tum non sufficit, præsertim non concurrente lapsu temporis necessario, & alijs à iure requisitis ad præscribendam ecclesiæ patronatæ libertatem, & illius statum mutandum, de quibus per Dec.cons.126.nu.2.vers. sed tamen his non obstantibus. Ferret.d.cons.210. nu.5. vers. sed prædictis non obstan. & nu.8.lib.1.Bellamer.dec.107. & 212.Rot.diuers. dec.109.nu.8. & seqq. par.2. ac recent.dec.337.nu.2. & 374.num.8. par. 2.

Et ita pro D. Marchione informante fuit decisum, &c.

R. P. D. MERLINO

Burgi S.Donnini iurispatronatus. 9. Decembris. 1622.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatr. acquiritur ex dotatione ecclesiæ.*
2 *Enunciatiua emissa per modum causæ dotationis prodest iuncta obseruantia subsequuta.*
3 *Repetitio quando censeatur facta in actu præcedenti.*
4 *Notarij dicto standum est.*
5 *Ecclesia in dubio prouisa ad præsentationem patronorum facta censetur, stante præcedenti titulo iurispatr.*
6 *Defectus modici temporis non tollit effectum centenariæ.*
7 *Sententia notoriè iniusta in iudicatum transire non potest.*
8 *Vltimus status non est attendendus, cum non est legitimè præscriptus, & constet de contrario statu præcedenti.*

DECISIO XVIII.

FVit resolutum standum esse in decisis ex deductis in decisione, quæ Dominis placuerunt.

Nec visum fuit obstare, quòd in fundationis, & dotationis instrumẽto enunciatiuè tantum asseratur, ecclesiam fuisse nouiter fundatam, & constructam iussu, ac mandato Pallauicinorum, quia in eo de dotatione fit absque dubio mentio omnino dispositiuè ibi, & pro dote, & dotis nomine ecclesiæ prædictæ dederunt, & tradiderunt, & assignarunt, &c. quòd per se solum sufficeret, etiamsi de fundatione, vel constructione,
1 nullo modo constaret, cum dotatio ipsa sit vnus ex modis acquirendi iuspatronatus. gloss. in c. piæ mentis 16. q. 7. Lambert. de iurepat. art. 10. q. 2. principali. 2. par. lib. 2. num. 2. & fuit dictum in Calaguritana iurispatronatus. 30. Octobris. 1613. coram R.P.D. meo Caualerio, quæ est dec. 517. p. 1. recent. vbi fuit firmatum, etiam secundum dispositionem Sac. Conc. Trid. constructionem, vel dotationem tantùm sufficere, cum illud alternatiuè loquatur.

Nec releuat, quòd dicta ecclesia in instrumento prædicto denominetur parochialis, & consequenter præsumendum verisimiliter videatur illam fuisse iam antea dotatam, quoniam ibi dicitur, quòd fuerat nouiter constructa; dotationis autem antecedentis præsumptio vrgeret, si per multum tempus antea extitisset.

Præterea cum verba illa fundationis, & constructionis enunciatiua emanauerint per modum causæ dotationis, nempe quod Pallauicini ecclesiam dotauerint, quia eorum iussu fuerat constructa, & dotatio
2 ipsa habuerit effectum, eademq. enunciatiua fuerit postea de anno 1476. bis repetita, vt deducitur in decisione, non videbatur de illius veritate ambigendum iuncta præsertim obseruantia subsecuta, iuxta tradita per Achill. dec. 6. & 7. in fin. de iurepatr. Seraph. dec. 528. nu. 7. & fuit dictum in Bononien. præceptoriæ. 5. Aprilis. 1604. coram bon. mem. Litta.

Nec quidquam facit, quod dictũ instrumentum careat loci, & testium descriptione, quia apparet, eadem die successiuè, & incontinenti ab eodem Notario fuisse rogatum instrumentum præsentationis, in quo expressè legitur testium, & loci descriptio, & omnia alia ad publici instrumenti formam requisita, quæ pro-
3 pterea etiam in d. præcedenti dotationis instrumento repetita censentur. Bart. in l. si quis. §. si initium. in 1. lect. num. 8. & in 2. lect. num. 15. & ibi etiam Alex. num. 4. & 5. ff. de eden. & idem Bart. & alij in l. patris, & filij. ff. de vulgar. & pupill. Bertaz. de clauf. clauf. 2. gloss. 2. nu. 37.

Præsertim, quia Notarius apertè expressisse videtur d. dotationis instrumentum fuisse eodem loco, & coram ijsdem testibus celebratũ ibi, vt apparet dotationis instrumento per me infrascriptum Notarium, ac præsentibus tempore, loco, & testibus celebrato, cuius dicto absque
4 dubio standum est, vt in specie dicit Barr. in d. §. si initium. nu. 21.

Neque obstat, quòd de an. 1505. ecclesia vacauerit per obitum Iacomini, quem non constat fuisse ab aliquo præsentatũ, quia sufficit, quòd nec etiam appareat, ipsum fuisse prouisum tamquam de libera, in dubio enim stante præcedenti titulo
5 iurispatronatus, in vim illius ad patronorum præsentationẽ præsumendum est, illam obtinuisse; concurrẽtibus præsertim alijs præsentationibus effectuatis, & continuatis per spacium ferè centum annorum, quæ sufficiũt ad effectum de quo agitur, iuxta tradita per Cassad. dec. 2. nu. 6. & 7. de iurepat. cum alijs in dec.
6 allegatis. & defectus modici temporis non tollit effectum centenariç. vt post decis. Put. in decis. allegata firmauit etiam Rot. in Florentina Canonicatus. 11. Decemb. 1615. coram R.P.D. meo Buratto.

Et quatenus obijceretur præsentationes huiusmodi non fuisse factas coram

coram Ordinario visum tamen fuit satis esse, quòd illa facta fuerint coram Præposito Buxeti, quem cõstat habuisse instituendi facultatem ex resolutionibus Sacræ Congregationis Concilij datis per informantes pro D. Marchione.

Neque fuit, habita in aliqua consideratione sententia Ordinarij, quia
7 ex prædictis apparet, illam fuisse notoriè iniustam, & consequenter in iudicatum transire non potuisse. DD. in l.4.§.condemnatum. ff. de re iud. Seraph. dec. 381. num. 13. & dec. 1123. num. 6. Rota dec. 594. num. 4. par. 2. recent. prout nec etiam assertus vltimus status libertatis, quia
8 ille non est attendendus, cum non fuerit legitimè præscriptus, & constet de contrario statu præcedenti. Rot. dec. 2. nu. 2. de præben. in nou. & fuit resolutum in Hostunen. Capellæ. 12. Decemb. 1599. coram bo. mem. Card. Lancellotto. & in Ferrarien. prioratus. 25. Maij. 1609. coram bo. me. Penia, quæ est dec. 188. p. 1. recent. & in Marianen. seu Alerien. 22. Iunij. 1615. coram Reuerendiss. D. meo Decano, inter recent. dec. 737. nu. 6. p. 2.

Quod autem dicebatur ecclesiam saltem manutenendam esse interim in hoc postremo statu libertatis, quicumque ille sit, & hodie de illa tãquam de libera faciendam esse collationem, visum est egredi terminos propositi dubij, siquidem Dataria strictè consuluit Rotam, an constet de iurepatronatus.

Ex quibus DD. steterunt in decisis vtraque parte informante, &c.

R. P. D. MERLINO

Monopolitañ Beneficij, seu Capellæ. 6. Iunij. 1622.

SVMMARIVM.

1 *Codicillis fundatoris beneficij patronati quando sit plena fides adhibẽda.*
2 *Præsertim cum articuli super illis fundati vt veri fuerint approbati.*
3 *Obseruantia nimis remota quando non suffragetur.*
4 *Obseruantia retrofluxi temporis facilè præsumitur.*
5 *Scriptura in parte vera, in totum vera præsumitur.*
6 *Producens instrumentum, illud impugnare non potest.*
7 *Leuiores probationes sufficiunt, quandò agitur de qualitate iurispatr. probanda.*
8 *Lex fundationis seruanda est.*
9 *Prima tonsura agenti septimum annum couferri potest.*
10 *Qui de iure communi est capax beneficij.*
11 *Fundator præsumitur voluisse se conformare iuris communis dispositioni.*
12 *Præsentandus quando non sit necesse, vt sit in 14. anno.*
13 *Papa quando tacitè dispensare videatur.*

DECISIO XIX.

Proposui dubium, An esset recedendum à decisis sub die 17. Iunij. 1619. & 17. Februarij. 1620. coram R. P. D. meo Pamphilio, & Domini vnanimiter censuerunt esse recedendum. Visum enim fuit scri-
1 pturæ Codicillorum quondam Sanctis iurispatronatus, & beneficij de quo agitur fundatoris plenam fidem esse adhibendam, quia constat de ipsorum Codicillorum, & dispositionis in eis contemtæ obseruantia, saltem ab anno 1549. vsque ad annum 1616. de quo tempore contigit vltimo locovacatio, apparet enim de dicto anno 1549. Nicolaum Mariam Codicillantis nepotem, & dicti beneficij possessorem permutasse quasdam oliuas, quas in dictis Codicillis leguntur fuisse pro eiusdem beneficij dote assignatas, vt in summario Francisci num. 1. 5. & 18. & successiuum ipsum Nicolaum Mariã illud

illud resignasse ad fauorem Marij Mazzalorse. vt in d. summ. num. 6. quem ex testiũ depositione, de qua in eodem summ. nu.7. constat fuisse institutum, ipsumq. beneficium vsque ad annum 1598. de quo tempore obijt possedisse, & post illius obitum fuisse à compatronis dicti co dicillantis descendentibus præsentatum Cæsarem Pisanum, qui ad docendum de iurepatronatus in
2 specie articulauit fundationem factã in dictis Codicillis, quos etiam produxit, vt in d. summ. num.8. & 9. & successiuè de anno 1599. ab Ordinatio per diffinitiuam sententiam declaratum, omnia per dictum Cæsarem expressa fuisse vera, ipsumq. vti à veris patronis præsentatum esse instituendum, & in possessionem immittendum, prout fuit iustitutus, & immissus. eodem summ. nu.10. post cuius obitum Vincentius vti descẽdens ex linea fundatoris, ac à medietate patronorum præsentatus derogationem pro alia medietate obtinuit cum expressione, quòd ipsum beneficium fuerat dotatum per d.q. Sanctem, & quòd in eius fundatione expresè dicitur, ad illud pro tẽpore vacans vnum ex familia, seu parentela fundatoris præsentari debere, & postea expresè articulauit d. q. Sanctem beneficium prædictũ fundasse, prout in Codicillis ab eo factis, quos loco probationis produxit, & tandem fuit per Ordinarium institutus, prout in d. summ nu.11. & 12. & demum constat etiam de anno 1616. eundem Vincentium beneficium prædictum resignasse ad fauorem Francisci sui fratris germani, & obtentam pariter fuisse derogationem pro medietate ipsumq. Franciscum idem articulasse, & Codicillos etiam produxisse, vt in d. summ.num.14.& 15.

Ex quibus omnibus Domini indubitanter constare existimarũt omnino de certa & continuata dictorũ Codicillorum, & dispositionis in eis contentæ obseruantia, quæ operatur, vt illorum instrumentum, siue scriptura etiam si alias videri possit minus perfecta, & informis plenam fidem faciat. Bart. inter cons. Bald. lib.4.cons.400.nu.5. Bald. cons.40. nu.9.lib.5. Crauett.cons.165.nu.4. & cons.274.nu.7.& cons.277.nu.2. Grammat.dec.106.nu.9.Becc.cons. 103.nu.26.Menoch.cons.423.n.20. & 21.Surd.cons.262.num.26.Card. Seraph.dec.929.num.2. Rot.diuers. dec.375.nu.4.& dec.598.nu.5. 1.p. & fuit dictum in Burgen.iurispatronatus prima Iulij. 1611. coram Illustriss. Card. Sacrato. & in terminis Codicillorum in quibus fuerat fundatum iuspatronatus in Mediolanen. iurispatronat. 29. April.1613. coram R. P.D. meo Pirouano inter recent.dec.482.nu.3.p.1.

3 Nec visum fuit obstare, quòd obseruantia prædicta tamquam nimis remota ad effectum, de quo agitur minimè suffragari videatur ex deductis in Tarraconen. iurispatronatus. 14.Octobris.1588. coram bo.mem. Bubalo, & fuit dictum, sub dicto die 17.Februarij. 1620. quoniam obiectum tollitur ex eo, quia cõstat Codicillorum, instrumentum, siue scripturam fuisse in rei veritate confectam de anno 1515. non autem anno 1419. vt patet ex copia modo ritè compulsata, & apertissimè etiam probatur ex inspectione, & exhibitione protocollorum, & fasciculorũ vltimarum volũtatum Notarij Colantonij, qui de dictis Codicillis rogarus extitit, quæ omnia apparent fuisse cõfecta de anno 1511.& seqq. vsque ad annum 1518. & ex priuilegio Notariatus eiusdem de anno 1510. itaut omnino dicendum sit illos fuisse confectos de dicto anno 1515. sub cuius anni data conseruari dicuntur in Archiuio ecclesiæ Monopolitanæ, vt patet ex fide compulsationis d. summ.num.19. & datam anni 1415. in dicta scriptura antea producta fuisse erroneam,

iuxta

iuxta tradita per Mascard. de probat. concl. 644. nu. 15. & consequenter clarè patet obseruantiam nullo pacto dici posse nimis remotam.

Præsertim, quia licèt non appareat de quo tempore dictus Nicolaus Maria codicillantis nepos fuerit præsentatus, constat tamen ipsum de anno 1549. beneficium de quo agitur possedisse, & oliuas in dictis Codicillis pro illius dote relictas pmurasse, vt superius fuit dictum, & consequenter cum fieri possit, quòd præsentatio, & institutio per multos annos antea facta fuerit, & appareat etiam codicillantem deputasse, & nominasse in capellanum primo loco Stephanum de Librando, & post illius mortem disposuisse, quòd præsentari, & institui deberet alius, qui esset de linea masculina ipsius codicillantis, & deficiente linea masculina eligeretur ex fœminina, redditi videtur admodum verisimile, quod post dicti Stephani mortem fuerit dictus Nicolaus Maria nepos ex linea ipsius codicillantis secundum eiusdem dispositionem, præsentatus; itaut Codicilli prædicti fuerunt à d. anno 1515. quo conditi fuerunt, siue à die fundationis beneficii semper, ac perpetuò inuiolabiliter obseruati, quemadmodum postea sem-

4 per obseruatos fuisse apparet, obseruantia enim retrofluxi temporis facilè præsumitur. vt tradit Surd. d. cons. 262. nu. 27. stantibus maximè dictis ordinariorū sententijs ex alijs etiam actibus adminiculatis, quæ satis iustificarent continuationem status præsentandi secundum formam dd. Codicillorum, etiamsi obseruātia esset nimis remota, vt in specie respondit Rota coram R. P. D. meo Pirouano d. dec. 482. nu. 10. par. 1. recent.

Nec etiam obstat, quòd non videatur probata obseruantia omnium eorum, quæ in dictis Codicillis cōtinentur, tùm quia illa quoad concernentia beneficium de quo agitur, & illius fundationem satis probata videtur, vt patet ex superius deductis, tùm etiam quia talis probatio

5 nō est necessaria, eo enim ipso, quòd apparet scripturam quoad aliqua fuisse obseruatam, & consequenter illam esse in parte verā, & in forma probanti in totum vera pariter, & in forma probāti præsumi debet, iuxta tradita per Paris. in cons. 90. num. 4. & 5. lib. 1. quem sequuta est Rota in Romana dotis, seu pecuniaria. 10. Iunij. 1604. coram Sanctiss. D. N. inter impress. dec. 124. n. 4. p. 2. recent.

Præterea cum dicti Codicilli non solum pluries antea ab alijs antecessoribus, qui dictum beneficium obtinuerunt, sed etiam ab ipsomet Cęsare fuerint in hoc iudicio producti pro suæ præsentationis iustificatio-

6 ne, Domini dixerunt illos ab eodem hodie impugnari non posse sub prætextu, quod non sint in forma probanti. Ias. in cons. 181. nu. 12. ad fin. & seq. lib. 2. Paris. cons. 125. nu. 20. lib. 1. Crauett. cons. 275. nu. 2. versic. versus, &c. & fuit etiam dictum in Lucana Capellæ. 1. Februarij. 1610. coram Sanctiss. D. N. vt in dec. 274. num. 12. in fin. p. 2. recent. & in alia Monopolitana hebdomadæ. 5. Decembris. 1614. coram R. P. D. Verospio.

Quæ omnia tanto magis visa fuerunt absque vlla difficultate procedere, quia ex noua compulsatione dictorum Codicillorum constat scripturam esse valdè antiquam in eaq. descriptos esse quinque testes. & consequenter cessat illorum defectus, in quo præcipuè fundantur decisiones factæ sub dicta die 17. Iunij 1619. & 17. Februarij 1620. & hodie non agitur de probanda substantia iurispatronatus, cum illud non controuertatur, sed sit in confesso apud partes, ex quo tàm Franciscus, quàm Cæsar fuit de dicto beneficio

7 prouisus, tamquam de iurepatronatus, sed agitur solummodo de probanda qualitate, videlicet quòd illi

de

de genere, & linea descendente fundatoris sint admittendi, etiamsi sint clerici primæ tonsuræ, quæ facilius probatur, ac præsumitur etiam ex leuioribus probationibus, & coniecturis. glos. in l. talis scriptura. verb. vniuersa. ff. de leg. 1. Alex. in l. si certis annis. C. de pact. Cæphal. consf. 297. nu. 16. Surd. consf. 168. nu. 7. & fuit dictum in Vrbeuetana dotis. 7. Iunij. 1610. coram Sanctiss. D. N.

Præsuppositis autem dictis Codicillis domini exindè manifestè resultare dixerunt beneficium esse adiudicandum Francisco, fundator enim in illis mandat præsentari capellanum de sua linea masculina, & in illius defectum de fœminina etiãsi sit clericus primæ tonsuræ, & vtraque linea deficiente extraneum, qui tamen sit sacerdos. Vnde cum linea masculina iam defecerit, & Franciscus sit de linea fœminina, & clericus primæ tonsuræ apertè sequitur, quòd ipsæ non autem Cæsar, qui est extraneus, & de tempore præsentationis nec erat sacerdos, nec sufficientem ætatem habebat pro sacerdotio ad beneficium prædictũ præsentari debuit, iuxta fundatoris intentionem, ac voluntatem, & legem
8 ab eo in ipsa fundatione præscriptã, quæ omnino seruari debet, vt per Anchar. in clem. quia contingit. in 9. not. de releg. dom. & Rota decis. 112. nu. 3. & 5. & dec. 155. nu. 1. & dec. 496. nu. 1. & 2. par. 1. in recent. vbi vlterius etiã dicitur quod qualitas sacerdotij requiritur de tempore præsentationis, & quod ita fuit in Rota sæpissimè resolutum.

Nec visum fuit Dominis obstare, quòd fundator in dictis Codicillis expresè non disposuerit, quòd posset præsentari minor annis 14. prout erat Franciscus de tempore præsentationis, & consequenter in dubio censendum videatur ipsum intellexisse de clerico primæ tonsuræ, qui tamen esset capax beneficij, & sic constitutus in 14. anno iuxta dispositionem Sacri Concil. Trid. sess. 23. c. 6. de reform.

Quia fuit responsum satis esse, quòd fundator voluerit sufficere, quòd præsentãdus ex sua linea masculina, vel fœminina esset clericus primæ tonsuræ, quæ etiam septimũ
9 dumtaxat ætatis annum agentibus conferri potest. c. nullos. & ibi glos. in verb. infanti. de temp. ord. in 6. qui propterea de iure communi est etiam simplicis beneficij, prout est
10 hoc de quo agitur indubitanter capax. cap. si eo tempore. vbi post alios Franc. nu. 10. in fin. de rescrip. Imol. Imol. in c. super inordinatã. nu. 4. de præbend. Lambert. de iurepatr. p. 2. lib. 2. nu. 6. fol. mihi 593. Mandos. de ætat. min. c. 3. nu. 21. & c. 4. nu. 13. & & 15. cum alijs per Garz. de benef. p. 7. c. 4. num. 4. 5. & 6. ex hoc enim
11 satis apertè expressisse videtur, quòd etiam minor 14. annis præsentari posset secundum iuris communis dispositionem, quæ de tempore fundationis vigebat, & cũ qua præsumendum est cõformare se voluisse, vt per Mohed. dec. 18. de cau. pos. & prop. & Gonzal. qui alios congerit super reg. 8. gloss. 5. nu. 81. ex quo Sacrum Concilium Tridentinum de dicto anno 1515. nõdum erat apertum, & consequenter fundator secum eo conformandi intentionem habere nullatenus potuit, & in fortioribus terminis, quòd si fundator in defectum sacerdotis simpliciter mandauerit præsentare clericum nõ obstet d. Conc. Trid. dispositio, nec sit necesse, quòd clericus præsentatus sit annorum 14. est decis. Rot. diuers. 482. ad fin. par. 1. vbi quòd
12 ita censuerunt Illustrissimi Cardinales sacræ Congregationis Concilij, quam etiam refert Garzia d. par. 7. cap. 4. nu. 9. & 10. vnde multò minus dicendum est necessariam esse in casu præsenti, in quo fundator expresè voluit sufficere quòd præsentatus esset clericus primæ tonsuræ.

Demum

Demum aliqui ex Dominis dixerunt non esse omittendum, quòd Franciscus videatur dispēsatus quoad dictam ætatem, cum fuerit narrata in mandato de prouidendo fel. rec. Paulo V. cum derogatione me-
13 dietatis iurispatronatus, fueritque concessum ex bonis inditijs puerilis ætatis, ex quibus verbis Papa saltē tacitè, dispensasse censetur ex congestis per Gabr. de præsumpt. concl. 8. nu. 1. & seqq.

Ex quibus Domini vtraque parte informante recesserunt à decisis.

R. P. D. BVRATTO

Iacen. Vicariæ. 29. Ianuarij. 1616.

SVMMARIVM.

1 *Vicaria non cadit sub reseruatione reg. 8.*
2 *Prouisio facta tamquam de reseruato. cum non esset, est nulla.*
3 *Clausula derogatoria non ampliat dispositionem.*
4 *Narratiua vacationis in mense reseruato operatur, vt restringatur ad reseruationem.*
5 *Clausula, dummodo ad nos hac vice, qualificat totam gratiam.*

DECISIO XX.

Stantibus decisionibus in causa factis 30. Ianuarij præteriti, Vicariam de qua agitur pleno iure, & tam quoad temporalia, quàm spiritualia spectare ad monasteriū S. Ioannis de Pinna, ideoq. curam penes ipsum residere, & nudum exercitium penes Vicarium, & 25. Maij præteriti eandem Vicariam non cadere
1 sub reseruatione regulæ 8. sed fuisse locum constitutioni fel. rec. Pij V. de Vicarijs, & sic approbationi Ordinarij præuio examine, non autem concursui, iuxta opinionem à Sac. Concil. Trid. Congregatione, & à Rota approbatam in decisionibus relatis in d. dec. 25. Maij, & nouissimè in Vlixbonen. Concursus. 1. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Remboldo.

Et stante resolutione eiusdem Cōgregationis Illustriss. Conc. Trid. Interpretum facta, vtraque parte audita, de qua in summ. nu. 4. quòd d. constitutio Pij V. comprehendit Vicarias etiam erectas ante S. Conc. Trid. quodq. alia declaratio eiusdē Congregationis relata per Garz. de benef. p. 9. cap. 2. nu. 311. & in d. dec. 25. Maij non pertinet ad hūc casum, sed solum ad congruam Vicario assignandam.

2 Dixerunt DD. fuisse nullum concursum factum, ac etiam prouisionē Apostolicam subsequutam de Vicaria vti de reseruata tamquam fundatam super falsa causa reseruationis. Gemin. cons. 15. super d. dubio. vers. ex quibus liquido constat, & cons. 92. post princ. vers. quia quotiescumque. & vers. & istud. idem dicit Rom. cons. 335. num. 11. & 14. Simon, de reseruat. q. 61. nu. 1. & fuit dictum in Oxomen. Archidiaconatus. 10. Martij. 1614. coram me.

Neque visum fuit respectu prouisionis Apostolicæ obstare clausu-
3 lam derogatoriam in ea adiectam, quia sunt in exequutiuis, & ideo nō ampliant dispositionem. clem. 1. in fine. vbi omnes de præben. Caputaq. decis. 83. nu. 3. p. 1. cum alijs per Gonzal. ad reg. 8. gloss. 9. in annot. contra nullit. num. 243. & in specie,
4 quòd narratiua vacationis in mense reseruato dispositiuè facta operetur, vt gratia, & eius clausulæ restringantur ad reseruationem. Cassad. dec. 5. nu. 3. de præb. Achill. dec. 1. eod. tit. & fuit dictum in Verdunen. Canonicatus. 19. Iunij. 1595. & in Romana Clericatus S. Petri. 27. Nouembris. 1602. coram bo. mem. Card. Pamphilio relatis per §. 4. procem. n. 80.

Præterea per dictam clausulam tollitur solum ius præsentandi cessantibus reseruationibus Apostolicis,

cis, & indultum quòd nulli valeat prouideri de beneficijs spectan. ad collationem, seu quamuis aliam dispositionem Monasterij, sed non tollitur prædicta constitutio Pij V. quæ per viam legis emanauit, ex qua cõpetit ius præsentandi, seu nominãdi etiam in mensibus reseruatis, vt in terminis dixit Rota in Tirasonen. Vicariæ S. Michaelis. 4. Decembris. 1595. coram Litta, & tradit Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. §. 3. nu. 72. & in simili casu fuit resolutum coram me in Calaguritana beneficij de Brantauilla. 13. Maij præteriti. Papa enim non cogitauit de præsentatione, vel nominatione competẽti Monasterio in octo mensibus reseruatis, sed solum in quatuor ordinarijs.

5 Et denique quòd Papa noluerit prouidere nisi vti de reseruata clarè patet ex clausula illa, dummodo illius dispositio ad nos hac vice pertineat, quæ totam gratiam, & omnia in ea contenta qualificat, & restringit. Sim. de reser. d. q. 61. nu. 3.

Et ita fuit decisum solo Monasterio in contumaciam alterius partis informante.

ILLVSTRISS. D. CARDINALI CAVALERIO.

Nolana Primiceriatus. 8. Nouembris. 1613.

SVMMARIVM.

1 *Vltimus status attenditur.*
2 *Mensis fixus reddit collationem turbidam.*
3 *Collatio Papæ non mutat statum præcedentem beneficij.*
4 *Collegiata quæ dicatur.*
5 *Gratia concludenter iustificari debet.*

DECISIO XXI.

Licèt in hac causa bis fuerit resolutum cõstare de reseruatione huius primiceriatus, tamquam esset dignitas in Collegiata, ad effectum iustificationis gratiæ Fęlicis ex præcipuo fundamento vltimi status, cum fuerit vltimo loco tamquam talis collatus per Sedem Apostolicam, tamen, causa tertio loco proposita, Domini dixerunt recedendũ esse à decisis; hoc enim fundamentum vltimi status visum fuit valdè
1 turbidum, nam vltima collatio facta fuit de mense Nouembris, qui, cùm sit semper Apostolicus, reddit colla-
2 tionem æquiuocam, & turbidam, & cum in ea adsit clausula, seu præmisso, seu alio quouis modo, nõ potest dici, quòd sit facta potius ex capite reseruationis tamquam de dignitate in Collegiata, quam ratione
3 mensis. Vnde intrat benè regula, quòd collatio Papæ non immutat statum præcedentẽ beneficij. Achil. dec. 13. de iurep. in princ. Caputaq. dec. 189. in princ. p. 3.

4 Accedebat pręmissis dubietas probationum, An' ecclesia esset Collegiata, & an' haberet sigillum, & arcam communem, & esset descripta in catasto Episcopi vti Collegiata, & in ea concurrerent requisita, de quibus per Abbatem in c. nobis. nu. 8. de iurepat. Felin. in cap. accedentes. num. 2. de præscript. Feder. de Sen. cons. 61. & fuit dictum in Romana census. 2. Decemb. 1609. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Manzanedo.

Testes autem, qui dabantur erãt dubij, quia deponebant de auditu, & eorum dicta elidebantur per alios testes ex aduerso examinatos, vltra visitationes Episcoporum, & literas Congregationis Illustrissimorum Cardinalium super Sac. Rit. ex quibus videbatur, quòd hæc ecclesia esset potius quædam Confraternitas, quàm Collegium.

Ex quibus Domini censuerunt, non esse probatam reseruationem ex hoc capite dignitatis in Collegiata, stante dicta turbiditate, & æquiuoco, & tamẽ certum est, quòd

ad

ad effectum immittendi prouisum Apostolicum in executionem subrogationis gratiosæ contra prouisum ab Ordinario, & possessorem, in quibus terminis non versamur, non sufficit probatio æquiuoca, sed requi-
5 ritur plena, & concludens iustificatio totius gratiæ. Put. dec. 265. lib. 3. secund. nou. impress. & fuit dictum in Oritana Archipresbyteratus. 28. Iunij. 1599. coram bo. mem. Pacem. & alias pluries resolutum; Et ideo Domini recesserunt à decisis.

R. P. D. BVRATTO

Burgi S. Donnini Præpositurae.
19. Decemb. 1622.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura quando non faciat fidem.*
2 *Et quæ requirat, vt fidem faciat.*
3 *Scriptura matrix quando fidem faciat.*
4 *Minuta præparata ad faciendum actum non probat actum.*

DECISIO XXII.

CVm q. D. Alphonsus Casalis præsentans, & præsentatus ab eo prætenderent pertinentiam iurispatronatus præpositurae de qua agitur à q. Polidoro antiquo de Pallauicinis vri illius descendens vigore quarundam antiquarum diuisionum exhibitarũ, & sub die 11. Maij. 1620. fuerat resolutum scripturam ad illã probandam exhibitam non esse in forma probante, & deinde exhibitæ fuerint compulsoriales cum iuribus, illarum virtute in partibus extractis ad corrobotandam, & coadiuuandam fidem d. scripturæ dubitatum fuit: An iura compulsata essent in forma probante, & DD. negatiuè responderunt, Et quia pars D. Marchionis Pallauicini, & ab eo præsentati præcipuè insistebat super fide scripturæ, vt exaduersò prætenditur rogatæ, per q. Gabrielem Souicum Notariũ Mediolani de anno 1498. 26. Maij. continentis prætensas cõuẽtiones inter d. Polidorum, & alios de Pallauicinis in ea nominatos, de eligendo partes per Rolandum, vt
1 dicitur factas. Visum fuit DD. d. scripturam fidem non mereri ex infrascriptis.

Caret enim ferè omnibus perfectionibus, & requisitis enumeratis per glo. in l. generali. C. de tabul. lib. 10. & per Bart. in l. si quis ex argentarijs in repet. §. si initiũ. ff. de eden. & per Bald. in l. contractus. nu. 13. C. de fid. instr. & plenè per Bertazz. de claus. instrum. in procem. nu. 7. & seqq. & per Rot. in Meleuitana hæreditatis. 9. Decemb. 1619. coram R. P. D. Verospio. & in Recanaten. successionis. 5. præsentis mensis corã me. nimirum nomine Papæ, seu Im-
2 peratoris, & anno Imperij, seu Pontificatus, loco, atque etiam loco loci, qui est necessarius, vt ex Specul. in tit. de instrum. edit. §. instrumentum. nu. 5. & Alex. cons. 59. nu. 5. lib. 2. & alijs latè comprobatum fuit in Romana legati. 28. Iunij. 1617. in Colonien. sponsalium. 9. Iunij anni præteriti. & in d. Recanaten. successionis coram me. Item descriptione testium, clausula, Actum, aut alia denotante rogitum Notarij requisitũ. §. nos autem. authen. de tabel. Card. Seraph. decis. 949. num. 1. imò caret quoque eiusdem Notarij subscriptione pariter necessaria. glos. in d. l. generali. & in auth. de instr. caut. §. sed si instrumentum. verb. adijciantur. cum alijs cumulatis per Bertazz. in d. procem. num. 12. & in prædicta Recanaten. successionis coram me. vbi quod Rota, quicquid sit de signo, subscriptionem pro substantia instrumenti requirit, & ita obseruar.

3 Nec obstat, quòd ista scriptura sit matrix, & imbreuiatura reperta in filcia quadam aliarum rogationum authenticarum eiusdẽ Notarij, quæ propterea etiam absque subscriptio-

d ne

ne fidem faciat, aut saltem instrumentum in publicam formam ab ea sumi possit. Alex. cons. 14. nu. 16. lib. 6. quem Rota sequitur, vt in decis. 250. nu. 1. p. 1. diuers. & 628. nu. 1. & 2. par. 2. in recent. Card. Seraph. dec. 888. 902. & 909.

Nam omisso, an d. scriptura reperta fuerit vel ne, in loco, & in rogitibus authenticis, supradicta conclusio procedit, quando talis imbreuiatura apparet perfecta, videlicet cũ clausula, Actum, testium inscriptione, & alijs denotantibus illius publicationem, ac rogitum Notarij, prout loquuntur omnes præallegati, & benè declarat Rub. Alex. cons. 94. num. 2. Paris. cons. 27. nu. 10. lib. 2. Rolan. cons. 32. nu. 36. lib. 2. cum relatis in eadem Recanaten. corã me, in prædicta verò scriptura, ne dum deficit d. clausula, Actum, &c. vt supra dictum est, itaut propterea nec aliquid probet, nec etiam possit ex ea sumi authenticum instrumentum, Castr. in l. si is qui. n. 4. ff. de testam. Alex. d. cons. 14. n. 17. lib. 6. sed etiã desunt omnia alia prædicta; imò amplius omnes clausulæ instrumentales solitæ, & consuetæ. Quin etiam nõ constat, eandem imbreuiaturã scriptam esse manu illius Notarij, qui de illa asseritur rogatus; imò contrariũ colligitur ex depositione duorum testium compulsorialium iuxta decimum interrogatorium; adeò vt inde saltem redderetur tanto magis necessaria eiusdem Notarij subscriptio iuxta tradita per Alex. d. cõs. 14. nu. 18. lib. 6. & benè sentit Roland. d. cons. 32. nu. 36. vers. nam 1. lib. 2.

4 Sed visum fuit DD. hic omnem planè cessare difficultatẽ, quia scriptura, de qua agitur, manifestè apparet potius minuta quædam præparata, quàm originalis imbreuiatura, seù matrix alicuius instrumenti stipulati, & perfecti. Nam vltra defectus clausulæ, Actum, & aliorum supradictorum, continetur in ea, dictum Polidorum pro tertia parte Caroli Episcopi hæredem approbare dictas diuisiones, vt infra, cum reseruationibus, conditionibus, & protestationibus infrascriptis, & tamen nec ibi, nec alibi in ea legitur approbatio d. Polidori, nec adsunt aliquæ eiusdem reseruationes, seù protestationes. Vnde actus remanet imperfectus, & scriptura ipsa fidem non meretur, Bart. in l. si is qui. 25. nu. 3. vers. per ista dico. & ibi Castr. n. 7. ff. de testã. Bal. in d. l. contractus. n. 16. vers. 2. modo. C. de fid. instru. Felin. in c. cum. P. tabellio. n. 1. vers. primus est. de fid. instr. Butr. cõs. 11. in princ. Ruin. cons. 204. nu. 9. lib. 2. Card. Mantic. de tac. &c. lib. 4. tit. 3. nu. 22. Bertazz. d. tract. de claus. instrum. in rub. num. 6. in fin. Rot. in d. Recanaten. successionis coram me. imò Notarius immediatè post dicta verba, reliquit spatium in albo, ex quo clarè arguitur, quòd non habuit dictam scripturam pro perfecta, ex quo volebat aliquid aliud addere. Ideòq. illa multò minus fidem facit. Natt. cons. 224. nu. 2. vers. item militat. Bertazz. consil. ciuil. 14. num. 7. versic. & tanto minus. lib. 1. Borgn. Caualc. dec. 45. nu. 10. versic. & spatium. par. 1. & dec. 29. nu. 29. p. 2. & fuit dictum in dd. Meleuitana hæreditatis, & Recanaten. successionis. Et quòd Notarius voluerit, & iuxta partium intentionem debuerit supramemoratas declarationes, & protestationes in d. albo scribere, apparet etiam ex alia posteriori scriptura promissionis Rolandi de releuando indemnem Polidorum simul compulsata, in qua clarè supponitur, in instrumento supradictarum conuentionum adesse insertas reseruationes, & protestationes eiusdem Polidori, vt in summ. nu. 4.

Aliæ verò scripturæ simul cum eodem processu compulsatæ, videlicet, ratificationum Hieronymi Episcopi, & Antonij Mariæ, ac Octauiani hæredum pro tertia parte d. Caroli, necnon promissionis indemnitatis

nitatis factæ per Rolandum ad fauorem Polidori, & assertorum compromissorum videbantur DD. pariter difficultatem pati, cum in illis deficiat nomen Pontificis, seu Imperatoris, & anni Pontificatus, vel Imperij, necnon subscriptionis Notarij cum sint manu aliena conscripta, quæ ex prædictis sunt necessaria.

Et ita decisum parte D. Marchionis, & ab eo præsentati tantùm informante, pluries monito, ac citato præsentato à D. Casali.

R. P. D. VEROSPIO

Asculana Iurispatronatus. 24. Februarij. 1616.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. donatione transfertur.*
2 *Et ex obseruantia donationis cessat dubium.*
3 *Nec in tali donatione requiritur insinuatio.*
4 *Donatio iurispatr. facta compatrono valet sine Episcopi consensu.*
5 *Ordinarij consensus præsumitur ex donationis effectuatione.*
6 *Iuspat. hereditarium quando dicatur.*
7 *Et in dubio potius præsumitur hereditarium.*
8 *Quasi possessio iurispat. non præseruatur ex actu nullo.*
9 *Clausula, pro se, &c. pro filijs heredibus, & successoribus extenditur.*

DECISIO XXIII.

Pierotius Pica, & litis consortes, contra decisionem coram me, sub die 18. Maij præteriti factam excipiebant, non esse Iosephi gratiã iustificatam, quia cum iuspatronatus de quo agitur, ad tres familias pertineret, nimirum de Antheis, Falconerijs, & Catalinis, dici non poterat Iosephus à medietate patronorum, sed à tertia solum parte præsentatus, cum illum Falconerij tantùm præsentassent, ad quam tollendam exceptionem, vltra deducta contra familiam de Antheis, fuit pro parte Iosephi productum instrumentũ donationis de tertia parte huius patronatus ad fauorem Vincentij Falconerij factæ per Balthassarem de Catalinis, & per hoc Falconerij, cum prætenderent saltim in omnem casum duas ex tribus partibus sibi cõpetere, causa denuo per me proposita, & ommissa discussione respectu familiæ de Antheis, visum particulariter fuit de iuribus huius donationis, quam Domini validam esse censuerunt, & per consequens fuit prima decisio confirmata: Constat
1 enim ex iuribus productis, Balthassarem de anno 1541. donasse partẽ in isto iurepatronatus sibi competentem Vincentio Bernardini alterius compatroni filio, necnon Falconerios, in prætensione de anno 1608 fuisse vsos dicta donatione, & sic quasi possessionem acquisiuisse. Abb. consil. 54. nu. 2. versic. sed per præsentationem. lib. 1. Dec. consil. 134. nu. 1. cum alijs in decisione allegatis.

Non obstat, donationis instrumentum non esse in forma probãti: Nam vltra quod ante motam litem de anno 1585. fuit illud à Notario in officio Archiuistæ successore exẽplatum, vnde dicitur probare. Felin. in cap. cum P. Tabellio, de fide instrum. Caputaq. dec. 101. nu. 3. p. 2. Seraph. dec. 1481. Cessat nihilomi-
2 nus obiectum ex obseruantia eiusdem donationis, vt dixi, de anno 1608. subsecuta. Bald. consil. 400. nu. 5. lib. 4. & consil. 402. nu. 9. lib. 5. Aym. cons. 101. nu. 4. Grammat. deci. 106. nu. 9. Rota dec. 375. nu. 4. p. 1. diuers.

Non obstat solemnitatis defectus, cum in donatione Iudicis decretũ, & insinuatio, iuxta Marchiæ consti-
3 tutionem, non interuenerint, dicta enim constitutio locum non habet in iurepatronatus, sicut neque in alia

re spirituali, vel spiritualitati annexa. Lambert. de iurepat. par. 1. lib. 2. 4. quæst. princip. art. 9. nu. 7. Seraph. dec. 424. Honded. cons. 20. lib. 2. & fuit sæpius decisum.

4 Nec pariter obstat, Episcopi assensum non interuenisse, quia cum versemur in donatione per patronũ alteri compatrono facta, dictus assensus non fuit necessarius. gloss. 1. vers. sed potest dici. in cap. nemini. vbi Bellam. in princ. 16. q. 7. Castr. in l. voluntas. nu. 5. C. de fideicom. vbi Ias. num. 8. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 76. vbi Rip. nu. 87. vers. 4. facit. ff. de verb. oblig. Lambert. de iurepat. 2. par. 1. lib. 1. quæst. princip. art. 12. per tot. Caputaq. dec. 131. p. 2. Achil. dec. 10. de iurepatr. Paris. de confid. q. 28. nu. 184.

5 Et in omnem euentum, stante donationis effectuatione, præsumitur Ordinarij consensus interuenisse. Lambert. de iurepat. 2. p. primi libri. 1. quæst. princ. art. 8. Franc. Marc. decis. 473. nu. 3. p. 1. Dec. cons. 639. nu. 3. & seq. Tanis dec. 20.

Non obstat, donantem filio suo præiudicare non potuisse, tamquam iuspatronatus esset gentilitium, nam ex præsentationibus de anno 1523. & 1608. quæ sortitæ fuerunt effe-
6 ctum, apparet, nonnullos patronos hæreditario nomine præsentasse, & postea cum fœminæ vnà cum earum descendentibus, admissæ fuerint ad præsentandum, vt ex præsentatione de anno 1612. facta colligitur, satis dicitur iuspatronatus hæreditarium. Rocch. de iurepat. verbo, competens alicui. nu. 2. Peregr. cons. 33. nu. 4. & seqq. lib. 1. & fuit dictum in Florentina de Ricasulis. 10. Martij. 1603. & 12. Februarij. 1604. coram Illustriss. Lancellotto.

Nec refert, Odoardos de anno 1608. sine hac hæreditaria qualitate præsentasse; dicta enim præsentatio, vt firmatum fuit in decisione, tamquam ignorantibus Falconerijs emanata, nullius fuit roboris, & momenti. Calderin. cons. 6. de cau. poss. & propr. vnà cum alijs in decisione allegatis.

7 Accedit, si qualitas istius patronatus dubia redderetur, tunc illud potius hæreditarium, quàm gentilitium esse præsumendum. Innoc. in rubr. de iurepat. nu. 4. Abb. in c. cum seculum. n. 5. eod. tit. Ruin. cons. 108. nu. 11. lib. 5. Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 18. nu. 7. Aret. in c. significauit. nu. 30. vers. 3. sed posito. de testibus. Dec. cons. 149. nu. 1. vers. siue etiam. Paris. cons. 48. n. 9. lib. 4. Gabr. cons. 196. nu. 5. lib. 2. Peregr. cons. 33. nu. 10. lib. 1.

8 Nec valet dicere, iuspatronatus abdicatum non fuisse ab Anuncio donantis filio, qui non obstante huiusmodi donatione per præsentationem de anno 1585. suam quasi possessionem conseruauit. Nam cum ille seorsum à Falconerijs, & ipsis ignorantibus, præsentauerit sibi præseruare non potuit quasi possessionem. Abb. in c. cum ecclesia Sutrina. nu. 25. & ibi Ripa nu. 64. de caus. poss. & propr. Caputaq. decis. 342. par. 2.

Altera eiusdem præsentatio de anno 1608. apparet reiecta, cum ille ius non haberet.

Non obstat, Balthassarem ius suũ, non autem filijs, & successoribus cõpetiturum donasse, quia contrarium in donationis instrumento legitur,
9 ibi, donauit pro se, &c. quæ clausula pro filijs hæredibus, & successoribus extenditur. Seraphin. decis. 703. num. 2.

Quod iuri pariter cõngruit, cum donatio ad hæredes donatarij sit transitoria. Soccin. iun. cons. 79. nu. 4. lib. 2. Rota dec. 17. de iurepatr. in antiq. nu. 5. & 6.

Ex quibus firmatum fuit, à decisis non esse recedendum.

REVE-

REVERENDISS. D. COCCINO
DECANO.

Maceraten. Iurispatronatus. 15. Decembris. 1625. & prima Iulij. 1626.

SVMMARIVM.

1 *Gratia non potest canonizari, nisi sit iustificata.*
2 *Iuspat. transit ad hæredem vniuersalem, non ad institutum in re certa.*
3 *Filij substitutæ veniunt, si vocati sint hæredes, & successores.*
4 *Iuspatr. non transit in fideicommissarium, & quare.*
5 *Domus appellatione venit pronepos testatoris ex fratre.*
6 *Quasi possessio allegata debet iustificari.*

DECISIO XXIV.

FVit resolutum, sententiam de partibus esse iniustam, & sic nō constare de re iudicata; nam gratia
1 Valentini non poterat canonizari, cū non fuerit iustificata, prout de iure requirit. Verall. dec. 27. nu. 3. par. 1. Primo quoad iuspatronatus, cum nō constet Iulium, qui illum præsentauit esse patronum, cum testator solùm legauerit scut. 500. Antonio eius patri, in quibus illum instituit mandans, vt de suis bonis, & super illis, nec aliquid amplius petere, aut habere possit. Sed constat, alios fuisse patronos, videlicet Archiepiscopum Amalphytanum fratrem testatoris, qui fuit hæres institutus, & cū ipse obierit præedefuncta Ginebria eius sorore, & superstite Octauia alia sorore; quæ dicto Archiepiscopo fuerunt substitutæ, filij Octauiæ sunt patroni, non autem prædictus Iulius, cum testator voluerit, quòd altare erigendum sit de iurepatronatus dicti Testatoris, & suorum hæredum, ac successorum in perpetuum, & sic
2 cū Archiepiscopus fuerit hæres vniuersalis, ad ipsum spectabat iuspatronatus, non autem ad Antonium institutum in re certa. Lambert. de iurepat. lib. 1. p. 2. q. 2. art. 16. num. 6. & seqq. & per consequens cum sint vocati hæredes, & successores, veniunt filij dictæ Octauiæ substitutæ,
3 qui in hoc casu veniunt appellatione successorum; cum testator filios non haberet; nam etsi verum sit, quòd iuspatronatus trāseat per successionem in hæredem vniuersalem, non
4 autem in fideicommissarium. Batt. in l. quia perinde. verb. restituta. per illū textum. ff. ad Trebellian. Bald. in l. fin. nu. 48. versic. si hæreditatem. C. de edict. diu. Hadr. toll. tamen hæc conclusio procedit in terminis simplicis fideicommissi facti à Testatore super eius hæreditate, & bonis ex præsumpta illius voluntate, vt apud primum hæredem honorificum iuspatronatus remaneat, vt explicat Couar. var. lib. 2. c. 18. nu. 8. post medium. vers. posteriori autem rationi. quæ præsumpta mēs fundatoris cessat in casu isto, ex quo voluit, quòd capellanus in perpetuum præsentetur ab hæredibus, & successoribus ipsius testatoris, qui successores in hoc casu sunt dicti instituti, vt supra dictum est.
5 Non obstat, quòd Testator vsus fuerit prædictis verbis, scilicet, quòd sit de iurepatronatus domus dicti Testatoris, & suorum hæredum, ac successorum, & sic appellatione domus veniat dictus Iulius, cum sit pronepos Testatoris ex fratre, quia secus dicendum in hoc casu, in quo nomine domus venit ipse Archiepiscopus frater, ac etiam venire possunt secundùm mentem testatoris sorores substitutæ, cum verba non repugnent, & mens clara alibi in fundatione colligatur; cum loquēs de capellano præsentando dixerit, fundator qui capellanus tàm in primo loco, quàm aliis in perpetuum nominatus sit ab hæredibus, & successo-

cessoribus ipsius Testatoris nulla habita ratione domus. Et rursus cum voluerit aliquem nominari de domo in dignitate ecclesiastica constitutum, & si ille non adfuerit, religiosum, & subdit: Si recusasset tale onus acceptare, tūc deputari debeat capellanus ab hærede,& hæredibus, ac successoribus ipsius Testatoris.

Secundo. Principaliter gratia nō fuit iustificata in eo, quo fuit narratum Valentinum esse præsentatum à medietate patronorum existentium
6 in quasi possessione præsentādi, quæ possessio non iustificatur, prout debet iustificari, vt in puncto fuit resolutum in causa Asculana iurispatronatus. 18. Martij. 1616. coram bo. mem. Card. Sacrato.

Et ita conclusum coram bo. me. Vbaldo prædicta die 15. Decēbris, qui morte præuentus decisionem non extendit. Et ego in eius locum suffectus facto verbo cum DD. dicta die 1. Iulij præfatam resolutionem extendi.

R. P. D. BVRATTO

Aretina Capellaniæ. 18. Maij. 1616.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, verificato prius, quòd sit ex fundat. vel dot. veras probationes requirit.*

2 *Præscriptio quando dicatur interrupta.*

3 Et *quando deducatur tempus prouisionis Apostolicæ.*

4 *Patroni quando censeantur habuisse ratam prouisionem contra se factam.*

5 *Prouisio facta de beneficio tamquam de libero sine mentione iurispatr. excludit iuspat.*

6 *Tempus litis est deducendum in præscriptione.*

7 *Lis non dicitur finita ex sententia non executa.*

8 *Iuspatr. probatur ex præsentationibus excedentibus centum annos.*

9 *Enunciatiuæ debent esse supra centum annos ad probandum iuspat.*

10 *Enunciatiua vnica non releuat.*

11 *Nec quæ procedit à personis prætendentibus interesse.*

12 *Testis de fama deponens ex auditu non probat.*

13 *Quasi possessio quadragenaria præsentandi non probatur ex vnica præsentatione.*

14 *Sententia Episcopi iniusta non nocet ecclesiæ, seu successori.*

DECISIO XXV.

AD docendum de iurepatronatus laicorum capellaniæ controuersæ SS. Matthæi & Catharinæ de Floriano pro Marcello adducebantur. Primò præsentationes (vt supponebatur) continuatæ centū, & vltra annorum effectum sortitæ. Secundò, enunciatiuæ similiter (vt supponebatur) antiquissimæ, habentes vim famæ, & testes de fama, cum quadragenaria. Tertiò, duæ declaratoriæ d. iurispatronatus, videlicet, vna Ordinarij Aretini: altera verò Episcopi Fesulani delegati Apostolici, mediante sententia diffinitiua, quæ (vt dicebatur) transiuerat in iudicatum.

Quibus tamen non obstantibus censuerunt DD. non constare de iurepatronatus, non enim videbatur satisfactum Conc. Trident. minusq.
1 clausulæ appositæ in gratia Apostolica Marcelli, videlicet, verificato prius, quòd dicta capella esset de iurepatronatus ex dotatione, vel fundatione, quæ requirit veras, & concludentes probationes, vt tenuit Rota in Salernitana Rectoriæ. 22. Maij. 1591. corā bo. me. Card. Pamphilio, quæ vera fundationis, vel dotationis probatio non adest.

Nam quantum ad primum centenariæ, illa excluditur, quia subducenda sunt duo tempora. Primum, vide-

videlicet, prouisionis Apostolicæ Pauli III. del 1535. vti de libera ex causa resignationis in eius manibus ad fauorem Venturini, qui superuixit vsque ad annum 1554. & sic capellania fuit possessa in statu libertatis per annos 19. consequenter d.
2 tempus de medio deducitur, sicuti aliàs in incorporalibus interrumpitur præscriptio, quando ille contra quem præscribitur impedit præscribentem vti seruitute. l.sequitur.§.si via.ff.de vsucap. Bart. in l.naturaliter.in fin.vers.quæro.ff. eod.Butr.& Abb. in c.illud.col.fin. de præscript. Balb.in tract.de præscript.q.4.n.40. & seqq.
3 Et quòd deducatur tempus prouisionis Apostolicæ, tenuit Rota in Vrbinaten. parochialis. 1. Ianuarij. 1553. coram Augustino, quæ est decis. 1. de præscript. aliàs 25. inter manuscrip. Guidob. & in Bracaren. Monastetij.19.Decemb.1597. corã bo.me.Penia, & in Neapolitana Rectoriæ.19.Decemb.1608.coram Reuerendiss. Attrebaten. relatis etiam per Gratian. discept.310. nu.83. & in Tirasonen. iurispræsentandi. 21. Octobris. 1594. coram bo. mem. Litta.
4 Nec visum fuit applicari dilemma, quòd aut patroni habuerunt notitiam d. resignationis, & prouisionis Apostolicæ, & censentur illã ratam habuisse,imò expressa videtur inducta ratificatio ex præsentatione per eos facta per mortem d. prouisi Apostolici de anno 1601. vt tenuit Rot. in dec. coram Fabio, & Tano, relatis per Paris. de resignat. lib. 7. quæst.4.nu.28. vers.limita 2. aut nõ habuerunt notitiam, & non censetur illis illarum præiudicium, quia hæc procederent supposito iurepatronatus de d. tempore prouisionis Apostolicæ, tunc enim intrat disputatio, An resignatio, & prouisio etiã Apostolica sustineatur, spretis patronis, de quibus latè per Paris. d.q. 4. per tot. & præsertim. num.16. & seqq. Hic autem dubitatur de iurepatronatus, & agitur de illius probatione, & an tempus d. prouisionis apostolicæ sit subducen. vel computan. Et ex sumpto bullæ d.prouisio-
5 sionis exhibito cessat difficultas,quia capellania fuit resignata, & prouisa tamquam libera sine aliqua mentione consensus patronorum,de quo facta fuisset mentio, prout facta fuit in prouisione Iulij II. vel consensus fuisset præseruatus, aut illi derogatum, prout fit de stylo, vt per Paris. d.q.4. nu.31. & nu.59. & cum præsentatio non sit enunciata in literis Papæ eam alleganti incumbit onus probandi, quòd facta fuerit. Rebuff. in praxi p.3. signat. §. necnon iuripatronatus.nu.15.
6 Aliud verò tempus subducen. est litis super statu d. capellaniæ, quæ orta est de anno 1601. de tempore obitus Gammurrini instituti ad præsentationem del 1554. indubitatũ est enim tempus litis esse deducen. tàm in testibus, quàm in instrumentis cum ambigitur, An sint de antiquo, iuxta Rot. obseruantiam, de qua Seraph.dec.76.nu.2.sic tempus litis esse deducen. ex decennali fuisse decisum coram Bubalo. testant. Modern.de resign. benef.lib.3. q. 6. nu.60.& facit Bart.in l.nec bona.C. de long.temp.præscrip.cũ cumulatis per Rimin. iun. cons.86. nu.6.lib.1. cons.205.nu.22.& 23.lib.2.& cons. 242.nu.165.lib.3.
7 Non obstat, quòd lis dicatur terminata per sententiam Episcopi Fesulani del 1604. quæ (vt supponitur) transiuit in iudicatum ob non interpositam, vel prosequutam appellationem, tum quia d. sententia non solum non iustificatur ex actis, sed hodie detegitur iniusta: tum etiam quia lis non potest dici finita non executa sententia, nec subsecuta possessione ad fauorem Marcelli. Sarnen.reg. de annal. q. 44. Put. dec.30.lib.2.Lancellot. de attentat. cap.4.in præfat.nu.230.Rota in Salaman-

lamantina Capellaniæ del Voto. 2. Aprilis, & 5. Iulij del 1593. coram Card. Pamphilio. Et ipsemet Marcellus præuia narratiua d. litis cœptæ del 1601. obtinuit se subrogari ad eiusdem litis, & causæ prosequutionem, & nunc venit vti subrogatus cum clausula, constito,&c. quæ proinde ad tempus d. litis refertur.

Cum itaque non exhibeãtur præsentationes continuatæ per spatium centum annorum, non potest dici
8 constare de iurepatronatus, quòd non probatur ex præsentationibus, nisi excedãt centum annos. Archid. in c.vnico.nu.10.post med.vers.vnde quamuis aliquis.de iurepat.in 6. vbi Gemin.nu.6. & Franc.nu.5.Cassad.dec.2. nu.3. post med. vers. ita iuspatr. de probat. Mohed.dec.3.de iurepatr. Rota coram Orano in Firmana iurispat.1.Martij.1591. & coram Gypsio in Barchinonen. Vnionis. 5.Decembr. eiusdem anni, & in Neapolitana Capellaniæ corã Cardinali Lancelloto seniori.29.Ianuar. 1571. & in eadem coram Reuerendiss. Atrebaten.19.Decembr.1608.

Nec applicatur dec. in Florentina Canonicatus.11.Decemb. præteriti coram me. in qua deficiebant tantum nouem menses, & tot alia concurrebant, vt in ea.

Minus visum fuit subsistere secundum fundamentum super fama ex enunciatiuis antiquis, & Testibus cum quadragenaria.

9 Quoad enunciatiuas, quia illæ debent esse supra centum annos. Rota dec.288.ante nu.1.vers. 2.quia. & apud Card.Seraph.dec.507.nu.1. & in Sutrina S. Angeli. 13. Martij. 1588. coram Card. Platto. & subducto dicto tempore litis non adest cursus centum annorum.

10 Secundò, enunciatiua Iulij II. est vnica, quæ non releuat. Aretin. in cap.cum causa.nu.22.in fin.vers.debet etiam.de probat. Rot.decis.185. nu.1. & 2. par. 1. diuers. etiamsi sit Papæ. Rot.dec.388.nu.1. & 2. p. 1. & dec.389.n.1.p.2. diuers. vbi Rot. ita intelligit dec.Achil.7.de iurepat. quæ est in terminis nostris.

Nec sunt attendendæ enunciatiuæ, videlicet, vna de d. anno 1508. 18. Aprilis consensus præstiti prouisioni Apostolicæ, & reseruationi pensionis, quia vltra quòd in d. consensu non enunciatur iuspatronatus,
11 huiusmodi enunciatiua processit à personis prætendentibus interesse, quæ ideò non suffragatur. Loffred. cons.44.nu.6. Achil.dec.5. de iurep. Card.Seraph.dec.1189.nu.3. & fuit dictum in Sutrina Beneficij.10.Decemb.1587.coram Card. Pamphil. & in Sabinen. Iurispatr. 6. Martij. 1595.coram bo. mem. Penia.

Alia verò Vicarij Arretini executoris apostolici dictarum literarum Iulij II. non affirmat, imò non obstan. affirmatiua Iulij II. reuocat in dubium iuspatronatus, quia dicit, accedente consensu Nicolai, &c. asserentis se patronum d. capellaniæ, nec sunt supra centum annos deducto tempore litis, vt dictum est.

12 Quoad Testes de fama, quia primus deponit de simplici auditu, & sic non facit in terminis nostris. Cassad.dec.3.nu.1.vers.non enim dicit. de probat. Veral.dec.128.nu.2.p.2. nec deponit ante motam litem. Verall. d.dec.128. nu.3. Secundus explicitè non deponit de fama, solùm iuxta 20. interrogatorium implicitè, sed per verba, *si diceua, & passaua la voce*, non autem per verba fuit, & est. Tertius verò non nisi per verba præsentis tẽporis. Card. Seraph. dec.1075. nu.2. & 1231.nu.1. Rot. in Nullius Archipresbyteratus. 2. Maij.1588.coram Card.Pamphilio. & alias passim, & sic ad peius non remaneret, nisi Quartus, qui tamquam vnicus nihil faceret.

13 Quoad quadragenariã quasi possessionem præsentandi, quia vnica adest præsentatio, de anno 1554. vnus ex DD. dicebat non sufficere, etiam admissa probatione famæ,

motus

motus auctoritate. Modern. Hisp. de benef. p. 5. c. 9. nu. 97.

Non obstat tertium, & vltimum, de duabus declaratorijs, nam prima Ordinarij Arretini del 1508. de qua supra dictum est, non meretur allegari, cum Vicarius nihil affirmauerit, sed dubitatiuè enunciauerit ius-
14 patronatus: Sententia verò Episcopi Fesulani, de qua supra, detegitur notoriè iniusta, nec nocet ecclesiæ, nec successori. Verall. dec. 128. n. 4. par. 2. Rot. in Romana Parochialis. 30. Ianuarij. 1600. coram Corduba. & in Pampilonen. Beneficij. 4. Iulij. 1614. coram R. P. D. meo Rembolddo, maximè quia non constat, illam fuisse latam adhibita causæ cognitione, & iuxta formam à Concilio præscriptam, nec citato procuratore mensæ Episcopalis. Card. Seraph. dec. 1395. nu. 7. & in d. Romana coram Corduba. Et denique est lata in lite, de qua agitur inter defunctum, & Marcellum nunc in illius ius subrogatum. Et ita, &c.

R. P. D. DVNOZET

Lucana Iurispat. 26. Iunij. 1619.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. personarum priuatarum probatur, vel ex centenaria, vel ex quadragenaria concurrentibus adminiculis.*

2 *Iurispat. probatio, quæ excludat præsumptam ecclesiæ libertatem.*

3 *Iurispatr. existentia probatur per instrumentum secutæ institutionis.*

4 *Præsentationis effectuatio quomodo probetur ex possessione longæua. & nu. 8.*

5 *Iuspatr. quoad possessionem quomodo probetur ex actis visitationum.*

6 *Institutio quando probata dicatur.*

7 *Institutio præsumitur data beneficij possessione.*

9 *Prouisio Apostolica non mutat statum beneficij, & quando.*

10 *Clausula, dummodo ad nos hac vice, stante derogatione iurisp. seu mentione, excludit statum libertatis ecclesiæ.*

11 *Scriptura supplet probationem alterius scripturæ.*

12 *Visitationes Episcoporum quando probent iuspatr.*

13 *Iuspat. quando probetur per testes de publica voce, & fama.*

14 *Enunciatiuæ antiquæ quando probent iuspat.*

15 *Iuspat. quando probetur ex armis & insignijs in ecclesia appositis.*

16 *Insignia sua quis non solet apponere super re aliena.*

17 *Denominatio multum iuuat ad probandum iuspat.*

18 *Probationes imperfecta simul iunctæ concludenter probant.*

19 *Probatio per coniecturas, & inditia quando sufficiat.*

20 *Notarij attestatio de actu præterito quando probet.*

21 *Episcopi instituentis attestatio quando sufficiat.*

22 *Iurispat. pertinentia facilè probatur, data existentia iurispat.*

23 *Dictio, prædictum, identitatem denotat.*

24 *Instituo, & confirmo passim vt synonima sumuntur.*

25 *Prouisio intermedia quando præsumatur facta ab ijsdem patronis.*

26 *Iurispat. vsurpatio non præsumitur in potente non habente iurisdictionē.*

27 *Sententia lata non super statu beneficij patronis non obstat.*

28 *Sententia lata contra præsentatum patronis non nocet.*

29 *Descendentia quando non sit probanda.*

DECISIO XXVI.

INtroducta nuper lite corā Episcopo Lucano, & postmodum deuoluta ad Rotam, mihiq. commissa inter DD. Podios asserentes præsentationem, & iuspat. ecclesiæ S. Laurentij de Podio ad ipsos spectare, præ-

præsentatumq. ab ipsis esse institu&-dum stante nullitate, & inualiditate vnionis, & Collegium beneficiatorum ecclesiæ Cathedralis Lucanæ prætendens d. ecclesiam de tempore vnionis fuisse liberam, cum totum fundamentum actionis DD. Podiorum consisteret in probando iurep. quòd esset familiare, & gentilitium contendebant, ideò de ordine Rotę dubitaui, vtrum probaretur d. ecclesiam fuisse ab antiquo iurispatr. seruituti obnoxiam, cum aliàs de iure præsumatur libera, quo dubio proposito DD. vnanimiter responderunt, constare de iurepatr. vsque ad annum 1514. reseruando, vt particulariter videretur, vtrum postea mutauerit statum, vel per vnionem, vel alio modo.

Præcipuum decisionis fundamentum illud fuit, quòd tàm Illustrissimi Interpretes Sacri Concilij, quàm decisiones Rotales ad probandum iuspat. in personis priuatis, vnum ex

1 duobus requirunt, videlicet, aut possessionem præsentandi in patronis continuatam per centum annos, vel per 40. cum concurrit cum quadragenaria possessione publica vox, & fama, vel aliæ præsumptiones, quæ vim habent famæ, vt patet ex pluribus declarationibus Sacri Concilij, & decisionibus Rotæ relatis in vna Fanen. Capellaniæ coram bo. mem. Penia. 27. Iunij. 1608. quæ sequitur opinionem Baldi in l. cum super. C. de rei vendic. Cassad. dec. 2. nu. 4. & seqq. de probat. Achill. decis. 6. de probat. Pur. dec. 60. in fin. cũ multis alijs decisionibus cumulatis in vna Lucana iurispar. 7. Maij. 1604. coram R.P.D. meo Decano.

2 In hac autem facti specie visum fuit non solum adesse vnum ex supradictis requisitis, quòd sufficeret ad probandam intentionem Podiorum, sed omnia requisita simul concurrere, videlicet, possessionę plusquam centenariam, præsentandi publicam vocem & famam probatam, enunciatiuas antiquissimas, vnà cũ alijs coniecturis vehementissimis, de quibus infra, quæ omnes simul iunctæ indubitanter probãt in antiquis iuspatr. excluduntq. totaliter præsumptam ecclesiæ libertatem, cum probatio penitùs præsumptionem tollat.

3 Et primo considerarunt DD. existentiam iurispat. probari per instrumentum de anno 1358. in quo apparet presbyterum Ioannem Cellinum vti electum à patronis ecclesiæ S. Laurentij de Podio præuia editorum appositione fuisse à Vicario Episcopi in possessionem immissum, qui quidem Ioannes vti rector postea locauit bona d. ecclesię, ex quibus de eo tempore constat eũ fuisse institutum, possedisseq. d. beneficiũ. Cald. cons. 12. de iurepatr. Rot. dec. 147. p. 1. diuers. quòd sine dubio eo tempore constitutum erat in statu seruitutis, cuius continuatio probatur ex eo, quòd de anno 1382. constat Episcopum visitasse d. ecclesiã, & ibi inuenisse presbyterum Colam rectorem, & DD. Podios patronos, quibus Episcopus mandauit, vt cõficerent inuentarium bonorum ecclesiæ, vnde resultat magnus fumus seruitutis ecclesiæ concurrente alio instrumento, in quo dictus Colus rector vnà cũ Stephano Podio operario locauit certas terras, quæ erãt communes inter rectorem, & operarios d. ecclesiæ.

4 Secùndo ponderarunt DD. præsentationem factam de anno 1390. prima Octobris. vacante enim d. ecclesia per mortem d. Coli patroni Podij simul congregati præsentarũt presbyterum Leonardum quondam Gaducci de Podio absentem, qui præsentationem de se factam acceptauit die sequenti, & licèt non doceatur de institutione, tamen effectuatio præsentationis satis probari videtur ex multis actibus subsequẽtibus: Primo ex possessione longæua 36. annorum, cum de d. ecclesia d. Leo-

d. Leonardus fuerit prouisus anno 1390. eamq. per assecutionem alterius beneficij dimisent anno 1426.

5 Secundo ex visitationibus medio tempore factis anno 1399.& 1424. In prima enim legitur, Vicarium requisiuisse D. Leonardum rectorem, eiq. præscripsisse, vt doceret de legitima institutione: In secunda verò post 25. annos interroganti Episcopo d. Leonardus respondit, se esse electum à patronis, & confirmatum ab Episcopo Ioanne, quem ex scripturis publicis constat tunc temporis, scilicet de anno 1390. fuisse Episcopum Lucanum, quæ visitationes satis comprobantur per instrumentum celebratum anno 1401. in quo idem Leonardus rector, vnà cũ DD. de Podijs admissus fuit ad vendendum certum casalenum spectans ad d. ecclesiam, in qua venditione interuenit decretum Vicarij, qui biennio ante in actu visitationis eidem rectori præscripserat, vt infra mensem exhiberet suam institutionem, vt supradictum est, quòd numquam factum fuisset, nisi patroni d. Leonardum præsentassent, eumq. Episcopus instituisset, ex quibus omnibus, stante maximè quòd in Synodo generali vti rector comparuit, eandemq. ecclesiam de anno 1426. dimiserit, visum fuit, institutionem fa-

6 tis sufficienter probari, licèt de expressa non doceatur ex vulgari iuris regula, probatis extremis media præsumi, quàm in hac materia iurispat. admisit Rota dec. 11. nu. 2. de iurepat. & Felin. in c. post cessionem. num. 13. vers. quod autem aliàs de probat. vt in simili data possessione

7 beneficij præsumi institutionem, tradit Dec. cons. 409. nu. 10. Bald. in l. siue possidetis. in 4. opposit. C. de probat. Rota in Auriacen. iuris nominandi coram R.P.D. meo Buratto, quæ est dec. 694. par. 2. in recent. nu. 3.

8 Tertio, exhibita fuit præsentatio facta de anno 1426. d. ecclesiæ vacantis per dimissionem d. Leonardi in fauorem Philippi Ioannis, cuius effectuatio similiter probatur ex appositione edictorum, quæ ex libris Episcopatus reperitur facta, & ex venditione facta ab ipso vti rectore cuiusdam nemoris, & melius ex longæua possessione istius Philippi, à quo postmodum de anno 1470. in manibus Papæ, fuit facta resignatio ad fauorem cuiusdam Michaelis, quem eiusdem ecclesiæ possessionem adeptum fuisse constat ex visitatione Episcopi facta de anno 1477. in qua comparet Andreas de Podio vnus ex patronis, vnde intrat consil. Oldr. 229. toties à Rota canonizatum, quòd habere locum in resignatione censuit Rota in vna Vicen. beneficij. 16. Ianuar. 1608. corã Card. Ludouisio. Vltra hanc possessionem

9 præsentandi patronorum per 116. circiter annos probatam dantur tres subsequentes prouisiones Apostolicæ, quæ non solùm non mutant statum, vt est notorium, stantibus clausulis ordinarijs apponi solitis (dum-

10 modo collatio ad nos hac vice pertineat) sed potius excludunt statum libertatis ecclesiæ, cum in bullis, aut adsint derogationes iurispatron. aut saltem de hoc iure patronorum in supplicationibus fiat mentio apposita clausula, ne prouisi teneantur in literis expediendis facere mentionẽ iurispatr. & quamuis resignatio prima facta per Philippum non contineat expressam mentionem d. iurispatr. cum ipse fuisset prouisus de d. ecclesia vti præsentatus à patronis de anno 1426. vt supra firmatum est, dicendum est necessariò, aut ipsum noluisse fraudare patronos de se benemeritos iure suo, aut saltem nõ potuisse resignando liberè præiudicare dictis patronis, nisi specificè doceretur nouo superueniente titulo mutasse sibi causam possessionis, quòd nullibi probatur, immò vrgent præsumptiones in contrarium, & quatenus in aliquo deficerent probationes

bationes continuatarum præsentationum, tot tamquam vrgentes dãtur præsumptiones, quibus stantibus nullus superest dubitationi locus, cũ
11 nouum non sit vnam scripturam supplere probationem alrerius. Bart. in l. de ætate. nu. 7. in fine. ff. de minor. Aym. conf. 231. nu. 12. & primo
12 ponderatæ fuerunt visitationes antiquissimæ Episcoporum de annis 1382. 1424. 1477. & 1489. in quibus non solum ista ecclesia enunciatur de iurepat. familiæ DD. Podiorum, sed ipsimet Episcopi in actu visitationis eos agnouerunt, vt patronos, iniungendo illis, vt vnà cũ rectore inuentarium omnium bonorum ecclesiæ conficerent, cui assertioni Ordinarij multum deferri solet in hac materia, in qua agitur de illius præiudicio. Rot. dec. 11. num. 1. de iurepat. in nou. Put. dec. 172. lib. 1. & dec. 231. lib. 2. Seraph. dec. 1232. nu. 2. cum pluribus relatis in vna Elnen. beneficij. 16. Decemb. 1614. coram me. & præcipuè in actu visitationum, vt fuit dictum in Aquilana Capellaniæ. coram Orano. 7. Maij 1609. & in Fesulana iurispat. coram Bubalo. 3. Feb. 1583. cum multis relatis per Garz. de benef. par. 5. cap. 9. nu. 89. in quibus dicitur visitationes per se sufficere.

13 Secundo, consideratum fuit non solum probatũ esse publicam vocẽ, & famam per quatuor testes in Curia examinatos, quæ in antiquissimis multum vrget ad probandũ iuspatr. Cassad. dec. 2. nu. 4. de probat. Bald. in l. cum supra. nu. 1. C. de rei vendic. Achill. decis. 6. de iurepatr. Dec. conf. 117. nu. 3. vet. & ista, quæ conclusio. Menoch. conf. 336. nu. 14. & 15. lib. 4. sed etiam dantur duæ enũ-
14 ciatiuæ antiquæ per instrumenta antiquissima celebrata de anno 1401. in quibus familia DD. Podiorum tamquam patrona huius ecclesiæ, primo constituit syndicum ad vendendum quoddam casalenum, deinde iste syndicus vnà cum rectore ecclesiæ vendidit præsente Vicario Episcopi, qui desuper interposuit suum decretum, ex quibus enunciatiuis, quæ etiam habent vim famæ, elicitur magna præsumptio iurispat. Rota corã Reuerendiss. Lugdunen. in vna Firmana Altaris. 15. Februar. 1610. & prius in vna Iacen. portionis, coram Card. Millino. 16. Decemb. 1602.

15 Tertio, multum mouit Dominos appositio armorum, & insignium familiæ DD. Podiorum, non solum intra dictam ecclesiam, sed etiam in frontispitio ecclesiæ, quæ hodie existit, & ab antiquo tempore apposita depicta, & sculpta etiam in lapidibus probatur, ex hoc enim maxima præsumptio oritur iurispat. cum
16 aliàs verisimiliter non soleant apponi super re aliena insignia aliarum familiarum. l. stigmata. C. de fabric. lib. 11. Anchar. conf. 113. nu. 4. Rip. in c. cum ecclesia. nu. 97. de cau. poss. & prop. Ioseph Ludou. concl. 42. in 11. ampliat. Seraph. dec. 1141. nu. 7. & pluries fuit in Rota decisum, & præcipuè in vna Bononien. iurispat. 16. Ianuar. 1608. coram Reuerendiss. D. meo Sacrato.

17 Multum etiam mouit Dominos denominatio ecclesiæ de Podio, situsq. cum probetur per testes maiorem partem domuum circumiacentium spectasse antiquitus, & etiam hodie aliquas spectare ad DD. Podios iuncta communi reputatione, quòd ab ipsis fuerit dotata. Gabr. conf. 192. nu. 2. lib. 2. Seraphin. dec. 1541. nu. 6. in fine. Surd. conf. 424. num. 60. & seqq. Crauet. conf. 400. num. 93. Bald. conf. 205. nu. 2. vers. 2. præmitto. lib. 3. & in specie fuit consideratum in d. Auriacen. Iuris nominandi corã R. P. D. meo Buratto.

Concurrunt denique multa alia adminicula, videlicet fundatio capellarum facta in d. ecclesia à DD. de Podijs, prouisiones Apostolicæ cum derogatione iurispat. spectan-
18 tis ad nobilem familiam, aliaq. in specie

specie examinata per informantes pro DD. Podijs, & licèt probationes forsan per se viderentur imperfectæ simul iunctæ faciunt concludentem probationem. ex trad. per Lambert. de iurepat. lib. 2. p. 2. q. 10. art. 4. n. 4.
19 stante enim antiquitate sufficiunt probationes per inditia, & coniecturas. Bald. in auth. quas actiones. nu. 18. vers. item ratione. C. de sac. eccles. Ias. cons. 128. n. 1. lib. 1. Anchar. cons. 310. nu. 2. Guidopap. dec. 357. nu. 1. cum multis cumulat. per Paris. cons. 104. num. 41. & seq. lib. 1. Honded. cons. 17. nu. 55. lib. 1. & quòd coniungantur præsumptiones huiusmodi, fuit dictum in vna Romana Capellaniæ. 18. Maij. 1582. coram fœl. rec. Clem. VIII. tunc Rotæ Auditore, & in d. Bononien. iurispatr. coram Reuerendiss. D. meo Sacrato.

His positis non obstant, quæ in contrarium præcipuè contra institutionem, & possessionem presbyteri Ioannis de anno 1358. pro parte beneficiatorum opponuntur, & primo dicitur non esse adhibendam fidem d. instrumento celebrato de anno 1358. quia non creditur Notario attestanti de actibus præteritis, cum verba instrumenti nō sonent in verba de præsenti, sed de præterito; Respondetur enim primo, hanc conclusionem limitari quando Nota-
20 rius attestatur de actibus præteritis coram se gestis, & coram testibus distinguendo tempora, & loca, quibus gesta fuerunt, & communiter dicūt omnes scribentes in c. quoniā contra, & præcipuè Felin. nu. 35. in prima fallen. Dec. num. 40. de probat. prout in casu nostro constat Notarium actuarium retulisse omnia gesta in præsentatione, & institutione distinguendo per ordinem, tempora, locum, & nomina testium præsentium, & rogatorum, deinde visum fuit non esse propriè attestationem Notarij, sed potius descriptionem in libro Episcopatus, in quo adnotabantur huiusmodi præsentationes, & institutiones, vnde iste liber potius est protocollus actorum, à quo fuit facta extractio dicti instrumenti.

Nec videtur secundo obstare, ex d. instrumento non constare de vlla præsentatione, quia vltra assertionē Ioannis præsentati, legitur assertio
21 Episcopi in ipso actu institutionis, seu confirmationis, quòd sufficit. Felin. in c. post cessionem. col. 5. in princ. vers. cui addo. nu. 13. in fine. de probat. & ita seruari à Rota testatur Felin. celeberrimus Rotæ Auditor. in c. sicut. col. 14. post med. nu. 26. de re iud. Rebuff. in praxi. propos. 3. sign. nu. 14. pag. 1117. Rot. decis. 11. de iurepat. in nou. cum allegat.

Et licèt in d. instrumento non specificetur à quibus patronis fuerit præsentatus Ioannes, ex præsentationibus, visitationibus Episcoporum, alijsq. actibus subsecutis tamquam ex obseruantia optimè colligitur DD. de Podios præsentasse ad tradita per Bero. cons. 91. nu. 10. lib. 3. & 152. nu. 6. lib. 1. data enim exi-
22 stentia iurispat. facillimè admittitur probatio competentiæ. Gemin. in c. vnico. in fin. de iurepat. in 6. Rocch. in eod. tit. in verbo, ipse, vel is. n. 86. cum trad. per Gonzal. in reg. 8. glos. 18. nu. 61.

Nec obstat tertio, quòd dicitur, quòd in principio instrumenti legitur præsentatus Ioannes Cellini de Conca, & postea Ioannes de Schia-
23 ua confirmatus in rectorem, hæc enim obiectio tollitur ex dictione (prædictum) quæ denotat identitatem personæ. Pereg. de fideic. art. 26. num. 25. per reg. l. asse toto. ff. de hæred. instit. Rot. dec. 121. nu. 1. p. 1. diuers. & dec. 40. nu. 11. par. 2. Seraph. dec. 577. nu. 7. quòd eo tanto magis dicendum est, quia ille locus de Conca in præsentatione non apponitur Ioanni, sed Cellino eius patri, fieriq. potest patrem oriundū fuisse à Conca, & filium à Schiaua, vltra quòd constat aliunde de possessione d. Ioannis tàm per immissionem,

e quàm

quàm locationem factam, de qua supra.

24 Prout non obstat Episcopum nō fuisse vsum verbo, instituo, sed verbo, confirmo, ista enim verba largo modo idem significant, & passim tamquam synonima confunduntur, nec est necesse, vt Episcopus exprimat hoc verbum instituo, sed sufficit, vt quibuscumque verbis admittat præsentatum. Lambert. de iurepat. lib. 2. p. 3. q. 1. num. 12. fol. 218. vltra quòd verba rubricæ instrumenti satis videntur probare ista verba institutionem, & confirmationem esse synonima. Alex. in l. 1. num. 4. & ibi Dec. nu. 4. & seq. Curt. iun. nu. 5. ff. si cert. pet. Rota in vna Fanen. lucri dotis. 3. Iulij. 1600. coram Card. Ludouisio.

Nec etiā visum fuit obstare, quòd dicitur non constare, neque de præsentatione, neque institutione presbyteri Coli, qui fuit rector intermedius inter Ioannem Cellinum, & Leonardum prædictum, iste enim defectus non potest vitiare alias visitationes, & præsentationes antecedentes, & subsequentes, vt in terminis dicit Rota apud Seraphin. decis. 1141. nu. 1. vbi dicitur prouisionem

25 intermediam, licèt non exhibeatur præsumi factam ab ijsdem patronis, quòd eò magis redditur probabile, quia in visitatione facta de an. 1382 tàm ipse Colus, quàm Episcopus recognouerit, & admiserint istos DD. Podios vti patronos d. ecclesiæ.

Nec etiam multum mouit Dominos, quæ dicuntur de præsumpta vsurpatione propter potentiam familiæ Podiorum in Ciuitate Lucana, in qua aliqui ex d. familia propter grauia crimina extremo supplicio sunt affecti, alij exulare iussi, pla-

26 cuit enim responsio non esse consideratione dignam vllam potentiam, nisi sit iūcta cum iurisdictione ad effectū præsumptæ vsurpationis. Gabr. cons. 192. lib. 2. num. 1. & sæpissimè fuit in Rota decisum, vt apparet ex multis decis. congestis in vna Papien. Iurispatr. coram R. P. D. meo Manzanedo, quæ est 374. par. 1. in recentior. quæ qualitas tantū abest, vt probetur in hac familia, quin potius excluditur ex eo, quòd informantes pro beneficiatis exibent sententias capitales contra dictos Podios latas, & executioni demandatas, si enim habuissent iurisdictionē, cum ijs non fuisset lege actum.

27 Non obstat denique sententia lata contra quendam Vincentium, ex lectura enim ipsius, & ex eius processu apparet non fuisse latam super statu beneficij, sed denegata fuit institutio Vincentio presentato, quia non vacabat beneficium per obitum, cum iam fuisset resignatum Hieronymo, & propterea Iudex vtitur hoc verbo (maxime) ex quo indicat non fuisse hanc causam finalē. Gemln. cons. 16. nu. 4. Alex. cons. 47. nu. 5. & 6. lib. 7. Vltra quòd cum sententia dicat non fuisse probatum iuspat. non impediuntur patroni illud hodie melius probare, vt reuera fecerunt. Doct. in l. Iulianus. vbi Bart. nu. 1. & Ias. nu. 21. de cond. indeb. & in omnem euentum sententia

28 lata contra præsentatum non nocet patronis. l. sæpe. & ibi Alex. nu. 9. ff. de re iud.

Non obstat denique, quòd dicitur DD. Podios, qui sunt in causa, quique præsentarunt Octauium de Podio non probasse se esse descendētes

29 ab illis, qui in supradictis præsentationibus interuenerunt, quia vltra quod pro parte DD. de Podio prætenditur hanc probationem descendentiæ non esse necessariam, cum hoc iuspat. competat vniuersæ familiæ, & consortio de Podio, non autem descendētibus alicuius, fuit dictum hoc indigere speciali disceptatione, reseruatumq. fuit, vt particulari dubio disputaretur, pro nunc DD. concorditer firmarunt constare de iurepat. in fauorem DD. Podiorum vsque ad annum 1514. quo supra-

supradicta sententia lata reperitur.
Et ita decisum vtraque parte, &c.

Et in eadem coram eodem. 2. Decembris. 1619.

SVMMARIVM.

1 *Iurispat. vsurpatio quando non praesumatur.*
2 *Potentia probatur, si Episcopus illu perhorrescens non audeat contradicere.*
3 *Et quomodo excludatur praesumptio d. perrhorescentiae.*
4 *De praesenti numquam inferri potest in praeteritum.*
5 *Potentes non dicuntur, qui facilè legibus coerceri possunt.*
6 *Delictu in alterius praeiudiciu non solet probari ex sola Principis assertione.*
7 *Potentia non probatur ex familiae numerositate.*
8 *Iuspat. non venit in confiscatione facta à iudice laico.*

DECISIO XXVII.

ITerum proposito super eisdē dubio aliàs resoluto in fauorē DD. de Podijs die 26. Iunij proximè praeteriti, DD. steterunt in decisis ex rationibus fusè deductis in d. decis. quae rursus examinatae placuerunt.

Nec obstare visum fuit, quòd dicitur non sufficere probationem iurispat. factam, quia agitur de praetēso iurepat. à familia DD. Podiorū potenti in Republica Lucensi, tùm numero nobilium, quàm nimio ausu aliquorū istius familiae, qui de anno 1522. ob excessus ab his commissos poenam subierunt damnati per sententiam executioni demandatam, ex quo inferre volunt Informantes pro Beneficiatis requiri ad probandum iuspat. exactam illam probationem à S. Conc. Trid. sess. 25. c. 9. inductam in personis in quibus praesumitur vsurpatio, quòd decretū extendere volunt etiam ad personas, & familias priuatas in Republica, quae nullā habeant iurisdictionem in loco in quo beneficium situm est, dummodo probetur eas in eo loco fuisse potentes.

1 Huic obiectioni respondendo iudicarunt DD. pro nunc nō opus esse firmare quaestionem, vtrum sine iurisdictione possit dari talis potentia, vt intret dispositio S. Concilij, cum obiectum tollatur ex facto, quia non constat talem fuisse potentiam in familia DD. de Podijs, vt intret praesumptio vsurpationis.

2 Ad hunc enim effectum deberet probari talis potentia respectu Episcopi, vt ipse Ordinarius illā perhorrescens non auderet ecclesiae libertatem vindicare, ipsorumq. DD. Podiorum conatus coercere, quòd tantū abest, vt probetur, quin potius ex actis quae dātur in summario DD. de Podijs appareat de contrario, ipsosq. Podios voluntariam Episcopi iurisdictionem agnouisse, eiq. se subiecisse ad instar aliorum priuatorum.

3 Ex deductis enim in prima decis. in hac causa facta constat nunc Episcopum, nunc Vicarium visitasse d. ecclesiam de ann. 1382. 1399. 1424. 1477. & in actu visitationis fecisse multa decreta, & de anno 1401. licentiam petitam ab istis Podijs vti patronis vnà cum Leonardo Podio rectore vendendi, seu permutādi certum casalenum ecclesiae de qua agitur concessisse, coegisseq. rectorem, & operarios ad exhibendum librum reddituum, siue inuentarium bonorū d. ecclesiae, ex quibus actibus colligitur tunc temporis quo erant DD. Podij constituti in quasi possessione iurispat. vt fuit firmatum, Reuerendiss. Episcopum Lucen. liberè iurisdictionem suam contra patronos, rectoresq. eiusdem familiae exercuisse sine vlla vmbra imaginabili terroris, & perhorrescentiae.

Vltra praedictos actus in summario nouo dato pro parte DD. Podiorum alij dantur, ex quibus colligitur patronos petijsse licentiam ab Ordinario fundandi in d. ecclesia, altaria, & capellas de anno 1356. & de anno 1391.

1391. plures ex dictis patronis citati coram Vicario, super prætensa hæreditate cuiusdam Nicolai Pessini de Podio, cõparuerunt, multosq. actus iudiciales fecerunt, vt de ann. 1422. per decretum Vicarij vnus ex dictis Podijs condemnatus fuit ad soluendum flor. 50. dictæ ecclesiæ.

Et quod multum mouit DD. illud fuit, quod de anno 1514. octo circiter annis ante cõmissa crimina, Vicarius tulit sententiã contra præsentatum ab ipsis Podijs, ex qua signum euidens elicitur Episcopum istius familię potentiam nullo modo perhorruisse, cum eius Vicarius liberè secundum tramites iuris cõtra ipsos, sine vllo timore pronunciauerit, tunc præsentatum ab eisdem de Podio non esse instituendum.

4 Secundò, responsum fuit regulam iuris esse communiter receptam, quòd de præsenti nũquam inferri potest in præteritum. Bal. cons. 12. in fin. lib. 1. Rip. in c. cum ecclesia. nu. 26. de cau. poss. & prop. Alciat. de præsump. reg. 2. præsump. 20. n. 2. & præsump. 21. n. 15. in 3. limit. nec valet cõsequentia fuisse potentem istam familiam de anno 1522. & cẽtum quinquaginta annis antea fuisse eiusdẽ potentię, de quo tempore d. patroni, vt fuit superius dictũ, pręsentabant, & ad eorum præsentationẽ Episcopus instituebat.

Considerabant etiam DD. difficilè, imò impossibile esse arguere hanc potentiam huius familiæ de supradicto tempore anni 1358. cũ ex historijs appareat ciuitatem Luceñ supradictis tẽporibus, quibus d. Podij erãt in possessione iustius iurispat., eamq. continuabãt non fuisse sub dominio Reipublicæ, sed ipsam à diuersis tyrannis, & principibus occupatam, & statum libertatis anno 1369. acquisitũ, postea verò amissum, nec recuperasse, nisi de an. 1430, ex quo sequitur, familias Ciuiũ priuatas non potuisse acquirere talem potentiã in sua ciuitate, vno dominãte, vt patritię, & nobiles facilè acquirũt in aristocratia.

Nec etiam DD. putarunt colligi potentiam immodicam eius familiæ de tempore ipsiusmet decreti contra aliquos eius familiæ lati: nam si (vt dicitur) ipsi ausi sunt homicidia, & excessus perpetrare, illicò pœnas debitas luerunt, vt patet ex dictis decretis, & pœna de ijs sumpta, & ita in

5 Republica non possunt dici potentes illi nobiles, qui facilè legibus coerceri possunt. Menoc. præsump. 90. n. 15. lib. 3. & fuit dictũ in Aretina capellaniæ. 22. Iunij. 1590. coram Orano.

Nec obstat etiam, quòd dicitur istos DD. Podios solitos fuisse huius modi homicidia perpetrare iam ab anno 1436. vt expositũ fuit in quęrela contra eos porrecta: placuit .n. responsio non esse sufficiens argumẽtum potẽtiæ ad hunc effectum, quòd ex homicidio vnico colligitur commisso ab vno Ciue particulari istius familiæ, vltra quòd ex sola assertione

6 Principis non solet probari delictum in alterius præiudicium, vt in puncto de assertione Papæ, de rebellione cuiusdam Domini N. firmauit Rot. coram Mohed. dec. 16. post princ. Gab. concl. 2. nu. 17. tit. de probat.

7 Nec etiam placuit Dominis quòd dicebatur potentiam probari ex eo, quòd in ciuitate Lucensi numerosa esset ista familia: nam omnia iura par. gentilitia, & familiaria intra breue tẽporis spatium euanescerent, aut saltem præsumerentur vsurpata, cũ fieri possit, vt familiæ, quæ ab vno stipite descendũt ita sint fecundæ, vt spatio 200. aut 300. annorum crescant ad maximum numerũ personarum, quæ ab illo cõmuni stipite descendunt.

8 Ad ea quæ dicuntur per sententiã latam à Iudicibus laicis reipublicæ confiscata fuisse omnia bona dd. patronorum, & ita vigore d. sententiæ ecclesiam statum libertatis acquisiuisse: responsum fuit Rotam opinionem contrariam quæstione maturè examinata secutam fuisse in vna Lucana iurispatronatus die 27. Aprilis. 1605. & 12. Iunij. 1606. coram Reue-

Reuerendiss. D. meo Decano, vltra quòd id poterit deduci, dum disputabitur dubium in præcedenti decisione reseruatum. Vtrum post annũ 1514. ecclesia mutauerit statum, vel per vnionem, vel alio modo.

Et ita decisum, vtraque parte informante.

In eadem coram eodem. 31. Ianuarij. 1620.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. spectans ad parochianos præsumitur vsurpatum.*

2 *Diuersitas ex quibus probetur.*

3 *Præsentatio facta ab illis de familia excludit, quòd non spectet ad parochianos.*

DECISIO XXVIII.

Vt satisfacerem Informantibus pro beneficiatis tertia vice proposui idem dubium bis iam resolutum, quo proposito Domini steterunt in decisis.

Existimarunt enim probationes factas per DD. de Podijs iurispatronatus esse sufficientes, cum simus in familia priuata, in qua non cadit præsumptio vsurpationis, vt multis rationibus fuit comprobatum in decisionibus in hac causa factis, & præcipuè in vltima, sub die lunæ 2. Decembris 1619.

Nec obstare visum fuit præcipuũ, & maximum fundamentum quo beneficiati ex nouiter deductis impugnant resolutiones in hac causa factas, dum dicitur istud iuspatronatus prætẽdi non posse à DD. Podijs,
1 nisi tamquam ab vniuersitate parochianorum cum eorum familia constitueret totam, aut saltem maximã partem parochianorum. Vnde resultat præsumptio vsurpationis, quia non præsumuntur vniti ad inuicem ad fundandam ecclesiam, sed potius vti singuli obtulisse eleemosynã ad eum effectum. Crescen. & Achil. dec. 1. de iurep. Rot. dec. 331. p. 2. diuers. quæ regula habet locum etiam in vniuersitate parua. Mant. dec. 234. & 253. cũ multis allegatis per Gonzal. reg. 8. gloss. 18. nu. 63. Garz. de benef. p. 5. c. 9. nu. 102.

Quòd autem ista familia propter eius numerositatẽ totam parochiã, aut illius maiorem partem antiquitus constitueret, vel saltem omnes parochiani vocarentur de Podio, dicebatur constare ex instrumẽto anni 1370. in quo legitur ipsos de Podio elegisse Consulem contratę, & ad instar vniuersitatis se adunasse in pręsentando ad conuocationem Consulis, vt constat ex præsentationibus functo adminiculo instrumenti die 10. Nouemb. 1391. celebrati, in quo Leonardus rector asserit vicinos parochianos, & cõsortes nomine ecclesiæ appræhendisse bona hæreditaria presbyteri Coli sui prædecessoris.

Hæc obiectio tollitur penitus ex facto, constat enim ex instrumentis publicis visitationum, præsentationum, & prouisionum, necnõ per depositiones testium istam ecclesiam S. Laurentij, de cuius iurepatronat. agitur non esse parochialem, imò sitam esse in parochia S. Donati, idq. satis liquet ex eodem instrumento anni 1370. per ipsosmet beneficiatos producto. Vnde frustra contẽditur istud iuspatronatus spectare ad vniuersitatem parochianorum, quia beneficiati deberẽt probare vniuersitatem parochianorum S. Donati concurrere in hac præsentatione: nã etiam si aliquæ familiæ d. parochiæ essent in quasi possessione iurispatr. non ideo requireretur probatio requisita à S. Conc. Trid. quòd in hac parte nihil innouauit. Rot. d. decis. 331. propè fin. p. 2. diuers. & in terminis fuit decisum in vna Lucana Capellaniæ. 14. Decembr. 1609. coram bo. mem. Penia.

Multoq. minus subsistit aliud fundamentum desumptum ex eo, quòd

isti DD. de Podio constituerent totam contratam, id enim instrumentum electionis Consulis d. contratæ de anno 1370. nō dicit quinimò ex eo apparet quatuor solum de familia de Podio interuenisse in electione Consulis, vt colligitur ex linea in scriptura originali considerata; nam & electus fuit Alexius Consul, quem non fuisse nobilis familiæ Podiorum conuincitur per instrumēta publica; idemq. iustificatur de alijs, qui huic electioni interuenerunt, prout per scribentē in facto optimè deducitur.

Sed quidquid sit an in contrata S. Laurentij adessent aliæ familiæ; quam de agnatione Podiorum non ideo sequitur idētitas domus de Podio, & contratæ S. Laurentij: nam ea penitus excluditur tàm ex instrumentis electionum Consulum, quàm ex præsentationibus.

Consideratum enim fuit in d. instrumento electionis Consulis contratæ congregatos fuisse ad sonum campanæ habitantes d. contratæ, qui insimul crearunt Alexiū Viuiani confinarium Consulem d. contratæ, quindecim verò annis postea de anno, scilicet 1385. congregati nō ad sonum campanæ, sed per nuncium ad id destinatum vocati Nobiles cōsortes familiæ de Podio repræsentantes totam agnationem d. domus, & progeniei elegerūt Consulem d. domus, & progeniei, & ipsorum consortum Nicolaum Pesini della perfetta de Podio, eodemq. modo anno 1513. ijdem Nobiles consortes domus, & familiæ elegerunt D. Laurentiū Baptistæ de Podio, idemq. colligitur ex tenore instrumenti locationis factæ per d. Nicolaum Consulem, de quadam Turri communi d. familiæ, ex
2 qua diuersitate nominis apparet diuersitas inter contratam, & familiā de Podio tamquam inter totum, & partē. arg. l. si idē. C. de codic. cū sim.

3 Idq. clarius demōstratur per præsentationes factas, in quibus disertissimis verbis legitur DD. de Podio, tamquam de familia, & progenie præsentare, & non tamquam habitātes in d. contrata de Podio, & præcipuè in illa præsentatione facta de anno 1426. quæ datur in summ. n. 6. quæ legitur facta in monasterio S. Fridiani, in qua interuenit Dinus de Podio Prior d. monasterij tamquam vnus ex patronis de d. familia, qui in d. monasterio longè distante ab illa contrata habitabat, & nunquam interuenire debuisset si ad incolas d. contratæ S. Laurentij hoc ius præsentādi spectasset, prout patet ex lectura d. præsentationis, in qua quinque tantum personæ enumerātur, ex quo numerositas istius familiæ toties decātata excluditur, illi enim quinque patroni non potuerunt constituere vniuersitatem alicuius loci, præcipuè in Ciuitate Lucana amplissima, in qua familia ista non potuit acquirere tantam potentiam contra auctoritatem Episcopi, cum aliæ familiæ complures æquè nobiles illi non assisterent in vsurpatione cōtra Episcopos.

Nec videtur obstare adminiculum deductum ex instrumēto anni 1391. quia si parochiani, & consortes appræhenderunt bona hæreditaria rectoris demortui, non ideo sequitur parochianos fuisse patronos, sed alio iure bona rectoris ad illos deuenisse, vltra quod est vnica tantum enūciatiua ipsius rectoris, cuius error depræhenditur ex instrumēto an. 1401. vbi nulla vicinorum, & parochianorum facta mētione, soli Nobiles viri consortes domus, & familiæ de Podio nominātur in alienationibus casaleni, & locationibus, prout firmant decis. in hac causa factæ, & præcipuè vltima, in qua responsum fuit obiectionibus factis super prætensa potentia istius familiæ, quæ responsiones Dominis placuerunt.

Cæteris alijs obiectionibus desumptis ex inuerisimilitudine cognominis Porci, & della Perfetta, satis superq. respondent Informantes, cum quibus DD. transierunt: nam ex

ex his, & alijs coniecturis læuissimis non eliditur probatio concludēs facta iurispatronatus gentilitij per Dominos Podios.

Et ita decisum &c.

Et in eadem coram eodem. 23. Martij. 1620.

SVMMARIVM.

1 *Mutatio status ecclesiæ fit assensu superioris, & quadragenaria.*
2 *Libertas vrbanæ seruitutis fit ex facto contrario seruituti.*
3 *Libertas ecclesiæ acquiritur per factum positiuum contrarium seruituti iurispat.*
4 *Mutatio status ecclesiæ per prouisionem Apost. non præsumitur in patronorum præiudicium.*
5 *Clausula, dummodo ad nos hac vice, præseruat iuspat.*
6 *Rescripta Papæ sunt intelligenda sine alterius iniuria.*
7 *Iurispat. expressio in literis excludit patronorum præiudicium.*
8 *Ordinarius non præsumitur velle mutare statum beneficij.*
9 *Nec id facere potest in præiudicium patronorum.*
10 *Vnio simoniaca non iuuat ad præscribendum.*
11 *Immemorabilis requiritur, vel quadragenaria cum titulo ad præscribendum beneficium tamquam vnitum.*
12 *Gratia est subreptitia, si non fiat mentio iurispat. cum sit tale.*
13 *Papa non solet patronis inauditis iuspat. conferre.*
14 *Gratia quando præsumatur iustificata respectu non existentis iurispatr.*
15 *Sententia quando dicatur lata super statu ecclesiæ.*
16 *Verba posita in narratiua sententiæ non transeunt in dispositionem.*
17 *Sententiæ verba strictè sunt intelligenda.*
18 *Patroni si prius non probarunt iuspat. possunt de nouo illud probare.*

DECISIO XXIX.

Visum fuit Dominis statū ecclesiæ S.Laurentij ab anno 1514. ad hunc vsque diem non fuisse mutatū, cum enim ter fuerit in hac causa decisum iam fuisse subiectam iuripatr. gentilitio familiæ DD. de Podijs per cētum quinquaginta, & amplius annos ante d.annum 1514. postea d.ecclesia non potuit acquirere libertatem, nisi constet de mutatione status, ad quam inducendam duo copulatiuè requiruntur, superioris auctoritas, & voluntas vnà cū cursu quadraginta annorum. c.cum de beneficio. de præben. in 6. & ibi omnes Canonistæ. Rot. dec. 2. eo. tit. & apud Seraph. dec. 1277. n. 3. & dec. 950. n. 2. & 3. & in vna Perusina. 18. Martij. 1588. coram bo. me. Card. Pamphil. & nuper in Gerūden. vnionis. 1. Iunij 1616. coram R.P.D. meo Pamphil.

2 Sicut enim ad acquirendam libertatem seruitutis vrbanæ non sufficit non vsus, siue negligentia non vtentis, sed requiritur factum directè cōtrarium seruituti. l. hoc autem. & ibi scribent. ff. de seruit. vrb. præd. ita ad
3 acquirendam libertatē ecclesiæ aduersus seruitutem iurisp. non sufficit negligentia patronorum in præsentando, sed requiritur factum positiuū eiusdem collatoris directè contrariū seruituti iurispat. Gemin. in d.c. cum de beneficio. nu. 9. Rot. dec. 109. n. 1. par. 2. diuers.

In proposita autem facti specie, vnum ex dictis duobus requisitis satis sufficienter probatur, distinguēdo enim tempora, apparet non adfuisse
4 talem mutationem status, ex qua ecclesia seruitutis iurisp. iugū excussisse dici possit; nam prouisiones Apostolicæ, quæ ab anno 1512. vsque ad an. 1558. continuatæ reperiuntur tāquam factæ ad supplicationē partis, & ex causa resignationū, non possūt inseruire pro mutatione status, cum Papæ collatoris deficiat voluntas, qui nunquā præsumitur velle mutare natu-

naturam beneficij in præiudiciũ patronorũ.Cald.cõſ.26.in fin.de pręb. Rot.dec.379.n.8.p.1.diuerſ.Achil. deciſ.13.de iurepat. cum multis cumulatis in illa Papien.Archipresbyteratus. 9. Aprilis 1601. coram bo. mem. Card. Pamphilio. ſtante præcipue clauſula in literis Apoſtolicis expreſſa, dummodo collatio ad
5 nos hac vice pertineat, quæ præſeruat iuſpatr. imo ſi non eſſet appoſi-
6 ta deberet ſubintelligi, cum Papæ reſcripta ſemper ſint intelligenda ſine alterius iniuria. l.2. ſ. ſi quis à Principe.ff.ne quid in loco publ.cap. ſuper eo. de off.deleg. Bald.in l. nec auus.per illum text. C.de emancip. liber.Dec.conſ.11.num.4.
7 Et quod omnẽ ſcrupulum tollere viſum fuit, in omnibus ſupplicationibus exibitis oculis Dominorum authenticis, ſuper quibus expeditæ fuerunt literæ ab anno 1512. vſque ad dictum annum 1558. facta legitur mentio iuriſpatr. nobilium, cum derogatione dicti iuriſpat. quatenus de eo conſtet pro illa vice, vnde infertur expreſſa voluntas Papæ,quòd noluerit conferendo præiudicium patronis afferre. Lap.alleg.96. Achill. d.deciſ.13. de iurep. Felin. in tract.quando lit.ap.noc.patr.ante nu.1.in prin.quoad ſecundum tempus (quo durante ſpatio paulò minus duorum annorũ ordinarius iſtud beneficium tamquam liberum bis contulit) illud non eſſe attendendũ ad effectum mutationis ſtatus Domini iudicarunt,cum deficiat curſus temporis requiſitus ad imprimendũ nouum ſtatum in beneficio. Fel. in c.cum in noſtra.num.41. in 2.not.de reſcript. Rebuff. in concord. in rubr. de collat.9.volum.in verbo, regularia.num.5. Seraph.deciſ.950. nu.2.
8 & 3.& animus ordinarij volentis mutare ſtatum,& præiudicare patronis, qui non præſumitur intra tàm breue breue temporis ſpacium. Caputaq. dec.189.par.3. & fuit conſideratum in d. Peruſina S. Benignatis coram Card. Pamphilio, in qua dicitur requiri ſcientiam patronorum,quæ nõ præſumitur, tum quòd non conſtat de effectuatione primæ collationis ordinarij, & non fuerunt affixa edicta,& factæ ſolitæ diligentiæ,ex quibus ſcientia patronorum poſſit inferri, tum etiam, quia deficit etiam
9 facultas in ordinario, qui non poteſt in præiudicium patronorum ſtatum eccleſiæ immutare. Rota deciſ.1.de renunc.in antiq.multo minus attendi debet tẽpus primæ vnionis, quod incipit anno 1560. & durauit vſque ad diem 17. Martij 1579. quo tempore beneficiati poſſeſſionem per eos adeptam in manibus ordinarij.iuxta præciſam formam vltimæ vnionis per procuratores in vim ſpecialis mandati liberè dimiſerunt, vt apparet ex ſummario Dominorum de Podijs.num. 3.4. & 5.
10 Vnde ſequitur de ea tamquam ſimoniaca, & vitioſa nullam habendã eſſe rationem, nec ex illa poſſe ſumi aliquod initium præſcriptionis ad effectum coniungendi poſſeſſionem captam vigore primæ cum ſecunda vnione. Calder. conſ. 29. in princip. de præbend. Oldrad. conſ. 229. ad præſcribendum enim beneficium rã-
11 quam vnitum, requiritur immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo.Rot.deciſ.338.diuerſ.lib.1.Felin. in cap.cum contingat.num.4.ad fin. de for.comper.Rebuff.in pract.tit.de vnione.nu.35. cum alleg. per Garz. p.12. cap.245. & ſequentib. deficit etiam titulus, & bona fides,ſine qua nullã incipere, aut currere poteſt præſcriptio, cum per confeſſionem beneficiatorum in literis expreſſam, conſtet in dicta prima vnione interueniſſe pacta ſimoniaca effectuata, cum ſcientia, & participatione beneficiatorum, vt plenius continetur in vltimæ vnionis literis per ipſos beneficiaros coram ordinario productis,vt in d.ſumm. num.6. Vltra quod earum vigore dimiſſa prima poſſeſſione, vt vitioſa nouam poſſeſſionem

Digitized by Google

sionem de anno 1579. adepti sunt; vt iustificatur ex instrumentis publicis.

Nec denique potest suffragari dictis beneficiatis ad effectum, de quo agitur tempus, quod intercessit à dicta die 17. Martij 1579. vsque ad mensem Augusti 1618. quo lis cœpta fuit in partibus, quia non adest tempus 40. annorum à lege necessario requisitum iuribus supradictis ad immutandum statum beneficij, præcipue quia vltima gratia vnionis no-
12 toriè est subreptitia, & nulla, cum in ea non fuerit facta mentio iurispat. laicalis, vt in terminis tradit Cardin. cons 96. col. pen. vers. quoad causam secundam. Felin. in cap. postulasti. num. 3. de rescript. Abb. cons. 101. in princ. lib. 1. cum cumulatis per Paris. de resign. lib. 2. quæst. 4. nu. 11. Garc. de benef. par. 12. cap. 2. tit. de vnion. num. 202. & seq. nec enim solet Papa patronis inauditis iuspatr. auferre, vnde remanet vnio vltima omni-
13 no nulla. Caputaq. decis. 346. lib. 3. fuit dictum in vna Gerunden. vnionis. 23. Ianuar. coram Card. Ludouis. & aliàs sepissimè.

14 Neque obstat, quod spatio 30. annorum præsumatur iustificata gratia respectu non existentiæ iurispatron. quia si hæc qualitas fuisset narrata in literis, bene potuisset cursus temporis implere probationem, vt narrata præsumerentur iustificata, secus vero in non expressis, tunc enim præsumptio nihil potest operari, remaneretque gratia subreptitia, vt animaduertit Crauett. de antiq. temp. par. 2. cap. 2. num. 17. Gabr. concl. 1. de præscript. num. 53.

Nec obstat denique præcipuum, & maximum fundamentum, quo nitebantur informantes pro beneficiatis, dum afferunt de anno 1514. fuisse latam sententiam à Vicario Episcopi Lucen. per quam fuit mutatus status, & canonizata libertas ecclesiæ contra præsentatum à patronis, & ipsosmet patronos, dum fuit dictum ipsis scientibus non probari iuspatr. à quo tempore ecclesia non fuit collata ad præsentationem dictorum prætensorum patronorum, qui à centum, & amplius ab hinc annis non reclamando videntur dictæ sententiæ acquieuisse.

Huic enim obiectioni responsum fuit, non probari dictam sententiam fuisse latam contra patronos, ipsosq. fuisse in causa, sed solum contra Vincentium de Podio præsentatum, & Angelum eius procuratorem, quem non docent habuisse mãdatum procure ipsorum patronorum, cum præcipuè in ea causa non ageretur principaliter de ipsorum interesse, quia Hieronymus Philippi Petri in fauorem cuius fuit pronunciatum, erat prouisus à Sanctissimo, per resignationem Michaelis, cum derogatione iurispat. pro hac vice, per quam patronorum ius erat præseruatum, vt superius multis fuit comprobatum.

15 Et quamuis exiberetur mandatum patronorum, itaut posset dici ipsos fuisse in causa, sententia tamen non esset lata super statu huius ecclesiæ, ex quo non est adiudicatoria, sed absolutoria super denegatione institutionis Vincentij, & sic videndum esset, quem statum dederit cessio illa facta per Michaelem ad fauorem Hieronymi eius nepotis, quæ cum emanasset ex prouisione Apostolica cum derogatione iurispat. non mutauit, aut alterauit pristinum statum ad effectum inducendi nouum libertatis statum, necessarius enim fuisset actus institutionis, quia per eum acquiri posset possessio, non autem ex declaratione non iuris præsentati ex supradictis.

Consideratis etiam verbis ipsius sententiæ, visum fuit Dominis non fuisse pronunciatum super iure ipso patronatus, nec vlla verba dirigi contra patronos, aut contra iuspatr.
16 illa enim verba, quæ leguntur in narratiua non transeunt in dispositionẽ & cum sententiæ sint stricti iuris, nõ dicun-

dicuntur verba sententiæ. Contard. de moment. poss. limit. 2. §. 5. n. 12. Rot. dec. 34. nu. 12. par. 2. diuers. tum etiam quia illa verba (maximè quia nobis non constat de aliquo iurep.) sunt concepta per illam dictionem (maximè) vnde infertur non fuisse illam præcipuam, & finalem causam dictæ sententiæ. Gemin. cons. 16. nu. 4. Alex. cons. 47. nu. 5. lib. 7.

Et reuera ratio præcipua, qua fuit motus Iudex ad denegandam institutionem præsentato, ea fuit, quia non vacabat beneficium per obitum Michaelis, cum constaret de resignatione facta in fauorem Hieronymi admissa per Papam ante mortem dicti Michaelis; & hoc in effectu verba dispositiua sententiæ continent, quæ non sunt trahenda ad mutatio-
17 nem status, sed strictè semper intelligenda, prout verba sonant. Bart. in l. Iulianus. num. 5. ff. de cond. ind. Caputaq. dec. 186. p. 3. & 132. p. 2. Cæs. de Graff. dec. 3. nu. 9. & seqq. de rest. in int.

18 Placuit & alia responsio, licèt tūc Iudici non constitisset de iurepat. nō propterea sequi ecclesiam remansisse liberam, nam patroni non prohibebantur postea suas probationes facere, prout hodie præstiterunt, cū fuerit in hac causa firmatum per continuas præsentationes, visitationes concurrentibus alijs coniecturis ponderatis in prima decis. in hac causa facta ab anno 1358. vsque ad annum 1514. constare de dicto iurepatr. Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. COCCINO DECANO.

Lucana Iurispatronatus de Podijs. 20. Nouembris. 1620.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida confirmari debet.*
2 *Validitas deprehenditur ex inspectione actorum.*
3 *Iustitia sententiæ ex quibus dignoscitur.*
4 *Patronus, & præsentatus possunt agere separatè, & coniunctim.*
5 *Exceptio rei iudicatæ non obstat in alio iudicio.*
6 *Absolutoria non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio.*
7 *Ecclesia quando ex non vsu dicatur libertatem acquisiuisse.*
8 *Et quando patroni vt tales non fuerunt admissi.*
9 *Prouisio Ordinarij non mutat statum beneficij.*
10 *Derogatio iurispat. præseruat iuspat.*
11 *Vnio simoniaca est inualida.*
12 *Mutatio status beneficij fit ex immemorabili, aut quadragenaria cum titulo.*
13 *Bona fides causatur ex titulo.*

DECISIO XXX.

1 Visum fuit Dominis sententiā Rotalem esse confirmandam cum sit valida, & iusta. cap. ex tenore de foro compet. Bald. cons. 5. in princ. lib. 5. Bellamer. cons. 40. num. 29. in princ. Validitas enim satis de-
2 præhenditur ex inspectione actorū, ex quibus apparet omnia necessaria ad validitatem iudicij interuenisse de quibus in cap. forus. cum ibi not. de verb. signif. Iustitia autem satis
3 cognoscitur ex quatuor elaboratissimis decisionibus coram R. P. D. meo Dunozet, in quibus primis tribus sub diebus 26. Iunij, & 2. Decembris. 1619. & 31. Ianuarij huius anni firmatur iuspatronatus familiæ de Podijs, vsque ad annum 1514. clarissimè probari ex præsentationibus effectum sortitis vltra centum annos, ex fama, ex visitationibus, ex insignibus huius familiæ, & ex alijs ibi ponderatis, ex quibus satis probatur iurispatronatus istorum nobilium de Podijs, cum non sint Domini temporales, nec aliàs in eis cadat præsumptio vsurpationis. Bald. in l. cum semper. C. de rei vendic. Abb. in cap.

cap. querelam. nu.9. de elect. Dec. conſ.126.nu.3. Rochus de iurepatr. verſ.verbo conſtruxit. q.20.in fine. Caſſad. dec.2. num.5. de probat. & fuit reſolutum in cauſa Papien. Archipresbyteratus. 19.Februarij 1601. coram recolen. mem. Hieronymo Card. Pamphilio tunc Rotæ Auditore, & aliàs ſæpius, & poſtremo ex quarta deciſ. ſub die 23. Martij huius anni, manifeſtiſſimè conſtat huiuſmodi eccleſiam poſt annũ 1514. non acquiſiuiſſe libertatem: & cum iuſpatronatus ſit clarum, & indubitatum in eo ſolum inſiſtebant beneficiati, quod eccleſia acquiſiuerit libertatem. Verum Domini ſupradicta die, licèt nullam habuerint difficultatem, quòd iuſpatronatus probetur, eccleſiam tamen non acquiſiuiſſe libertatem reſponderunt: nã cum libertas deducatur ex ſententia lata de anno 1513. cum poſtea ſecutis, hæc non officiunt, ſententia enim primò non fuit lata contra patronos ſuper ſtatu, quòd clarè patet ex verbis ipſius ſententiæ, in cuius narratiua dicitur, quòd cauſa vertebat inter Vincentium filium ſpectabilis viri Stephani olim Franciſci de Podio, & Ser Angelum eius procuratorem ex vna, & dominum Hieronymum Philippi Petri ſe defendentem ex alia, & in diſpoſitiua ſententiæ dicitur (prædictum Vincentium, & Ser Angelum eius procuratorem dicto nomine non fuiſſe, nec eſſe inſtituendum in rectorem) &
4 certum eſt in iure quòd præſentatus, & patronus poſſunt agere ſeparatè, & coniunctim. Rot. dec.2. de iurep. in nou. Lambert. de iurepatr. lib.2.p.2.art.3. quæſt.8. ſed nec adiudicat beneficium tamquam liberum Hieronymo poſſeſſori, & reo, qui illud obtinebat ex reſignatione ſibi facta à Michaele auctoritate Papæ, cum derogatione iuriſpatronatus; ſed eſt ſimplex abſolutoria, & Iudex potuit moueri, ex quo beneficium non vacabat per obitum, & ideo præſentatus non erat inſtituendus.

Neque facit, quòd in eadem ſententia dicatur, (maximè quia nobis non conſtat de aliquo iurepatronatus, de quo aſſeritur pro parte Vincentij actoris:) Vnde iſta ſententia videtur nocere etiam patronis. Lambert. de iurepat. lib.2.p.2.quæſt.11. art. 9. per totum. Nam (quicquid dicendum eſſet, ſi iſta ſententia lata eſſet ſuper probationibus deductis, An noceret patronis) fuit reſpõſum, quòd cauſa non fuit introducta ſuper iurepatronatus, quòd apparet, quia patroni non erant in cauſa, vt colligitur ex verbis illis: (de quo aſſeritur pro parte Vincentij,) qui erat præſentatus, & qui ſolus proſequebatur ſuam præſentationem, & allegabat incidenter iuſpatronatus, vt patet ex eiſdem verbis ſententiæ (de quo aſſeritur) & ex illa expreſſione Iudicis non conſtat, quòd voluerit ferre ſententiam per modum cauſæ, quòd in hac facti ſpecie facere minimè poterat, ſed indicat motiuum, ex quo iudicabat reum inter alia eſſe abſoluendum (ſcilicet maximè quia nobis non conſtat de ali-
5 quo iurepatronatus de quo aſſeritur pro parte Vincentij;) ideò exceptio illius ſententiæ, & rei iudicatæ non obſtat in alio iudicio. Cald. conſ.2. de ſent. & re iudic. Io. And. in c. cum eccleſia Sutrina. nu.13. de cauſ. poſſ. & propr. Anchar. conſ.417. num.2. verſ. ea autem quæ per modum cauſæ; & ceſſat omnis difficultas etiam ſi patroni fuiſſent in cauſa, quod tamen non eſt verum, quia ſententia
6 eſt abſolutoria, ex quo nòn fuit probatum iuſpatronatus, ponderando verba (maximè quia nobis nõ conſtat de aliquo iurepatronatus, de quo aſſeritur pro parte Vincentij) & propterea non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio. Dyn. in reg. nullus pluribus. in princ. & verſ. regula autem. & verſ. contrarium autem prædictorum. de reg. iur. in 6.

Bart.

Bart.in l.2.§.1.nu.3.verſ.ſi verò abſolutoria fertur. ff. de vi bonorum raptorum. Socin. ſen.conſ.99.nu.4. lib.1.gloſ.in verb. abſolutus. in l.Iulianus. vbi Iaſ.nu.21. atteſtatur omnes tranſire. cum gloſſ. ff. de cond. indeb.

7 Neque ſuffragatur patientia patronorum vſque ad annum 1618. de quo tempore fuit mota lis, nam aut prætenditur ex non vſu eccleſiã acquiſiuiſſe libertatem; aut ex præſcriptione ſtatum beneficij fuiſſe mutatum; ſi primum, nihil releuans deducitur, quia cum ſit probatum iuſpatr. per ſolum non vſum, & negligentiam patronorum, eccleſia nõ acquirit libertatem; ſed neceſſarium eſt aliquod factum poſitiuum de directo contrarium ſeruituti, quòd hic non adeſt, vt ex mox dicendis apparebit, vt de ſeruitute vrbana, cui potius quàm ruſticæ, æquiparatur iuſpatronatus. eſt tex. in l. hæc autem. & ibi DD. ff. de ſeruit. vrban. prædior. Coraſ. in l. ſeruitutes. la 4. nu.41. verſ. requiritur ſecundo. ff. de ſeruit. & in terminis iuriſpatronat. Lamber. lib.3. quæſt.7. artic.7. Rot. dec.109. nu.8. & ſeq. p.2. & fuit dictum in cauſa Mediolanen. de Baradia. 2. Iunij. 1589. coram Comitulo. & in cauſa Imolen. iuriſpatronatus. 26. Martij. 1593. & in Papien. Archipresbyteratus. 9. Aprilis. 1601. corã bo.me. Card. Pamphilio. vel etiam requiritur ſcientia, & patientia patronorum, & quòd deſiſtant à præ-

8 ſentatione, credendo iuſpatr. ad eos non ſpectare, vel volentes præſentare non fuerint admiſſi, quæ etiam in hoc caſu non adſunt. l. ſi fortè. §. ſciẽdum. in fine. & ibi Caſtren. nu.4. ff. ſi ſeruit. vendicetur. Angel. in l. hoc autem. nu.3. poſt med. verſ. requiritur etiam. & num.4. verſ.4. & vlt. & ibi Caſtren. nu.3. ff. de ſeruit. Coraſ. in l. ſeruitutes. la 4. nu.41. in fin. ff. de ſeruit. vrban. præd. Rip. in c. cum eccleſia Sutrina. nu.64. de cauſ. poſſ. & prop. Calderin. conſ.15. de iurepat. Roch. in verſ. competens. quæſt.18. nu.44. Lambert. lib.2. p.1. quæſt.3. art.15. nu.3. Chiſſan. dec.72. & fuit reſolutum in proximè allegatis deciſionibus.

9 Si verò prætenditur ſecundũ, ſcilicet ſtatum beneficij, ex præſcriptione fuiſſe mutatum, & pariter nihil releuans deducitur, vt mox patebit: Vera enim eſt concluſio, quòd prouiſio Papæ, ſeu Ordinarij non mutat ſtatum beneficij. Dec. conſil. 126. in fin. Achill. dec.13. de iurepat. Caputaq. dec.189. p.3. Put. dec.7. de iurepat. niſi interueniat præſcriptio, ad quem effectum duo copulatiuè requiritur, & quod collatio fiat à legitimo Collatore ſcienter de beneficio iuriſpatronatus tamquam de libero, vel de regulare, tamquam ſeculari, & è conuerſo. Et curſus quadraginta annorum. gloſſ. in cap. cum de beneficio. in verbo, inſtitutus. & in verbo, legitimus. de præb. in 6. vbi etiam Lapus nu.1. Gemin. num.3. & 9. Franc. nu.5. Prob. nu.3. Felin. in c. in noſtra. nu.41. verſ. ſecundo nota. de reſcr. & benè declarat Rebuff. ſuper concordat. in rubr. de collation. §. volumus. in verbo, regularia. Sylua de benefic. p.3. q.11. nu.124. & ſeq. & fuit reſolutum in cauſa Peruſina S Beuignatis. 13. Martij. 1588. & 14. Martij. 1589. coram bo.mem. Card. Pamphilio. & in cauſa Cæſarauguſtana Præceptoriæ de Codos. 5. Nouemb. 1607. coram bo.me. Iuſto.

Hic autem non adeſt non vſus cõtrarius ſeruituti, vel alius actus poſitiuus, aut legitima præſcriptio, cũ collationes non fuerint factæ, vti de beneficio libero, nam etſi verum ſit, quòd prædictus Hieronymus nominatus in ſententia poſſederit vſque ad annum 1531. quo tempore reſignauit in manibus Papæ ad fauorem Antonij de Ruſticis, qui de anno 1541. obtinuit reualidatoriam, cum derogatione iuriſpatronatus, qui Antonius poſtea de anno 1558. reſignauit

ſignauit

signauit in manibus Ordinarij, qui contulit Francisco, qui rursus de anno 1560. retrocessit ad fauorē eiusdem Rustici, de quo tempore fuit facta prima vnio, tamen omnes istæ prouisiones ex resignationibus factis in manibus Papæ, incipiendo à resignatione facta in fauorem Hieronymi de anno 1512. fuerunt cum derogatione iurispatronatus, vt innotuit ex supplicationibus ostensis in Rota, dum causa ageretur coram R.P.D. meo Dunozetto, & propterea dici non potest, quòd præiudicauerint patronis, cum ecclesia non fuerit in statu libertatis stantibus prouisionibus, cum prædicta derogatione iurispatronatus, quia talis
10 derogatio præseruat iuspatronatus, & excludit intentionem acquirendi libertatem beneficio. Beto. in cap. 1. nu. 88. cum seqq. de iurepatr. Lamb. lib. 3. q. 7. art. 7. sub n. 5. Castad. dec. 10. num. 2. de conc. præb. & fuit dictum in allegata causa Mediolanen. de Baradia. 2. Iunij. 1589. coram Reuerendiss. Perusino. & in causa Papien. Archipresbyteratus. 9. Maij. 1601. corā bō. me. Card. Pamphilio.

Neque potest fieri vis in prima vnione facta, ex resignatione in fauorem eiusdem Rustici de eodem anno 1560. in manibus Papæ, neque in secunda de anno 1578. cum acquiescentia vsque ad annum 1618. de quo tempore, vt dictum est, fuit mota lis; nam neque ex istis vnionibus colligitur aliquis actus positiuus ex quo sibi præiudicauerint Podij, neque aliqua legitima præscriptio; non quidem actus positiuus,
11 quia de eo non apparet, non etiam legitima præscriptio, quia vnio fuit simoniaca, ex quo Papæ non fuerāt narrata pacta illicita, vt patet ex narratiua in secunda vnione de anno 1578. & sic ista vnio non valuit. Gemin. conf. 125. in princ. Anchar. conf. 397. nu. 4. neque minus valuit secunda de anno 1578. cum non fuerit narratum, quòd beneficium esset de iurepat. laicorum, & sic fuit subreptitia. Card. cons. 96. col. pen. vers. quoad causam secundam. cum alijs pluribus allegatis in quarta decis. R.P.D. mei Dunozetti, ex quibus resultat quòd neque adsit etiam
12 legitima præscriptio libertatis, cum deficiat in vnione scientia Papæ, quòd beneficium esset de iurepat. & deficit etiam cursus temporis 40. annorum, quæ duo copulatiuè requiruntur, vt supra probatum est, & quod plus est, neque etiam in alijs terminis iuris potest sustineri vnio, quia cum agatur de mutatione substantiæ beneficij non docto de legitima vnione, prout hic non docetur, requiritur, aut immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo. Philippus de Perusio inter consil. Felin. 2. num. 1. & 3. Rebuff. in tit. de vnion. num. 35. in fine. Rot. dec. 9. & 10. de reb. eccl. non alien. in antiq. & fuit dictum coram me in causa Feltren. Præbendæ. 6. Iunij. 1605. quæ quidē immemorabilis hic non adest, nec prætenditur, nec quadragenaria, cū titulo; nam quantum attinet ad titulum, cum vterque titulus vnionis sit infectus, neuter est habendus in
13 consideratione, cum requiratur titulus, ex quo causetur bona fides. Felin. in cap. in nostra. nu. 43. de rescrip. Gemin. in cap. cum de beneficio. num. 9. de præbend. in 6. Aegid. conf. 41. col. 1. nec etiam tempus legitimum quadraginta annorum interuenit, quia prima vnio habuit effectum cum titulo simoniaco ab anno 1560. vsque ad annum 1579. secunda verò à dicto anno 1579. vsque ad annum 1618. de quo tempore fuit mota lis, & sic vtraque vnio, neque in alijs terminis iuris sustinetur, tàm ex defectu tituli ad præscribendum, quàm ex defectu longissimi temporis, cum habito respectu ad vtrumque titulum, neuter eorum habeat cursum quadraginta annorum.

Ex quibus resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam.

Et in eadem coram eodem. 5. Martij. 1621.

SVMMARIVM.

1 *Conc. Trid. nil innouauit in probando iurepat. priuatarum personarum ultra ius commune.*
2 *Iuspat. potentium quomodo probetur.*
3 *Remissoria ex qua causa concedi soleat.*
4 *Vsurpationis præsumptio cadit in habente iurisdictionem temporalem in loco beneficij.*
5 *Idem est si iuspatr. competat familiæ potenti, & magnati.*
6 *Vt est familia Vrsina, Caracciola, Nobiles Veneti.*
7 *Remissoria quando denegetur.*
8 *Numerositas familiæ non probat potentiam.*
9 *Nec si illi de familia fuerunt facinorosi.*
10 *Et quòd familia fuerit expulsa, & exautorata.*

DECISIO XXXI.

POst factas resolutiones, quòd iuspatronatus satis erat probatum probationibus sufficientibus de iure communi, ex quo non versaba-
1 mur in familia potenti, quo casu Sacrosanctum Concilium Trident. sess. 25. cap. 9. de refor. vltra dispositionem iuris communis nihil innouauit. Gabr. cons. 192. num. 1. lib. 2. Menoch. cons. 241. num. 7. lib. 3. & præsump. lib. 3. præsump. 90. nu. 9. & seq. Achil. dec. 4. nu. 10. de iurepatr. Rot. dec. 331. nu. 1. p. 2. & aliàs pluries fuit in eadem Rota firmatum, licèt secus esset, si versaremur in persona potenti, vel aliàs tali, in qua cadat præsumptio vsurpationis, quo
2 casu iuxta formam dicti Concilij, si verus titulus fundationis, vel dotationis non ostenditur, requiritur immemorabilis, & præsentationes effectum sortitæ spatio 50. annorum, quæ probentur per authenticas scripturas, vt sæpè resoluit Sacra Congregatio, & Rota ipsa, & signanter in Sabinen. beneficij. 15. Decemb. 1581. coram fel. rec. Clem. VIII. vt in dec. 199. nu. 1. par. 2. propterea ad euitan. decisiones, & ad proban. hic agi de iurepat. familiæ potentis, datis articulis petebatur remissoria ad probandum quod ab immemorabili tempore citra, fuit semper in ciuitate Lucensi familia DD. de Podijs, & reddidit se semper cæteris familijs d. ciuitatis, ac etiam toti Reipublicæ formidabilem, in tantum, vt nemo auderet ipsis de Podio in aliquo contradicere, ortumq. fuerit vulgare illud: *Quando Poggio vuol poggiare tutta Lucca fa tremare*, quodq. fuerunt semper in d. ciuitate factiosi, bellicosi, & soliti bannitos, & sicarios, aliosq. huiusmodi receptare, & in proprijs domibus retinere, per quos modo hunc fustibus, & verberibus cedebant, modo illum interficiebant, & aliàs diuersimodè malè tractabant, quòd auxilium etiã præstiterint Vguccioni, & Castruccio, qui per tyrannidem Ciuitatem occuparunt, & quòd dd. de Podijs cõstituebant plusquam vigintiquinque familias, quæ omnes habitabant in dicto loco de Podio circumcirca d. ecclesiam, sicq. faciebant maiorem conuenticulam hominum, & militũ quam fuerit vnquam visum in aliqua alia Ciuitate Italiæ. Ex istis inquam articulis prætenditur resultare
3 releuantia Remissoriæ, propter quã solet concedi. Verall. dec. 59. nu. 1. & 68. nu. 1. par. 3.

Et licèt indubitatum sit quando agitur de Domino Castri, vel alio
4 habente iurisdictionem temporalem in loco beneficij agi de persona, in qua cadit præsumptio vsurpationis. Put. dec. 55. & ibi additio, & add. ad dec. 56. & seq. lib. 1. in nou. Chissan. dec. 67. Caputaq. dec. 128. p. 2. idem Put. decis. 3. & 8. de iurepatr. Mohed. decis. 10. nu. 2. eod. tit. Cott. dec.

dec. 356.& fuit sæpissimè resolutum, tamen idem est in iurepatronatus
5 competente familiæ potenti, & magnati. Afflict. decis. 104.lib.2. aliàs 1273.lib.3.p.3.Achill.dec.4.nu.10. de iurepat. Crescent. dec.1.eod.tit. Chiffan.dec.67. Io.Paul.dec.8. aliàs
6 dec.842. lib.3.par.3. vbi de familia Vrsina. Cotta dec.356. Peregr.dec. 5.lib. 2. & fuit resolutum in causa Neapolitana Capellaniæ.29.Ianuar. 1571. coram Card. Lancellotto seniore. vbi de familia Caracciolis,& in causa Sabinen. Beneficij. 15.Nouemb. 1582. coram fel. rec. Clem. VIII. vt in dec.199.nu.1.p.2.vbi de familia Vrsina.Seraph.dec.952.n.6. vbi de Nobilibus Venetis in Statu Venetorum. & in Sabinen. iurispatronatus. 26.Octobris.1594.coram Litta. & 6.Martij.1596. coram Penia. vbi de familia de Sabellis.

Istis tamen non obstantibus Domini censuerunt denegandam esse remissoriam, quia & si ista familia Nobilissima sit, permaximam nihilominus calumniam, vt mox probabitur, articulatur potentia talis, in qua cadat præsumptio vsurpationis,
7 quo casu remissoria denegatur, vt fuit resolutum in causa Caurien. Iurisdictionis.26.Februarij.1587. coram Robusterio. eoq. magis, quia vt etiam ex statim dicendis apparebit, articuli sunt valdè inuerisimiles, quo etiam casu remissoria denegatur.Rot.decis.23.de testib. in antiq. Imol.in c.quia verisimile. num.1.de præsumpr.Tiraquell. in l.si vnquam. in præfat.nu.38.in fin. C. de reuoc. donat. & fuit dictum in causa Toletana Prioratus.10.Maij.1595. cotã bo. mem. Pacen. & aliqui sunt irreleuantes, ex quo etiam capite remissoria denegatur. Verall.decis.66.& 68.par.3. nam primò, quatenus ar-
8 ticulatur numerositas istius familiæ de tempore antiquo, ista numerositas etiam probata nihil releuat ad probandam assertam potentiam;imò per scripturas probatur contrarium, scilicet ex instrumento anni 1370. in quo in electione Consulis contradæ S. Laurentij de Podio, solum conuenerunt quatuor personæ de domo Podia, & ex alio instrumento præsentationis anni 1426. In quo tantum quinque totam familiam cõstituentes conuenerunt ad præsentandum, & deinde anno 1390. solummodo nouem cõuenerunt, quorum plures erant patres, & filij; vnde cum ista numerositas excludatur per probationem factam per scripturas,non est danda remissoria ad probandum contrarium per testes. Aegid.dec.9.Atet.cons.65.nu.2.Mandel.cõs.6.n.10. Seraph.d.dec.1460. semper enim maior fides adhibetur scripturis quã testibus.l.census.ff.de probat. glo.in cap. tertio loco. ver. testiũ.eod.tit. Seraph. d.dec. 1460. & quamuis opponi possit, quòd instrumenta, & articuli non sunt contraria, cum stent simul, quòd prædicti solum præsentauerint,& quòd nihilominus familia esset numerosa, tamen cum hoc articuletur ad effectum vsurpationis, ad hunc effectum consideranda est numerositas, quæ tamen ex dd. præsentationibus excluditur.

Dum verò articulatur, quòd fuerunt facinorosi, & bellicosi, non inde resultat quod familia esset ita po-
9 tens, vt in ea cadat suspicio vsurpationis, præsertim cum delinquentes fuerint puniti, ac etiam vltimo supplicio damnati, ex qua re resultat inuerisimilitudo, & vehemens calumnia alterius articuli, quod ita se reddiderint formidabiles Reipublicæ, & Ciuitati, vt nemo contradicere auderet, quia si delinquentes fuerunt puniti signum est euidens, quòd articulus non continet veritatem. Et ex quantitate familiarum, & ex prædictis cessat articulus, qui continet,quòd ipsi facerent conuenticulam maiorem, quàm in quacunque alia Ciuitate; Illud verò dictum mutuatum à ciuitate Firmi, scilicet,

f 2 Quan-

Quando Fermo vuol fermare, tutta la Marca fa tremare, fuit visum satis ridiculum, & contrarium ex prædictis apparet, ex quibus etiam cessat id quod dicitur Dominos de Podijs auxilium prestitisse tyrannis, & quòd dd. tyranni, vt se in tyrannide conseruarent tolerabanr omnia malè facta DD. de Podio, vt eos fauorabiles haberent, & eorum delictis oculos claudebant, quia de hoc historici nullam faciunt mentionem, quamuis illorum tyrannorum gesta satis prolixè recitent, & inuerisimile est quòd hodie per testes posset probari in re tàm antiqua id, de quo historici qui tyrannorum vitam ex professo scripserunt, nullam fecerint mentionem, & fuit consideratus vltimus articulus, in quo articulatur quòd Domini de Podio tentarunt vsurpare iuspatronat. ecclesiæ S. Iuliæ, qui retorquetur, nam si non potuerunt vsurpare d. ecclesiam, nec credendum est aliam potuisse vsurpare, & est irrelcuans, quia hoc probato non inferrur perneceſſe, quòd vsurpauerint ecclesiam S. Laurentij, de qua agitur.

Et mouit etiam Dominos, quia non controuertitur, quòd ab anno 1522. cirra, & sic à centum circiter annis ista familia fuerit exauthorata, & pro maiori parte expulsa à Ci-
10 uitate propter homicidium cōmissum in personam Vexilliferi illius Reipublicæ; quare visum fuit satis inuerisimile aliquid posse probari, quod releuet, quia probariones in omnem euentum non possenr fieri nisi per famam, quæ satis eliderctur ab omnibus supra ponderatis, ac ex multis visitationibus, in quibus DD. de Podio non solum receperūt Episcopos visitantes, & eorum Vicarios, sed etiam eorum præceptis, & mandatis paruerunt, prout conuenti ad præstanda legata condemnati fuerunt ab Ordinario, & mandata contra ipsos fuerunr relaxata, sententiaq. contra præsentatum ab eis lata fuit de anno 1513. & ex alijs actibus ponderatis in alijs decisionibus, qui clarè probant absque vllo timore Ordinarium exercuisse suam iurisdictionem in eosdem, & ipsos obedientiam præstitisse, nec retorqueatur, potentia ex occisione d. Vexilliferi, quia notum est magnos Principes nedum à Nobilibus, sed etiam ab infimis personis occisos fuisse, vnde perneceſſe concludi non potest, quòd familia sir ex illa potentia, vt maiores probationes fieri debeant in probatione iurispatronatus, quàm illæ quæ de iure communi requiruntur, licet negari non possit quod familia sit nobilissima, ita tamen, vt in ea non cadat timor vsurpationis per supradicta.

Et sic resolutum non esse dandam remissoriam, &c.

Et in eadem coram eodem. 31. Martij. 1621.

SVMMARIVM.

1 *Patronorum consensus ex cursu 30. ann. in vnione beneficij iurispatr. præsumitur.*
2 *Antiquitas non saluat id, de quo ab initio non fuit actum.*
3 *Contradictio interrumpit non impletam præscriptionem.*
4 *Consensus expressus patroni quando requiratur.*
5 *Familiæ potentia quando ex historijs probetur.*
6 *Probatio quando requiritur de certo tempore, de eo fieri debet.*

DECISIO XXXII.

Post resolutionem factā 20. Nouembris superioris anni, quòd sententia Rotalis esset confirmanda, ad impediendam expeditionē causę duo runc opponebantur. Primò,
1 quòd ex cursu 30. annorum præsumebatur consensus patronorum in vnione beneficij iurispatronatus de quo

quo agitur. Roman.conf.275.nu.2. & 252.nu.3.verf.quoad tertium. Afflict.decif.368.nu.4. Boer. dec.345. nu.5. Secundò, quòd non erat deneganda remissoria ad probandum familiam fuisse talis potentiæ, vt in ea cadat timor vsurpationis. Ad primum fuit responsum, quòd fortè procederet si beneficium fuisset vnitum tamquam de iurepatronatus, & ideo abundè fuit satisfactum in decisionibus, dum fuit probatum hic neque non vsum adesse, neque legitimam præscriptionem, cum non adsit immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo, cum enim beneficium non fuerit vnitum tamquam de iurepatronatus, non potest considerari aliquis consensus, qui præiudicet, sicuti si bona ecclesiastica tamquam propria alienarentur, non posset medio tempore præsumi beneplacitum Apostolicum, cum bona non tamquam ecclesiastica, sed tanquam propria fuissent alienata, an-
2 tiquitas enim non potest saluare id, de quo ab initio non fuit actum. Castr.conf.81. num.3. verf. & si dicatur propter antiquitatem. lib. 2. Alex.conf.1.num.21.lib.4. Felin. in cap.sicut. num.33.verf.7. & vltimo. iuncto verf. benefateor. de sent. & re iudic. Gabr.de præsumpt.concl.1. num.57.in 4. limit. & propterea suf-
3 ficit quòd ante adimpletam legitimam præscriptionem DD. de Podijs contradixerint cum scirent ius suum saluum fore. l.sicut.§.non videbitur. ff.quib. mod. pign. vel hypothec. soluat. taciturnitas enim ab initio illis non præiudicauit, etiam præsupposita scientia, quæ ab eis negatur, cum non probetur antea de ea vnione habuisse notitiam, & etiã si illam habuissent non noceret, cum
4 requireretur ad hunc effectum expressus consensus. c. cum omnes. de constit. vbi gloss. verb.constitutum. post med. verf. sed numquid est verum. Felin.num.15. & cæteri Doct. & propterea taciturnitas quoad suorum iurium diminutionẽ, seu actionis competentis sublationẽ pro consensu non habetur. l.inuitum. ff.de seruit.vrban.præd.l.in eo. verf.deinde ait lex. ff. de ritu nupt. Felin. in cap. nonne. num.11. & 12. de præsumpt.

Ad secundum verò Domini dixerunt, quòd disputarem Dubium super eo, An esset danda remissoria, quo proposito 5. Martij huius anni fuit resolutum pro denegatione, ex rationibus de quibus in decisione, & cum supradicta die in relationibus causarum iterum instaretur pro repropositione Dubij, An esset danda remissoria, Domini ordinarunt quod procederem ad expeditionem, cum nihil releuans deduceretur: nam inculcabatur potentia huius familiæ de Podijs ex adhærentia tyrannis, & prætendebatur de ea dari fumum ex
5 historijs impressis, & alijs manuscriptis, itaut danda esset remissoria, sed illis visis Domini dixerunt multò magis procedendum esse ad expeditionem causæ denegata remissoria, quia prædictæ historiæ de directo probant hanc familiam, licèt generosæ nobilitatis sit, non esse eius potentiæ, vt in ea cadat præsumptio vsurpationis.

Dum ponderatur historia impressa in vita Castruccij fol. 30. nihil releuans deducitur, nam in ea habetur. *Fù consigliato da M. Cola Porco di Poggio, vno di detti Antiani, che altri che Castruccio Antelminelli non poteua esser general* Capitano, *e Gouernatore loro, che sarebbe bene nõ eleggerlo più per sì breue tempo, ma per dieci anni comínciando dal fine dell' vltima condotta per tutta la Balia, e Potestà contenuta nella prima elettione, con stipendio di ciascun' anno di fiorini 4. mill. d'oro, con tutti l'emolumenti delle terre*. Quãdo hæc consuluit iste nobilis de Podio nondum incœperat tyrannides Castruccij, & vtcumque sit aduertatur ad ea, quæ secuta sunt de anno 1322.

quæ excludunt, & adhæsionem tyranno, & potentiam familiæ, vt colligitur ex alia afferta historia manuscripta, qua ipsimet beneficiati ad probandam ipsorum intentionem vtuntur, in qua habetur; *In quell'anno ritornando il Sig. Duca Castruccio di Lunigiana, e della Riviera di Genoua, intendendo che Stefano di Poggio Cittadino di Lucca di grande autorità, e seguito, haueua morto D. Lando da Castrano suo Offitiale, dubitando di non esser riceuuto nella Città, si fermò per alcuni dì nel Contado di Pisa appresso Ripafratta: In questo tempo lo reggimento della Città fece fare la Giustitia contro del predetto Stefano, e così seguita, li Capi della Casa Poggesca, come innocenti si presentorno al detto Signor Castruccio lo quale tutti fece metter prigione, & erani li detti Capi, questi Bernaduccio, Stefano predetto, & Arrigo, alli quali dipoi nella Città publicamente fece loro tagliare le teste, e fece disfare le Torri, e Case loro, e de fratelli, con la Loggia di Poggio, e l'altri Huomini, Capi, & atti all'armi di detta Casa, confinò in Lombardia.*

Et prędicta comprobantur ex alia afferta historia data pro beneficiatis, in quadam pagina volanti, quæ excludit omninò potentiam, & percutit annum 1334. in ea enim sic habetur. *Tuttauolta accadendo qualche accidente per causa di quelli, si come in breue auuenne, che forsi 200. fanti di Lucca Fuorusciti si erano fatti forti al Poggio di Pedona sopra Camaiore, e dauano gran disturbo à quelli del gouerno, per la qual causa vi fù da loro mandato gente della Città, e quelli circondati da ogni banda presero, e la più parte di loro condussero prigioni, dandoli conueneuoli supplicij, & ad alcuni lasciarono in detto luogo morti, tra li quali vi furno di quelle famiglie Nobili di Poggio; Ribebbero all'hora i Lucchesi Pietra santa, che teneua Nicolò Porco di Poggio, il quale per mantenersela haueua impetrato l'aiuto de' Fiorentini, e li mãdorno 200. Caualli, e da 300. Fanti, onde scacciati i presidij, alcuni di quel Castello, che furono authori della ribellione, si diedero condannati alla morte.*

Denique alia afferta historia de anno 1522. vltra quod est simplex copia, nihil releuans adducit, in ea enim habetur. *Era in quelli tempi la famiglia de Poggi in la Città potente, e copiosa d'Huomini, e la più parte giouani licentiosi assai: Il che causaua, che da molt'altri erano seguiti, e per ciò molto temuti, e riguardati, e questa lor grandezza era di già trascorsa per fino nella bocca de i fanciulli, i quali si come sogliono fare alle volte tra loro esclamando diceuano, Quando Poggio vuol poggiare tutta Lucca fa tremare, e la mandauano in Rima.* Et inferius in eadem prætensa historia dicitur, *Dico dunque, che come di sopra è fatta mentione, era la famiglia de Poggeschi (che così anticamẽte si chiamauano, hoggi de Poggi) nella grandezza, e valor detto, per il che erano diuenuti altieri, & arroganti di tal sorte, che alli Cittadini della Città dauano in breue timor di qualche grande inconueniente.*

Sed si benè perpendatur integra historia etiam quod esset in forma probanti, nihilominus ex ea nõ probatur, quòd ista familia esset talis potentiæ, vt in ea cadat timor vsurpationis; nam in eadem historia post dicta verba legitur. *e per ciò erano incominciati ad esser ritenuti alquanto adietro dalle cose del gouerno, & altri non tanto Nobili quanto loro anteposti, per il che teneuano con li grandi della Città vna celata inimicitia, &c.*

Ex quibus apparet vltra ponderata in decisionibus, quòd dum delinquebant puniebantur, & quòd minus nobiles ipsis anteponebãtur, & potentia, & numerositas familiæ, non erat de tempore, quo prætenditur iuspatronatus fuisse probatum; imò ex decisione manifestè apparet de

de contrario. Vnde ista probatio ni-
6 hil facit, quia cum requiratur de certo tempore, de eo non probatur. Bald. in auth. præterea. nu.4.C.vnde vir. & vxor. Ias. in l. si constante. nu. 45. ff.sol.matrim. Ad illud verò puerile. *Quando Poggio vuol poggiare &c.* mutuatum à ciuitate Firmana de quo Leander Albertus in descriptione Italiæ dum agit de ciuitate Firmana, fuit responsum in decisione, & verè apparet esse dictũ puerile, prout prædicta dicit historia. Et ita &c.

Et in eadem coram eodem. 28. Maij. 1621.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria quando sit deneganda.*
2 *Probatum per scripturas frustra petitur, vt probetur per testes.*
3 *Antiquissima melius probantur per scripturas, quàm per testes.*
4 *Probatio per scripturas in materia antiqua hominum memoriam excedente fortior est, quàm probatio per testes.*

DECISIO XXXIII.

1 Visum fuit Dominis remissoriã non esse concedendam, & sic standum esse in decisis, nam cum hęc familia vsque de anno 1522. fuerit exauthorata certum est, quod articuli non possunt probari, nisi per famam, & cum pro parte beneficiatorum datæ fuerint plures historiæ ex quibus prætendebatur euitari calumniam articulorum, quæ ferè in substantia continẽt id omne, quòd cõtinent articuli, visum fuit Dominis denegare remissoriam, sed suppositis fine veri præiudicio historijs, & fama eorum, quæ in dictis historijs continentur, disputari dubium super potentia Dominorum de Podijs ad effectum de quo agitur, qui est, vt videatur, An versemur in familia potenti, vt inde resultet quòd decisiones, quæ firmant constare de iurepatronatus non subsistant, quasi requirantur maiores probationes. iux. Conc.Trid.cap.9.sess.25. ratio resolutionis fuit, quia frustra petitur
2 ad probandum per testes, quòd per scripturas est probatum, aut probari potest. Felin. in cap.1.nu.4. de appel.Rot.dec.10.nu.6. de offic.deleg. in nou. & dec.6.de probat.in nou.& decis. 44. de testib. in antiq. Afflict. dec.398. num.4. Aegid. decis. 384. Vestr. in prax. cap.vlt. num.2. in fin. lib.6. & ideo præsupposito, vt supra quòd fama sit probata, fuit restricta difficultas ad contenta in historijs tantum, tum quia agitur de gestis
3 antiquissimis, quæ melius probantur per scripturas, quàm per testes. Rot. in Gerunden. Augumenti. 18. Iunij. 1601. coram Illustriss.D.meo Card. Sacrato, quæ est dec.45.nu.2.in fin. par. 2. in recent. tum etiam, quia in materia antiqua hominum memo-
4 riam excedente fortior est probatio, quæ habetur per scripturas, quàm probatio facta per testes. l.census.ff. de probat. gloss.i n cap. tertio loco. ver. testium. versic.item considerabit Iudex. de probation. & Socin. consil. 187. num. 18. lib. 2. Aym. consil.54. num.15. Roland. cons.2. num.59.lib.1. Paris.cons.104. num. 46. lib. 1. Rot. in causa Spoletana Bonorum.13.Iunij.1608.coram Reuerendiss. Lugdunen. quæ est decis. 223.nu.13.par.2.in recent.
Et ita &c.

Et in eadem coram eodem. 14. Iunij. 1621.

SVMMARIVM.

1 *Vsurpatio iurispat. præsumitur in persona potenti, & magnate.*
2 *Quæ præsumptio cessat dato concursu paris, vel maioris potentiæ Episcopi.*
3 *Potentia probatur ex diuitijs, amicis, nume-*

numerositate personarum, & familiarium, & populari existimatione.

4 *Seu arbitrio, & religioni iudicantis relinquitur.*

5 *Potentia ex quibus non resultet, immo excludatur.*

DECISIO XXXIV.

CVm Domini beneficiati agentes pro suo Collegio incessanter iura sua tuerentur, & prætenderent iuspatronatus de quo agitur nō esse probatum, ex quo illud à familia potenti prætenditur, & ideo non sufficere probationes adductas, sed requiri maiores, iuxta Sacrosl. Concilij Decretum, in cap. 9. sess. 25. de reform. quod propter dictionem (plerumque) qua Concilium vtitur habere locum etiam quando cessat præsumptio vsurpationis si prætendatur à persona potenti, vel magnate, vel ab vniuersitate, censuit Congregatio Illustrissimorum Interpretum, & dixit Rota in causa Sorana Iurispatronatus. 28. Aprilis. 1603. coram bo. mem. Card. Pamphilio. vbi fuit reprobata decisio in causa Toletana Iurisdecimandi. 3. Maij. 1582. in qua dicebatur, quòd dato concursu paris, vel maioris potentiæ Episcopi, cessat vsurpationis præsumptio, & cum dicta decisione Sorana concordat alia decisio in causa Iacen. Parochialis. 27. Iunij. 1603. coram eodem bon. mem. Card. Pamphilio.

Ideo sine veri præiudicio præsuppositis historijs pro legalibus, & quod probata sit fama quoad contenta in dictis historijs. Dubitaui An constaret de potentia Dominorū de Podijs in casu, & ad effectum de quo agitur, qui est, vt supra dixi, An requirantur maiores probationes ad probandum iuspatronatus, & Rota censuit, non constare de tali potentia, quæ obstet, nam licet potentia probetur ex diuitijs, amicis, numerositate personarum, & familiarium, & populari existimatione. Doctor. in l. 1. ne liceat potentiori. & cap. fin. vbi Cardin. nu. 3. & 5. de alienat. iudic. mut. ca. fact. attamen in hac facti specie in iudicanda potentia, placuit opinio Bald. in cons. 151. sub num. 1. vers. nam illa lex. lib. 1. vbi asserit hoc relinqui iudicantis religioni, secundum quam placuit Dominis non probari talem potentiam, itaut in probādo iurepatronatus maior probatio quàm ordinaria requiratur, quia in iudicando nedū verba Concilij, sed etiam mens est attendenda, vt in simili dixit Baldus loco proximè allegato.

Et vt clarior pateat responsio ad ea, quæ obijciuntur tria tempora distinguenda sunt. Primum ante annum 1358. de quo tempore incipiūt præsentationes, & aliæ probationes huius iurispatronatus. Secundum tempus post dictum annum 1358. vsque ad annum 1522. de quo tempore sumuntur probationes iurispatronatus, vt in decisionibus factis in hac causa. Tertium tempus à dicto anno 1522. citra.

5 Quantum attinet ad primum, nihil releuat. quod de anno 1194. filij Raymundi de Podio vendiderint Communi Lucensi syluam Regiam de Monte Filectori, quia ista venditio vendentium indigentiam denotat, non autem concludit ad talem potentiam, quæ obstet præsertim cum longè excedat annum 1358. à quo incipit probatio iurispatronatus, vt dictum est. Prout etiam non releuat quod de anno 1214. Fanuccius de Podio fuerit vnus ex Equitibus, qui armatim in mercatorum Consules irruerunt, vt eos occiderent, quia ex hoc probatur Equites illos voluisse committere facinus, nō autem ex eo resultat talis potentia, vt intret Concilij dispositio, quę potentia neque ex eo potest elici, ex quo historia nominatis dicto Fanuccio, alijsq. complicibus subdat;

& molti

& molti altri Caualieri: E Grandi di Lucca andorno armati, quæ verba denotare videntur etiam Fanucciũ fuisse Equitem, & ex magnatibus ciuitatis Lucensis, quia numquam fuit negatum hanc familiam esse generosæ nobilitatis, & admittitur hoc posse dici ex dicta historia, sed negatur inde resultare potentiam, quæ obstet. Neque etiam potentia colligitur, ex quo Vguccionus de anno 1314. auxilio nobilium de Antelminellis, Quartigianis, Pogginghis, & Honestis, Ciuitatem Lucensem cœperit teste Ioanne Villano; quia cum supradictæ familiæ sequerentur partem Ghibellinam, & prius pars Guelpha Ciuitatẽ occupasset Vguccionus tempori obsequens, auxilio dictorum Ciuium Ciuitate potitus est, vel potius redemit à Guelphis, & eius dominium (vt patet ex Iouio in suis elogijs) breui expirauit, cessat potentia, quæ obstet, vel ex omnibus simul iunctis, cum eædem familiæ modo præualerent, modo succũberent arguitur æqualitas familiarũ, vel potius illorum temporum calamitas, quam aliqua potentia, maximè, cum etiam istis temporibus malè actum fuerit de familia Podiorũ, & eandem denotat calamitatem historia de anno 1316. dũ narrat Castruccium Antelminellum, tunc propter varia delicta ab Vguccioni filio fuisse carceribus mancipatũ, vt post Vguccioni patris aduentũ morti traderetur, post recessum dd. patris, & filij fuisse à populo liberatũ, & auxiliantibus Quartigianis, Pogginghis, & Honestis, Dominum Ciuitatis, acclamatum, cum appareat hæc populum egisse consentientibus, & operantibus dictis Nobilibus, quos plurimum in Ciuitatibus auctoritate pollere notum est, non tamen inde perneceсse resultat probatio potentiæ secundum Concilij terminos, ex quibus parum facit, quòd de anno sequenti 1317. Castruccius electus fuerit Dominus Ciuitatis à Consiliarijs eiusdem, ita consulente Cola Porco de Podio, tunc vno ex Antianis; quia si ex hoc deduci posset potentia, viri omnes alicuius auctoritatis, & Consiliarij inter potentes essent habendi, quòd ad effectum, de quo agitur non est verũ, vltra quod actus iste nihil facit, cum non viribus, sed Consilio Podius persuaserit electionem.

Item parum faciunt narrata per Ioannem Villanum in sua historia cap. 126. scilicet, quòd Pogginghi de anno 1328. cum adhærentia suorum amicorum, magnatum, & populariũ tentauerint expellere filios Castruccij de Antelminellis, tunc defuncti, eorumq. sequaces, qui in eorum auxilium Ludouicum Bauarum Imperatorem, tunc Pisis commorantẽ vocauerant; quia patet responsio ex eademmet historia in qua dicitur, quòd plures ex Pogginghis, & sequacibus expulsi fuerunt, & eorum domus combustæ, & quod pro libertate patriæ dimicabant, & vt ibi dicitur: *Per non volere la Signoria de Tiranni, cioè de figli di Castruccio, & d'altri dell'Antelminelli*, & propter hoc habebant adhærentiam popularium, & amicorum.

Quod de anno 1330. Equites Pauli Quartigiani, cum Pogginghis, & Auogadris in Florentinorum manus tẽtauerint tradere Ciuitatem, eo quia tunc malè tractarentur à Gherardino Spinula eo tempore dominante, nihil facit, quia principales erant Equites, & si fuissent potentes id quod animo conceperant ad exitum perduxissent, & vt dictum est prædicta ostendunt calamitatem, & inconstantiam illorum temporum, in quibus partes, seu factiones impunè vigebant, & vnicuique licitum erat adhærere, cui vellet, & si de Podiorum familia sit expressa mentio id euenit, quia inter aliàs erat generosa Nobilitate conspicua.

Et quòd prædicta vera sint satis patet, quia de anno 1282. Episcopus

pus Lucensis relaxauit mandata cōtra istos de Podijs, quòd deducitur non vt ex hoc potentia excludatur, sed vt ostendatur, quòd aqualiter cum alijs Ciuibus tractabantur; Secundò hoc etiam suadetur, quia de anno 1322. primo Magistratus Lucensis vnum ex ista familia vltimo supplicio affecit, & deinde Castruccius tres alios de eadem familia propter idem delictum capite mulctauit, vt latè fuit consideratum in decisione extensa in relationibus causarum 30. Martij huius anni; immò circa illud tempus domus hæc declinare cœpit; nam de anno 1335. Nicolaus de Podio coactus fuit vendere Florentinis Castrum Petræ sanctæ, cum diffideret illud retinere se posse, nec ab illis pretium consequi potuit, signum etiam euidens inconstantiæ, & tumultuum illorum temporum, in quibus vnicuique fas erat pro suo libito voluntatis agere, & non victis, sed victoribus adhærere, & de hac familiæ declinatione latius infra dicetur.

Et hæc quantum attinet ad primum tempus, in quo si aliqua potētia potest considerari ex peculiari ingenio hominum huius familiæ prouenit, eaq. cessauit de tempore, quo fuit facta prima præsentatio, de anno 1358. de quo tempore vsque ad annum 1522. quod concernit secundum tempus, nihil consideratione dignum adducitur, nam quod de anno 1392. post conflictum inter Rapundos, & Guinisios habitum, Lazarus Guinisius, qui victor extiterat, & palatium Ciuitatis occiso Vexillifero, fugatisq. cæteris Antianis occupauerat, Stephanum de Podio sibi fidum ad Rapundos transmiserit, vt arma dimitterent, id nō denotat potentiam aliquam, sed potius confidentiam cum Guinisio, prout nec etiam potentiam denotat, quòd Paulus Guinisius, qui Lazaro successit anno 1400. duodecim Ciues Dohanę Gubernatores elegerit, & inter alios dictum Stephanum de Podio, & inter duodecim Consiliarios Ioannem de Podio, & successiuè anno 1401. Stephanum prædictum, quia ista demonstrant in familia nobili Viros Consulares adfuisse, non autem pernecesse potentes potentia damnabili, & propter quam maiores probationes in probando iurepatronatus requirantur, & fuit etiam consideratum, quòd de anno 1360. duo de Podio interuenerunt cum æqualitate in Consilio 50. bonorū Ciuium, & quòd de anno 1430. in Consilio generali 100. Ciuium interuenerunt pariter duo de Podio cū eadem æqualitate, & finita tyrannide, Guinisij fuerunt electi per duos menses 12. Viri inter quos Stephanus de Podio, quòd non fuisset factum, si fuisset potentia damnabilis, ne iterum Ciuitatem tyrannus inuaderet.

Comprobantur prædicta, quia his temporibus Podiorum familia non quoad sanguinis nobilitatem, sed quoad diuitias declinare cœpit, nam de anno 1331. Nicolaus de Podio mutuo accepit florenos quatuor, cū promissione illos restituendi infra sex menses, anno verò 1342. alter Nicolaus, & alij duo receperunt mutuo florenos 13. cum obligatione de restituendo infra quatuor menses, & de anno 1343. Ciomeus de Podio conduxit vnam domum ad tres annos pro annua pensione librarum 30. constituen. scuta 4. & de eodem anno alius de Podio recepit mutuo libras 7. quæ nec integrum scutum constituunt, & demum de anno 1372. Gaduccius de Podio conduxit vnam domū ad annos 10. pro modica annua pensione librarum 12.

Vlterius quòd prædicta vera sint comprobantur ex alijs particularibus actibus, ex quibus isti de Podio, prout alij Ciues ordinarij tractabantur, nam ab anno 1314. citra plures de domo Podia fuerunt conuenti

cotam

coram Vicario, Prætore, & Consulibus Mercatorum, fuerunt contra illos executæ Citationes absque vllo impedimento, & timore, fuerunt latæ sententiæ,& executioni demandatæ, & quendam etiam rusticum coram supradictis Consulibus quidam de Podio vocauit ad iudicium, & rursus de anno 1391. & 1422. fuerunt contra ipsos per Vicarium relaxata mandata,& in specie quantum attinet ad iuspatronatus,de quo agitur à dicto anno 1358. quo incœperunt præsentationes, fuerũt factæ plures visitationes ab Episcopo, & Podij paruerunt,vt fuit consideratum in alijs decisionibus, & de anno 1356. & sic antequam constet de aliqua præsentatione petierunt licentiam fundandi Capellaniã sancti Stephani in ecclesia S. Laurentij, & successiuè de anno 1401. petierunt licentiam vendendi casalenum commune inter d. ecclesiam S. Laurentij, & operam illius.

Quantum attinet ad tertium tempus, licèt ostendatur de anno 1522. quosdam de Podio interfecisse Vexilliferum, & tentasse occupare ecclesiam S. Iuliæ, attamen quicquid dicendum esset, An ex isto solo actu probaretur potentia, fuit responsum ante istud tempus absque exceptione iuspatronatus fuisse probatum. Secundò, quòd licèt iste actus per se consideratus potentiam denotaret, attamen in hoc casu ostendit temeritatem,cum post delictum exauctorata fuerit hæc familia,vt neque adhuc caput sustulerit, quòd non esset si fuisset actus merè potentiæ, & non temeritatis, quòd etiam ostenditur in casu de quo agitur, ex quo paulò ante dictum excessum, videlicet de anno 1514. Vicarius tulit sententiam contra Vincentium de Podio ab vniuersa familia præsentatũ.

Ex quibus conclusum licèt constet de generosa nobilitate familiæ de Podijs non probari talem potentiam,propter quam in probando hoc iurepatronat. requiratur maior probatio quàm ordinaria, iuxta decisiones in hac causa factas, &c.

R. P. D. BVBALO

Lucana Canonicatus. 14. Maij. 1590.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatr. quando ex augumento dotis acquiratur.*
2 *Resignatio si sit nulla, ius remanet penes resignantem.*
3 *Iuspat. competens ex augumento dotis fuit reuocatum in aliquib. casibus.*
4 *Vel potest ab Ordinario reuideri.*
5 *Resignatio beneficij patronati est inualida sine derogatione iurispat.*
6 *Iuspat. mixtum quoad derogationem censetur laicale.*
7 *In simplici derogatione non includitur iuspatr. Principum.*

DECISIO XXXV.

MAtthæus Dinellus obtinens Canonicatum in Collegiata ecclesia S. Michaelis in foro Lucañ, illum resignauit in manibus Papæ ad fauorem Alexandri Marcutij, qui de eo fuit prouisus à Sede Apostolica. Postea vero illinc ad paucos dies post tamen viginti decessit d. Matthæus,Domini autem de Gilijs prętendentes habere iuspatronatus ad omnes Canonicatus, & præbendas in d. ecclesia Collegiata, ac etiam d. Canonicatum vacasse per obitum Matthæi pręsentarunt Sigismundum Puccinum,qui postea obtinuit institutionem, ac etiam immissus fuit in possessionẽ dicti Canonicatus. Orta deinde cõtrouersia inter Sigismundum, & Marcucium,necnon DD. de Gilijs pro eorum interesse iurispatronatus,& causa commissa in Rota. Dubitaui particulariter, An constaret de iurepatronatus DD. de Gilijs ad effectum, vt præsentatio, & institutio

stutio Sigismundi sit valida, & ad effectum, vt gratia Marcutij corruat, & Domini concluserunt constare de iurepatronatus ad prædictos effectus non quidem ex dotatione, & fundatione, nec ex mero priuilegio, sed ex augumento dotis assignatæ per dictos Dominos de Gilijs, vt apparet ex Bulla Leonis Decimi de anno 1518. in qua Papa in erectione dictæ Collegiatæ reseruauit iuspatro-
1 natus Ioanni Paulo, & Matthæo de Gilijs, suisq. hæredibus, & successoribus in perpetuum ad Decanatum, necnon Canonicatus prædictos, ex eo quia ex augumento dotis postea assignarunt scuta duo millia vltra redditus ecclesiarum vnitarum dictę Collegiatæ, necnon declarauit huiusmodi iuspatronatus esse laicorum, & quod illi non censeatur derogatũ nisi solum, & dumtaxat casu quo etiam si laicorum Principum tantum ex fundatione, & dotatione fuisset communiter derogatum, aut derogari consueuerit.

2 Cum igitur constet de iurepatronatus laicorum resignatio facta in fauorem Marcutij non potest sustineri, & consequenter ius remansit penes resignantem, & intrat præsentatio facta vti de canonicatu vacante per obitum illius.

3 Nec obstat, quòd regula Adriani reuocatoria iurispatronatus cõpræhendat etiam iuspatronatus de quo agitur ex augumento dotis concessum, quia in hac causa producta fuit gratia Pauli Tertij, in qua hoc iuspatronatus reualidatur, non obstãte derogatione d. regulæ Adriani, quæ reualidatio reducit rem ad pristinum statum.

4 Nec dici potest huiusmodi iuspatronatus subiacere derogationi Cõcilij Tridentini sess. 25. cap. 9. quia vt Sacra Congregatio declarauit in d. cap. 9. subijciuntur examini & reuisioni Ordinarij patronatus concessi à 40. annis citra, illi vero qui ante 40. annos concessi fuerunt ex eo Concilij decreto reuideri ab Ordinario non possint. Vnde cum huiusmodi iuspatronatus fuerit reseruatum de anno 1518. & sic ante quadraginta annos à die publicationis Concilij non intrat decretum Concilij, nec attendi debet tempus reualidationis Pauli Tertij, quia vt dictum est per reualidationem res fuit reducta ad pristinum statum perinde ac si regula Adriani non emanasset.

Præterea vtcumque sit, dato etiã quòd reuideri possit, tamen Domini non admittebant stantibus supradictis, quamdiu tamen non reuidetur, & iudicatum fuerit ecclesię damnosum hoc iuspatronatus est in statu validitatis, præsertim cum patroni sint in quasi possessione præsentandi ad dictos Canonicatus, & in specie ad Canonicatum, de quo agitur, prçsentauerint præfatum Matthæum, per cuius obitũ nunc vacat. ad trad. in cap. consultationibus. de iurep.

5 Quòd vero attinet ad prouisionẽ Marcutij ex causa resignationis, dixerunt Domini in illa non adesse sufficientem derogationem illius iurispatronatus, & consequenter non esse admittendam, quoniam etsi de-
6 rogetur iuripatr. mixto, non tamen hoc iuspatr. mixtum censeri debet, sed laicorum tantum, siquidem in reseruatione facta per Leonem declaratur hoc iuspat. esse laicorum. Vnde mixtum dici non potest ad tradita per Lambertin. de iurepat. lib. 1. par. 1. art. 5.

7 Præterea licèt fuerit dotata dicta ecclesia partim ex redditibus ecclesiasticis, partim ex augumento dotis assignatæ per Gilios, nihilominus cum Papa decreuerit non ideo censeri derogatum huic iuripatr. laicorum Principum ex dotatione, & fundatione, vtique in hac simplici derogatione non includitur huiusmodi iuspatr. reseruatum in fauorem laicorum cum hac qualitate ex defectu intentionis concedentis, vt benè

per

per Put. decis. 308. lib. 3.

Et ex his Domini concluserunt constare de sufficienti iurepatr. ad prædictos effectus, &c.

R. P. D. BVRATTO

Ianuen. Abbatiæ. 24. Maij. 1624.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. probatur ex literis Papa.*
2 *Et ex secuta præsentati institutione.*
3 *Iurispat. titulus ex quibus probetur.*
4 *Confessio præsentantis nocet præsentato.*
5 *Sententia lata contra præsentantem nocet præsentato.*
6 *Cui nocet sententia nocet etiam confessio.*
7 *Quasi possessio præsentandi ad titulum refertur.*
8 *Præsumptio possessionis ex præcedenti titulo procedit in iuribus etiam.*
9 *Confessio extraiudicialis, & parte absente plenè probat de æquitate canonica.*
10 *Confessio probat contra illum, cui fuit facta.*
11 *Obseruantia subsecuta probat circa iuspat. eiusq. pertinentiam.*
12 *Procurator ex clausul. positis in mandato præsumitur habuisse necessaria à principali.*
13 *Procuratoris reuocatio re non integra non suffragatur.*
14 *Confessio geminata etiam extraiudicialis plenè probat.*
15 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
16 *Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus.*

DECISIO XXXVI.

AD impediendam petitam immissionem per R. P. D. Sauliũ prouisum Apostolicum, & gratiosè subrogatum in possessione Abbatiæ S. Antonij, vt supponitur, ex multiplici capite reseruatæ opponebatur pro D. Pallauicino ad præsentationem per Ordinarium instituto de iurepatronatus laycali ex dotatione, & quia exaduerso dicebatur illud non obstare tamquam ex priuilegio; Domini causam dirigentes dixerunt constare de iurepatronatus ex lite-
1 ris Leonis X. de anno 1513. reseruantes, quòd de alijs maturius videatur: & fundamentum resolutionis fuit, quòd D. Cyprianus ab Ordinario institutus in hac vltima vacatione per obitum q. Ioãnis Baptistæ Pallauicini extra Curiam, de mense Iulij anno 1622. fuit præsentatus per procuratorem D. Babilani eius patris, vti patroni, & ad præsentationem institutus, ac in possessionem immissus in forma: Præsenta-
2 tio autem huiusmodi fuit expressis verbis facta nomine dicti Babilani vti patroni, videlicet maioris natu Babilani senioris eius aui paterni, & verba præsentationis sunt præcisa ex priuilegio Babilano seniori per Leonem X. concesso vigore literarum Apostolicarũ, sub Dat. Romæ apud S. Petrum 11. Kalend. Augusti 1513. Pontificatus primo, in qua etiam præsentatione dicitur pro conseruatione dicti patronatus, & dicto Cypriano petente, requirente, & acceptante, & sic super dictis literis Apostolicis, quæ incontinenti fuerũt exhibitæ, fundata est dicta præsentatio: vnde resultat clara, & euidens confessio, tam præsentantis, quàm præ-
3 sentati, quod iste erat titulus dicti patronatus, vt in productione alterius priuilegij Leonis X. fuit dictum in Albaneñ Prioratus. 26. Nouemb. 1598. coram bon. mem. Orano. & consequenter quòd nullum meliorẽ habebant, qui verisimiliter allegatus fuisset iuxta tritam Doct. Innoc. in cap. dudum. de decim. num. 2. versic. sed quia. & ibi Io. Andr. col. 2. circa med. Anchar. in fi. Bellam. dec. 286. & cons. 20. circa fin. vers. & taliter. vbi in puncto de tit. iurispatronatus det. Pedem. 150. num. 37. & 38. Rot. dec. 370. num. 3. par. 2. recent. & in

Rota hoc esse tritissimum dicitur decis.371.nu.19.par.1.diuers. & videtur probari ex verbis. tex.in d.c.dudum.ponderatis per Innoc.ibi. quæ confessio videtur etiam ipsius Cypriani præsentati dum dicitur eum fuisse præsentem, requirentem, & acceptantem, vt dicitur de confessione Aduocati præsente principali. in l.1.& ibi not.Doct.C.de error.Aduoc.& facit tex.in c.cum causam.de appell. Alex.in l.sæpè.nu.127. ff. de re iud.

4 Et quatenus etiã esset solius præsentantis, noceret tamen præsentato, vti si non auctoris sui, à quo tamen & illius iure deriuat ius suum, quæ ratio consideratur per Doct. in articulo, An sententia contra libertum præiudicet patrono scienti.glo. in d.l.sæpè.in fin.in verb.interueniẽte.ff.de re iud. & ibi Bart.nu.5. Ang. in fin. Imol. col. penult.Butr.in cap. cum super. num.16. de re iud. vers. non sufficit. Abb. num.18.circa fin. Imol.nu.9.Alex.d.l.sæpè.nu.100. & 102. & magis in specie de sententia

5 lata contra præsentantem, quòd noceat præsentato ratione connexitatis, & communionis iuris, post Abb. Imol. & Felin.in cap.quamuis. de re iudic.Lamber.de iurep. 2.p.2.lib.9. art.11.q.princ.nu.2. & 3. & per tot. & Rota in Aurien Canonicatus. 22. Maij.1574. coram Card. Lancellotto seniore impress. post 2.vol. Cõsil. Farinac.dec.8.nu.2. Alex. in d.l.sæpè. num. 54. in fin. & fuit dictum in Ispalen Voti, coram me. 21. Febr.

6 1622. Cui autem nocet sententia, nocet etiam confessio. Alexan.in d.l. sæpè.nu.127.& in proximis terminis Rota in Florentina Canonicatus.21. Maij. 1616. coram me. & ideo non potest præsentatus alio titulo,vel iure vti.l.in ijs.§.non debeo.& l.qui in ius.de reg.iur.& ibi Doct.Bald.cons. 466.nu.2. vol.5. & præsertim, quia

7 post dictum titulum literarum Leonis dicti Pallauicini fuerunt in possessione præsentandi, quæ est referen ad dictum titulum.l.2.C.de acq.poss. & ibi omnes. glos.in l.quædam mulier. & ibi Bart. & Alban. ad eum in fin. Bald. & Angel. de rei vend. & Bart.in l. cum solus. in fin. vers. tertio casu. & in l.Celsus.num.16.ff de vsucap.Socin.cons.16.num.5.vol.3. & cons.15.col.fin.vol.4.& in terminis obseruantiæ qualitatis iurispatronatus fuit dictum in Pampilonen de Taffalla. lunæ.21.Maij.1618.coram Reuerendiss.Seleucien.quæ fuit confirmata coram R. P. D. Remboldo. lunæ.29.Nouembris.1623. quæ

8 præsumptio possessionis ex præcedenti titulo procedit etiam in iuribus. l.si à te vbi Bart.ff.si seruit.vendic. Alciat. præsump. 23. num.2. in princ. lib.2. Menoch. præsump.67. num.3. & 4.lib.6. & in terminis nostris.Bellam.d.cons.20.ad quæ facit decisio coram Penia, in Paduana iurispatronatus. 27.Iunij 1612. quæ est 412.nu.2.p.2.recent.

9 Et quamuis ista sit confessio extraiudicialis, & parte absente,tamen plenè probat de æquitate canonica, quam Rota obseruat Gabriel de confess. concl.1.nu.46.Put. dec.11. lib. 2. cum alijs coram fel. rec. Gregorio XV. in decis.408.num.2. & in recent.dec.158.nu.11.par.1.& 404. nu.2.par.2.

10 Quemadmodum enim dicta confessio Pontificia iurispatronatus plenè probat contra Babilanum seniorem,cui fuit facta. cap. cum olim.de censib. & ibi Butr. & Abb.num.8. & probatio dicitur clara, & manifesta, vt per illum tex. not. Abb. ita etiam contra præsentatos,& causam à præsentantibus habẽtes.Io.And.ad specular.tit.de testib.§.nunc tractemus. lit.M.vers.& addidit Socin.cons.82. nu.4.vol.3. Petegr. de fideicom.art. 53.nu.37.qui titulus fuit etiam expressus in institutione facta per Archiepiscopum ad fauorem Cypriani, per illa verba, ex huiusmodi priuilegio Apostolico,&c.

Quæ origo tituli comprobatur, quia

quia ante illam non deducitur, nec allegatur dictum iuspatronatus fuisse in familia de Pallauicinis, quòd excluderet præsumptionem.d.l.2.C. de acq.possess.cum alleg.l.si is. §. final.ff.pro empt. Angel.in d.l.quædã mulier.nu.4.Menoch.d.præsump.67 num.16.

11 Imò ex obseruantia subsequuta, constat præsentationes fuisse factas iuxta formam dd. literarum, videlicet per maiores natu descendentiæ d. Babilani senioris, vt ex prouisione eiusdem Leonis ad præsentationem d.Babilani del 1514. & ex alia Clementis VII. ex causa resignationis ad præsentationem Hectoris Pallauicini, vti descendentis d. Babilani maioris natu del 1528. & ex alia Gregorij XIII. ad fauorem Ioannis Baptistæ similiter maioris natu ex descendẽtibus d. Babilani del 1583. in qua expresse dicitur, concessum fuisse maiori natu pro tempore existẽti, quæ omnes dantur hinc inde in summario, & in quibus etiam fit mentio de d.iurepatronatus competẽti ex priuilegio Apostolico, ex causa dotationis, cui hactenus asseritur non fuisse derogatum, & ideò non possunt referri ad alias literas Apostolicas, quàm d. Leonis ad l.2.ff.de lib. & posthum. cum vulg. & in terminis nostris fuit dictum in supra allegata Pampiloneñ de Taffalla, corã DD. Seleucieñ, & Remboldo, & d. Babilanus iunior constituit procuratorem ad præsentañ Cyprianum tãquam maior natu, quæ qualitas cõprobatur, vt supra, per vnum ex testibus ad instantiam Cypriani, corã D. Archiepiscopo examinatis, & per alium exhibitum per procuratorem Babilani.

12 Non obstat, quòd dicta præsentatio sit facta per procuratorem careñ speciali mandato; nam vltra clausulas de quibus in d. mandato, & præsertim in prædictis, & dependeñ ea oĩa alia, & singula tam substantialia, quàm accidentalia, necessaria, & opportuna facieñ, &c. Intrat præsumptio quòd d. procurator præsumatur habuisse Breue d.Leonis X. quòd fuit per eum exhibitum à Babilano principali, quia procurator de eo aliter scientiam habere nõ poterat, & præiudicat principali. Caputaq. dec.193.nu.3.par.1. Rota in recent. dec.624.nu.3. par.1. coram Gregorio XV. dec.331.nu.12.& in Romana de Arronijs. 20. Iunij. 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo.

Et ideò nihil facit prætensa reuocatio confessionis Cypriani etiam tamquam filij, & hæredis præsentantis, quia non solùm non docetur de aliquo errore; sed de contrario ex

13 prædictis, & re non integra reuocatio non suffragatur. gloss. in cap.1. ver. non negauit, vt lit. non contest.Rota in Cæsaraugustana Pensionis.4.Iulij.1608.coram Reuerendiss. D. Patriatcha Manzanedo. in Pampiloneñ Pensionis.16.Ianuar.1613. coram bo.mem.Card.Sacrato. & in Anconitana de Fanellis. 21. Maij. 1618. coram R.P.D.Vbaldo. & fuit dictũ in terminis nostris, in Comeñ Parochialis de Brenta.Ven.25.Iunij 1621. coram me.

Fuerunt enim omnia gesta per procuratotem prædictum, ratificata per Babilanum, & acceptata vt supra per D. Cyprianum, vt in actis coram Ordinario super præsentatione, & institutione productis, & per alium specialem procuratorem repetitis, vnà cum possessione subsecuta, ac insuper coram Vicario, omnia supradicta denuò produxit, & institutionem, & nouam possessionem obtinuit; ex quibus elicitur geminata

14 confessio, quæ etiam extraiudicialis plenè probat Gabriel de confess.conclus.1.nu.59. alios cumulans, & coram Gregorio XV. dec.113.num.3.

15 & dicta ratificatio æquiparatur mãdato, etiam respectu eorum, quæ illud exigunt speciale. Gabriel conf. 195.nu.5.lib.1. Surd.dec.159.n.15. & 16. vbi reprobat contrarium tenentes,

nentes, & decis. 231. num. 11.

Nec applicatur, quòd D. Cyprianus non nitatur d. præsentatione, & institutione, nec illa vtatur, & quòd
5 multiplicatio titulorum detur in beneficialibus, quia quicquid sit, an excludatur ab alio titulo super Abbatia, nunc agitur de iurepatronatus, & negari non potest, quin clarè constet ex confessione eiusdem, & ex alijs supra deductis, de origine dicti iurispatronat. ex literis Leonis.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Et in eadem coram eodem. 5. Martij. 1625.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatr. ex priuilegio quomodo probetur.*

2 *Confessio extraiudicialis, & parte absente plenè probat de æquitate canonica.*

3 *Productio tituli ratificata quamuis inter alios aliquale facit præiudiciū.*

4 *Sed per eam non excluditur probatio, vel possibilitas alterius tituli.*

5 *Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus.*

DECISIO XXXVII.

IN decisione facta 24. Maij præteriti firmarunt Domini ex confessione tam Babilani præsentantis, quàm Cypriani præsentati constare de iurepatronatus huius Abbatiæ, & Monasterij ex literis Leonis X. & in decisis (vt infra tamen) standum esse hodie respōderunt: legitur enim dicta confessio explicita in actu præsentationis factæ coram Ordinario sub die 5. Iulij 1622. dum procurator d. Babilani exposuit vacationem
1 Abbatiæ per mortem Io. Baptistæ, & patronatum Babilani, ex priuilegio Leonis X. sub Dat. Romæ 11. Kal. Augusti 1513. codē Cypriano præsente, requirente, & acceptante, literasq. Apostolicas dicti priuilegij exhibuit, quarum vigore sequuta fuit institutio de Cypriano, & capta possessio. Vnde negari non potest confessio vtriusque dictæ concessionis iurispatronatus relatiuè ad prædictas literas cum anno, mense, & die cum sit literalis, & verbis rotundis
2 facta, quæ licèt prætendatur extraiudicialis, & parte absente tamen plenè probat de æquitate canonica, quam Rota obseruat, vt in decisione, & adhibeatur. Seraphin. decis. 487. nu. 6. fuit dictum in Romana Societatis. 1. Iulij. 1591. coram bo. mem. Comitulo. & in Pampilonen. Pensionis, coram Card. Sacrato. impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 545. nec per informantes pro Cypriano impugnari videbatur, prout impugnari nō poterat ex defectu mandati procuratoris, quia vltra quòd de illo constare dicebatur, omnis tollitur difficultas ex indiuidua ratificatione subsequuta dictæ præsentationis, & institutionis aliorum per alterum specialem procuratorē d. Babilani renouata, & repetita, quę hodie reuocari nequit, nisi docto de errore ex allegatis in decisione: & propterea non applicantur, quæ latè deducebantur circa confessionem resultantē ex productione tituli, quòd sit facta in alio iudicio, & inter alios, cum non prætendatur confessio ex sola productione, & sic tacita, in quibus terminis loquuntur Doctores exaduerso alleg. sed explicita, & cla-
3 ra vnà cum productione ex supradictis, & d. sola productio, vt supra ratificata quāuis inter alios aliquale faceret præiudicium. Alex. in l. 2. nu. 12. vers. tertia conclusio. & ibi Rip. nu. 36. C. de eden. Crauet. de antiq. temp. in tertia par. 1. par. princ. num. 29. Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 62. nu. 2. & licèt in decisione dictum fuerit ex prædicta confessione, vnà cum productione dd. literarum sequi, quòd Pallauicini nullum habebant meliorem titulum, qui verisimi-

risimiliter allegatus fuisset iuxta doctr. Innoc. in c. dudum. de decim. cum alleg. non tamen per eam (vt
4 prætendebant informantes pro Cypriano) excluditur probatio, vel possibilitas alterius tituli, quia imò in ea contrarium supponitur, vt circa fin. in vers. nec applicatur, quòd clarius, & expresè hodie Domini ape-
5 ruerunt, cum in beneficialibus detur multiplicatio titulorũ, quamuis iste terminus multiplicationis nõ videatur applicari quoad probationem iurispatronatus, cum sit materia prophana, sed tantùm quoad ipsum Cyprianum præsentatum, & possessorẽ, & in hoc vim non faciebat pars D. Saulis, sed solum insistebat, quòd ex prædictis iuspatronatus præsumebatur ex literis Leonis X. & ideò locus est ostensioni alterius tituli, & discussioni, an' constet de immemorabili, vel centenaria, & an' suffragetur, vt deducunt informantes pro Pallauicino, & propterea resolutum fuit, standum esse indecisis, posse tamen Cyprianum iuuari alio titulo, de cuius releuantia videbitur.

Et hæc vtraque parte &c.

Et in eadem coram eodem. 13. Iunij. 1625.

SVMMARIVM.

1 *Titulus iurispat. resultat ex centenaria quasi possessione præsentandi in familia priuata.*
2 *Et d. centenaria inducit titulum totalis dotationis, seu æquiualentis.*
3 *Centenaria probatio exemplificatur.*
4 *Extremis probatis intermedia præsumuntur.*
5 *Continuatio præsumitur in modico tẽpore.*
6 *Et Rota non tam rigorosè attendit centenarium, si modicum deficiat.*
7 *Continuationis præsumptio cessat, si titulus sit nullus.*
8 *Centenaria sufficit in materia iurispatronat.*
9 *Titulus infectus si non producitur ab eodemmet possessore non tollit præsumptionem resultantem ex centenaria.*

DECISIO XXXVIII.

IN vltima decisione 5. Martij præteriti fuit reseruatum videre, An constaret de immemorabili, vel centenaria quasi possessione DD. de Pallauicinis, quæ suffragetur Cypriano, & sic An' ipse possit iuuari alio titulo quàm literis Leonis X. del 1513. de quibus in 1. decisione 24. Maij. 1624. & consequenter ad excludendam reseruationem, & immissionem ex subrogatione gratiosa concessa R. P. D. Saulio, & Domini responderũt constare de alio titulo, qui suffragatur Cypriano.

1 Titulus autem resultat ex centenaria quasi possessione præsentandi, quæ in familia priuata probat iuspatronatus. Federic. cons. 234. num. 3. vers. ad propositum. Cassad. dec. 2. nu. 5. & 6. de iurepat. Rot. in recent. dec. 232. nu. 2. par. 2. inducitq. titulum dotationis totalis, seù æquiualentis secundum opinionem quam
2 Rota tenet dec. 254. nu. 10. vsque ad fin. lib. 3. par. 3. diuers. Put. dec. 199. & dec. 206. lib. 1. in correct. Rot. dec. 312. par. 1. recent. num. 4. Gabr. cons. 198. num. 5. lib. 2. & fuit dictum in Parmeñ Prioratus. 23. Ianuar. 1621. coram Reuerendiss. Seleucieñ.
3 Centenaria autem probatur ex infrascriptis prouisionibus videlicet, prima, Leonis X. de anno 1514. secunda, del 1529. tertia, de anno 1583. tempore fel. rec. Greg. XIII. quæ vltima prouisio durauit vsque ad vacationem controuersam del 1622. de quibus in prima decisione.
Non obstat, quòd prima prouisio de anno 1514. ad fauorem Antoniotti non continuet cum secunda prouisione producta ad fauorẽ DD. Cypriani de anno 1529. dum illa legitur de Monasterio vacante per

resignationem Hectoris Pallauicini, non autem Antoniotti prædicti, & ideò tempus præsentationum incipi debeat ab anno 1529. non autem ab anno 1514. quo casu centenaria non esset completa.

4 Quia probatis extremis præsentationis Antoniotti de anno 1514. & præsentationis Cypriani de 1529. præsentatio Hectoris intermedia pręsumitur. Alciat. præsumpt. 2. reg. 2. vers. sed mihi videtur. Card. Seraph. dec. 141. nu. 3. 1334. nu. 3. dec. 145. par. 1. diuers. & 645. nu. 3. par. 2. recent. & fuit dictum in Lancianen. Archipresbyteratus 2. Maij. 1616. coram me.

Et tanto magis in proposito, quia Antoniottus superuixit vsque ad an. 1528. ex epitaphio eius sepulchri, & ex concessione partis domus dicti Monasterij S. Antonij in emphyteusim ab eo vti Abb. dicti Monasterij facta 2. Augusti 1526. vnde deficerent vnus, vel ad summum tres anni, & remaneret probata centenaria nu.

5 105. annis, & in tam modico tempore facilius præsumitur continuatio.

6 Et si aliquod modicum tempus deficeret Rota non attendit tàm rigorosè centenariam, vt fuit dictum in proximè allegata Lancianeñ Archipresbyteratus.

Non obstat, quòd præsentationes referendæ sint ad literas Leonis X. vt dictum fuit in prima decisione: tamquam ad titulum præambulum.

Tum quia in præsentationibus, & prouisionibus supradictis nulla prorsus expressa fit mentio de literis præfatis, sed tantum de priuilegio Apostolico.

Tum etiam, quia loquuntur de priuilegio Apostolico ratione dotationis, cui hactenus non fuit derogatum, quæ verba non possunt conuenire cum literis Leonis, quæ emanarunt ex augumento tertiæ partis dotis, quæ propterea per regulam Adriani, & Concilij Tridentini remansissent reuocatæ.

7 Et sic dum titulus proueniens ex literis Leonis est nullus cessat ex illo præsumptio continuationis. Bero. cons. 69. nu. 7. lib. 3. Gabr. cons. 88. n. 58. lib. 1. Paris. de confid. quæst. 28. nu. 257.

Tum demum, quia ex centenaria prædicta oritur titulus ratione dotationis, qui potuit obtineri ab eodem Leone, non obstante quòd alium ex augumento dotis prius concessisset cum inter se compatiantur, & certum

8 est in materia iurispatronatus centenariam sufficere. Rot. d. dec. 254. nu. 10. lib. 3. p. 3. diuers. dec. 312. nu. 4. par. 1. recent.

Et tandem, quia præsumptio continuationis ex titulo præambulo nō

9 procedit in possessione centenaria, nam si titulus infectus non producitur ab eodemmet possessore non tollit præsumptionem resultantem ex centenaria. Menoch. cons. 90. nu. 63. & 67. vbi de magis communi. & pręsumpt. 131. nu. 50. lib. 3. Rot. dec. 25. & 64. p. 3. diu. & in d. Parmeñ Prioratus coram Reuerendiss. Seleuciefi.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

Et in eadem coram eodem 22. Iunij. 1626.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio concludenter est probanda à fundante se in ea.*

2 *Prouisio in commendam vti motuproprio iustificatione non indiget.*

3 *Dictio, si, conditionem denotat.*

4 *Vicarius Generalis de iure potest instituere.*

5 *Impugnans potest niti acto impugnatio, quousque obtineat super impugnatione.*

6 *Quis non potest iuuari alio titulo à se non producto.*

7 *Etiamsi constet vigore illius tituli captam esse possessionem.*

8 *Titulus priuilegij ratione dotationis resultat ex centenaria.*

DECI-

805

DECISIO XXXIX.

SVppositis decisionibus in causa factis, per quas fuit exclusa reseruatio ex capite iurispatronatus ex priuilegio ratione dotationis, cui non sit hactenus derogatum; Dubitatum fuit: An gratia suffragaretur R.P.D. Saulio quoad deuolutionē, & negatiuè fuit per Dominos responsum.

1 Certum enim est fundantem se in deuolutione, & sic capere volentem Abbatiam, ex clausula, etiamsi deuoluta, debere plenè, & concludenter probare deuolutionem. Put.dec. 265.lib.2.in corrett.Mohed.dec.17. de præb.Mantic.dec.260.nu.1.Rota dec.186.nu.5. p.2.recent. & latè in Aretina Capellæ.1.Iunij.1611. coram bo. me. Card. Lancellotto. & latius in eadem 1. Iulij. 1613. coram me.

2 Nec applicatur quòd prouisio in Commendam vti motuproprio non indigeat iustificatione. cap. si motu proprio.de præben.in 6. Seraph.dec. 1484.nu.10. & dec.1498.nu.1.Rota dec.656.num.1.& 2.par.2.recen. Cum id procedat respectu narratorum à Papa, sicq. obitus Io. Baptistæ de mense Iulij 1622. & similium, & applicari non possit ad deuolutionē narratam; sed positam conditionaliter etiamsi deuolutam; nam dictio,

3 si, conditionem denotat. l. 1. vbi Doct. & l. quibus diebus. §. quidam Titio.ff.de conditionibus.Surd.cons. 381. nu. 11. & conditio nihil ponit in esse. l.siquis sub conditione dandorum. ff.siquis omis.caus.test. cum vulgar.

Tantum verò abest probatam esse deuolutionem, vt imò ex probationibus factis pro parte D. Saulij, illa omninò excludatur, ex quo gratia, qua vtitur dicit vacationem contigisse de mense Iulij 1612. & ex parte eiusdem fuit producta præsentatio D. Cypriani 10. sequentis mensis, & cum tamen sufficiat intra quadrimestre.cap.vnic.§.verum.vbi glos.& Doct. de iurep. in 6. cum alijs in d. Aretina Capellæ, illiusq. institutio

4 per Vicarium Generalem, qui de iure potest instituere.glo.in cap.ex frequentibus.in verb.Officialium.de instit. & in cap.final.in verb. non possunt de offic.Vicar.in 6.& vtrobique scribentes. Couar. cumulans, & de communi attestans lib. 3. var. c.20. sub num. 7. & alios congerit, & de communi, & magis communi attestatur Modern. de off. Vicar. lib. 2. quæst.111.nu.1.per tot. & possessionis adeptio.

Non obstat præcipuum fundamentum Informantium pro Domino Saulio, quòd ex parte D. Cypriani fuerit impugnata d. præsentatio, & institutio, ideoq. non possit se in eis fundare, nisi easdem acceptando; prout iacent, & sic cum narratiua patronatus ex priuilegio Leonis X. sub Datum 1513. Kal. Augusti, tunc à procuratore præsentantis exhibito.

5 Omisso enim quod impugnans potest niti actu impugnato quousque obtineat super impugnatione Compostell. Io. And. num. 28. vers. vel secundum. & post alios Felin.num.9. in 1. & 2. limitatione.in cap.capitulum. de rescrip. Roman. cons. 347. nu.7.Ruin.cons.21.n.6.lib.1. Gabr. cons.40.num.26.lib.1. Seraph. dec. 169.num.2. & fuit dictum in Romana liberationis à molestijs. 11.Maij. 1601.coram bo. me. Card. Lancellotto. & in Lucana Molendini. 14. Nouembris.1604. coram Penia.& in Romana Laudi. 8.Martij.1608. coram me.

Responsum fuit non impugnari à D. Cypriano præsentationem, & institutionem, sed exhibitionem factā ab illo procuratore præsentantis de dicto priuilegio, cum debuisset meliorem titulum, & probationē centenariæ exhibere, & sic acceptare titulum præsentationis, & institutionis; sed non actum prædictum diuersum exhibitionis dicti priuilegij, &

ex

ex acceptatione ista non sequi teneri stari confessioni, & productioni d. procuratoris, nec possit iuuari alio
6 titulo, cum iste non fuerit ab eo productus. Cassad. dec. vlt. nu. 7. ad med. vers. sed prout dixi de procurat. Caputaq. dec. 339. nu. 3. & seq. par. 1. Rot. diuers. dec. 731. sub num. 19. & 20. par. 1. & in relatis per adden. ad fel. rec. Greg. XV. dec. 353. sub n. 19. Crescen. dec. 21. nu. 2. & 4. de probat. vbi etiam si constet vigore illius
7 tituli captam esse possessionem; & idem fuit decisum in Cæsaraugustana parochialis de Maella. 8. Nouembris. 1599. coram bo. me. Card. Pamphilio. & in Romana Parochialis. 31. Ianuarij. 1600. coram Corduba.

Idque sine dubio cum fuerit pro parte D. Cypriani doctum de alio titulo iurisp. resultante ex centenaria quasi possessione præsentandi, per quam sequitur titulus priuilegij ratione dotationis, cui non sit hactenus derogatum, vt fuit in præsentationibus enunciatum, & sic ratione
8 totalis, vel coæqualis dotationis, vt firmatum fuit in vlt. decis. cum Rot. dec. 254. à nu. 10. ad fin. lib. 3. diuers. quæ est repet. dec. 220. ex nu. 7. in fi. par. 1. diuers. Gabr. cons. 198. num. 5. lib. 2. cum alijs in ea cumulatis; & consequenter stant ista simul quòd per D. Cyprianum acceptetur titulus præsentationis, institutionis, & possessionis illarum vigore, non ab eo, sed ex aduerso in hoc iudicio productus, & nihilominus non obstante exhibitione d. priuilegij Leonis facta à procuratore præsentantis, ex centenaria per eum probata constet de priuilegio ratione totalis, vel coæqualis dotationis excludente reseruationem, vt fuit iam resolutum.

Et ita vtraque parte informante decisum.

ILLVSTRISS. D. CARDINALI MILLINO.

Lunen. Sarzanen. Beneficij. 5. Iulij. 1599.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia libera per augumentum dotis non fit patronata.*

2 *Vicarius non potest reseruare iuspat. sine speciali mandato.*

3 *Impetrans quando. teneatur probare negatiuam.*

4 *Actore non probante reus absoluitur.*

DECISIO XL.

FVit resolutum pro informante sententiã A. C. esse confirmandam. moti fuerunt Domini, quia in ea parte, in qua reuocatur prima sententia Vicarij declarantis nullam
1 gratiam Gabrielis ob non factam mentionem iurispat. est iusta, quoniam ecclesia erat iam ædificata, & erecta, & habebat suam dotem, ideò per solum augumentum dotis ecclesia libera non potuit redigi in seruitutem iurispat. gloss. in c. piæ mentis. in verbo, patronum. 16. q. 7. Abb. cons. 59. lib. 2. Rocch. de iurepatr. in verbo, dotauit. q. 2. & non sufficit ad istum effectum, quòd sit depauperata, nisi totaliter dotẽ amiserit, itaut reducatur de non esse ad esse, vt ibi per Rocch. q. 3. Bero. q. 4. n. 26. lib. 1. & in his terminis sæpè fuit resolutũ.
2 Præterea iuspatr. fuit reseruatum à Vicario, qui sine speciali mandato non habet hanc facultatem. Calder. cons. 1. de off. vic. Thom. de Tan. dec. 20. & fuit dictũ in causa Bononien. iurispatr. coram bo. mem. Episcopo Oriolen. & stante nullitate reseruationis non erat de eo necessaria mẽtio in gratia Gabrielis. gloss. in c. ex tenore. & ibi Felin. nu. 2. de rescrip. Rot. dec. 69. eod. tit. in ant.
3 Quantum autem ad eam partem, in

in qua reuocatur alia sententia Vicarij canonizatoria gratiæ Antonij ob non publicationem Gabrielis, est etiam iusta, quia Antonius, qui dispositiuè impetrauit ob non publicationem Gabrielis tenetur hanc negatiuam plenè, & concludenter probare. Innoc.in c.super his.col.3.de accusat.Bart.in l.in illa.ff.de verb.obl. & in his terminis fuit resolutum in causa Bononien.Canonicatus.1.Decemb.1589. coram R.P.D. meo Pāphilio. & in causa Vlixbonen.Beneficij.11. Aprilis præteriti corā R.P.D. meo Lancellotto. Ideo non poterat præfigi terminus Gabrieli ad docendum de publicatione, & declarari eius gratiam nullam ob lapsum temporis ad publicandum, quia
4 cum Antonius esset actor, & non iustificauerit suam gratiam, Gabriel reus, & possessor debebat absolui. Compostell. in c. mandatum.de rescrip. Rot.dec.1.de re iud. in nou. & consequenter sententia A. C. est iusta, & confirmanda.

R. P. D. BVRATTO

Florentina Canonicatus. 11. Decembris. 1615.

SVMMARIVM.

1 *Conc. Trid. circa iuspat. priuatarum personarum nil innouauit vltra ius commune.*
2 *Iuspat. tunc probatur per centenariam per continuatas præsentationes effectuatas.*
3 *Et tunc præsumitur titulus fundationis, & dotationis.*
4 *Quasi possessio præsentandi iustificatur ex præsentatione, & ex consensibus patronorum præstitis super prouisionibus.*
5 *Consensus patronorum vim habent præsentationum.*
6 *Præsentationum effectuatio probatur per successiuas vacationes.*
7 *Iuspatronatus ex præsenti statu præsumitur in præteritum.*
8 *Præsertim cum non detur status contrarius libertatis.*
9 *Defectus modici temporis non attenditur in centenaria.*
10 *Præsertim cōcurrentibus adminiculis.*
11 *Enunciatiuæ positæ in prouisionibus plurimum adminiculantur.*
12 *Sententia Ordinarij plenè probat iuspatronatus.*

DECISIO XLI.

Domini tenuerunt constare de Iurepatronatus, Canonicatus, & Præbēdæ, de quibus agitur ex fundatione, & dotatione. Cum enim agatur de personis priuatis, in quibus non cadit præsumptio vsurpa-
1 tionis, & nihil fuerit circa iurispatronatus probationem vltra ius commune à Sac.sanc.Trid.Concil. innouatum, vt dixit Rota in Comen. Capellaniæ. 17.Iunij.1591. coram bo. mem. Penia. in Sorana Beneficiorum. 6.Iunij.1603. coram bo. mem. Card. Pamphilio. & in alijs passim.
2 Ideò ex quasi possessione centum annorum probata per continuatas præsentationes effectum sortitas satis visum fuit probari dictum iuspatronatus. iuxta cons.Feder. de Sen. 234. sub nu.3.vers.sic ad propositū. Dec. cons.117. in fin. & cons. 174. nu.4. in fin. Cassad. dec.2.nu.6. de
3 prob. Et præsumi titulum fundationis, & dotationis iuxta decis.1640. lib.3.par.3. diuers. cum alijs per Paris.de confid.quæst.28.nu.236.
4 Prædicta autem quasi possessio iustificatur tùm ex consensibus patronorum reseruatis, & præstitis in pluribus prouisionibus Apostolicis, qui
5 consensus vim habent præsentationum. Rot.dec.534.nu.4.p.1.diuers. & in d. Sorana Beneficiorum coram bo.me.Card. Pamphilio. tùm etiam ex eorundem patronorum præsentationibus, & institutionibus subsecutis.

Primò enim dell' 1514. Kal. Iunij per

per resignationem in manibus Papæ Laurentij Cardinalis de Puccis, prouisus fuit per Leonem X. Iannozius eiusdem familiæ de Puccis.

Secundò, dell' 1536. 14. Kalen. Martij per obitum apud Sedem d. Iannozij, tunc Episcopi Melphiteñ, fuit per Paulum III. prouisus Laurentius Raphaelis eiusdem familiæ, & vtraque ex istis prouisionibus facta est de dd. Canonicatu, & Præbenda vti de iurepatronatus, & cum clausula, Accedente patronorum consensu, vt in summ. nu. 1. & 2.

Tertiò, dell' 1537. 10. Kal. Iulij per eumdem Paulum III. accedente expresso patronorum consensu per resignationem d. Laurentij prouisus fuit Leonardus de Nasis, vt in summar. num. 3.

Quartò, dell' 1548. pridie Kal. Maij occasione permutationis dicti Leonardi fuit per eundem Pontificem cum patronorum consensu prouisus Antonius de Petreis, vt cõstat ex fide partiti Capituli Florentini in traditione possessionis ei facta, & ex supplicatione eiusdem Antonij bo. mem. D. Duci pro licentia illam capiendi, & decreto Auditoris super illius concessione, de quibus in summar. nu. 4. & 5.

Quintò, dell' 1570. 22. Ianuarij per obitum d. Antonij fuit à patronis præsentatus Alexander de Puccis coram Vicario Florentiñ à quo fuit approbatus, & institutus, vt in summ. num. 6.

Et demùm dell' 1586. 17. Aprilis per d. Alexandri resignationem de eorundem patronorum consensu fuit ab eodem Vicario executore Apostolico deputato prouisus Petrus de Nasis, vt in summ. num. 9. per cuius obitum successit vltima vacatio de mense Augusti 1613.

6 Ex quibus successiuis vacationibus per obitum, vel resignationibus dd. prouisorum, & præsentatorum plenè constat dictas præsentationes, & prouisiones fuisse effectuatas iuxta conf. Oldrad. 229. nu. 2. & 3. à Rota toties approbatum.

Et quamuis computañ à prima prouisione dell' 1514. Kal. Iunij vsque ad vltimam vacationem de mense Augusti 1613. ad complementum centenariæ deficere videãtur nouem menses; nihilominus de illa visum fuit sufficienter constare, siue inducatur ex præscriptione, qua cum de d. anno 1514. Cardinalis Puccius resignauerit dd. Canonicatum, & Præbendam vti de iurepatronatus, sequitur in necessarium antecedens, quòd ipse per prius fuisset prouisus ad præsentationem, vel de patronorum consensu, ac etiã quòd iuspatronatus ante illius prouisionẽ fuisset erectum, & sic verisimiliter hæc omnia præcessisse ante dictos nouem menses, qui videntur defi-

7 cere centenariæ ex præsenti enim statu iuspatronatus præsumitur in præteritum, vt in terminis est decis. Cassad. 4. de probat. quę est etiam 7. de iurepat. num. 7. vers. item tollitur

8 coniectura, maximè cum non detur status cõtrarius libertatis, vt sequeñ Cassad. est decis. Costæ 200. incip. in vna Illerden. in manuscr.

Siue inducatur ex præsumptione, prout videtur sentire Rot. d. decis. 1640. lib. 3. par. 3. diuers. quia defectus modici temporis non attendi-

9 tur: prout in similibus terminis tempus 99. annorum haberi pro antiquo est decis. Put. 204. in fin. lib. 2. in nouiss.

10 Præsertim concurrentibus adminiculis, vt in terminis ad effectum præsumendi titulum fundationis, & dotationis, quòd dicatur probata immemorabilis, si vltra instrumenta doceatur etiam per testes de fama cum alijs circumstantijs de quasi possessione præsentandi per annos 85. est decis. Mohed. 254. aliàs 3. de iurepat. & Put. 206. in fin. lib. 1. in nouiss.

11 In proposito autem plurimum adminiculantur tres enunciatiuę in dd.

pro-

prouisionibus Leonis X. & Pauli III. quamuis non sint annorum centum. Aym. de antiq.temp.in princ.nu.5. vers. placet tamen. cum alijs in Auriacen. Iuris nominandi. 18. Maij præteriti coram me.

Et instrumentum supradictæ prouisionis Ordinarij dell' 1570. ad fauorem Alexandri de Puccis factæ (vt in ea legitur) præuia causæ cognitione,& præsertim visione supradictarum prouisionum Apostolicarum, & consensuum patronorum, in qua clarè dicitur constare de iurepatronatus, & præsentationem esse canonicam, & factam à veris patronis, & ideò illam confirmauit,& ap-
12 probauit; nam testimonium Ordinarij, & præsertim sententia plenè probat iuspatronatus. Put.dec.237.lib. 2. in nouiss. Gabr.consl.198.num.4. vol. 2.

Et propterea fuit vt supra resolutum pro informante &c.

Et in eadem coram eodem 25.Maij. 1616.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. de sui natura est hæreditariū.*
2 *Et ad fœminas transitorium.*
3 *Confessiones quando sufficiant ad probandum iuspat. confitentium.*
4 *Qualitas facilius probatur, quàm subiectum.*
5 *Patroni in stirpes pro vna voce præsentant.*
6 *Compatronorum concursum excludit vnicitas.*
7 *Confessio super re legata nocet legatario.*
8 *Confessio cedentis ante cessionem factam nocet cessionario.*
9 *Confessio dicitur acceptata ex acceptatione præsentationis.*
10 *Præsentationis acceptatio intelligitur cum omnibus qualitatibus in illa appositis.*
11 *Narratiua plenè probat contra narrantem.*
12 *Confessiones successiuæ, & multiplicatæ plus operantur.*
13 *Et contra eas requiritur concludentissima erroris probatio.*
14 *Verba fundationis dubia declarantur ex patronorum confessionibus.*
15 *Iuspatr. gentilitium ex quibus probetur.*
16 *Filius patris viuentis hæres esse non potest.*
17 *Obseruantia sola attenditur aliquādo.*
18 *Assertiones posita in lit. Apost. faciunt qualem qualem probationem.*
19 *Iuspat. pro descendentibus reseruatum pro gentilitio reputatur.*
20 *Præsentatio facta cum mentione familiæ excludit qualit. hæredit.*
21 *Iuspat. mixtum, gentilit. & hæredit. quando sit.*

DECISIO XLI.

Resolutum fuit gratiam Octauij non esse iustificatam, quia non verificauit habere consensum medietatis patronorum in ea narratum.

1 Quamuis enim iuspatronatus secundum ordinariam sui naturam sit hæreditarium. clem. plures de iurepat.Calder.consl.4.eod.rit.quam esse indubitatam conclusionem dicit Peregr. consl.27. num.1.vol.2. & ad
2 fœminas transitorium. Abb. in c.1. nu.3. de iurepat. Paris.consl.48.n.5. lib.4. & fuit dictum in Lucana Iurispatronat. 1. Iulij.1615. coram R.P. D. meo Manzanedo.
3 In hoc tamen casu apparet illud non esse tale ex confessionibus tàm Roberti authoris Octauiæ, quæ præsentauit Carduccium, quàm ipsius Octauiæ, & Carduccij præsentati, quæ superant omnes alias probationes ex vulgaribus, & cum sufficiant ad probandum iusparronatus saltem in præiudicium ipsius confitentis, & sic subiectum. Cassad.dec.7.num.7. & 8. de iurepatr. Put.dec.316.lib.2. & decis.36. lib.3. secundum nouam impress. Modern. Hispan. de benef. par-

par.12.cap.2. num.276. multò ma-
4 gis qualitatem quæ facilius proba-
tur quam subiectum. Alexan. in l. si certis annis.nu.7.vers.in glo.2.C.de pact.Natt.cons.111.num.3.

Confessiones verò Roberti authoris Octauiæ, quæ præsentauit Carduccium sunt duæ; prima dum ipse, & Ascanius eius frater de anno 1570. vacante Canonicatu per obitum Antonij vti duo ex patronis, & Robertus Ioannis Pauli tanquam vnus, & sic in capita præsentarunt Alexandrum subsecuta institutione Ordinarij Florentini, & approbatione dictæ præsentationis per diffinitiuam cum vbi iuspatronatus fuisset hæreditariũ dicti Robertus, & Asca-
5 nius tanquam patroni pro vna voce, & sic in stirpes, non autem vti duo præsentassent. d.clem.plures.

Secunda, quia idem Robertus in legato iurispatronatus facto ad fauorem dictæ Octauiæ expressè asseruit iurispatronatus vnicum patronũ remansisse, quòd esse non potuisset si iuspatronatus fuisset hæreditarium,
6 quia vnicitas excludit aliorum compatronorum concursum, vt de pluribus hæredibus post alios quos refert latè Surd.cons.375.n.6.& seqq. & fuit dictum in causa Bononien.de Capacellis.17.Februarij.1614.corã R.P.D. meo Pamphilio. & tamen vt confitetur Carduccius in responsione ad positiones tunc superuiuebãt Sibilla, & Lucretia filiæ, & hæredes Roberti Ioannis Pauli vnius ex patronis, qui de anno 1570. vnà cum d. Roberto Testatore præsentauit.

Quæ confessio super dicto iurepa-
7 tronatus,& sic re legata cum noceat Octauiæ legatariæ. Surd. cons. 151. num.40. & cons.237.nu.27. & quæ solum vigore dicti legati præsentauit ad ea quæ de confessione authoris dicit Rot. decis.90.par.1.diuersi consequenter præiudicat Carduccio
8 sicuti confessio cedentis ante cessionem factam nocet cessionario. Bart. in l.facta.§.si hæres.nu.5. ff.ad Trebell.Aym.cons.507.nu.4.5.6.& 33. in 3. & confessio collatoris prouiso. Verall.dec.93.nu.3.in fin.p.1.

Quod sine vlla difficulrate procedit, quia Carduccius nedum ta-
9 citè, sed expressè illam approbauit acceptando præsentationem, & ea vtendo, & producendo. Veral.dec. 188.par.1. & omne ius suum ab illa deriuando. Cæphal.cons.386.n.29. Peregr. de fideicom. art. 44. nu.20. vers. item assertio. & fuit coram me dictum in Virdunen. Abbatiæ. 20. Februarij. 1615. & in causa Auriacen. Iurisnominandi. 8. Februarij præteriti.

Confessio verò Carduccij præsentati est indubitata resultans tàm ex
10 acceptatione præsentationis factæ virtute dicti legati, quæ intelligitur cum omnibus qualitatibus in illa appositis. Put.dec.200.nu. 2. Ias. in l.contra iuris.§.fin. ff. de pact. quam ex illorum vsu, & productione in iudicio. Verall.d. dec.188. par. 1. &
11 quia prædictis consonare videtur eius narratiua in literis suæ prouisionis, & in consensu præstito reseruationi pensionis, quæ contra ipsum plenè probat. vulg. l. cum precum. C. de liber. caus. & fuit in allegata Virdunen. Abbatiæ coram me firmatum. quòd videlicet Canonicatus existit de iurepatronatus nonnullorum familiæ de Puccis, quæ verba excludunt quòd illud sit merè hæreditarium.
12 Huiusmodi autem confessiones successiuè, & multiplicatę magis operantur. Bart. in l. cum scimus. in fi.C.de agric. & censit.lib.11. Felin. in c.si cautio.nu.39. de fid.instrum. Decian.cons.14.nu.44. & 45. lib.5. & contra eas requiritur concluden-
13 tissima erroris probatio.vt post scribentes in cap.vlt.de confess.in l.non fatetur.ff.eodem. & in l.si per errorem.ff.de iurisd.om.iud.Siluan.cons. 57.nu.27. & 28. & Decian. d. cons. 14.num.35. adeout vbi etiam verba fundationis si de ea constaret, essent

dubia

14 dubia reciperent declarationem ab illis. Dec. conf. 193. nu. 6. verf. & hoc multum confirmatur. Menoch. conf. 191. num. 48. lib. 2. & dixit Rota in causa Romana Mensæ Numulariæ. 30. Iulij. 1614. coram R.P.D. Decano. sed quinimò quia non cōstat de fundatione contraria videtur impossibilis huiusmodi erroris probatio. Ruin. conf. 128. præsertim. num. 8. & 9. lib. 2.

Et quamuis prædicta sufficerent ad excludendum iuspatronatus esse merè hæreditarium exabundanti tamen ostenditur illud esse vel familiare, vel mixtum ex pluribus.

Primò, quia quatuor præsentationes, & consensus respectiuè continuatè de annis 1536. 1537. 1548. & 1570. quæ fuerunt effectum sortitę, vt fuit in hac eadem causa sub die 11. Decembris præteriti, coram me resolutum, omnes fuerunt in capita factæ; ideoq. nedum repugnant na-
15 turæ iurispatronatus hæreditarij, sed quinimò ostendunt illud gentilitiū. Bald. in l. 2. n. 4. C. de suis, & legitim. cum alijs in Florentina Iurispatronatus de Ricasulis. 10. Martij. 1603. coram Illustriss. D. Card. Lancellotto.

Secundò, quia de anno 1536. & 1537. bis concurrerunt pater, & filius ad consentiendum prouisionibus Apostolicis ad fauorem Laurentij de Puccis, & Leonardi de Nasis, & quia de anno 1548. præstiterunt insimul consensum patruus, & nepos ad fauorem Antonij Petrei, ex quibus omninò excluditur qualitas hæreditaria cum patre viuente filius
16 hæres ei esse non possit, nec aliquod ius sibi competat in beneficio iurispatronatus. Card. In clem. 2. quæst. 8. de iurepatr. Feder. de Sen. conf. 111. verf. sed contra. Calder. conf. 19. in fin. Verall. dec. 363. p. 2. & fuit dictum in allegata Florentin. sub die 10. Martij. 1603. in qua etiam Rota resoluit ad istum effectum sufficere, quòd ita semel fuerit obseruatum.

Nec est necesse, quòd constet in effectuatione dictarum prouisionum habitam fuisse rationem consensus per filium præstiti, quia sufficit sola admissio filijfamilias ad præsentandum, & quia effectuatio subsequens non potest magis vnius, quàm alterius consensui attribui, sed ad om-
17 nes æqualiter est referenda sicuti minus in admissione filiorum requiritur contradictio, quia attenditur sola obseruantia ex simplici vsu, & nudo facto collecta, prout dicere, quòd filius tanquam hæres alicuius ex cōpatronis præsentauerit est diuinare, prout in istis terminis fuit latissimè deductum in sæpè allegata Florentina. 11. Februarij. 1604. in verf. quibus sic stantibus. in verf. non obstāt in contrarium. & in verf. non obstat secundum.

Allegata confessio in contrarium nihil obstat, quia desumitur ex quadam positione per procuratorē non habentem speciale mandatum producta, quæ continet descendentes, & hæredes antecessorum Antonij de Puccis præsentasse, ex qua nō resultat, quòd iuspatronatus fuerit merè hæreditarium, sed mixtum, quia ponitur vtraque qualitas descendentiæ, & hæreditatis, vel saltem tamquam dubia, & equiuoca nihil concludit.

18 Tertiò, quia accedunt duæ assertiones Summi Pontificis de annis 1536. & 1537. in quibus dicitur Canonicatum esse de iurepatronat. descendentium Antonij de Puccis, & familiæ de Puccis, quæ quamuis nō antiquæ faciunt nihilominus qualē qualem probationē. Gabr. de prob. concl. 2. nu. 53. & non modicum coadiuuant supradictas probationes ad exclusionem qualitatis hæreditariæ ex deductis in causa Mediolan. Sacristiæ. 26. Iunij. 1602. coram Illustriss. bo. me. Card. Pamphilio.

Nec repugnat conf. Anchar. 81. exaduerso allegatum, nam quamuis iuspatronat. pro descendentibus simpliciter reseruatum transeat finita

h de-

19 descendentia ad hęredes extraneos, & ita videatur esse hæreditarium, attamen ea durante nihil impedit, quin' per omnia pro merè gentilitio reputari debeat. Card. Seraph. dec. 364. & fuit latè deductum in dicta Florentina. 10. Martij. 1603.

20 Quartò, quia in supradictis quatuor prouisionibus semper habita fuit mentio familiæ, & descendentiæ, nunquam verò hæreditarię qualitatis adeout præsumendū sit quod expresso, & proprio nomine, non autem hæreditario, quòd in dubio non præsumitur factæ fuerint, vt in his terminis considerauit Rota in dicta Florentina sub die 10. Martij, & 11. Februarij.

Quintò, quia ex statu centenario huius Canonicatus in alia decisione firmato apparet, quòd nullus extraneus ab Antonio, aut fœmina cōsensit, nec præsentauit, quòd arguit patronatum non fuisse hæreditariū, quia valdè inuerisimile videtur, quòd spatio tanti temporis aliquis extraneus, aut fœmina in hæreditate aliquorum ex illis non successerit in familia præsertim, vt supponunt informantes pro Carduccio numerosa.

Non obstat consensus vt prætenditur in stirpes præstitus resignationi ad fauorem Petri de Nasis de anno 1585. per assertum procuratorem Laurentij, Roberti, Alexandri, Emilij, & Ascanij de Puccis.

Primò, quia non constat de aliquo mandato procuræ, & præsertim ad variandum modum præsentandi seruatum in præcedentibus vacationibus.

Secundò, quia neque procurator voluit consensum restringere potius in stirpes, quàm in capita, dum pro omni verò iure patronis competenti præstitit consensum, adeout potius præsumendū sit, quòd voluerit modum præcedentem præsentandi per principalesmet seruatum continuare, & ab illo non recedere, vel saltē per hunc actum æquiuocum, & dubium non potest elidi probatio clara status familiaritatis latè supra firmata ex vulgaribus.

21 Vnde siue iuspatronatus sit merè gentilitium, siue mixtum, quia requirat vtranque qualitatem sanguinis, & hæreditatis, Octauia tāquam extranea non est capax, & consequenter gratia Carduccij non est iustificata.

Et ita fuit vtraque parte informante conclusum, &c.

ILLVSTRISS. PATRIARCHA
HIEROSOLYMITANO.

Cracouien Parochialis de Cōiusza. 9. Iunij. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi debet institui.*
2 *Sententia nulla ex defectu iurisdictionis non debet confirmari.*
3 *Sententia iniusta non est confirmanda.*
4 *Quasi possessio præsentandi acquiritur ex vnica præsentatione effectuata.*
5 *Quasi possessio non attenditur, quando constat de proprietate iurispat.*
6 *Si ante institutionem constet de proprietate.*
7 *Vt si constet ex sententijs.*
8 *Præsentatio à non patrono facta non præiudicat vero patrono ignoranti.*
9 *Iuspatr. vniuersitatis est probandum secundum Conc. Trid.*
10 *Aliàs quasi possessio non suffragatur.*

DECISIO XLII.

Vacante Parochiali, de qua agitur fuerunt ad illam à diuersis patronis præsentati Iacobus, & Martinus, ille à Collegio Iurisperitorum Academiæ Cracouien. prætendente existere in quasi possessione præsentandi, iste verò à Dominis octo Villarum pariter prætendentibus ad ipsos

sos pertinere præsentationem ad di-
ctam Parochialem. Vnde inter dd.
Iacobum, & Martinum præsentatos
orta lite super institutione, quia qui-
libet eorum suam præsentationem
esse admittendam contendebat, &
introducta coram Ordinario Craco-
uien. emanauit sententia, in qua
fuit pronunciatum dictum Collegiũ
existere in possessione, vel quasi præ-
1 sentandi, ac proinde Iacobum ab eo
præsentatum instituendum fore, à
qua cum fuisset ad Nuncium appel-
latum, ipse dictam sententiam Ordi-
narij confirmauit; ideò causa ad Ro-
tam deuoluta, & mihi commissa du-
bium in Rota proposui. An dicta
sententia Nuntij vltimo loco lata es-
set confirmanda, vel infirmanda, &
Domini infirmandam esse dixerunt.
2 Fundamentum resolutionis fuit
nullitas, & iniustitia dictæ sententiæ.
De nullitate constat apparenter, cum
illa sit confirmatoria alterius Ordi-
narij Cracouien. non obstante quòd
fuerat oppositum de illius nullitate
ex defectu iurisdictionis Auditoris
Ordinarii, de cuius delegatione non
constabat iuxta Verall. dec. 376. p. 2.
& Seraph. dec. 597. nu. 4. propterea
Nuntius dictam sententiam absque
vitio nullitatis confirmare non po-
tuit Rota dec. 346. nu. 4. & dec. 572.
par. 2. recent.
3 De iniustitia verò Domini nõ du-
bitarunt, ex quo sententia se fundat
in quasi possessione præsentandi di-
cto Collegio acquisita per præsenta-
tionem factam, quando ista ecclesia
vacauit per priuationem Benedicti
Bandonij de anno 1597. Et quam-
4 uis regulariter quasi possessio præsen
tandi acquiratur ex vnica præsenta-
tione effectuata. Rip. in c. cum Ec-
clesia Sutrina. nu. 91. de caus. poss. &
propr. & hæc quasi possessio attendi
soleat ad effectum, vt præsentatus
veniat instituendus. cap. consultatio-
nibus. de iurepat. Rota dec. 14. eod.
tit. in antiq. Put. dec. 189. lib. 1. Ni-
hilominus visum fuit Dominis hu-
iusmodi quasi possessionem non esse
attendendam, &
5 Primò, quia dicta quasi possessio
non attenditur, quando constat de
proprietate iurispatronatus, quasi
tunc proprietas absorbeat causam
possessionis, vt tenent communiter
Doct. in d. c. consultationibus. & ibi
Abb. nu. 9. de iurepat. Dec. cons. 127.
num. 1. Rot. dec. 167. nu. 10. & dec.
269. num. 4. & 5. p. 2. diuers. & latè
fuit deductum in Meluitana iuris-
patronatus. 18. Aprilis. 1608. coram
bo. mem. Cardin. Marquemontio, &
coram bo. mem. Vbaldo in Barchi-
nonen. Cap. 2. Iunij. 1614.
6 Et licèt hoc procedere teneant
Doctores prædicti præsertim Rota
d. decis. 167. nu. 9. quando ante insti-
tutionem constat de proprietate pa-
tronatus, alias secùs, quia tunc præ-
fertur institutus ab existente in quasi
possessione præsentandi, quibus ac-
cedunt Calderin. cons. 23. de præb.
& Rota dec. 7. de iurepat. in nou. &
dec. 49. de rescrip. in antiq.
7 Attamen in nostro casu obiectum
cessat, quia constat de tali iurepatr.,
& quidem ante institutionem Iacobi
aduersarij ex duabus sententijs, quæ
dantur in Summario Martini nu. 1.
& 2. altera de ann. 1523. altera ve-
rò de ann. 1536. in quibus pronun-
ciatur iuspatronatus parochialis, de
qua agitur, & illius ius præsentandi
spectare, & pertinere ratione funda-
tionis, & dotationis ad Dominos
octo Villarum, qui præsentarunt
Martinum, cum quibus etiam con-
currunt præsentationes continuatæ
effectum sortitæ factæ à dictis patro-
nis vsque ad annum 1597. & quæ
dantur d. Summario nu. 3. quibus
non potuit præiudicare præsentatio
8 facta à Collegio ob priuationem
Bandonij de anno 1597. præsertim
non constito de scientia, & patientia
patronorum. Ferret. cons. 132. nu. 3.
lib. 1. Rot. dec. 184. nu. 1. p. 1. diuers.
& apud Seraphin. decis. 337. num. 2.
in fin.

h 2 Se-

Digitized by Google

9 Secundò, quia versamur in Vniuersitate, in qua intrat dispositio Conc.Trid.sess.25.cap.9. propterea ab illa præsentatus non debet institui donec doceat de legitimo titulo ex fundatione, & dotatione iunctis præsentationibus saltim spatio 50. annorum continuatis, & effectuatis, vt requirit Concilium. Vnde cum Iacobus ab Vniuersitate Iuristarum præsentatus fundet se tantùm in vltimo statu, & in quasi possessione eidem Vniuersitati acquisita vigore præsentationis de anno 1597. & Concilium deroget non solùm titulo, sed, & quasi possessioni cuiuscunque iurispatronatus aliter quàm modo supradicto acquisiti. Gonzal. super reg.8. glos.18.nu.23. dicendum
10 est, dictam quasi possessionem Collegio non suffragari, & consequenter nec præsentationem de Iacobo factam sustineri, sed sententiam mandantem illum institui fore reuocan.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. DVRANO

Florentina Subdecanatus. 27. Ianuarij. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio præsentandi non queritur absque actuali præsentatione effectuata.*
2 *Quasi possessio defuncti non transit in successorem.*
3 *Possessio vt acquiratur, & retineatur, requiritur animus.*
4 *Animus defuncti ad successorem non transit.*
5 *Possessio patris non continuatur in hærede suo.*
6 *Possessio defuncti non transit in hæredem, seu successorem vniuersalem, nec singularem.*
7 *Possessio transferentis in exigendo pensionem non transit in translatarium.*
8 *Legatarius rem legatam ab hærede capere debet.*
9 *L.cum hæredes.ff.de acq.poss.procedit in reb. corpor. & incorpor.*
10 *Quasi possessio incorporaliū per actum proprij facti acquiritur.*
11 *Quasi possessio rei incorporalis non transit in hæredem, seu successorem particularem.*
12 *Quasi possessio per nouum actum successoris adepta dicitur noua.*
13 *Quasi possessio iurispat. non transit in successorem, sed opus est illius iuris nouo vsu.*
14 *Etiamsi adsit statutum de continuanda possessione in successorem.*
15 *Quia quasi possessio iurispat. versatur circa spiritualia.*
16 *Quasi possessio antecessoris non iuuat ad effectum manutenendi successorem.*
17 *Quasi possessio dari, & cedi potest.*
18 *Cessio dum fit, cedens possidet.*
19 *Legatum possessionis nec in vita testatoris, nec in puncto mortis valet.*
20 *Legatum non valet rei morte legantis petituræ.*
21 *Clausula constituti nil operatur, si quis constituat se post mortem nomine alterius possidere.*
22 *Lex sola potest fingere quòd non est.*
23 *Legatum possessionis continet virtualiter donationem inter viuos.*
24 *Si in vita fuit acceptata possessio.*
25 *Iuspat. non cohæret alijs rebus legatis, nisi sit legatum Castrum, cui cohæret.*

DECISIO XLIII.

Vacauit Subdecanatus ecclesię Florentinæ, & contendentibus diuersis patronis, necnon ab eis respectiuè præsentatis super pertinentia iurispatronatus: D. Octauia Capponia vna ex prædictis assertis patronis, institetit ante omnia dari dubium, quis eorum sit in quasi possessione præsentandi; sed quia alij nēpè Baiuliuus, & fratres de Puccis, & D. Lucretia, & fratres de Venturis nihil

nihil adduxerunt, vnde iustificari posset, eos esse in dicta quasi possessione, fuit propterea solummodo disceptatum, an constaret de quasi possessione prædictæ D. Octauiæ, & fuit negatiuè resolutum, & proindè nemini patronorum dandum esse mandatum de manutenendo.

In primis enim D. Octauia non potest quasi possessionem prætendere ex propria eius persona, ex quo numquam præsentauit, cum tamen
1 quasi possessio præsentandi non queratur absque actuali præsentatione, quæ effectum sit sortita. Calder. de iurepatr.cons.12. Oldrad.cons.229. nu.2.Rocch.de Curt. in tract. de iurepar. verb.comperens.nu.35. Gonzal.ad reg.8.glos.18.n.86.Caputaq. dec.418.par.2.

Nec etiam est in dicta quasi possessione ex persona Ruberti Pandulphi quondam sui mariti, qui ei dictum iuspatronatus legauit, sequuta confirmatione Ordinarij, quia quasi
2 possessio defuncti non transit in successorem. l.cum hæredes. ff.de acqu. possess.l.si de eo.§.vltim.ff.ad exhib.
3 Quandoquidem ad acquirendam, & retinendam possessionem requiritur animus. l.quemadmodum.ff.de acq. poss. & l.licet. C.eod. Animus autē defuncti ad successorem non transit. l.4.ff.locar.l.sed si ita legatum. §.illi
4 si volet.ff.de leg.1.Cæphal.cons.30. nu.8.lib.1. Ioseph.Ludou.decis.Perus. 69. nu. 11. vnde ob eandem ra-
5 tionem nec in suum hæredem patris possessio continuatur, sed opus est noua apprehensione.glos.in d.l.cum hæredes.verb.pertinet.& ibi Bart. & in l.in suis.nu.5.ff.de liber. & posth. Bald.in l.fin.num.2. C.de edict.diu. Adr.tollen.Roder.Suar.in l.8. tit. de las herencias. lib.3.fori.nu.12.Gutier.in repet.text.in §.sui nu.66.inst. de hæred.qual.& differ.
6 Et sicut in hæredem, seu successorem vniuersalem non transit defuncti possessio sine noua apprehensione, ita nec in successorem singularem. glo.in l.cum duobus. §. idem respondit.il 2.in verb. dominium.ff. pro socio. Alex.in d.l.cum hæredes. num.2.Gomes.super regul. de annal. q.14.& 15. Rot.p.1.recent.dec.122. num.3. & 11. & coram Gregor.XV.
7 dec. 57. vbi quòd possessio transferentis in exigendo pensionem non transit in translatarium: & multò minus transfertur possessio in singularem successorem titulo legati, quia in eo vltra generalem rationem supra traditam, vrget etiam illa, quòd cum debeat rem legatam capere de
8 manu hæredis, non potest prius circa eam exercere actus naturales habiles ad acquirendam possessionem, & sic incipere possidere, quàm ei res legata ab hærede tradatur, aut consignetur.
9 Et in vniuersum dispositio tex. in d.l.cum hæredes. indistinctè, & absolutè procedit non solum in rebus corporalibus, sed etiam in incorporalibus, quarum quasi possessio ac-
10 quiri non potest, nisi per actum proprij facti, scilicet per vsum, & exercitium iuris incorporalis. l.quoties. 20.ff.de seruit.l.2.vbi DD. ff.de seruit. & aq.Bart.in l.1.§.huius autem interdicti.ff.vti possid. Put.dec.269. n.3. igitur nec rei incorporalis quasi
11 possessio in hæredem, aut successorem particularē transit, ante vsum, & exercitium illius iuris. Tiraquell. in tract. le mort saisit. in 4. par. declar.7.& in præfat.d.tract.declar.3. 4. & seqq. Gabr. cons.185. num. 7. lib. 2.

Vnde necessariò sequitur, vt eo ipso quòd possessio defuncti non transfertur, quòd postquam per nouum actum, aut vsum rei est apprehensa per successorem non potest di-
11 ci eadem possessio antecessoris, sed diuersa, itaut illa, quę fuit penès defunctum fuerit extincta, & alia noua in hęrede producta. d. l.cum hęredes.§.1.ibi, noua possessione opus sit. l. is, qui pro emptore. §. si quis bona fide.ff.de vsucap. ibi, quia ini-

tium secundæ possessionis vitiosum est, qui tex. loquitur in singulari successore secundum Bart. & DD. ibid. Ant. Gom. ad l. 45. Tauri num. 118. & Molin. de Hispan. primog. lib. 3. c. 12. nu. 22.

Et tandem ad rem de qua agitur accedendo, ex supradictis emanat illa non minus vera, quàm recepta iuris conclusio, quòd quasi
13 possessio iurispatronatus non transfertur in successorem siue vniuersalem, siue particularẽ, sed in eo opus est nouo vsu, & exercitio illius iuris. Menoch. de retin. rem. 3. nu. 57. vers. extenditur. & in puncto Gonz. glo. 34. nu. 108. Garz. de benef. p. 5. c. 5. nu. 35. cum seqq. & reprobato Lambertino qui contrariũ tenuit. Achill. dec. 5. de cau. poss. & prop. Caputaq. dec. 426. p. 2. Mantic. dec. 88. nu. 5. & Rot. dec. 260. nu. 4. & dec. 337. nu. 3. p. 2. recent. & apud Reuerendiss. D. meum Decanum dec. 464. nu. 3.

14 Et est adeo vera dicta conclusio, vt procedat etiam in fortioribus terminis, nempè quando extat statutũ de continuanda possessione in successorem, quia illud non intrat, nec aliquid operatur, quoad quasi possessionem iuris præsentandi, vt reprobata decis. Caputaq. 211. par. 3. tenuit Rot. d. dec. 260. nu. 4. p. 2. rec. & in Asculana Iurispatronatus. 18. Martij. 1622. coram bo. me. Buratto. & in alijs adductis per Adden. ad dec. Greg. XV. 222. & ratio est,
15 quia cum quasi possessio iurispatronatus versetur circa spiritualia, merito non subijcitur similibus statutis. ad tex. in cap. 2. & 3. de iudic.

Ex quibus clarè patet, quòd nec D. Octauia iuxta iuris regulas superius firmatas, potest tamquam legataria dicti iurispatronatus prætendere, quòd sit in quasi possessione ex persona Roberti testatoris, cuius possessio eius morte fuit extincta, quæ ideò non potuit in eam transferri,
16 nec ipsa ex ea iuuari ad effectũ manutẽtionis. Menoch. de retin. rem. 3. nu. 57. vbi quod successori ex persona defuncti non datur interdictum retinendæ; vnde superest solum adductis in contrarium respondere.

Et primò non obstat, quòd nedũ legauit Octauiæ iuspatronatus; sed etiam quasi possessionem præsentãdi, quæ propterea videtur in eam
17 translata, cum quasi possessio, & dari, & cedi possit. Bald. cons. 436. n. 5. vers. 4. præmittendũ est. vol. 3. quod si fieri potest inter viuos, videtur quòd etiam in vltima voluntate. l. 1. C. de sacros. eccl.

18 Quia fuit benè responsum, quòd cessio possessionis facta in vita, & possessionis legatum longè differũt: etenim tempore quo fit cessio cedẽs possidet, & sic transfert quod est, & ipse habet, cum autem legatum
19 possessionis sicut & testamentum, nec in vita testatoris, nec in puncto mortis, quod vitæ, & non morti attribuitur. l. qui diuus. 14. §. hæc verba. ff. de manumis. testam. effectum habeant; sed post mortem conferantur, impossibile est, quòd possessio per legatum transferri possit, non in vita, seu morte testatoris, & sic dum ipse possidebat, quia eo tempore legatum quòd post mortẽ confertur, non poterat habere effectum non etiam post mortem, quia morte testatoris possessio extincta fuit, ideoq. non valet legatum de ea factum: sicut in simili, quando aliquis
20 legat ius, quòd habet in re morte sua periturum non tenet legatum, vt si ab vsufructuario legetur vsusfructus. l. quod in rerum. §. 1. ff. de leg. 1. l. vxor patrui. C. de legat. Peregr. cõs. 61. nu. 10. vol. 1. & in puncto ob dictam rationem, quòd legatum possessionis sit nullum, & quòd per illud possessio non transferatur, clarè sentit Ias. in l. quoties. n. 16. C. de rei vendic. & clarius in l. nemo potest. n. 35. vers. secundò adde. ff. de leg. 1.

Et idem est, quando in vita transfertur possessio post mortem, vt si in alienatione, vel contractu, quis constituat

stituat se post mortem suam nomine alterius possidere, quia tunc non transfertur possessio, nec clausula
21 Constituti aliquid operatur, ex quo Constitutum confertur in tempus, in quo non sit possessio penès constituentem; imò extincta sit per mortem eius. Bald. in cap. 1. de confirm. vtil. vel inutil. nu. 13. Angel. Perus. in l. quamuis. §. si conductor. nu. 1. ff. de acqu. poss. & ibi Cuman. nu. 2. Alex. num. 7. & cons. 82. nu. 11. Ias. in d. l. nemo potest. nu. 35. vbi quòd si testator constituat se in testamẽto possidere pro hærede, vel legatario non valet Constitutum. Tiraq. de iur. con stit. p. 3. lim. 3. & latè Anton. Gom. ad l. 45. Tauri nu. 98. vers. sexto, & singulariter.

Non obstat etiam si dicatur, quòd si per legem, aut statutum potest transferri possessio sine noua appræhensione solo ministerio legis, idem etiam fieri posse ex voluntate testatoris. ad tex. in auth. de nupt. §. dis-
22 ponat. quia adest magna disparitatis ratio, lex enim sola est, quæ fingere potest quòd non est, non autem homo. l. si fortè. 8. ff. de castr. pecu. ideoq. ipsa sola potest facere, quod transferatur possessio iam extincta. Alex. cons. 1. nu. 8. vol. 1. Cassad. dec. 7. nu. 18. de cau. poss. & prop. & Rot. apud Greg. XV. dec. 546. nu. 10. vbi quod Iudex non potest facere, vt transferatur possessio sine actuali appræhensione: ex quibus etiam tollitur quòd exaduerso pro Octauia dicebatur, translatam fuisse possessionem per dictum legatum, ex quo fui. per Ordinarium confirmatum.

23 Nec releuat si prætẽderetur, quòd legatum possessionis continet virtualiter donationem inter viuos, dũ testator non solum per viam legati; sed etiam omni alio meliori modo possessionem Octauiæ reliquit, & donauit, quo casu transfertur possessio in legatarium. Ias. in d. l. quoties. nu. 16. quia vltra quòd, semper verum erit, quòd effectus fuit collatus post mortem testatoris, & sic in tempus inhabile. Respondetur, quòd etiam si testator simpliciter, & de præsenti possessionem dedisset, dum
24 in eius vita non fuit sequuta acceptatio, possessio non fuit translata. ad tradita per Couar. in rubr. de testam. par. 3. nu. 33. & in puncto quod ex donatione possessionis, seu constituto inter viuos non transferatur possessio in absentem, si donans, aut constituens moriatur ante acceptationem. Ant. Gomes. ad l. 25. Tauri. nu. 98. in fin.

Non obstat tandẽ quòd D. Octauia sit in quasi possessione, quoad alia in eodem legato compræhensa; quia iuspatronatus huius beneficij
25 alijs rebus legatis non cohæret, tanquam sub titulo vniuersali, prout si fuisset legatum Castrum, cui cohęret iuspatronatus. iux. dec. 1. de iurepat. in nou. Peregr. de fideicomm. art. 48. nu. 76. sed habet suum titulum, & fundationem particularem, ideoq. requiritur specialis appręhẽsio quasi possessionis, respectu ipsius, sicut ex appræhẽsione possessionis vnius prædij non infertur ad possessionem alterius. l. 1. §. veteres. & ibi gloss. ff. de acqu. poss. Ias. in princ. l. 3. nu. 30. ff. eod. Panorm. in cap. cum aliquibus. nu. 8. de sent. & re iud. & in fortioribus terminis. Couar. var. resol. lib. 3. c. 16. nu. fin.

Et ita decisum vtraque &c.

R. P. D. PIROVANO

Placentin. Archipresbyteratus.
17. Martij. 1623.

SVMMARIVM.

1 *Vltimus status attenditur in beneficialibus.*
2 *Collegialitatis qualitas quomodo probetur.*
3 *Prima dignitas quomodo probetur esse talis.*
4 *Vltimus status non attenditur, quando*

Digitized by Google

do constat de anteriori contrario.
5 *Mutatio status beneficiorum fit ex quadragenaria.*
6 *Collegiata est actu vel habitu.*

DECISIO XLIV.

Dictum fuit gratiam D. Marsilij esse iustificatam quoad reseruationem in literis narratam, quòd scilicet Archipresbyteratus, de quo agitur, sit prima Dignitas in collegiata, itaut cadat sub regula tertia Cancellariæ.

Nam vtrumque probatur ex vltimo statu, dum Boninus vltimo defunctus de dicto Archipresbyteratu tanquam de tali dignitate vsque de anno 1596. à Sede Apostolica fuit prouisus, quam prouisionem cum partes non cõtrouertant, sed admittant, dum quælibet ex eadem vacatione contendit sustinere propriam collationem, inde desumitur vltimus
1 status tanquam de reseruato, qui sufficit ad distinguendam pertinentiam collationis huius beneficij. Calder. cons. 23. de pręb. Rot. coram Sanctiss. dec. 77. num. 9. & decis. 482. nu. 1. & dec. 154. nu. 3. & dec. 233. nu. 1. p. 1. recent. & idem fuit dictum in Placentina Plebis. 5. Nouembris præteriti coram me.
2 Et nihilominus qualitas collegialitatis ex alijs sufficienter probatur. constat enim quòd vsque de anno 1381. & exinde de ann. 1401. 1436. 1450. 1504. 1518. & 1579. emanarũt collationes Canonicatuum, & Canonici Capitulariter congregati assignarunt prouisis stallum in Choro, & locum in Capitulo, quod fieri nõ potuit absque Collegiali nomine, Innoc. in c. postulasti. in princ. de iurepat. Rot. diuers. dec. 584. nu. 2. p. 4. & coram Sanctiss. eodem decis. 482. nu. 4. & in Cremonen. Præpositurae. 24. Maij. 1621. coram R. P. D. meo Remboldo.
3 Similiter quòd hæc dignitas Archipresbyteratus sit prima in dicta eccelesia Sanctæ Mariæ, iustificatur ex collationibus an. 1505. & 1544. in quibus expressis verbis dicitur, quod hęc dignitas principalis existit, & accedit assertio Visitatoris in visitatione anni 1579. in qua dicit collationem dicti Archipresbyteratus spectare ad Summum Pontificem, cui multum esse deferendum, sæpè Rota censuit. Cassad. dec. 2. de caus. poss. & prop. Seraph. dec. 1026. nu. 3. Rota coram Sanctiss. dec. 482. nu. 6. neque vrgent aliæ visitationes, in quibus non habetur mentio de qualitate huius dignitatis, & quòd sæpius facta fuerit prouisio per concursum, quæ indicant non esse primam dignitatem, quia quoad visitationes sufficit quod non contradicant posteriori: concursus autem non tollunt, quin magis inhærendum sit enunciatiuis antiquis, & visitationi prædictæ in quibus explicitè probatur ista primalis qualitas.
4 Non obstat, quòd vltimus status non sit attendendus, quando constat de anteriori contrario. Rota decis. 154. nu. 3. & 4. p. 1. recen. & contrarius dicebatur probari ex eo, quod ab anno 1563. citra, & sic per 60. annos fuerit in statu simplicis parochialis, dum fuit prouisa ab Ordinario tãquam de tali; primò de mense Decembris 1563. in Cattaneum, postea de anno 1591. in Iouannatiũ per concursum, & de anno 1592. per similem concursum in Arcellum, & de anno 1596. concursus factus fuit, & approbatus fuit alter Arcellus.
5 Quia ex eisdem prouisionibus patet deficere probationem dum non intercedit spatium 40. annorum omnino necessarium ad mutationẽ status. cap. cum de beneficio. de præb. in 6. Seraph. dec. 1227. nu. 3. & dec. 91. nu. 1. & dec. 308. nu. 4. p. 1. recen. Vltra quod, & alia requisita voluntatis, & potestatis, & bonæ fidei cõcurrere debent, vt in eisdem decisionibus aduertitur, sed ab anno 1563. vsque ad annum 1596. certum est, quod

quod non decurrunt 40. anni, sed 33. tantum, ergo sub imperfecta probatione remanet status contrarius, qui non releuat; neque vrget exceptio subreptionis dictæ prouisionis factæ in Boninum de dicto anno 1596. quia sufficit quòd fuerit sortita effectum, quod vtraque pars veniat ex eadem vacatione, vt interim quoad iustificationem gratiæ sit attendenda, & vlterius paret prouisionem anni 1591. factam fuisse vigore Indulti, vnde status æquiuocatur ex incertitudine collationis.

Demum non obstat, quòd regula intelligi debeat de ecclesijs Collegiatis actu,& non habitu, prout hæc reperitur,quia narratiua tollit obiectum,dum expressum fuit,quod erat
6 Collegiata saltem habitu, & Papa nihilominus concesserit, vnde, vel eam sub regula comprædhendi dicendum est ex veriori, de qua per Decian. cons.6. nu.10.vol.2. vel quod Papa controuersiam determinauerit, vt fuit dictum in causa Beneficiatus Sancti Petri. 8. Aprilis. 1622. coram me. Etita, &c.

R. P. D. REMBOLDO

Pampilonen. Capellaniæ. 4. Martij. 1622.

SVMMARIVM.

1 *Capellania debetur proximiori fundatoris, si ita in fundatione sit dictũ.*
2 *Illegitimi veniunt appellatione consanguineorum, cum ex sanguine procedant.*
3 *Mens, & voluntas disponentis inspicitur, & communis vsus loquendi, vt excludatur, vel includatur illegitimus.*
4 *Filij sunt, quos nuptiæ demonstrant.*
5 *Illegitimi in Hispania gaudent nobilitate parentum, & sunt de casata.*
6 *Legitimi orti ab illegitimis sunt habiles ad quæcumque beneficia.*
7 *Legitimus natus ex illegitimo fuit præsentatus ad Canonicatum, ad quem erat vocatus descendens.*
8 *Illegitimi comprahenduntur, quando disponens vsus est verbis naturalibus.*
9 *Argumentum à vocatione actiua ad passiuam quando valeat.*
10 *Dispositio qualibet recipit à iure communi interpretationem.*
11 *Affectio naturalis cadit etiam in legitimis ex illegitimis.*
12 *Vocatio à disponente præsumitur facta ex naturali affectione.*
13 *Legitimus in pari gradu præfertur descendenti ex illegitimo.*

DECISIO XLV.

Domini dixerunt sententiam, qua fuit pronunciatum capellaniam de qua agitur adiudicari debere Petro, esse reuocandam, quia
1 ex lege fundatoris dicta capellania debetur consanguineo proximiori eiusdem fundatoris; & dubium non est,quòd Didacus est proximior cõsanguineus ipsius fundatoris dicto Petro, ideoq. dicta capellania venit adiudicanda dicto Didaco, non autem Petro.

Nec obstat, quòd Didacus descendit à Ioanne, qui fuit filius naturalis Ferdinandi fratris fundatoris, & sic ex linea infecta: quia cum dictus fundator simpliciter mandauerit, quòd nominaretur in capellanum suus consanguineus proximior;sicq. vsus fuerit verbis naturalibus, non autem ciuilibus: censentur sub dicta ordinatione comprænhensi nedum legitimi; sed etiam illegitimi, & naturales; sicq. multò magis nati ex illegitimo, eo quod illegitimi quoque veniunt appellatione consanguineorum; quia inspecto iure na-
2 turæ, etiam illegitimi, & spurij dicuntur procedere ex sanguine, & in eis cadit naturalis affectus, vt notat Bar. per tex. in l. pronunciatio. §. familia. ibi. (cum ex eodem sanguine proficiscatur) ff. de verb. signif. & in l. tu-

l.tutelas,sub num.3.ff.de capit.diminut.Fel.in c.in præsentia,sub nu.22. vers. est verum. de prob. cum pluribus cumulatis in duabus decisionibus die scilicet 6. Nouembris.1617. & 16. Februarij.1618. coram R. P. D. meo Pirouano . in hac eadem causa factis.

3 Nec obstat, quòd in hac materia, mens,& voluntas potissimum disponentis, necnon communis vsus loquendi inspicitur,an etiam consideratur materia, vtrum scilicet illa sit proportionabilis, vt in ea excludatur, vel includatur spurius, vel legitimus ex tali spurio descendens, vt post alios aduertit Modern. ad reg. 8.glos.5.num.123. quia vltra quod obiectum hoc videtur procedere, quando disponens vsus fuit verbis ciuilibus, quæ in subsidium tantum, & secundario possunt importare illegitimos, prout est verbum filij, & liberi,quorum appellatione non veniunt propriè illegitimi, quia illi

4 sunt propriè filij, quos nuptiæ demonstrant Imol. Alex. & alij in l. ex facto.§.si quis rogatus. num. 5. ff.ad Trebell. per text. in l. filium definimus.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iur. & glo.in l.fin.ff.de iur.delib.

Secus verò quando talis dispon ēs vsus est verbis naturalibus, quæ ex propria eorum significatione æqualiter compræhendunt etiam spurios ex supra allegatis, quia tunc frustra recurritur ad coniecturas. l. continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig.l.ille aut ille.§.cum in verbis. ff. de leg.3.l.pediculis.§.argento.ff.de aur.& argen.legat.

Cessat etiam difficultas in casu isto, ex quo nec communis vsus loquendi repugnat, quia in partibus Hispaniarum ex communi vsu loquendi verba (Deudo mas cercãno) quibus dicta dispositio concepta legitur, compræhendunt etiam illegitimos, vt in puncto Garz. de benef. par.7.cap.15.num.46. & imò etiam

5 ex consuetudine illarum partium, seu lege particulari, illegitimi quoque gaudent nobilitate parentum, non minus ac ipsimet legitimi, & ita veniunt etiam appellatione eorum, qui sunt de familia, domo, casata, vt in specie tradit Azeued. cons. 24. num. 27. & 29. dicens, quòd naturales clarissimè sunt de domo, casata, & agnatione patris, ex particulari, & notoria Hispaniæ consuetudine eos admittente ad insignia,nomen, & arma, honores, & nobilitatem patris. Garz.vbi sup.nu.49.

Nec dici etiam potest, quòd materia subiecta non sit proportionabilis, vt sub dictis verbis includantur spurij, quia non agitur de successione in Maioricatu, vel alia simili re pertinente ad decus, & splendorem familiæ,quæ non ita per illegitimos, & descendentes ab eis,quam per legitimos illustratur, in quibus terminis procedunt allegata pro Petro, sed tantum de successione in capellania, in qua non consistit decus,ac splendor familiæ; ita quòd ab ea censeantur exclusi legitimi descen-

6 dentes ab illegitimis,qui aliàs inspecto iure cõmuni sunt habiles & idonei ad quæcumque beneficia. glos.in cap. quia Clerici. in verbo, filij. de iurepatr. Nauar.cons.4.nu.1.de iurepatr. & in terminis legitimi nati

7 ex illegitimo, & præsentati ad Canonicatum ad quem Testator vocauerat clericum descendentẽ à quodam Ioanne, quòd sit sub tali vocatione comprehensus, fuit dictum in Tirasoneñ Eleemosynariæ. 14. Nouembris. 1603. coram bo.me.Card. Lancellotto.

Nec denique mens, & voluntas disponentis resistit. Tum quia eo ipso, quòd vsus fuit verbis naturalibus, & quæ tàm ex eorum significatione, quàm ex communi vsu lo-

8 quendi illarum partium,compræhẽdunt etiam illegitimos, censetur voluisse in dicta dispositione compræhendere illegitimos, seu legitimos descendentes ab illegitimis, ad trad.

trad. per Bart. in l.generaliter. in 1. notab. C. de non numer.pecun.l.labeo. ff. de suppellect.legat.cum alijs per Tiraq.in l.si vnquam. in vers. libertis. num. 17. & seq. C. de reuoc. donat.

Tùm etiam, quia, imò quòd dictus fundator non abhorruerit illegitimos,eosq. consanguineos appellauerit, clarè apparet ex eo potissimùm, quòd cum superius disposuisset, quòd si cõsanguineus ipsius bona sua administraret, non exigeretur ab eo ratio administrationis, postea subiunxit, quòd si dicta bona fuissent administrata per filium naturalẽ Ferdinandi sui fratris, prout sibi relatum fuerat, nedum non exigeretur ratio ab eo, prout superius ordinauerat, ibi (vt dictum est) verumetiã ipsi darentur ducati 300. nam ex hac dispositione colligitur,quòd habuit inter consanguineos etiam dictum filium naturalem Ferdinandi, quodq. eundem particulari amore etiam præ cæteris cõsanguineis prosequebatur, adeò quod non solum non possit constare ex dispositis ab eo, quòd non voluerit in dispositione per ipsum ad fauorem proximiorum consanguineorum facta cõpræhendere etiam illegitimos: sed imò magis appareat animum ipsius fuisse etiam illegitimos compræhendere, non minus atque legitimos, dum ad fauorem eorumdemmet consanguineorum disposuit, ne ab ipsis ratio exigeretur, ad trad.per Soc.sen. cons. 102.nu.9.lib.3. Card. Mantic. de coniect. lib.11.tit.9.nu.12.

Nec aliquid releuat,quòd fundator non ex beneuolentia, & affectu legauit Ioanni illegitimo dictos ducatos 300. & à reddenda ratione administrationis liberauit; sed quòd hoc fecit vigore grauaminis testamenti sui fratris Ferdinandi, tùm quia nullibi constat dictum testamẽtum Ferdinandi sortitum fuisse effectum, aut Gundisaluum fundatorem habuisse de tali testamento notitiã; tùm quia dictus fundator fuit institutus hæres sub conditione si personaliter veniret habitare, & residere ad Oppidum de Taffalla,& nõ alias, dum ergo dictus fundator obijt in Indijs vbi suum testamentum condidit,& nunquam post testamentum Ferdinandi habitauit in dicto Oppido de Taffalla, vtique dici non potest dictam hæreditatem adiuisse.

Nec obstat, quòd fundator non nominauit dictum filium naturalem Ferdinandi per nomen propriũ, sed cum quadam nota contemptus, videlicet, quidam filius naturalis mei fratris, quia hoc non euenit ex eo, quòd dictum filium Ferdinandi cõtemneret, sed quia propter longam eius absentiam, & multorum annorum moram in Indijs,ignorabat nomen proprium filij Ferdinandi eius fratris,prout ignorabat etiam nomina filiorum Matthæi, quos pariter non nominauit eorum proprijs nominibus, neque in vulgari Hispano sunt verba aliquo modo contemptiua,quia in processu originali legitur (vn hiso) licet interpres verterit (quidam) pro (vnus,) & si vt prætenditur aspernatus fuisset dictum filium naturalem Ferdinandi,vtique eum non liberasset ab onere reddendi rationem, nec minus ipsi legasset ducatos 300. vt dictum est.

Nec obstat, quòd voluerit saltem dictus fundator in concursu legitimi cum legitimis descendentibus ex illegitimis præferri legitimum ex adductis in duabus posterioribus decisionibus in hac causa coram R.P.D. meo Pirouano factis. Quia hoc neque ex verbis (quibus concepta est fundatoris dispositio) nec ex præsumpta, seu coniecturata mente ipsius disponentis concludi potest.

Non ex verbis, quia verba, quibus dictus fundator vsus est,æqualiter important legitimum, & illegitimum,tàm ex propria eorum significatione, quàm attento vsu loquendi, & consuetudine illarum partium,

tium, vt supra fuit probatum.

Non etiam ex præsumpta fundatoris voluntate, quia nulla coniectura, saltem valida adducitur, ex qua possit talis voluntas elici; quinimò ex supra deductis apparet adesse satis vrgentes cōiecturas, quod dictus fundator non abhortuerit in specie filium Ferdinandi, à quo descendit Didacus, quodque eundem appellauit consanguineum, & præ cæteris honorauit.

Nec obstat, quòd fundator reliquit iuspatronatus Capellaniæ, de qua agitur Matthæo, & eo deficiente ipsius Matthæi filio primogenito; ideoq. videatur lineam Matthæi, at-
9 que ita legitimos prædilexisse, quia si liceret argumentari à vocatione actiua ad vocationem passiuam, hoc est, quòd in capellania sit præferendus ille, qui fuit à testatore prælatus in patronatu: proculdubio hoc argumento excluderentur à capellania nedum illegitimi descendentes ex alia linea; sed etiam omnes alij consanguinei, etiam legitimi ipsius fundatoris, quibus similiter linea dicti Matthæi fuit in patronatu prælata, quòd cum dici minimè possit, eo quia clarè apparet, quòd licèt Testator prius patronatum reliquerit Matthæo tantum, & ipsius Matthæi lineæ: tamen dum postea circa capellaniam disposuit, non se restrinxit ad dictam lineam Matthæi, sed simpliciter mandauit quòd in capellanum nominaretur proximior consanguineus, & sic hāc dispositionem fecit ad fauorem omnium consanguineorum, non autem ad fauorem lineæ Matthæi tantum. Merito, etiam ex dicta cōcessione patronatus Matthæo facta, cōcludi non potest, quòd Testator voluerit lineam Matthæi alijs consanguineis proximioribus, licèt ex illegitimis descendentibus præferri.

Nec faciunt aliæ coniecturæ deductæ, quia sunt leuissimæ, & nihil operantur, eoq. magis, quòd quatenus versaremur in dubio, sumenda esset interpretatio ad fauorem descendentium ex illegitimis, ita quod ipsi etiam cēseantur sub dicta dispositione æqualiter cum legitimis inclusi, tum quia ipsi sunt de iure communi habiles, & idonei ad quæcumque beneficia, dignitates, & honores, vt supra fuit dictum: & quali-
10 bet dispositio recipit interpretationē à iure communi cap. cum dilectus. de consuet. Anchar. cons. 6. nu. 8. & cons. 393. num. 2. tùm quia in dictis
11 legitimis, eorumq. parentibus cadit affectio naturalis. Abb. in cap. naturalis. §. sunt & alij. in fin. de rescr. Nauarr. d. cons. 4. nu. 2. de iurepat. & in
12 dubio semper est præsumendum potius fieri vocationem ex naturali affectione, quàm ob aliam causam, vt in terminis notat Modern. ad reg. 8. glos. 5. nu. 125. & seq. quem refert, & sequitur Garz. de benef. d. par. 7. cap. 15. sub n. 53. ad fin vers. & quod in dubio.

Nec obstant in contrarium cumulata, quia illa procedunt, vel quando fundator vsus est verbis ciuilibus, sub quibus saltē primario, & æqualiter non veniunt illegitimi, & descendentes ab eis, vt supra fuit dictū, vel quando agitur de iurepatronatus honorifico, seu alia re instituta ad illustrandam familiam, quo casu materia nō est proportionabilis, vt possint dici vocati illegitimi.

Vel saltem quando cum illegitimo concurrit legitimus in pari gradu, secus verò quando Testator vsus est verbis naturalibus, & quæ tàm ex communi vsu loquendi, quàm ex consuetudine important æqualiter illegitimos, & agitur de præsentatione passiua ad simplicem capella-
13 niam, nec legitimus est in pari gradu cum descendente ex illegitimo, vt in casu isto, tunc enim præfertur proximior licet descendat ab illegitimo, excluso legitimo remotiore. Modern. dicta glo. 5. nu. 124. versic. necnon an cæteris paribus. Garz.

dicto

dicto cap.15.nu.48.ad fin.& nu.53. propè fin. &c.

R. P. D. VBALDO

Nicien. Parochialis. 20. Maij. 1624.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ iustificatæ habent executionem paratam.*
2 *Vacatio ecclesiæ quomodo probetu.*
3 *Et probatur etiam ex partis confessione.*
4 *Presbyteratus probatur per testes.*
5 *Valor etiàm probatur per testes.*
6 *Nullitas concursus quomodo probetur.*
7 *Decretum irritans tollit titulum, & prouisionem.*
8 *Prouisio nulla non consumit vacationem.*
9 *Inualiditas vnius concursus non inualidat alium concursum.*
10 *Asserens aliquid, illud probare debet.*
11 *Via executiua cessat, si adsit legitimus contradictor.*
12 *Monitorium resoluitur in simplicem citationem.*

DECISIO XLVI.

Obtinuit Io. Andreas Martinus prouisus Apostolicus mandatum de immittendo ab A.C. executore, siue eius Iudice deputato, & in gradu appellationis commissa causa in Rota dubitaui, An dictum mandatum esset confirmandum, vel reuocandum, & Domini vtraque parte informante, & bis causa proposita, pro confirmatione responderũt, quia
1 cùm Martinus iustificauerit gratiam suam, ei executio denegari non potuit, cùm literæ Apostolicæ iustificatæ habeant executionem paratam. Mofied.dec.13. vt lit.pend. Cassad. dec.4.nu.3. in fin. eod.tit. Rota dec. 558.nu.2.p.1.in recent. & sæpissimè in alijs. Quod autem gratia sit iustificata quoad omnia narrata deducebatur: nam quod ecclesia paro-
2 chialis, de qua agitur, vacauerit per obitum Nicolai Rogerij de mense Aprilis 1621. probatur ex partita libri defunctorum extracta à Parocho, quæ probat iuxta cõs.Imol.110. in fin. Rebuff. ad regul.const.tom.2. in tract. de registr. baptis. & sepult. art. vlt. glos. vnic. vers. & sic patet. Mandos. ad reg.18. Cancell. quæst. 10.nu.4. Rota dec.220. nu. 1.par.2. diuers.in Barchinonen Beneficij.20. Iunij.1614.coram me. dec.700.n.4. p.1.recent.& alias sæpissimè.& con-
3 currit confessio partis in sua prouisione, vbi narrat eandem vacationẽ in mense Aprilis.l.cum precum.C.de liber. caus. & idem, probatur ex testibus examinatis, qui etiam deponunt de possessione Nicolai. vt in summ. pro Martino alias dato. nu. 3.& 4.

Quod Martinus sit presbyter, & à quatuor annis degerit, & de præsenti degat in Vrbe, & in parochiali ecclesia S.Ludouici de Vrbe confessarius existat, deponunt testes in eodem summ. num. 6. partim de visu,
4 partim de publica voce, & fama, quæ sufficit in probandis habilitatibus prouisi. Verall. dec.277. nu. 5. & seqq. par.1. Valor per non exces-
5 sum narratus in ducatis 24. probatur ex iisdem testibus de publica voce & fama, per verbum fuit, & est, quæ sufficit etiam ad hunc effectum. Seraph. dec.962. nu.2. cum alijs per Rot.dec.613.nu.2.p.1.recent. & accedit confessio partis eundem valorem exprimentis in sua gratia.
6 Demùm quod etiam fuit narratum, videlicet, quòd concursus habitus per examen superdicta ecclesia parochiali vacan fuerit nullus, & non ad formam in Concilio Tridentino præscriptam, vel aliàs non fuerit seruata forma Constitutionis Pij Quinti, super modo, & forma prouidendi de ecclesijs parochialibus, videbatur satis iustificatum ex responso Sacræ Congregationis Sacri

Concilij Interpretum; quæ consulta ad instantiam Horatij prouisi à Vicelegato Auenionen͠, & partibus auditis censuit, concursum in partibus vti peractum non seruata forma Cōcilij, ac Constitutionis Pij V. nullū prorsus, atque irritum esse, cui resolutioni, & similibus à Sacra Congregatione emanatis, Rota semper plurimum detulit, neque eas vllo modo in dubiū reuocare solet, vt in Auersana Beneficiorum. 3. Iulij. 1606. coram bo. me. Card. Sacrato.

Non obstat, quòd vacatio narrata non probetur ex eo, quòd tempore collationis factæ Martino, de mense Septembris, iam præcesserat collatio ad fauorem Horatij à Reuerendiss. V. Legato Auenionen͠, & sic ecclesia non vacabat, quia stante nullitate concursus declarata, vt supra, cùm Conciliū, & Constitutio Pij V,
7 habeant decretū irritans, quòd tollit titulum, & possessionem. Rota dec. 3. n. 1. de rest. spol. Verall. dec. 307. nu. 4. p. 3. sequitur, vt talis prouisio
8 nulla, & iualida non consumpserit vacationem, vt in Panormitana Archipresbyteratus. 6. Martij. 1623. coram me, & in alijs.

Non obstat, quòd huiusmodi negatiua concursus non fuerit concludenter probata, prout probari debet. iuxta dec. 323. ferè per tot. par. 2. recent. cum ex eo quod probata fue-
9 rit inualiditas vnius concursus non sequatur, quin alius validus adesse potuerit. Cassad. dec. 4. nu. 5. de cau. poss. & prop. quia ista negatiua satis visa est probari ex ipso decreto Sacræ Congregationis, cui fuit narratus concursus factus die 16. Maij, in qno ipse Horatius fuit declaratus idoneus, & cuius vigore fuit prouisus à Vicelegato, quem concursum in specie Sacra Congregatio declarauit inualidum; vltra quod, cùm Martinus probauerit intentionem suam ex supradictis si Horatius præ-
10 tendit alium fuisse factum concursum tenetur hoc probare, licet sit reus, & possessor. l. 2. ff. de except.

Non obstat demum, quòd Horatius haberet titulum, & possessionē, & ideò esset legitimus contradictor, & non posset cōtra eum agi via executiua immissionis. ad not. per Bart. in l. fin. num. 21. C. de edict. diu. Adr.
11 toll. Quia fuit responsum in primis non constare, quòd d. titulus fuerit productus coram executore, quo casu non videtur reuocanda immissio data, ex noua productione, nisi appareret incontinenti de bono iure producentis, cuius contrariū hic apparet ex supra deductis. Seraph. in puncto dec. 357. nu. 5. Rot. in Eluen͠ Beneficij. 25. Nouemb. 1602. coram bo. mem. Penia, quæ est apud Marches. de commiss. p. 1. fol. 350. nu. 5. Præterea cessat difficultas, ex quo decretum irritans de quo in Concilio, & Constitutione Pij V. inficit titulum & possessionem, vt supra dictum est.

Nec demùm releuat, quòd fuerit cœptum iudicium via Monitorij, & sic actum fuerit, via ordinaria, quia Monitorium ipsum cantat pro immissione vigore literarum Apostolicarum, vt apparet, ex lectura, & ideò via ipsa executiua censetur intentata. Rot. dec. 307. nu. 10. coram fel. re.
12 Greg. XV. & Monitorium resoluitur in simplicem citationem, quæ non facit, quin dicatur actum executiuè, vt in his terminis respondit Rot. dec. 873. sub num. 8. & 9. coram R. P. D. Decano in eius impress.

Et ita fuit decisum.

REVERENDISS. COCCINO ROTAE DECANO.

Cæsaraugustana Parochialis de Maella. 21. Iunij. 1621.

SVMMARIVM.

1 *Gratiosè subrogato dāda est immissio.*
2 *Si doceat de suo clericatu, de obitu prædecessoris in possessione, & reseruatione.*

Cleri-

5 *Clericatus probatur ex literis patentibus.*
4 *Obitus beneficiati in possessione quomodo probetur.*
5 *Gratiæ plures expediri nequeunt super eadem supplicatione, & id declaratur.*
6 *Quòd non procedit quando literæ sub diuersis formis concepta fuerint.*
7 *Aliud est diuersum, aliud contrariũ.*
8 *Subrogatio rigorosa est, quando Papa mandat subrogari, gratiosa verò, quando Papa vtitur verbo, subrogamus.*
9 *Clausula, vocatis vocandis, habet locum, quando executor debet iudicialiter procedere.*
10 *Possidens, & allegans alium titulum, quando non impediat immissionẽ.*
11 *Legitimus contradictor est prouisus ab Ordinario, si possideat.*
12 *Ad hoc, vt suus titulus considerari debeat in iudicio immissionis.*
13 *Mandatum ex eius insertione in scriptura probatur.*
14 *Processus non requiritur, quando quis extraiudicialiter se informare potest.*
15 *Sententia quando iustificata præsumatur.*
16 *Dispensatio quando det acquisitionem, non autem retentionem.*
17 *Alternatiua confessione stante, quid sit agendum.*
18 *Exceptio quæ non sit admittenda in iudicio executiuo.*

DECISIO XLVII.

1 FVit resolutum D. Ludouico Torres gratiosè subrogato ad ius, & possessionem Thomæ de Berbegal vltimi possessoris Parochialis, de qua agitur, esse dandam immissionem; docet enim de suo clericatu, de obitu in possessione illius, in cuius locum petitur subrogatio, & de reseruatione, quæ reseruatio, seu lis vna cum dicto clericatu, & obitu in possessione, sunt ad hunc effectum necessaria. Put. dec.484.lib.2. in nou.
2 Rota coram me in dec. 715. num.3. p.1. in recent. & fuit latè deductum in causa Miranden. Parochialis. 17. Maij.1600. coram bo.me. Penia. vbi fuit dictum eandem esse rationem, si subrogatio deducatur ex corpore, vel ex clausulis generalibus gratiæ.
3 Reseruatio probatur ex decisionibus in hac causa factis. Clericatus probatur ex literis patentibus. Gram.dec.81.in princ. Obitus Thomæ in possessione probatur, quia ex vacatione per obitum eiusdem Tho-
4 mæ Basilius fuit præsentatus, & institutus, & hæc hodie ipse Basilius magnificat. Et cum illis pro defensione sui iuris vtatur, fatetur Thomã obijsse in possessione, ex quo resultat euidens probatio. Aegid. decis. 268. & fuit resolutũ in causa Auersana Beneficiorum.3.Iulij.1606.coram Illustriss.D.meo Card. Sacrato.

Non obstat, quòd cũ fuerint expeditæ literæ principales, non potuit denuo expediri subrogatio gratiosa ex clausulis generalibus, cum super
5 eadem supplicatione plures gratiæ expediri non possint. Paris.cons.77. lib. 4. per quod ita resoluit Rota in causa Hispalen. Pensionis.23. Ianu. 1572. coram bo. me. Card. Lancellotto seniore. & in Giennen. Præstimonij.15. Februarij.1593.coram bo. me. Card. Blanchetto. quia Parisius loquitur in gratijs contrarijs, quæ se ad inuicem non compatiuntur, non autem in gratijs diuersis, & loquitur in casu, quo prima expeditio fuerat facta per viam vnionis, secunda verò expeditio petebatur in titulum, quòd fieri non poterat, cum titulus contradicat vnioni. c. dudum. el 2. paulò ante fin. vbi glo. verb. intitulatam. & Doct. de elect. quare ille, qui vult expedire contraria sub eadẽ supplicatione, est repellendus. l.1.C. de furt. & ita sunt intelligendæ prædictæ decisiones, cum allegent Parisium, secundum quem sunt intelligendæ. Barr.in l.non solum.7.§.si liberationis.nu.7.ff. de liberat. legat.

i 2 Et

Et hæc conclusio numquam in Rota habuit difficultatem, nam cum de anno 1602. 17. Iunij coram bo. mem. Card. Lancelloto iuniore, fuisset resolutum non esse dandam immissionem, ex quo non fuerat iustificata tota gratia, pars postea expediuit ad partes subrogationem gratiosam, & quia in propositione dubij principalis, Domini non habuerant difficultatem circa probationē reseruationis, clericatus, & obitus in possessione post productionem dictæ subrogationis. die 5. Iulij eiusdē anni 1602. dictus bo. me. Cardinalis fecit verbum super concedenda immissione, & Rota annuit ea ratio-
6 ne, quia super eadem supplicatione, possunt plures literæ expediri diuersis formis conceptæ, & fuit allegata decisio in causa Cordoben. Cantoriæ. 17. Maij. 1557. coram Quiroga, quam sequitur Paleott, dec. 59. quæ est inter impress. dec. 514. nu. 4. p. 3. lib. 3. diuers. & optimè faciunt decisiones 59. & 63. de rescr. in antiq. & facto per partes tūc verbo in Parco maiori, Domini Abbreuiatores ita de stylo seruari attestati fuerunt, & tunc retulit D. Ponens de ordine Regentis, qui erat D. Ferratinus vir doctus, postea à Paulo V. in Cardinalium numerum coaptatus.

Huius quoque sententiæ est Paris. d. conf. 77. nu. 8. lib. 4. dum enim respondet ad dictam decis. 59. & 63. de rescrip. in antiq. quòd quis potest vti diuersis gratijs, quæ sibi fue-
6 rant concessæ, inquit, quòd aliud est diuersum, aliud contrarium, & quòd Rota loquitur in diuersis, non autem in contrarijs, prout erat in casu suo, quia titulus, & vnio erant contraria, & propterea variatio non erat permissa, & hanc Rotæ sententiam ego scripsi in annotationibus, seu decisionibus meis, annot. 15. & in citata causa Auersana beneficiorum. 3. Iulij. 1606. coram Illustriss. Sacrato. dū ibi hoc motiuum fuisset appositum, Rota illud reiecit, & respondit suffi-
cere literas ita fuisse expeditas, & distinctionem prædictam factam coram bo. mem. Card. Lancellotto iuniore numquam vidi controuersam, & pluries illam Rota sequuta fuit, & ferè semper in relationibus causarum, quia visa fuit res indubitata.

Neque est verum, quòd hic non agatur de subrogatione gratiosa, stā te clausula, vocatis vocandis, &c. iuxta notata per Cassad. decis. 1. in princ. vt lit. pend. vbi quòd rigorosa
8 subrogatio est, quando Papa mandat subrogari, gratiosa verò quando Papa vtitur verbo, subrogamus. Mohed. dec. 11. vt lit. pend. nam Papa vtitur verbo, subrogamus, & clausula, vocatis, est posita in gratia principali, & repugnat, quod censeatur repetita in subrogatione gratiosa, cum Papa vtatur verbo, subrogamus, nec in dictis literis subrogationis gratiosæ datur executor, sed literæ diriguntur ipsimet Ludouico,
9 vnde vllo pacto huic subrogationi applicatur clausula, vocatis, &c. cū habeat locum tantummodo, quando executor debet iudicialiter procedere ad aliquem actū, vel ad subrogationem. Felin. in c. fin. nu. 24. de præsumpt. Rot. dec. 2. in fin. de offic. deleg. in nou. & ita in puncto fuit resolutum in causa Senen. Canonicatus. 14. Maij. 1588. coram bo. me. Bubalo. in vers. vltimo non obstat.

Minus obstat, quòd Basilius sit in possessione cum titulo, quia cum in decisionibus in hac causa factis constet de reseruatione, non est amplius legitimus contradictor. Bart. in l. final. num. 21. vers. aut comparet aliquis. C. de edict. diu. Adrian. tollen.
10 dum vult, quod qui possidet, & allegat alium titulum, non impedit immissionem; sed in iudicio immissionis est audiēdus super titulo suo, ad effectum, quòd si ostendat titulum considerabilem, sit procedendū ordinariè, hinc si prouisus ab Ordi-
11 nario possideat, est legitimus contradictor, non ad impediendam immissio-

miſſionem, ſi probabitur reſeruatio, aut quod Papa voluerit concurrere, aut præuenire; ſed ad effectum quòd ſuus titulus debeat conſiderari in
12 iudicio immiſſionis, qui ſi erit releuans, erit procedendum ordinariè, non executiuè, alias ſecus, vt colligitur ex tex. in cap. ſi à Sede. de præb. in 6. Put. deciſ. 120. lib. 1. in nou. & dec. 4. de præb. Sarnen. dec. 32. Modern. gloſſat. reg. 8. §. 3. prooemiali. nu. 69. & ſeq. & fuit latè deductum in cauſa Dertuſen. Canonicatus. 2. Maij. 1616. coram me. hic autem pro parte Baſilij nullus aſſertur titulus, qui obſtet reſeruationi.

Non obſtat allegata illegitimitas, quia Ludouicus ſatis docet de diſpenſatione ex ſententia lata de mēſe Iulij 1580. per executorem Apoſtolicum Cæſarauguſtanum, cuius inſtrumentum rogatum per publicū Notarium, cum literis legalitatis fuit exhibitum, & fuit lata in vim mandati de diſpenſando ſanctæ me. Gregorij XIII. quod mandatum in ea ſententia, de verbo ad verbum inſe-
13 ritur, & ideò probatur dictum mandarum, ex dicta inſertione facta. Felin. in c. cum in iure. nu. 8. de offic. deleg. Boer. dec. 281. nu. 6. & prædicta ſententia non eget alia iuſtificatione per acta publica, ex quo mandatum fuit commiſſum conſcientiæ Iudicis. Bald. in l. certum. nu. 7. in fin. C. vnde legir. Felin. in c. 1. nu. 51. verſ. & ſi dicarur conſcientiæ ſuæ. de conſtit. Mandoſ. in addit. ad Lapum alleg. 15. in fin. & propterea cum ſe poſſet
14 extraiudicialiter informare, non requirebatur proceſſus. Put. dec. 140. lib. 2. in nou. Rot. dec. 406. num. 1. & 434. nu. 2. & 440. nu. 2. p. 1. in recen.
15 tum quia ex lapſu tanti temporis ſententia præſumitur iuſtificata, cum ad hunc effectum ſufficiant 30. anni. Caſſad. deciſ. 3. de procur. Rot. deciſ. 406. nu. 3. & dec. 434. nu. 2. par. 1. in recent. & huiuſmodi diſpenſatio ſuffragatur, etiam ad effectum obtinendi, & retinendi parochialem, tùm propter clauſulam, necnon quæcumque, & qualiacumque beneficia. Creſcen. dec. 1. nu. 5. de priuileg. Rota coram D. meo Pamphilio deciſ. 528. nu. 3. p. 1. in recent. tùm etiam, quia in ea legitur expreſſa diſpenſatio.

16 Neque etiam obſtat, quòd Ludouicus fuit diſpenſatus, vt plura recipere, & dummodo plura non eſſent, retinere, &c. quo caſu datur quidem acquiſitio; ſed non retentio; c. non poteſt. in fin. de præbend. in 6. clem. ſi plures. eodem tit. Rot. dec. 528. nu. 1. par. 1. in recent. quia non probatur, quod plura Ludouicus retinuerit, nam etſi in gratia obtenta ſuper parochiali narrauerit plura beneficia, non tamen narrauit ſimpliciter obtinere, ſed alternatiuè, ſeu ius ad illa habere, & ideo onus pro-
17 bandi incumbit alteri parti, quòd ius habuerit, & retinuerit, cum Ludouicus non ſe reſtrinxerit ad id, quod obtineret, non enim agitur, vt prætenditur, de confeſsione qualificata, quo caſu poteſt reijci qualitas; ſed de confeſsione alternatiuè facta, quo caſu eſt in electione Ludouici capere, quam voluerit. c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. & demonſtr. & fuit in his terminis reſolutum in cauſa Pampilonen. de Ianzi. 1. Decemb. 1603. coram me. vbi aliæ deciſiones allegantur. Et quoad parochialem, de qua agitur, ceſſat etiam omnis difficultas, quia Ludouicus habet etiam peculiarem diſpenſationem retinendi, in prouiſione dictæ parochialis, quæ licèt non legatur in literis ſubrogationis, non refert, quia ſat eſt, quod ſit in gratia principali, & in hoc iudicio executiuo nō habet opus iuſtificare grariam principalem. Rot. dec. 214. nu. 4. & 5. par. 1. quod ſi in iudicio ordinario non iuſtificabit gratiam principalem, & propterea dicendum ſit, hanc ſecundā diſpenſationem ei non ſuffragari, non eſt præſentis inſpectionis; ſed in iudi-

cio ordinario de hoc cognoscetur.

Et cessat omnis difficultas, quia cum non agatur principaliter de retentione, sed de dispensatione, satis est, quod ex prædictis illegitimitas valde turbida reddatur propter dis-
18 pensationem, ita vt ista exceptio nō sit admittenda in hoc iudicio executiuo. Verall.dec.342.nu.6.par.2. Rota coram D. meo Manzanedo in recent.dec.387.nu.5.& 6.p.1.Contard. de moment.possess.limit. 12. in fin. nu.19. Bursat. cons.129.nu.53. & 57.vers. secundo respondetur.lib. 2. licet verè constet de sufficienti dispensatione, vt patet ex prædictis. Et ita, &c.

ILLVSTRISS. PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO.

Conchen Beneficij. 10. Iunij. 1624.

SVMMARIVM.

1 *Gratiosæ subrogato quando danda sit immissio.*

2 *Reseruatum beneficium est ex reg. 1. Cancell. & ex extrau. ad regimen de præb.*

3 *Et eo casu quæ beneficia comprehendantur tamquam reseruata.*

4 *Obitus prædecessores in possessione quomodo probetur.*

5 *Clericatus quomodo probetur.*

6 *Dubia disputantur in Rota stante sola supplicatione.*

7 *Beneficia vnita non possunt vniri seminario.*

DECISIO XLVIII.

FVit per DD. resolutum Ioanni dandam esse immissionem vigo-
1 re gratiosæ subrogationis, quia per ipsum bene iustificantur omnia requisita ad illam obtinendam nempe reseruatio, obitus in possessione, & clericatus, quibus probatis conceditur sine dubio immissio. Mohed. dec. 11. vt lit. pend. Rota dec.700. nu.1. & dec.715.nu.3.par.1.recent.& coram fan.mem. Greg.XV. dec.32. & decis.306.& decis.394. & sæpius in alijs.

2 Nam quod beneficium, de quo agitur sit reseruatum, clarè probatur ex dispositione extrauag. ad regimen de præben. reseruantis omnia beneficia promotorum, quæ etiam innouatur per regulam primā Cancellariæ, & habet quoque locum quando prout hic promotus obtinuisset facultatem retinendi beneficia propter generalitatem, & prægnantiam verborum dictæ extrauag. ibi vacantia, & in posterum quomo-
3 dolibet vacatura, quæ capiunt non solum beneficia statim per promotū dimissa, sed etiam illa, quæ ex dispensatione Apostolica retinebat. Cassad.decis.3.de constit.Ant.Aug. in epitom. super prima reg.Cancell. §.6.Simonet.de reseruat.q.27.in fi. Mandos. super ead. prima reg.Cancell.q.15.nu.7. vers. contrarium per Dominos de Rota fuit conclusum. Garz.de benef. p.2. cap.6. de vacat. promot. ad Episcopatum. nu.30. & fuit resolutum in illa Perusina Fauētia Cremonen. reseruat. benef. 11. Iulij.1605.coram bo.mem. Penia.

4 Obitus Petri in possessione istius beneficij probatur non solum ex cedula Consistoriali prouisionis Episcopatus factæ in eius personam cū facultate retinendi beneficia, & præcipuè istud nuncupatum de Valuerde, de quo hodie agitur, cuius propterea possessionem præsumitur continuasse vsque ad obitum, ad tex. in l.siue possidetis. C. de probat. quòd procedit etiam ad effectum obtinendi immissionem in vim gratiosę subrogationis, vt per Rotam decis.321. nu.4. & dec.700.nu.3.par.1.recent. sed etiam probatur ex testibus datis in summ.num.4. & 5. qui deponunt Petrum possedisse de tempore suæ promotionis ad Episcopatum istud beneficium, & quòd viderunt illum semper possedisse vsque ad eius obitum.

tum. Rota coram san.me. Greg.XV. dec.394.nu.4.

5 De clericatu verò constat ex literis patentibus Ordinarij datis in summ. n.8. vltra depositionem vnius testis, qui dicit vidisse Ioannem Missam celebrantem, qui solus est sufficiens, cum agatur de probanda qualitate prouisi, quæ probatur etiam per leuiorem, ac semiplenam probationem. Seraphin.dec.713.nu.5.

Non obstant, quæ longa serie deducitur per informantes pro D. Didaco circa defectum iurisdictionis Rotæ in progressu huius causæ ex eo quod in commissione obtenta per Ioannem cum facultate procedendi literis non expeditis fuerit tantum derogatum regul.31. Cancell. inducentis defectum iurisdictionis quoad omnia acta literis prius non expeditis, non autem fuerit derogatũ reg.27. de non iudicando, iuxta formam supplicationis, quia fuit per DD. responsum derogationem, reg. 27. fore necessariam si hodie causa esset terminanda, & ferenda sententia, quæ proculdubio non posset fieri cum sola supplicatione absque literis, secus verò quando, prout hic agitur de disputatione dubiorum, quæ in Rota est actus extraiudicialis,
6 & in ea benè proceditur ante expeditionem literarum, prout alias Rota huiusmodi disputationes, cum solis supplicationibus admisit in pluribus causis.

Et ita fuit conclusum.

Die 24. Augusti 1619.

PRæsupposito, quod Archiepiscopus Brundusinus de anno 1610. seu alio veriori tempore, post tamen annũ 1602. vnierit Seminario Brundusino nonnulla beneficia simplicia per Episcopum Oritanum ante eius promotionem obtenta, quæ secundum extrauag. ad regimen. cũ sint affecta, & consequenter vniri nequeant, petitur dictam vnionem declarari nullam, & inualidam.

7 Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretũ censuit, si beneficia huiusmodi ab Episcopo Oritano tempore suæ promotionis obtinebantur, tamquam propterea Sedi Apostolicæ reseruata, minimè potuisse vniri Seminario Brundusino, & vnionem vt superius proponitur, factam ab Archiepiscopo, nullam prorsus atque irritã esse.

C. Card. de Torres.

R. P. D. BVRATTO

Aretina Capellaniæ. 9. Februarij. 1618.

SVMMARIVM.

1 *Lis super beneficio ligat manus Ordinarij.*
2 *Lis super beneficio cessione extinguitur.*
3 *Principalis præsumitur certior factus à procuratore ex cursu temporis.*
4 *Animus non prosequendo litem ex cursu temporis arguitur.*
5 *Fouens bonum ius potest se redimere à vexatione iniusta dando pecuniam.*
6 *Lis iniusta, & calumniosa non impedit collationem Ordinarij.*
7 *Etiamsi ex statu præsenti constet de iniustitia, & calumnia.*

DECISIO XLIX.

MArcellus à prætensis patronis laicis præsentatus ad capellaniã, de qua agitur, de anno 1606. liti renunciauit, omniaq. sua iura ad fauorem q. Camilli vti de libera à Sede Apostolica prouisi, & collitigantis cessit cum possessione subsecuta, in qua dictus Camillus obijt de mense Iunii 1612.

Cumque Ordinarius Aretinus illam vti liberam, & in eius mense vacantẽ contulisset Vincentio; Marcellus autem a Sanctissimo obtinuisset mandatum de prouidendo cum subro-

subrogatione gratiosa in iuribus tã dicti Camilli, quam q. Nicolai prædecessoris cum clausula, verificato, quod de iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione existeret, causaq. superinde inter eos orta ad Rotam deuoluta, factaq. sub die 18. Maij. 1616. resolutione non constare de iurepatronatus, fuit pro parte dicti Marcelli exhibita gratia si neutri, propositoq. sub die 19. Iunij præteriti, dubio An dicta gratia esset iustificata, & resolutione dilata, DD. in hac secunda propositione dixerũt non esse iustificatam, præsertim in eius principali fundamento, scilicet quoad non ius Vincentij, cum potius constare visum fuerit de eius iure ex dicta collatione Ordinarij, ad quem spectabat, cum vacatio successerit in eius mense, vt supra.

1 Cui collationi nullum præstitit impedimentũ lis orta inter dd. Marcellum, & q. Camillum, per quam manus Ordinarij ligantur. cap. 2. vt lit. pend. in 6. & clem. 1. eod. tit. cum vtrobique not. quia ex dicta cessio-
2 ne, & renunciatione Marcelli aliàs ad fauorem dicti q. Camilli facta, fuit extincta. cap. 1. de lit. contest. in 6. Imol. in clem. 1. nu. 23. vt lit. pend. Put. decis. 487. lib. 2. in nou. impress. Lancell. de attent. cap. 4. in præfat. nu. 243. & 248. Paris. de resig. lib. 2. quæst. 3. nu. 17. itaut Ordinarius potuerit conferre. Lancell. vbi sup. c. 3. nu. 121. & dixit Rota in Conchen. Archipresbyteratus. 27. Februarij. 1589. coram bo. me. Card. Platto.

Nec obstare dicebatur, quòd cessio fuerit conditionalis, refectis scilicet Marcello expensis litis inter partes taxatis ad sc. 55. necnon obtento beneplacito Apostolico; nam quoad expensas litis constat de illarum solutione, & exactione per procuratorem eiusdem Marcelli, cuius mandatum datur in summario Vincentij num. 1. cum facultate recuperandi omnia, & quæcumque credita qui pecunias exegit à Cosmo depositario, vt d. Summ. nu. 2. ex illisq. scut. 25. soluit Equ. Francisco fratri Marcelli, alia verò sc. 30. erogauit in redemptionem pignorum eiusdem Marcelli, vt dicto summar. num. 3. cuius quidem scientia valdè verisimilis visa fuit DD. tùm quia præsumitur certior factus à dicto
3 procuratore ex cursu tanti temporis, cum per sex annos subsequentes vsque ad obitum Camilli siluerit. iux. cons. Rom. 481. nu. 8. vers. & igitur. ex præmissis sæpius a Rota approbatum, vt in dec. 396. nu. 3. p. 1. & 131. nu. 7. p. 2. diuers. & in Pistorien. Beneficij. 16. Nouembris. 1615. coram me. ex quo etiam satis clarè argui-
4 tur animus ipsius non prosequendi amplius litem, qui videtur sufficere ad hunc effectum. Cassad. decis. 5. nu. 4. vt lit. pend. glos. super 27. reg. de subrog. in 2. & 3. par. vers. diceret tamen aliquis.

Quo verò ad beneplacitum Apostolicum ex dicta solutionè, & receptione expensarum, videtur ab hac conditione hinc inde recessum, prout recedi potuit, quia illud non vi-
5 debatur necessarium, cum Camillus tamquam bonum ius fouens, vt ex dicta resolutione, quòd capellania non erat de iurepatronatus, potuerit ad redimendas vexationes soluere Marcello ipsum iniustè molestanti dictas expensas litis. glos. in c. dilectus. il 1. in verbo, recepit. de Simon. & ibi Anchar. in 2. not. & nu. 2. vers. dic quod quandoque. Butr. nu. 2. & in 1. not. & nu. 3. vers. oppon. glos. 1. idẽ Anchar. in c. super eo. in 4. not. de transact. vbi Butr. nu. 4. Abb. nu. 5. Imol. num. 5. vers. potest etiam. & vers. ex pacto autem. & in cap. statuimus. eod. tit. tradunt ibi Butr. nu. 2. in fin. vers. dic tu. & Imol. nu. 3. vers. si verò petitur. & in c. cum pridem. de pact. post glos. ibi, in verb. illicitè. idem Butr. nu. 16. vers. si verò nõ est. Collectar. in cap. forus. num. 23. vers. ex quo apparet, de verb. signif. Sarnen. in reg. de annal. q. 2. num. 4. vers.

P18

vers. & quamuis in beneficialibus Nauar. cons. 64. de simon. Paris. de resign. lib. 14. quæst. 3. nu. 7. & superioris auctoritas non requirebatur, Paris. eod. tract. lib. 7. quæst. 1. n. 104. cum adductis per Modern. Hispan. de benef. par. 11. cap. 3. de renunc. num. 249.

6 Aliquibus etiam ex DD. videbatur huiusmodi litem, vti à ius non habente iniustè, & calumniosè motam, impedire non potuisse collationem Ordinarij. Lap. in cap. 1. nu. 2. in fin. & seq. & ibi Gemin. col. 2. vers. quærit. Lap. vt lit. pend. in 6. Guidop. dec. 479. nu. 2. Cassad. dec. 7. num. 2. de dol. & cont. Bisign. dec. 2. in fi. de rer. permut. Cresc. dec. 19. num. 1. & seq. de prob. etiamsi ex statu præ-

7 senti de iniustitia, & calumnia constet, Cassad. d. dec. 7. nu. 2. & fuit dictum in Cæsaraugustana Parochialis de Maella 18. Aprilis 1616. coram Reuerendiss. Damco Decano.

Ex quibus resolutum fuit gratiam non esse iustificatam.

Et in eadem coram eodem, 16. Ian. 1623.

SVMMARIVM.

1 *Transactio conditionalis quando litem non extinguat.*

2 *Clausula, non aliter, nec alio modo facit deficere consensum partium. & num. 8.*

3 *Deponere non est soluere.*

4 *Mandatum generale non comprahendit, vt procurator possit agere contra gesta per dominum.*

5 *Exactio facta contra formam mandati non præiudicat.*

6 *Certioratio vt sit verisimilis, plura concurrere debent.*

7 *Mandatum speciale requiritur ad confitendum.*

9 *Recipere pecuniam à dante pro redimenda vexatione, est periculosum.*

10 *Quando videatur processum ad traditionem sub spe implementi.*

11 *Quælibet probabilis causa excludit calumniam litis.*

12 *Et sufficit iustificatio litis de facto.*

DECISIO.

NOn fuit dubitatum per DD. de non Iure Marcelli, qui nititur gratiæ, si neutri cum vltra propriam confessionem fuit non iuris, quam Rota ad hunc effectum passim admittit præcedat resolutio facta 18. Maij. 1616. quod non constabat de iurepatronatus ex fundatione, & dotatione huius capellaniæ, super quo se fundabat Marcellus ad iustificandam aliam gratiam, seu mandatum de prouidendo in forma dignum.

Sed difficultas consistebat in non iure Vincentij aduersarij ab Ordinario prouisi cuius collatio dicebatur nulla tamquam de litigiosa. Et licèt DD. sub die 9. Februarij præteriti existimauerint litem fuisse extinctã, & sic collationem validam ab hac tamen resolutione hodie recesserũt, tenentes idcirco constare etiam de non iure Vincentij.

1 Nam quod lis non fuerit extincta per transactionem, prout firmatum fuit in dicta vltima decisione patere dixerunt DD. quia dicta transactio in qua Marcellus cessit iura sua Camillo colliganti fuit facta sub conditione, quòd Camillus teneretur soluere Marcello scut. 55. pro expensis in causa factis, obtenta tamen prius à Sede Apostolica approbatione supradictæ renunciationis cum conditione prædicta factę ipsius Camilli sumptibus impetranda, adiecta

2 clausula, & non aliter, nec alio modo, sæpius etiam repetita, quæ facit deficere consensum partium, itaut nihil egisse videantur, si Principis consensus non accesserit, Curt. sen. cons. 8. col. 2. circa med. Cephal. cons. 118. col. 2. n. 14. in princ. Card. Seraph. dec. 838. nu. 3. & 4.

Non solum autem neutra ex illis impleta

impleta ostenditur, sed vtraque de-
fecta videtur ex cursu sexennij, infra
quod ambæ impleri poterant, l. si
ita stipulatum essem abs te. & l. ita
stipulatus. vers. Sabinus. ff. de verb.
oblig. & in terminis beneplaciti Prin
cipis. Rol. cons. 63. nu. 48. vers. ad se-
cundum. lib. 4. Cephal. d. cons. 178.
nu. 16. & consequenter dicta transa-
ctio conditionalis non extinxit litẽ.
Lancell. de attent. lit. pend. p. 2. c. 4.
in præfat. nu. 256. referens ita reso-
lutum fuisse in vna Barchinonen.
Canonicatus, & præben.

Responsiones verò datæ in deci-
sione cessant ex facto; nam ex in-
strumento celebrato sub die 10. Fe-
bruarij. 1606. in summario Vincen-
tij. nu. 1. non probatur prætensa so-
lutio, quia in eo tantum Cosmus
primus depositarius in transactione
deputatus summam penès se deposi-
tam soluit Camillo cum præsentia,
licentia, & consensu Francisci de
Rasis, ipsius Marcelli procuratoris,
cui nõ tamen procuratorio, sed pro-
prio recipienti nomine, quod atten-
ditur l. 1. vbi Bald. ff. de offic. cons.
Surd. cons. 183. nu. 42. & tamquam
depositario idem Camillo dictas pe-
cunias soluit repetitis eisdem condi-
tionibus, sub quibus tàm Cosmus,
quàm ipse illas receperant, quas etiã
dictus Franciscus in alio instrumen-
to, de quo infra celebrato die 6. Apri
lis. 1607. sub eisdem nomine, & cõ-
ditionibus expressè recepit, vt in
summar. positionis. 9. Februarij præ-
teriti. nu. 3. & sic solum fuit mutatus
3 depositarius, deponere autem non
est soluere. l. itẽ libertas. §. 1. ff. quib.
mod. pign. Bart. in l. solutum. ff. de
solut. Rot. dec. 623. nu. 2. p. 1. diuers.
vnde nec etiam potuisset idẽ Fran-
ciscus procurator Marcelli recipere
solutionem, non obtento dicto be-
neplacito iuxta conuentionem ex-
pressam in dicta transactione, & sic
non impleta conditione, sine qua
nec Camillus, nec Marcellus con-
trahere voluerunt. l. si hominem. ff.
mand. vbi not. Bart. Bald. Alberic. &
Salyc. idem Bart. in l. ambitiosa. nu.
11. ff. de decr. ab Ord. facien. Bald. in
l. præses. num. 4. in fin. C. de transact.
Alex. in l. qui Romæ. §. Callimachus.
n. 7. in fin. vers. debitum autem. ff. de
4 verb. oblig. nec enim mandatum
generale comprehendit, vt procura-
tor agere possit contra gesta per Do-
minum. Crescen. dec. 94. alias 4. n. 4.
de sent. & re iud. & ideò per huius-
5 modi exactionem contra formam
mandati nihil fuit præiudicatũ Mar-
cello. l. item eorum. §. sed ita. vbi
Bart. ff. quod cuiusque vniu. nom. c.
Pisan. vbi Abb. de restit. spol. cum
alijs per Strach. de Mercat. in tit. de
mand. nu. 9.

Ex quibus etiam tollitur præsum-
ptio scientię Marcelli. iux. cons. Rom.
481. num. 8. maximè quia vt dictum
est, actus non fuit gestus procurato-
6 rio nomine, sed proprio, & plura
debent concurrere, vt sit verisimilis
certioratio Domini. Rota dec. 396.
nu. 3. p. 1. & 131. nu. 7. p. 2. diuers.

Prætensę verò solutiones scut. 55.
videlicet 25. in vna manu Equ. Frã-
cisco fratri Marcelli, & 30. in alia
cuidam Monaco asserto d. Marcelli
creditori non probantur per confes-
siones d. Equ. Francisci nullum ha-
bentis mandatum à Marcello, quod
7 etiam debuisset esse speciale ad con-
fitendum. Bart. in l. 2. §. in mutui
autem. nu. 6. ff. si cert. pet. & in l. non
abstulit. per illum text. C. de nouar.
Socin. cons. 3. nu. 6. lib. 1. Capic. dec.
16. nu. 7. Card. Seraph. dec. 987. n. 5.
de quo etiam dubitauit Rota sub die
19. Iunij. 1617. dum ordinauit vt
coadiuuaretur probatio mandati.

Et ex his cessat etiam responsio,
quod per dictam solutionem, & re-
ceptionem videbatur hinc inde re-
cessũ à conditione beneplaciti Apo-
stolici impetrandi.

8 Nec subsistit quoque beneplaci-
tum non fuisse necessarium, quia
Camillus poterat ad redimendas
vexationes soluere expensas, & Mar-
cellus

cellus recipere sine labe simoniæ; nam neutra partium voluit pro tranquillitate conscientiæ, & validitate contractus aliter quàm sub illa forma reseruationis beneplaciti cõtrahere, vt per illam clausulam, non aliter, nec alio modo geminatam consensus abdicatiuam, vt supra dictum est; & ideò contractus fuit conditionalis, etiamsi beneplacitum nõ fuisset necessarium. Paris. cons. 19. nu. 18. lib. 2. Roland. d. cons. 63. nu. 13. lib. 4. nec de redimendis vexationibus fuit dictum in transactione, sed cessio fuit facta ad fauorem Camilli, qui videtur egisse de iure Marcelli consequendo. ad trad. per Butr. in c. dilectus. nu. 3. & 5. & ibi Abb. de Simon. latè Rebuff. in praxi in tit. de Sim. de resig. nu. 17. & seqq. & materia est periculosa sine beneplacito Apostolico, vt fuit dictum in Vlixbonen. Prioratus. 14. Martij. 1611. coram Reuerendiss. D. meo Dama-
9 sceno, & quamuis possit licitè dari, tamen non potest licitè recipi. Host. in d. c. dilectus. Summ. Ang. in verbo simonia. in 2. nu. 12. & seqq.

Similiter non subsistit, quod per dimissionem possessionis dicti Marcelli, & pacificam possessionem Camilli hodie deductam vsque ad obitum dicatur discessum à dd. conditionibus, nam imò videtur proces-
10 sum ad traditionem sub spe implementi. l. si ego. §. 1. ff. de iur. dot. l. si sub conditione. vbi Bart. nu. 9. & 10. & post eum Ang. & Imol. ff. de solut. Bald. in l. contractus. nu. 28. vers. secundo quæritur. C. de fid. instr. Bologn. ad cons. Anan. 19. num. 22. & sentit Rota in Romana domorum in Burgo, 8. Febr. 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo.

Aliud autem fundamentum resolutionis videlicet litis calumniosæ, visum fuit Dominis non subsistere, cum non appareat fuisse notoriè calumniosam, & quælibet probabilis
11 causa excludit calumniam litis, vt fuit dictum in Conchen. Archipresbyteratus. 19. Ianuarij. 1598. coram Litta. in Gerunden. Canonicatus. 14. Maij. 1601. coram Illustriss. D. Card. Ludouisio. in Firmana Altaris. 30. Ianuarij. 1614. & in Catanien. quartæ portionis. 1. Iunij. 1615. corã R. P. D. meo Dunozet. & sufficit iu-
12 stificatio litis de facto, vt in Bracaren. Beneficij. 28. Nouemb. 1603. & in Toletana Archipresbyteratus. 24. eiusdem anni coram eodẽ Illustriss. D. Bononien. & alijs pluribus.

Ex quibus fuit recessum à decisis vtraque parte informante, &c.

R. P. D. VBALDO

Colonien. Canonicatus S. Vrsulæ. 27. Ianuarij. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Gratiosè subrogato quando sit danda immissio.*
2 *Beneficium vacans in Curia est reseruatum.*
3 *Clericatus probatur per literas patentes Ordinarij.*
4 *Possessio beneficiati quomodo probetur.*
5 *Resignatio quando dicatur inualida.*
6 *Præsumptio stat pro instrumẽto, eiusq. validitate.*
7 *Gesta capitulariter dicuntur, si canonici fuerunt vocati, licèt non omnes venerint.*
8 *Ordinariè quando sit procedendum inter habentes parem titulum.*
9 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit immissionem.*

DECISIO LI.

Dominus Guilielmus Steijnuech vsque de anno 1617. resignauit in manibus Papæ Canonicatum S. Vrsulæ, de quo agitur, ad fauorem Domini Gasparis Pauli, qui eiusdem Canonicatus capta possessione, illum postea resignauit, & cessit ad fauorẽ D. Georgij Pauli Straij; sed cum postmodum obierit prædictus

dictus Guilielmus, fuit de eodem canonicatu, tamquam per obitum vacante, prouisus à Capitulo vigore precum imperialium Alexander Simonis, qui cum prætendat se esse in possessione, & causa fuerit in Rota introducta, dubitatum fuit, An D. Georgio esset danda immissio vigore subrogationis gratiosæ, quam ad partes expediuit, & per quam subrogatur in ius, & possessionē, tàm Guilielmi primi resignantis, quàm Gasparis secundi, & Domini vtraque parte informante affirmatiuè responderunt.

1 Quia quotiescunque apparet, beneficium esse reseruatum, datur immissio vigore subrogationis gratiosę, iustificato solummodò clericatu, & possessione eius, in cuius locum fuit facta subrogatio. Seraph. dec. 1426. nu. 1. Rota dec. 154. p. 1. & dec. 197. p. 2. in recent. & tenuit Rota in Cæsaraugustana Parochialis de Cossuenda. 13. Nouembris. 1620. coram R. P. D. meo Pirouano, & in alijs.

In casu autem nostro omnia supradicta requisita fuerunt sufficienter iustificata; nam de reseruatione constat ex resignatione facta in Curia in manibus Papæ, tàm per Gui-

2 lielmum, quàm per Gasparem, quo casu beneficium dicitur vacare in Curia, & ideò cadit sub reseruatione clausa in corpore iuris vigore c. 2. de præben. in 6. Rota dec. 1. n. 4. de rer. permut. in nou. Put. dec. 38. in fin. nu. 2. lib. 2. in nou. Paris. de resign. lib. 9. q. 14. num. 1. & dixit Rota in d. Cæsaraugustana Parochialis, & antea in Montisfalisci Capellaniæ. 30. Iunij. 1606. coram bo. me. Card. Lancellotto.

3 De clericatu verò non dubitatur, & de eo constat per literas patentes Ordinarij. gloss. in cap. inter quatuor. de cler. peregr. Rota dec. 16. de probat. in antiq. Rebuff. in praxi. 2. p. in for. lit. tonsur. nu. 22.

4 De possessione pariter dubitari nō potest, tàm respectu primi, quàm secundi resignantis; nam possessio dicti Guilielmi probatur ex cōfessione alterius partis in commissione Rotali, vbi explicitè fatetur pacificam possessionem Guilielmi de tempore resignationis. vt in summar. num. 6. qua confessione nulla melior potest dari probatio. c. per tuas. de probat. Aym. cons. 61. num. 3. Rot. dec. 98. nu. 2. p. 2. diuers.

Possessio verò D. Gasparis probatur per publicum instrumentum adeptæ possessionis, quod datur in d. summ. nu. 7. & probat possessionē ad omnes iuris effectus, alio in possessione non existente. l. prædia. vbi Bart. ff. de acquir. poss. l. non idcircò. vbi Bald. C. de fid. instrum. Rot. diu. decis. 202. nu. 3. p. 1. & dec. 62. nu. 1. p. 2. Cassad. dec. 20. in fin. de præb. Put. dec. 350. nu. 4. lib. 1. secundum nou. impress. & fuit dictum in Augustan. Hospitalis. 21. Februarij. 1611. coram bo. mem. D. meo Vbaldo, & sæpè in alijs.

5 Neque visa sunt obstare ea, quæ fuerunt opposita contra supradictā reseruationem, & in primis, quòd resignatio Guilielmi esset inualida ex defectu consensus eiusdem Guilielmi, sub prætextu quòd fecerit supradictam resignationem, dum existebat in ebrietate, quia Domini responderunt, hanc ebrietatem nō esse aliquo modo probatam, cum testes deponant quidem, quòd Guilielmus resignans, & Gaspar resignatarius biberent, non autem aliquid dicunt circa ebrietatem, & testes instrumētarij, qui pro hac parte dantur in summ. additionali nu. 1. deponunt de contrario, quòd dictus Guilielmus tempore resignationis non erat ebrius, & quòd fuit facta ista resignatio liberè, sine dolo, & fraude, & quòd ipse erat sanæ mentis, prout in dubio præsumitur. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 5. n. 2. prout

6 pariter præsumptio stat pro instrumento, & illius validitate. Bald. in l. quoties. in fin. C. de iudic. Rot. dec. 127.

227.num.2.post 2.vol. conf.Farin.

Non obstat, quòd possessio Gasparis vltimi resignantis non fuerit capitulariter capta; tum quia prædictus Georgius fuit, vt dixi, subrogatus, tàm ad possessionem Guilielmi, quàm Gasparis, & sic sufficeret constare de possessione dicti Guilielmi primi resignantis; tum quia licèt in tradenda possessione dicto Gaspari non interfuerint, nisi Abbatissa, & vnus Canonicus, tamen cum fuerint factæ monitiones de ordine Abbatissæ ad congregandum Capitulum, & fuerint vocati omnes Canonici
7 tunc existentes, hoc videtur sufficere, nam si vocati noluerunt venire, totum ius Capituli remansit in Abbatissa, & Canonico, qui interuenit, & sic possessio per eos data Gaspari, fuit capitulariter capta. Abb. in cap. cum omnes.col.fin.n.13. vers.tamen vnam diuersitatem. de constit. Put. dec.283.lib.3. in nou.

Non obstat, quòd Alexander habeat parem titulum vigore precum imperialium, & sit in possessione, vnde intret regula, quòd inter habentes parem titulum procedendum
8 sit ordinariè, & non exequutiuè per viam immissionis, quia cum dictus Alexander non veniat ex eadem vacatione per resignationem, sed diuersa; per obitum, nec ex eodē fonte, scilicet, à Sede Apostolica, nec habeat similem subrogationem, non habetur pro legitimo contradictore ad impediendam immissionem, vt fuit sæpissimè tentum in Rota. Caputaq. dec.329.p.1. & fuit resolutū in Pampilonen. Parochialis de Arcoz.4.Maij.1613. coram bon.mem. D.meo Vbaldo. in Barbastren. Prioratus.11.Ianuarij.1616.coram R.P. D.Verospio. & in Ratisbonen. Canonicatus. 17. Nouemb. 1617. coram R. P. D. meo Pirouano, & in alijs.

Non obstat defectus publicationis resignationis iuxta formam Cōstitutionis Gregorij XIII. quia istud obiectum hodie cessat ex facto, cum in summ. Georgij nu.5. detur instrumentum publicationis, vbi Notarius coram testibus asserit, fuisse adimpleta omnia seruanda iuxta formam dictæ Constitutionis, vltra quòd gratia Georgij capit etiam vacationem ob non publicationem.

Non obstat exceptio de assequutione alterius Canonicatus incompatibilis, quia incompatibilitas non
9 probatur, & in omnem casum, tàm ista exceptio, quàm alia proximè adducta respiciunt petitorium, & tamquam requirentes altiorem indaginem non possunt impedire immissionem vigore supradictæ subrogationis gratiosæ, vt dixit Rota in Iacen. Parochialis. 23.Iunij.1603. coram bo. mem. Card. Pamphilio. & in Veronen. Canonicatus.8.Decemb.1604. coram Illustriss. Card. Millino, relatis per Modern. Bonon. de acq. poss. q.18.art.1.sub nu.29.

Et ita decisum.

Et in eadem coram eodem. 26.April. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio resignationis probatur ex relatione* Notarij.

2 *Notarius non potest præiudicare instrumento prius facto*.

3 *Subrogatio ad possessionem intelligitur de possessione vtriusque*.

4 *Supplicatio recipit interpretationem à literis, secundum quas iudicandum est*.

DECISIO LII.

Placuit Dominis decisio in hac causa facta die 27.Ian.1627.in qua vtraque parte informante resolutum fuit, esse daridam immissionē D. Georgio vigore subrogationis gratiosæ, cum omnia requisita necessaria ad hanc immissionem obtinendam sufficienter iustificasset, vt

k latè

latè fuit deductum in d. decisione, cui non visus est obstare prætensus defectus publicationis resignationis, quia gratia D. Georgij, nedum comprahendit vacationem ex resignatione, sed etiam vacationem ob nō publicationem, & sic satis etiam esset, quòd vacatio verificaretur, ob non publicationem. Rot.decis.7. de rescript. in nou. sed ista difficultas penitus cessat ex facto, quia docetur de publicatione ex instrumento, vbi
1 Notarius refert, se fecisse dictā puplicationem in omnibus, & per omnia, iuxta formam Constitutionis Gregorij XIII. vt in summ. Georgij nu. 5. quæ relatio sufficit, vt firmat Paris.de resignat.lib.11.quæst.6.nu. 51. & 63. vbi attestatur ita fuisse aliàs resolutum in Burgen. Canonicatus. 10.Decembris.1585. coram Gipsio.

Nec obstat fides Notarij postea data, quòd ipse non fecerit publicationem in Metropolitana Colonien. quia ista fides non facit fidem, &
2 Notarius non potest præiudicare instrumento prius facto, nec ei creditur in præiudicium tertij. Castrens. in l.Seia mancipia.nu.2.ff.ad Velleian.Surd.cons.173.num.81.lib.2. & cons.326.nu.20. Seraph.dec.1300. nu.4. & dixit Rota in Turritana Bonorum. 17.Aprilis.1617.coram bo. mem. D. meo Vbaldo.

Deinde in omnem casum ista exceptio tamquam turbida, & requirēs altiorem indaginē non esset admittenda in isto iudicio, in quo sufficit iustificare clericatum, obitum in possessione, & reseruationem, quæ omnia sunt sufficienter iustificata, vt in decisione.

Non obstat, quòd possessio D.Gasparis, qui fecit resignationem ad fauorem D. Georgij, non esset manutenibilis, tamquam capta, existente Guilielmo in sua detentatione, quia de hac detentatione non constat, prout constare deberet ad hunc effectum. Mohed.dec.20.in fin.de restit. spoliat. deinde quatenus etiam ista detentatio fuisset sufficiēter probata, nō idcirco gratia Georgij corrueret, cùm ipse fuerit subrogatus in possessionem tàm Gasparis, quàm Guilielmi: Et ex hoc cessant omnia exaduerso deducta contra possessionem dicti Gasparis, cum D.Georgio sufficiat etiam sola possessio Guilielmi.

Nec obstare visum fuit, quòd in supplicatione non legatur subrogatio expressa ad possessionē Guiliel-
3 mi, quia cùm indefinitè fuerit facta subrogatio ad possessionem, id debet intelligi de possessione vtriusque, nempè tàm primi, quàm secundi resignantis, de quibus in corpore supplicationis fuit facta specifica mentio.l.si plures.ff.de legat.3. Rot.dec. 29.nu.4.in fin.par.2.in recent. & sat est ita fuisse declaratum in literis; nā
4 supplicatio recipit interpretationem à literis, secundum quas iudicari debet, non autem secundum supplicationem. ex reg. 26. de non iudic. secun. form. supplicat. & ibi Sarnen. quæst.1.col.4.in fin. vers. redeundo igitur. Cas.de Grass.dec.1.nu.7. de probat.Cassad.dec.2.nu.7.de vnion. & fuit dictum in Ferrarien. Bonorū. 15.Iunij.1615.coram bo.me.D.meo Vbaldo.

Et ita decisum.

Et in eadem coram eodem.14.Maij. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia apud Sedem sunt reseruata.*

2 *Legitimus contradictor quando possit impedire executionem.*

DECISIO LII.

FVerunt in hac causa factæ duæ decisiones ad fauorē D. Georgij Pauli Strauij, quòd ei sit concedenda immissio vigore subrogationis

nis gratiosæ, & cum fuerit instatum pro causæ expeditione, Domini in relationibus causarum, dandam esse censuerunt.

1 Nec obstare quod de nouo opponebatur, quòd Alexander esset prouisus vigore precum imperialium, quæ preces capiant etiam Beneficia vacantia ex causa resignationis, quia cùm in dictis precibus excipiantur beneficia reseruata, quæ continentur in extrauag. ad regimen. de præbend. in qua extrauaganti inter alia beneficia reseruantur illa, quæ vacant apud Sedem, sequitur, quòd Canonicatus, de quo agitur, non dicatur compræhensus sub dictis precibus, stante resignatione facta in manibus Papæ, per quam dicitur vacare apud Sedem, & intrat etiam reseruatio cap. 2. de præb. in 6. in quo reseruantur beneficia apud Sedem vacantia. glos. in clem. 1. in verbo, mori. vt lit. pend. Rot. dec. 1. num. 5. vers. ratio quia. de rer. permut. in nou. Paris. de resign. lib. 9. quæst. 14. nu. 1. Simonett. de reseru. quæst. 28. nu. 1. & fuit tentum in Cæsaraugustana Parochialis de Cossuenda. 13. Nouemb. 1620. coram R.P.D. meo Pirouano.

Nō obstat decisio Cordubeñ Capellaniæ. 25. Octobris. 1596. coram Corduba, quia loquitur, quando beneficiū dimittitur propter decretum de dimittendo, tunc enim si dimittatur in partibus, & licèt sit reseruatum, & in Curia vacare dicatur, non tamen dicitur vacare apud Sedem, qui non est casus noster, in quo agitur de vacatione expressa apud Sedem per resignationem factam in manibus Papæ iuxta superius allegata.

2 Pariter Domini dixerunt, non obstare quòd Alexander sit prouisus ab Ordinario vigore precum imperialium, & sit in possessione; & ideò videatur legitimus contradictor, vt colligitur in c. si à Sede. de præben. in 6. quia hoc benè procedit ad effectum, quòd audiatur in hoc iudicio possessorio, non autem ad impediēdam exequutionem, cùm, stante notoria reseruatione, vt supra, non possit ex suo titulo obtinere immissionem; & ideò esset inconueniens, vt ipse posset prouiso Apostolico hanc immissionem impedire, quam ipse in concursu cum prouiso Apostolico obtinere non potest. Verall. decis. 349. lib. 2. Ror. dec. 711. nu. 2. p. 1. in recent. & fuit tentum in Castellaneñ Canonicatus. 4. Iulij. 1625. coram bo. mem. Buratto. vbi aliæ similes decisiones allegantur.

Et ita fuit decisum.

R. P. D. VIRILI

Cusentina Abbatiæ. 20. Decembris. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato gratiosè quando sit danda immissio.*
2 *Clericatus quomodo probetur.*
3 *Clericatus remanet probatus probatis ordinibus maioribus.*
4 *Possessio semel probata præsumitur continuata.*
5 *Reseruatio est clara ex resignatione facta in manibus Papæ.*
6 *Reseruatio ex quibus reddatur turbida.*
7 *Clausula, arbitrio Rotæ, quid importet.*
8 *Iuspat. personarum potentium probatur ex Conc. Trid.*
9 *Iuspat. non dicitur iustificatum, donec contrarium probari potest.*
10 *Beneficia omnia præsumuntur libera.*
11 *Possessio quantumuis longæua non suffragatur contra prouisum ex vi gratiosæ subrogationis.*
12 *Confessio quando possit reuocari.*
13 *Immemorabilis quomodo probetur ad probandum iuspat.*

DECISIO LIII.

1 Dixerunt Domini gratiam subrogationis gratiosæ Matthæi

 Rocchi

Rocchi esse iustificatam, & ei dandã esse immissionem; nam pro huiusmodi iustificatione tria tantùm requiruntur, videlicet docere de clericatu, de possessione, & de reseruatione. Put.dec.214.lib.1.& dec.495. nu.2.lib.2. Seraph. dec.1426. nu.1. Rota dec.154.par.1. & 197.p.2.recent. & fuit dictum coram me in Argentina Præpositure.1.Iulij.1626.

2 Clericatus enim Matthæi probatur ex testibus deponentibus de cõmuni reputatione presbyteratus. Rota dec.14. de prob.in antiq.& dec.8. de caus. poss.& prop. Put.dec.26.lib. 1.in nou. Verall. dec. 277.p.1. & ex literis patentibus Ordinarij probatur subdiaconatus. Rot.decis.16.de probat. in antiq. & probatis Ordini-
3 bus maioribus, remanet probatus clericatus. Put.dec.140.nu.5.lib.2. in nou. Bald. in l.de solemnibus. nu. 4.C.de fid.instr.& fuit dictum in supradicta Argentina Præpositure, coram me. Et sat est, quòd in literis patentibus alieni Episcopi dicatur de licentia sui Episcopi. Gabriel. cons.181.nu.17.lib.2.Cæs.de Grass. dec.1.de præsumpt.

Possessio Io. Baptistæ resignantis probatur ex testibus, & sufficit semiplena.Rot.dec.509.nu.4.p.2.recen.
4 & semel probata præsumitur continuata vsque ad diem resignationis. l.siue possidetis. C. de probat. Rota dec.4.nu.12.& 14. & dec.80. nu.1. & 2.p.2.diuers.& subrogatus vti successor potest allegare præsumptionem cõtinuationis. Greg. dec.307.

5 Reseruatio est clara ex resignatione facta in manibus Papæ, quæ inducit vacationem, & reseruationem. cap.2.de præb.in 6.Rot.dec.1.nu.5. de rer.perm.in nou. Simonet. de reseruat. quæst.28. etiamsi renunciatio fiat in Curia per procuratorem constitutum. Io.And. in d.c.2.nu.2. de præb. in 6. Simonet. d.quæst.28. & fuit dictum coram me in supradicta Argentina.

Non obstat, quòd Mutius vigore præsentationis, & institutionis possideat, nec agat ad canonizandum iuspatronatus Ducis Montisalti in præiudicium Ecclesiæ, ideò sufficiat dare fumum iurispatronatus ex cõfessione Matthæi adminiculata ex sententia Ordinarij, & ex præsenta-
6 tionibus spatio 94. annorum; nam ex istis redditur turbida reseruatio, & ideò non detur immissio subrogato.

7 Quia fuit distinctum, quod si versemur in rescripto cum clausula, arbitrio Rotæ, & tunc sufficit fumus, præsertim magnus, quia relaxatur rigor iuris, & ita loquitur dec.Greg. 58.& Astoricen. Prioratus. 9. Decemb.coram bo.me.Litta.& Aurien. Parochialis.27.Aprilis.1598.coram bo.me.Card. Lancellotto.

8 Si verò versemur in causa commissa simpliciter, & iurepatronatus familiæ potentis, prout hic, & tunc etiamsi dentur sententiæ, vel enunciatiuæ Episcoporum, quibus multũ deferri soleat, tamen cum requiratur præscripta forma probationis Concilij, nempè immemorabilis, cũ præsentationibus cõtinuatis per 50. annos effectum sortitis per authenticas scripturas, sequitur quòd cum enunciatiuæ, & sententiæ, & aliæ probationes non suffragentur, reseruatio sit clara, & replicatio iurispatronatus remaneat turbida, & non probata, & propterea non retardatur executio subrogationis, & literarum Apostolicarum, & in isto casu fumus non attenditur, vt fuit ita distinctum in Iacen. Parochialis.27. Iunij.1603. coram bon.mem.Card. Pamphilio. Dec.in l.fin.nu.19.C.de edict.diu.Adr.tollen. Mohed.dec.9. in fin. de caus.poss.& prop. Put.dec. 7.eod.tit. Abb.in c. constitutis.il 2. sub nu.14.in fin. de appellat.Verall. dec.342.nu.8.par.2. & fuit quoque dictum in Mutinen. Plebis, seu Iurispatronatus. 20. Februarij.1625. coram R.P.D. meo Decano.

Accedit, quòd cum agatur in iudi-

iudicio executiuo, nec probetur instrumentum fundationis, & dotationis, licèt deducantur aliæ probatio-
9 nes, cum probatio probationem, nõ excludat, iuspatronatus non dicitur iustificatum, donec contrarium probari potest. Aegid.dec.103. & propterea non redditur turbida reseruatio, sed remanet clara, & offuscatio prouenit ex replicatione, itaut exceptio iurispatronatus remaneat turbida, & stat firma præsumptio,
10 quòd omnia beneficia præsumantur libera. Verall. dec.130.num.2.p.2. Mantic. dec.358.nu.3. & late deducitur in supradicta Mutinen. Plebis, coram R.P.D. meo Decano.

Nec obstat, quòd confessio Matthæi vti de iurepatronatus coram Papa ei præiudicet, quia omisso, quod non dixit esse de iurepatronatus ex dotatione, & fundatione, & possit intelligi ex priuilegio, itaut intret reseruatio. Rot.dec. 519.nu.1. & 2.lib.3. p. 3. nec possessio quantum-
11 cumque longæua suffragetur aduersus prouisum Apostolicum in vim gratiosæ subrogationis. Rot.dec.58. nu.1. par.1. recent. cum idem Matthæus postea impetrauit Abbatiam tamquam liberam, censetur confessionem iurispatronatus reuocasse, quod potuit facere etiam non docto
12 de errore siue sit confessio propria, siue procuratoris secundum stylum Palatij præcipuè in iurepatronatus familiæ potentis, in quo intrat præsumptio vsurpationis. Bellam.decis. 692.in fin. incipien. erronea confessio. Papazzon.in addit.ad dec.16.in fin. de rescrip.in nou. & fuit dictum in supradicta Mutinen. Plebis.

Non obstat centenaria, quia quatenus adesset, illa non suffragatur, cum pro forma requiratur immemorabilis vltra præsentationes continuatas spacio 50. annorum effectum sortitas per authenticas scripturas,
13 quæ immemorabilis probari debet per testes, & non per scripturas, per quas non potest probari, quòd nihil vnquam fuerit visum, vel auditũ in contrarium, in quo potissimùm consistit vis, & efficacia immemorabilis, vt fuit dictum in Bononien.Beneficij.27.Iunij.1625.coram bo.me. Remboldo.

Et ita veraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. MERLINO

Meten. Prioratus.17.Maij.1627.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij quomodo probetur.*
2 *Confessio probat non ius ipsius confitentis.*
3 *Non ius ex quibus colligatur.*
4 *Mandatum ad resignandum expirat morte mandantis.*
5 *Date tempus, non signatura attenditur.*
6 *Signatura trahitur ad tempus data.*
7 *Datarius apponit datam supplicationi signata.*
8 *Gratia dicitur perfecta ex sola signatura.*
9 *Supplicatio censetur signata sub die data.*
10 *Et non admittitur probatio in contrarium.*
11 *Consensus per procuratorem quando possit præstari post mortem resignantis.*
12 *Datarius dicitur organum Papæ.*

DECISIO LIIII.

Gratia si neutri visa est Domini nis iustificata; nam clericatus Erardi, qui illam obtinuit, valor obtentorum, litis pendentia, ac reseruatio fructuum narrata in literis nõ controuertebantur ex parte Ioannis, & benè fuerunt probata ex deductis ab informantibus pro Erardo.

Valor etiam Prioratus, de quo agitur, & non ius vtriusque colligantis, super quibus fiebat difficultas, videbantur pariter sufficienter

iustificari; nam quoad valorem narratum per non excessum in ducatis
1 250. auri de Camera sufficiens illius probatio desumitur est testibus in Curia desuper examinatis, quorum primus, & quartus deponunt praecisè de non excessu in summa praedicta, vel in franchis 751. illarum partium longè minorem summā ducar. auri constituentibus, qui quidem testes valorem huiusmodi satis probant, quamuis eorum depositio sit de publica voce, & fama. Rota apud Card. Seraph. dec. 962. num. 2. apud Card. Mantic. dec. 132. nu. 4. & inter recent. dec. 298. nu. 5. par. 2. iuncto praesertim alio teste, qui cum deponat nedum de auditu ab eius patre, & alijs, sed etiam vti vicinus, & sic informatus, videtur allegare certam scientiae rationem. ex trad. per Farinac. in tract. de testib. q. 70. n. 164. & seqq. & insimul cum alijs duobus, vt supra deponentibus de publica voce, & fama plenam inducere probationem valoris supradicti. Rota apud sanct. me. Greg. XV. dec. 273. num. 1. & in Hispalen. Pensionum. 1. Iulij. 1613. coram R.P.D. meo Pirouano.

Et quoad non ius vtriusque collitigātis illud probari visum fuit, quia
2 quod nullum competat ius Erardo probatur ex eiusdem met confessione facta in supplicatione gratiae si neutri. Rota apud sanct. mem. Greg. XV. dec. 89. nu. 2. & in Tullen. Parochialis. 15. Martij praeteriti coram
3 me. non ius autem Ioannis apparet ex eo, quod ex reuolutione actorum nullum ius eiusdem desumi potest iuxta decisionem in Fesulana Praeceptoriae. 27. Ianuarij. 1563. coram Robusterlo. & alias allegatas in dicta Tullen. Parochialis. 15. Martij praeteriti coram me. Etenim ex actis constat Ioannem seniorem obijsse die 2. Martij. 1621. gratiam verò resignationis habere datam sub die 3. eiusdem, indeq. praedictam resignationem ex persona dicti Ioannis senioris, in qua se fundat Ioannes, remanere nullam, & inualidam defectu consensus, qui post obitum supradictum Ioannis non potuit praestari à procuratore, quia mandatum
4 ad resignandum ipsius mandantis morte expirauerat. gloss. in clem. 1. vers. quomodolibet. vbi Card. Zabarell. & communiter Doctor. de renunciat. cum alijs, quos refert, & sequitur Paris. de resign. lib. 9. q. 24. nu. 1. & seqq.

Nec releuat quod dicitur fuisse porrectam supplicationem à procuratore in Dataria, illamq. signatam fuisse ante diem obitus eiusdem resignantis; quoniam omisso, quòd super his non affertur concludens probatio, aduertendum est, quòd
5 dies datae non autem signaturae debet attendi, nam data facit, vt gratia dicatur in rerum natura, & tunc incipit operari cum prius ante datā possit lacerari, & sic tempus datae inspiciendum est. Felin. in c. eam te. nu. 18. & ibi Abb. nu. 5. Imol. num. 8. 9. Zabarell. n. 7. de rescrip. Gig. cons. 3. nu. 1. & cons. 54. nu. 20. Bero. cons. 207. num. 57. Rebuff. super concordat. in tit. de form. mandar. apostol. vero. datum. Caputaq. dec. 186. n. 3. p. 2. Rota dec. 28. de rescrip. in antiq. nu. 2. & coram Card. Seraphin. dec.
6 341. nu. 9. & signatura trahitur ad tempus datae. Castr. in l. 1. nu. 2. in fin. C. quand. libell. Principi datus. latè Mandos. cons. 14. nu. 1. & 6. in fin. vers. si verò accipimus. cum tribus seqq. Put. dec. 94. num. 2. lib. 2. Rota dec. 514. nu. 8. p. 3. diuer. Gabr. cons. 193. nu. 56. lib. 2. Modern. Roman. discept. forens. cap. 191. nu. 1. & seqq. Nec quaeuis aliae praecedentes diligentiae attenduntur. c. capitulū. de rescrip. cap. fine tempore. & ibi Franch. nu. 3. in 2. notab. & in c. de duobus. eod. tit. lib. 6. Paris. cons. 45. nu. 2. lib. 4. & plures cumulat Mandos. d. cons. 16. num. 3. Dumq. Papa signat, & scit huiusmodi gratijs apponendam esse per Datarium, qui
7 est

est illius organum, certam diem, virtualiter declarat etiam, quòd solùm à die datæ debeat operari eius signatura, & sæpè sæpius gratiæ non datantur sub eadem die, qua fuerunt à Pontifice signatæ, ita suadente aliqua ratione, & iubente ipso Papa; imò quod plus est, etiam aliquando iustis de causis lacerantur supplicationes iam signatæ, & Datarius ex officio muneris sui supplicationibus tàm signatis, quàm signandis, vt ratio postulat addit, & detrahit, vt per Gonzal. super reg. 8. glos. 63. nu. 54. & seqq.

8 Nec obstat, quòd ex sola signatura dicatur perfecta gratia. Sarnen. in reg. de infirm. q. 18. num. 5. vers. nam non est dubium. Cassad. dec. 4. nu. 2. de caus. poss. & prop. Rota dec. 418. nu. 3. p. 1. diuer. & apud Put. dec. 94. lib. 2. in correct. imò, & solo verbo Principis gratia perficiatur. Barr. in l. humanum. in fin. vers. breuiter. C. de leg. Paris. cons. 5. n. 60. lib. 4. Rota in Bononien. de Binarinis. 5. Martij. 1618. coram bo. mem. Andrea. quoniam simul stant, quòd gratia recipiat perfectionem à signatura Papæ, & quod tamen hæc perfectio incipiat à die datæ; &, vt supra dictum

9 fuit, signatura trahatur ad tempus datæ, quoniam censetur Papam signasse supplicationē à die, sub qua apparet datata à Datario per ipsum Papam ad hoc munus deputato, & ita hoc intelligit. Caputaq. dec. 88. nu. 2. & 3. par. 3. Put. d. dec. 94. nu. 2. lib. 2. vbi inquit, quòd supplicatio præsumitur signata tempore datæ, &

10 quòd non admittitur probatio in contrarium. & Gabr. cons. 193. nu. 3. & 4. lib. 2. Moder. Roman. discep. forens. c. 191. nu. 1. & seqq.

Non obstat dec. Bononien. de Binarinis. 5. Martij. 1618. coram bon. mem. Andrea. loquitur enim in diuersis terminis, videlicet in data Breuis expediti super Commissione proposita coram Papa in publica Congregatione Signaturæ gratiæ, qui non est casus præsens, & ideò nō applicatur d. dec. Bononien. de Binarinis, quæ etiam dum admitti libris Datarij omninò standum esse, multò magis firmare censetur, quòd data ab eo apposita dubio procul sit attendenda.

11 Nec etiam Ioanni suffragatur stylus allegatus, quòd scilicet præstetur consensus per procuratorē, etiam post obitum resignantis, quia stylus huiusmodi procedit, quando ante mortem resignantis non solùm fuit porrecta, & signata supplicatio, sed etiam datata. vt aduertit Paris. de resign. lib. 9. q. 24. num. 14. & idem expressè decidit constitutio Alexandri VI. per Paris. ibi relata, & in his terminis loquuntur, vt patet ex eorum lectura. Crescen. dec. 9. in princ. de procurat. Gab. cons. 194. in princ. lib. 1. Cassad. decis. 1. de renunc. & alij in contrarium allegati, & ita in specie ponderauit, & respondit Rota in Seguntina Canonicatus. 26. Nouembris. 1616. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Manzanedo, & semper intrat motiuum, quòd gratia censetur, & dicitur ea die signata, sub qua fuit datata, nec admittitur probatio in contrarium, & dissonum esset, quòd apponeretur in data certa dies, & tamen illa non attenderetur, & ita liceret partibus redarguere Datarium, quòd minus candidè officium suum exercuerit, de cuius tamen integritate adeò Pontifex cō-

12 fidit, vt illius organum dicatur, & contra illum non admittuntur articuli, vt supra dictum fuit, & notat etiam Caputaquen. dec. 31. in manuscrip. Rot. dec. 514. num. 8. par. 3. diuers.

Et ita vtraque parte informante.

R. P. D. V B A L D O

Canonicorum Regul. Monasterij B. Mariæ Nouesien. 3. Decembris. 1627.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Executor non benè procedendo non privat quem sua possessione.*
2 *Quis pro spoliato se habere non præsumitur.*
3 *Possessio ciuilis sufficit pro manutentione.*
4 *Executio facta super re diuersa, est nulla.*
5 *Probationes leuiores sufficiunt in iudicio manutentionis.*
6 *Translatio monasterij fit cum licentia Papæ.*
7 *Et quando possit fieri ab Ordinarijs.*

DECISIO LV.

PLacuit Dominis decisio in hac causa facta die 21. Iunij præteriti, in qua fuit resolutum, dandam esse manutentionem Canonicis in possessione Monasterij B. Mariæ Virginis, siti in Oppido Nouesij, & eius bonorum, quia licèt fuerint Canonici in vim Breuis Apostolici ab executore eiecti à possessione Monasterij, & bonorum, attamen cùm executor non benè processerit, non pri-
1 uauit Canonicos eorum possessione, nisi quatenus se pro spoliatis habuissent. Puc. dec. 419. lib. 2. & passim tenet Rot. vt in dec. fel. rec. Greg. XV. 307. nu. 6. & 458. nu. 9. & in recent. dec. 674. nu. 1. par. 1. & sæpè in alijs,
2 quod non solum non præsumitur iuxta d. dec. Greg. XV. 307. nu. 10. & 11. sed etiam ex recusationibus, & actibus factis in cõtrarium pro Canonicis, satis euidẽter apparet, quòd se non habuerunt spoliatis, & quòd animo saltem ciuilem possessionem
3 retinuerunt, quæ sola sufficit pro manutentione. Greg. XV. dec. 9. nu. 6. & in d. dec. 307. num. 6. 7. & 12. Rot. dec. 57. in fin. p. 2. in recen. cum alijs in decisione, de qua agitur, allegatis.

Quod autem executor malè processerit, euidenter patet ex eo, quod vigore literarum Apostolicarũ erat facienda executio in Monasterium S. Nicolai planè dirutum propè Oppidum Nouesij, de quo Monasterio literæ loquuntur, non autem erat facienda executio, prout facta fuit super Monasterio diuerso Beatę Mariæ Virginis, sito in Oppido Nouesij, magnificè extructo, & ornato, de quo literæ Apostolicæ non loquun-
4 tur, & propterea executio tamquam facta super re diuersa ab ea, quæ est comprænensa, & expressa in gratia, remanet nulla excessiua, & inualida. Gabr. conf. 31. nu. 7. lib. 2. Honded. conf. 25. n. 25. lib. 1. fel. re. Greg. XV. dec. 555. nu. 4.

Non obstat, quòd dictum Monasterium Beatæ Mariæ, à quo fuerunt expulsi Canonici, non esset Monasterium, sed esset Hospitium illius Monasterij diruti extra Oppidum, quia ista difficultas penitùs cessat ex facto, ex quo apparet, quod post dictam destructionem Canonici venerunt ad habitandum in Oppido Nouesij, ibiq. nouum Monasterium, & ecclesiam ædificarunt, & quando Canonici fuerunt requisiti, vt vellẽt parere Breui, fuerunt requisiti, vt exirent de Monasterio, & semper ab executoribus iste locus appellatur Monasterium, & non Hospitium, vt patet ex requisitionibus, aliàs datis in summ. præteritæ positionis nu. 2. 4. & seq. Et quòd sit Monasterium, comprobatur ex attestationibus Senatus Nouesien. & Nuncij Apostolici pariter datis in præterita positione, quæ omnia videntur plusquam
5 sufficere in hoc iudicio manutentionis, in quo etiam leuiores probationes admittuntur. Rot. diuers. decis. 196. nu. 6. par. 1. Seraph. decis. 644. num. 5.

Et prædicta eò magis procedere videntur, cum etiam ex serie istius facti appareat, quòd Monasterium dirutum extra muros, in quo antea d. Canonici habitabant, neque erat sub inuocatione S. Nicolai, de quo can-

cantant literæ, sed sub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis, & sic diuersitas istorum Monasteriorum est clara, præsertim cum asseratur, Monasterium S. Nicolai extra dictum Oppidum neque fuisse dirutum, sed adhuc extare, & quidem benè ædificatum, & in eo degere Fratres Tertiæ Regulæ S. Francisci, ex quo, vt dixi, tantò magis apparet supradicta diuersitas, quæ penitùs viriat executionem factam ex supra allegatis.

6 Non obstat, quòd dd. Canonici non potuerint facere supradictam translationem Monasterij de vno loco ad alium sine licentia Papæ, vt in cap. vnico de excess. prælat. in 6. quæ licentia hic non adest, quia quicquid de hoc dicendum sit, cum tex. in d. cap. vnico. loquatur de Religionibus Mendicantibus, & post Concilium
7 Tridentinum possint etiam Ordinarij facere translationes, & nouas erectiones Monasteriorum. Rot. decis. 745. nu. 1. p. 2. in recent. cessar difficultas in casu nostro, quia ista exceptio respicit petitorium, & validitatem translationis, de qua propterea non est discutiendum in hoc iudicio summarijssimo manutentionis. Rot. dec. 685. nu. 5. p. 1. & 287. in fin. p. 2. in recent.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. DVRANO

Barchinonen. Beneficij. 26. Nouemb. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio non possidente est manutenibilis.*
2 *Possessio antiquior est manutenenda.*
3 *Iudex iniustè procedendo non priuat quem sua possessione.*
4 *Rota aduersus factum iudicis iniustè procedentis dat manutentionem.*
5 *Clausula, dummodo non sit alteri ius quesitum semper subintelligitur, etiamsi non sit expressa.*
6 *Ius quesitum ex anteriori possessione iuuat.*
7 *Possessio ciuilis quando nō amittatur.*
8 *Et illa sufficit ad effectum manutentionis.*

DECISIO LVI.

Fvit resolutum Petro informanti dandum esse mandatum de manutenendo, quia cōstat de eius pos-
1 sessione instrumentali, quæ alio non possidente est manutenibilis. l. prædia. vbi Bart. ff. de acquir. poss. l. non idcirco. vbi Bald. C. de fid. instrum. Rot. dec. 202. num. 4. par. 1. diuers. & dec. 92. nu. 1. p. 1. recen. & in Lunen. Sarzanen. Beneficij. 13. Iunij. 1625. coram me.

Non obstat prætensa possessio Francisci, quia fuit posterior, cum Pètrus adeptus fuerit possessionem die 30. Iunij. 1622. Franciscus autē die 24. Maij. 1624. vnde possessio
2 Petri, vti antiquior est manutenenda, non autem possessio Francisci recētior, quæ ideò præsumitur iniusta. cap. licet causam. vbi Bart. de probat. Bart. in l. si duo. sub nu. 4. ff. vti possid. & Rot. in d. Lunen. Sarzanen. coram me.

3 Non obstat, quòd possessio Francisci videtur iusta ex quo fuit capta in vim mandati de immittēdo A. C. quia cum A. C. iniustè processerit, non priuauit Petrum sua possessione. Bart. in l. 1. §. huiusmodi. num. 1. ff. vti possid. Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. nu. 2. ff. de acquir. poss. Abb. in c. cum causa. in 4. notab. de offic. deleg. Caputaq. dec. 186. p. 8. Rot. dec. 802. nu. 7. p. 1. diuers. Greg. XV. dec. 69. nu. 3. & in Romana Domus de Blanchis. 10. Maij. 1619. coram bo. me. Buratto. vbi quòd pas-
4 sim Rota aduersus huiusmodi factū Iudicis nulliter, & iniustè procedentis dat manutentionem, & fuit dictū in Maioricen. Beneficij. 24. Nouembris. 1610. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo.

Quod

Quod autem A. C. non ritè processerit videtur clarum, quia graria Apostolica Francisci, fuit cum clausula, dũmodo non sit alteri ius quæ-
5 situm, quæ etiam non expressa semper subintelligitur. c.cum M. Ferrariensis. verbo, mandamus, & ibi Abb. nu. 5. & Felin. nu. 6. de constit. & reddit gratiam conditionalem. Sarnen. in reg. de iur. quæsit. q. 1. nu. 41. Rebuff. in form. nou. prouis. verbo, dummodo. nu. 5. Mandos. in reg. de iur. quæsit. q. 2. num. 8. Petro autem erat
6 ius quæsitum ex anteriori possessione Nuntij Hispaniarum, cùm possessione inde sequuta, quæ ei suffragatur, cum ex confessione Francisci, & ex testium depositionibus, desuper examinatorum benè fuerit iustificata vacatio in mense reseruato, & quòd beneficium hoc, prout fuit narratum, non excedit valorem 24. ducatorum iuxta notorias Nuntij facultates. Garz. de benef. p. 5. c. 2. nu. 82. Gonz. ad reg. 8. §. 2. procem. num. 56.

7 Non obstat, quòd Petrus amiserit possessionem, dum præstitit patientiam, quòd illam acciperet Franciscus, quia cum illud fecerit ob reuerentiam literarum Apostolicarum, & metu censurarum, prout ipse expressè declarauit, & fuit protestatus, non amisit ciuilem possessionem, sed
8 eam animo retinuit, quæ sufficit ad effectum manutentionis. Ioan. Fab. in §. retinendæ. num. 21. instit. de interd. Menoch. de retin. rem. 3. nu. 22. Rota dec. 19. nu. 12. p. 2. diuers. & in puncto dec. 319. nu. 1. in fin. p. 2. rec. Et ita &c.

ILLVSTRISS. CARDINALI SACRATO.

Gerunden. Beneficij. 2. Decemb. 1605.

SVMMARIVM.

1 *Ius quæsitum quando censeatur præseruatum in gratia Apostolica.*
2 *Ius quale acquiratur ex acceptatione, seu oppositione.*
3 *Ius quando alteri præseruatum censeatur.*
4 *In beneficialibus nemo acquirit ius ex facto proprio.*
5 *Vocatus à fundatore assimilatur præsentato.*
6 *Patronus non potest contrauenire dispositioni fundatoris.*
7 *Clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, debet intelligi de præiudicio non expresso.*
8 *Comparens re integra auditur.*

DECISIO LVII.

FVit tentum per oppositionem factam per Franciscum ad beneficium, de quo agitur, cum verificatione coram Ordinario, quòd ipse sit proximior de genere fundatoris, & actu sacerdos, super quo fuit etiam per illum conrestata lis cum Henrico, fuisse ius tale quesitũ Fran-
1 cisco, quòd censeatur præseruatum in gratia Apostolica per dictũ Henricum ex post obtenta. Mouit Dominos illud, quòd iam fuit decisum in causa Oxonen. Capellæ. coram D. Petrutio, de quo testatur Sarnen. super reg. de iur. quesi. non toll. q. 1. vers. & quod dictum est de acceptatione. & latè prosequitur Mandos. cons. 5. per totum. quod eo magis visum est habere locum hoc casu, quo referat iam deducta in iudiciũ, & probatæ qualitates Francisci ad dec. Put. 253. nu. 4. lib. 3. & faciunt notata per Sarnen. d. q. 1. vers. tertius modus. circa finem. Bellam. cons. 34. nu. 21. vers. ad septimum dubium.

2 Non obstat, quòd ex sola acceptatione, siue oppositione non acquiratur ius considerabile ad istum effectum. Ror. dec. 16. alias 17. de præb. in nouis. Bellam. dec. 167. Cassador. dec. 18. eod. tit. de præb. Mohedan. dec. 1. & 34. eod. tit.

Primo, quia illæ decisiones fundantur in modico præiudicio acceptantis

tantis vigore expectatiuæ Apostolicæ, siue se opponentis ad beneficium patrimoniale, quia illis talibus poterit stante multitudine beneficiorũ vacantium per alias vacationes prouideri, vt considerat.d.dec.17.vers. verum est quod postea. & Cassad. d.dec.18.num.2.Sarnen.d.q.1.vers. illud tamen.quæ ratio non militat in opponente se ad vnicum beneficium vigore fundationis, quia si illud non assequitur, non habet vnde se releuet, cum non sit certus, se super futurum alteri vacationi eiusdem beneficij.

3 Secundo, non obstant dictæ decisiones, quia res est iam deducta in iudicium, factæ multæ expensæ, etiã probatæ qualitates Francisci, vnde etiamsi essemus in terminis acceptationum, & oppositionum ad beneficia patrimonialia, adhuc censeretur præseruatum ius Francisci. Put.dec. 253.num.4.lib.3.Sarnen.d.q.1.vers. tertius modus. in fine. & facit cons. Bellam. 34. nu.21. & 24.col.3.vers. quod tamen modifico.

Non obstat, quòd Franciscus non sit præsentatus à patrono, & ex sola
4 oppositione non possit ius prætendere, quia in beneficialibus nemo acquirit ius ex facto proprio. Cassad. d.dec.18.nu.3. quia Franciscus non prætendit ius principaliter ex sua oppositione, sed ex fundatione, quę
5 illum tamquam proximiorem specialiter vocat, & sic assimilatur præsentato, siue electo. Put. d. decis. 253.nu.4. & cum patronus non pos-
6 sit contrauenire dispositioni fundatoris. Bald. cons.38.nu.2.lib.4. ista spes certa reguland a est, ac si effectus secutus esset.l.ita vulneratus. cũ ibi not.ff.ad l.Aquiliam. Mandos.d. cons.51.nu.12.

Nec decisiones in contrarium allegatæ fundantur in non iure, sed in modico præiudicio, ac etiam in stylo Curiæ, vt patet ex illarum lectura. & Sarnen.d.q.1.vers.illud tamẽ. & ideo non debent trahi extra suos casus, vt dicit Bellamer. d.cons.34. vers.ad septimum dubium. ibi, nisi consuetudo Curiæ aliud induxisset.

Non obstat, quòd fundatio, & lis fuerit narrata in gratia Henrici, vn-
7 de clausula, dummodo non sit alteri, &c. debeat intelligi de alio præiudicio, quàm expresso. Crescent. dec.7. de iurepat. quia non fuit expresse narratum Papæ, quòd quis tamquam proximior iam se opposuisset, & probasset suas qualitates, & ideò cum Papa non intellexerit hoc præcipuum ius Francisci, non est dicendum Papam sub inuolucro verborum illud voluisse auferre, oportet enim, quòd Papa expresse intelligat præiudicium. Bellam. d. cons.34.nu.21.col.2.circa medium. Sarnen.d.q.1.vers.quæ omnia.

Non etiam facit, quòd fuerint apposita edicta, & Franciscus intra terminum non comparuerit, vnde potuerit Ordinarius lapso termino procedere ad institutionem Henrici pręsentati à patrono per doctrinam Rebuff. de nominat. q.17. dub.10. nu. 14. quia Domini inclinabant prædicta omnia fuisse nulla rationibus hic deductis per informantes pro
8 Francisco, & consequenter non potuisse nocere Francisco tamquam venienti re integra. l. 4. §. condemnatum.ff.de re iud. reg. non præstat impedimentum. de reg. iur. in 6. & facit alleg. decis. in causa Calaguritana dimidij beneficij. 22. Aprilis. 1602. coram R.P.D. Ortembergo.

ILLVSTRISS. D. CARD. MILLINO.

Salamantina Portionis. 25. Iunij. 1599.

SVMMARIVM.

1 *Collatio quando spectet ad Capitulum sede Episcopali vacante.*

2 *Ius conferendi non diuiditur per concordiam, sed exercitium.*

Et

3 *Et cessante concordia cessat diuisio d. exercitij.*
4 *Capitulum mortuo Episcopo confert iure proprio.*
5 *Et tunc non consumitur turnus.*

DECISIO LVIII.

Fuit resolutum Capitulum potuisse conferre istam portionem sede Episcopali vacante, etiã quod non sit in turno. Fundamentum resolutionis fuit, quia de iure communi collatio est simultanea Episcopi, & Capituli. Cassador. decis. 22. de
1 præb. & stante hac simultanea, collatio sede Episcopali vacante spectat ad Capitulum. c. 1. ne sed. vac. in 6. & consequenter non intrat regula secunda reseruatoria, quia non capit beneficia spectantia ad collationem Capituli.

Nec placuit Dominis, quòd vigore concordiæ prouisio spectet iure proprio ad liberam collationem illius, qui est in turno, vt in terminis huius concordiæ fuit resolutum coram bo. mem. Episcopo Oriolen. in causa Salamant. alternatiuæ. 27. Nouemb. 1581. & ideo sit locus regulæ,
2 quia per hanc concordiam non diuiditur proprietas iuris conferendi, sed remanente communione in proprietate, diuiditur tantùm exercitium, vt fuit resolutum in causa Romana Beneficiatus S. Petri. 29. April. 1595. coram R.P.D. meo Gipsio. propter quam diuisionem exercitij ius conferendi spectat ad illum, qui est in turno, & in his terminis loquuntur Io. And. Anchar. Gemin. & alij, qui allegantur, & ideò etiam est locus alternatiuæ ad fauorem Episcopi, quia prouisio in suo turno propter diuisionem exercitij spectat ad eius liberam collationem, & sic non intrat exceptio regulæ, & non cum alijs, vt fuit resolutum in dicta causa Salamantina alternatiuæ, sed sede Episcopali vacanre hoc fundamentũ cessat, quia concordia in hoc casu non habet locum, & cessante con-
3 cordia cessat diuisio exercitij, & remanet collatio communis, & existẽte collatione communi collatio sede Episcopali vacante est libera Capituli. d. c. 1. ne sed. vac. in 6. & consequenter cessat regula, quæ vt dictũ est, non habet locum in collationibus spectantibus ad Capitulum. & in hoc placuit Dominis decis. Putei 185. lib. 3. quæ licèt in impressis sit inemendata, & imperfecta, tamen in originalibus, quæ sunt penes vnum ex Dominis est clara, quòd collationes sede Episcopali vacante per c. 7. istius concordiæ non imputantur in turno Episcopi, vel Capituli, & Ca-
4 pitulum mortuo Episcopo confert iure proprio. per tex. in d. c. 1. & sic propter collationem simultaneam, in quo casu solum tribuitur in d. c. 1. facultas Capitulo conferendi, & in margine illius decisionis idem Put. adnotauit, quod proposito postea iterum eodem dubio, fuit resolutum 3. Decemb. 1548. & hanc etiam dicebant Domini fuisse mentem Episcopi, & Capituli, vt diuideretur solum exercitium sede Episcopali plena, quia concordia fuit facta pro euitandis discordijs, & dissensionibus inter eos, quæ possunt solum oriri viuente Episcopo propter simultaneam collationem, & non sede Episcopali vacante.

Non obstat, quòd Episcopus, & Capitulum in d. c. 7. vtantur verbo, deuoluatur, ex quo infertur, quòd sic Capitulum sede Episcopali vacante confert propter deuolutionẽ, & non propter communionem, quia ista non est propriè deuolutio, cum
5 turnus non consumatur, neque alteretur, & Capitulum conferat iure proprio ex dispositione iuris communis, vt dictum est, sed perinde est, ac si dixissent, quòd collatio spectet ad Capitulum.

R.P.D.

R. P. D. BVRATTO

Bergomen. Capellaniæ.
23. Martij 1618.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium non vacat per obitum præsentati.*
2 *Nemo potest seipsum præsentare.*
3 *Compatronus quando possit consentire præsentationi de se factæ.*
4 *Actus præsumitur factus eo modo, quo facienti utilius est.*
5 *Et prout sibi de iure permittebatur.*
6 *Compatronus præsumitur in suam nominationem conspirasse per viam accessionis.*
7 *Interpretatio ea fit, quæ stat pro actus validitate.*
8 *Clausula, omni meliori modo, quid operetur, & num. 12.*
9 *Data paritate præfertur is, qui est de familia fundatoris.*
10 *Et magis qualificatus, & senior.*
11 *Interpretatio sumitur pro validitate sententiæ.*
13 *Clausula, dummodo non sit alij ius quæsitum præseruat ius ex præsentatione, ex qua quis necessariò sit instituendus.*

DECISIO LIX.

SOlo Ioanne Antonio informante 7. mensis præteriti fuerat resolutum sententiam rotalem ad eius fauorem latam esse confirmandam, vnde hodie repropo sito dubio ad instantiam Pauli, Domini steterunt in decisis, non obstantibus, quæ contra decisionem adducebantur.

Nam prima obiectio erat quòd sententia canonizauerit gratiam Io. Antonij subrogationis in possessionem beneficij vti vacantis per obitũ Ludouici, ex cuius tamen persona vacare non poterat, cum ipse solam
1 præsentationem, non autem institutionem, nec possessionem habuisset, Card. Seraph. decis. 1446. num. 1. & 2. Quæ cessare visa fuit ex lectura sententiæ, in qua narratur sola præsentatio dicti Ludouici, non autem vacatio per obitum illius, sed q. Angelici extra Rom. Cur. de mense Februarij 1612. defuncti.

Secunda verò deducebatur ex eo quod sententia declaret Ioannem Antonium esse instituen. eumque instituat vti subrogatum in locum dicti Ludouici, quem tamen dicebatur nullum ius habuisse, ex quo
2 se ipsum præsentare non potuit, cap. per nostras, & ibi not. omnes de iurepatr. quod habet etiam locum vbi quis se cum alijs compatronis eligit, seu præsentat, prout hic, c. cum in iure, vbi omnes, de elect. Lamber. de iurepatr. art. 6. 8. quæst. princ. 1. par. lib. 2.

3 Sed hæc quoque obiectio tolli visa fuit, quia ad electionem, seu præsentationem Ludouici non fuit processum per viam scrutinij secreti, quo casu cum electus ignoret, an alij in eum consenserint, ille non potest in seipsum consentire, quia sic oriretur à seipso, & vti ambitiosus repelleretur, sed fuit facta palam, & per vota aperta, vnde cum ipse tunc non potuerit se eligere, quin prius sciret se ab alijs electum, dici non potuit à se ipso oriri, sed ab alijs vocatus, & cõsentiendo præsentationi de se factæ auxit numerum tanquam vnus de habentibus ius præsentandi, ita com muniter declarant Doct. in dict. cap. cum in iure, vbi Butr. num. 36. vers. nec obstat, & vers. & ex prædictis, Abb. num. 5. vers. & dic quod vera ratio, Card. col. 6. post princ. versic. quartam lecturam, & vers. illa enim glos. Imol. num. 5. vers. vnde Hostien. & num. 6. vers. item possunt, qui de communi, Butr. & Ancar. post Host. in d. c. per nostras, num. 3. vers. quod intelligit, & ibi Butr. num. 8. vers. hoc verum dicit, Abb. num. 5. Card. post princ. vers. pro hoc inducit, idem Abb. cons. 25. num. 3. par. 2. Rocch.

I de

de iurepat. in verb. honorificum, nu.
20. verſ. limita nunc, latè Lambert.
eod. tract. 8. art. 8. quæſt. princ. 1. par.
lib. 2. & ſecuta eſt Rota in hac cauſa
ſub die 26. Iunij 1615. & 27. Maij
1616. coram R.P.D. meo Vbaldo.

Licèt autem ex tenore dictæ no-
minationis, & præſentationis palam
factæ, clarè non appareat an Ludo-
uicus ſeipſum vnà cum alijs princi-
paliter elegerit, An verò potius ac-
ceſſerit conſentiendo dictæ nomina-
tioni de ſe factæ, iuxta formam tra-
ditam per Doct. præcit. tamen præ-
ſumi debet feciſſe illum actum eo
modo, quo ſibi vtilius erat, Bart. in
5 l. gerit. num. 21. ff. de acq. hæred. &
prout ſibi de iure permittebatur,
gloſ. in l. 2. in verſ. probaretur. C. de
pet. hæred. Bal. in l. 1. col. 2. ff. ſolut.
matr. & vt pœnam non ſubiret, Ti-
raq. de retract. lig. §. 30. gloſ. 1. num.
34. & ne incideret in vitium ambi-
tionis, vt in terminis conſiderauit
Rota coram fel. record. Clem. VIII.
deciſ. 185. num. 4. par. 2. diuerſ. &
proinde cenſendū eſt ipſum in ſuam
6 nominationem, & præſentationem
conſpiraſſe non principaliter, ſed per
viam acceſſionis, & aſſenſus, prout
poterat in ipſomet actu nominatio-
nis, DD. in d. cap. cum in iure, de
elect. Lamber. d. quæſt. 8. princ. ar. 7.
7 quæ interpretatio in dubio ſumen-
da eſt, cum tendat ad validandum,
non ad deſtruendum actum, vulg. l.
quoties. ff. de reb. dubijs cum ſimil.
& quia vel maximè ſuadetur ex clau
ſula, ac omni meliori modo; imme-
diatè poſt nominationem adiectam,
8 quæ facit valere actum eo modo
quo poteſt, Felyn. in cap. cum ſuper,
num. 11. de off. deleg. Dec. conſ. 11.
num. 20. verſ. & apparet.

Vltra quòd ſubducta etiam ipſius
voce cum haberet medietatem pa-
tronorum exiſtentium in quaſi poſ-
ſeſſione, veniebat nihilominus præ-
ferendus tamquam de familia fun-
datoris, gloſ. in cap. neminem 70.
9 diſtinct. & ibi Præpoſ. & Archidiac.
Rocch d. tract. verb. honorificum 18.
quæſt. num. 46. verſ. prima opinio,
Lambert. eod. tract. 4. art. 5. quæſt.
princ. 3. par. 2. lib. num. 3. in fin. verſ.
ſucceſſiuè, Ferrett. conſ. 131. num. 4.
Rot. in Foroliuien. S. Mercurialis 10
Iunij 1577. coram Bubalo; & vti
magis qualificatus, quia ætate ſe-
nior, Bald. conſ. 167. in fin. lib. 4.
Rocch. vbi ſupra, quæſt. 15. num. 41.
10 Lambert. d. quæſt. 5. princ. art. 13.
num. 1. & ſeqq. & pluribus compro-
bat, Rolan. conſ. 47. nu. 70. & ſeqq.
lib. 1. & quia actu Sacerdos, Rota
in d. Foroliuien. S. Mercurialis, corā
Bubalo, & in hac cauſa ſub dicta
die 27. Maij 1616.

Nec obſtat prouiſio Apoſtolica
à Paulo impetrata, cum derogatione
medietatis patronorum exiſtentium
in quaſi poſſeſſione, quia, vt iam
deciſum fuit ſub dicta die 26. Iunij
1615. illa non erat iuſtificata, nec
poterat iuſtificari præſertim in eo,
quod haberet medietatem, cum tan-
tum à quinque, ex vndecim præſen-
tatus fuerit.

Præterea conſiderabant Domini,
quod licèt ſententia declaret gratiā
ſubrogationis in locum Ludouici
eſſe canonicam, & Ioannem Antoniū
fore, & eſſe inſtituendum, tamen non
dicit eſſe inſtituendum vti ſubroga-
tum in locum Ludouici; & ideo cum
non ſit ita reſtricta, & Ioannes An-
tonius fuerit etiam ſubrogatus in
locum Angelici, de cuius iure dubi-
tari non poteſt, cum etiam Paulus
veniat ex vacatione per obitum ip-
ſius, Seraph. deciſ. 750. num. 1. & fuit
dictum in Pacen. Canonicatus 11.
Decemb. 1613. coram R.P.D. Pito-
uano, & in Virdunen. Abbatiæ 20.
Febr. 1615. coram me, inſtitutio de-
bet cenſeri quoque facta in vim di-
ctæ ſubrogationis in locum Angeli-
11 ci; pro validitate namque ſententiæ
capitur ſemper interpretatio, Cran.
conſ. 52. num. 2. verſ. ſimiliter vide-
mus, cum alijs in Paduana Iuriſpatr.
4. Maij 1616. coram Reuerendiſſ. D.

meo

Digitized by Google

meo Damasceno, præsertim cum adsit in sententia clausula, & omni alio meliori modo, &c. quæ facit valere actum etiam vltra expressa.

12 Caputaq. decis. 124. par. 1. Achill. decis. 1. de verb. signif. cum alijs decis. rel. per Moder. claus. 88. par. 1.

Nec aduersatur clausula dummodo in literis subrogationis, iuxta stylum apposita, quæ solet præseruare ius quæsitum, etiam ex sola præsentatione, Rot. decis. 17. de præbend. in nou. Felyn. in cap. in nostra, num. 25. in 28. coroll. de rescr. Cresc. decis. 7. num. 3. de iurepatr.

13 Quia hoc intelligitur quando præsentatio est talis, vt ex ea quis veniat necessario instituendus, Paul. de Cittadin. de iurepat. 6. par. in prinç. num. 11. Mohed. decis. 1. de præben. fuit dictum in Mediolanen. Capellaniæ 27. Martij 1602. coram Corduba, qualis non erat præsentatio Pauli, qui non habebat maiorem partẽ patronorum, & cui nec ex dicta prouisione, cum derogatione medietatis erat ius quæsitum ex prædictis. Et quibus DD. permanserunt in decisis vtraque parte informante.

R. P. D. VBALDO

Brixien. Parochialis. Veneris 20. Martij 1620.

SVMMARIVM.

1 *Professus in religione approbata est incapax beneficij.*
2 *Excipiens in exceptione est actor, eãque probare tenetur.*
3 *Quilibet tenetur iustificare suam gratiam.*
4 *Clericatus quasi possessio pacifica probat clericatum.*
5 *Apostasia requirit validam professionem, & temerarium recessum.*
6 *Monialis, quæ diu mansit in secundo monasterio, præsumitur licitè recessisse à primo.*
7 *Filius ex longa quasi possessione præsumitur liberatus à patria potestate.*
8 *Ex ingressu non infertur ad professionem.*
9 *Professio expresa fit per emissionem trium votorum.*
10 *Testes de auditu nihil probant.*
11 *Confessio diuidi non potest.*
12 *Nullitas professionis non habet contra se iuris præsumptionem.*
13 *Professio non præsumitur valida, sed positiue probari debet.*
14 *Professio tacita ex quo inducatur.*
15 *Et tesrnt ex protestationibus, & dissensu profitentis.*
16 *Professionis tacitæ præsumptio elidi-tur ex metu reuerentiali.*
17 *Præsumptio tollitur per alium validiorem.*
18 *Professio non inducitur, si ordines suscipiens protestetur, se nolle obligari religioni.*
19 *Iusta causa excusat ab apostasia.*

DECISIO LX.

Obijciebatur Virginio immisso in possessionem beneficij, de quo agitur vigore mandati Rotalis, quod ipse fuisset professus in Sacra Religione S. Francisci Minorum de Obseruantia, & ex ea egressus, & sic crimini Apostasiæ esset obnoxius, & proinde incapax beneficij, prout etiã
1 ad instantiam Fisci fuit per sententiã à Vicario Brixien. pronunciatum. Vnde dato dubio an constaret de prætensa Apostasia, eoque proposito die 20. Decembris præteriti non fuit capta resolutio, sed hodie Domini dixerunt, de Apostasia non cõstare, & præmittebant, quòd istud dubium fuit disputatum non solum, quia fuit per Nicolaum obiecta Virginio Apostasia per viam exceptionis, in Iudicio Rotali, vt dictum est, sed etiam ad effectum iustificationis litterarum Apostolicarum, cum ipse Nicolaus prius prouisus de hoc beneficio ab Ordinario, postea illud impetrauerit etiam à Sede Aposto-

liea ex hoc capite Apostasiæ, & incapacitatis Virginij, & ideo illius probatio incumbit Nicolao, non solum quia excipiens in exceptione
2 actor est l.2.ff.de except.& illam tenetur probare plene, & concludenter, sicuti actor intentionem suam probat l.actor C.de probat. l.qui accusare C. de eden. sed etiam quia quilibet tenetur iustificare suam gra-
3 tiam Caputaq.decis.240.par.2.Put. decis.245.num.1.lib.1.cum alijs per Gonzal.ad reg.8. in annot.contra nullit.num.2301& seq. & tanto magis cum tractetur de crimine, & materia sit obiectiua l.vlt.C.de probat. Bisignet.decis.2.eod.tit. Rot.dec.8. & 9.de exceptin nouis,& decis.189. num.1.par.1.diuers. In proposito au-
4 tem adhuc eo magis cum Virginius fuerit in longa & pacifica quasi possessione clerici secularis ab an.1601 vsque ad annum 1618. eaque satis colorata ex sententia Pronuncij Venetiarum lata de dicto anno 1601. super nullitate suæ professionis, & obseruata tàm per Superiores Religionis supradictæ, qui ei licentiam & benedictionem dederunt, quàm per Ordinarium Brixien. seu eius Vicarium, qui ei tamquam clerico seculari licentiam celebrandi Missam & confessiones audiendi, necnon literas dimissoriales concessit, vt in summ. alias dato à Virginio num.4. 5.& 6.ex qua possessione dicitur Virginius habere intentionem fundatã
5 super secularitate, ideoque transfertur onus probandi professionem validam, & temerarium recessum in aduersarium, qui dat de Apostasia, ad quam illa duo requiruntur Abb. in c.duæ nu.2.vers. ad primum dico de Apostas.Nauar.cons.1. n.8.eo.tit. & bene faciunt not.per Socc.cons.270 n.3.vers. sed si recte lib.2. vbi quod
6 monialis, quæ aliqñ fuerat in primo monasterio, & postea diu mãsit in secũdo, præsumitur licitè recessisse à primo, & faciũt etiã tradita per Feder. de Sen.cons.37.in fin. vers.maxime,
7 quem sequitur Fel. in c.sicut sub nu. 29.vers. simile est etiam de sent.& re iud.& de filio familias, qui ex longæua quasi possessione præsumitur liberatus à patria potestate, tradit Gabr. in tit.de præsump.concl.1.num.31.

Talis autem probatio non videbatur adduci cõtra Virginium, & quidem ingressus in Religionem non controuertebatur, sed hic non sufficit ad professionem Abb. in cap. nuper num.4. de testib.vbi quod ex ingressu non infertur ad professionem,
8 & notant Bald.Salic.Castr.Corn. & alij in l.si quis hæredem C.de instit. & substit.Dec.cons.329. incip. conclusio, num.4. cum alijs per Tiraq. de retract.lignag. §.1. glos.8. nu.33.
9 Quo verò ad professionem, illa aut est expressa, aut tacita, de expressa, quæ fit per emissionem trium votorum cap.ad monasterium in fin. de stat.monach. Rot.dec.216. nu.3. par.2.diuers. & in Toletana professionis 18. Aprilis 1614. coram me, quæ est decis. 579.num. 1. par.1. in recent. non docetur nec per scripturas, nec per alias legitimas probationes, & saltem non docetur de professione valida, & legitima Rota dec.1121.p.3.diuers.prout est necesse ad effectũ Apostasiæ, vt supra dixi.

Non obstant testes examinati coram Nuncio, quia partim testantur de auditu ab alijs, qui nihil probant
10 cap. licet ex quadam de testib. partim deponunt de professione minus legitima, de nocte emissa, & non deponunt, quòd sit facta in manibus superioris habentis facultatem incorporandi monachum in Monasterio. Innoc.in cap.porrectum vbi Abb. num. 10.de regul.Nauar.cons.89.circa prin.vers.primum vt fiat &c. eod. tit. fuit dictum in Bononien. professionis 24 Aprilis 1617. coram me, partim dicunt, *che il Dusini fu vestito da frate*, vt in Summ. Nicolai nu. 12.quod non arguit professionem vt supra, & tanto minus expressam.

Non obstant confessiones Virginij

nij tam iudiciales, quàm extraiudiciales, necnon mandatum procuræ ad petendam annullationem professionis,& sententia Nuntij, quia omnia ista verificantur in professione nulla, & pars, quæ nititur prædictis debet ea acceptare cum dicta qualitate nullitatis, cum regulariter confessio diuidi non possit ad not. in l. Aurelius §. item quæsiuit, vbi Bart.
11 ff. de lib.leg. Seraph.decis. 197. n.2. Rota in causa Meliten. Prioratus 22. Maij 1615.coram R.P.D.Manzanedo, & in terminis nostris, Rota dec. 272.num.2.par.2. diuers. præsertim
12 quia hæc qualitas nullitatis professionis non habet contra se iuris præsumptionem, Bart.in d.§. item quæsiuit, Abb.in c.bonæ 2.num. 29. de postul.prael.Seraph.decis.644.nu.2. cum professio non præsumatur de iure valida, sed positiuè probari de-
13 beat cum solemnitatibus, & qualitatibus a iure requisitis ex supra deductis.
14 Quo vero ad tacitam, illa non inducitur ex habitus assumptione, vel gestatione, cum habitus monachum non faciat, cap. porrectum de regul. glos. in cap. vidua eod. tit. Nauarr. cons. 16.num.1.eod.tit. Nec obstat, quod cum eodem habitu permanserit in Religione per nonnullos annos quia talis præsumpta, seu tacita
15 professio cessat stantibus protestationibus, & dissensu profitētis, Abb. in cap. tuarum post glos. ibidem, & alijs Doct. de priuileg. Bald. cons. 206 lib.4. cum alijs per Rotam in Meten. professionis 18. Aprilis 1614. coram me, quæ est decis. 579. num. 3. par. 1. in recent. confirmata 25. Maij 1615. vbi alia cumulantur, & decis. 705. num. 3. par. 2. in recent.

De reclamationibus autem, & protestationibus Virginij apparet ex testibus, & alijs datis in Summ. ipsius in responsione facti. Testes enim deponunt ipsum metu reuerentiali Patris suscepisse habitum, & ex ipsius literis ad Patrem scriptis ante pretensam professionē apparet, quòd potius volebat fieri miles, quā profiteri, & de his literis deponunt etiam testes, & alij addunt, videlicet nonus, & vndecimus, se audiuisse ab eius Patre, quòd si Virginius exiuisset è Religione, illum priuasset omnibus bonis suis, & alij deponunt de publica voce, & fama, vt dicto Sūm. num. 5.
16 Ex quibus videtur satis probatus saltem metus reuerentialis, qui licet non sufficiat ad infirmandam expressam professionem, sufficit tamen ad elidendam præsumptionem tacitæ professionis resultantis ex gestatione habitus in Religione, Abb. in cap. perlatum num. 14. post Innoc. ibidē, de his quæ vi metusve causa fiunt, & firmauit Rota in d. decis. 579. nu. 5. Et regulare est, quòd vna præsum-
17 ptio tollitur per aliam validiorem, cap. 1. eod. tit. quod habet locum in omni dispositione tacita, quæ nascitur ex presumptione legis, vt expressè tradunt in d. cap. 1. Innoc. num. 3. Io. And. num. 9. Host. nu. 12. & seq. Butr. num. 25. Imol. num. 16. qui latè insistit. Et eodem modo respondetur
18 ad aliam præsumptionem, quæ desumitur ex Sacrorum Ordinum susceptione in Monasterio, stante quòd tunc temporis protestatus est se nolle per id obligari Religioni, vt ex articulis & testibus datis in d. Summ. num. 6. & alioquin hæc præsumptio non plus operatur, quàm ipsa habitus professorum gestatio, vel protestatio suffragij, immo minus tāquam res a professione separata, Nauarr. cons. 6. num. 2. de his, quæ vi metusvè causa, & fuit decisum in vna Conchen. nullitatis ordinum 10. Martij 1606. coram bo. mem. Penia, & dict. decis. 705. num. 1. par. 2. recent. Sed cessare videbatur omnis difficultas, cum alterum requisitum ad Apostasiam penitus cesset in hoc casu, videlicet temerarij recessus, tum ex licentia Superiorum, tum ex sententia Pronuntij Venetiarum declaratoria

nullitatis professionis, ex qua habuit iustissimam causam credendi, se posse 19 se è Religione exire, quæ iusta causa eum excusauit ab Apostasia, Nauarr. cons. 1. sub nu. 14. de Apostas.

Non obstat sententia Ordinarij Brixien. contra ipsum lata, quia est suspensa per appellationem.

Nec facit declaratio Sacræ Congregationis, quia fuit præsuppositum, quod Virginius fuisset valide professus, & quod inconsulto Superiore habitum dimiserit, quæ cessant ex prædictis.

Et ita fuit decisum.

R. P. D. PIROVANO.

Florentina Capellæ 30. Maij 1616.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatr. personarum priuatarum quomodo probetur secundum Concil. Trid.*

2 *Iurispat. titulus probatur ex centenaria.*

3 *Etiamsi aliqui menses deficerent dictæ centenariæ.*

4 *Media præsumuntur extremis probatis.*

5 *Enũciatiua antiquissima habent vim famæ.*

DECISIO LXI.

FVit resolutum constare de iurepatronatus Capellæ S. Antonij in Ecclesia Sancti Iacobi.

Versamur enim in iudicio, in quo prouisus ab ordinario neque cum prouiso à Papa concurrit, sed his est inter compræsentatos à patronis qui non sunt potentes, & Conc. Tri. 1 sess. 25. cap. 9. eos non grauat duriori probatione cessante suspicione vsurpationis iurispatronatus, Dec. cons. 126. num. 3. Cassad. decis. 2. num. 5. de probat. Abb. in cap. querelam num. 9. de elect. & sæpissimè fuit firmatum in Firmana Iurispatr. 21. Maij 1591. coram Orano in Papien. Iurispatronatus 19. Februarij 1601. coram bo. me. Card. Pamphilio, in Mediolanen. Iurispatronatus, 3. Aprilis 1615. coram me.

Ideo probatio in præsenti visa fuit sufficiens, quia datur vna præsentatio de anno 1502. in personam Petri Francisci de Fracassinis, quæ probatur effectum sortita ex institutione subsequuta, ac etiam ex eo, quòd idem Franciscus de ann. 1525. tamquam Capellanus dictæ Capellæ notificat bona, & prædictis accedit prouisio Apostolica de ann. 1559 in fauorem Francisci de Raphaelis de Strata cum derogatione vocum pro medietate, dummodo pro alia medietate patronorum consensus accedat, qui fuit præstitus à Dominico Francisco de Sapitis mediante persona procuratoris ab eo specialiter constituti, ac demum idem Franciscus de anno 1559. auctoritate Apostolica prouisus, vt patefaceret iura patronatus, de quo agitur de anno 1608. in publicum instrumentũ redigi curauit eius confessionem, qualiter fuit ad huiusmodi Capellã præsentatus per Dominicum Franciscum de Sapitis patronum pro medietate, quæ habuit effectum, & per aliam fuit derogatum per Papam, & ipsemet Franciscus fuit adeptus possessionem & adhuc, videlicet de anno 1608. possidet, ex quibus cum appareat, quòd a dicta præsentatione anni 1502. vsque ad ann. 1608. intercesserit tempus supra centum annos, satis remanet probata subsistentia iurispatronatus, quia per tan- 2 tum tempus ex possessione probatur titulus glos. in cap. 1. de præscript. in 6. in 1. glos. vers. nota vlterius, Dec. cons. 126. num. 3. vers. & ista opinio, Federic. de Sen. cons. 234. vers. sic ad propositum, dicens, quis enim diceret illum non esse patronum, quem ipsum, & eius antecessores constat iam sunt centum anni præsentasse Rectores in Capella, & eadem

verba

verba refert sequendo eundem Feder. Cassad. decis. 2. num. 5. de probat. Seraph. decis. 1120. num. 4. & 1141. num. 1. & pro hac opinione
3 sæpe fuit resolutum, etiamsi aliqui menses deficerent in complendo numero centum annorum, vt in Florentina canonicatus 11. Decembris 1615. coram R.P.D. Buratto, nec est necessaria probatio continuati temporis in præsentando, sed sufficiunt extrema si probentur, cum media
4 præsumantur, vtique temporis iniuria, & patronorum incuria perire potuerint, Seraph. eadem decis. 1141. num. 3. & 1334. num. 3. Benintend. decis. 43. num. 8. Rota decis. 848. num. 1. par. 1. diuers. & in causa Papien. iurispatronatus de Basilica Petri die 19. Februarij 1601. coram bo. me. Card. Pamphilio.

5 Prædictis accedunt enunciatiuæ antiquissimæ, quæ habentur vim famæ, & testes de eadem publica voce, & fama deponentes, ac insignia familiæ de Sapitis tam in pariete, quàm in sepulchris, quæ omnia visa sunt Dominis sufficienter hanc probationem iustificare, quatenus aliquid deesset ad implendam probationem, Put. dec. 149. lib. 3. Achill. decis. 7. de iurepatr. Rota decis. 130. num. 2. par. 2. diuers.

Et ita solo Vincentio gratia informante fuit resolutum.

R. P. D. PIROVANO

Florentina Capellæ, 4. Decembris 1617.

SVMMARIVM.

1 *Clericus incedens in habitu laicali non est inhabilis ad obtinendam præsentationem.*
2 *Clerici non incedentes in habitu quibus pænis subijciantur.*
3 *Nec super hoc Conc. Trid. aliquid innouauit.*
4 *Clericus præsentandus debet incedere in habitu, & tonsura, idque declaratur.*
5 *Constitutio Sixti V. super delatione habitus quomodo sit intelligenda.*
6 *Casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.*

DECISIO LXII.

FVit dubitatum an Gratia, vel Ripa esset instituendus, & cum resolutio penderet à duplici inspectione, quis scilicet ex his duobus præsentatis haberet maiorem partē vocum, & an Gratia de tempore præsentationis debeiet esse in habitu clericali, hanc secundam partem Domini resoluerunt, resoluendo de reliquis particulariter videre.

1 Censuerunt enim exceptionem habitus non obstare, quia iure cautum non reperitur clericum incedentem in habitu laicali esse inhabilem ad obtinendam præsentationem, sed potius contrarium desumitur ex clement. 2. de vit. & honest. cleric. vbi clerici beneficiati suspenduntur per
2 sex menses a perceptione fructuum, non beneficiati autem, in sacris tamen constituti per id tempus redduntur inhabiles ad ecclesiastica beneficia, sed de clericis simpliciter, vt in præsenti agitur, nihil fuit sancitū, & hunc sensum habuerunt, Imol. in d. clem. 2. vers. quid si clericus beneficiatus, & Card. num. 7. vers. octauo quæro. Lambert. de iurepatr. 1. par. 2. lib. 7. quæst. princ. art. 2. num. 6. neque per Sacrum Concilium Tridentinum in hac parte videtur ali-
3 quod innouatum in sess. 14. cap. 6. & sess. 23. cap. 6. & 17. quia in primo loquitur de clericis habentibus ordines, officia, aut beneficia, qualis non est Gratia, in 2. & 3. non agitur de habilitate ad beneficia, sed de priuilegio fori, & exercitio rerum Ecclesiæ, de quibus in præsenti non est quæstio.

Non obstat Lambert. in 1. part. lib. 2. in quæst. 10. princ. art. 1. nu. 2. vbi

4 vbi in 23. requisito tenet necessariũ esse quod clericus presentandus incedat in habitu, & tonsura, & allegat. cap. clerici, & c. penult. de vit. & honest. cleric. & cap. clerici, & cap. non licet 23. dist. cap. fin. 40. dist. cap. fin. 40. dist. clem. 2. de vit. & honest. cleric.

Quia dum non distinguit de quibus clericis loquatur procedent dicta ab eo in clericis carentibus beneficijs, & ordinibus sacris, prout distinguitur in d. clem. 2. de vit. & honest. cleric. nec contrarium disponitur in alijs iuribus allegatis in quibus agitur simpliciter de habilitate clericorum in genere.

5 Similiter non obstat constitutio Sixti Quinti contra non inceden. in habitu, quæ est 30. in Bullario, & in noua editione 92. in qua declarantur priuati ipso iure incedentes in habitu seculari non solum beneficijs, sed etiam iure in illis, vel ad illa habentes, per quæ verba dicebatur comprehensos esse etiam præsentatos, cum per præsentationem cessante æqualitate vocum acquiratur ius ad rem, Cassad. decis. 3. num. 3. de præb. Feder. de Sen. cons. 290. in princip. Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 1. quæst. 8. art. 2. num. 10. Verall. decis. 37. par. 2.

Animaduerterunt enim Domini constitutionem habere duas partes, quarum prima declarat obtinentes beneficia qualiacumque etiam simplicia, siue ius in illis, vel ad illa habentes, & pensiones obtinentes debere assumere habitum clericalem infra quindecim dies si fuerint præsentes, secunda verò in futurum iubet, quod nonnisi actu clericis, & in habitu clericali, & tonsura quæcumque beneficia, etiã simplicia conferantur, & commendentur, aut pensiones, fructusvè, aut beneficia ecclesiastica reseruentur, alioquin generales priuatos esse ipso facto beneficijs, & omni iure in eis, vel ad ea quomodolibet competenti, & hoc stante si primam partem attendamus illa quidem determinat tempus assumendi habitum post ius quæsitum in re, vel ad rem, sed nihil decernit, quid in ipso actu seruandum sit, si vero secundam examinamus, contextus est de institutione, non autem de præsentatione, vnde casus iste præsentationis videtur omissus, qui in dispositione iuris communis
6 relinqui debet. l. commodissimè ff. de lib. leg. nec ampliandus, sed restringendus propter materiam exorbitantem à iure communi, vt per glos. in clem. 2. in verb. videatur in fine de vita, & honestate clericorũ. Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO

Florentina Capellæ, 12. Februarij 1618.

SVMMARIVM.

1 *Habitus clericalis in præsentando an requiratur.*
2 *In pænalibus non concluditur de vno ad alium casum.*
3 *Clem. 2. de vit. & honest. cleric. quomodo intelligatur.*
4 *Contemptus ord. cleric. oritur ex non delatione tonsuræ.*
5 *Constitutio exorbitans non est extendenda.*

DECISIO LXIII.

FVit resolutum standum esse in decisis, quod scilicet præsentationi Gratiæ non obstiterit non delatiò habitus, verum an ista exceptio postea obstiterit particulari disputationi fuit reseruatum.

Certum enim videbatur Dominis, quod tam de iure communi, quã vigore particularium constitutionũ cautum non reperitur, vt præsentandus in ipso actu præsentationis sit inhabilis sine habitu clericali ad obtinendam præsentationem, vt decis. 4.

cij 4. Decembris præteriti fuit ostensum.

Neque obstant ponderata aduersus rationes, & fundamenta decisionis ad extendendam dispositionem.clem.2.de vit.& honest. cleric. comprehendere etiam præsentandos, quia, & si clericus non beneficiatus non incedens in habitu non possit obtinere beneficia, vt dicitur in d.clem.2. & similiter clericus tonsuratus non incedens in habitu non possit obtinere beneficia, & gaudere priuilegio clericali, vt dicunt Anan. & Abb. in cap.fin.de cleric. coniug. tamen non inde infertur, quod in præsentato habitus sit necessarius,
1 quia aliud est præsentari, & aliud institui, in vno datur ius in re per institutionem, in altero datur tantummodo ius ad rem, Cassad. decis. 3. num.3. de præb. Feder. de Sen.cons. 290. in prin. ideo in pœnalibus prout est priuatio iuris quæsiti non be-
2 ne concluditur de vno casu ad alium extendendo pœnam.
3 Neque aliter videbatur intelligēda clem. 2. quatenus loquitur de clericis in minoribus constitutis secularibus vestibus vel virgatis vtentibus, sed eo casu, quando non deferrent coronam clericalem, in quo non versamur, & tunc meritò succedit extensio pœnæ inhabilitatis ad alios clericos non beneficiatos, quia inde oritur contemptus ordinis clericalis, vt ponderant Zabar. in dicta
4 clem.2. §. idem in alijs num.1. Vitalin. ibidem in S.præsenti n.18. & 32. & idem clarè explicat glos. in verb. & tonsuram post principium ibidē.

Similiter constitutio Sixti Quinti quoad tempus, & actum præsentationis, de quo in præsenti disputatione agitur nihil determinat, ideo tamquam exorbitans non est extendenda, vt dicit glos. in d.clem. 2. in
5 verb. videatur in fine, sed strictè intelligenda secundum distinctionem in præsenti decisione firmatam.

Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO

Florentina Capellæ, 21. Maij 1618.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus post præsentationem non incedens in habitu priuandus non est.*
2 *Nec constitutio Sixti V. videtur loqui de tali præsentato.*
3 *Quæ declaratur quomodo procedat.*
4 *Præsentatus habet ius ad rem, quando omnino est instituendus.*
5 *Verba sunt intelligenda cum effectu.*
6 *Lis impedit perfectum iuris acquisitionem.*
7 *Constitutio synodalis non comprehendit delegatus à Sede Apostolica.*
8 *Sententia contra ius sustineri non potest.*

DECISIO LXIV.

Dvm alias proponeretur, an Vincentius Gratia esset instituendus, dubitatum fuit, quis ex duobus præsentatis maiorem partem vocum haberet, & an ipse Gratia deberet esse in habitu de tempore præsentationis, & super hac vltima quæstione tantum fuit capta resolutio sub die 4. Decembris præteriti. Exinde verò cum vlterius dubitaretur, an post præsentationem de eo factam teneretur vigore constitutionis Sixti Quinti 30. in antiqua, & 92. in noua editione habitum deferre, denuò suscepta fuit disputatio super obstantia delationis habitus, & hodie examinata.

1 Censuerunt Domini exceptionē habitus non obstare, quia de iure cautum non reperitur, quod post præsentationem ad effectum priuationis, prout hodie agitur, teneatur præsentatus incedere in habitu, & quoad constitutionem Sixti V. illa non videtur loqui de tali præsentato
2 quia in prima parte loquitur de habenti-

bentibus ius in re, vel ad rem de tem
pore emanatæ constitutionis, vt in-
fra tempus ibi statutum teneantur
habitum assumere, quod manifeste
conuincitur ex discretione termini
præfigendi ex forma eiusdem inter
præsentes, & absentes a die publica-
tionis constitutionis in Curia, quæ
conuenit tantum de eo tempore ius
habentibus, ex quo non habentibus
ius non potest terminus præfigi. In
secunda vero parte disponit, quod
nonnisi actu clericis, & habitu cle-
ricali, & tonsura incedentibus bene-
ficia conferantur, vnde cum Gratia,
neque de tempore emanatæ consti-
tutionis ius haberet in beneficio, ne-
que ad beneficium, nec ei fuerit fa-
cta collatio, sequitur, quod vigore
huius constitutionis iure suo priuan-
dus non sit.

3 Non obstat, quod eadem consti-
tutio in prima parte vtatur verbis
nunc, & pro tempore obtinentibus,
& in alia parte, nunc, & in posterum
perpetuis futuris tẽporibus, ex qui-
bus, tam succedentes ius habentes
in re, vel ad rem, quàm præsentes
comprænhensi videntur.

Ad prædicta enim primò fuit re-
sponsum, quòd verba in prima parte
comprænhendunt omnes tam præsen-
tes, quàm futuros, secundum tamen
modum discretiuè positum, vt scili-
cèt debeant, qui præsentes sunt in
Vrbe intra quindecim dies, &c. in fu-
turum autem non nisi actu clericis
beneficia conferantur, atque ita sin-
gula singulis referendo omnes erunt
quidem comprænhensi, sed sub diuer-
sa determinatione, quod incompa-
tibile non est, cætera autem verba
ad alios, quam de tempore emana-
tæ constitutionis existentes referri
non possunt cum sint qualificata ab
eadem terminorum præfixione, quæ
conuenit tantummodo præsentibus
de tempore Constitutionis emana-
tæ, vt iam dictum fuit.

4 Secundò fuit dictum, quod etsi
ex præsentatione acquiratur ius ad
rem cap. dilectus vbi glos. in verb.
plus, Innoc. & Abb. num. 3. de offic.
legat. Rota decis. 8. de iurepatr. in
nou. tamen illud ius non debet esse
variabile, sed firmum, & radicatum,
ita ut trahat secum indubitatam col-
lationem puta, si non habet compræ-
sentatos, vel si lata fuerit canoniza-
toria super validitate præsentationis
vt aduertit Cassad. decis. 18. num. 5.
de præb. aliàs tale ius non erit consi-
derabile, Mohed. decis. 1. de præben.
Sarnen. de iur. quæs. quæst. 1. vers. se-
cundus est modus, & hunc sensum
etiam habuit Rota in causa Hippo-
regien. Plebaniæ 23. Iunij 1610. co-
ram Ottembergo, nũc Episcopo At-
trebaten. & de hoc iure loquitur con-
stitutio, cuius verba sunt intelligen-
5 da cum effectu l. 1. ff. hæc verba, ff.
quod quisque iur. cap. relatum, vbi
glos. de cler. non resid. Surd. cons. 3.
nu. 25. lib. 1. tale autem ius non ha-
bet Gratia, & si præsentatus a patro-
nis, quia adhuc non est detectum, &
an a maiori parte, quia minor non
dat ius nec æqualis sufficit, cum sit
locus gratificationi, Lambert. de iu-
repatr. lib. 2. par. 3. quæst. 5. artic. 1.
num. 1. si verò a maiori, & super hoc
6 extat lis mota per aduersarium intra
quindecim dies, quæ impedit perfe-
ctam iuris acquisitionem.

Demum non obstat, quòd nos
versemur in secunda parte constitu-
tionis, ex quo Præpositus Florenti-
nus denegauit Gratię institutionem,
quia de eo tempore incedebat in
habitu seculari, cuius sententia di-
cebatur fecisse transitum in iudica-
tum.

Quia in facto res iudicata non iu-
stificatur, ex quo constitutio Syno-
dalis, cuius vigore prætenditur de-
7 sertio appellationis ob non prose-
cutam intra duos menses appellatio-
nem, non comprænhendit delegatos
a Sede Apostolica, Fulgos. cons. 167
col. 2. sub num. 1. vers. rursum, & si
nominatim, Pur. decis. 122. lib. 1. sæ-
pè per Rotam approbatus vt in Flo-
renti-

Digitized by Google

rentina de Ricasolis 28. April. 1606. coram Cardinali Ludouisio, & nouissime in Pistorien. beneficij 22. Aprilis 1616. coram R.P. D. Buratto, ideo cum de tempore institutionis coram iudice appellationis reperiatur in habitu, adhuc verba constitutionis non obstabunt.

Præterea non ex eo solo, quòd Gratia erat in habitu seculari Præpositus recusauit declarare illũ esse instituendum, sed etiam quia ob non delationem habitus remanebat iure suo priuatus, quæ ratio cum de iure
8 non subsistat, vt ex decisione in hac causa satis apparet, inde sequitur, quòd sententia, neque ex alia ratione, quamuis valida sustineri possit, Rota decis. 27. de re iud. in antiqu. quod & fuit firmatum in Taruisina parochialis 16. Iunij 1600. coram Card. Ludouisio.

Et ita, &c.

Et in eadem coram eodem. 26. Aprilis 1619.

SVMMARIVM.

1 *Patronorum quantitas firmatur ex anterioribus præsentationibus.*
2 *Patroni plures præsentantes præsumuntur pro æquali portione præsentare.*
3 *Descendentia patronorum quomodo iustificetur.*
4 *Etiam quoad eorum portiones.*

DECISIO LXV.

Contra informantem fuit resolutũ, scilicet non probari Vincentium fuisse præsentatum à maiori parte patronorum, vel à medietate, itaut veniat instituendus ex proprio iure, vel præferendus in paritate propter qualitates narratas in literis.

Nam etsi firmatum fuerit in particulari disputatione huiusmodi patronatum fuisse familiæ de Sapitis, cum tamen de fundatione illius non constet pro firmanda quantitate patronorum, recurrẽdum est ad præ-
1 sentationes anteriores, & probare quod præsentantes vel sint illimet, qui præsentarunt Vincentium in vacatione occurrenti, vel quòd descenderint ab illis, quod etiam sufficere dictum fuit, Ang. in auth. vti liceat matri, & auiæ §. ad hæc num. 10. & Rota illum sequuta pluries firmauit, vt in Papien. Archipresbyteratus, 28 Ianuarij 1608. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in causa Vicen. beneficij 16. Iunij 1608. coram Illustrissimo Ludouisio.

In præsenti autem dantur duæ præsentationes effectuatæ nempe de anno 1502. Secunda vero de anno 1559. & hanc postremam Domini non receperunt ad hunc effectum; quia Dominicus Francisci de Sapitis solus consensit resignationi, & in mãdato ad resignandum enunciat se patronum pro certa rata, & portione, & dum præstat consensum asserit se patronum pro medietate, & pro omni alia portione, ex quibus enunciatiuis clarè colligebatur, quòd ille non erat solus patronus, & ideo anteriorem anni 1502. attenderunt, in qua interuenerunt Ioannes, & Daniel de Sapitis, & Dominicus Francisci filius, & nepos dictorum Fratrũ ex eodem Francisco fratre, & Bernardus pariter de Sapitis, qui omnes præsumuntur interuenisse pro æquali
2 portione, vt per Lambert. de iurepat. 2. par. 1. lib. quæst. 1. art. 25. num. 15. & examinando probationes singulorum præsentantium visum est.

Quoad Dominicum, qui simul cũ Ioanne, & Daniele Patruis præsentauit, non probari, quòd ille decesserit sine descendentibus, vt prætendit Vincentius, vt exinde intrare possit ius accrescendi pro lineis Ioannis, & Danielis, non enim dantur probationes, nec veræ, nec præsumptiuæ, quæ huiusmodi factum iustificent.

3 Quo vero ad portionem Ioannis dictum fuit illam esse computandã

ad

ad fauorem Vincētij, asseritur enim ex Ioanne descendisse Franciscum, 1 ex Francisco Dominicum,& Veggiā, ex Veggia Raphaelem, ex Raphaele Franciscum, Ioannem, Alexandrum, Sanctum, qui præsentarunt Vincentium eorum fratrem; descendentia Francisci sufficienter iustificatur ex catastro anni 1498. & 1535. in quo nominatur Franciscus Ioannis, & in actu continuationis bonorū de persona Ioannis Patris in ipsum Franciscum eius filium, qui proportionabilis est. l.cum miles cum glos. ff. ex quibus caus.maio. §. fui autem instit. de hæred. quæ ab intest. & cum concurrunt pro adminiculo duæ enunciatiuæ de anno 1559. ex eodem catastro per modum continuatiuum ibi,& postea dicta bona in Dominicum de Francisco di Giouanni, & de anno 1588. in actu aditionis factæ per Veggiam de hæreditate Francisci di Giouanni eius fratris iustificatur illa prima enunciatiua, cum actu proportionabili, nec dicantur propter aliud emissa, Paris. cons. 13. nu. 29. vol. 2. & probat etiam, quòd non sit supra centum annos, vt dictum fuit in Bononien. de Gozzadinis 18. Decembris 1606. coram D. Cardinali Lancellotto, & in altera Bononien. de Pretis 17. Iunij 1611. coram R.P.D. Vbaldo & coram me in Bononien. fideicommissi de Cattaneis, 9. Februarij 1615. Quod autem Dominicus,& Veggia fuerint filij Francisci, & Veggia soror, & hæres Dominici,& quod Raphael fuerit filius, & hæres dictæ Veggiæ probatur ex testamento anni 1588. eiusdem Dominici, in quo enunciat se filiū Francisci, & hæredem instituit Veggiam q. Francisci eius sororem, quæ illius hæreditatem adiuit de anno 1588. & Raphael illam Veggiæ pariter adiuit de ann. 1591. ac demū filij Raphaelis, quòd fuerunt tales, datur testamentum, in quo nominantur, filij Raphaelis, & instituuntur, vnde cum omnes prædicti actus sint de proportionabili probant eo modo, quo de alijs dictum fuit.

4 Portio Danielis ex deductis non apparet, quòd spectet ad Vincentiū, nam etsi contendatur, quòd Franciscus eiusdem Danielis nepos ex Ioāne illi successerit, dum decessit sine masculis, & cum Elisabetta tantum fœmina,& exclusa à statuto Florentino per masculum alterius gradus, statutum in primis talia disponens non datur, & vlterius datur in arbore Petrus de Castro in eodem gradu, ex quibus destruitur omnis probatio, quòd ista portio possit computari in linea Ioannis.

Non obstat, quod bona Danielis peruenerunt ad Franciscum Patrem Veggiæ, vt ex partita decimarum in Catastro, quæ datur sub num. 15. & propterea in Francisco præsumendus sit titulus hæreditarius.

Quia neque iste titulus magis, quàm alter in iure præsumitur, ex quo multi sunt, per quos dominia acquiruntur, neque partita decimarum hoc concludenter aut distinctè probat, quia non consequitur, bona particularia pro indiuiso possidentur per fratres, ergo vno decedente si eadem bona ab altero superstite possidentur, inde iure hæreditario vniuersali possidere dicendum sit quia, & titulo legati,& donationis, & venditionis possunt possideri,& vlterius partita decimarum legitur de anno 1498. in capite Danielis,& idem Daniel præsentat de anno 1502. quomodo ergo potest dari probatio successionis in viuente, sed necesse est præcedat mors, si debet dari testamentum, vt dicit D. Paulus.

Quo verò ad portionem Bernardi, iam non controuertitur, quòd ex eo descenderit Antonius,& ex eo Andreas, qui hanc portionem donauit Lauacchio, a quo fuit præsentatus Ripa aduersarius Vincentij, & quamuis dicatur, quòd Andreas habuit fratrem nomine Cambium, & ex eo nepotem Vincentium, pro quo in

In hac ipsa vacatione 19. Iulij 1609. præsentauit Ripam, & quod exinde Vincentius non habuit ratam præsentationem prædictam, dum præsentauit Vincentium Gratiam, tamen neque hoc videtur, iustificatũ, quia in præsentatione de dicta Gratia non legitur persona Vincentij q. Cambij.

Et ex prædictis patet, quod cum portiones Dominici, & Danielis non iustificentur accreuisse lineæ Francisci, & portio Bernardi admittatur pertinere ad commodum Ripæ, non potest Vincentius Gratia dicere per vnam vocem, quòd habeat maiorem partem vocum, neque quod sit in paritate, vt inde vel ex proprio iure sit instituendus, vel propter qualitates narratas præferendus.

Et ita &c.

Et in eadem coram eodem 25. Iunij. 1621.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte institui debet.*

2 *Possessio ex preambulo titulo præsumitur.*

3 *Iuspatr. transit cum vniuersitate bonorum.*

4 *Succedens exclusa sub eadem comprehenditur exclusione.*

5 *Compatronus, & magis graduatus præferri debent.*

DECISIO LXVI.

DVm hæc causa die 26. April. 1619. proponeretur super eo, An' Gratia, vel Ripa esset instituendus, contra Gratiam fuit resolutum, quia non docebat se præsentatum à
1 maiori parte patronorum, quod erat de intentione sua.

Attenta enim præsentatione anni 1502. ad quam Domini tunc se restrinxerunt, intrabant ad præsentandum Io. Daniel, Dominicus, & Bernardus.

Quoad portionem Ioannis admittebatur, vt Gratiæ esset computanda, & similiter portio Bernardi admittebatur pertinere ad commodum Ripæ, in cæteris verò Danielis scilicet, & Dominici deficiebat probatio.

Hodie coadiuuata probatione, & suscepta disputatione super eisdem visum fuit recedendũ esse a decisis.

Nam vltra portionem Ioãnis iam firmatam computanda est etiam alia Danielis ad fauorem Gratiæ, quia Franciscus qui, & proauus est Gratiæ, filius autem Ioannis successit in hæreditatem Danielis patrui sui exclusa Elisabetha filia vigore statuti Florentini, quod nunc datur, de cuius tenore, & obseruantia mentionẽ fecerunt. Bald. cons. 408. nu. 1. lib. 1. Angel. cons. 356. Castrens. cons. 275. lib. 1. Lap. alleg. 101. Vnde cũ Franciscus esset in gradu successibili, &
2 bona eiusdem Danielis possidere repetiatur, & ex catastro, & alijs, quæ data fuerunt satis colligitur inde tamquam ex præambulo titulo hæreditario, magis quàm ex alijs possedisse dicendum. gloss. in l. quædam mulier. ff. de rei vend. Becc. post allos
3 cons. 6. lib. 1. & cum vniuersitate bonorum trãsijsse iuspatronatus. clem. plures. vbi Card. quæst. 6. de iurepat. Couar. variar. lib. 2. c. 18. nu. 6. Rota dec. 675. nu. 1. p. 1. in recent. Neque refert, quòd in arbore reperiatur Petrus de Castro in eodem gradu, ex cuius persona videatur obscurata omnis probatio successionis Francisci, quia tamquam descendens ab
4 Elisabetha exclusa, sub eadem exclusione comprehenditur propter existentiam Io. & Francisci. Bart. in l. liberorum. nu. 14. ff. de verb. signif. Bald. in l. maximum vitium. nu. 3. C. de lib. pret. Brun. de stat. art. 6. nu. 89. & sequen.

Atque ita cumulata voce Danielis, vel Gratia docet se habere medietatem patronorum in sua præsentatione. Ripa autem deficit in pari-

m litate

litate probationis, vel concurrunt in paritate vocum, & Gratia nihilominus venit instituendus tamquam
5 compatronus, & magis graduatus vti Doctor Theologus. Lambert. de iurepat. par. 3. lib. 2. art. 7. quæst. 5. & art. 11. ead. quæst. Rocch. de Curt. eod. tract. in verb. honorificum. nu. 45. & 46. vers. prima opinio.

Et ita resolutum &c.

Et in eadem coram eodem.
5. Iulij. 1621.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptio probatur ex partis confessione.*

2 *Confessio superat omnes probationes.*

DECISIO LXVII.

Dvm præsens causa esset expedienda super existētia patronatus, & pertinētiæ illius super quibus Vincentius fundabat iustitiam suæ præsentationis, vt inde esset instituendus, institit pro declaratione quantitatis fructuum perceptorum per Ripā aduersarium, postquā iam præcesserat probatio; vnde dubitaui ad quam summam ascenderent fructus percepti per Ripam, pro cuius dubij resolutione fuit responsum ascendere ad scuta 230.

1 Quia illa probatur per partis cōfessionem, quæ superat omnes probationes. l. cum te. C. de transact. &
2 superare instrumenta, & depositiones testium voluerunt Bald. cons. 192. vol. 2. Socc. sen. cons. 24. num. 8. vol. 3. Paris. cons. 121. vol. 1. Surd. post alios cons. 60. nu. 1.

Respondendo namq. idem Ripa positionibus datis per Vincentium, quæ tres fuerunt, ad primam, quæ continet scut. 110. respondit se remittere ad libros æconomi; quibus legitimè compulsatis constat de receptione per eundem Ripam in eadem summa scut. 110.

Ad secundam verò, & tertium, quæ continent scut. 192, respondit per verbum credit, ex quibus partitis cum veniant detrahenda scut. 4. pro decimis Studij Pisani, & scut. 68. pro officiatura Monachis S. Iacobi vbi posita est Capella, inde remanet summa scut. 230. sic vt supra liquidata.

Et ita solo Vincentio informante fuit resolutum.

Et in eadem coram eodem.
3. Decemb. 1621.

SVMMARIVM.

1 *Compatronus, & magis qualificatus est præferendus.*

DECISIO LXVIII.

FActo verbo in relatione causarū super noua audientia instante Ripa ob productionem instrumenti repudiationis factæ per Ioannem de hæreditate Daniehs, super qua die 25. Iunij præteriti inter alia se fundabat pro releuantia præsentationis Vincentij dictum fuit posse nihilominus causa expediri, quia nec etiā Ripa probabat Elisabetham filiam Danielis esse illius hæredem, a qua idem Ripa prætendebat se præsentatum, atque ita adhuc Vincentium
1 esse in paritate cum Ripa, & præferendum vti compatronum, & magis qualificatum, prout eadem decisio firmabat. Et ita &c.

R. P. D. PIROVANO.

Placentina Capellaniæ. 3. Iulij. 1617.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata sine citatione nō valet.*

2 *Conclusio in causa interdū habet vim citationis.*

3 *Conclusio in causa dissoluitur data facultate agendi.*

4 *Et sufficit, quod d. conclusionem iudex etiam tacitè reuocet.*

DE-

DECISIO LXIX.

1 SEntentiam esse infirmandã Domini censuerunt ex capite nullitatis, deficit enim citatio ad sententiam, quæ necessaria est ad illius validitatem. clem. pastoralis de sent. & re iudic. l. de vnoquoque. ff. eod. tit. clem. sæpè cum gloss. in verb. ad id. de verb. signif.

Nec obstare visum fuit, quòd sub die 26. Octobris. 1612. emanauerit citatio, & exinde decretum super cõclusionem in causa, quæ conclusio
2 solet de stylo illarum partium habere vim citationis ad sententiam, & terminum ad eandem audiendam seruare sub eadem hora conclusionis, vt sæpè dictum fuit.

Quia super dicta conclusione nullum potest fieri fundamentum, dum hinc inde post eam iura fuerũt producta, & quamplures actus facti, ex quibus tacitè videtur reuocata conclusio ratione incõpatibilitatis contrariorum, posita enim facultate
3 agendi dissoluitur vinculum conclusionis tamquam illi contrarium, vt ponderat Rota de testib. in nouis. dec. 1. & Iudex potest hoc facere ex causa. Felin. in cap. cum dilectus. de fid. instr. Vrsill. ad Afflict. dec. 115.
4 nu. 1. & sufficit siue tacitè, siue expressè Iudex hanc suam interloquutoriam reuocet. cap. cum cessante. de appell. cap. quod iussit. de re iud. Afflict. d. dec. 115. nu. 12. & ita fuit etiã firmatum in Toletana Decimarum de Lucillas. 5. Decemb. 1603. coram Illustriss. Card. Ludouisio.

Et in eadem coram eodem. 16. Martij. 1620.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. iustificatur ex fundatione.*
2 *Fœminæ non sunt incapaces iurispat.*
3 *Nisi sint expressè exclusæ.*
4 *Naturales non sunt incapaces iurisp.*
5 *Legitimi etiam in gradu remotiori excludunt naturales.*
6 *Naturales autem non excluduntur à fœmina legitima.*
7 *Verba masculini generis propriè non compræbendunt fœminas.*
8 *Fœminæ comprœbenduntur in stirpe, si non fuit habitus respectus ad agnationem.*
9 *Patronatus si ingressus sit vnam lineam, an eis viuentibus excludantur alij de alia linea.*

DECISIO LXIX.

VIso de validitate sententiæ Prouisoris Placen. quam DD. dixerunt nullam, successiuè dubitaui an esset iusta, & in hac parte fuit resolutum affirmatiuè, nisi obstet illegitimitas Francisci præsentati a Mariana, de qua fuit reseruatum particulariter videre.

In ea enim declaratum fuit Marianam esse veram patronã, & Franciscum ab ea præsentatum esse instituendum, non autem Laurentium esse patronum, & consequenter Alphonsum ab eo præsentatum non verificasse conditionẽ suę gratiæ dũmodo patronorũ accedat consensus.

In prima parte sententia benè iustificatur, quia ex tenore fundationis qui deducitur ex testamẽto San-
1 ctiæ de Carauajal colligitur, quòd in patronatu post mortem patris, primo loco vocati, succedere debet eiusdem Petri filius maior, & deinceps illi, qui descenderint ex suo stipite, seu ex suo tronco, quo casu fęminæ de stirpe, seu tronco Petri cõ-
2 præhensæ, & vocatæ dicuntur cum non sint incapaces iurispatronatus. c. fin. de conceff. præb. c. ex literis. de iurepat. Rocch. eod. tit. in verb. comperens. quæst. 1. Cassad. dec. 1. de iurepat. Garz. post alios de benef. p. 5. cap. 9. nu. 144. neque refert, quòd huiusmodi patronatus transire debeat ad primogenitos, quia eodem modo cessante concursu masculi,
3 succedit fœmina, nisi sit expressè exclusa, vt per Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. nu. 4. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 5. nu. 1. vers. rursus septimo. & vlterius obseruantia hoc ip-

sum confirmauit, quia Seuilla tertia patrona fuit admissa, & pro Mariana super primatu Gutierez sexti patroni fuit iudicatum per audientiam Vallisoletan., quod deseruit saltem in vim interpretationis omnium, qui continentur respectu successionis iurispatronatus, vnde cum non dubitetur Marianam esse legitimã, & descendere a Petro primo patrono, ista pars sẽtẽtię benè iustificata remanet.

Secunda verò quod Laurentius, qui tamquam patronus præstitit cõsensum præsentationi, & institutioni Alphonsi non sit patronus hoc etiã

4 benè probatur, quia & si naturales, qualis est iste Laurentius non sint incapaces iurispatronatus. Bald. in L. eam quam. in fin. C. de fideic. Rocch. de iurepatronatus. in verb. competens. nu. 9. & admissum fuit in causa Ianuen. Iurispatronatus. 12. Februar. 1607. coram Cardinali Lancellott. & in eadem coram R. P. D. Pamphilio 23. Ianuarij 1612.

5 In concursu tamen cum legitimis semper excluduntur, etiam quòd legitimi sint in gradu remotiori, & vocatio legatur per verba naturalia, vt in dictis decisionibus fuit distinctum, & probatum, & in Pampilonen. Capellæ coram me. 7. Nouembris 1618. & 25. Februarij 1619. neque refert, quòd illegitimus concurrat cum fœmina legitima, quia vti capax non potest excludi nisi à masculo legitimo, vt post alios tradit

6 Molin. de primog. in tit. quand. fœm. primog. propt. mascul. remot. lin. & grad. a maior. success. exclud. lib. 3. cap. 5. num. 75.

Neque obstat, quòd dispositio fundatoris sit concepta per verba masculini generis, ex quorum proprietate non comprænhenduntur fœ-

7 minæ. Bar. in l. 1. ff. de verb. signific. Tiraq. post alios de retract. lignag. §. 1. gl. 9. n. 180. & seq. cum alijs alleg.

8 Quia vbi non fuit habitus respectus ad agnationem, vt clarè demonstrant verba huiusmodi fundationis tunc in stirpe, & tronco veniunt cõprænhensæ, et fœminæ. Cassad. prima de iurepatr. latè Paris. cons. 35. nu. 3. 4. 5. & 6. lib. 3. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 10.

9 Et stantibus prædictis necessariũ nõ est ingredi disputationẽ, quando patronatus ingressus est vnam lineã, an excludantur alij de alia linea illis superextantibus, de qua per Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 4. num. 13. Mant. de coniect. lib. 8. tit. vlt. num. 59. quia semper erit quæstio desuper extantibus cũ qualitate legitimitatis, quæ in Laurẽrio deficit.

Demum non obstat, quòd Moriana habeat sororem natu maiorẽ, ad quam patronatus pertineat ex lege fundationis, quia vltra quod non bene iustificatur, non etiam infertur ad existentiam eiusdem patronatus in Laurentio, per cuius consensum remanere debet clausula dummodo consensus patronorum accedat.

Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO

Mediolanen. Iurispatronatus. 18. Aprilis 1616.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatr. pro parte hæreditarium, pro parte gentilitium esse potest.*

2 *Iuspatr. transit cum hæreditate.*

3 *Vicarius Episcopi non potest confirmare donationes iurispat.*

4 *Consensus ordinarij in donatione iurispat. quando præsumatur.*

5 *Iuspatr. gentilitium potest esse, & hæreditarium, cum ex prouidentia fundatoris proueniat.*

6 *Patronus quando dicatur non præiudicare remotioribus.*

DECISIO LXX.

IN discussione cuius qualitatis esset patronatus, de quo agitur, fuit primò firmatum patronatum esse gentilitium vsque ad ann. 1520. hodie vero propositum fuit, cuius naturæ sit ab anno 1520. vsque ad præsens, &

Domi-

1 Domini responderunt statum iurispatronatus ab anno 1520. citra pro medietate fuisse hæreditarium, non tamen præiudicasse illis de familia, si adsunt, nisi obstet præscriptio, quam intendunt particulariter examinare, quo verò ad aliam medietatem fuisse gentilitium vsque ad ann. 1589.

Fundamentum primæ partis deducebatur ex eo, quod Iacobus Cortesella filius Benedicti vsque de anno 1510. præsentando enunciat se solum, & vnicum patronum ex descendentibus fundatoris, & ab ordinario fuit admissus, & vti talis de anno 1520. eiusdem patronatus medietatem donauit Iacobo Sellanouæ pro se suis hæredibus, & successoribus, & extraneis quibuscumque, quæ donatio cnm effectum habuerit in occurrentibus vacationibus ab anno 1533. vsque ad ann. 1589. in quibus donatarij semper admissi fuerunt ad præsentandum cum hæredibus donatoris, nulli dubium quin'
2 tam ex voluntate, & potestate donãtis transire potuerit iuspatronatus pro illa parte cum qualitate hæreditaria, Abb. in cap. 1. de iurepat. Dec. cons. 149. num. 1. Feder. de Sen. cons. 111. col. penult. vers. item quæritur. Couar. var. resolut. lib. 2. c. 13. nu. 6. vers. duodecimo, non incongruè Seraphin. decis. 378. quàm etiam iuris dispositione cum tanto tempore qualitas gentilitia declarari, & mutari potuerit in præiudicium compatroni volentis præsentare. Cittadin. de iurepatr. par. 6. art. 3. quæst. 17. Lambert. lib. 1. par. 2. art. 11. p. 9. princ. & firmauit Rota decis. 229. num. 1. par. 1. diuers. & coram bonæ mem. Penia in Senen. iurispatronatus 9. Ianuarij 1598. in præiudicium autem non volentis agere, hoc est de quo particulariter fuit reseruatũ videre, quia vti remotioribus forte de eo tempore non pertinebat patronatus, & diligentia in non permittendo extraneos possidere patronatum non pertinebat ad eos viuente proximiore, quod idem conueniebat aiijs successoribus non notis, quibus non videbatur posse inferri præiudicium.

3 Non obstat, quòd in dicta donatione non interuenit auctoritas Episcopi, sed Vicarij, quæ non sufficit, cum approbare donationem iurispatronatus factam per laicum alteri laico respiciat gratiosam facultatem. c. illud. c. præterea de iurepatr. quæ non transit in generalitate mandati Vicarij, c. fin. de offic. vic. in 6. Ferret. cons. 344. num. 1. lib. 1. Calder. cons. 1. eod. tit. de offic. vic. & firmauit Rota in Reatina iurispatronatus 22. Aprilis 1611. coram bo. mem. Penia.

5 Quia ex decursu tanti temporis præsumitur sufficiens mandatum, vel ratificatio Ordinarij, qui aliàs nõ permisisset patronum præsentare, prout fecit in occurrentibus vacationibus. Lambert. de iurepat. par. 2. lib. 1. in 8. art. 1. quæst. princ. Mohed. decis. 22. num. 3. de præb. Rota dec. 598. num. 4. par. 1. diuers. & in hac causa fuit dictum in decis. 15. Maij 1615. & si dicatur, quòd occurrentes præsentationes fuerunt admissæ per eosdem, & Vicarios, itaut non possit intrare præsumptio consensus Episcopi ad inducendum tacitum mandatum, vel ratificationem, patet responsio, cum appareat de iuribus huius patronatus actum fuisse in Sacra Consulta ex literis, quæ dantur vsque de anno 1563. & tunc fuisse responsum admittendas præsentationes factas per nobiles illos de Sellanoua, itaut decursu temporis, & scientia Ordinarij non videatur dubitandum.

Secundæ partis resolutio in eo consistebat, quia ab anno 1520. vsq. ad annum 1589. in parte non donata continuarunt Hieronymus, & Io. Petrus filij Iacobi de Cortesella, & illis mortuis successerunt in ea parte Bernardinus, & Benedictus filij Hieronymi-

ronymi, ac demum Cecilia filia Benedicti decessit, cui fuerat substitutus Iacobus Sellanoua per Benedictum in vniuersa eius hæreditate, & bonis, & ideo cum ex fundatione, & origine ab anno 1036. per tot secula vsque ad annum 1520. iuspatronatus trahat secum qualitatem gentilitiam, visum est ex sequentibus præsentationibus, in quibus enunciatur, quod præsentans per tempora tamquam hæres, & vnicus patronus cum descendentibus fundatoris actũ præsentationis fecerit, sufficienter nõ fuisse obscuratam originem qualitatis gentilitiæ, vt inde censendum sit simplex hæreditarium, quia certum est, quod ipsi præsentantes erant de agnatione de Cortesella, & qualitas hæreditaria non aduersatur iuri
5 gentilitio, & quin simul possint esse hæredes maiorum, & ex prouidentia fundatoris recognoscere patronatum & sufficit ista mixtura, vt extraneus excludatur, vt declarant de emphyteusi, & feudo, quæ fraternizant secundum Cardin. in clem. plures col. fin. de iurepatr. Clar. in S. feudum quæst. 9. Surd. conf. 63. num. 11. & 12. & per affirmare, quod præsentans esset vnicus patronus ex descendentibus fundatoris, non inde videtur præiudicatũ remotioribus, qui pro-
6 ximiore remoto, ad illum proximioritatis gradum ascendere potuissent, vel non natis, qui similiter illum gradum assequi possunt, vt per Franc. in cap. 1. num. 4. vers. quod intelligit de iurepatr. Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. num. 31. Ferrett. conf. 134. num. 12. & potest intelligi de vnico patrono de tempore præsentationis habente ius præsentandi, quod sufficeret, ne cõcludat exclusionem in tertij præiudicium cap. in præsentia de probat. l. non hoc, C. vnde legit.

Et ita, &c.

Et in eadem coram eodem.

28. Nouembris 1616.

SVMMARIVM.

1 *Agnatum se dicens probare debet.*
2 *Nepotes ex filio magis propriè vocati censentur, quàm ex fratre.*
3 *Ex parte patris, & ex linea materna idem est.*
4 *Linea vocata veniunt qui à parte effectiua procedunt.*
5 *Parentes vulgo dicuntur quoquo modo coniuncti.*
6 *Descendentes de paterna parte distinguuntur à transuersalibus.*
7 *Iuspat. esse agnatorum ex quibus probetur.*
8 *Dispositio quando ex qualitatibus alteretur.*
9 *Probans se esse de agnatione fundatoris debet concludere qualitatem.*

DECISIO LXXI.

Viso de qualitate huius iurispatronatus tam à die fundationis vsque ad annum 1520. quàm à dicto anno 1520. vsque ad annum 1589. inde procedendum erat ad disputationem super illius pertinentia, in qua DD. de Cortesella vti de agnatione contendunt se priores exclusis hæreditarijs pretensoribus, sed interim incidit quæstio super modo probandi agnationem, vel per gradus distinctos, vel in genere probando solum esse de agnatione de Cortesella, & præmisso particulari dubio. An DD. de Cortesellis teneantur probare descendentiam vel sufficiat quod probent se esse de agnatione de Cortesella.

1 Censuerunt DD. in primis firmandum esse Cortesellos teneri probare se esse de agnatione effectiua fundatoris, & postea in particulari disputatione videre an teneantur probare gradus distinctos.

Hoc enim visum est conuenire dispositioni fundatoris, qui vocauit tres nepotes suos, quorum appellatione magis propriè veniunt nati ex filio

2 filio, quàm ex fratre l. Iurisconsultus §. nepos. ff. de grad. affin. Bal. in l. 2. C. de success. ed. & prædictorum quilibet eligere debebat successorem de suis parentibus de paterna parte, idest de linea patrum ipsorum nepotum, cum isti termini ex parte Patris
3 & ex linea paterna nullam admittãt inter se differentiam, vt præsupponit Bart. in suo cons. 10. incipit. In nomine Domini, & bene declarat Curt. Iun. cons. 5. num. 23. lib. 1. quem secuta est Rota in Gennen. pensionis, 5. Nouembris 1607. coram R. P. D. Caualerio, vbi autem de linea alicuius, vel aliquorum fit mentio in fun-
4 datione, vel fideicommissis, quæ eisdem regulis terminantur, vt dictum fuit in Pientina iurispatronatus 10. Iunij 1602. coram bo. mem. Litta, inde oritur certa conclusio, vt de eis parentibus sit intelligendum, qui à parte effectiua procedunt, non autẽ de eis, qui iure agnationis, vel cognationis coniũgi possunt. Socc. Sen. cons. 33. num. 9. vol. 3. Corn. cons. 113. num. 2. vol. 4. Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 24. nec vrgere
5 videbatur, quòd verbum parentes vulgares soleant recipere quoquomodo sint coniuncti, & sic alios quã descendentes, & ascendentes compræhendat, vt per Alex. cons. 221. num. 4. lib. 6. Peregr. de fideicomm. d. art. 22. num. 3. quia id videtur procedere, quando simpliciter mentio habetur de parentibus, secus vero quando additur terminus differens, nempè de paterna parte, vel de linea
6 quia tunc bene distinguuntur descẽdentes à transuersalibus, prout per similia verba agnati à cognatis determinantur in l. sunt autem ff. de legit. tutor. & in l. Iure Consultus §. 1. ff. de grad. affinit. Cur. Iun. d. cons. 5. num. 21. & 22. lib. 1.

7 Neque circa prædictam conclusionem in casu de quo agitur videtur hæsitandum, quia in inscriptione antiquissima posita in Ecclesia patronali, & in sententia pariter antiquissima Archiepiscopi Milonis, & in præsentationibus ab anno 1282. vsque ad annum 1520. super quibus fuit firmata qualitas gentilitia huius patronatus in decis. 29. Aprilis 1613 legitur iuspatronatus esse agnatorũ descendentium de Cortesella, quæ circumstantiæ, & adminicula, ne dũ ad conseruandam propriam significationem istius termini de paterna parte sufficerent, sed etiam admitterentur ad impropriandam, vt verba contentiuè accipi deberent, quatenus contrariæ adducerentur, vt animaduertit Peregr. d. art. 22. num. 24. vers. quamobrem.

8 Et regulare videtur, quòd vbicumque terminus qualificatur à dispositione, non sufficiat simpliciter probare requisitum à qualitate abstractum, sed concursus qualitatum debeat interuenire, quia per eas, vel ratione temporis, vel ratione personarum potest alterari dispositio. Afflict. decis. 112. num. 5. Camer. in c. imperialem vers. & alia ratione inconuincibili. Surd. decis. 220. num. 37. Peregr. de fideicom. art. 43. num. 46. ideo si vocatur agnatus proximior, antiquior, vel descendens, vel
9 de agnatione sua certum est, quod illæ qualitates positæ sunt ad distinguendam personam à persona, & agnationem ab agnatione quamuis sub eodem nomine sint compræhensæ, atque ita satisfactum non videtur, si quis probet simpliciter se esse de agnatione fundatoris, nisi etiam qualitatem concludat, & secundum hos terminos benè procedunt allegatæ decisiones in Placentina Capellaniæ 29. Nouembris 1593. corã bo. mem. Penia, & Alexandrina Decanatus 13. Martij 1600. coram Illustrissimo Lancellotto. In prima enim fundator volebat, quòd presbyter admittẽdus esset de prosapia, & progenie illorum de Platono, & eo casu sola probatio ex familia sufficiebat, quia verba fũdatoris omnibus æquè conueniebant vt ponderatum fuit in

Pien-

Pientina iurispatronatus 10. Iunij 1602.coram bo.me.Litta, in secunda vero fundator voluit, quod patronatus transiret in illos de Sacchis qui essent nepotibus suis proximiores, ideò benè videtur in ea resolutũ, quòd requirebatur talis probatio per quam distinguatur agnatio ab agnatione per fundatorem contemplata.

Et ita,&c.

Et in eadem coram eodem. 19.Iunij 1617.

SVMMARIVM.

1 *Nepotum appellatione veniunt pronepotes ex filio.*

2 *Et secundum communem vsum loquendi veniunt etiam nepotes ex fratre.*

3 *Parentum appellatione veniunt omnes coniuncti iure agnationis.*

4 *Qui transuersales largè dicuntur.*

DECISIO LXXII.

Recessum fuit a conclusione firmata in decisione diei 28. Nouembris præteriti, quod Cortesellæ teneantur probare se esse de agnatione effectiua fundatoris.

1 Nam etsi vera sit conclusio præsupposita in dicta decisione, quòd appellatione nepotum veniant ex proprietate sermonis nepotes ex filio l.Iureconsultus.§.nepos. ff. de grad.affinit.Bal.in l.2. C.de success. edict. Attamen & altera est verissima, quòd secundum vsum loquendi veniũt etiam nepotes ex fratre, Dec.
2 in l.fin.num.12. C. de success. edict. Alex.cons.49.nu.8. lib.1. & cons.5. num.10. in fin. lib.3. Din. cons.16. num.9. vers. præterea posito, & iste vsus loquendi si non præualet omnino proprietati verborum, vt aliqui voluerunt præualere, quos recusat Card.Mantic.de coniect.vlt.volunt. lib.3.tit.8. num. 1. saltem visus fuit ex traditis per eundem in fin. d. tit. secundum præsumptiones, & coniecturas mentis fundatoris posse compræhendere etiam ex fratre nepotes.

Et mouebantur Domini ex eo, quod in pagina fundationis legitur, quod electio fiat præsentibus tribus ipsius fundatoris parentibus, in Codicillis autem repetunrur illi parentes propinquiores, in quorum præsentia eadem ordinatio facta esse debet, & immediatè nominantur ibi, Volo, vt sint Aliprandus Subdiaconus filius q.Petri, & Algisius filius q.Mauroni,& Benedictus,qui,& Rozo fil. q. Ioannis nepotes mei, pòst autem meum decessum vnusquisque eorum in vita sua eligat de suis parentibus propinquioribus de paterna parte, ex quibus verbis patet, quod nepotes non fuerunt designati pro descendentibus, quorum nulla mentio habetur, quæ tamen fieri solet, vbi contigit de eis haben.esse rationem ad differentiam transuersalium vt aduertit Menoch.cons.424.nu.3. lib.5.sed pro parentibus fuerunt enũ
3 ciati, quorum appellatione postquã in præsenti non agebatur de ascendentibus,neque de cognatis,veniũt omnes coniuncti iure agnationis taliter à fundatore qualificatæ. Corn. cons.57.num.7.& cons.133.num.7. vol.2. Peregr.de fideicomm. art.22. num. 31. qui transuersales dicuntur
4 siue propria, siue larga interpraetatione vtamur l.penult. Vnd.legit. & instit.de legit.agnat.tut. & de legit. agnat.success.Menoc.cod.cons.424. num. 2. & 8. & stante hac possibili transuersalium compræhensione, visum est Cortesellos non esse grauandos ad probandum se esse de agnatione effectiua fundatoris.

Non obstat, quòd ista possibilitas sufficienter excludatur ab obseruantia deducta ex inscriptione, & sententia Milonis Archiepiscopi Mediolani, & præsumptionibus admissis in alijs decisionibus ad firmandam qualitatem gentilitiam, in quibus iuribus patroni enunciantur agnati descen-

scendentes dicti Benedicti Rozi fundatoris.

Quia dictum fuit prædictas enunciatiuas stringere probationẽ quoad prælationem descendentium, quatenus adessent, sed eis cessantibus non excludere effectiuos descendentes ab ipsis nepotibus ex fratre, vel fratribus, qui possunt contineri in eadem agnatione ex verbis fundationis, quod videtur optime etiam probatum ex eisdem iuribus, dum sententia Milonis admittit patronos ex nepotibus Rozi legitime descendentes ex paterna linea, inscriptio verò immediatè nominat illos de Cortesella agnatos descendentes d. Benedicti Rozi.

Et ita, &c.

Et in eadem coram eodem. 30. Octobris 1617.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatr. prætendens debet probare descendentiam, idest, se esse de agnatione contentiua alicuius descendentis à fundatore.*

2 *Parentes si vocati sint, admittuntur omnes coniuncti iure agnationis.*

3 *Parentes alij discensiui, alij subiectiui sunt.*

4 *Idem est dicere de parte paterna, quòd de linea patris.*

5 *Lineæ vbi fit mentiò, de directa intelligitur.*

6 *Lineæ vbi fit mentio, de effectiua intelligitur, cum de materiali, seu effectiua considerari possit.*

7 *Descendentes à linea primi stipitis cõstituentes lineam collateralem dicuntur de eadem parte paterna, quamuis non sint de linea directa.*

DECISIO LXXIII.

PRimo loco dum dubitabatur, an Cortesellæ tenerentur probare descendentiam, vel sufficeret, quod probarent se esse de agnatione de Cortesella, dictum fuit 28. Nouembris præteriti teneri probare se esse de agnatione effectiua fundatoris, verum reproposita decisione die 19. Iunij præteriti fuit recessum à prædicta resolutione, & exinde, quia nedum Cortesellæ poterant descendere à fundatore, sed etiam à nepotibus fundatoris, vel a communi stipite patrum ipsorum nepotum.

1 Dubitaui quam descendentiam tenerentur probare, & sufficere probare esse de agnatione contentiua alicuius ex tribus nepotibus fundatoris fuit responsum, quia fundator postquam in Codicillis disposuit, quòd illi parentes propinquiores, in quorum præsentia fieri debebat eadem ordinatio deberent esse tres sui nepotes, eisdem facultatem concessit post suum decessum, & vnusquisque eorum in vita sua eligeret de suis parentibus propinquioribus de paterna parte, pro parentibus autem propinquioribus ipsorum nepotum ad-
2 mittuntur omnes coniuncti iure agnationis siue descensiui, siue collaterales ab eodem stipite l. Iureconsultus §. parentes ff. de grad. agnat. Rimin. Iun. cons. 308. num. 2. & 18. Peregr. de fideicomm. art. 22. nu. 31. Menoch. cons. 424. num. 2. & 8. ideò cum agatur de onere probandi, sufficit Cortesellis probare se contineri in agnatione, in qua subijciuntur tres illi nepotes, vel alter eorũ, quia semper qualitas a fundatore requisita iustificabitur scilicet ipsos esse coniunctos iure parentelæ cum dictis nepotibus.

Non obstant verba de paterna paterna parte, quæ in decis. 28. Nouembris præteriti fuerunt considerata tamquam terminus differens, ac distinguens parentes a parentibus, agnationem ab agnatione, & lineam a linea, dum alij sunt parentes simpliciter coniuncti, alij erant ex latere patris adherentes, & illi quidem
3 alij discensiui, alij subiectiui dicuntur.

Quia

Quia adhuc verba illa retinent suam differentiam dum distinguunt speciem a genere, nempe agnationẽ trium nepotum ab agnatione generica de Cortesellis, & quamuis Bart. in suo cons. 10. incipit In nomine Domini videatur præsupponere, quòd idem sit dicere de parte paterna, ac si diceretur de linea patris,
4 prout declarat Curt. Iun. cons. 5. nu. 23. lib. 1. & idem videatur firmatum in Gennen. pensionis 5. Decembris 1607. coram R.P.D. Caualerio, ac dictum in eadem decis. 28. Nouemb. præteriti, & cõsequenter vbi fit mẽtio de linea, de directa non autem
5 inflexa sit intelligendum. Peregrin. post Socc. & Corn. de fideicom. art. 22. num. 24. Tamen aduerterunt Domini, quòd verba de paterna parte latius patent, quàm si dictum fuisset de linea patris, vbi enim de linea alicuius fit mentio, etsi dupliciter possit considerari subiectiuè siue contentiuè vel materialiter, & effectiuè, nisi alia concurrant semper in potiori, & proprio significatu de effectiua interpretatur Bal. cons. 334. n. 7. lib. 3. quod consilium etiam legitur apud Ancar. cons. 95. num. 7. idem Bal. cons. 324. num. 7. eod. lib. & cons. 321. lib. 1. Crauett. cons. 655. nu. 5. Simon. de Præt. de vlt. volunt. lib. 3. interpr. 3. dub. 1. fol. 11. num. 43. Tamen quando dicitur de paterna parte directè quidem excluduntur fœminæ, quæ non sequuntur partem, & latus paternum, sed proprij earum patris, & in hoc retinet suam differentiam, vt bene declarat Curt. Iun. cons. 5. nu. 35. lib. 1. sed non eodem modo directè, & ex proprio significatu, & pernecessè dicuntur exclusi
7 parentes deriuantes ex alia linea a primo stipite constituentes lineam collateralem respectu ipsorum nepotum, cum possint dici de eadem parte, & latere, vnde prouenerunt patres trium nepotum, quamuis non sint de linea directa descensiua eorundem Mant. de vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 11. vers. præterea in nou. impress. & supposita huiusmodi possibilitate non exclusa ex proprio verborum significatu visum est sufficere si Cortesellæ probent esse de agnatione contentiua alicuius ex tribus nepotibus fundatoris.

Et ita resolutum fuit, reseruando tamen videre in alia disputatione, an per gradus distinctos, vel alio modo ad huiusmodi probationem teneantur Cortesellæ.

Et in eadem coram eodem 8. Iunij 1618.

SVMMARIVM.

1 *Descendentia probatio sufficit, si fit ab eo, qui semel præsentauit.*

2 *Enunciatiua vnica non sufficit ad probandum, nisi adsint adminicula, num. 6.*

3 *Sed saltem duæ requiruntur.*

4 *Aequiuocatio debet concludenter declarari.*

5 *Originarij non egent priuilegio ciuilitatis.*

7 *Probatio imperfecta ex circumstantijs plenè probare potest.*

8 *Si concludat per necesse, non per possibile.*

9 *Familia ab alia familia qualiter distinguatur.*

DECISIO LXXIV.

Post resolutionem diei 30. Octobris præteriti, in qua dictum fuit Cortesellis sufficere probare se esse de agnatione contentiua alicuius ex tribus nepotibus fundatoris.

Dubitaui an DD. Cortesellæ probent se esse de agnatione contentiua ad effectum de quo agitur, & non probari fuit resolutum. Quia fundamentum probationis deducitur ex instrumento anni 1401. in quo enunciatur Clemẽs filius q. Petri de Cortesella, qui Petrus ex alio instrumento anni 1293. enunciatur patronus dum

dum præsentauit Gulielmũ de Cortesella, filium q. Iacobi, & exinde inferebatur sufficere probare descen dentiam ab eo, qui semel præsenta-
1 uit, & fuit in quasi possessione præsentandi, & sic ab vno ex agnatis, non autem a communi stipite, vt per gloss. in cap. licet ex quadam in verb. gradus de testibus. Natt. consil. 388. num. 3. Lambert. de iurepatr. lib. 2. pat. 2. quæst. 10. art. 4. num. 2. quòd etiam fuit dictum in Papien. Archipresbyteratus 26. Iunij 1602. coram bo. mem. Cardin. Pamphilio, & aliàs sæpè.
2 Verum cum vnicum sit instrumentum, & vnica enunciatiua visum est probationem non concludere, quia sicuti ad probandum factum antiquum non sufficeret vnicus testis super fama deponens. Bar. in l. de minore. §. plurium. num. 19. vers. quæro qualiter probetur. ff. de quæst. Dec. consil. 272. nu. 10. Fel in c. tertio loco, num. 5. de præsumpt. sed plures saltem duo requiruntur, vt per
3 Clar. in prax. crim. §. vlt. quæst. 6. num. 10. ita non vnica sed plures debent esse enunciatiuæ, quæ succedũt loco testium ad manifestandum factum antiquum. Crauett. de antiq. temp. par. 1. §. ampliatur. num. 8. & Rota diuers. idem firmauit dec. 462. num. 3. pat. 1. & decis. 130. num. 1. pat. 2. & in causa Maceraten. hæreditatis 13. Februarij 1609. coram R. P. D. Manzanedo. Præterea cum ab anno 1293. vsque ad ann. 1401 seculum intercesserit, in quo multæ personæ eiusdem nominis, & nasci, & mori potuerint quamuis impossibile non sit secundum naturam Clementem tanto tempore superuixisse attamen ista identitas, in qua consistit totum fundamentũ propter pos-
4 sibilem istorum nominum æquiuocationem de Ciuitate Mediolani, & de Ciuitate Cumi concludentiori probatione eget, vt animaduertit Abb. in cap. cum Ioannes sub nu. 16. de fid. instrum. Dec. consil. 36. num. 4. vers. 1. quia. Etsi dicatur non Ciuitatis Cumi, sed Mediolani esse Ciues vt ex attestatione Consulis in Regno Siciliæ pro natione Mediolanen. in quibusdam literis patentibus de ann. 1466. quæ data fuit. & hoc ipsum per vnicam enunciatiuam roboratur quæ non sufficit, vt iam dictum est, & vlterius ista ciuilitas conuincitur ex priuilegio Ducum Mediolanen. vsque de anno 1441. enunciato in instrumento mandati procuræ Hieronymi Cottesellæ de anno 1536. quod arguit ipsos de Cortesella alterius esse ciuitatis, vel loci, quia
5 originarij non egent priuilegio ciuilitatis, etiamsi extra locum originis habitauerint. Bal. consil. 294. sub n. 1. lib. 4. Bero. consil. 155. num. 38. lib. 2. post Bart. in l. assumptio. §. filius, & in l. libertus. §. patris ff. ad municip.
6 Non obstat, quòd, etsi vnica enunciatiua in antiquis non probet iunctis tamen adminiculis sufficere voluerint. Afflict. & Vrsill. ad eandem decis. 83. num. 3. & sæpius in Rota resolutum fuerit, vt in Spoletana bonorum 6. Martij 1592. coram bo. me. Penia, & in Burgen. Capellæ 11. Decembris 1600. coram Corduba
Quia limitatio est vera, ex quo imperfecta qualibet probatio potest impleri ex circumstantijs, tali-
7 ter quod plenè probet, vt latè per Gabr. de probat. concl. 1. sed itidem necessarium est, quòd in sua specie
8 concludant pernecesse, non autem per possibile, vt dicit Bal. in l. spadonem §. quæ itura. num. 1. ff. de excus. tut. talia autem non sunt adminicula, quæ afferuntur, quia tractatus, & nominationes ab eis, qui præsentarunt, quod essent consanguinei, testes deponentes, quod habuerint consanguineos in Ciuitate Mediolani, & cum eis essent ad inuicem
9 consanguinei, & de eadem casata, identitas insignium, & armorum, demum publica vox, & fama non distinguit familiam contentiuam ab alia non contentiua, cum possint esse

esse de familia Cortesellarum, non tamen de contentiua puta descendẽtes ab alio stipire, vel ex fœminis de Cortesellis Mediolanen. vel è contra Cortesellæ Mediolanen. nati ex fœminis Cortesellis Cumẽsibus, & hoc modo contracta affinitas tractata sit, & nominata, & famigerata per testes, quæ non sufficit proptet dubium de qua affinitate senserint cap. in præsentia de probat. l. non hoc, vn de legit.

Quinimò visæ sunt vrgentiores contrariæ coniecturæ, nempe magna distantia temporis ab anno 1293. vsque ad præsentationem de anno 1300. in qua non interuenit Petrus, neque Clemens, cum tamen alii patroni, qui antea præsentarunt interuenerint, & similiter non leguntur præsentasse in alijs duabus de annis 1369. & 1400. conformitas similium nominum in eadem ciuitate Cumi, etsi sub nomine diminutiuo Petrinoli, cum tamen iustificetur ex qualitate exercitij mercaturæ huic nomini adiecta, quæ continuata est vsque in præsens in hac eadem familia, ac demum ex priuilegio ciuilitatis obtentæ, quod verè originarijs necessarium non est, vt iam dictũ est, ex quibus omnibus videbatur has familias inter se non pertinere, aut aliquid commune inter se habere.

Et Ita, &c.

Et in eadem coram eodem
14. Iunij 1619.

SVMMARIVM.

1 *Probata coniunctione cum vno agnato existente in quasi possessione præsentandi intrat probatio pertinentia.*

2 *Enunciatiua dua in antiquis probant.*

3 *Fraternitatis ex effectu quis dicitur ex eodem patre filius.*

4 *Probationis perfectio ex quibus impeditur.*

5 *Parentela generica quandò probata dicatur.*

DECISIO LXXV.

Censueuerunt Domini standum esse in decisis diei 8. Iun. 1618 vbi firmatum fuit, DD. Cortesellos non probare se esse de agnatione contentiua alicuius ex tribus nepotibus fundatoris, prout saltem necessarium erat, vt inde inferri posset ad sufficientem illorum probationẽ, coniungẽdo illam cum vno ex agna-
1 tis, qui esset in quasi possessione præsentandi per glos. in cap. licèt ex quadam in verb. gradus de testibus. Natr. conf. 338. num. 3. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 2. quæst. 10. art. 4. num. 2. cum alijs in decisione allegatis.

Est enim certum, quod fundamentum præcipuum DD. de Cortesellis positum erat in instrumento anni 1401. dum in eo enunciabatur, quod Clemens fuerat filius Petri, qui de anno 1293. probatur præsentasse, & à Clemente prætendunt Cortesellæ trahere eorum descendentiam, & tamen ex eo instrumento vnica tantum enunciatiua colligebatur non sufficiens ad implendam probationem, & cui etiam aduersabatur intermedium seculi, ex quo, & personarum identitas, & nominum æquiuocatio poterant præbere ansam dubitandi de veritate illius enunciatiuæ prout hæc omnia fuerunt ponderata in decisione supradicta.

Quæ hodie nec etiam ex noua productione instrumenti anni 1406. visa sunt posse adminiculari, in eo enim legitur quòd presbyter Ioannes filius q. Petri, Donatus q. Benedicti, Alexius filius Clementis omnes de Cortesella instituerunt quosdam procuratores ad capiendam possessionem quorundam bonorum,
2 & hinc dicebatur colligi secunda enunciatiua, quæ sufficiunt in antiquis ad cõcludendam probationem.

Crauett.

Crauett.de antiq.temp.par.1.§.am pliatur nu.14.Rota decis.462.nu. 3. par.1.diuers.

Verum ex prædictis non legitur enunciatiua paternitatis Petri, in quo consistit fundamentum probationis descendentiæ, sed paternitatis Clementis, & si dicatur, quòd cum Ioannes, & Clemens essent fratres, non potuit enunciari Ioannes filius q. Petri, quin'& Clemens prædice-
3 tur de eodem patre filius propter effectum fraternitatis secundum Bar. in l.3.num.1.ff.de lib. & posth.Rota decis.176.num.9.par.1.in recent.

Nam fuit responsum, quòd alia probatio huiusuè fraternitatis inter Ioannem, & Clementem, non datur nisi illa, quæ colligitur ex instrumen to anni 1388.in alia resolutione dato in Summ.num.6.in quo Clemens suo proprio nomine, & nomine Ioannis fratris sui, & filij q. Petrinoli stipulatur compromissum cum alijs de Cortesella, & per istam fraternitatẽ bene colligitur, quòd iste Clemens enunciatus frater vna cum Ioanne descendit à Petrinolo, & quod ista nomina Petrus, & Petrinolus ad libitum in instrumentis probantur, vnde intrar possibilitas æquiuocationis nominis Clementis de vno patre ad alterum, & de vna ciuitate ad alterã,
4 per quam impeditur perfectio probationis vulg. cap. in præsentia de probat.l.non ho: C. vnde legit. & si simpliciter inferatur ex vi relationis filiationis Aloysij, qui enunciatur filius Clementis, vt de Clemente ex Petro præsentante dicendum sit, inde recolamus ad principium disputationis, Itaut prius constare debeat, quòd Clemens sit filius Petri, de quo negatiuè fuit resolutum antequam desumatur coniectura ex relatione filiorum Clementis ad coniunctionẽ cum ipso Petro.

Neque obstat, quòd nihilominus huiusmodi descendentia possit adminiculari ex alijs, prout remanet adminiculata ex testibus de publica voce, & fama ex conformitate insignium, ex tractatu, & nominatione inter eosdem de Cortesella.

Quia prædicta omnia non distingunt speciem à genere neque familiam à familia, sed concludunt genericam quandam parentelam, &
5 possibilem ex parte fœminarum, vel ex alio stipite, vt ponderat Peregr. de fideicomm. art.22. num.31. quæ non sufficit, cum probare debeat parentelam de agnatione ex tribus nepotibus fundatoris, vt fuit resolutum 30. Octobris 1617. in hac eadem causa.

Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO

Pistorien. Parochialis. 17. Iunij 1619.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatr. ad duos pro medietate spectat, si duæ sint stirpes æquales.*
2 *Iuspatr. est indiuiduum.*
3 *Existens in quasi possessione præsentandi non tenetur ius suum iustificare.*

DECISIO LXXVI.

DVm præsens dubium, an scilicet Gratia Ricciardi sit iustificata proponeretur sub die 29. Aprilis præteriti Domini ordinarunt, vt informaretur super pertinentia patronatus de quo agitur, quod asserebatur per Ricciardum spectare ad Paulũ pro medietate, & hodie præmissa dicta informatione dictum fuit Ricciardum esse præsentatum à medietate patronorum.

Conueniunt enim partes inter se patronatum extare, ac arborem descendentium à Ricciardo fundatore venisse, nempe, quod ex dicto Ricciardo extarent duo filij Petrus scilicet, & Lazzarus, & vtraque istorum fratrum successio conclusa, & consolidata fuerit in filio, & descendenti-

bus ab eo, ex quibus hodie duæ tantum lineæ extant nempe ex Thadeo, in qua Paulus, qui Ricciardum eius fratrem nunc agentem præsentauit, & ex Iacobo, in qua Braccius reperitur, qui Bartholomæum præsentauit. Vnde cum stirpes sint duæ, & æquales, succedit determinatio per-
1 tinentiæ, vt ad vnumquemque pro medietate pertineat iuspatronatus, clem. plures vbi omnes de iurepatr. & Lambert. in tract. eiusd. tit. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 2. & per consequens Ricciardum esse præsentatum à medietate patronorum, cum habeat præsentationem Pauli, ad quem pertinet medietas patronatus.

Non obstat, quòd Ricciardus, & Paulus caruerint iurepræsentãdi propter repudiationem hæreditatis Io. Baptistæ eorum patris vsque de anno 1577. & similiter fecerint Io. Baptista, & Ioseph eius frater de hæreditate Francisci eorum patris de anno 1545. Vnde omne ius transmissum per Thadæum filium Felicis in dictos Io. Baptistam, & Iosephum filios suos, & descendentes accreuerit alijs superstitibus in linea Ricciardi
2 nempe Braccio, & fratri eius propter naturam iurispatronatus, quæ indiuidua est, & apud quemlibet ex patronis manet insolidum cap. 1. vbi Abb. num. 6. de iurepatr. Cresc. de iurepatr. decis. 2.

Quia Domini postquã iuspatronatus non cõtrouertitur consulto omiserunt discussionem istius iuris accrescendi, ac pertinentiæ ex personis patronorum, & qualitatis gentilitiæ, quæ ex varijs titulis donationis scilicet, & legati, & ex confirmationibus deducebatur, ex quo post prædictas repudiationes, & eis non obstantibus Paulus, & Ricciardus vna cum Lazaro Patre Braccij insimul se recognouerunt in patronos in donatione diei 10. Decembris 1577. confirmata in sententia Vicarij Pistorien. 29. Februarij 1580. vnde
3 tamquam positus in quasi possessione ad effectum præsentandi, non eget alia sui iuris pertinentis iustificatione. cap. consultationibus. & ibi Abb. num. 9. de iurepatr. cap. querelam de elect. & hoc sæpe fuit firmatum in Rota, signanter coram Episcopo Lugdunen. inter recent. 284. nu. 7. & coram bo. mem. Penia decis. 374. num. 3. par. 1.

Et ita, &c.

Et in eadem coram eodem.
27. Ianuarij 1620.

SVMMARIVM.

1 *Medietas patronorum quando dicatur adesse.*
2 *Donatio iurispatr. quando non sit attendenda.*
3 *Sententia super pertinentia firmat statum patronatus.*
4 *Præsentatus præsumitur habere mandatum præsumptum à præsentante ad necessaria pro effectuatione præsentationis.*

DECISIO LXXVII.

FVndamenta decisionis placuerunt Dominis, quibus non obstat vnica responsio pro Bartholomæo ponderata, quòd scilicet quasi possessio Pauli, & Ricciardi filiorum Io. Baptistæ, in qua stat fundamentũ decisionis legitur in instrumẽto donationis 10. Decembris 1577. pro
1 quinque partibus ex duodecim, nempe pro vno sexto, & quarta parte alterius sexti pro quolibet eorum, vnde Ricciardus nõ potest dici præsentatus à medietate patronorum, ex quo quantitas iuris illorum non ascendit ad sex partes de duodecim & vice versa constituerũt alios compatronos pro maioribus ratis in simili quasi possessione præsentandi iuxta doctrinam Ripæ in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 93. de caus. possess. & prop. receptam per Rotam in decis. 284. num. 7. & 374. num. 3. par. 1. in recent.

Nam

Nam fuit responsum, quod etsi Lazarus, & Iacobus filij alterius Iacobi a quo Lazaro ducunt origiñe Braccius, & Ricciardus fratres, prætendunt se quasi possessores maioris partis patronatus, tamen id contingit propter donationem Hieronymi in personam Iacobi filij alterius Iacobi pro duabus partibus ex duodecim præsentis iurispatronatus, quæ
2 donatio cum cessauerit propter declarationem in causa appellationis subsecutam coram Vicario Florentino, & acquiescentiam eorundem Braccij, & Ricciardi, dum non appellarunt à pronuncia desertionis appellationis emanata die 30. Martij. 1596. inde remanet parilitas, & quasi possessio illius, & veritas narratiuæ, dum Braccius, & Ricciardus docere non possunt de maiori parte, quam habeant Paulus, & Ricciardus fratres, neque dubitandum videtur de effectuatione, aut executione sententiarum, quia exinde Ricciardus vti præsentatus à Braccio eius fratre de anno 1599. obtinuit prouisionem Apostolicam sub narratiua discordię inter eosdem Patronos, & pro canonizatione patronatus probauit eundem spectare ad ipsum, & Braccium eius fratrem pro medietate, & pro alia ad Paulum, & Ricciardum fratres asserendo esse in quasi possessione præsentandi, & obtinuit sententiam super pertinẽtia iuris æqualis inter lineam Lazari, & lineam Io. Baptistæ, ex quibus resultat confessio possessionis, & coæqualitatis, quæ multum suffragatur ad præiudicium confitentis, & sententia sub-
3 secuta firmauit statum patronatus quoad omnes. Anchar. cons. 336. nu. 1. Couar. pract. quæst. c. 13. nu. 5. Card. Mant. dec. 350. nu. 4.

Quòd si dicatur & omnia gesta fuisse a Ricciardo solo, qui Braccio eius fratri præiudicare non potuit in illo iudicio, in quo non fuit citatus, adhuc obiectum euitatur ex manda-
4 to præsumpto, quod habere præsumitur præsentatus à præsentante ad omnia necessaria pro effectuatione præsentationis. Lambert. de iurep. in 2. par. 2. lib. quæst. 11. art. 9. nu. 3. vers. ita dicit in proposito.

Præterea circumscripto etiã præiudicio Braccij, vel sufficeret Paulo, quòd partibus suis, quæ sunt quinque accresceret portio donata Ricciardo, cum qua faceret sex partes, vel quòd idẽ Braccius sit hæres Ricciardi ad hoc, ne possit facta illius contrauenire. vulg. l. cum à matre. C. de rei vend. & l. ex qua persona. ff. de reg. iur. vel quod non probet se illius hæredem, vt inde partes Ricciardi accrescant Paulo, & fratri, quibus de iure successio debetur tãquam in proximiori gradu succedendi constitutis.

Et ita &c.

Et in eadem coram eodem. 15. Ianuarij. 1621.

SVMMARIVM.

1 *Portio iurispatr. quando accrescat alteri.*

2 *Possessio euanescit per rem iudicatam super non iure transferentis.*

3 *Correspectiuorum vno sublato, aliud sublatum censetur.*

4 *Annullatio donationis absorbet omnem possessionem.*

5 *Voces, & partes in iurepat. sunt diuiduæ.*

6 *Et tunc sublata vna parte, alia remanet.*

7 *Petitorium cessat in summarijssimo retinenda.*

8 *Quasi possessio ad effectum præsentandi attenditur.*

9 *Medietas patronatus cõstituitur respectu existentium in quasi possessione.*

10 *Quasi possessio præsentandi ex vnico actu acquiritur.*

11 *Ius controuersum non habetur in consideratione.*

DECISIO LXXVIII.

CAuſa propoſita ſuper primo & ſecundo loco reſolutis dictum fuit ſtandum eſſe in deciſis; quia adhuc viſum fuit Dominis narratiuã literarum iuſtificari, quod ſcilicet Ricciardus fuerit præſentatus à medietate patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi ex rationibus in deciſionibus ponderatis, quibus nunc.

Non obſtat dum repetitur principium, quod ſcilicet Ricciardus, & Paulus in inſtrumento donationis anni 1577. fuerint tantum admiſſi pro quinque ex duodecim vocibus, & ſic pro ea parte conſtituti in quaſi poſſeſſione præſentandi, non autem pro medietate.

1 Quia ſtante ſententia Vicarij Florentini in ſtatu rei iudicatæ, per quã
remanet annullata donatio per Hieronymum filium naturalem Petri facta Iacobo alterius Iacobi filio de ſexta parte patronatus ad eundem Petrum ſpectante, inde duo inferuntur pro ſuſtinenda parilitate vtriuſque ſtipitis, vel quòd reſoluto dominio Iacobi defectu poteſtatis Hieronymi inualidè translato & mortuo Petro poſſeſſore; & Domino dictæ ſextæ partis illa accreuerit pro medietate portionibus Pauli, & Ricciardi alio hærede non apparente per l. ſi tota. ff. de acq. hæred. l. ſi Titio. §. 1. ff. de vſufr. Iaſ. in l. quoties. nu. 7. verſ. aduerte etiam. C. de hæred. inſtit. vel quod adhuc incertum ſit, ac indeterminatum ad quẽ ſpectent illæ duæ partes prouenientes ex hereditate Petri, & hoc caſu, quia
2 poſſeſſio pro dicta ſexta iam euanuit, & reſoluta remanſit per rem
iudicatam ſuper non iure transferentis. cap. cum dilectus. de cauſ. poſſ. & prop. Abb. in c. conſultationibus. nu. 9. de iurepat. Rota dec. 269. n. 5. p. 2. diuerſ. Cæſ. de Graſſ. dec. 7. de ſent. & re iud. ſemper narratiua medietatis patronorum in poſſeſſione præſentandi exiſtentium verificabitur, quia Braccius, & Ricciardus, qui sũt in alia linea probare non poſſunt quaſi poſſeſſionem præſentandi pro pluribus portionibus, quàm quinque, & pro alijs quinque Ricciardus, & Paulus, qui veniunt ex alio ſtipite.

Non obſtat, quòd & ſi per rem iudicatam annullatus ſit titulus donationis, non tamen ſublatus ſit cõſenſus mutuæ admiſſionis ad præſentandum ſecundum partes enunciatas tamquam quid ſeparatum ab ipſo titulo donationis. Bald. in l. 1. col. 2. nu. 7. ff. ſolut. matr. Alex. conſ. 199. nu. 1. lib. 6. vel ſi conſenſus, & titulus donationis ſimul ſublata dicantur reſpectu admiſſionis, ſint e-
3 tiam ſublati mutui conſenſus tam-
quã interſe correſpectiui. Menoch. poſt alios præſumpt. 12. nu. 6. lib. 6.

Quia prima pars benè euitatur, nam Alex. loquitur ad effectum reſtringendi ſtatutum exorbitans, & trahens ſuam diſpoſitionem ad præterita, vt in ſeparabilibus diſpoſitio annullatiua venditionis extendi nõ debeat ad venditionem à partibus acceptatam, & per translationem dominij effectuatam, vel per ſententiam confirmatam, nos verò in ſententia terminante petitionem an-
4 nullationis donationis, quæ de ſui
natura abſorbet omnem poſſeſſionẽ. d. cap. cum dilectus. de cauſ. poſſ. & propr. Cæſ. de Graſſ. dec. 7. de ſent. & re iud.

Secunda verò pars tollitur, quia conſenſus ad inuicem præſtiti dici
5 non poſſunt indiuidui reſpectu por-
tionum, dum non agitur de ſubſtantia patronatus, ſed de vocibus, ſeù partibus diuiſis ad effectum præſentandi, quæ inter ſe ſunt ſeparabiles, & diuiduæ. Lamber. de iurepat. p. 2. lib. 2. quæſt. 1. art. 25. nu. 11. & q. 2. art. 36. per rot. vt ideo ſublato iure
6 alterius ex patronis in parte, vel in
toto ſemper remanet portio alterius,

quæ

Digitized by Google

quæ non vitiatur altera parte vitiata, quando dantur partes separabiles. Mantic. plenè de contr. lib. 14. tit. 36. nu. 3.

Neque etiam obstat, quod dicebatur illationem non concludere Hieronymum non potuisse donare, ergo illa medietas sextæ partis peruenit ad Paulum, & Ricciardum, sed aliter esse dicendum si non potuit donare, ergo remansit in hæreditate Petri, & debuit consolidari penes patronos de illo tempore, qui adhuc incerti sunt, & cognitio istius pertinentiæ respicit petitorium, de quo non est tractandum in hoc summarijssimo retinendæ. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. Menoch. de adipisc. remed. 4. q. 87. 88. & 89.

Quia etiam attenta hac posttema illatione remanet linea Ricciardi, & Pauli in paritate vocum cum linea Braccij, & Ricciardi, nam si expectāda sit determinatio pro vna voce quoad dictos Ricciardum, & Paulū, eodem modo erit attendenda pro alia quoad Bracciū, & Ricciardum, & interim remanet parilitas in decisione præsupposita, & possessio circa eandem, quæ sola attenditur ad
8 effectum præsentationis, non autem concursus veri patroni, dum non est in possessione præsentandi. c. consultationibus. de iurepat. Rota in antiq. dec. 14. eod. tit. Cald. cons. vlt. de iurepat. Put. dec. 189. lib. 1. Rota diuer. dec. 167. nu. 7. p. 2. etsi dicatur, quòd nihilominus Ricciardus, & Paulus dici nō possunt patroni integræ medietatis iurispatronatus, neque habere possessionem illius, dum tenebant tantummodo quinque voces, de qua tamen integritate deberent docere pro fundamento eorum intentionis, bene euitatur obiectum, quia pro verificatione narratiuæ, sufficit, quòd illi, qui præsentatunt
9 constituant medietatem eorum, qui sunt in quasi possessione, nec de alijs est necessarium mentionem facere. Card. cons. 69. nu. 4. Felin. in tract. quando literæ Apostolicæ. limit. 9. Rota ead. dec. 167. nu. 2. p. 2.

Demum non obstat, quòd instrumentum anni 1577. à quo deducitur possessio Pauli, & Ricciardi videatur restrictum ad primam vacationem, quia effectus donationis est quidem restrictus pro prima vacatura tantum, sed mutua confessio circa possessionem nominandi, & præsentandi rectorem libera est, & dispositiua, ibi, & qui sunt in pacifica possessione, &c. quæ etsi relata
10 ad vnicum tantum actum sufficit ad acquirendam quasi possessionem iurispræsentandi. c. querelam. de elect. c. consultationibus. de iurepatr. Ripa in c. cum ecclesia Sutrina. nu. 13. de cau. poss. & prop. Put. dec. 192. lib. 1.

Prædictis accedebat confessio Ricciardi fratris Braccij in iudiciū coram Vicario Pistorien. & deinde sententiam eiusdem de anno 1599. super paritate iurispręsentandi inter eos, quæ omnia fuerunt ponderata in vltima decisione, & tunc Domini iterum considerarunt ad firmandū statum de tempore gratiæ, nam si Braccius declarat se hæredem Ricciardi tollitur omnis difficultas, si verò negat se illius hęredem ex persona propria remanet tantum possessor duarum partium cū dimidia; si verò nitatur ex persona alterius à quo deducat ius possessionis, de ea adhuc non constat per rem iudicatā, aut partis confessionem, itaut in continenti possit concurrere ad pręsentandum secundum Abb. in c. cōsultationibus. nu. 9. de iurepat. etsi merita petitorij sunt discutienda, ius
11 controuersum non habetur in consideratione ad retardandum effectum præsentationis respectu eorum, qui sunt in possessione præsentandi, vt supra dictum fuit.

Et ita &c.

Et in eadem coram eodem. 27. Maij 1621.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij quomodo probetur.*
2 *Presbyteratus ex quibus probetur.*
3 *Habilitas prouisi quomodo probetur.*
4 *Valor beneficij quomodo probetur.*
5 *Et per non excessum quomodo probetur.*

DECISIO LXXIX.

DIctum fuit Gratiam Ricciardi in reliquis esse iustificatam, in ea enim narratur vacatio parochialis, de qua agitur per obitum alterius Ricciardi, presbyteratus prouisi, & illius habilitas valor beneficij obtenti, & valor eiusdem parochialis.

1 Vacatio bene probatur ex confessione aduersarij venientis ex eadem vacatione, & prætendentis se ab aliis patronis præsentatum. Put. decis. 171. num. 1. lib. 3. Bellamer. decis. 268. & sæpè fuit resolutum in puncto iustificationis, vt in Bergomen. Capellaniæ 2. Iunij 1617. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Meten. canonicatus 23. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Manzanedo.

2 Presbyteratus sufficienter iustificatur ex literis patentibus productis, Gram. decis. 81. num. 1.

3 Habilitates eiusdē Ricciardi probant attestationes ordinarij in eisdem literis patentibus, & narratiua Papæ asserentis se de illis sufficienter informatum à personis fide dignis, quæ sufficiunt ad hunc effectum. Rota decis. 101. num. 2. & decis. 572. num. 1. par. 1. in recent.

4 Valor obtenti sub narratiua non excessus ducat. aur. de Camera 24. plenè probatur ex duobus testibus datis deponentibus de auditu, & publica voce. Put. decis. 26. lib. 1. Seraph. decis. 962. num. 2.

Demum valor eiusdem parochialis, quòd non excedat ducat. 200. concludenter etiam probatur ex eisdem testibus datis, qui deponunt de publica voce, & fama per verba, fuit, & est, quòd sufficit in probatione per non excessum, quæ contenta-
5 tur etiam semiplena probatione. Seraph. eadem decis. 962. nu. 2. Rot. decis. 293. num. 1. par. 1. diuers.

Et ita, &c.

Et in eadem coram eodem. 25. Iunij 1621.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ iustificatæ sunt exequendæ.*
2 *Literæ in forma dignum si exequendæ sint, ordinariè proceditur, & datur appellatio ad vtrumque effectum.*
3 *Sed si alius non sit in possessione, executioni demandantur.*
4 *Causa si semel facta sit appellabilis, cessat via executiua.*
5 *Potestas, quæ non est vsus primus iudex transit ad iudicem, ad quem*
6 *Possessorium in qualibet parte iudicij intentari potest suspenso petitorio.*
7 *Executio liter. Apost. conformat secum materia l. finalis. C. de ed. D. Adr. toll.*

DECISIO LXXX.

DVm instabatur pronunciari in causa iuxta resolutiones iam factas incidit quæstio super modo pronunciandi in possessorio scilicet vel ordinariè in petitorio, & facto verbo cum Dominis partibus informantibus, dictum fuit dandam esse immissionem.

1 Quia gratia Ricciardi est iustificata, & vbi literæ Apostolicæ remanent iustificatæ, semper locus est earum executioni, cap. si capitulo vbi glos. in verb. exequatur de concess. præb.

præb.in 6. Samen. in tract. Breuis, num.4.Mohed.decis.13.vt lit.pend. Rota in recent.decis.54.& 605.n.2. par.2.

2 Non obstat, quod literæ sint expeditæ in forma dignum, quo casu soleat procedi ordinariè, non autem executiuè, dum ab earum iustificatione admittitur appellatio ad vtrumque effectum Rota decis.202.par.1. diuers.cum alijs ibi alleg.

3 Quia in quacumque forma sint expeditæ, alio non existente in possessione debent executioni demandari. cap. si quando de rescript.cap. fin.de præsumpt. & decisiones allegatæ loquūtur vbi aliquis est in possessione, qui possit contendere se legitimum contradictorem vti reum, & possessorem,& de necessitate citandum, secus possessione vacua,extra quam aduersarius non potest sustinere partes legitimi contradictoris.

4 Minus obstat, quòd literæ fuerint vulneratæ per sentētiā Vicarij Pistorien. dum iudicauit super qualitate iurispatronatus nulla habita ratione literarum Apostolicarum. Ordinarius verò Fesulanus cognouerit super eadem qualitate reuocando eandem sententiam, & pronunciando diffinitiuè super executione literarum Apostolicarum, vt ideo causa semel facta appellabilis, cesset via executiua propter cognitionem necessariam grauaminis.Seraph.decis. 674.inter impress. post tract. de Saluian.& dec.263. post tract.de oblig. Camer.

Quia fuit responsum in facto vulnus non iustificari, ex quo Vicarius Pistorien. nullum fecit verbum contra substātiam gratiæ, quamuis omiserit illius exceptionem,neque tenet consequentia, non pronunciauit super executione, ergo vulneratæ remanēt literæ,quia potestas, qua non

5 est vsus primus Iudex transit ad Iudicem ad quem Felin. in cap. inter monasterium num. 23. in fin. vers. tempera tertio de re iudic.

Præterea neque etiam obstat alia consequentia, passus est discuti in prima instantia super qualitate, & proprietate iurispatronatus, ergo expectanda est determinatio per conformes.

6 Quia regulare est, quòd in quacumque parte Iudicij potest intentari possessorium reiecto, vel suspenso petitorio cap. pastoralis de caus. possess. & propr. & idem fuit firmatum in Astoricen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram bo.me. Cardinali Lancellotto iuniore, & in Burgen.canonicatus 3.Martij 1607 coram Sanctissimo, quòd cum in præsenti factum fuerit, dum causa ad Rotam deuoluta per appellationem Sozzifantij à sententia Fesulani, Cancellarius petijt, & obtinuit suspendi petitorium,non videtur excludendus ab ordinario remedio adipiscendæ secundum terminos. l. fin. C.de edict.diu.adr.toll.cum quibus

7 se conformat ista materia executionis literarum Apostolicarum. Abb. in c.constitutus il 2.num.15. de appell.Cassad.dec.4.nu.3.vt lit.pend. Et ita, &c.

R. P. D. MERLINO

Pistorien. Parochialis. 6. Februarij 1623.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si per diligentem examinationem,& c.requirit pro forma examen.*

2 *Etiamsi aliàs fuisset examinatus.*

3 *Semel examinatus iterum examinandus non est.*

4 *Clausula, si per diligentem, &c. potest intelligi de examine facto.*

5 *Dummodo sit formaliter antea adimpleta.*

6 *Quia præsumitur, quòd si Papa id sciuisset, concessisset in forma gratiosa.*

7 *Et sic in cancellaria docto de idoneitate dantur literæ in forma gratiosa.*

Claus.

8 *Clauſ. ſi per diligentem, &c. non importat formam, & illius omiſſio non vitiat proceſſum.*
9 *Et examen generaliter factum ad parochiales non ſatisfit d. clauſulæ.*
10 *Morum mutatio non præſumitur.*
11 *Auditor Rotæ ſubrogatus loco ordinarij poteſt conferre, & immittere in poſſeſſionem.*

DECISIO LXXXI.

POſtquam fuerat reſolutū Gratiam Ricciardi fuiſſe in omnibus iuſtificatam, & R.P.D. meus Pirouanus mandatum de immittendo ad illius fauorem relaxauerat, cuius vigore idem Ricciardus in poſſeſſionem huiuſmodi parochialis, ſiue plebaniæ fuerat immiſſus, Bartholomæus petijt, & obtinuit committi cauſam ſuper nullitate dicti mandati, eo ſub prætextu, quòd non fuiſſet ſeruata forma literarum, in quibus aderat clauſula illa, ſi per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus in Synodo diœceſana deputatis ad hoc idoneum eſſe reperetis, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus. Vnde propoſui dubium, An dictum mandatum de immittendo, ſeu immiſſio inde ſequuta eſſet nulla, vel reuocanda. Et Domini poſt trinam diſputationem, pro illius validitate reſponderunt.

1 Quamuis enim clauſula prædicta conditionem importet, & operetur quod examen cum ſynodalibus examinatoribus requiratur pro forma, ita ut illud prætermitti nequeat quātumcunque impetrans ſit re vera idoneus, ex latè deductis per Garc. de benef. par. 6. cap. 2. num. 253. & pluribus ſeqq. & præſertim nu. 266. vbi refert deciſionem in Calagurritana beneficij de Ornillas 12. Octobr. 1587. coram bo. mem. Card. Pam-
2 philio, in qua fuit dictum, id procedere, etiam ſi aliàs fuiſſet examinatus, & approbatus etiam ad Parochiales.

Viſum tamen fuit conditionem, ac formam huiuſmodi ſatis ſuperque fuiſſe adimpletam, ex eo quia Ricciardus fuerat iam antea coram eodem Ordinario Synodalibus examinatoribus adhibitis examinatus, & idoneus repertus, & approbatus ad hanc eandem parochialem, & conſequenter non fuit neceſſarium nouum examen; ſemel enim examina-
3 tus iterum examen ſubire non tenetur, cap. accepimus, & ibi gloſ. 1. in 1. notab. de ætat. & qualit. & ordin. præficien. Et clauſula prædicta de-
4 bet intelligi de examine facto, vel faciendo, quatenus illud iam antea factum non fuiſſet; ſiue enim conditio prædicta dicatur caſualis, ex quo etiam idoneus caſu, vt puta, memoria labente, vel præſulis, & examinatorum aſpectu perterritus deficere poteſt in examine, ſiue mixta tanquam pendens etiam ab arbitrio, & iudicio Ordinarij, vel examinatorū, non eſt neceſſario adimplenda poſt reſcripti præſentationem, ſed ſufficit quòd fuerit antea in rei veritate mo-
5 do prædicto adimpleta, quoties tempore reſcripti Princeps ignorabat adimplementum ad l. hæc conditio §. fin. & ibi Bart. & Soccin. ff. de cōd. & demonſtr. l. ſi ita ſcriptum §. fin. ff. de legat. 2. Ruin. conſ. 89. nu. 2. lib. 4.
6 pulchrè Surd. in conſ. 69. num. 19. & 20. præſumitur enim, quod ſi Papa tale adimplementum ſciuiſſet, non quidem in forma dignum, ſed in forma gratioſa, & abſque tali conditione prouidiſſet, vt in ſimilibus terminis conſiderant Socin. in d. l. hæc conditio, num. 4. in fin. Ruin. d. conſ. 89. num. 2. quos ſequitur Surd. præall. conſ. 69. num. 20.
7 Cum quo etiam conſonat ſtylus Cancellariæ, cuius atteſtatio data fuit, ſecundum quem exhibita approbatione ad eamdem parochialē paſſim mutari conſueuit ſupplicatio ex forma dignum in formam gratioſam, ex quo apparet formam huiuſmodi per clauſulam prædictam impor-

8 portatam non esse mentalem,& con sequenter illius omissionem processum non vitiare, vt tradit Butr. in cap.super literis num.16. de rescrip. & Brun.in tract.de forma tit. de potest. & effectu formæ vers. 3. prædicta conclusio fol.mihi 56.

Ex quibus patet responsio ad ea, quæ tradit Garc.de benefic.d.par.6. cap.2.num.253. & seqq. & Gonzal. super reg.8. glos. 4. num.89. 96. & seqq.Procedunt enim, & ipsi loquũtur, quando non præcessit examen cum tribus examinatoribus synodalibus iuxta formam præscriptam,vel quando fuit factum ab alio Ordinario, & approbatio fuit tantummodo generalis ad parochiales, in quibus terminis versabatur casus in dicta Calaguritana de Ornillos coram bo.mem.Card.Pamphilio,vt ibi deprehenditur, non autem quando præcessit specialis approbatio ad talem parochialem præuio examine & ideo non applicantur, cum Ricciardus fuerit ab examinatoribus synodalibus rigorosè examinatus, & approbatus ad hanc eãdem parochialem,& ab eodem Ordinario,in cuius locum fuit subrogatus D.meus Pirouanus iuxta clem. Auditor de rescr.

9 Et euidens est ratio differentiæ inter vtrumque casum, quia per examen generaliter factum ad parochiales, non est plenè consultum disciplinæ christianæ, & curæ animarum alicuius certæ parochialis,fieri enim potest,quod talis parochialis exigat in suo Rectore precipuas qualitates,quę ab extraneo Ordinario examinante pro alia parochiali non potuerint excogitari, quod secus est vbi ad eamdem parochialem, & ab eodem Ordinario quis prius fuerit examinatus,& approbatus.

Neque obstat, quòd à die, quo Ricciardus fuit ab examinatoribus approbatus vsque ad diem exhibitionis literarum Apostolicarum effluxerint ferè duo menses,& vsque ad diem obtenti supradicti mandati de immittendo intercesserit quinquennium,intra quod temporis spatium potuit ipse Ricciardus mutasse mores, itaut de tempore immissionis non esset idoneus. Quoniam vltra quod imo examen sequutum fuit per dies sex post datam prouisionis Apostolicæ, in quo tempore potuit Ricciardus scire sibi gratiam fuisse

10 signatam, huiusmodi morum mutatio nullo modo probatur, & iuris præsumptio est in contrarium, ex ante actæ enim vitæ ratione assequimur, quid de sequenti vita sit præsumendum, vt tradit Marsil.in l.maritus num.34. & seqq. de quæst, Alciat.de præsumpt.reg.2. præsump.8. in princ.& Surd.in cons.245.nu.49.

Quæ omnia tanto magis DD.placuerũt,quia videbãtur magis æqua, præsertim cum agatur de substinendo mandatum iam relaxatum,& immissionem illius vigore sequutam.

11 Minus etiam dicta immissio impugnari poterat ex eo, quòd non præcesserit collatio,quia cum Rotæ Auditor tanquam subrogatus loco Ordinarij iuxta dictam clem. Auditor possit conferre immittendo in possessionem, videtur etiam prius saltem virtualiter contulisse ad Rom. in cons.337. num.3. Rot. decis.16. num.1. in fin. de concess. præb. in nou.& in his proprijs terminis idem fuit resolutum in Calaguritana beneficij de Arnedo 22.Iunij 1622.coram me, vbi plures afferuntur decisiones concordantes.

Et ita vtraque parte informante resolutum.

DECISIO LXXXII.

Barchinonen. beneficij coram R. P. D. Durano, quæ posita est supra decis.56.

R. P. D. VBALDO

Anagnina beneficij, 15.Martij 1627.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mensis Augustus est ex reseruatis in reg.8.*

2 *Et in dicta regula est decretum irritans.*

3 *Decretum irritans inficit possessioné, sed interim dum est dubium, possessor est manutenendus.*

4 *Iuspat. ecclesiasticum comprahenditur sub reg.8.*

5 *Iuspatr. laicale quando fit ecclesiasticum.*

DECISIO LXXXIII.

1 Non videtur controuersum inter partes, beneficium, de quo agitur, vacasse in mense augusti, qui est reseruatus ex regula octaua, vt firmauit Rota apud Seraf.decis.1296.num.6.& decis.700. num.2.par.1.in recent. & fuit tentū in Senen.canonicatus 15.Mar.1624 coram bo.mem. Dom. meo Vbaldo. Vnde stante hac reseruatione clara, & aperta Domini dixerunt, esse recedendum à decisione facta super manutentione ad fauorem Claudij Loccij coram bo. mem. Remboldo. Quia licèt ipse tamquam institutus ab Ordinario Anagnino ad præsentationem Fratrum S. Francisci dictæ Ciuitatis, doceat de sua anteriori possessione, quæ propterea videtur esse manutenibilis, vt in decisione, de qua agitur, tamen cum Camillus aduersarius fuerit de hoc beneficio prouisus per sedem Apostolicam, vti de reseruato per regulam octauā
2 tamquam vacante in dicto mense Augusti, & vigore istius prouisionis acceperit etiam possessionem, sequitur, vt ista possessio sit attendenda, & non sit habenda in aliqua considerationesupradicta possessio Claudij quantumuis anterior, cum ea remaneat infecta ex decreto irritanti apposito in dicta regula reseruatoria mensium, Verall. decis.325.n.2. par.1.Rot.diuers.decis.189. num.4. par.2. & in recent. decis.613.nu.7. par.1.Gonzal.ad reg.8. glos.67.nu. 29.cum seqq.Mantic.decis.40. n.8. & in terminis de beneficio iurispatronatus Ecclesiastici dixit Rot. in decis.740.num.1.p.2.in recent.

3 Nec obstare videbatur, quòd decretum irritans tunc inficiat possessionem, quando certum est illud intrare, sed donec dubium est, an intret, vel ne, interim possessor sit manutenendus ratione saltem suæ detentationis. Lancellott. de attent. par.3.cap.24.quæst.1.num.80. Rot. diuers.decis.725.num.6.par.2.in recent.Seraph.decis.1471.num.5.& 7.& dixit Rota in Hidruntina beneficij 30. Octob.1613. & in Salernitana præbendæ 10. Nouemb.1617. coram bo.me. Domino meo Vbaldo. Quia in casu, de quo agitur, dictum decretum intrare videbatur satis clarum, nam vacatio in mense reseruato, vt dixi, non controuertebatur, quòd verò beneficium, de quo agitur sub reg. 8. reseruatoria
4 mensium compræhenderetur, apparebat ex eo, quòd iuspatronatus erat Ecclesiasticum. Cassad.decis.4. sub nu.1. cum seq. de iurep.Seraph. decis.1420.num.2.Gonzal.sup.reg. 8.glos.18.num.6. Rot. in recent. d. decis.740. num.2.in fin. par.2. fœl. record.Greg.XV.dec.48.nu.4.

5 Quòd vero dictum iuspatronatus esset effectum Ecclesiasticum, quamuis antea fuisset laicale, deducebatur ex eo, quod pertinebat ad præsentationem dd.Fratrum, & Conuentus cap.1. §. fin. & ibi omnes de iurepat.in 6.Paris.cons.128. sub.num. 19.cum seqq.lib.4.Gonzal. sub reg. 8.d.glos.18. sub num.5. Rot.diuers. d.decis.740.num.2.par.2.in recent. Vnde stante claritate reseruationis comprehensionis beneficij sub reseruatione, benè procedunt superius dicta de decreto irritanti.

Et ita decisum, &c.

R.P.D.

R. P. D. NAVARRO

Pistorien. Plebaniæ. 24. Martij 1623.

SVMMARIVM.

1 *Iurispat. existentia, & pertinentia ex quibus probetur.*
2 *Iuspat. probatur per continuas, & effectuatas præsentationes.*
3 *Præsertim inter compatronos, inter quos leuiores probationes sufficiunt.*
4 *Sententia lata super statu beneficij facit ius quoad omnes.*
5 *Quasi possessio quando suffragatur.*
6 *Et quomodo probetur.*
7 *Pertinentia iurispatr. ex quibus inferatur.*
8 *Sententia in iuribus incorporalibus trahit secum executionem.*
9 *Vltimus status est attendendus, præsertim in beneficialib. num. 14.*
10 *Quasi possessio attenditur potius quam proprietas.*
11 *Existens in quasi possessione præsentandi manuteneri debet.*
12 *Incapacitas in præsentante debet probari.*
13 *Iuspatr. præsumitur hæreditarium.*
15 *Patroni sunt intelligendi secundum vltimum statum.*
16 *Paria sunt consentire, prouisioni, & præsentare.*

DECISIO LXXXIV.

Resignauerat in manibus Sanctissimi Vincentius de Spicis plebaniam S. Petri de Auiolo ad fauorē Zenobij de Spieis eius ex fratre nepotis, & de ipsa prouideri obtinuit accedente consensu medietatis modernorum patronorum cum derogatione alterius medietatis, vt in summ, Zenobij n. 1. expeditis literis, illisq. Vicario præsentatis obtinuit sententiam pro ipsarum executione, stante consensu præstito per Oratium Marchetū nomine D. Equitis Raphaelis de Medicis, & filiorum procuratorum Ioannis Vincentij, & Maynardi eius filij de Guazzalotris: qui dicebantur patroni, summ cod. n. 2. à qua sententia Philippus, & nepotes de Guazzalotris, qui dissenserant, tamquam veri patroni appellarunt eod. summario num. 8.

Causa mihi commissa dubitaui, an sentētia de partibus sit confirmāda, vel infirmanda, 1. Iulij proposito dubio Zenobio tantum informante, fuit dilata resolutio ad Kalendas, hodie reproposito, vtraque parte informante Domini pro infirmatione sententiæ responderunt.

Nō enim iustificatur gratia in eo, quòd requirit cōsensum medietatis patronorum, quia licèt de existentia & pertinentia iurispatronatus ad nobiles de Guazzalotris dubitari non possit, tum ex sententia de ann. 1461 in qua declaratur inter alia, hāc spectare ad nobiles de Guazzalotris, summ. Zenobij num. 3. quæ excedens meram 100. ann. probat Ferrett. cōs. 135. n. 1. lib. 1. Gabr. cons 146. n. 1.
1 & cons. 198. n. 4. lib. 2. Borg. dec. 11. nu. 23. p. 2. Lambert. de iurep. lib. 1. par. 2. q. 11. art. 9. Tùm ex consensu præstito de ann. 1463. ad fauorē Andreæ de Guazzalotris, & successiuè per continuas, & effectuatas præsentationes vsque in personam Vincen-
2 tij resignantis. summ. nu. 5. vsque ad 11. ex quibus sufficiētèr iuspatronatus probatur Rot. in recent. dec. 211. nu. 1. & 224. nu. 7. & 8. & 312. nu. 7. & seq. p. 1. & decis. 674. nu. 2. par. 2. præsertim inter compatronos, inter
3 quos leuiores probationes sufficiunt Cassad. dec. 1. de probat. Mātic. 244. nu. 5. Gonzal. super reg. 8. glos. 18. n. 59. Garz. de benef. par. 5. c. 9. nu. 68. Rot. decis. 526. & 533. par. 4. diuers. nouiss. & decis. 251. num. 1. par. 1. & decis. 181. nu. 2. p. 2. in recent. & fuit dictum in Pampilon. parochialis, 3. Martij 1621. coram D. Vbaldo, præcipuè pro iustificatione narratiuæ, pro qua sufficit leuior probatio. Gonzal. ad reg. 8. d. gl. 18. n. 60. & seqq.

Tamen

Tamen non constat, quòd D. Ioannes Vincentius, & Maynardus eius filius, quorum nomine fuit præstitus cōsensus sint veri patroni, vel in quasi possessione præsentandi existant, vt faciant medietatem patronorum, vt Zenobio suffragari possit. Non ex sententia de ann. 1461. quia in ea probatur iuspatronatus ad fauorem de Guazzalotris, sed non verificatur, Ioannem Vincentium, & Maynardū prædictos esse compræhensos in dicta sententia, vel descendere à cōpræhensis in ea, & cōtinuasse quasi possessionem præsentandi, qua cessante non suffragatur, nam possessio non transfertur in successorem. Mant. decis. 88. n. 5. Rot. dec. 260. nu. 4. & decis. 337. n. 3. p. 2. in recent. & coram Sanctiss. dec. 222. nu. 7. & decis. 417. nu. 7. & fuit dictum in Placent. Cappellaniæ 30. Octob. 1615. coram Reuerendiss. D. Decano, & in Lucana parochialis 7. Febr. 1620. coram D. Vbaldo, vbi quòd nec possessio patris transijt in filium, & procedit conclusio etiamsi adesset statutū, per quod possessio cōtinuatur in hæredē absq. appræhensione, quia cessat in quasi possessione præsentādi, vt tenet Rota in d. decis. 260. nu. 4. par. 2. In recent. reprobando decisionē Caputaq. 311. eo magis, quòd datur vna præsentatio facta à Philippo tantum de anno 1552. summ. Philippi n. 8. & eadem responsio applicatur alijs sententijs del 1573. & 1603. eodem summario num. 11. & 17. quia in ipsis non legitur Ioannes Vincentius, & Maynardus, vt non rectè legebatur in summario Zenobij in sententia del 1603 registrata in processu primæ instantiæ fol. 69.

Prout neque obstare videtur fides communitatis Praten. ac Terræ Lauri, & arbor descendētiæ, ac literæ Iacobi, quia præterquam non sunt de actis, prout fuit corā me decisum dicebatur quousque contrarium probari potest, non esse attendendas respectu quasi possessionis, in qua Philippus, & alij reperiuntur, prout in simili fuit dictum coram me in Nullius, seu Spoletana beneficij Lunæ 20. Martij 1623.

Philippus verò, & consortes habent quasi possessionem cum canonizatione iurispatronatus per sententiam ad fauorē Iacobi, fratris, & filiorum, qui nunc sunt in causa cum quadam muliere D. Libera, post cuius obitum consolidatur totum iuspatronatus in Iacobum, & eius filios, quæ sententia lata de anno 1590. transiuit in iudicatum, & fuit declaratum, executioni demandandam, summ. Philippi nu. 2. & fuit intimata Rectoribus quamplurium Ecclesiarum contentarum in dicta sententia, & in specie Vincentio Rectori Ecclesiæ, de qua agitur, vt recognoscerent in patronos dictos Iacobum, fratrē, & filios, summ. Philippi n. 3. & 4. quæ sententia tanquam lata super statu

4 beneficij facit ius quoad omnes, Acchill. decis. 5. de sent. & re iudic. Mantic. dec. 35. num. 6. Seraph. dec. 1141 num. 8. & executioni demandata in vacationibus aliarum Ecclesiarum in ea contentarum, ad quas Philippus, & consortes præsentarūt, summ. Philippi nu. 5. & seq. quæ quasi pos-

5 sessio suffragatur etiam respectu huius de Auiolo, cum omnes vnica sententia determinentur Molin. de Hispan. lib. 2. c. 6. n. 17. Surd. cons. 323. n. 44. Rot. dec. 17. n. 1. & 2. p. 2. diu. & vno, & eodem iure censeri debent l. cū hoc iure, ff. de vulg. & pup. Rot. d. dec. 17. n. 8. vers. qm respondetur.

Accedit, quòd respectu huius plebaniæ Philippus, & consortes reperiuntur in quasi possessione, dū obtinuerunt in vim d. sententiæ de mandato iudicis apponi insignia familiæ

6 ipsorum tāquam patronorū, ex quo, & iurispatronatus quasi possessio

6 probatur, quia fuit deuentum ad factū, ex quo acquiritur quasi possessio, Acchil. dec. 5. de cau. poss. & propr. Caputaq. dec. 420. n. 3. p. 2. cū ex ijs soleat inferri ad iurisp. pertinentiam

tiam Rot. in recent.decis.13.nu.3.&
7 dec.518.n.5.p.1.Vltra quod in ijs iu
8 bus incorporalibus sententia trahit secum executionem absque alio facto hominis.Innoc.in c.cum nostris. col.penult. & ibi Card. quæst.22. & Butr. nu.19. de concess. præb. in 6. & ideo cum pro Philippo, & alijs consortibus stet vltimus status canonizatus in dicta sententia anni 1590. & actus præsentandi in alijs plebanijs in eadem sententia contentis,non videtur posse dubitari ad
9 ipsos recurrendum esse pro consensu in gratia requisito,etiamsi constaret de anteriori statu, & de iure præsentandi authorum Ioannis Vincentij ad text. in cap. querelam. de elect. cap.consultationibus. de iurepatr. & cap.olim.de caus.poss.& propr. Rot. dec.229.nu.1. & 2.par.1. in recent. & coram Sanctiss. dec. 77. Attendi-
10 tur enim quasi possessio potius quã ipsa proprietas. Innoc.in cap.literis. de restit.spol. Abb. in d.cap.consultationibus.de iurepat. & fuit dictum in allegata Lucana Parochialis. 3. Decembris. 1618. coram Illustriss. Cardinali Sacrato. & in eadem 7.Feb.1620. coram D.meo Vbaldo.

Nec obstat, quòd Iacobus descẽdat à Bertoldo filio spurio cuiusdam alterius Iacobi incapacis iurispatronatus. Rocch.de iurepat.verb. competens.nu.13. & coram Litra in Ianuen. iurispatronatus. 30. Ianuarij. 1606. cum alijs ab eo allegatis,quia
11 sufficit, quòd sit in quasi possessione præsentandi ad effectum, vt præsumatur habilis,& interim manutenẽri debeat, vt sæpissimè firmauit Rota, & fuit dictum in dicta Lucana coram Ill.Sacrato,& D.meo Vbaldo.
12 Nec impedimentum est prædicta incapacitas Iacobo præsentãdi quousque doceatur Bertoldum fuisse spurium, & iuspatronatus gentilitiũ. Gratian. discept.forens.218. nu.13. & discept.521.nu.34.Rot.in recent. dec.126. vbi receditur ab allegata decisione coram Litta. & dec. 521. num. 9. maximè quod de spurietate non constat, sed potius de naturalitate ex supplicatione Magno Duci Etruriæ porrecta, summario Zenobij
13 nu.22. nec quòd iuspatronatus sit gentilitium,quia potius præsumitur hæreditarium. Rota dec.707.nu.8. par.1.& dec.482.nu.7.p.2.in recen. & ita confirmatur in proposito, ex quo supradicta mulier Libera fuit admissa ad præsentandum, summar. nu.6. & 11.
14 Denique cum pro Philippo, & consortibus sit vltimus status, qui in beneficialibus semper attenditur. Gonzal.ad reg.8. glos.45.§.2.n.14. Rota dec.2. nu.2. de præb. in nouis. & dec.188.nu.1.p.2.in recent. cum alijs in Neocastreñ Parochialis. 18. Aprilis.1622.coram me, non potest firmari patronorum consensum interuenisse cum ex illis, qui secundũ vltimum statum reperiũtur patroni, nempè Philippus, & consortes,vt ex supra relatis, nullus consenserit, & Papæ relatum fuit adfuisse consen-
15 sum medietatis patronorum; intellexit de ijs, ad quos iuspatronatus pro tempore spectabat, qui sunt intelligendi secundum vltimum statũ, & rem iudicatam, ad tradita per Ferret.dict.cons.135.nu.6.Mandos. cons.7.nu.17.iuxtà cap.decernimus. 16.quæst.7.Felin. in c. cum Bertoldus. nu.8.de sent. & re iudic. quia paria sunt consentire prouisioni, & præsentare. Abb.in cap.1. de relig. dom.nu.6.& cons.54 nu.3.vers.pro hoc etiam facit.lib.1. Gabriel. cons. 192.nu.10.lib.2. & reiecta opinione Decij contrarium sentientis in cons. 149.num.4.tenuit Rota coram Mohed. dec.10. nu.3. & 4. de iurepatr. Put.dec.301.lib.2. Crescent.dec.2. de iurepar. & in recent.dec.195.nu. 3.par.1. & coram Sanctiss. dec.349. nu.2. & decis.417. nu.1. & sic cum ad Philippum, & consortes spectet iuspatronatus per quasi possessionem ex supra relatis, gratia nec vtique iustificata reperitur, neque in

o valore

valore expresso, neque in idoneitate Zenobij.

Et ita decisum fuit, &c.

Et in eadem coram eodem. 12. Iunij. 1623.

SVMMARIVM.

1 *Confessio sufficit in confitentis praiudicium.*

2 *Sententia lata super statu facit ius quoad omnes.*

3 *Ius super iurepatr. quæritur per sententiam, & tollitur alijs quasi possessio.*

4 *Quasi possessio confirmatur ex præsentationibus effectuatis.*

5 *Patronorum numerus augeri nequit in aliorum præiudicium.*

6 *Quasi possessio compatrono præseruatur per præsentationem alterius patroni.*

7 *Et quæ præseruatio ex quibus tollatur.*

DECISIO LXXXV.

Placuit Dominis decisio in hac causa facta sub 24. Martij præteriti, qua fuit resolutum Sententiam Vicarij Pistorien. esse reuocandam; deficit namq. consensus medietatis patronorum in literis Apostolicis requisitus, quia adhuc non docetur, Mainardum, cuius nomine reperitur præstitus consensus esse de Guazzallottis, ad quos pertinet iuspatronatus, minusq. probetur esse in quasi possessione præsentandi, vel descendere ab ijs, qui præsentarunt concursu Philippi. & aliorum, & per consequens non posse constituere medietatem patronorum, ex allegatis in decisione.

Cui non obstant epistolæ missiuæ Iacobi scriptæ de anno 1585. & 1589. in quibus requirit Ioannem Vincentium patrem Mainardi, vt sibi transmittat mandatum procuræ, cum quo intendebat recuperare eorum iura, & actiones iuris huius patronatus, summario nu. 1. & 2. nunc
1 ad fauorem Zenobij dato, & sic ex confessione partis videbatur satis constare de bono iure ipsorum, quæ sufficit in præiudicium confitentis. Rota dec. 452. nu. 2. coram Sanctiss. Garz. de benefic. par. 12. cap. 20. nu. 276. vsque ad 279. & dec. 697. n. 2. p. 1. in recent. cum alijs, quia fuit dictum, literas prædictas esse dubitarias, non in forma probanti; prætere a fuisse controuersum per Pacinum prædictos Ioannem Vincentiũ, & Mainardum non esse de familia de Guazzallottis, & sic Iacobus declarauit in epistola de anno 1602. velle suis proprijs iuribus vti contrà omnes, eodem summario nu. 2. defendendo iuspatronatus ad se, fratrem, & filios solummodo pertinere, ad quorum fauorem lata fuit sententia de anno 1590. quæ fuit pronunciatum post mortem cuiusdam Liberæ totum iuspatronatus spectare ad ipsum Iacobum, eiusq. filios, & fratrem, summario Philippi num. 2.
2 quæ sententia transiuit in iudicatũ, & tamquam lata super statu facit ius quoad omnes. Achill. dec. 5. de sent. & re iud. Mant. dec. 35. n. 6. Scraph. dec. 1141. num. 8. Rota coram Sanctiss. decis. 436. num. 9. & in specie,
3 quòd per sententiam adiudicatoriã iurispatronatus, sic quæratur ius auctori, quod tollatur quasi possessio alijs. Calder. cons. 3. in fin. de caus. poss. & prop. Ferret. cons. 135. nu. 3. Gabr. cons. 192. nu. 7. lib. 2. Rota in recent. decis. 402. nu. 5. par. 1. quæ
4 quasi possessio in proposito confirmatur ex præsentationibus effectuatis, de alijs beneficijs in eadem sententia comprærhensis, summario nu. 3. & 4. Surd. cons. 323. Molin. de Hispan. primog. cap. 6. nu. 17. lib. 2. Rota dec. 17. nu. 1. & 2. p. 2. diuers. adden. ad decis. Sanctiss. 557. nu. 6. vsque ad 10.

Quinimò si literæ missiuæ recognitæ fuissent etiam in actis authenticæ, ex quibus desumitur confessio

Iacobi,

Iacobi, haud essent præiudicio Philippo, & alijs litis consortibus, qui non ex persona Iacobi auctoris literarum, sed proprio nomine prosecuti litem fuerunt compræhensi in sen-
5 tentia, & in quasi possessione præsentandi, quo fit, vt nec Iacobi confessione potuit augeri numerus patronorum in aliorum præiudicium. Abb. in c. cum ecclesia sutrina. nu. 23. & 43. vers. item si esset, de caus. poss. & prop. Lambert. de iurep. art. 17. quæst. 3. nu. 12. p. 2.

Nec refragatur mandatum procuræ factum de anno 1581. in personam Bertholdi aui istorum de Guazzallottis, qui sunt in quasi possessione præsentandi, quasi eo vsus fuerit nomine Scipionis, & Ioannis Vincentij fratrum, quia non apparet habuisse effectum, quinimò contrarium desumitur ex ijs, quæ continentur in literis Iacobi, qui aliud mandatum petierat, summario n. 2. quod etiam non fuit acceptatum respectu ecclesiarum in sententia contentarum.

6 Cessant propterea, quæ dicebantur, quòd per præsentationem vnius ex patronis præseruatur quasi possessio alteri compatrono, quæ iuris conclusio procedit, quando ambo sunt patroni, constando de pertinentia, vt licet colligere ex Doctoribus supra allegatis, & decisione Sanctiss. 452. nu. 6. & compatronus præsentat, quod nec vtique in hoc casu dicendum, quia nec Ioannes Vincentius, nec Mainardus præsentarunt, nec ius ipsis ex aliorum præsentatione præseruatum dicendum, quibus nullum competere comprobatū relinquitur. Accedentibus etiā præsentationibus de anno 1552. & 1553. factis à Philippo Antonij, vt vnico patrono, summ. nu. 8. ac aliâ facta de anno 1601. ad Plebē Sancti Hippolyti compræhensam in sententia, quæ fuit effectuata, alia præsentatione Mainardi iudicialiter reie-
7 cta, summ. nu. 5. Ex quibus præseruatio tollitur Abb. cons. 54. num. 3. vers. nam vbicumque. lib. 1. Lamber. lib. 2. par. 1. quæst. 3. art. 16. num. 8. Rot. dec. 229. nu. 5. p. 1. in nou.

Denique minus releuare consensum nomine Mainardi, præstitū per Horatium Marchettum procuratorem ab Equite Raphaele substitutū fuisse. Primò, quia de tali substitutione non constat; Secundò, quia facultas substituendi in mandato Equitis non legitur, vt in summario dato pro Zenobio in præterita positione nu. 12. Quibus accedit, nec iustificata gratia, nec ad valorem, nec ad idoneitatem Zenobij, vt etiā fuit dictum in alia decisione, quam vnanimi consensu Domini confirmarunt, vtraque parte informante.

R. P. D. DVRANO.

Ianuen. Parochialis S. Andreæ.
19. Aprilis. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio nominandi vicarium ecclesiæ parochialis ex quibus probetur.*

2 *Nominatio vicarij in ecclesia regulari ad regulares pertinet.*

3 *Ecclesia quando compræhendatur appellatione monasterij.*

4 *Dominium ecclesiæ esse monasterij quomodo probetur.*

5 *Iuris resistentia quando manutentionem impediat.*

6 *Enunciatiuæ vicarij quando non creditur de præsentatione factâ.*

7 *Narratiua vicarij probat quasi possessionem præsentandi.*

8 *Vicarius præsentationem admittit, & institutionem concedit.*

9 *Vicario attestanti despectantibus ad suum officium plenè creditur.*

10 *Vicario attestanti de examine quando non credatur.*

11 *Actus enuncialus in instrumento per verba temporis præteriti præsumitur gestus tempore instrumenti.*

DECISIO LXXXVI.

DIe 13. Martij anni praeteriti fuit decisum constare de bono iure Monialium ad effectum, vt debeant manuteneri in quasi possessione nominandi Vicarium ecclesię parochialis S. Andreae de Porta ciuitatis Ianueñ: sed quia Illustriss. D. Archiepiscopus obtinuit iterū audiri; fuit propterea ꝑ quatuor vices caussa proposita super ijsdem, & vtrinque acriter controuersa, & per Dominos maturè examinata, & tandem hodie resoluta ad fauorem Monialium, quo fit, vt haec secunda decisio maiori etiam egeat discussione.

1 Resolutio fuit fundata in tribus nominationibus Monialium continuatis, & effectum sortitis. Prima de anno 1554. secunda de anno 1573. & vltima de anno 1594. & tamen sufficit vna. Ripa in cap. cum ecclesia, nu. 53. de caus. poss. & prop. Roman. cons. 311. in fin. Rota dec. 17. nu. 1. p. 2. diuers. & in Illerdeñ Parochialis 13. Iunij. 1558. coram Caputaq. Gonzal. super reg. 8. glo. 45. §. 2. n. 29. & latè Garz. de benef. p. 5. c. 5. nu. 59. & eo magis dicebant Domini constare de bono iure Monialium, quia ius non videtur assistere D. Archiepiscopo, sed Monialibus: Cum

2 enim agatur de propria earum ecclesia,

clesia, & sic de ecclesia regulari, ius
nominandi vicarium ad eas de iure
spectat.c.1.de Capel.Monach.Côc.
Trid, sess.25. de Regul. c.11. & pro
eisdem Monialibus censuit, sunt iam
plures anni, Sacra Concilij Congre-
gatio. Nec hoc mirum videtur, quia
etiam cura animarum seculariū po-
test penes illas residere, per aliū ta-
men exercenda. Felin. in c.cum ve-
nerabilis.nu.36.de excep. Rota dec.
21.in fin. de præb. in antiq.

Nec placuit prætensio D. Archi-
episcopi, quod d. ecclesia non fuit
Monialium, nec consequenter regu-
laris, & sic non intrare text.in d.c.1.
de Capell.Monach. quia non agitur
de ecclesia separata, & distincta à
monasterio: sed de ecclesia ipsius
monasterij, quod aliam, quàm istam
3 non habet ecclesiam, quæ ideò est
eiusdem pars integralis; itaut appel-
latione monasterij etiam ecclesia
comprehendatur.glo.in c.1.in verb.
exempto. vbi communiter DD. de
priuil.in 6. Vnde cum hoc monaste-
rium sit regulare, ecclesia etiam est
regularis, quia clarum est, quòd mo-
nasteria non dantur sine ecclesijs v-
ltra quòd ad effectum manutentionis
4 sufficit probare, dominium ecclesiæ
esse monasterij ex sola possessione,
dum illud deducitur incidēter. Bart.
in l.quidam in suo. nu.4.ff.de cond.
instir. Calder.cons.23.de præbend.

De possessione autem monialium
non est dubitandum, cum sit noto-
ria: & probetur in actis, quòd primi-
tus hoc monasterium erat Ordinis
S. Benedicti, quia autem erat adeò
destitutum, vt in eo vix degerent
quinque Moniales, in vim specialis
rescripti Apostolici, & instante Se-
natu Ianuen. fuerunt in illud de an-
no 1509. translatæ Priorissa, & Mo-
niales S. Margaritæ Ordinis D. Au-
gustini, & fuit illis tradita possessio
tàm Conuentus, quàm ecclesię, nec-
non consignatæ cum inuentario sa-
cræ suppellectiles, nempè taberna-
culum pro custodia sanctissimi Sa-
cramenti, Vas Chrismatis, liber Bap-
tizatorum, & alia huius generis ad
vsum, & curam Sacramentorū perti-
nentia. Quæ consignatio non fuisset
illis facta; sed vero Parocho, nisi ad
eas cura animarum habitu spectaret.
Quibus accedunt Visitatio Aposto-
lica de anno 1582. & plures enun-
ciatiuæ Archiepiscoporum in actu
visitationis, in quibus hæc ecclesia
dicitur, & nominatur ecclesia Mo-
nialium S. Andreæ.

Et in omnem casum etiamsi Mo-
nialibus ius non assisteret, sed resi-
steret, adhuc eis esset danda manu-
5 tentio, quia iuris resistentia eam nō
impedit, nisi sit vehemens, & ineui-
tabilis. Innoc.in c.cum venissent.n.3.
vers. illud obtinet. de rest. in integr.
Couar.pract.quæst.c.16.nu.6. Rota
apud Greg.XV. decis. 370. Qualis
hæc non esset, sed dubia, & turbida,
ac illi multum detraheretur, tàm ex
quo Moniales auctoritate apostolica
adeptæ fuerunt possessionem eccle-
siæ, & rerum ad curam spectantium
de manu executorum, quàm ex lon-
gæua, & temporis cōsiderabilis pos-
sessione nominandi vicarium, Quo
casu iuris resistentia non impedit
manutentionem. Abb.in c.1.nu.8. vt
lit.pend. Lancell.de attent. 2.p.c.4.
declar.4.n.6. Rota dec.595.n.4.p.1.
diuers. & dec.685.nu.3.p.1.recent.

Quare tota difficultas posita in eo
fuit, quis cœptæ litis tempore possi-
deret. Quæ ad duo præcipuè capita
separatim discutiēda reducitur. Pri-
mum est, an prædictæ tres præsenta-
tiones Monialium sint releuantes,
itaut eis suffragentur ad effectum, de
quo agitur. Secundum quatenus sic,
An illæ semper vsque ad tempus li-
tis motæ fuerint in eodem statu; An
verò de anno 1609. quo vacauit
hæc ecclesia per obitum Facciotti
per eas nominati in tertia nomina-
tione amiserint possessionē; itaut d.
tempore litis motę iam desierint pos
sidere; Dominus verò Archiepisco-
pus possessionem acquisitus fuerit.

Quoad primũ de releuantia prædictarum trium præsentationum voluerunt Domini maioris claritatis causa eas sigillatim examinare. Prima de anno 1554. de persona Lazari de Cassana inexuperabilis visa fuit ad fauorem Monialium, ex quo fuit effectuata, dum idem Lazarus fuit per Vicarium Archiepiscopi Ianuen deputatus cũ narratiua, quòd illum deputabat ad præsentationem Monialium. c. cum ecclesia sutrina. de caus.poss. & prop. Seraph. decis. 1411. nu. 2. & fuit sæpius decisum.

6 Neque obstat, quòd de hac præsentatione non constet, nisi per simplicem enunciatiuã Vicarij Domini Archiepiscopi, cui non creditur de præsẽtatione facta. Mascard. de probat. to. 2. concl. 958. n. 28. Caputaq. dec. 238. p. 2. quia imò eius narratiua probat quasi possessionem præ-
7 sentandi, vt in puncto Put. dec. 167. lib. 1. in nou. impress. & ratio est, quia admittere præsentationem, & cócedere institutionem spectat ad Vicarium iure proprio ratione sui officij,
8 ac ex sua ordinaria iurisdictione sine alio speciali mandato. cap. ex frequentibus extra de instit. & ibi glo. & in c. fin. de offic. Vic. in 6. Rocch. de iurep. verb. competens. quæst. 31. Couar. lib. 3. var. c. 20. nu. 7. Garz. de benef. p. 5. c. 8. nu. 85. cum seq. Vicario autem attestanti de spectantibus
9 ad eius officium plenè creditur. Rota dec. 313. p. 1. recent. Non minus quã Episcopo, quia militant in eo omnes rationes, quas in Episcopo attendit Rota dec. 11. de iurepatr. in nou. & apud Caputaq. dec. 87. p. 3.

Nec contrarium probat, d. decis. Caputaq. 538. p. 2. Quia vltra quòd nulla ibi fit mentio de effectuatione, qua sequuta, & non aliter intrat cóclusio nuper firmata, & d. dec. Putei non impugnat Caputaq. d. concl. ex defectu potestatis Vicarij: sed quia in casu illius decisionis non attestabatur Vicarius de præsentatione facta coram ipso, vt in casu nostro; sed corã alio, nempè corã Episcopo, cui propterea non creditur, prout distin xit Rota in Iacen. pensionis. 16. Decemb. 1591. coram Card. Pamphil. Mascard. verò loco cit. & decis. Rotæ per eum ibi allegatæ loquuntur in simplici enunciatiua Vicarij de iurepat. cui non est standum in præiudicium Episcopi; non autem quando, vt hic attestatur de actu coram se gesto ratione sui officij.

Non obstat etiam, quòd d. enunciatiua Vicarij fuerit de actu de præterito, dùm Vicarius non enunciat, Lazarũ tempore deputationis fuisse per Moniales nominatum; sed nominationem fuisse antea factam ex illis verbis, ibi, fuisse præsentatum coram nobis, & rursus ibi, & habita prius per nos iuridica informatione de eius sufficientia. Quæ informatio videtur necessariò capta post nominationẽ, & multò magis deputatio inde secuta, quo casu nec ipsi Episcopo attestanti in actu institutionis credendũ est de aliquo actu de præterito, nisi quatenus vno, eodemq. tẽpore coram eo, & per eũ facta existant. Rot. dec. 16. de prob. in antiq. Cresc. dec. 13. de prob. & Put. dec. 374. lib. 1. & Rota in Portugallien. Vicariæ apud Garz. p. 8. c. 4. nu. 45. & in Vicen. beneficij. 11. Decemb. 1619. corã bo.
10 me. Vbaldo. & quòd Vicario attestãti de examine nõ credatur, dixit Rota in Placeñ. Parochial. 14. Iun. 1619 corã Illustriss. Patriarcha Mãzanedo
11 Quia respõdetur, quòd imò iuxta doctrinam Bart. in l. post dotẽ. n. 21. ff. sol. matr. actus enũciatus in aliquo instrumento per verba importantia tẽpus preteritũ præsumitur tempore instrumenti gestus, si potuit eo tempore heri, itaut preteritũ non intelligatur ex interuallo; sed incontinenti, aut de modica præteritione, prout passim Notarij in instrumẽtis sic asserũt; dedit, vendidit, & tradidit, quæ sunt verba præteriti tẽporis, & tamẽ intelliguntur de eodem tempore cõfecti instrumenti. ex Bart. vbi supra, cuius

cuius doctrina est communiter recepta, Iaf.ibidem num. 85. Alciat. de præsumpt. reg.3.præsumpt.35.nu.3. Menoch.præsumpt. 18.lib.3.& conf. 97.num.68. Barbos. in d.l. post dotem num.26.& Cenc. de Cens. p. 2. cap.1.quæst.1.num.9. Vnde etiam attestatio Vicarij de præsentatione monialium, & examine præsentati per verba de præterito debet eodem modo intelligi: cũ præsentatio, examen & deputatio bene potuerint vnica hora,& contextu expediri. Et tanto magis,quia stante iuris assistẽtia pro monialibus deputatio Vicarij verisimiliter præsupponit nomi-
12 nationem illarum, & examen præsentati, & ideò ex solo actu institutionis præsumuntur præcessisse, Rota decis.11.de iurep. in nouis. Nec aduersantur decis.16.de probat.in antip. & decisiones Crescent. & Put. allegatæ, quia loquũtur in casu quãdo Episcopus in literis asserit, quòd contulit beneficium vacans per resignationem in eius manibus factam, & per eum admissam,cui meritò non creditur propter præsumptionem antidatæ in præiudicium Tertij, nempè prouisi Apostolici, aut resignantis; nam aliter esset in facultate Ordinariorũ priuare beneficiatos suæ Diœcesis, asserendo eos in eius manibus resignasse, quo fit, vt multo minus eius Vicario in hoc credatur. Decisio verò Portugallien. non applicatur, dum dicit, quòd non creditur Episcopo,qui in erectione cuiusdam Vicariæ asseruit parochialem fuisse vnitam Monasterio,& sic de actu de præterito, qui coram eo vnico contextu fieri non potuit, Garz. vbi sup. num.26.

Minus releuãt decisiones Vicen. beneficij, & Placentina parochialis supra etiam allegatæ,quia in illa Vicen. Vicarius non attestabatur de actu de recenti, & coram se facto, & qui debebat necessariò præcedere pro fundamento actus gesti, sed de actu de præterito facto coram Episcopo cum relatione ad quoddam instrumentum, de quo non constabat, quodque potuit, Vicario absente,coram quocumque Notario celebrari,cum tamen in casu nostro præsentatio monialium de persona Lazari debuit fieri,vel exhiberi coram ipsomet Vicario instituente, in decisione verò Placentina erat solum simplex Vicarij fides, quæ non facit fidem, Mantic.decis.51.num.6. Se-
13 raph.decis.128.num.1. & attestabatur de examine, & reprobatione, & sic de actu de præterito coram alijs gesto, & in præiudicium tertij,cuius assertioni ideo non fuit habita fides.

14 Nec etiam officit, si dicatur,quòd Vicarius in casu nostro attestatur de præsentatione monialium in præiudicium tertij, scilicet D. Archiepiscopi, quia cum ipsi vnum, & idem constituant Tribunal, factum vnius reputatur factum alterius, itaut D. Archiepiscopus non possit dici tertius respectu sui proprij Vicarij in his, quæ competunt Vicario ex natura Vicariatus, prout competit in-
15 stitutio, sicut in simili scientia Officialis dicitur scientia Domini, eique præiudicat, quando ille in actu interuenit vti Officialis, & scientia prouenit ex actu ad ipsum,aut Dominum spectan. Bart.in l.si publicanus, §.in omnibus,de publican.Alex.cõs. 6.num.8.lib.1.Rota decis.507. p.1. recent. Idcirco creditur Vicario in
16 præiudicium Episcopi de omnibus narratis in instrumento institutionis, quando illa, vt hìc, eodem tempore, & momento interuenerunt,vt latè Crescent.decis.1.de off.vic. nu.5. cum seqq. Vbi etiã, quòd pro actus validitate præsumuntur eodem momento facta.

Nõ obstat præterea, quòd moniales prætendunt esse in quasi possessione præsentandi Vicarium ad nutum earum amouibilem, cum tamẽ Lazarus non fuerit deputatus ad nutum, nec Vicarius enunciet istam qualitatem, sed solùm simplicẽ præsenta-

sentationem; etenim respondetur, quòd nec etiam enunciat, quòd deputatio fuerit facta in perpetuum, vnde præsumitur temporalis iuxta
17 naturam suam, & iuris dispositionē, qua attēta in Ecclesia regulari, qualis est hæc monialium, deputatur Vicarius temporalis, d. cap. 1. de Cappel. monach. & ex constit. Pij V. super Vicarijs ædita, Gonzal. glos. 5. §. 6. num. 7. Et quando ex hoc, aut alio ex supradictis obiectis præsentatio Lazari pateretur difficultatem, tamen quia fuit effectuata, fuit ex ea acquisita monialibus quasi possessio in præiudicium D. Archiepiscopi, Put. decis. 183. lib. 1. nouiss. Etiam quòd effectuatio sequuta fuerit ex
18 institutione nulliter facta per eius Vicarium, vt dixit Rota in vna Bracharen. coram Achille de ann. 1555 quam refert, & sequitur Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 104.

Demùm non obstat, quòd dicebatur, scripturam de anno 1554. per quam probatur hæc præsentatio Lazari, non esse in forma probanti, vti exemplum extractum à Notario Actuario Episcopi Sauonen. ab altero exemplo per Antonium Roccataliatam desumpto ex prothocollo cuiusdam Hieronymi Roccataliatæ eius Antecessoris in officio, quæ propte-
19 rea tanquam sumptum de sumpto fidem non facit: Ant. August. in epit. tit. de exemp. num. 4. Put. dec. 152.
19 lib. 3. & Rota par. 2. recent. dec. 297. Quia fuit benè responsum, quòd ad hunc effectum sufficit obseruantia
20 contentorum in dicta scriptura ex vacatione per obitum Lazari à monialibus electi, cum alijs pluribus adminiculis, quæ hic concurrunt, Bald. cons. 400. num. 5. lib. 4. Corn. 101. num. 4. & cons. 158. num. 1. & 2. Rota in recent. decis. 472. nu. 3. p. 1. & decis. 18. num. 1. par. 3.
21 Et cessat penitus difficultas, quia fuit mihi datum, & Dominis in Rota ostensum instrumentum dictæ præsentationis, quod fuit ordinatum poni in actis, non ab exemplo, sed ex protocollo Hieronymi de eo rogati, extractum per dictum Antoniū eius in officio successorem, quod est illud idem, quod fuit productum coram Episcopo Sauonen. citata parte, quæ nihil opposuit, quod ideo fidem facit, Bart. in l. 1. §. si quis, ff. de bon. poss. secundum tab. Achill. decis. 2. num. 7. de offic. delegat. Rot. decis. 27. num. 1. & 581. num. 4. p. 2. recent. Nec dubitarunt Domini de notariatu Antonij, quamuis ille non se enunciet Notarium, quia in
22 fine suæ subscriptionis adest dictio, &c. quæ compræhendit d. qualitatē, Zabarell. cons. 132. nu. 1. in fin. vers. aliter. Et præsertim accedente legalitate Vicarij D. Archiepiscopi attestantis de notariatu tam Antonij, quā Hieronymi eius prædecessoris.
23 Secunda nominatio facta legitur de anno 1573. de persona Bartholomæi Scaniliæ per obitum supradicti Lazari, cuius effectuatio videtur etiā non posse controuerti, quamuis non constet de formali institutione. Primo, quia cum monialibus ius assistat & dicta nominatio probetur per eas facta, eo ipso, quòd Scanilia nominatus cum effectu tamquam Vicarius postea curam exercuit, & non constat de alia deputatione D. Archiepiscopi, nec de alio titulo, præsumptio est, quòd possedit vigore præsentationis, quæ de iure fieri debuit & sic huius præsentationis monialiū, vt dixit Rota in dicta Vicen. beneficij 11. Decembris 1619. coram bo. mem. Vbaldo. Secundo quia Scanilia fuit præsentatus per obitum Lazari, qui fuerat institutus ad præsen
24 rationem monialium, post cuius obitum incontinenti possedit Scanilia, quo defuncto fuit etiam per moniales electus Bartholomæus Facciottus, qui etiam possedit; vnde bene probatur effectuatio iuxta cons. Oldrad. 229. sæpiùs per Rotam canonizatum, Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1. quæst. 10. art. 7. Rota decis.

545.

Digitized by Google

545. num. 2. & decis. 598. num. 9. par. 1. diuers. & fuit dictum in decis. in hac causa facta coram me. versic. Quia in primis; quòd vero vacatio obtigerit per mortem Scaniliæ, asseritur in requisitione, seu præcepto tunc Archiepiscopi monialibus facto de anno 1594. & de hoc numquam fuit dubitatum. Tertio,& tandem tollit omne dubium Visitatio Apostolica de anno 1582. vbi fit mentio, & claris verbis adnotatur, quòd Scanilia, qui tunc erat Vicarius d. Ecclesiæ fuit institutus ad no-
25 minationem monialium, ex visitatione autem bene cõprobantur præsentario,& institurio, Caputaq. dec. 158. par. 2. Rota decis. 573. num. 4. par. 2. recent.

Neque obstat, quod hæc præsentatio Scaniliæ facta fuerit ad crates Monasterij, quia ex quo præsentationis instrumentum fuit factum in loco solito, & vbi debuit fieri, non excluditur, quin illud potuerit coram Ordinario exhiberi, & obtineri ab eo institutio, prout præsumitur ex supradictis eo ipso, quòd de alio titulo non constat, & quia ex possessione monialium de præterito vigore nominationis, & deputationis de anno 1554. præsumitur eas suam continuasse possessionem in futuram,
26 dum illa non probatur amissa, glos. Bal. & alij in l. siue possid. C. de probat. Menoch. præsumpt. 64. lib. 6. per tot. & in puncto Rota in Fanen. beneficij 11. Decemb. 1620. coram R. P. D. meo Pirouano.

Nec eriã releuare visum fuit, quòd Visitator Apostolicus in dicta visitatione dixerit, quòd Scanilia habebat curam animarũ ab ann. 1573. sub die 29. Ianuarij,& tamen præsentatio monialium facta legitur 31. eiusdem mẽsis,& anni, & ideo quòd institutio Scaniliæ non potuit esse facta ad monialium nominationem subsecutam biduo post dictam institutionem, sed liberè ab Ordinario. Quia vltra quòd cessat omne dubiũ ex eodem instrumento nominationis, ex quo clarè colligitur, quòd Scanilia fuit bis per moniales nominatus. Primò statim post obitum Lazari,& postea d. die 31. Ianuarij, quę reiteratio eo magis, ac magis denotat enixum animum monialium continuandi possessionem, Domini vlterius aduertebant, Visitatorem non asseruisse Scaniliam fuisse prouisum d. e 29. Ianuarij, sed postquam dixit, curã istius Ecclesiæ exerceri per Capellanum ad nutũ monialium amouibilem, qui tunc erat Barth. Scanilia, subdit, quòd ille habebat curam animarum a die 29. Ianuarij præuia approbatione Examinatorum synodalium, quæ admissio, seu approbatio generica ad animarum curam, non infert ad institutionem, seu prouisionem istius Ecclesiæ, sub illamet die, alioquin Visitator asseruisset de directo contrarium; cum tamen semper sit decreto res temperanda, ac
27 ita interpretanda, vt dispositio non mereatur a sapiente reprehendi, l. Saluius Arist. ff. de leg. pręstan. Paris. cons. 3. num. 23. & seq. lib. 3. Vnde admisso Scaniliæ ad curam, de qua meminit Visitator, intelligi debet, quòd ille præcedenter fecit se approbare generaliter, vt facilius moniales alliceret ad illum præsentandum, prout biduo post fuit per eas præsentatus,& sic præsumi, quòd successiuè fuit etiam institutus. Hoc enim verisimili temperamento ad concordiã reducuntur verba Visitationis ad notat. per glos. in l. si negociũ verb. gestorum, C. de neg. gest. Et saluatur ius competens monialibus tam de iure, quàm ex quasi possessione præsentandi, in qua erant.

Postremò non obstat deputatio cuiusdam Figarolij de anno 1588. pro exercenda cura d. Ecclesiæ, ex ea enim nihil monialibus deperit, nec D. Archiepiscopo fuit aliquod ius acquisitum, quia vt dicitur in decisione in hac causa facta, ille fuit deputatus in V. Curatum loco Scaniliæ

niliæ de eius consensu, & ex libro mattimoniorum apparet, quòd Scanilia, tam ante, quàm post d. deputationem exercuit vti Curatus d. curam, & Figatolius ibidem vocatur simplex presbyter, & remouetur om nis scrupulus, quia postea de anno 1594. vacauit hæc Vicaria per obitum Scaniliæ, non autem Figarolij. Nec dubitari potest, quin viuente adhuc Scanilia potuerit de eius con sensu fieri per Ordinarium dicta deputatio V. Curati etiam sine consen-
28 su monialium, Feder. de sen. consf.95 num. 3. vers. item super eo, quod quæritur.

Tertia monialium præsentatio fuit de anno 1594. per obitum supradicti Scaniliæ in personam Barth. Facciotti etiam ad crates electi, & D. Vi-
29 cario per earum procuratores præsentati, ac per eum admissi, si & inquantum, cuius effectuatio nullo etiã modo, nullaque ratione potest controuerti, tum quia iuxta superius dicta tã de iure, quàm ratione quasi possessionis monialium illa debuit admitti, Ferrett. consf.33. nu.4. cum seqq. lib.1. Prout etiam illam fuisse admittendam declarauit Sacta Con cilij Congregatio in literis Vicatio D. Archiepiscopi directis, & præsentatis de anno 1595. quæ propterea fuit admissa ex clausula, si & in quãtum, quæ hoc operatur. Bald. in l. edita, num.98. C. de eden. in 2. lect. Mart. de claus. par.1. claus.152. n.1. sicut de appellatione ita admissa tradit Roman. consf.501. & in puncto, quòd præsentatio cum dicta clausula censeatur admissa, si de iure est admittenda, dixit Rota decis. 687. par.1. diuers. Quæ apud Seraph. est decis.499. Tùm etiam quia postea de anno 1609. vacauit hæc Vicaria per obitum Facciotti. Vnde pro eius effectuatione ad effectum quasi possessionis monialium vltra vulgare consilium Oldrad. 229. supra allegatum, militant etiam, & applicantur omnes rationes supra deductæ pro effectuatione secundæ præsentationis.

Neque obstat, quòd constet de alia deputatione d. Facciotti facta die 13. Octobris eiusdẽ anni absque vlla penitus relatione ad monialiũ præsentationem prius factam, quia præter quòd ista secunda deputatio
30 fuit per modum prouisionis, quæ ideo nullum statum facit, cap. cum vos, vbi Abb. num.1. de off. ord. Rebuff. de sent. prouis. in præfat. nu.37. dicta deputatio non excludit, quin adsit alia anterior, prout adfuit ad præsentationem monialium admissa, si & in quantum. Quinimo aut inde excluditur, & nulla redditur secunda deputatio vti facta monialibus ignorantibus, quarum possessio propterea non fuit interrupta. Calder. d. consf.12. in fin. de iurep. Seraph. decis.337. num.2. vel dicendum, quòd ex illa secunda deputatione potius censeri debet continuata monialium possessio, iuxta reg. l.2. C. de acquir. possess. prout illam continuare semper moniales crediderunt, de qua credulitate videtur non esse hæsitandum, ex quo, sparso postea tumote, quòd D. Archiepiscopus intendebat deputare alium Vicarium, moniales recurrerunt ad sact. Concilij Congregationem, & ab ea reportarunt literas, quas, vt dictum est, præsentauerunt Vicario D. Archiepiscopi petentes manuteneri. Quò factum fuit, vt Facciottus semper visus fuerit continuare in pristina possessione, in qua erat ad præsentationem monialium vsque ad annum 1609. Quo ille obijt, & quòd moniales ideo toto hoc tempore alium non nominarũt, quia Facciottus eis gratus, & per ipsam nominatus curam administrauit.

Nec releuat, quòd in memoriali nomine monialium S. Congregationi porrecto fuerit narratum, quòd D. Archiepiscopus recusabat admittere, & approbare Vicarium ab eis nominatum, quasi inde colligi videatur,

deatur, quòd Facciottus numquam fuit per D. Archiepiscopum deputatus, quia ex quo ille fuerat iam admissus, si & in quantum, dicta narratiua necessariò intelligi debet in eo sensu, quòd non admittebatur liberè, & simpliciter; aut quia idem Facciottus fuit etiam deputatus per viã prouisionis, quod fieri non poterat in earum præiudicium. Et cessat penitus quia semper Facciottus curam potius exercuit vti Vicarius titularis, quàm per modum prouisionis; tùm ex quo deputatio cuiusdam alterius Vicarij per D. Archiepiscopum facta numquam habuit effectũ; tùm etiam & multo magis ex deputatione Iacobi Sybillæ in V. Curatũ, de licentia tamen Facciotti Curati facta die 20. Aprilis anni 1595. & ex alijs duabus similibus deputationibus in V. Curatum de persona Ioãnis Baptistæ Barrilarij de ann. 1604. & 1608. quæ vti factæ de Facciotti licentia, denotant, quod ipse potius vti titularis, & sic ad præsentationem monialium, quàm per modum prouisionis possedit; quia vti talis non potuisset consentire, vt alius substitueretur, qui eius nomine curam exerceret, ad l. fin. ff. de off. eius, & l. à iudice, C. de iudic. Ex quibus possessio monialium vsque de anno 1509. quo Facciottus decessit, & per eius obitum hæc Vicaria vacauit, visa fuit Dominis semper continuata & quòd ex aduerso vsque ad hoc tempus non constat de aliqua prouisione, vti de libero.

Superest nunc expendere secundum dubium supra excitatum, videlicet. An à d. anno 1609. quo obijt Facciottus, vsque ad tempus litis motæ semper moniales continuauerint in d. quasi possessione, in qua tunc erant, & certum est, quod regula stat pro monialibus, itaut ei,
31 qui probat olim possedisse, vti probant moniales, detur hodie manutentio, dum ex aduerso possessio non probatur amissa, Bald. in l. 1. num. duodecimo, C. vt possid. Dec. cons. 126. circa fin. Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina vers. ex istis de caus. possess. & propr. Rota decis. 81. par. 1. diuers. Greg. XV. dec. 555. num. 10. & in puncto Rota in dicta Fanen. beneficij supra allegata coram R. P. D. meo Pirouano, & in Papien. iurispat. 9. Aprilis 1607. coram sanctæ mem. Card. Pamphil. Et
32 ratio est, quia possessio solo animo retinetur, l. licet, C. de acquir. poss. Mutatio autem voluntatis non præ-
33 sumitur, l. eum, qui, C. de probat. vnde, qui in præteritum possedit, præsumitur semper in futurum possedisse, animumque continuandi possessionem habuisse, l. 3. §. si seruus ff. de
34 acq. possess. Innoc. in cap. 2. de rest. spoliat. etiam quando iamdiu possedit, Menoch. præsumpt. 64. num. 4. lib. 6. adeò vt olim possidens semper prò se habeat præsumptionem, itaut
35 onus probandi possessionis amissionẽ incumbat aduersario, l. circa, ff. de probat. l. libertus, §. vlt. ff. de liberta. caus. Vnde stat difficultas; an amissio probetur per D. Archiepiscopum, & visum fuit eam nullo modo probari; maximè stante iuris assistentia pro monialibus.

Non obstat, quòd defuncto Facciotto de d. anno 1609. D. Archiepiscopus deputauit eundem Barrilarium, qui, vt dictum est, Facciotto viuente fuerat deputatus eius V. Curatus, ex qua deputatione prætendit D. Archiepiscopus ipsum acquisiuisse quasi possessionem conferendi, prout etiam idem prætendit
36 ex alia deputatione cuiusdam Albertonij de anno 1622. quia fuit bene satisfactum, quòd hæc vltima de Albertonio dedit causam liti, quæ propterea non est attenden. Rot. coram Gregorio XV. decis. 417. nu. 4. & in recent. decis. 30. num. 1. par. 2. Deputatio verò Barrilarij, in qua fit præcipuum fundamentum, fuit per modum prouisionis, quæ idcircò nõ mutat statum præcedentem, ex Rebuff.

buff.vbi supra, & ratio est, quia Or-
37 dinarius sua ordinaria auctoritate
potest deputare Vicarium, seu Oe-
conomum in beneficio vacante, inte-
rim & quousque de Rectore proui-
detur, aut cognoscitur de iuribus eli
gentium, d.cap.cum vos eap. perue-
nit el 2.& ibi glos.verb. assignes ex-
rra de appell. Conc.Trid. sess.24.c.
18. vers.alioquin, Lancellott. de ar-
tent.cap.12.limit.18.num.2. Vnde
cum huiusmodi deputatio non fiat
ad firmandum statum, sed ad interim
tantum, nec minimum quidem præ-
18 iudicij ex ea infertur illis, qui antea
possidebant, sed interim eorum ius
illæsum conseruatur, aliter enim pos-
sent Episcopi canonum auctoritate
spoliare patronos sua quasi posses-
sione, quod esset iniquum, Hostien.
in d.c.cum vos vers.instituere, & ibi
Anchar.not. [illegible]

Non obstat etiam, quòd Barrila-
rius sic deputatus cõtinuauerit in d.
cura vsque ad mortem, quæ fuit de
ann.1622. quia nõ propterea aliqua
quasi possessio fuit D.Archiepiscopo
acquisita, sed semper remãsit monia-
lium, ex quo etiã semper Barrilarius
vsque ad mortem visus fuit d.curam
exercere per modũ prouisionis, nihil
enim est, cur non potuerit sic exerce-
re, ergo sic exercuisse credendũ est,
dum non constat de alio eius titulo,
39 quàm de isto. Quinimò stante quasi
possessione monialium, de qua oppo
nebatur, non potuit D.Archiepisco-
pus interim prouidere, nisi per mo-
dum prouisionis, non autem de Re-
ctore perpetuo, glos.in d.c. cum vos
vers.causa, & ibi Ioan.And.n.4.vers.
alia de causa, & Card.nu.2.q.4. vbi
quòd esset iniustum, & indignum, vt
vna pars in præiudicium alterius in
re subiecta aliquid perpetuò faceret,
vel innouaret.

Minus obstat noua prætensio, &
subtilitas Aduocatorũ, scilicet, quòd
ex deputatione Barrilarij per modũ
prouisionis D.Archiepiscopus sit ma
nutenen. in quasi possessione proui-
dendi per modum prouisionis, quia,
aut hoc prætenditur ad conseruan.
ius, D.Archiepiscopi sic prouiden. à
iure sibi datum, & hoc non est sub li-
te, aut ad effectum impugnandi mo-
nialium quasi possessionẽ, ita vt ideo
desierint possidere, & dicebant DD.
quòd hoc non merebatur allegari;
quia sic omnes quasi possessiones pa
tronorum quãtumuis iustificatę eua-
nescerent. Aut tandem id prætendi-
tur ad effectum, quod cùm d. Eccle-
sia sit manualis, idem sit dicere per
modum prouisionis, quantum est di-
cere ad nutum amouibilem iuxta te-
stes D. Archiepiscopi super hoc vsu
loquendi nouissimè examinatos, ita
vt deputatio Barrilarij non solũ fue-
rit prouisionalis, sed etiam prouisi-
ua, & consequenter, quòd D.Archie-
piscopus sit manutenendus in quasi
possessione deputandi Vicarium ad
nutum amouibilem, quòd si subsiste-
ret excluderetur penitus manutẽtio
monialium ad earum nutũ, quæ qui-
dem prætensio nedum iure probatur,
sed est contra ius expressum, quia
iuxta præscriptam formam a Conc.
Trid. & ex constitutione Pij V. Or-
dinarij debent de parochialibus pro-
uidere in perpetuum, & per concur-
sum, non autem amouibiliter, aliter
enim resideret cura huius Ecclesiæ
40 principaliter penes Archiepiscopũ,
qui est incapax plurium Ecclesiarum
Seraph. decis.1304. num.2. Rota in
Pampilonen.decimarum 13.Deceb.
41 1592.corã Comitulo. Vnde propter
decretum irritans, & clausulam, sub-
lata, appositam in Concilio, & in d.
constit.non potest dari possessio rele-
uãs, quæ sit manutenibilis, quia clau
dunt os parti, & tollunt facultatem
iudici aliter iudican. Bart.in l.fin.C.
de Canon.frumen.Vrb.Rom.lib.11.
Card.in c.quia diligẽter, vbi & Imol.
de elect.& fuit sæpissimè decisum.

Nec etiam obstat, quòd postea D.
Archiepiscopus indixerit concursũ
huius beneficij tanquam de libero,
& quod Barrilarius fuit vnus ex ap-
pro-

Digitized by Google

probatis per examinatores, licèt alijs duobus votis inferior. Vnde dicebant informantes pro Domino Archiepiscopo inde presumi, quòd Barrilarius, mutata priori caussa possidendi, possedit de nouo vti prouisus, & gratificatus ab Ordinario; nam dicebant DD. quòd dùm non apparet, quòd post tentum concursum alium titulū obtinuerit, potius præsumi debet, quòd semper permansit prior caussa, & deputatiō expressa per modum prouisionis, quia vbi habemus caussam expressam, cessat tacita, & præsumpta, l. cum ex filio, §. filio, vbi glos. ff. de vulg. Ang. Perus. cons. 248. Crauett. cons. 32. nu. 2. &
42 vbi gratia expressam caussam habet, non debet ad aliam trahi, Rota dec. 166. num. 7. par. 2. recent. Quinimò ex testibus datis per D. Archiepiscopum excluditur penitus præsumptio tituli perpetui, dum deponunt Barrilarium semper fuisse tentum, & habitum pro Curato amouibili, & ex quo fuit votis inferior, non debet præsumi, quòd fuerit electus, & præsertim, quia moniales appellauerant à futuro cōcursu, & grauamine, quæ ideo non fuerunt appellationē prosecutæ, quia D. Archiepiscopus grauare cessauit, non proceden. ad deputationem vigore concursus, sed permittendo, quòd idem Barrilarius, vti prius per modum prouisionis continuaret exercitium d. curæ, & in omnē
43 casum nouus titulus, & noua possidendi caussa superueniens ex facto D. Archiepiscopi, monialibus ignorantibus, eis non noceret ad effectū, de quo agitur iuxta d. cons. Calder. 12. in fin. de iurepatr. Sed potius habendum esset, ac si moniales Ordinario conferenti tacitè accessissent pro conseruatione sui iuris. Dec. cons. 126. circa fin. & dixit Rota in d. Papien. iurispat. 9. Apr. 1601. coram Card. Pamph.

44 Non obstat præterea acquiescentia, seu taciturnitas monialium toto dicto tempore, quia non potuit plus eis præiudicare; quàm actus ipse, qui, si tamquam factus per modum prouisionis, eis non præiudicabat, ergo nec acquiescentia; nec Ordinarius præscribit libertatem aduersus iuspatronatus per simplicem non vsum præsentandi patronorum, sed requiritur factum Ordinarij directè contrarium seruituti iurispatronatus hoc est, libera collatio ad leg. hac autem, & ibi DD. ff. de seruit. vrban. prædior. & in puncto Rota dec. 109. num. 8. part. 2. diuers. prout etiam nec monialibus obesse potuit, quòd, dum instarent pro admissione d. appellationis, Vicarius D. Archiepiscopi eam nedum reiecit, sed dixit, eis nullum ius competere nec in possessorio, nec in petitorio: fuit enim simplex interlocutio sine citatione, & caussæ cognitione, & notoriè iniu-
45 sta, quæ ideo non transit in rem iudicatam, nec in parte fuit opus ab ea appellare. iuxta not. in cap. inter ceteros vbi Felin. & alij de re iudic. Cæs. de Grass. decis. 2. n. 8. de solut.

Postremò, ac tandem non obstat, quòd moniales coram Episcopo Sauonen. petierint reintegrari, quasi ideo confessæ fuerint eas non possidere, sed D. Archiepiscopum; petitio enim reintegrationis fuit æquiuòca;
46 vnde debet referri ad solam possessionem naturalem, & turbationem de facto. Ror. decis. 560. num. 3. p. 1. non autem ad possessionem ciuilem, quæ semper remansit apud moniales Rota decis. 561. num. 5. par. 1. recen. & addent. ad Greg. XV. decis. 555. quæ distinctio, quidquid contenderint informantes pro D. Archiepiscopo, etiam locum habet in iuribus incorporalibus, in quibus datur etiā duplex possessio, ciuilis, & naturalis. Bart. in l. 1. num. 12. vers. in contrarium, ff. de acq. possess. & in puncto Guidopap. decis. 629. nu. 14. & Rota decis. 649. num. 10. par. 2. recent.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

P R.P.D.

Et in eadem coram eodem. 19. Nouemb. 1627.

FVit per duas decisiones conformes resolutum, constare de bono iure Monialium, ad effectum, vt debeant manuteneri in quasi possessione nominandi Vicarium, seù Rectorem ecclesiæ parochialis S. Andreæ de Porta Ciuitatis Ianueñ; sed quia Illustriss. Patriarcha Hierosolymitanus Archiepiscopus Ianueñ pars aduersa non acquieuit. Rota ex solita sua benignitate voluit, iterum eum audire; vndè hodie fuit causa proposita super eisdem, & resolutū standum esse in decisis: placuerunt enim Dominis rationes, & motiua decisionum.

Neque obstat, quòd in dictis decisionibus dictum fuerit, dictam ecclesiam esse regularem, & Vicarium ad nutum Monialium amouibilem, & alia huiusmodi, quæ ad petitoriū videntur pertinere; quia cum de ordine Rotæ videretur de bono iure, ad effectum manutentionis, & pro parte D. Archiepiscopi, ad fundandum ius suum ad dictum effectum incidenter prætenderetur, quòd d. ecclesia erat secularis, & Vicarius perpetuus, illa fuerunt etiam incidenter dicta, & ad colorandum possessorium, non autem ad definiendum petitorium, quod per vtramque partem suspensum fuit, & in omnē casum, etiam quòd non constaret de regularitate ecclesiæ, ex quo possessio Monialium est clara, & sic possessorium non dependet à petitorio, competeret eis manutentio. Rota in Neapolitana Iuris conferendi. 19. Decemb. 1614. & 23. Febr. 1615. coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo, & in puncto Gregor. XV. dec. 370.

Cætera autem, quæ exaducerso adducebantur, dicebant Domini, quòd aut respiciunt petitorium, aut fuit eis plenissimè satisfactum in prædictis decisionibus, aut demùm visum fuit non indigere responsione.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PIROVANO

Regień Beneficiorum. 20. Februar. 1619.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio pertinentiæ quomodo probetur.*

2 *Narrata sunt iustificanda ad sustinendam gratiam.*

3 *Iuspat. personarum potentium quomodo sit probandum.*

4 *Testes intra tempus 40. ann. debent deponere de visu.*

5 *Fundatio, & dotatio an probetur ex euidentia facti.*

DECISIO LXXXVII.

CEnsuerunt Domini beneficia, de quibus agitur nō esse adiudicanda Co. Alexandro, neque Gregorio, de Galuano voluerunt particulariter videre de iustificatione illius gratiæ.

Quoad Co. Alexandrum videtur constare de illius non iure, quia ab Ordinario fuit prouisus de vacanti in mense Octobris, qui est de reseruatis Sedi Apostolicæ in reg. 8. nec ad sustinendam prouisionem iuuari potest alternatiua, qua gaudet Episcopus, cum illi locus sit in beneficijs tantummodo, quæ sunt de libera collatione Ordinariorum, vt in verbis regulæ legitur, secus autem in beneficijs alterius collationis prout sunt ista de quibus agitur, quæ pertinent ad Archipresbyterum Mezzadellarum, vt ex collationibus datis de anno 1575. in personam Comitis Hippolyti de Manfredis, & 1601. fauore Pauli Emilij Corradini, ex quibus probatur quasi posses-
1 sio conferendi sufficiens ad excludēdam pertinentiā in Ordinario. Crauett.

uett.conf.322.num.5. Seraph. dec. 306. in fin.

Gregorius verò si nititur prouisioni Archipresbyteri antedicti sub die 13. Martij.1614. cum beneficia vacauerint in mense Octobris anni præcedentis, deficit potestas in conferente, quia mensis ille est de reseruatis Sedi Apostolicæ; si verò se fundat in prouisione apostolica cum illa emanauerit sub narratiua, quòd beneficia existūt de iurepatronatus laicorum de Manfredis ex fundatio-
2 ne & dotatione, omnia sunt iustificanda ad sustinendam gratiam. Io. And. in cap. 1. de lit. contest. Verall. dec. 59. p. 2. Seraph. dec. 870. nu. 1.

3 Iuspatronatus autem laicorū non iustificatur, versamur enim in Domino Castri, ad quem præsupponit Gregorius pertinere iuspatronatus quo casu propter præsumptionem vsurpationis ex dispensatione Sac. Conc. Trid. sess. 25. c. 9. vbi nō constat de instrumento fundationis, & dotationis pro forma requiruntur continuatæ præsentationes per 50. annos probatæ per authēticas scripturas, nècnon immemorabilis probata per testes, nec admittitur probatio per æquipollens, vt declarauit Sacra Congregatio, & fuit pluries in Rota resolutum, vt in dec. 199. p. 2. diuers. & dec. 409. p. 1. in quibus aliæ referuntur.

Non obstat, quòd in articulis datis pro probatis probetur immemorabilis ac etiam, quòd ecclesia continens beneficia, de quibus agitur est fabricata in arce, seu palatio Comitis Mozzedellarum, & est cappella propria dd. Comitum ibi fabricata ab antiquissimo tempore ab eorum maioribus, ex quibus satis videatur iustificatum iuspatronatus ad præscriptum Concilij.

Quia quicquid sit, quòd quoad immemorabilem, quæ absque diffi-
4 cultate non transibat, ex quo intra tempus 40. annorum, de quo debēt testes deponere de visu super negatiua iuxta requisitum. glos. in c. 1. de præscript. in 6. & dantur contrariæ præsentationes tamen deficiūnt adhuc continuatæ præsentationes per 50. annos, quæ per testes probari non possunt, nec dati pro probatis.

Nec supplere potest, quòd beneficium sit fundatum in capella palatij ipsius Domini Castri, vt continetur in tertio articulo, vt ideo ex
5 euidentia facti probetur fundatio, & dotatio ex adductis per Gabr. cons. 192. nu. 6. lib. 2.

Quia vltra quod rationes Gabrielis inferunt ad præsumptionē & possibilitatē, de qua Conc. non contentatur, sed desiderat verā probationē per documenta, & pro forma, itaut adminicula non deseruiant, aduerterunt etiam Domini, quòd ecclesia potuit esse antiquior palatio, & exinde incorporata in structura ædificij, vel quòd ab alio fuerit dotatum beneficium, atque ita neque ab euidētia loci probatur per necesse dotatio, & fundatio, prout requiritur ad perfectionem istius probationis.

Et ita &c.

Et in eadem coram eodem.

14. Februarij. 1620.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio datur probata reseruatione.*

2 *Quasi possessio conferendi est attendenda.*

3 *Clausula, vocatis vocandis, operatur, vt ordinariè sit procedendum.*

DECISIO LXXXVII.

Dictum fuit D. Herculi non esse dandam subrogationem in iuribus Philippi, & Galuani, quia
1 non docet de reseruatione clara, & indubitata, prout necessarium est ad hunc effectum. Put. decis. 266. lib. 3. Rota in recent. decis. 160. num. 2. &

dec. 187. nu. 1. in 2. par. vbi aliæ decisiones referuntur.

Nam etsi reseruatio deducatur per obitum Philippi in mense Octobris, qui secundum reg. 8. est reseruatus, nihilominus ex eadem vacatione Co. Alexander reperitur prouisus ab Ordinario gaudente alternatiua, ad quem vigore eiusdem reg. 8. in mense Octobris spectat collatio, & vlterius Gregorius reperitur præsentatus à patronis existentibus in quasi possessione præsentandi, ac etiã institutus vigore prouisionis Apostolicæ, insuper cum idem Gregorius obtinuerit collationem ab Archipresbytero Mozzadellarum etiam vigore horum titulorum reperitur in possessione, vnde dicebant Domini, quòd aut collatio spectat ad Archipresbyterum etiam in mensibus reseruatis, prout inferunt collationes datæ in mensibus Apostolicis, quæ solæ exhibentur ad probandum ius Archipresbyteri, & tunc tamquam

2 positus in quasi possessione conferendi, vltima collatio ad fauorem Gregorij etiam in mense Apostolico erit attendenda, Crauett. consi. 322. n. 4. Seraph. decis. 306. in fin. aut illæ collationes non sunt admittendæ prout veriùs Dominis visum fuit propter annullationes, & derogationes reg. 8. & tũc collatio erit Ordinarij propter beneficium alternatiuę, & intrabit prouisio Co. Alexandri, vel demum beneficium est de iurepatronatus laicorum, & similiter excluditur reseruatio, quæ non capit beneficia de iurepatronatus laicorum.

Non obstat decisio in hac causa facta sub die 20. Febr. 1619. in qua fuit dictum collationem non spectare ad Ordinarium, sed ad supradictum Archipresbyterum, cui per eandem reg. 8. deficit facultas conferendi in mensibus reseruatis, prout est mensis Octobris, in quo contigit hęc vacatio.

Quia fuit responsum, quòd ibi nõ agebatur de gratiosa subrogatione, sed in petitorio, in quo quilibet tenebatur docere de iure suo, ad quem effectum decisiones Rotales non faciunt ius indubitatum, neque ponderatum fuit, quòd prouisiones Archipresbyteri erant factæ in mensibus reseruatis, & consequenter irritæ per decretũ eiusdem regulæ, quo casu posset intrare ius ordinarij ad fauorem Co. Alexandri.

Prædictis accedat, quòd in literis D. Herculis legitur clausula vocato Gregorio, & alijs vocandis, per quã

3 Gregorius non excluditur à iure suo, vt in causa ordinariè, non autem executiuè procedatur, per cap. exhibita de iud. Felin. in cap. fin. num. 23. de præsumpt. Rota in Bergomen. beneficij 24. Nouembr. 1614. coram R. P. D. Vbaldo, in qua aliæ decisiones Rotales referuntur.

Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO

Regien. Beneficiorum, 25. Iunij 1621.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus fundatam habet intentionem in omnibus beneficijs suæ diœcesis.*
2 *Quasi possessio conferendi firmatur ex vnica prouisione.*
3 *Vltimus status attendi debet.*
4 *Iuris assistentia quando non prosit ordinario.*
5 *Decretum irritans inficit ius, & possessionem.*
6 *In incorporalibus possessio non acquiritur nisi sciente, & patiente alio possessore.*
7 *Collatio facta ex causa permutationis, vel resignationis non releuat alio existente in possessione conferendi.*
8 *Possessio acquisita per vnum actum suffragatur etiã quoad alios actus.*
9 *Collationes quando non sint attendendæ.*

DE-

DECISIO LXXXVIII.

IN hac causa controuertebatur inter Co. Alexandrum Rangonum ab Ordinario, & Gregorium Maliaticum auctoritate Apostolica respectiuè prouisos super adiudicatione beneficiorum, de quibus agitur, cõtra quos Rota sub die 20. Februarij 1618. respondit Maluaticum scilicet ius non fouere, quia de iurepatronatus in literis narrato non docebat. Comitem verò Alexandrum esse ob audiendum, quia collatio nõ spectabat ad Episcopum Regien. sed ad Archipresbyterum Ecclesiæ loci Mezzedellarum. Hodie suscepta eadem disputatione dictũ fuit, quoad Co. Alexandrum recedendum esse à prædicta decisione.

1 Constat enim eundem Co. Alexandrum prouisum fuisse ab Episcopo Regien. qui de iure fundatam habet intentionem super collatione omnium beneficiorum suæ diœcesis c. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. Dec. cons. 117. num. 1. & cons. 152. item num. 1. Sylua de benef. par. 2. quæst. 26. num. 28. & seq. Rota de concess. præb. decis. 4. in nou. Et vlterius magis præcisè eam fundat in collatione beneficiorum de quibus agitur secuta de anno 1582. & spatio longi temporis effectuata, nempè 18. annorum dum Episcopus prouidit Prosperum Zancbettum de d. ann. 1582

2 & per obitum illius Archipresbyteri de anno 1601. ad præsentationem patronorum instituit Emilium Coradinum, itaut de effectuatione dubitari non possit secundum rationes. Oldr. in cons. 229. sæpè per Rotam receptas, & ex ea quamuis vnica firmatur quasi possessio conferendi in Ordinarium. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 53. de caus. poss. & propr. Rota decis. 2. de præscript. in nou. & in causa Fanen. beneficij 11. Decembris præteriti coram me, & attendi debet tãquam constituens

3 vltimum statum cap. consultationibus de iurepat. Rota in antiq. decis. 14. Seraph. decis. 1213. num. 5.

4 Non obstat, quod sola assistentia iuris suffragari non possit Ordinario alio collatore etiam inferiori existẽte in possessione conferendis. Mohedan. decis. 22. de præb. Put. dec. 301. lib. 2. in nou. edit. Iat. in l. 3. num. 36. in fin. ff. de acq. possess. & prout Archipresbyter dicebatur esse propter collationem ab eo factam de anno 1575. 26. Decembris in personam Co. Hippolyti Manfredi per obitum Com. Thadæi in eodem mense Decembris.

Quia de valida prouisione Archipresbyteri multum fuit dubitatum, ex quo prouisio illa facta fuetat per obitum Thadæi familiaris Papæ, de qua familiaritate satis constabat ex narratiua literarum eiusdem Thadęi quæ datæ fuerunt, at vbi de reseruatione constat, acquisitio quasi possessionis impeditur propter decretum irritans in regula appositum inficiens ius, & possessionem, quæ tamquam infecta iuris effectum pro-

5 ducere non potest. Rota decis. 24. num. 2. & 189. num. 4. par. 2. diuers. vel tamquam turbida non sufficit dum præcedit titulus contrarius ex iuris assistentia causatus, vt ponderatum fuit in Taruisina plebis 5. Iunij 1587. coram Bubalo quam refert, & sequitur glosator ad reg. 8. glos. 45. §. 2. num. 38.

Sed nihil concurrebat collatio Ordinarij de anno 1592. in qua fundatur possessio, & vltimus status Ordinarij, vt iam dictum est.

Non obstat, quòd actus conferendi respiciat ius incorporale, & in incorporalibus possessio non acquiratur absque scientia, & patientia al-

6 terius possidentis, vt inde causetur suum æquipollens in traditione, Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina nu. 64. de caus. poss. & propr. Dec. cons. 126. in fin. Caputaq. dec. 418. lib. 2. Couarr. in reg. possessor 2. par. in 1.

num.8. Quia si non est certa possessio conferendi ipsius Archipresbyteri frustra contenditur de scientia, & patientia illius, quæ succedere nõ potest loco traditionis nisi quando esset in possessione. Rip.in d.c.cum Ecclesia num.64.vers.tertio declara & Couarr.in d.reg.possessor par.2.in 1.num.8. vers.secundo textus addit aliam declarationem vt tunc non sit necessaria patientia, & scientia eius de cuius interesse agitur quando cũ possessione illius non concurrit titulus dominij prout in Archipresbytero concurrere adhuc dici nõ potest.

Non obstat quod nihilominus eadem collatio de anno 1582. adhunc
7 effectum non releuet cum fuerit facta ex causa permutationis, & resignationis, quæ non extenditur alio existente in possessione ad possessionem conferendi per obitum. Mohed. decis.22.de præben. Rota in causa Fanen.beneficij coram me 21.April. 1621. quia Put. decis. 301. in nou. edit.lib.2. Cresc.dec.2. de iurepatr. & Rota in Iacen.portion.16.Decẽb. 1595.coram bo.mem.Card.Pamph.
8 affirmant possessionem acquisitam per vnum actum suffragari etiam quoad alios actus, ac si per obitum prouisum fuisset propter causam vniuersalem possidẽdi.l.3. ff.de acq. poss. Abb.in cap.cum olim num.6.de præscr.Surd.cons.323.num.44.Rot. decis.17.num.4.par.2.diuers.neque Mohed.d.decis.22.dicit contrarium sed declarat conclusionem, quando nullus est in quasi possessione prouidendi in alia specie vacationis, nempe per obitum, & quando ius commune non fundat intentionem alterius, & sic non resistit possidenti, in præsenti autem neque constat de possessione indubitata Archipresbyteri, neque idem Archipresbyter fundat intentionem de iure contra ordinarium, sed è conuerso ius ei resistit cap.omnes Basilicæ 16.quæst.7. & ideo bene procedere extensionem de vno ad alium visum fuit.

9 Demum non obstant aliæ collationes eiusdem Archipresbyteri, nẽpe antiqua de anno 1419. mense Decembris, & duæ modernæ de anno 1601.& 1606.

Quia primã vti nimis remotã Domini non attenderunt, 2.verò vti de mẽse reseruato scilicet Ianuario, qui semper est apostolicus, ac inualida ob defectum iurispatronatus in præsentante non potuit causare in ordinario patientiam præiudicialem ad effectum acquirendi quasi possessionem, & similiter tertia præiudicare non potuit, quia beneficium vacauit de mense Martij 1606. qui erat apostolicus vigore alternatiuæ, & collatio fuit facta per sedem Apostolicam quæ nemini solet afferre præiudicium.

Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO

Brixien. Beneficij 4. Decembris 1620.

SVMMARIVM.

1 *Reus absoluitur actore non probante.*
2 *Narrata tamquam pars gratiæ iustificari debent.*
3 *Impetrans certo modo debet qualitatem iustificare.*
4 *Multiplicatio titulorum admittitur in beneficialibus.*
5 *Oeconomus Ecclesiæ vtrum possit præsentare, & num.8.*
6 *Fructus successori sunt præsentandi.*
7 *Sequester de iure præsentare potest.*

DECISIO LXXXIX.

PRo confirmatione sentẽtiæ fuit resolutum. Paulus enim instat pro infirmatione sententiæ contra Stephanum, qui reus est, & possessor, & ideo docere debet de iure suo, & de veritate scilicet narratorum in sua gratia, in qua se fundat aliàs Stephanus ex non iure actoris erit absoluen-

1 soluendus vulg.l.qui accusare ff. de eden. & l. ei qui de probat. cap.fin. de iureiur.Caputaq.decis.11.par.1.

2 Narrata autem, primò,nempe vacatio de mense Decembris per obitum Zamboni, secundum, quòd Ecclesia sit de iurepatronatus mixto clericorum, & laicorum,tertium,quòd Stephanus sit intrusus nullo saltem canonico titulo suffragante, quartùm, quòd Paulus sit ex Diœcesi Brixiẽ, oriundus. quintùm, quòd obtineat dumtaxat alium beneficium personalem residentiam non requirens, neque excedens valorem annuum ducatorum.24.similium. sextùm,quòd Capellania,de qua agitur non excedit valorem ducatorum 80. debent iustificari tamquam partes gratiæ, cap. 1. de lit.contest.in 6.vbi Ioan. Andr.num.3.& Franc.num. 17. Innoc.in cap.super literis num.19. de rescript.Bellam.decis.303.Caputaq. decis.17.par.1.Put.decis.265.lib.3. Seraph.decis.803.num.1.

Primùm, quartùm, quintùm, & sextùm egent meliori iustificatione, secundùm, quòd capellania sit de iurepatronatus ex fundatione,& dotatione clericorum, & laicorum absolutè non probatur.

Nam etsi Stephanus acceptauerit præsentationem, & ex ea fuerit institutus, tamen ex hoc non consequitur, quòd iuspatronatus sit ex fundatione, & dotatione mixta prout narrauit Paulus dum potuit habere aliam qualitatem differentem,

3 quam tenetur iustificare cap.2.de rescript.Cæs.de Graff.decis.12.de probat.maxime in impetrante certo modo. Put.decis.292. lib.1. iuxta nouam impressionem.

Tertiùm, similiter, quòd Stephanus nullo canonico titulo ei suffragante sit intrusus, & ipsum absolutè non probatur.

Quia negatiua narrata adeo est difficilis probationis, vt non nisi per rem iudicatam, vel ex partis confessione videatur concludenter posse probari, de qua in præsenti non cõstat, reus enim, & possessor potest semper se tueri allegando alium titulum diuersum ab eo, qui productus est ab actore, ex quo in beneficialibus admittitur multiplicatio ti-

4 tulorum, Cresc.decis.21. num.4. de probat.Caputaq.decis.301.par.3.& alios refert Gonzal.sup.reg.8.§.7.in procem.num.130.& 131. propterea si dicatur constare de titulo Stephani, & infecto, non tamen fundatur intentio Pauli exclusiua alterius tituli validi,nisi Stephanus illum producendo, fassus fuerit, & allegauerit quia tunc intraret præiudicium iuxta dictũ Egidium decis. 287.& 393. sed in præsenti contrarium contigit, quia Stephanus nihil producit, aut allegat, sed tuetur se ex propria possessione, & vincere intendit per non ius Pauli.

Sed nihilominus nec etiam iustificatur validitas tituli Stephani ad præsentationem patronorum habiti ex eo, quod in patronatu, de quo agitur Communitas Asolæ habeat vnam vocem, Massarius Ecclesiæ aliam, & Præpositus tertiam, qui Præpositus cum de tempore præsentationis esset mortuus, potuit Oeconomus ab Ordinario positus præsentare, & exinde Stephanus cum voce Oeconomi duas voces in præsentatione habere pro validitate suæ collationis ad exclusionem Pauli, qui vel nullam, vel vnicam tantum ha-

5 bere potest, & quamuis controuertatur, quod Oeconomus non possit de iure præsentare cum habeat tantummodo custodiam fructuum, & bonorum Ecclesiæ,non autem ius in Ecclesia, aut aliquam administrationem. Lap. allegat.81. num.7. & & seqq. Hostien.in cap. vt præteritæ

6 de elect.fructus autem successori sint præseruandi cap. cum vos de offic. ordin.cap.2. dist.75. inter quos cadit ius præsentandi, Cassad.decis.3. num. 6.de pens.Pur. dec.396. lib.1. exinde dicebatur præsentationem nomi-

nomine, & pro voce Præpositi factū non valuisse, neque ratione officij œconomatus, neque vigore auctoritatis Episcopi deputantis, qui non potest vacante ecclesia conferre beneficia ad Prælatum eiusdem ecclesiæ pertinentia. Gem. in c. is cui. col. 2. in princ. num. 9. super glo. in verb. spiritualibus. de elect. in 6.

Attamen cum œconomus de quo agitur, qui datus est beneficio non differat à sequestro, ex quo tā vnus, quàm alter fructus, & bona ecclesiæ
7 custodit, ac administrat, ideo sicut sequester de iure potest præsentare. Vestr. in prax. lib. 7. c. 2. nu. 3. Gig. de pens. quæst. 72. num. 3. & secundum veriorem idem affirmat Felin. in c. cum Bertoldus. nu. 29. de sent. & re iud. Guttier. de tutor. p. 3. c. 7. n. 16. & Rota in Mediolanen. Capellaniæ, & iurispatronatus. 2. Febr. 1606. coram bo. me. Iusto. ita visum fuit posse determinari quoad œconomum, de quo dubitari non potest, quin habeat in præsenti casu aliqualem titulum propter administrationem rerum spiritualium, quæ sufficit secundum Felin. d. nu. 29. ad validitatem præsentationis.

8 Non obstat, quòd œconomus datus ab inferiori à Papa non possit præsentare. c. fin. §. fin. de supplend. neglig. prælat. nam ille textus dicit, quòd non potest conferre beneficia spectantia ad collationem Episcopi expressè resistendo auctoritati œconomi, secus autem in facultate præsentandi, quæ non repugnat officio illius, dum præsentando dicitur fructus conseruare conseruando patrono possessionem, & ius præsentandi. Andr. Barbat. in c. examinata, col. 27 de iud. Silua. de benef. q. 9. p. 2. nu. 9. Fel. in d. c. cum Bertoldus. nu. 30. de re iud.

Et ita &c.

R. P. D. PIROVANO.
Brixien. Beneficij. 15. Maij. 1620.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata pendente appellatione, est nulla.*
2 *Et dicitur attentata.*
3 *Appellatio ab vlteriori processu quando admittatur.*
4 *Beneficium resignatum cum effectu, vacat per obitum resignatarij.*
5 *Stante præsertim gratiæ iustificatione, & executione.*

DECISIO XC.

PRo informante fuit resolutum scilicet sententiam Vicarij Brixien. esse reuocandam.

Nam Franciscus vigore resignationis Bernardini in manibus Sanctissimi factæ. Prouisus fuit à Sede Apostolica de isto beneficio cum derogatione medietatis patronorum, & accedente consensu alterius medietatis, Gratia autem iustificata coram exequutore, fuit ab eo immissus in possessionem præuia collatione.

Bernardino exinde defuncto, alij patroni præsentarunt Benedictum ad eandem capellaniam, seu beneficiū tamquam de vacante, & Vicarius processit ad institutionem conquerente, & excipiente Francisco de resignatione, & re iudicata, & possessione ad eius fauorem subsequuta, & appellante à seruatione terminorum, & vlteriori processu, & denique ab ipsa sententia, ex quibus patet sententiam laborare vtroque vitio nullitatis scilicet, & iniustitiæ.

1 Nullitatis, quia emanauit pendente appellatione interposita sub die 8. Februarij. 1619. ab vlteriori processu, & per iudicem admissa cū
2 præfixione termini ad accipiendum responsum, quod de iure Vicario nō licuit facere absque vitio attentatæ iuris-

iurisdictionis iudicis ad quem, & nullitatis, c. non solum. de appellat. in 6. & tot. tit. nihil. nou. pend. ap-
3 pell. neque dubitari potest de validitate appellationis ab vlteriori processu, quia de iure admittitur propter graue, & irreparabile præiudicium in diffinitiua. Franc. in cap. ex parte, nu. 4. & seqq. de appell. cum aliis allegat.

4 Iniustitia similiter est patēs, quia stante resignatione valida, & effectum sortita, capellania per obitum Bernardini resignantis vacare non potuit, vt exinde locus esset nouæ præsentationi, & institutioni, per resignationem enim abdicatur ius à resignante taliter, quòd de tempore illius obitus nihil remaneat, quod vacare possit. Gassad. dec. 4. nu. 3. de rest. spoliat. Rota dec. 2. de renunc. in nou. & dec. 2. eod. tit. in in antiquis.

Non obstat, quòd prædicta procedant in resignatione pura, & simplici, secus autem in conditionali, prout in præsenti, nempè verificato iurepatronatus, & quòd resignans aliunde vna cum pensione ei super beneficio reseruata commodè viuere possit, ac demum si resignatarius idoneus reperiatur, ex quibus interim ante purificationem illorum beneficium censetur remanere apud ipsum resignantem. Achill. dec. 10. de rest. spoliat. Put. dec. 158. lib. 3.

5 Quia prædicta procedunt non iustificata gratia coram exequutore, secus postquam pronunciatum fuit, gratiam esse exequendam, prout factum fuit in præsenti, nam tunc perinde est, ac si resignatio fuisset pura ab initio, vt admittunt Put. & Achill. supra allegati.

Et ita fuit resolutum &c.

R. P. D. REMBOLDO

Firmana Pensionis. 26. Februarij. 1625.

SVMMARIVM.

1 *Translatario, sicuti pensionario datur processus executiuus.*
2 *Pensionis translatæ virtus transit in translatarium.*
3 *Gratia motu proprio facta non eget iustificatione.*
4 *Indultum quas personas comprehēdat.*
5 *Cardinales an comprehendantur in generali dispositione.*
6 *Personæ priuilegiatæ quando comprehendantur in generali dispositione.*
7 *Pensio sicuti seruitus prorogatur.*
8 *Substantia facultatis non mutatur ex mutatione titularis.*
9 *Subreptio non inducitur ex his, quæ habent se ad esse, & non esse.*
10 *Qualitatis, quæ potest adesse, & abesse tempore vacationis mentio fieri non debet.*
11 *Acceptans beneficium censetur illud acceptare cum suo onere.*
12 *Derogatio generalis quando sufficiat.*
13 *Derogatum an sit, vel non, pendet à mente derogantis.*
14 *Cardinales Regibus æquiparantur.*
15 *Cardinales non comprehenduntur in dispositionibus odiosis.*
16 *Pensionis impositio, seu translatio est odiosa.*
17 *Pensio de iure potest pro tertio imponi.*
18 *Clerici vt plures ex pingui beneficio alantur, publicè interest.*
19 *Statutum exclusiuum fœminarum est contra ius.*
20 *Pensionis trāslatio est prorogatio seruitutis beneficij.*
21 *Pensionis impositio est magis odiosa, quàm illius translatio.*
22 *Literæ super pensionibus sine consensu expediri nequeunt.*

DECISIO XCI.

Inter alias pensiones, quas præclaræ mem. Cardinalis Montaltus transtulit, vigore facultatum amplissimarum sibi cōcessarum à sanct. mem.

mem. Sixto V. transferendi quascun
que pensiones, transtulit pensionem
scutorum 2. m. ipsi aliàs super fructi-
bus mensæ Archiepiscopalis Eccle-
siæ Firmanæ reseruatam.

Verùm quia eiusdem mensæ fru-
ctus, dempta certa rata pro moder-
no Domino Archiepiscopo, sunt ex
causa resignationis dictæ Ecclesiæ
Illustriss. D. Cardinali Bandino re-
seruati: pro parte dicti Illustriss. D.
Cardinalis prætendebatur, non po-
tuisse d. pensionem vigore dictarum
facultatum in ipsius præiudicium
transferri. Vnde causa inter d. Illu-
striss. D. Cardinalem, & translatarios
Cardinalis Montalti in Rota intro-
ducta, dubitatum fuit, an esset locus
exequutioni instrumenti dictæ trans-
lationis, & DD. post maturam dubij
discussionem, vnanimi consensu af-
firmatiuè responderunt.

1 Habent enim dicti translatarij fun
datam intentionem in d. instrumen-
to translationis, ac reseruatione d.
pensionis ad fauorem bo. mem. Car-
dinalis Montalti; & amplissimis fa-
cultatibus eidem Cardinali (vt di-
ctum est) concessis transferẽdi quas-
cunque pensiones ipsi quomodoli-
bet reseruatas, ideòq; locus est exe-
cutioni d. instrumenti, quia datur
translatario processus exequutiuus
pro exequutione suæ translationis
sicuti datur pensionario, Rota in Bo-
nonien. pensionis coram Illustriss.
Card. Millino relata per Marches.
de commiss. p. 1. fol. 558. & in Rom.
pensionis 17. Iunij 1622. coram
R. P. D. meo Buratto, & in Aquilana
pensionis 28. Maij 1623. coram me,
2 & virtus translatæ pensionis descen
dit in translatarium, Ant. Augusti-
nus in Epit. tit. de translat. pens. n. 8.
Paris. de resign. l. 16. quæst. 4. nu. 6.

Nec obstat, quòd tunc demum
translatario videatur competere
exequutio, quando & literæ reserua-
tionis pensionis transferentis, & fa-
cultatis eidem concessæ transferendi
dictam pensionem sunt iustificatæ,
quia in casu isto, tam literæ reserua-
tionis ad fau. bon. mem. Card. Mon-
talti, quàm etiam facultatis eidem
concessæ transferendi pẽsiones, ema-
narunt motu proprio, nec propterea
3 egent alia iustificatione, Garz. de
benef. in 1. par. cap. 5. num. 491. Rot.
coram Card. Seraphin. decis. 1484.
num. 10. & fuit dictum in nullius, seu
Giennen. beneficiorum coram me.

4 Nec obstat quòd in dictis facul-
tatibus concessis bo. mem. Card. Mon-
talto, non possint censeri compre-
hensæ pẽsiones debitæ à S. R. E. Car-
dinalibus, eo quia Cardinales non
veniunt in generali dispositione, quia
licet S. R. E. Cardinales propter eo-
rum eminentiam sint digni speciali
nota; tamen d. conclusio quòd non
comprehendantur in generali dispo-
sitione, habet plures declarationes,
& limitationes, neque eam ita passim
admittit Rota, vt apparet ex infini-
tis propemodum decisionibus, quæ
possent adduci; quarum plures etiã
refert Gomes. in procem. reg. Cancel.
quæst. 4. vbi latè pertractat hanc ma
teriam, & in specie testatur coram
eo fuisse tentum in Rota, sub indulto
concesso Archiepiscopo Valentino,
comprehendi personas Cardinalium
habentium beneficium in Diœcesi
Leodien. eiusque sententiam fuisse
per alias duas confirmatam, & ita
etiam fuisse conclusum in causa Cau
rien. canonicatus, & præbendæ, in
qua fuit dictum in priuilegio con-
cesso clero Hispaniæ per Leonem X.
de reuocandis omnibus regressibus
sine consensu concessis, comprehen-
di etiam Cardinales habentes simi-
les regressus sine consensu, etiã quòd
illos habuissent ex causa onerosa.

5 Quinimò quòd S. R. E. Cardina-
les in generali dispositione etiam
odiosa comprehendantur, tenuit post
Archidiac. Io. Andr. & alios in cap. si
nemo deinceps de elect. in 6. Rota
coram Mohed. decis. 23. de renunc.
vbi etiam dicitur, quòd Rota non
sequitur cons. Anchar. dicentis con-
trarium

trarium cons. 297. nec cons. Rom. 498. nec doct. Felin. in cap. cum in iure sub num. 6. de off. deleg. & Io. Monach. qui auctor fuit contrariæ opinionis in cap. 1. de scismaticis in 6. num. 1. ipsemet se retractauit in extrauag. 1. super glos. in verb. clericos de sent. excomm. in communibus, vbi dicit non esse sibi credendũ de opinione, quam tenuit in d. cap. 1. quia cum esset Cardinalis deceptus fuit propria passione & eandem sententiam sequitur Felin. in cap. ad aures sub num. 11. de rescript. Gemin. in d. cap. 1. & post alios per eum relatos. Gambar. de off. leg. lib. 4. num. 145. vbi quòd ista est veritas, nisi quando daretur casus specialitatis in Cardinalibus, Ruin. cons. 4. num. 19. lib. 5. vbi quòd rationes Anchar. non sunt efficaces, & quòd ista est verior opinio, Ferret. cons. 314. num. 11. vbi quod de iure, & secundum practicatam opinionem, Cardinales comprehenduntur sub generalibus derogationibus.

Et quicquid sit quoad alios casus, quòd in facultate transferendi pensiones, & præsertim in facultatibus concessis bo. me. Card. Montalto sit comprehensa etiam ista pensio eidẽ Cardinali super fructibus mensæ Archiepiscopalis Firmanæ reseruata: clarè DD. demonstrari posse putabãt ex pluribus.

Et primò, quia S.R.E. Cardinales in materia pensionum, & quòd pensiones per eos debitæ non possint transferri, non reperiuntur specialites priuilegiati, vnde quòd & ipsi quoque, siue pensiones ab ipsis debitæ in huiusmodi facultatibus comprehendi censeantur, non est inconueniens, quia in generali dispositio-
6 ne comprehenduntur etiam personę priuilegiatæ, quando in illa materia non sunt specialiter priuilegiatæ, l. in fraudem, §. vlt. & ibi Bal. & alij DD. ff. de milit. testam. Rip. in l. 1. nu. 60. ff. de vulg. Gabr. cons. 20. num. 2. & seq. lib. 2. Natt. cons. 410. num. 20. Dec. cons. 4. ante num. 2.

7 Secundò eo facilius dici potest comprehendi in dictis facultatibus etiã S.R.E. Cardinales, quia S.R.E. Cardinales non subeunt onera pensionum ratione suarum personarum, quæ propter earum eminẽtiam sunt digni speciali nota, (vt dictum est) sed ratione beneficiorum, quæ obtinent, ac propterea sicuti propter d. rationem tenentur ad solutionem pensionum, etiam quòd in earum impositione Papa simpliciter decreuerit, quòd eas soluere teneantur, tam tunc existentes titulares Ecclesiæ, super cuius fructibus sunt impositæ tales pensiones, quàm eorum successores, etiam quòd de Cardinalibus non fuerit facta expressa mentio, ita & multo magis tenebitur Cardinalis ad subeundum onus prorogatæ seruitutis Ecclesiæ per Papam, licèt in ipsa prorogatione seu facultate prorogandi non fuerit facta specialis mentio, quòd Titularis Cardinalis dignitate fulgeat; & maximè quando tempore prorogatæ seruitutis, seu facultatis eam prorogandi concessæ, non obtinebatur Ecclesia à Cardinale, sed fuit eam postea assequutus; sufficit enim quòd Papa in genere cogitare potuerit posse contingere, quòd Ecclesia tali onere grauata conferatur Cardinali ad l. quod iure, ff. de milit. testam. Felin. in cap. nonnulli, num. 18. de rescrip. Corn. cons. 201. num. 14. lib. 2. Cassad. decis. 12. num. 6. & seqq. de præbend. & in terminis translationis pensionis fuit dictum in vna Regien. translationis pensionis 26. Nouembris 1622. & 17. Iunij 1624. coram R.P.D. meo Pirouano.

8 Neque ex mutatione personæ titularis alteratur qualitas & substantia facultatis, ad trad. per Ferrett. cons. 314. nu. 11. & seq. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 15. n. 18. & decis. 230. num. 4. vbi quòd ex superuenienti dignitate Cardinalis nõ mutatur obligatio creditoris, & sibi impu-

imputet Cardinalis, qui acceptauit Ecclesiam super cuius fructibus est reseruata pēsio ad fauorem alterius Cardinalis, qui habet facultatem transferendi dictam pensionem.

Tertiò, ad hoc idem plurimum facit, quòd in materia pensionum, & facultatum illas transferendi, inspicitur tantum qualitas Ecclesiarum, & præiudicium, quòd per dictam impositionem dictis Ecclesijs infertur, non autem qualitas personarum obtinentium Ecclesias, seu quæ in futurum obtinere possunt, idque optima ratione, quia pensio quoad Ecclesiam est onus reale, & perpetuū quousque durat pensio, quo verò ad Titularem est personale, & durat pro tempore, quo Ecclesiam possidet, & d. facultas prorogat seruitutem, semel Ecclesiæ impositam; præiudicium verò quòd ex ea infertur Cardinali titulari est secundarium, & merè euentuale, quia scilicet contingere potest, quòd vel Cardinalis eandem ecclesiam tempore translationis amplius non possideat, vel quòd etiam translatarius ante ipsum trāsferentem diem suum obeat, nec propterea de tali præiudicio est facienda specialis mentio, & sufficit qualitates ipsius Ecclesiæ, de cuius præiudicio principaliter agitur, non verò

9 etiam ius euentuale titularium exprimere, quia ea quæ habent se ad esse, & non esse non inducunt subreptionem. Fel. in cap. in nostra de rescript. Fettett. d. consi. 314. num. 12. vbi quòd quando qualitas Cardinalis potest adesse, & abesse tempore vacationis, non est de illa necessaria mentio. Cassad. decis. 16. nu. 2.

10 de præben. in his terminis dixit Rot. in decis. 240. nu. 26. & seqq. par. 1. diuers.

Quòd & vsus ac stylus curiæ comprobauit, solet enim ex communi, & notorio stylo curiæ in reseruationibus pensionum, & facultatibus illas transferendi fieri quidem mentio qualitatum Ecclesiæ, super qua est imposita pensio, vt Papa scire possit, an sit Parochialis, Abbatialis, Episcopalis, Archiepiscopalis, aut alterius dignitatis, non verò etiam personarum dictas Ecclesias obtinentiū, & minus earum, quæ in futurum, vt easdem Ecclesias obtineant possibile est.

Nec propterea subsistit quòd dicitur, non præsumi quòd Papa voluerit per dictam facultatem præiudicare Cardinali, ad quem poterat deuenire Ecclesia, quia, vt iam dictum est, in hac materia non inspicitur dignitas personarum obtinentium Ecclesias, nec minus attenditur præiudicium Cardinalis, quòd pendet à futuro, & incerto euentu, & si Papam difficiliorem redderet ad concedendam facultatem, quod potest contingere, vt ea sit præiudicialis aliquo tempore S.R.E. Cardinali, aut præsumi deberet, quòd non vult eam præiudicare posse Cardinalibus, vtique eadem ratio retraheret Pontificem ab imponenda pensione, nec præsumeretur, quòd Papa vellet semel impositam solui debere à successore Cardinale, quòd tamen verum non est, quia (vt iam dictum est) etiā quòd de Cardinale non fiat mentio, tenetur ad pensionem semel impositam, & Cardinalis acceptando beneficium censetur illud acceptare 11
cum suo onere, & sibi præiudicat, ideoque pari etiam ratione sibi præiudicat Cardinalis, acceptando beneficium cum onere pensionis, quæ fuit effecta transferibilis, vt cuilibet rectè consideranti ad sensum patete poterit.

Quartò, cessare videtur in casu isto difficultas, quia dato etiam quòd in hac materia reperirentur S.R.E. Cardinales, vel de iure, vel de stylo curiæ particulariter priuilegiati, ita quod pensiones ab ipsis debitæ nunquam censeantur in huiusmodi facultatibus comprehensæ, nisi de ijs fuerit facta specialis mentio.

Nihilominus huic etiam priuilegio

gio dici posset derogatum per amplissimas clausulas appositas in facultatibus concessis bo.me. Card. Montalto, ad hunc namque effectum attenditur intentio derogantis, & si pòtest apparere quòd voluerit deroga-
12 re, sufficit derogatio generalis. Card. cons. 136. num. 7. & seqq. Aym. cons. 126. per tot., & præsertim num. 4. & seq. Put. decis. 104. in fin. lib. 1. vbi quòd semper an sit derogatum, vel non, pendet à mente, & intentione
13 derogantis. Rot. decis. 137. num. 7. par. 1. diuers.

De intentione verò Sixti V. quòd in dictis facultatibus voluerit derogere, etiam dicto priuilegio, non est dubitandum; tum quia dictæ facultates emanarunt ad fauorem pronepotis, & quidem valdè dilecti, vt in alijs facultatibus concessis eidem D. Cardinali in simili pōderauit aliàs Rota, tum etiam quia in dictis facultatibus fuit expresse derogatum, statutis consuetudinibus, priuilegijs, & indultis, cum verbis amplissimis, & insuper fuit dispositum, quòd D. Cardinalis posset transferre pensiones, etiam quòd sint reseruatæ super fructibus Ecclesiarum de iurepatronatus Baronum, Ducum, Regum, Imperatoris, aut alia quacunque dignitate ecclesiastica, vel mundana fulgentium; quin etiam fuit superaddita clausula, quòd de dicto indulto iudicetur perinde, ac si esset concessum in consistorio de Fratrum consilio, & assensu, sub quibus clausulis
14 etiam S.R.E. Cardinales comprehendi, qui Regibus æquiparantur, ambigi non potest, vt de clausula cuiuscumque status, gradus, &c. aduertit Ferrett. cons. 357. num. 4. vers. quin imò, Cardinales etiam Legati, & ita sæpius fuisse iudicatum in Rota testatur Gomes. in procem. regular. quæst. 4. num. 2.

Nec obstat quòd omnes dictæ clausulæ respiciunt tantum qualitates Ecclesiarum super quibus sunt reseruatæ pensiones per D. Cardinalem transferendæ, non verò personas easdem pensiones translatas soluere debentium: quia hoc etiam admisso, subintrat firmissimum argumentum, quod si Papa voluit dictas pensiones posse transferri in præiudicium iurispatronatus Regum, & Imperatoris, multo magis voluit easdem pensiones transferri posse in præiudicium Cardinalium, à quibus posset contingere obtineri dictas Ecclesias, quia præiudicium Regum erat præsens, & certum, præiudicium verò Cardinalium penitus incertum & euentuale, vt supra demonstratum est.

Quintò, prædictis posset adnecti, quòd Illustriss. D. Cardinalis Bandinus non est titularis Ecclesiæ Archiepiscopalis Firmanæ, sed tantum eiusdem Ecclesiæ fructuum (dempta certa rata pro moderno D. Archiepiscopo) reseruatarius, & d. reseruatio emanauit tempore, quo iam fuerat reseruata d. pensio ad fauorem D. Cardinalis Montalti, & concessa eidem facultas dictam pensionem transferendi, vnde in d. reseruatione fructuum ad fauorem Illustriss. D. Cardinalis Bandini facta non potest censeri comprehensa dicta pēsio, vt benè deducitur in dec. 133. num. 2. par. 2. in recent. Et quatenus in eadem reseruatione caueatur, quod si contingat vacare pensiones super fructibus Ecclesiæ impositas, ipsi D. Cardinali reseruatario accrescere debeat; non debet intelligi de pensionibus alteri Cardinali reseruatis, qui habet facultatem eandem pensionem transferendi ex eadem regula, quæ pro D. Card. reseruatario adducitur, quòd in dispositionibus generalibus non comprehenduntur Cardinales, atque ita argumentum ad ipsius D. Cardinalis reseruatarij fauorem inductum reflectitur.

15 Atque ex his etiam apparet non obstare quòd dicitur, quòd saltem in dispositionibus odiosis odio irratio-

tionabili non cōprehendūtur S.R.E. Cardinales (quicquid sit de dispositionibus odiosis non autem odio irtionabili) quia obiectum posset procedere, si odium dirigeretur in ipsas personas, vel etiam si aliqua alia ratio cōcurreret, ex qua posset intrare priuilegium quòd habēt S.R.E. Cardinales, in quibus terminis loquuntur iura, & auctoritates per scribentes pro Illustriss. D. Cardinali Bandino allegara; secus verò est, quando odium percutit rem ipsam, puta Ecclesiam, & S.R.E. Cardinalis eandem Ecclesiam cum tali onere acceptauit, quia tunc nemo est qui dicat, quòd Cardinalis non teneatur subire tale onus, etiam quòd esset odiosum odio irrationabili; & in omnem euentum, si quòd priuilegium competeret tali etiam casu Cardinali, ei fuit sufficienter derogatum per clausulas supra ponderatas; quin & fortassis dici posset eodem defectu laborare etiam gratiam reseruationis fructuum ad fauorem Illustriss. D. Cardinalis Bandini, ita quòd nec ipse iuuari possit dicta gratia in præiudicium Cardinalis habentem gratiā anteriorem (vt supra dictum est) quia gratia dictæ reseruationis nō est minus odiosa, quàm sit facultas concessa bo.me. Card. Montalto, præsertim cum eadem etiam gratia contineat facultatem transferendi fructus reseruatos, seu illorum partem.

16 Sed neque prætereundum est, quòd nec ipsa impositio pensionum, nec etiam facultas transferendi pensiones semel impositas est odiosa odio irrationabili, quia licèt videatur dicta impositio pensionum contra ius; eo quod inspecto iure communi beneficia conferri debeant sine diminutione c. maioribus 1. quæst. 3. can. piæ mentis 16. quæst. 7. cap. vacante, & cap. cum causam in fin. de præbend. cum similib.

17 Tamen de iure etiam est, quòd ex causa licita & honesta possit pensio pro tertio imponi. Felin. in cap. ad audientiam il 2. col. 2. vers. 2. conclusio de rescript. Rot. decis. 240. nu. 24. par. 1. diu. & publicam quoque vtilitatem respicit, quod ex pingui beneficio plures clerici alantur. Bursatt. consl. 126. nu. 90. vers. 2. vt ege-

18 no lib. 2. latè Mandos. qui pluribus rationibus hanc opinionem defendit super reg. 19. quæst. 21. num. 1. cum plur. seqq. Gonzal. in glos. 6. procem. num. 21. Gig. de pens. quæst. 96. num. 4. & respons. 25. num. 15. Gamb. de off. leg. tit. de pens. tit. 21. cum plurib. seqq.

19 Et quatenus etiam esset contra ius dicta impositio nihilominus non posset dici odiosa odio irrationabili, quia etiam statutum exclusiuum fœminarum est cōtrarium l. maximum vitium. C. de lib. præterit. & nihilominus non dicitur odiosum odio irrationabili, iuxta magis veram, & communem opinionem quam Rotæ sequitur, vt disputato ex professo articulo fuit tentū in Nucerina prædij 29. Maij 1602. coram bon. mem. Card. Sacrato, & in Interamnen. de Paradisijs 12. Decembris 1605. coram R.P.D. meo Pamphilio, & nouissimè in Bononien. successionis 9. Decembris 1622. coram R.P.D. meo Vbaldo in qua plures aliæ decisiones referuntur, & latè respondetur ad contraria, vnde multo minus potest dici odiosa odio irrationabili impositio pensionum, etiam quòd esset contra ius, quia sufficit, quòd habeat admixtam rationem, vt in terminis dicti statuti exclusiui fœminarum ponderatur in dictis decisionibus, & in puncto de pensione dicitur in d. decis. 240. num. 24. par. 1. diuers. vbi quòd est inauditum, quòd pensio sit res irrationabilis, & licèt à dicta decisione fuerit postea recessum, vt in decis. 454. tamen in hac decisione non dicitur, quòd pensio sit odiosa odio irrationabili, sed quòd gratia, de qua ibi agitur continebat quandam irrationabilitatem, quia per eā concedebatur Cardinali retētio plurium

rium Ecclesiarum Cathedralium, quod præsentis indaginis.

Minus potest dici odiosa facultas transferendi pensiones odio irrationabili, quia huiusmodi facultates solent concedi Cardinalibus, vt se possint exhibere gratos erga suos familiares, qui fuerunt participes vniuersalis muneris, quod Cardinalis sustulit pro Ecclesia Romana.

20 Et licet translatio pensionis sit prorogatio seruitutis beneficij, tamẽ quia potest esse, quòd translatarius præmoriatur transferenti (prout sæpè contingit) reputatur modici præiudicij, nec propterea in translatione, seu facultate transferendi necessaria est mentio, quòd beneficium sit grauatum alia pensione, prout est necessaria in impositione pensionis, & magis est odiosa ipsa impositio ser-
21 uitutis, quàm sit facultas prorogandi eandem seruitutem semel impositam, vt fuit dictum in allegata Regien. pẽsionis 26. Nouembris 1622. & 17. Iunij 1624. coram R.P.D. meo Pirouano, & prius in Veronen. pensionis 14. Ian. 1624. coram R.P.D. meo Verospio, & in Rom. pensionis, 17. Iunij 1622. coram R.P.D. meo Buratto.

Non obstat, quòd in indulto bo. me. Card. Montalto concesso derogatur regulæ de præstandis consensibus, & sic suppletur consensus iuris naturalis, quod facit vt dictum Indultum sit odiosum odio irrationabili ex latè cumulatis pro Illustriss. D. Card. reseruatario: quia est aduertendum, quòd regula de præstandis consensibus, nihil disponit circa consensum de iure naturali requisitum, sed respicit tantum expeditores, quibus Papa prohibet expedire literas super pensionibus & resignationibus sine consensu formali in Ca-
22 mera, vel Cancellaria. Cassad. dec. 1. num. 6. de renunc. Caputaq. decis. 176. num. 4. par. 2. Mohed. decis. 5. in fin. de renunc. Rot. diuers. decis. 396. num. 8. par. 1. Vnde penitus euanescit dictum obiectum, nec dictum Indultum propterea quod in eo derogatur dictæ regulæ, dici potest odiosum odio irrationabili, maximè quòd dicta derogatio fuit facta ad cautelam, & sine vlla necessitate, quia super translationibus faciendis per Cardinalem non debebant expediri literæ, & sic dicta regula non afficiebat dictos translatarios.

Tamẽ non obstat regula 67. quia illa est restricta ad regulas Cancellariæ edendas post primam editionẽ in quibus Papa vult priuilegiare S.R.E. Cardinales, vt apparet ex verbis ibi (in constitutionibus, & regulis in futurum edendis) neque ea potest extendi ad alias dispositiones, quando materia est proportionabilis, alias destruerentur infinitæ Rotæ decisiones, in quibus fuit firmatum S.R.E. Cardinales comprehendi, vltra quod in dicto etiam indulto bo. me. Cardinali concesso expressè disponitur, quòd de dicto indulto iudicari debeat, prout si esset concessum in cõsistorio de Fratrum consilio, vel assensu, qui casus in dicta regula excipitur, nec propterea obstat dicta regula quominus translatio sustineatur, etiam quòd illa præiudicet Illustrissimo D. Cardinali reseruatario.

R. P. D. REMBOLDO

Firmana pensionis. 23. Ianuarij 1626.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales quando comprehendantur in generali dispositione.*

2 *Facultates cõcessa cum clausulis prægnantissimis etiam priuilegiatos includunt.*

3 *Stante maximè qualitate personarum.*

q 2 DE-

DECISIO XCII.

DOmini steterunt in decisis die 26. Februarij proximè præteriti ex rationibus, tunc deductis. Quibus non obstant, quæ denuò fuerunt allegata ad probandum, quòd Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales non censentur comprehensi in generali dispositione: quia licèt vt tunc fuit dictum S.R.E. Cardinales propter eorum eminentiam, & dignitatis prærogatiuam, indigeant speciali nota, tamen non bene ex hac regula infertur, quòd in facultate concessa bo.me. Cardinali Montalto transferendi pensiones sibi reseruatas, non sit comprehensa etiam ista pensio, quæ nec tempore, quo fuit concessa dicta facultas, erat debita per Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem.

Multi enim dantur casus, in quibus, siue agatur de dispositionibus per viam legis, siue de dispositionibus factis ad fauorem priuatorum, dicta regula non applicatur, nec propterea ea fuit vnquam indistinctè, & in quocumque casu, & ad effectum cuiuscumque præiudicij, quòd posset etiam in quandam consequentiã ex huiusmodi dispositione S. R. E. Cardinali euenire à Rota recepta.

Sed pro diuersitate casuum diuersimodè Rota respondit, & in pluribus casibus, in quibus etiam agebatur de constitutionibus pœnalibus, & odiosis, amplexa est doctrinam Archid. Io. Andr. & aliorum in cap. si nemo deinceps de elect. Felin. in c. ad aures de rescript. & in cap. super his de fid. instrum. reiecta opinione contrarium tenentium, vt testatur Mohed. dec. 23. de renun. & Io. Paul. decis. 144. qui dicunt fuisse cum magna deliberatione, & studio, ac di-
1 sputatione resolutum in constitutione, de qua tunc agebatur, comprehendi Cardinales, quodque Rota non tenet cons. Anchar. dicentis contrarium cons. 297. nec cons. Roman. 498. quod etiam reprobat Bellenc. suo tempore insignis Rotæ Auditor in tract. de char. subsid. quæst. 66. vbi singulis rationibus adductis per Roman. respondet, & melius dicere affirmat Mandos. in addit. ad dictum cons. Rom. 498. litera A.

Eandemque sententiam tenuit et Rota in dispositionibus factis ad fauorem priuatorum, & in specie ita fuit iudicatum in vna Valentina Archidiaconatus ann. 1531. & in Caurien. canonicatus, vt refert Gomes. quæst. 4. in procem. reg. cancel.

Et idem in casu ibi relato disponit text. in cap. dudum, de præben. in 6. & faciunt not. per Cassad. dec. 1. num. 3. de Decret. Simonet. dec. 51. lib. 1. Caputaq. decis. 83. par. 2. Ferret. cons. 38. num. 8. vers. accedit ad præfata, & num. 9. Oldrad. cons. 211. 293. & 321. Card. Mantic. decis. 230 cum alijs per Bellenc. d. quæst. 66. num. 33. vbi etiam distinguit inter personas S.R.E. Cardinalium, & eorum beneficia.

Nec contrarium firmant Doctores pro Illustriss. D. Cardinali reseruatario allegati: quia plerique eorũ loquuntur in casibus, in quibus agitur de præiudicio S.R.E. Cardinalis respectu particularis Indulti, aut Priuilegij, eidem à Papa concessi; tunc enim non censetur per generalem dispositionem tale indultum, aut priuilegium abrogatum, sed necesse est, quod in specie fiat mentio de Cardinale, & in istis terminis loquitur Simonet. decis. 1. lib. 1. Mohed. dec. 10. de priu. & alij alleg. per Germon. de indult. in ver. Alioquin num. 33. & seqq.

Alij verò loquuntur in constitutionibus, siue regulis, quæ emanarunt per viam legis, nec propterea merentur allegari, quia loquuntur contra opinionem Archid. Felin. & aliorum, quos Rota sequitur.

Reliqui autem, quorum, vltra Rom. d. cons. 498. vix alius adducitur,

Digitized by Google

tur, non fuit attendendi, quia eos in specie reprobauit Rota coram Mohed. d. decis. 23. de renunc. & Bellencin. in d. tract. de char. subsid. dicit, Romanum fuisse loquutum in d. cõs. magis studio complacendi, quam veritatis exprimendæ.

Et nihilominus nullus ex allegatis firmat, quòd procedat d. conclusio in omni, & in quacumque dispositione, & materia etiam S.R.E. Cardinalibus proportionabili. Et quando ex circumstantijs colligi potest, quòd Papa voluerit etiam comprehendere S.R.E. Cadinales, & casus particulares, in quibus ipsi loquuntur: & rationes, quibus mouentur, non applicantur casui, de quo agitur, atque ita dicta conclusio, & Doctores non obstant quominus censeri possit, quòd Papa voluerit comprehendere in facultate concessa bonæ mem. Cardinali Montalto transferendi pensiones sibi reseruatas, etiam istam pensionem, de qua agitur.

Quòd autem dictam etiam pensionem voluerit comprehendere, suadent plurimæ rationes in alia decisione ponderatæ; & primo suadet materia subiecta, quia scilicet agitur de pensione imposita super fructibus Ecclesiæ Firmanæ, & sic de onere reali, imposito fructibus dictæ Ecclesiæ, non verò personæ obtinentis Ecclesiam, quod est multum considerabile ad effectu n, de quo agitur ex alleg. per Bellenc. d. quæst. 66. nu. 33. & in Aretina beneficij, relata per Marchesi. de commiss. par. 1. fol. 549. & Card. Mant. d. decis. 230.

2 Secundò id ipsum etiam suadent verba, & clausulæ prægnantissimæ appositæ in dicta facultate, ex illis enim colligitur enixa mens Papæ, comprehendi in dicta facultate omnes, & quantumuis priuilegiatas pensiones, quas bo. me. Cardinalis Montaltus habebat, & sic etiam istam pensionem, de qua agitur, at quæ hinc concessit eidem Cardinali facultatem transferendi pensiones sibi reseruatas super beneficijs, etiam iurispatronatus Regum, & Imperatorum, & derogauit Concilio Lateranen. alijsque quibus statuitur, quòd Ecclesiæ cathedrales non possint, nisi ex certis causis grauari pensionibus, voluitque, vt pensiones sic translatæ suum sortirentur effectum, ac si fuissent in Consistorio reseruatæ, quæ omnia benè conferunt ad effectum, vt censeri possit comprehensa in dicta facultate etiam illa pensio; præsertim cum ista materia tota pẽdeat à verisimili mente Papæ, neque de illius potestate quæstio esse possit.

3 Tertiò ad dictum effectum ponderata fuit qualitas personarum, cui, & à quo fuit concessa dicta facultas, ea enim fuit concessa S.R.E. Cardinali Amplissimo, vt gratum se posset exhibere erga suos, & concessio fuit facta à Papa ad fauorem pronepotis sibi valde dilecti; quæ (quicquid esset dicendum si ageretur ad aliud effectum) addunt aliquid potentis ad eliciendam dictam voluntatem Papæ in hac materia, cui non repugnat Canonis, aut alicuius Concilij dispositio. Rot. par. 1. d. ueis. dec. 34. & 35. itaut neque in casu isto applicari possint ad hoc propositum allegata pro Illustrissimo Cardinali reseruatario ex decis. 40. num. 14. ead. prima par.

Quartò etiam est considerãdum, quòd potissimum præiudicium, quod infertur per huiusmodi facultates, infertur Ecclesiæ, super cuius fructibus sunt impositæ pensiones, præiudicium verò, quod per dictas facultate, infertur personis obtinentium Ecclesias est secundarium, & etiam merè euentuale, quia scilicet potest esse, quòd ipsi tempore translationis non possideant Ecclesias, quodquod etiam translatarius decedat ante ipsum transferentem, ac propterea, cum non dubitetur, quòd Papa voluerit præiudicare Ecclesijs, facilè præsumitur, quòd etiam voluerit præiudicare personæ, ad quam Ecclesia

clesia posset peruenire, cum præsertim ageretur de præiudicio euentuali obtinentium ecclesias.

Quintò accedit, quòd tempore, quo fuit concessa dicta facultas bo. me. Card. Montalto, Illustriss. Cardinalis reseruatarius fructuum mensæ Archiepiscopalis Firmanæ, super quibus est imposita pensio, de qua agitur, non erat Cardinalis, atque ita dubitari non potest, quin tunc comprehenderetur sub dicta facultate, etiam ista pensio, quodq. per consequens ea fuerit ex tunc effecta transferibilis; nec propterea potuit per superuenientem dignitatem in dicto Illustriss. reseruatario, dicta qualitas immutari, itaut amplius non potuerit in præiudicium dicti Illustrissimi Cardinalis reseruatarij transferri, iuxta decis. supradictam coram Cardinale Mantica, & alia allegata pro translatarijs.

Ex quibus, & alijs in alia decisione ponderatis simul iunctis, Domini censuerunt, pensionem, de qua agitur, comprehendi in dicta facultate, neque in casu isto supradictam regulam, & authoritates pro Illustriss. D. Cardinale reseruatario adductas applicari, &c.

R. P. D. DVRANO.

Firmana Pensionis, 8. Martij. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Pensio non est odiosa.*
2 *Nec facultas eam transferendi.*
3 *Pensionis in translatione non est facienda mentio alterius pensionis.*
4 *Translatio pensionis ex motu proprio est fauorabilis.*
5 *Literæ pensionis, facultas transferendi, & translatio ipsa sunt vnũ.*
6 *Cardinales comprehendantur sub facultate transferendi pensiones.*
7 *Et an comprehendantur sub indulto. & num. 9.*
8 *Statutum generale quando comprehendat personas priuilegiatas.*
10 *Pensio est onus reale.*
11 *Obligatio non extinguitur mutatione personæ.*
12 *Derogatio regularum Cancell. sufficit pro alijs derogationibus.*

DECISIO XCIII.

FVit, post sæpius disputatum, bis decisum coram bo. mem. Remboldo, nempè sub die 26. Februarij 1625. & 23. Ianuarij. 1626. translationem pensionis scutorum duorũ mille auri, factam per clar. me. Cardinalem Montalbum vigore facultatis transferendi motu proprio sibi datæ per S. me. Sixtum V. fuisse validam, & iuxta illam pronunciatũ, literas reseruationis vnà cum instrumento translationis esse exequẽdas: cum autem causa appellationis interpositæ pro parte Illustrissimi D. Cardinalis Bandini reseruatarij fructuum mensæ Archiepiscopalis Firmanæ, super qua dicta pensio fuit reseruata, mihi commissa fuerit, sine præiudicio legitimæ executionis arbitrio Rotæ, fuit die 23. Ianuarij præteriti resolutum, non intrare arbitrium ad impediendam viam executiuam. Et quamuis eo ipso tunc Dominis constiterit de iustitia trãslatariorum, quia arbitrium regulatur à iure, itaut ad illud denegandũ oportet de iustitia, & validitate sententiæ constare, & multò magis de illa, quàm de ista, nihilominus (quod raro Rota facere consueuit) fuit cõcessum D. Cardinali iterum audiri super iustitia: vnde cum hodie de illa fuerit disceptatum, fuit vnanimi omnium consensu resolutum, iustitiam translatariorum esse claram ex prædictis duabus decisionibus bo. mem. Remboldi, quæ ita visæ fuerunt optimis rationibus, & auctoritatibus ornatæ, vt quicquid nunc contra illas deductum fuit, ò sit aliud quàm in eis disertè discussa refricare.

Tota

Tota siquidem difficultas ad id
reducitur, an D. Cardinalis reseruatarius
compræhendatur sub dicto
indulto transferendi, itaut translatio
vigore Illius postea facta illum
afficiat; cuius resolutio inde pendet,
an translatio sit odiosa odio rationabili,
vel irrationabili, & cum materia
sit proportionata ad Cardinales,
quia ipsi etiam, quando de beneficijs
prouidentur, multoties grauantur
pensionibus, & habeat ad
mixtam illam publicæ vtilitatis rationem,
quòd ex pingui beneficio
plures clerici alantur, & non referuetur
in odium titularis, sed in fa-
1 uorem tertij, aut certè pensio non
est odiosa, vt his, & alijs rationibus
defendunt. Bursatt. cons. 126. nu. 90.
lib. 2. Mandos. super reg. 19. quæst.
11. nu. 1. cum seqq. Gonzal. in glo. 6.
procem. nu. 21. & facit tex. In cap. 2.
S. statuimus. de decim. in 6. & reg.
quam per illum text. constituit.
Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 1.
num. 4. aut dubio procul, quando
pensio odiosa sit, non tamen odio
irrationabili. Rota dec. 240. nu. 24.
par. 1. diuers. & benè in dicta decis.
26. Februarij in hac causa facta, in
vers. tamen de iure,
2 Quòd si impositio pensionis non
continet odium saltum irrationabile,
nec etiam facultas transferendi, in
qua militat eadem ratio æquitatis,
& etiam quia conceditur S. R. E.
Cardinalibus, & alijs de ecclesia
bene meritis in præmium laborum,
quos pro Sede Apostolica sustinent,
& redundat in fauorem eorum familiarium,
adeò quod, cum passim, &
his de causis a Pontificibus concedatur,
esset nimis audacius dicere,
quod trãslatio inde sequuta sit contra
rationem.

Quinimò magis odiosa videtur
impositio pensionis, quàm illius
translatio, sicut noua impositio seruitutis
magis quàm seruitutis iam
impositæ prorogatio, adeò enim
reputatur modici præiudicij (ex quo
contingere potest, quòd translatarius
præmoriatur transferenti) vt in
translatione, seù facultate transfe-
3 rendi non sit facienda mentio, quod
beneficium sit grauatum alia pensione,
vt facienda est, quãdo pensio
imponitur, vt dixit Rota in Regien.
Pensionis. 16. Nouembris. 1622. &
17. Iunij. 1624. coram R. P. D. meo
Pirouano. & in Romana Pensionis.
17. Iunij. 1622. coram bo. me. Buratto.
& in d. decis. 26. Februarij. vers. &
licèt, coram bo. me. Remboldo.
4 Et demũ Domini, dum hæc causa
in Rota ventilabatur, penitus inclinabant,
quòd hæc pensio, & facultas
illam transferendi sint fauorabiles,
tum quia concessæ motu proprio.
Anchar. cons. 296. & Roman.
cons. 348. qui loquitur in terminis
pensionis motu proprio; tum etiam
quia considerabant, quòd pensio
ista fuit imposita in fauorem Cardinalis,
atque eidem facultas transferendi
data eo tempore, quo D. Cardinalis
reseruatarius, nec erat Cardinalis,
nec dictæ ecclesiæ Titularis,
aut fructuum reseruatarius, &
proindè nullo modo, nullaq; ratione
agebatur de liganda persona, in
qua stat præheminentia propter priuilegium
dignitatis, sed solum de
fauore Cardinalis transferentis, &
de rebus, & beneficijs tunc per eum
possessis,

Et quamuis tẽpore actualis translationis
reseruatarius erat Cardinalis,
tamen hoc tempus non est atten-
5 dendum, sed illud, quia literæ pensionis,
facultas transferendi, & translatio
ipsa non sunt distinctim, & de
per se consideranda, sed vti vnum
integrale constituentia, argumento
tex. in l. cum delanionis. S. Asinam.
vers. quod si. ff. de fund. instruct. vel
instrum. legat. & fuit dictum in hac
eadem causa 23. Ianuarij præterit;
coram me, in versic. & idem dicendum
est,

Ex quibus succedit in fauorem
translatariorum, & contra D. Cardinalem

dinalem reseruatariū illa in hac materia non minùs vera, quam trita, & communis conclusio, quod sub generali dispositione quamuis odiosa, non tamen odio irrationabili, & sic sub hac facultate transferendi compræhenduntur Cardinales. Anchar. & alij in c. nemo deinceps. de elect. in 6. Ioan. Monach. sibi contrarius. in extrauag. prima. in verbo, Clericos. de sent. excomm. Gemin. in c. 1. num. 6. de Schismat. lib. 6. Felin. in cap. ad aures. num. 11. in 8. conclus. circa med. vers. est verùm. de rescrip. Bellenc. de charit. subsid. quæst. 66. quem refert, & sequitur Sarnen. in procem. regul. quæst. 4. Put. dec. 189. lib. 1. in correct. Gabr. de offic. legat. verbo, in commendando. num. 144. Ferret. cons. 358. num. 8. qui refert plures decisiones. Paris. de resignat. lib. 13. quæst. 2. nu. 7. & Gonzal. glos. 24. nu. 13.

Nec applicatur distinctio ex aduerso facta inter dispositionem generalem per viam legis, & dispositionem generalem per viam particularis prouisionis seù priuilegij, ita ut sub illa compræhendantur Cardinales, quando non continet odium irrationabile, in cuius terminis videntur loqui omnes Doctores supracitati, non autem compræhendi sub
7 indulto quantumuis simpliciter, & verbis generalibus concepto, & odiū irrationabile non continente, vt in his terminis resoluunt Anast. Germon. de indult. §. alioquin. num. 33. Put. dec. 137. nu. 2. in nou. impress. lib. 2. Mohed. decis. 10. de priuileg. Achil. dec. 7. eod. tit. Verall. dec. 82. par. 2.

Quia quamuis Doctores, & decisiones prædictæ exaduerso allegatæ loquantur in dispositionibus generalibus per viam priuilegij, & resoluunt Cardinales sub illis non compræhendi, tamen non ex eo, quod dispositiones erant particulares, sed quia quoad Cardinales continebant odium irrationabile propterea quod agebatur de eorum præiudicio respectu alterius particularis indulti, iam eis à Papa concessi, quo casu idem dubio procul respondissent, si de dispositione generali per viam legis fuissent interrogati, vt in puncto Sarnen. vbi supra. vers. tertius casus in fin. vbi quod dispositio generalis extrauag. iniunctæ Bonifacij Octaui, dum disponit, neminem admitti debere ad administrationē ecclesiarum literis non expeditis, nō compræhendit Cardinales eo quia esset irrationabile, quòd dicta generalis cōstitutio quæ emanauit ob interesse bursale, afficeret Cardinales, qui particulari priuilegio sunt immunes à taxis officialium, & idem etiam clarè sentit. Mohed. in contrarium allegatus, vbi supra, dum casum indulti, & priuilegij, de quo ibi disputat, & decidit secundum rationes, & auctoritates supra adductas, quoad dispositionem generalem per viam legis. 1

Vnde, cum in materia pensionis D. Cardinalis reseruatarius non reperiatur priuilegiatus, sed vt cæteri quoad illam regulari debeat Rota in Aretina Pensionis coram Litta apud Marches. par. 1. fol. 549. & sit materia illi proportionata, consequenter Doctores, & decisiones exaduerso adductæ non applicantur, 2 sed potius cum præsupposito odij rationabilis applicatur doctrina Bald. in l. in fraudem. §. vlt. ff. de milit. testam. & Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 97. cum seqq. vbi
8 quòd statutum generale compræhendit etiam personas, & causas priuilegiatas, quæ in casu illo non reperiuntur habere speciale priuilegiū. iux. tex. in d. §. vlt. ibi quia generalis est ista determinatio.

Prætereà adeo clarè demonstratur, vt non sit vis facienda in dicta distinctione, nec illa attēdenda, quod in omnibus casibus, qui retro euenerunt, in quibus agebatur de comprehensione Cardinalium sub dispositione

tione generali per viam indulti, & Cardinales circa eius materiam non erant specialiter priuilegiati, nec indultum continebat odium irrationabile semper, & indistinctè iura, Doctores, & Rota etiam tenuerunt pro comprahensione.cap.dudum.de præben. in 6. quod loquitur in fortioribus terminis, quia agebatur, ibi de præiudicio facultatum Cardinalis in iure conferendi, sibi à Papa concesso. Oldrad.cons.211. vers. de personis ergo. & cons. 293. & cons. 321. Bellenc. de charit. subsid. dicta quæst.66. Rota in Valentina Archidiaconatus, & in Caurien Canonicatus, quas allegat Sarnen. vbi sup. Cassad.dec.1.num.3. de decret. Caputaq.dec. 83.p.2. qui etiam loquitur in fortiori casu. & Put. d.decis. 137.lib.2.in correct.

9 Et quod plus est hoc ipsum fuit de mente Doctorum omnium, tàm antiquorum, quàm modernorum supra allegatorum, qui in simplicibus terminis tractant, an lex, seu dispositio Principis liget Cardinales, idq. ex eo clarè conspicitur, quod communiter ab eis reprobatur. Roman. cons.498. dum dicit, quod in dispositione particulari, de qua ibi, Cardinales non compræhenduntur, & contra illum ex professo scribit Bellenc. d.quæst.66. quem refert, & sequitur Sarn. vbi sup. & Mohed.dec. 23. de renunc. testatur fuisse cum magno studio in Rota reprobatum consilium Romani, & approbatam opinionem Bellencin.

Quæ multò magis in casu, in quo versamur, procedunt, quia concurrunt in eo specialia quædam, & alioquin darentur plura, quæ viderentur absurda, ac iuris regulis penitus contraria. In primis, cum (vt dictum est) in hac materia Domini Cardinales non repetiantur priuilegiati, itaut quoad illos sit etiam sicut quoad cæteros, iuris regulis inhærendum, vt in dicta Aretina apud Marches. sequeretur contra regulam in dicta decisionem firmatam, quod facultas transferendi, & translatio inde sequuta, quæ quoad alios fuissent validæ, quoad Dominos Cardinales fuissent nullæ, & inualidæ.

Seundò, quòd facultas transferendi purè data, & concessa caperet postea ex accidenti conditiones contra regul. text. in l. perfecta donatio. C. de donat. & regulam, quod sufficit semel dispositionem fuisse purificatam per existentiam conditionis, quicquid postea contingat.

10 Tertiò, pensio, quæ est onus reale contra omnes iuris regulas regularetur à personis, & Dominus Cardinalis reseruatarius, qui quoad onera realia habetur vice, & loco Titularis. Rota decis. 508. par. 2. recentior. & latè in decisionibus in hac causa factis, non consideraretur, vt talis, sed præcisè, vt Cardinalis.

11 Quartò, alteraretur, & extingueretur obligatio mutatione personæ contra reg. tex. in l.2.§.ex his. ff. de verb.oblig.& contra mentem Papæ, qui propterea in dicto indulto grauauit eo tunc Titularem, & alios quoscunque successores, sub quibus verbis comprænhenduntur successores omnes indistinctè, etiam si sint priuilegiati ad latè tradita per Crauet. cons. 294. per tot.

Quintò, non attenderetur tempus reseruationis, & facultatis transferendi, quo D. Cardinalis non erat adhuc Cardinalis, prout considerari debet, sed tempus actualis translationis independenter à reseruatione, & facultate transferendi, & sic effectus non regularetur à sua causa, nec pars à toto.

Sextò, idem D. Cardinalis, qui (vt dictum est) in hac materia nō est priuilegiatus, esset potioris conditionis Cardinali transferente, qui quoad hoc nititur particulari priuilegio, si antè illi per superuenientem digni-

dignitatē Domini Cardinalis reseruatarij non fuit factum præiudicium in facultate transferendi; nec etiam translatarijs, quoad translationem, quæ à facultate transferendi regulatur.

Septimò, eo ipso, quod D. Cardinalis reseruatarius non nititur particulari priuilegio, necessariò fundari debet in eo, quod Papa, quando concessit hanc facultatem transferendi, habuit in mente illam non concedere in casu euentuali, & accidentali sequuto, quo pensio esset soluenda per Cardinalem, quod profectò videtur esse contra omnem Papę existimationem, & intentionem, tum ex clausula motu proprio tum etiam quia agitur de gratia concessa alij Cardinali, & quidem pronepoti dilectissimo, & præsertim ex quo derogauit priuilegijs Regum, vt in vltima decisione bon. mem. Remboldi fuit benè deductum, & consideratum.

Et demùm quia primarium, & potissimum præiudicium, & quidem certum, & præcisum, quod infertur per facultatem transferendi, infertur Ecclesiæ, super cuius fructibus imponuntur pensiones, quòd verò personis infertur, dicitur præiudicium secundarium, & euentuale, cum sit contingens, quod tempore actualis translationis, illæ non percipiant fructus, aut non possideant Ecclesias, & quòd translatarius decedat ante ipsum transferentem. Vnde sequeretur quod esset maioris potentiæ præiudicium euentuale, & secundarium Domini Cardinalis reseruatarij, qui non fuit grauatus, & quod ipsi obuenit intuitu Ecclesiæ, quàm præiudicium primarium, & præcisū ipsiusmet Ecclesiæ pensione grauatæ, quod videtur esse prorsus ab omni ratione alienum.

Neque obstat, reg. 67. nunc 68. Cancellariæ dum disponit, quòd Domini Cardinales non comprehendantur sub regulis faciendis, quia in dicto Indulto derogatur generaliter etiam regulis Cancellariæ, quæ derogatio generalis sufficit, vt in terminis, Cassad. decis. 38. super regu-
12 lis licèt enim non adsit formalis derogatio omnium regularum, ex quo tamen derogatur expresè in indulto regulis Cancellariæ de præstandis consensibus, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, eo ipso censetur omnibus alijs regulis generaliter derogatum. Rot. decis. 27. par. 3. diuers. lib. 2. præterea dicta regula retorquetur, quia à contrario sensu (vt Domini dicebāt) iuxta illam Cardinales comprehendi debent in alijs dispositionibus, & dum loquitur de regulis edendis, comprehenduntur sub iam editis. Cassad. ibidem. Mohed. dicta decis. 23. de renunc. & nouissimè Moder. in notis, ad regul. Cancell. Greg. XV. supra dicta regula 68. verb. imposterum, quæ tamen intelligenda sunt iuxta superius dicta, & tradita per Sarnen. d. quæst. 4. procem.

Tamen dum hæc, & alia in discussione huius causæ animaduerterentur aliqui ex Dominis, meminerunt, quod iste casus in termini minus fauorabilibus respectu translatariorū, fuit iam decisus contra Cardinalem Sanctæ Ceciliæ in vna Capuana pensionis die 13. Ianuarij 1606. coram sanct. mem. Greg. XV. sed decisio non fuit extensa, quia D. Cardinalis audita sententia Rotæ acquieuit, & soluit, &c.

Et ita, &c.

Et in eadem coram eodem. 23. Ianuarij 1627.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium à iure regulatur, & quando non intret.*

2 *Litera translationis pensionis habeat paratam executionem.*

3 *Executiua via competens cedenti datur etiam cessionario.*

Gratia

4 *Gratia ex motu proprio non eget iustificatione.*
5 *Quasi possessio transferentis liberat translatarium ab onere iustificandi pensionem.*
6 *Appellatio suspensiua non datur à decreto de pensione soluenda.*
7 *Executiua via non impeditur per praeuentionem.*
8 *Actor an reus quis dicatur regulatur à causa originaria.*
9 *Obligatio cameralis non extenditur, nisi iuxta expressa.*
10 *Literae Apostolicae habent executionē paratam ob eorum reuerentiam, & auctoritatem.*
11 *Literae reseruationis, facultas transferendi, & instrumentum translationis sunt unum integrale.*
12 *Interpretatio iuris descendens ab exceptione partis, & replicatione actoris non impedit viam executiuam.*
13 *Altior indago vbi prouenit ab exceptione reijcitur ad petitorium.*
14 *Reseruatarius omnium fructuum habetur loco titulari; quoad onera realia.*
15 *Libellus in executiuis non requiritur.*
16 *Cessionarius in executiuis sine monitorio sicut cedens agere potest.*
17 *Dictio, etiam est ampliatoria.*
18 *Ignorans cui soluerre, non tenetur soluere.*
19 *Commissio in executiuis, & summarijs succedit loco libelli.*
20 *Commissio per citationem ad dicendū contra fit communis, & num. 23.*
21 *Clausula, quam, & quas, quid operetur.*
22 *Actio quae fuerit intētata sat est, quod ex actis declaretur.*
24 *Sententia potest fieri stante claus. quā & quas super causa probata, licèt non expressa.*
25 *In executiuis sufficit seruare quatuor terminos.*
26 *Clausula, omni meliori modo, quid operetur.*
27 *Clausula, motu proprio reddit dispositionem fauorabilem.*
28 *Gratia motu proprio assimilatur vltimis voluntatibus.*
29 *Verba sententiae quomodo sint intelligenda pro ea sustinenda.*
30 *Creditor potest vti duplici modo executiuo.*
31 *Expensarum refectio non intrat ex transitu de vna via ad aliam.*
32 *Iudicium remanet executiuum quomodocumque fuerit pronunciatum.*
33 *Appellatio suspensiua non datur, licèt in executione breuium, & lit. Apost. feratur sententia per cedulam.*

DECISIO XCIV.

CLarae memoriae Cardinalis Mōtaltus vigore facultatis transferendi motu proprio, & alijs amplissimis clausulis sibi datae per sanctae memoriae Sixtum Quintum trāstulit pensionem scutorum duorum mille auri sibi aliàs reseruatam super fructibus mēsae Archiepiscopalis Firmanae. Cum autem Illustriss. D. Cardinalis Bandinus Reseruatarius fructuum dictae mensae praetenderet trāslationem fuisse nullam, & praeueniēdo iudicium, causam super iactationibus, & molestationibus in Rota cum facultatibus Auditoris Camerae committi obtinuerit; praeuijs duabus decisionibus conformibus die 26. Februarij 1625. & 23. Ianuarij 1626. coram bo. me. Remboldo fuit declaratum, literas reseruationis vnà cum instrumento translationis exequendas esse, ac mandata opportuna & necessaria relaxanda. Vnde causa appellationis mihi commissa sine praeiudicio legitimae executionis arbitrio Rotae, dubitatum an intret arbitrium, & fuit resolutum non intrare
1 ad impediendam viam exequutiuā, quia arbitrium regulatur à iure, Bal. in extrauag. ad reprimendum in verb. videbitur num. 4. Paris. cons. 8. num. 21. lib. 4. Caes. de Grass. decis. 8. num. 2. de re iud. & Rota decis. 235. num. 1. par. 1. recent. & 587. par. 2. & in Barchinonen. fructuum 16. Iu-

nij 1625. coram me. Iure autem attento literæ translationis habent paratam executionem, itaut detur trâslatario via executiua pro executio-
2 ne suæ translationis sicut dabatur pensionario transferenti, Vestr. in prax. lib. 3. cap. fin. num. 3. Cassad. decis. 10. num. 8. de rescript. & dixit Rota in Bononien. pensionis coram Illustris. Card. Millino, & in Cremonen. pensionis coram Illustris. Gard. Caualerio impressis apud Marchesi. de commiss. par. 2. fol. 558. & seq. & in alijs relatis in decis. in hac causa facta 26. Februarij 1625. in princip. coram bo. mem. Remboldo, adeout contra Translatarium non soleat rescribi, nisi cum clausula sine retardatione, vt post Gom. testatur Ant. Aug. in epitom. tit. de translat. pens. num. 80. Garz. de benef. par. 1. c. 5. nu. 470. & Rota in dicta Bononien. apud marches.

3 Et generaliter via executiua, quæ competit cedenti, datur etiam cessionario cum eisdem priuilegijs, Ioan. Andreas in addit. ad specula. in rubrica de cession. Paul. de Castr. cons. 91. num. 3. vol. 1. Roman. cons. 38. & cons. 142. & communiter Doctores in l. si sic legatum, §. si quis ita vbi Ias. dicit communem, ff. de legat. 1. Vnde in præsenti appellatio non debuit impedire viam executiuam. Vestr. vbi sup.

Et quamuis arbitrium tribuat facultatem examinandi validitatem pensionis, tamen non retardat eius solutionem, quoties literæ translationis sunt iustificatæ, aut non indigent iustificatione, Mart. de claus. claus. 13. num. 13. par. 1. Rot. decis. 567. num. 1. par. 2. recent. Hic autê vtrumque concurrit, quia literæ visæ fuerunt pro nunc satis iustificatæ ex latæ deductis in prædictis duabus decisionibus, & non egent iustificatione, ex quo tàm facultas trâsferen-
4 di, quàm pensio translata sunt motu proprio, quæ causa liberat translatarios ab omni iustificatione, Gabr. de claus. concl. 2. num. 89. Seraphin. decis. 1484. num. 10. & decis. 1498. in princ. & Rota in hac causa in dict. decis. 26. Februarij. Et accedit longissima quasi possessio Cardinalis
5 transferentis, quæ etiam releuat translatarios ab onere iustificandi pensionem translatam, Garz. vbi sup. Rot. in d. Bonon. & in Brixien. pensionis 23. Maij 1594. coram Illustris. Card. Millino apud eundem Marches. fol. 654.

6 Ex quibus rectè fuit pronunciatum literas translationis esse exequendas, nec propterea dari appellationem suspensiuam, sicut nec datur à Decreto de exequendo instrumento guarentigio, Bart. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Menoc. de adipisc. possess. remed. 4. nu. 827. Couar. pract. cap. 23. cap. 9. vers. tertium exemplum, Guttier. in repet. leg. nemo potest num. 447. ff. de leg. 1. Suar. in l. post rem iudicatam in 6. quæst. ad declarat. leg. Reg. Igitur superest solum exaduerso pro retardatione adductis respondere.

Non obstat primo, quòd D. Cardinalis præuenerit in iudicio nullitatis translationis, quasi exceptio litis prius pendentis debeat executionem retardare, quia per præuentio-
7 nem non impeditur via executiua, Bald. cons. 261. nu. 2. vol. 1. vbi quod si tollitur exceptio, quia est parata executio, non impeditur via executiua, licet reus agendo præueniat, Paul. de Castr. cons. 260. vol. 1. Petr. Bellug. in speculo principum rub. 41. §. leges Regni, num. 47. Gallesi. de forma Camer. oblig. par. 3. in cap. de vi instrum. oblig. Camer. & hoc rectâ ratione, quia alioquin esset in potestate debitoris præueniendo iudiciû, eludere viam executiuam, & sic omnia iuris remedia pro expedita exactione ob bonum publicum inuenta.

Et tanto magis quia quamuis D. Cardinalis vtendo remedio, l. diffamari, translatarios ad iudicium prouocauerit, & sic quoad illam primam

peti-

Digitized by Google

petitionem dicatur Actor Roman. cons. 117. in princ. tamen cum actor an reus quis dicatur regulandum sit
8 à causa originaria, Crau. cons. 182. num. 2. & non potuerit fieri declaratio super iactationibus, & molestijs, nisi illis præcedentibus. Innoc. in c. Abbate de verb. significatione. Alex. in l. si finita §. eleganter num. 26. ff. de damno infect. propterea translatarij in effectu fuerunt veri actores, & D. Cardinalis reus. Bart. in l. liberos. ff. de in ius vocan. Couar. var. lib. 1. cap. 18. num. 4. Fab. de Anna cons. 58. num. 6. Translatarij ergo perinde haberi debent, ac si ipsi præuenissent, & Dominus Cardinalis fuisset præuentus.

Non obstat secundò, quòd via executiua nō datur nisi pro his quæ leguntur in instrumento, in indulto autem transferendi, & instrumento translationis, ex quibus agitur nulla fiat mentio de pensionibus debitis per Cardinales, quia fortè pro-
9 cederet obiectum, si ageretur ex obligatione camerali propter confessionem debiti, quæ non extenditur nisi iuxta expressa, vt per Galles. de oblig. camer. quæst. 31. num. 15. & 16. quæ ratio non applicatur viæ executiuæ literarum Apostolicarum, quæ non competit ob aliquam confessionem, cum pensio etiam non
10 requisito titulari reseruetur, & trāsferatur, sed datur ob earum reuerentiam, & auctoritatem, Rota dec. 506. num. 1. par. 1. recent. Ideo sufficit, vt constet quòd ille, contra quem agitur etiam non nominatum, percipiat fructus, super quibus fuit pensio reseruata.

11 Et idem dicendum est de instrumento translationis, quod habet in ventre reseruationem vigore facultatis, ita vt hæc tria, literæ reseruationis, facultas transferendi, & instrumentum translationis, non sint distinctim, & de per se consideranda, sed mixtim, & tanquam vnum integrale constituentia, argumento text. in l. cum delanionis §. asinam vers. quod si ff. de fund. instru. vel instrumento legat. Vnde distinctio translationum factarum per Papam mediante breui, seu literis ab alijs, quæ fiunt per instrumenta, ex aduerso ponderata non adaptatur, nec iure fundatur ad effectum, de quo agitur, quinimò Vestr. Cassad. & Rotæ decisiones supra allegatæ indistinctè, generaliter loquuntur, dum translatarijs dant viam executiuam, alioquin cum regulariter translationes fiant per instrumentum, non autem per literas, rarò pensio translata haberet executionem paratam.

Vnde etiam non releuat si dicatur quod D. Cardinalis venit in indulto ex interpretatione, ita vt secunda decisio in hac causa facta rem reduxerit ad coniecturas, & propterea res sit obscura, quo casu non datur via executiua, quia vltra quod identitas pensionis translatæ, quodque Dominus Cardinalis sit reseruatarius fructuum, non sunt posita in cōiecturis, & nunquam procederet cōclusio supra firmata, quod arbitrium dat facultatem examinandi validitatem translationis, non autem impedit viam executiuam quoties trāslatio est iustificata, vt hic per duas decisiones conformes; cessat enim difficultas quoad personam D. Cardinalis, ex quo non versamur in interpretatione intrinseca, & per viam actionis sed intrinseca, & per viam replicationis, etenim translatarij, qui sunt actores habent facultatem claram, & indubitatam transferendi istam pensionem, & instrumentum translationis, in quibus fundatur eorum intentio, ergo dum per Dominum Cardinalem reum conuentum excipitur in eis non comprehendi Cardinales, & translatarij contrariū decidi obtinuerunt, intrat conclusio passim in Rota obseruata, quòd interpretatio iuris quæ descendit ab exceptione partis, & replicatione actoris, non autem ab Actoris inten

r tione

12 tione non impedit viam executiuã; Gratia.discep.forens.cap.852. num. 40.& cap.671.num.15.Moder.de oblig.camer.quæst.31.num.15.Rot. decis.741. num.12. par.1. diuers.& decis.131.num.12. par.2. sicut in simili: vbi altior indago prouenit ab
13 exceptione non impedit executionē sed reijcitur ad petitorium, Ripa in d.l.4.§.condemnatum num.15. cum seqq. de re iud. Caputaq. dec.321. par.1.& Mohed.decis.4.num.3.de fid.instrum.

Ex quibus consequenter patet responsio ad illud, de quo etiam excipiebatur, quòd Cardinalis transferens non fuit vsus facultate transferendi dum grauauit Pręsules,& Administratores Ecclesiæ Firmanæ, non autem Illustrissimum Dominum Cardinalem, quia cum ipse sit reserua-
14 tarius omnium fructuum, eosque percipiat, habetur quoad onera realia vice,& loco Titularis,Rota decis. 508.par.2.recent.per totam, & latè in decisionibus in hac causa factis. Et cessat penitus,quia fuerunt etiam quicumque alij expressè grauati, ad latè tradita per Crauet.cons.294.

Non obstat tertiò, quòd fuerit processum sine monitorio,siue libello, quia in executiuis sine libello
15 proceditur, Marant. de ord.iud. 4. par.distinct.9. num.4. Roman.cons. 142.num.2. vbi quòd cessionarius in executiuis agere potest sine monitorio, sicut cedens, & consequenter
16 Translatarius, & ratio est, quia ex quo proceditur summariè, Marant. vbi sup.non requiritur libellus,clem. sæpè de verb. signific.Vestr.in prax. lib.5.cap.2.num.2.vbi additio num. 10. quòd absque dubio procedit in casu nostro,cum non fuerit actum ad pœnam, aut incursum censurarum; quo casu fortè esset monitorium reintegrandum,Achill.decis.5.& 6.de sent. excom. sed dumtaxat actum fuit ad simplicem pensionis solutionem vigore literarum Apostolicarũ, quæ agendi facultas non minus continetur in literis, quam facultas relaxandi censuras; quia cum hæc fuerit expressa per dictionem, etiam, quæ non est restrictiua; sed potius ampliatiua supponit alium modũ exequen-
17 di arbitrio actoris, scilicet per captionem pignorum, aut alias, Bald. cons.209.num.1.& 4.lib.3.Seraph. decis.1384.num.1.

Et licèt videatur, quòd Translatarij tenebantur prius D. Cardinali notificare eos esse Translatarios; quia dum ignorabat cui solueret,nõ tenebatur soluere, ad tradita per Ias.
18 in l.vinum num.10. ff.si cert. petat. Roder. Suar.in d.l.post rem iudicatam in declaratione legis Regn. ampliat.1.num.10.& 11. tamen cum hæc notificatio desideretur solum ad effectum simplicis scientiæ, satis fuit quod D. Cardinalis aliunde esset certior factus, Bart.in l. non solum §.morte nu.66.ff.de nou. oper. nunciat.cuius ignorantia non potuit allegari, tum ex suamet commissione, tum etiam ex citatione translatariorum primitus illi facta aliàs decerni, & relaxari mandatum executiuum, & quando prætendatur, quòd etiam debuit ei ostendi instrumentum trãslationis,ita vt non sufficeret simplex scientia; iuxta doctrinam Bart. vbi sup.num.48. & Rota in Romana societatis officij 10.Nouembris 1625. coram me, tollitur etiam ex disputatione dubij, an instrumentum trãslationis sit exequendum, quod fieri non potuit, nisi illo ostenso, & in actis producto.

19 Et in omnem casum commissio in executiuis, & summarijs succedit loco libelli, & sic monitorij, Dec. cons.483. num. 7. Thesaur. decis.1. num. 4. quæ licèt obtenta per Dominum Cardinalem,suffragatur etiã
20 Translatarijs, quia per citationem, ad dicendum contra, fuit effecta communis,Scacc.in prax.par.1.cap. 64. num.26. Rota decis.317. par.2. recent. additio ad Greg. XV. decis. 552.num.7.

Nec

Digitized by Google

Nec facit si dicatur, quod commissio succedit loco libelli in expressis, vnde debuit pronunciari iuxta commissionem, & sic super iactationibus, quòd tamen factum non fuit,
21 quia cum in commissione adsit clausula, quam, & quas, cum primum illa fuit communis effecta, censetur omne ius partium iam à principio deductum. Maresc. variar. resol. lib. 1. cap. 20. num. 1. Achill. decis. 14. de rescript. Rot. diuers. decis. 254. par. 1. Greg. XV. decis. 488. num. 1.

Non obstat quartò, quòd debuit specificari talis actio, quæ conueniret, & esset conformis sententiæ latæ, cum tamen in actis nulla adsit declaratio, ex qua appareat fuisse petitum exequi literas pensionis, & instrumentum translationis, quia satis videtur via executiua deducta ad speciem ex prosecutis nempè ex productione iurium, ex qua infertur necessario ad solutionem pensionis, vnde etiam de partium consensu emanauit disputatio dubij, postquā enim antiquata iam fuit illa nimis scrupulosa actionum formula, de qua in l. 1. in princ. ff. de eden. sufficit
22 quod ex prosequutis declaretur, qualis actio fuerit intentata, vt pluribus relatis Statil. de Salu. interd. insp. 1. cap. 3. num. 62. & seqq. Grat. cons. 34. lib. 2.

23 Et accedit, quòd Dominus Cardinalis vtendo dicto remedio leg. diffamari, non solum intendit liberari à molestijs inferendis via ordinaria, sed etiam, & multo magis ab inferendis via executiua. vnde sicut ipse vigore commissionis absolui potuisset ab omnibus, & quibuscumque molestijs; pariter, & illi vigore eiusdem commissionis communis effectæ consequi potuerunt viam exequutiuam, vt fuit resolutum in nullius de carrectis 13. Nouemb. 1587. coram Comitulo apud Marchesi. p. 1. fol. 231 & decis. 254. num. 1. par. 1. diuers.

Quibus etiā adnecti potest, quòd eo ipso, quòd à principio virtute clausulæ, quam, & quas, fuit omne ius translatariorum deductum potuit ferri sententia super causa probata, licèt non expressa, & formaliter
24 deducta, Surd. cons. 24. num. 17. vers. posset tamen, & Rota dec. 257. num. 1. par. 1. recent.

25 Non obstat quintò, defectus terminorum substantialium ad articulandum, quia cum versemur in exequutiuis sufficit seruatos fuisse quatuor terminos ad docendum se paruisse literis Apostolicis, Felyn. in c. ad probandum nu. 6. vers. ad quam Rota præmittit de re iudic. Cassad. decis. 6. num. 10. de caus. poss. & proprietatis, Achill. decis. 5. de sent. excomm. & quod isti termini de stylo Curiæ seruentur in executione literarum Apostolicarum, Rota decis. 791. par. 3. diuers. lib. 3. & decis. 64. num. 6. par. 2. recent. & in terminis pensionis. Mandos. in tract. de monit. quæst. 11. & quæst. 36. & in puncto pro translatario admisit Rota in Lucana pensionis 28. Iunij 1617. coram Archiepiscopo Seleucien.

Nec releuat si dicatur, quòd supradicta de quatuor terminis ad docendum se paruisse procedunt de stylo Rotæ, quando fuit actum per viā monitorij, Garz. par. 1. cap. 5. num. 555. Caputaq. decis. 251. par. 3. & Mantic. dec. 254. quia præter quam quod videtur id non esse metiendum à monitorio, sed à natura iudicij executiui, in quo versamur, & præsertim quia non fuit actum ad censuras, sed ad alia remedia, tollitur, ex quo commissio emanauit cum facultatibus Auditoris Cameræ, apud quem pro executione literarum reseruationis translationis pensionis, aliarūq. literarum non illi, sed isti termini seruantur etiam sine monitorio, Salust. in pract. lib. 3. cap. 1. num. 6. & cap. 7. num. 6. Et in omnem casum commissio succedit loco libelli, & sic monitorij.

Nec quicquam faciunt Garz. & præci-

præcitatæ decisiones apud Verall.& Mantic. quia dum Garz. loquitur de monitorio solum enunciat practicã ordinariam, quæ seruatur coram Audit. Cam. sed non dubitat, nec dubitari potest quin commissio cum citatione ad soluendum succedat loco monitorij, Caputaq. si benè eius verba perpendantur, probat contrariũ eius, ad quod allegatur, dum dicit, quòd si in negocio executiuo seruantur termini substantiales, seruari soliti in negocio principali, termini nõ dicuntur benè seruati, sed quòd reiterati vigore Innocentianæ sanantur, qua sanatione opus non fuisset si nõ illi, sed termini ad docendum de paritione requisiti in iudicio executiuo fuissent seruati. Decisio verò Mant. non applicatur, quia ex ea non constat super quo fuerit pronunciatum, aut super nullitate pensionis, aut super illius executione, & ex alia decisione in eadem causa facta coram eodem, quæ est decis. 286. potius apparet fuisse sententiam latam super nullitate.

Non obstat sextò, quòd fuerit excessum, dum dicitur in sententia, instrumentum translationis esse exequendum, vt propterea in ea detur translatarij subrogatio quasi possessionis exigendi, quæ legitur in dicto instrumento, cum tamen indultum transferendi non det talem facultatem; quandoquidem principalis dispositio nempè translatio non ideò minus sustinetur perinde, ac si subrogatio quasi possessionis non fuerit apposita, tũ ex clausula omni melio-
26 ri modo, quæ operatur, vt translatio sustineatur prout est possibile sustineri posse, vt dixit Rota decis. 733. num. 9. par. 2. recent. tum etiam quia cum subrogatio ad quasi possessionem sit quid distinctum, & separatum à facultate transferendi sustinetur translatio in eo in quo intrat facultas, à qua regulatur, & annullatur tantum in excessu perinde ac facta in maiori summa, Rota apud Mant. decis. 153. & dec. 173. par. 2. recent. decis. 733. num. 10.

27 Et tollitur omnis scrupulus, ex quo translatio fuit facta vigore indulti motu proprio, quæ clausula videtur inesse in translatione, cum vt dictum est, consideranda sint mixtim, & tanquam vnum integrale propter correspectiuitatem, cuius clausulæ tanta est virtus ac efficacia, vt reddat dispositionem fauorabilẽ,
28 Anchar. cons. 296. in princ. adeò vt gratia sic concessa assimiletur vltimis voluntatibus, cap. quia cunctis in fine, & cap. auctoritate Martini de concessione præbend. in 6. proinde non vitiatur ex accidentali adiectione inutili seu impossibili; Dec. cons. 405. & in puncto Roman. cons. 348. & argumento textus, in cap. ex pluribus de præbend. in 6. sicut nec vltimæ dispositiones, l. si mihi, & tibi, §. si quis seruos, ff. de leg. 1. l. si quis ille instirutus, ff. de condit. instit.

29 Vnde sequitur, quòd verba sententiæ, vt exequantur literæ pensionis cum instrumento translationis, debent intelligi in ea parte, quæ de iure venit exequenda pro sustinenda sententia, & sic quoad translationem tantum, & non quoad subrogationem, Crau. cons. 188. nu. 8. Socc. cons. 91. num. 12. lib. 4. Rota decis. 319. par. 1. recent. & dec. 450. num. 9. par. 1. diuers. & in Clusina Poste 18. Iunij 1618. coram R.P.D. meo Buratto, quod etiam in eadem sententia declaratur dum relaxantur in ea mandata opportuna, & necessaria, idest talia qualia de iure veniũt decernenda, & non alia, quæ interpretatio tanto magis admitti debet, ex quo in actis non apparet fuisse petitam executionem subrogationis quasi possessionis.

Non obstat septimò prætensa variatio de iudicio executiuo ad Ordinarium sine refectione expensarũ, quia nullibi probatur variatio, sed potius prosecutio ex obseruantia terminorum, qui etiam seruari solẽt

coram

coram Aud. Cam. pro executione literarum Apostolicarum,& signanter stante expressa protestatione trāslatariorum, quòd à via executiua non intendebant recedere. Et quamuis procedi etiam potuisset nullis seruatis terminis cum sola citatione ad soluendum, aliàs relaxari mandatum exequutiuum, tamen cum vterque procedendi modus sit executiuus, & ad idem tendat, vno intentato non præiudicatur quoad aliū
30 imò potest creditor dimisso primo ad alium recurrere, & vtroque etiam simul vti, donec ei satisfactum sit. Bart. in l. consentaneum, num. 17. vers.quæro 2.C.quomod. & quand. Iud. Paul.de Castr. in l. qui legati, num.3.ff.vt in possess.legat. Ias.in l. 5. num.23. ff. si quis ius dicenti non obtemp. & in l.nulli, num.8. vers.6. & vltimo cogita, C.de iudic.Caputaq.decis.50.num.5.par.1.quod fortius procedit quando, vt hic fuit à princ.omne ius deductum ex clausula quam, & quas, quo casu ex transitu de vna via ad aliam non intrat
31 refectio expensarum, Seraph. decis. 630.num.5. Greg.XV. decis. 270. num.5.& decis.488. num.3.

Tandem non obstat, quòd non per decretum, sed per cedulam fuerit pronunciatum literas esse exequendas, quia cum non figura verborum, sed natura, & substantia iudicij sit attendenda, non ideò minus iudicium remansit exequutiuum, Gabr.de appell.concl.4. nu.1.vers.
32 contrariū, Statil.de Saluian.inspect. 4.cap.2.num.57. & practicatur quotidiè in executione breuium, & literarum Apostolicarum, in qua fertur sententia per cedulam, Salust. in
33 prax.lib.2.cap.2. num.24. & nihilominus à dicta sententia non datur appellatio suspensiua, Statil. vbi supra Gonzal. in annot. contra nullit. num. 247. Mohed. decis. 13. vt lit. pend.Seraph.decis.357.

Cætera, quæ ex aduerso opponebantur, aut non indigent responsione, aut pertinent ad iustitiam, quæ licet visa fuerit plenè discussa in prædictis duabus decisionibus coram bo.mem.Remboldo, si tamen D.Cardinalis cupit iterum super ea audiri, DD. ordinarunt, quòd audiatur ad primam post Cineres.

Et ita, &c. vtraque, &c.

R. P. D. REMBOLDO

Ferrarien.Pensionis. 14.Iunij 1624.

SVMMARIVM.

1 *Facultas transferendi pensiones concessa Cardinali Montalto.*

2 *Ecclesiasticarum personarum appellatione veniunt etiam qui solo charactere clericali sunt insigniti.*

3 *Bigamus denudatur omni priuilegio clericali.*

4 *Laici quando sint capaces pensionum quando non conferuntur in titulū.*

5 *Contrahens matrimonium est incapax pensionis.*

6 *Clericalis character inter ordines ecclesiasticos connumeretur sec.mag. comm.*

7 *Qui non tollitur per bigamiam.*

8 *Dispensatio relaxat iuris dispositionem.*

9 *Bigamus dispensatus habet characterem, & gaudet priuilegio.*

10 *Et priuilegio characteris clericalis.*

11 *Minor dispensatus ad parochialem censetur dispensatus ad sacerdotium.*

12 *Gratia qualitas derogatur ex derogatione obstantiarum.*

13 *Pensiones de stylo clericis reseruantur, habentque annexam spiritualitatem.*

14 *Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam.*

15 *Pensio translata respectu translationis est noua pensio,*

Digitized by Google

DECISIO XCV.

1 SIxtus Quintus fel. rec. reseruauit 15. Iulij anno 1587. motu proprio ad fauorem præcl. me. Cardinalis Montalti pensionem annuã scut. 3. mill. auri in auro super fructibus mensæ Episcopalis Ferrarien.

Eodemq. anno cócessit d.D.Cardinali facultatem transferendi omnes, & quascumque pensiones sibi reseruatas, & reseruandas ad fauorem vnius, vel plurium personarum ecclesiasticarum.

Et dictam facultatem anno 1588. in pluribus ampliauit, & præsertim quod liceat D. Cardinali dd. pẽsiones trãsferre in eos, qui forsan nondũ clericali charactere fuerint insigniti cum clausula tamen ex nunc prout ex tunc, & postquam eodem charactere ritè insigniti fuerint.

Anno 1587. supradicto dispensauit Excellentissimum D. Michaelem Perettum iam tunc clericũ existen. ad recipiendum, & retinendum omnes, & quascumque pensiones reseruatas, & reseruandas, etiam si contigerit, vel non contigerit illum qualemcumque militiam ingredi, & etiam matrimoniũ cum quauis muliere, etiam vidua, & successiuè cum diuersis nupta, vel aliàs corrupta semel, vel pluries contrahere, & ad secunda, & plura laicalia, seu matrimonialia vota, seu secundas, aut plures nuptias transire, harum facultatum vigore d. Illustriss. D. Cardinalis transtulit supradictam annuam pensionem scut. 3. mill. auri in auro sibi super fructibus mensæ Episcopalis, vt dictum est, reseruatam ad fauorem d. Excellentissimi D. Principis Peretti. Quare dubitatũ fuit, An d. translatio substineretur, quo dubio maturè discusso fuit resolutũ d. translationem substineri, dummodò tamen indulta D. Cardinali Montalto concessa transferendi pẽsiones comprehendant Illustrissimos DD. Cardinales, quod quia in controuersiam deducebatur à scribentibus pro Illustriss. D. Cardinale Ordinario Ferrarien. DD. reseruarunt particulariter videre.

Nam quòd attinet ad translationem, ea visa fuit valida, quia ex lectura dd. Indultorum apparet d. D. Cardinalem Montaltum fuisse sufficienti facultate suffultum transferẽdi d. pensionem in d. Excellentiss. D. Principem Perettum.

Non obstat, quòd D. Cardinalis habuit facultatem omnem transferendi pensiones in personas Ecclesiasticas, ideoq. non potuit vigore dictæ facultatis transferre d. pensionem in d. Principem, cum ipse non sit persona Ecclesiastica, quia D. Princeps vsque de anno 1585. fuit charactere clericali insignitus, & sic, vel ex tunc fuit effectus persona Ecclesiastica, quia nulli dubium, quin
2 appellatione personarum Ecclesiasticarum veniant etiam qui solo clericali charactere sunt insigniti. c. cum contingat. & ibi Doct. de æt. & qualit. c. cleros. & ibi Præpos. & alij cõmuniter. 20. dist. & fuit dictum in Veronen. Pensionis. 23. Februarij. 1600. coram bo. me. Card. Lancellotto. Vel certè fuit effectus capax pensionis in ipsum transferendæ vigore dd. Indultorum, quia in dictis Indultis, vt ex supra præmissis apparet, fuit concessa D. Cardinali facultas transferendi pensiones etiam in eos, qui solo clericali charactere sunt insigniti.

3 Nec obstat, quòd D. Princeps fuit per bigamiam ab ipso contractã denudatus omni priuilegio clericali. c. 1. de bigam. in 6. quia, vel prætẽditur quod D. Princeps fuit per d. bigamiam effectus incapax pensionum Ecclesiasticarum, & hoc vltrò conceditur.

4 Nam licet iure communi inspecto etiam merè laici, sint capaces pensionum, quando non conferuntur in titulum. Gyg. de pens. q. 21.

etiam

etiam illegitimi. q. 17. & vxorati. quæst. 54.

5 Tamen, quia ex stylo, & obseruantia Curiæ non conceduntur nisi Clericis iis, videlicet, qui sunt capaces beneficiorum Ecclesiasticorum, d. D. Princeps reddidit se proculdubio per d. bigamiam incapacem pẽsionum, cum immò ad hunc etiam effectum, quis efficiatur incapax per contractũ simplicis matrimonij (absque bigamia, vt fuit dictum in Cæsaraugustana Pensionis. 18. Iunij. 1610. coram bon. me. Card. Lancellotto relata per Moder. ad Stat. Vrb. dec. 2. in qua in specie dicitur, quòd ita extinguitur pensio, si Clericus contrahat matrimonium cum virgine, sicuti si contrahat cum vidua. Gyg. d. tract. de pens. q. 54.

Vel prætenditur, quòd per d. bigamiam fuerit deletus totaliter character clericalis, ita vt D. Princeps sit effectus per d. bigamiam purus, & simplex laicus adeò quòd licet fuerit dispensatus ad retinendũ pensiones; nihilominus non possit censeri dispensatus tamquam Clericus, cum qualitas clericalis remãserit totaliter per d. bigamiam extincta, sed tamquam purus, & simplex laicus, & hoc neutiquam subsistit, quia quicquid reneant Theologi, qui negant primam tonsuram, & Episcopalem dignitatem esse ordines, iuxta magis

6 communem, & receptam canonistarum opinionem etiam clericalis character inter ordines Ecclesiasticos connumeratur, estq. character indelebilis, vt post Host. concludunt cõmuniter alij in c. cum contingat. de æt. & qualit. Abb. in c. 1. num. 6. de vit. & honest. cleric. Felyn. in c. sicut pro certo. nu. 2. de simon. Gemin. in c. cleros. & ibidem, latissimè Præpos. num. 4. dist. 21. quæ testatur de communi. Gabr. consf. 181. nu. 3. lib. 2. cum alijs per Garz. de benef. 3. p. cap. 1. num. 2. & seqq. Rot. dec. 721. nu. 1. & 6. p. 1. diuers.

7 Et in puncto, quòd character clericalis non tollitur per bigamiam; firmat Butr. in c. Ioannes. nu. 17. vbi quod clerico non potest euelli character per bigamiam. Imol. nu. 18. in fin. de cleric. coniug. Et eandem opinionem sæpius amplexa est Rota, & signanter in d. Veronen. Pensionis 23. Febr. 1600. coram bo. me. Card. Lancellotto. & in Cæsaraugustana Pensionis. 1. Iulij. 1611. coram S. me. Greg. XV. & in alia Cæsaraugustana Pensionis. 18. Iunij. 1610. coram eodem Card. Lancellotto. in quibus in specie dicitur, & pluribus auctoritatibus firmatur, quòd licèt per bigamiam Clericus priuetur exercitio, & priuilegio clericali, in fundamento tamen, ratione characteris, non destituitur clericatu; quodq. cap. 1. de bigam. in 6. non dicit, quòd bigamus non sit clericus, sed solum, quòd est nudatus omni priuilegio.

Præterea quatenus etiam per bigamiam qualitas, seu character clericalis extingueretur, quòd tamen nulla ratione subsistit; nihilominus quia dictus Princeps fuit longè ante contractam bigamiam, & sic tempore, quo ipse erat clericus gaudens priuilegio clericali dispensatus ad retinendas pensiones, non obstante bigamia contrahenda, dicendum foret, quòd fuit in eo mediãte dicta dispensatione, nedum dicti characteris clericalis exercitium, seu priuilegium, sed etiam ipse character præseruatus; Dispensatio enim relaxat iuris dispositionem, & impedit cur-

8 sum, & effectum illius, eximitq. dispensatum à lege, vt latè per Sãchez de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 1. vers. dispensari est aliquem à lege eximere.

Nec propterea dicta dispensatione stante, potuit superueniens bigamia extinguere characterem, quem D. Princeps habebat impressum, sed ea non obstante D. Princeps remansit clericus, vt prius ad effectum, ad quem fuit dispensatus.

Et cessat difficultas, quia in d. dispensa-

pensatione fuit expressè derogatum Concilijs generalibus, & sic d.c.1.de bigam. in 6. desumpto ex decretis Concilij generalis Lugdunẽ, Ex quo enim Papa voluit Concilia generalia, & sic dispositionem d.cap.1. non obstare D. Principi, quatenus prætendatur per d.c.fuisse etiam inductam pœnam amissionis characteris clericalis, vtique fateri oportet D. Principem fuisse etiam à pœna dictæ amissionis mediante dicta dispensatione præseruatum.

Atque hinc patet etiam responsio ad id, in quo multum insistebãt scribentes pro Illustriss. D.Cardinali titulare, quòd licet bigamia non extinguat characterem, eundemq. tamen adeo mortificat, vt bigamus nõ possit dici, nec censeri clericus, neque etiam ad effectum retinendi pensiones, quia certum quidem est, quod vt supra dictum fuit, bigamus denudatur omni priuilegio clericali. d.c. 1.de bigam. in 6. quia etiam nõ potest deferre habitum clericalem, nec tonsuram, vt cauetur in eod. cap. 1. quod tamen est permissum clerico coniugato.

9 Verum id locum minimè obtinet in bigamo dispensato, quia in eo, in quo est dispensatus est verus clericus, quia habet characterem, & gaudet priuilegio, super quo est dispensatus, & quoad dictum effectum retinet clericatum penitus illæsum, vt benè per Turrecrem. in c. quisquis ante nu.1. vers. nisi cum tali dispensetur. & ibid. Præpos. ante nu.1. vers. tamen si corrigatur. dist.84. ac propterea d. Princeps, qui erat dispensatus ad obtinendum pensiones, non obstãte bigamia, fuit tempore translatæ in eum pensionis verus clericus ad d. effectum: Bigamia enim non sustulit clericatum, vt supra dictũ fuit, nec stante dispensatione, illius effectum, seu priuilegium.

Nec obstat, quòd D. Princeps nõ fuit dispensatus ad retinendum priuilegium, seu exercitium characteris clericalis, sed tantum ad retinendũ, seu obtinendum pensiones Ecclesiasticas, non obstante bigamia, quia eo ipso quòd fuit dispensatus ad obtinendum pensiones non obstante bigamia, fuit dispensatus ad retinendum priuilegium, seu exercitium characteris clericalis ad d. effectum, cum enim ex stylo, & obseruantia Sedis apostolicæ pensiones non concedantur nisi clericis, vtique inter priuilegia d. characteris connumerari debet habilitas, seu capacitas obtinendi pensiones, & sic clericus dispensatus, vt non obstante bigamia contrahenda possit retinere, & consequi pensiones, proculdubio dicitur dispensatus ad retinendum exercitium, seu priuilegium characteris clericalis.

Quinimò cum, vt dictum est ex stylo Curiæ, pensiones non concedantur, nisi clericis, cum exercitio, seu priuilegio clericali, semper quod dispensatur clericus ad retinendum pensiones, non obstante bigamia cõtrahenda, censetur dispensatus ad
10 retinendum priuilegium characteris clericalis. ad trad. per Ioa.Andr. in c. cum eo. ad fin. vers. hac ratione videtur. de elect.lib.6. Abb. in c. cũ in cunctis.§.cum verò.nu.9.de elect. Hoied. de incompar.benef.2.p.c.12. num.82.

Non obstat, quòd dispẽsatio porrigitur tantùm ad ea, quæ sunt inseparabilia à facultate retinẽdi pensiones non autem ad ea, quæ sunt etiam à dicta facultate separabilia, ita quòd cum facultas retinendi pẽsionem possit sustineri absque clericatu, illiusq. exercitio, videlicet in merè laico, non possit inferri ex eoq. D. Princeps fuit dispensatus ad retinendum pensiones, fuit etiam dispensatus ad retinendum clericatum, & illius priuilegium, quia stante stylo, & obseruantia Curiæ clericatus, & illius exercitium est omninò inseparabile à facultate retinendi pensiones, neque enim dicta facul-

tas

tas stante d. stylo potest sine clericatu, & illius exercitio subsistere, & licèt non negetur, quòd possit concedi huiusmodi facultas etiam laico, & sic per Papam, d. facultas non potest subsistere sine clericatu, ideoque verum quidem est, quòd quando Papa dispensat laicum, & sic derogat d. stylo, tunc talis laicus potest retinere pensionem sine clericatu, nec sub tali dispensatione censetur concessus clericatus, verũ quando dispensatur clericus, vt non obstante bigamia forsan contrahenda possit retinere pensiones, tunc censetur dispensatus ad retinendum exercitium clericatus, quòd requiritur ad hoc, vt clericus possit retinere pẽsiones proinde, ac censetur dispensatus minor ad sacerdotium, quando
11 est dispensatus ad parochialem. Archid. in d. c. cum eo. nu. 2. vers. quod dicitur. Io. Andr. nu. 4. vers. ponit hic Archid. Butr. n. 4. & 5. de elect. lib. 6. Felyn. in c. postulasti. num. 2. de rescript.

Nec dicatur, quòd Papa intellexit D. Principem dispensare tamquam merè laicum ad obtinendum pensiones, non verò eidem etiam d. exercitium, seu priuilegium conseruare, quia hoc nulla ratione suadetur, D. Princeps enim erat, vt sæpè dictum est, longè ante dispensationem clericus, neque adhuc contraxerat bigamiam, & sic retinebat, nedum characterem clericalem, sed ipsius etiam exercitium; Vnde cum in hoc statu existens fuit dispẽsatus, vt posset, & retinere, & consequi pẽsiones, non obstante bigamia, forsan contrahenda, incongruum planè esset asserere, quod Papa intellexerit eum dispensare tamquam purũ laicum, cum esset, vt dictum est clericus, & haberet characterem, qui neque etiam per bigamiam extinguebatur, sed potius dicendũ est, quòd Papa voluerit ei præseruare exercitium characteris, quem habebat impressum, ad effectum retinendi pensiones, & etiam quatenus opus esset ipsum characterem conseruare,

Et quòd reuera Papa non intellexerit d. D. Principem dispensare tamquam purum laicum, sed potius eidem voluerit per d. dispensationẽ præseruare d. exercitium, seu priuilegium, quo D. Princeps fuisset denudatus per bigamiam nisi præcessisset d. dispensatio, manifestè colligitur ex pluribus, & primo quia literæ d. dispensationis fuerunt inscriptæ Michaeli Peretto Clerico Romano, nam hæc inscriptio satis denotat, quòd Papa intellexit dispensare clericum ad retinendas pensiones, non autem laicum, & sic quod d. D. Principi voluit præseruare priuilegium, quòd alias per bigamiam amittebat. ad trad. per Caccialup. de pens. q. fin. nu. 6. in fin. vers. quod autem. & num. 7.

Secundo ponderandum videtur, quod si Papa voluisset D. Principẽ dispensare tamquam purum laicum, non fuisset opus eundem dispensare super bigamia, sed vnico verbo potuisset super d. stylo Curiæ, ex quo 12 (vt dictum est) pensiones non conceduntur, nisi clericis, dispensare, nulla facta mentione bigamiæ. Bigamia enim non facit aliquem per se incapacem pensionum, sed incapacitas prouenit ex eo, quòd bigamia tollit priuilegium clericatus, quod requiritur ex stylo Curiæ ad effectum, vt quis sit capax pensionum; Vnde sufficit, quòd aliquis dispensetur, tamquam laicus: eo enim ipso efficitur capax pensionũ, nec talem capacitatem amittit, licèt contrahat bigamiam.

Tertiò est etiam aduertendum, quòd Papa in dicta dispensatione expresse derogauit Concilijs generalibus, quod pari ratione superfluũ fuisset, si voluisset D. Principem tãquam purum laicum dispensare, neque enim vllo Concilio cautum reperitur, quòd laicus bigamus sit capax pensionum, sed benè cautum repe-

reperitur in Concilio generali Lugdunensi, quòd clericus bigamus non possit gaudere áliquo priuilegio clericatus, ac propterea Papa, qui voluit dispensare d. Principem, vt possit non obstante bigamia retinere pensiones, & sic gaudere priuilegio
12 clericatus, quoad dictam retentionem derogauit d. Concilio, & qualitas gratiæ declaratur ex derogatione obstantiarum. Bald. in l. eam quam. nu. 36. C. de fideic.

Quartò est notandum, quòd Papa, quando vult aliquem habilitare ad pensiones tamquam laicum, id solet exprimere, vt apparet ex alio Indulto cõcesso D. Principi à S. me. Clem. VIII. in quo expressè dicitur, vt possit obtinere pensiones, tamquam merè laicus; Vnde cum in hac dispensatione nullam prorsus mentionem fecerit laicalitatis, meritò dicendum est dispensasse D. Principem tamquam clericum, & sic eidem præseruasse priuilegium, seù exercitiũ characteris clericalis, quem tunc habeat impressum.

13 Quintò, eo magis prædicta admittenda videntur, quòd cum pensiones ex stylo, & obseruantia Sedis Apostolicæ, vt supra dictum est, non reseruentur, nisi pro clericis, habeãtq. annexam spiritualitatem, quæ non cõmunicatur laicis. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 10. & 19. multò verisimilius est, quòd Papa voluerit D. Principi iam tunc clerico existenti priuilegium clericatus præseruare, quàm vti merum laicum dispensare, & præsertim, quia neque etiam post bigamiam D. Princeps efficiebatur merus laicus, & semper retinebat characterem ei semel impressum, & solum amittebat exercitium d. characteris, quod ei dicta dispensatio præseruauit.

Nec obstat, quòd etiam si D. Princeps retinuerit non obstante bigamia, characterem clericalẽ, & stante dispensatione, etiam capacitatem obtinendi pensiones, & sic priuilegium, & exercitium dicti characteris, quoad d. effectum, vt reuera retinuit, nihilominus non potuit dici capax iuxta facultates concessas bo. me. Cardinali Montalto, ita, vt in eum potuerit per d. D. Cardinalem transferri d. pensio, quia negari non potest, quin reuera d. D. Princeps stante retentione fuerit clericus cum suo exercitio, & sic persona Ecclesiastica, vt supra fuit ostẽsum, ac per consequens capax d. translationis etiam iuxta formam primi Indulti D. Cardinalis, aut certè si non potuit dici persona Ecclesiastica, ad effectum tamen obtinendi pensiones tantum, fuit indubitantèr clericus, & sic capax dictæ translationis saltem vigore secundi Indulti.

Nec obstat, quòd non fuit clericus quoad omnes effectus clericatus, quia sufficit, quòd fuerit clericus ad effectum obtinendi pẽsiones, neque enim substineri potest, quod dicitur, quòd d. Indultum sit intelligendum de clerico gaudente om-
14 nibus priuilegijs clericatus, quia verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam, & sic de clerico, qualis oportet, vt sit inspecto stylo, & obseruantia Curiæ ad effectum, vt possit obtinere pensiones. iux. trad. per Doct. in c. quoniam. Abb. vbi sup. Dec. nu. 4. Abb. nu. 8. de offic. deleg.

Non obstat, quòd in secundo etiã Indulto non datur facultas D. Cardinali transferẽ pensiones in clericum, sed in laicum, cum clausula, ex nunc prout ex tunc, se fecerit insigniri charactere clericali, qui si fuit data facultas transferendi in clericum insignitum tempore translationis charactere clericali, qualis erat D. Princeps, vt supra probatum est, & contrarius intellectus nulla ratione fundatur.

Non obstat, quòd D. Princeps fuit dispensatus tantum ad effectũ, vt posset consequi, & retinere pensiones reseruandas, & reseruatas, non

non autem etiam ad effectum; vt in eum possint transferri pēsiones, quia etiam translatio est nouæ pensionis reseruatio: fit enim per viam extinctionis primæ, & creationis, seu reseruationis nouæ pensionis, & pensio translata quicquid sit respectu titularis, respectu certè translationis est noua pensio, adeoq. sub Indulto retinendi pensiones reseruatas, & reseruandas comprhenditur etiam pensio translata, vt in puncto de Indulto concesso militibus Lauretanis fuit dictum coram S. mem. Greg. XV. decis. 18. nu. 3. & de Indulto transferendi pensiones reseruatas, & reseruandas in vna Romana Pensionis. 17. Iunij. 1622. coram R.P.D. meo Buratto.

Nec denique obstat, quòd D. Princeps est dispensatus tantū super matrimonio contrahendo in habitu militiæ regularis, quia hoc manifestè repugnat verbis dictæ dispēsationis, ex illis enim apparet, quòd D. Princeps fuit dispensatus, vt possit retinere, & consequi pensiones, siue contingat ipsum aliquam militiam suscipere, & in ea matrimonium cum diuersis semel, & pluries contrahere, etiam præter, vel contra formam stabilimentorum d. militiæ, siue etiā non contingat suscipere aliquam militiam, & ad secunda, & plura alia vota laicalia, aut secundas, vel plures nuptias transire.

Nec verba illa ad secunda, aut etiam plura alia laicalia vota, aut secundas nuptias &c. possunt aliqua ratione intelligi de nuptijs contrahendis in habitu militiæ, quia Papa considerauit duos casus, videlicet, quòd posset contingere, quod Princeps effectus miles matrimonium semel, vel pluries cōtraheret, & quod non susciperet militiam, & ad secunda, & plura alia laicalia vota transiret, & quoad primum casum expressis verbis supra prouidit, quoad alium verò per illa verba, Et ad secunda, & etiam plura alia laicalia vota &c. vt manifestè apparet ex ipsa lectura d. dispensationis ex quo videtur remoueri penitus omnis difficultas.

R. P. D. VIRILI
Ferrarien. Pensionis. 21. Martij. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Facultas circa pensionum translationes concessa Cardinali Montalto.*
2 *Clericus quis dicitur, & est persona ecclesiastica habens primam tonsurā.*
3 *Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam.*
4 *Bigamus priuatur omni priuilegio clericali.*
5 *Sed remanet clericus.*
6 *Dispensatio præuentiua, & præseruatiua quid operetur.*
7 *Et ita dispensatus remanet, ac si non indiguisset dispensatione.*
8 *Idem est, esse habilem de iure communi vel ex dispensatione.*
9 *Clericus dispensatus ad bellum præseruatur ab irregularitate.*
10 *Iudices in vim priuilegij antecedentes præseruantur ab irregularitate.*
11 *Derogatio Concil. gen. comprahendit textum ab eo desumptum.*
12 *Dispensationis tempus attendi debet.*
13 *Pensio extinguitur per contractum matrimonij.*
14 *Dispensationis pars aliam supplet.*
15 *Voluntas ex inscriptione declaratur.*
16 *Retentio faciliùs datur, & dispensatio, vt quis ministret in ordine iam suscepto.*
17 *Gratia recipit interpretationem à stylo.*
18 *Gratiæ qualitas, & intentio concedentis ex derogatione colligitur.*
19 *Dispensatus conseruatur illæsus.*
20 *Dispensatus ad pensiones non censetur dispensatus ad translationes.*
21 *Et quando id non procedat.*
22 *Fictio postliminij fingit quem nunquā fuisse apud hostes.*
23 *Bigamia non est contraria clericatui.*

Cæci

24 *Cæci si dispensentur ad succedendum, remanet tamen macula.*
25 *Legitimatio facta cum derogatione obstantium tollit omnem maculam.*
26 *Papa dispensans in defectibus iuris positiui verè disponit.*
27 *Clericus incedens in habitu, & tonsura gaudet priuilegio canonis, & fori.*

DECISIO XCVI.

1 SIxtus Papa Quintus Cardinali Montalto ex sorore germana Pronepoti duas facultates transferendi pensiones concessit, Vnam ad fauorem vnius, vel plurium personarum Ecclesiasticarum, quibus translationes suffragari voluit perinde, ac si per ipsum Pontificem consistorialiter legitimis, & vrgentissimis causis de Cardinalium consilio factæ fuissent; Alteram ad fauorem vnius, vel plurium personarum etiam Hospitalium Regularium expressè professorum, aut aliàs similibus de causis incapacium, aut nondum clericali charactere insignitorum ex nunc, prout ex tunc postquàm eodem charactere fuerint insigniti.

Idem quoque Sixtus dispensauit D. Principem Perettum Pronepotē iam clericali tonsura insignitum ad retinendum, & recipiendum quascumque pensiones reseruatas, & reseruandas, etiam si contigerit, vel nō contigerit contrahere matrimonium cum quacumque muliere etiam vidua, & successiuè cum diuersis nupta, ac aliter corrupta semel, vel pluries, & ad secunda, ac etiam plura laicalia, seù matrimonialia vota, aut secundas nuptias transire, decernendo per contractum matrimonij etiam plures, vt præfertur reiterati pensiones minimè extinctas esse, aut fore, minusq. annullari, aut inualidari, cū derogatione Prouincialium, Synodalium, Lateraneñ; aliorumq. etiam Generalium Conciliorum, necnon Pij Papæ Quinti declarantis pensiones per futuri matrimonij contractū extinctas censeri.

Virtute supradictarum facultatū Cardinalis Montaltus annuam pensionem scutorum trium millium auri in auro sibi reseruatam super fructibus Episcopatus Ferrarieñ transtulit ad fauorem Principis Peretti eius fratris, & disputato Dubio coram Remboldo sub die 14. Iunij. 1624. dixerunt Domini translationem sustineri, quo iterum repropositio sub die 15. Maij. 1626. Domini steterunt in decisis. Vnde cum D. Cardinalis Lenius voluisset tertia vice audiri, vtraque parte informante sub die 21. Martij. 1627. censuerunt Domini, non esse recedendum à decisis tàm inspectis ambabus facultatibus Cardinalis Montalti, quàm dispensatione D. Principis.

2 Prima enim facultas transferendi est ad fauorem vnius, vel plurium personarum Ecclesiasticarum, & D. Princeps ad differentiam laicorum secundum subiectam materiam pensionis, est persona Ecclesiastica, cum habeat primam tonsuram, quæ efficit, vt dicatur clericus, & persona Ecclesiastica. c. cum contingat. de ætar. & qualit. cap. cleros. 20. dist. Conc. Trid. sess. 23. cap. 2. Lap. alleg. 138. nu. 12. & dixit Rota in Abulen. Pensionis. 27. Iunij. 1608. corā Cardinali Lancellotto. & in Veronen. Pensionis. 23. Februarij. 1600. corā eodem. in qua dum ageretur de interpretatione Indulti Pij Quinti ad fauorem Cardinalis Alexandrini, vt posset transferre pensiones in personas Ecclesiasticas, fuit dictum, Marchionem Bonellum vxoratum esse personam Ecclesiasticam, ex quo
3 habebat primam tonsuram, Verba enim de personis Ecclesiasticis sunt intelligenda secundum subiectam materiam pensionum, de quibus Sixtus Quintus loquebatur. Aym. cons. 16. nu. 3. Seraph. dec. 398. num. 7. & dec. 121. nu. 11. & dec. 559. nu. 2. & ideò ad effectum pensionis acquirē-

dæ

dæ Princeps dicitur persona Ecclesiastica per præallegata.

Secunda verò facultas transferēdi est ad fauorem illorum, qui non fuerint clericali charactere insigniti; ex nunc prout ex tunc postquam eodem charactere fuerint insigniti, & consequenter multò magis virtute istius secundæ facultatis, sat est quod Princeps iam haberet tonsurā, cùm hìc Sixtus conformet se cum eisdem verbis Concilij sess. 23. c. 2. ibi (qui iam Clericali Tonsura insigniti essent) vnde tales habētur pro clericis, & personis Ecclesiasticis ad effectum pensionis.

4 Neque obstat, quòd Princeps per bigamiā remanserit denudatus omni priuilegio clericali. cap. 1. de bigam. in 6. & ideò non sit persona Ecclesiastica, sed purus laicus, & qualitas clericalis remanserit extincta, cum secundum Theologos prima tonsura non sit ordo, nec imprimat characterem, quia quicquid dicant Theologi, magis communis sententia Canonistarum tenet contrarium, quàm Rota pluries sequuta est, quod scilicet prima tonsura sit ordo, & clericalis character indelebilis, & bigamus amittat quidem priuilegia, sed non characterem indelebilem, & remaneat clericus. tex. enim in cap. 1. dicit quod bigamus

5 est nudatus omni priuilegio clericali, non tamen dicit, quòd non remaneat clericus, ita tenent Butr. in cap. Ioannes. nu. 17. Imol. nu. 18. in fin. de cler. coniugat. cap. cum contingat. & ibi glos. in verb. Abbati. de ætat. & qualit. Host. col. 1. Io. Andr. col. 2. Butr. n. 6. Card. quæst. 2. Aegid. q. 7. Anchar. in fin. Abb. nu. 1. Gemin. in cap. Cleros. col. 3. in fin. vbi Præpos. nu. 4. dist. 21. Abb. in cap. 1. nu. 6. de vit. & honest. cleric. Felin. in c. sicut pro certo. n. 2. de Simon. Gab. cons. 181. nu. 3. lib. 2. Rot. diuers. dec. 731. nu. 5. & 6. p. 1. Syluest. in summa. in verb. Ordo. Couarr. in cap. quia nos. nu. 4. de testam. Card. in clem. dudū. in 8. not. de sepult. Gregor. dec. 516. nu. 8. & 9. Rot. dec. 1. num. 6. de bigam. in nou. & fuit dictum in supradicta Veronen. Pensionis. & in Cæsaraugustana Pensionis. 18. Iunij 1610. coram Cardinali Lancellotto. stant enim simul quod quis remaneat clericus, non tamen gaudeat priuilegijs clericorum. Abb. in c. 1. nu. 6. de vit. & honest. cleric. & propterea Princeps per characterem impressum, & indelebilem habitu semper remanet clericus.

Nec dicatur, quòd per bigamiam amittantur clericorum priuilegia & eorum exercitium, illisq. Princeps remanserit denudatus, & character mortificatus. iuxta d. c. 1. de bigam. in 6. quia cum Sixtus Quintus ad effectum pensionis (vt supra relatum est) dispensauerit Principem ante incursum bigamiæ, versamur in dispensatione præuentiua, & præser-

6 uatiua, quæ remouendo de medio obstaculum Canonis inductiui bigamiam impedit incursum bigamię, & efficit vt remaneat non solū præseruatus clericatus habitu indelebilis, sed etiam exercitium ad effectum dispensatum respectu pensionum, iuxta tenorem dispensationis præuentiuæ, ac si bigamia, nunquam esset incursa, itaut remaneat Princeps in eodem statu primæuo; prout erat ante bigamiam. Turrecrem. in c. quisquis. ante nu. 1. & ibi Præpos. nu. 1. & Gemin. ibid. dist. 84. Molin. de iust. & iur. tom. 2. tract. 2. disput. 108. vers. quoniam eo ipso. Suarez. de leg. lib. 6. cap. 11. n. 4. & 5. Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 1. n. 1. Azor. instit. moral. lib. 5. cap. 15. in princ. &

7 quod ita dispensatus remaneat idem ac si non indiguisset dispensatione. Io. Andr. in regul. in Generali. nu. 3. vers. quadragesimus septimus. de reg. iur. in 6. tanta enim est vis Apostolicæ dispensationis præuentiuæ quoad defectus iurispositiui, quod quis dicatur esse in eadem habilita-

8 te, & idem sit esse habilem de iure

communi, vel ex dispensatione Papæ. Anchar.cons.404.in 1.dub.Dec. cons.542.num.4.Rebuff. super concord.Rub.de collat.§. præfatiq. Ordinarij.in verb. idoneis. Idemq. sit esse habilem de iure, quàm ex priuilegio, tàm in odiosis, quàm in fauorabilibus, Bald. in l.cum ex oratione.in princ.ff.de excus.tut. Rol.cons. 79.nu.7.lib.1. & propterea decis. in Cæsaraugustana pensionis.18.Iunij. 1610. coram Cardin. Lancellotto num. 13. dicit, quòd vbi adest dispensatio Papæ præseruatur clericatus ad effectum pensionis, nec per bigamiam amittitur clericatus: & trad. Capr.concl.97.num.92. sicuti
9 dispensatio clerici ad bellum præseruat ab irregularitate. Molin. d. 2. tom.de iust. & iur. tract.3.disp.108. Auil. de censur. par.7. de homic. in bello.disput.6. dubit.2. in 2. concl.
10 & iudices in vim priuilegij antecedentis præseruantur ab incursu irregularitatis. Sair. de cens.lib.6.c.18. si ergo impeditur incursus bigamiæ, pinguius ius cõcessit Principi Papa, quam si expresse dispensasset super bigamia.
11 Eoq. magis quia Sixtus derogauit Concilijs generalibus, & sic d. cap.1. desumpto ex Concilio generali Lugdunensi. Dec.cons.341.nu. 10.vers.& in tali clausula. Prob. ad Monach.in c.cum in tua. nu.24. de consuet. Abb.in c.ex parte.n.2.vers. saltim in genere de capell. monach. Gozzad.cons.6. n.53. & fuit dictum in Concheñ exemptionis decimatũ 17.Martij.1589.coram Orano.

Nec obstat, quòd in dispensatione Principis adsint verba (si contigerit contrahere matrimonium &c.) quasi cum verba sint conditionalia effectus dispensationis fuerit collatus post incursam bigamiam, quia omisso quod verba dicunt (& si cõtingerit, vel non contigerit, &c.) quæ fuerunt apposita vt exprimerẽtur casus dispẽsationis, cum Papa de præsenti dispensetur quo vtitur verbo temporis præsentis dispensamus,
12 dispensatio dicitur pura, & præuentiua cum tempus dispensationis attendi debeat, licèt vt præuentionis executione & effectu quis fruatur, expectandi sint casus futuri expressi in dispensatione. Gig.de pens.cõs.13 n.10.vers.puto tamen.& fuit dictum in Cæsaraugustana pensionis.18.Iunij.1590. coram Gypsio.

Et quòd effectus dispensationis sit purus ante incursum bigamiæ apparet ex sequentibus verbis dispensationis videlicet, (Decernentes per contractum matrimonij etiã pluries, vt præfertur reiterati, pensiones minimè extinctas esse, aut fore, minusque annullari, & inualidari) ergò
13 præueniendo, & præseruando; nam cum per contractũ matrimonij pensiones extinguerentur. Gig.de pens. quæst.54. & cons.23.nu.7.& 10.& dicitur in supradicta Cæsaraugustana pensionis. 18.Iunij.1610. coram Card.Lancellotto. Papa non reuiuiscendo pensiones, sed præueniendo casum extinctionis reliquit eas in
14 primæuo statu, & vna pars dispensationis aliã supplet, & declarat. l.qui filiabus. ff.de leg.1. & propterea supradicti DD. distinguunt tantũ inter dispensationem antecedentẽ & subsequentem, nam antecedens præseruat, subsequens tollit Suarez.de leg. d. lib.6. c.11.nu.4. Molin.d.disput. 108.§.est vero.Azor.instit.moral.lib. 5.cap.15. in princ.

Nec dicatur, quòd Papa dispensauerit cũ Principe tamquam laico, qui de iure est capax pensionis temporalis, non autem tanquam persona Ecclesiastica, quia apertè apparet Papã voluisse dispensari cum eo vti habente primam tonsurã, & persona Ecclesiastica, tum quia literę dispensationis sunt inscriptæ Michaeli cle-
15 rico, ex inscriptione enim declaratur Papæ voluntas ad ea quæ tradit Io. And.in reg.non licet,n.2.de reg.iur. in 6. Lap.alleg.7.per tot.Gig.de pẽs. q.21.nu.8.Rot.in Toletana Indult.

14

14. Martij. 1625. coram Remboldo. tum quia si Princeps non obstañ bigamia remanebat clericus, & habebat characterem indelebilem secundum opinionem Canonistarũ à Rota approbatam, vt supra dictum est, fit potius verisimile, quòd Papa voluerit considerare hanc qualitatem, quàm Princeps habebat, & præseruare exercitium characteris impressi ad effectum retinendi & consequendi pensiones, cum longè facilius de-
16 tur retentio, & dispensatio, vt quis ministret in ordine iam suscepto. Seraph. decis. 625. num. 6. & in puncto bigamiæ. Sanchez. de matrim. lib. 7. disput. 86. tum quia cum de stylo Curiæ pro pensionibus requiratur clericatus, intentio Papæ, & eius
17 gratia recipit interpretationem à supradicto stylo. Felin. in cap. super litteris. nu. 8. de rescript. Cassad. dec. 12. num. 14. de præbend. Put. decis. 181. num. 6. lib. 1. tum quia pro pensione ad fauorem laici non requirebatur decogatio Conciliorum etiam
18 generalium, ex derogatione colligitur qualitas gratiæ & intentio Papæ. Bald. in l. eam quàm. nu. 36. C. de fideicom. tum quia ista dispensatio est præuentiua, & sic resistit incursui bigamiæ, vt supra deductum est, tùm quia sequeretur quòd ante bigamiam Princeps retineret pensionem vti clericus, postea verò vti laicus, & ista mutatio non præsumitur, sed potius continuatio, & cõseruatio eiusdem status, tùm quia magis conuenit decori Ecclesiç, vt tamquam clericus retineat & acquirat pensiones, quàm vti laicus, tùm quia parum, aut nihil ista dispensatio suffragaretur, si intelligeretur concessa vti laico.

Non obstat, quòd Princeps non gaudeat priuilegio fori, & alijs priuilegijs, seù effectibus clericatus, quia sufficit, quòd sit dispensatus pro pensionibus, nam in hoc casu dispensa-
19 tionis retinet Princeps clericatum illæsum. Turrecr. in cap. quisquis. in princ. vers. nisi cum tali dispensetur. & ibi Prępos. vers. tamen si corrigantur. & Gemin. dist. 84.

20 Nec obstat, quòd dispensatio ad obtinendas, & consequendas pẽsiones reseruatas, & reseruandas non compræhendat casum translationis pensionis, nisi exprimatur, vt videtur desumi ex Verall. dec. 322. p. 2. & ex dec. 143. nu. 1. p. 2. in recent. quia in
21 supradicta dispensatione sub verbis retinendi, recipiendi, consequẽdi, ac exigendi pensiones reseruatas, & reseruandas compræhenditur etiã casus per viam translationis. Greg. dec. 18. nu. 3. & fuit dictum in Romana pensionis. 17. Iunij. 1622. coram Buratto. & ratio est, quia in trãslatione extinguitur pensio antiqua, & reseruatur noua. Gabr. cons. 186. n. 6. lib. 1.

Non obstat, quòd præuentio, & præseruatio dispensationis operetur quoad culpam, & pœnam, non autem quoad antiquum statum personæ Ecclesiasticæ, de quo bigamus remanet denudatus, cum Papa non occultauerit explicitè, & implicitè contrarium, vt fit in postliminio, in
22 quo fit occultatio contrarij per fictionem contra veritatem fingendo numquam quem fuisse apud hostes, S. si ab hostibus. vers. nam postliminiũ. instit. quib. mod. iusp. pot. soluat. l. postliminij. ff. de capt. & postlimin. reuers. nam exemplum postliminij subsequitur factũ, & ideò per fictionem requiritur sublatio, & occultatio illius, quod habuit effectum, at in dispensatione præuentiua, non requiritur aliqua occultatio, cum illa præseruet ab incursu bigamiæ, vt supra deductum est; vnde si non sequitur euentus, & factum incursus bigamiæ, non requiritur occultatio, vltra quod secundum opinionem Canonistarum post bigamiam remanet clericatus impressus indelebilis, & sic bigamia non est contra-
23 ria clericatui, nec illi repugnat. Io. Andr. in cap. super nu. 12. de bigam. Rot. d. decis. vnic. nu. 3. de bigam. in

nou. Nauarr. de reddit.eccles. monit. 1. quæst. 57. nu. 9. in fin. & num. 12. & 13. Archidiac. in cap. Lector. nu. 2. dist. 34. sed cessat priuilegiorũ exercitium per dispensationem. c. 1. de bigamis. in 6. quæ dispositio, seu obstaculum quoad exercitium, si forsan habet vim contrarij, non solùm occultatur, sed de medio tollitur, & conseruatur exercitium clericatus ad effectum pensionum ex dispensatione præuentiua supradicta cum derogatione Conciliorũ etiam generalium, & sic d. c. 1. de bigam. in 6. de quo propterea nulla est habenda consideratio.

24 Nec etiam applicatur exemplum cæcorum, & mancorum, & curuorum, & spurij, qui si dispensentur ad succedendum, remanet macula. Achill. dec. 6. nu. 2. qui fil. sint legit. Seraph. dec. 351. nu. 14. prout cæci, manchi, & curui remanent cum eorũ defectu, quamuis dispensentur.

25 Primò, quia vbi Papa plenariè legitimat, vel cum derogatione obstantium remouetur omnis macula natiuitatis. glos. in authen. quibus mod. natu. effician. sui. §. fin. in verb. participium. Castr. cons. 41. num. 2. lib. 2. Anchar. cons. 225. num. 2. Peregr. de fideicom. art. 23. nu. 32. vers. secunda est, & paulò post vers. cum derogatione obstantium. Rot. dec. 505. n. 6. p. 1. diuers. hic autem Papa dispensauit cum derogatione amplissima omnium Conciliorum, etiam generaliũ, & sic d. cap. 1. de bigam. in 6.

Secundò exempla supradicta sunt in casibus, in quibus macula est incursa, hic incursus bigamiæ nõ euenit ob dispensationem præuentiuam, & ob derogationem c. 1. de bigam. in 6. est obuiatum denudationi exercitij clericatus ad effectum pẽsionis. Oldrad. cons. 327. in princ. Bar. cons. 17. num. 1. & 2. lib. 2. Feder. de Sen. cons. 30. vers. sed dispensatio non est. Bellam. cons. 32. nu. 5. & 17. Abb. in cap. fin. nu. 4. de schismat.

Tertiò, quicquid sit quoad defectus naturales, si illi per dispensationem Papæ remoueantur, vel ne, & requiratur fictio, vt tradunt DD. in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de lib. & posthum. Bart. in l. fin. nu. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. vtique in defectibus iuris positiui si Papa dis-

26 pensat verè, & non fictè disponit, & præueniendo efficit, vt etiam secundum rei veritatem nunquam sit incursa bigamia, vel irregularitas inducta ex dispositione Canonis, ita vt propterea verè, & propriè semper quis remaneat idem, prout ab initio erat ante bigamiam, vel casum irregularitatis. cap. lector. dist. 34. vbi Archidiac. num. 2. Turrecrem. in cap. quisquis. ante num. 1. vers. nisi cum tali dispensetur. Præpos. vers. tamen si corrigantur. Gemin. super 1. glos. vers. nihilominus. dist. 84. Io. Andr. in reg. in generali. nu. 3. de reg. iur. in 6. Oldrad. cons. 215. nu. 5. Dec. in cap. at si clerici. §. de adult. nu. 168. de iudic. & cons. 206. nu. 6. Rot. diuers. decis. 505. nu. 3. in fin. par. 1.

Gratia Clementis Papæ VIII. non indiget Princeps, nisi ad effectũ non gestandi habitum, & tonsuram, cum (quicquid sit respectu pensionum, quas Princeps obtinebat, & non deferebat habitum, & tonsurã, & ideo intrare posset Constitutio Sixti V. contra non incedentes &c. aduersus quam adest gratia Clem. VIII. & reualidatio) tamen respectu istius pensionis nuper translatæ, de qua agitur non intrat Constitutio, cum post gratiam de non incedendo in habitu, & tonsura fuerit acquisita; Constitutio enim Sixti extinguit pẽsiones ob non delationem habitus, & tonsuræ, non tamen reddit illum incapacem obtinendi pensiones futuras.

Nec obstat, quòd d. Constitutio Sixti innouet Constitutionẽ Bonifacij VIII. relatam in cap. vnico. de cler. coniug. in 6. quia Constitutio Bonifacij loquitur in clerico, qui cũ

vnica

Digitized by Google

vnica virgine contraxerit, nam si tonsuram, & vestem clericalem deferat, retinet duo priuilegia, illud videlicet cap. siquis suadente. 17. quæst. 4. Alterum quod non possit cōueniri coram Iudice sæculari pro suis delictis, iuxta Parisieñ Concilium, si verò non deferat, priuatur istis duobus priuilegijs, ex qua Constitutione Bonifacij nihil potest inferri ad incapacitatem clerici gaudentis pensionibus, & non deferentis habitum, & tonsuram respectu acquisitionis pensionis futuræ.

Atque ex his, & alijs melius explicatis in duabus decisionibus Remboldi, ita fuit resolutum &c.

R. P. D. MERLINO

Mantuana Pensionis. 4. Decembr. 1626.

SVMMARIVM.

1 *Gratia quando non dicatur subreptitia.*

2 *Et ad vitandam subreptionem sufficit in genere fuisse cogitatum.*

3 *In translatione pensionis non est necessaria expressio, quæ fit in reseruatione.*

4 *Pensio translata non dicitur nouum grauamen, sed mutatio personæ.*

5 *Mentio non est facienda iuris euentualis, quod potest esse, & non esse.*

6 *In translatione pensionis non est necessaria mentio regressus.*

DECISIO XCVII.

Bertazzolus erat reseruatarius omnium fructuum parochialis ecclesiæ sanctæ Cæciliæ loci Liliolæ Mantuanæ Dioec. dempta solùm cōgrua pro Rectore. Vndè cum ad illius fauorem bon. me. R.P.D. Stella senior resignasset Canonicatum, & Præbendam Basilicæ Lateraneñ, fuit eidem D.Stellæ reseruata pensio annua ducatorum 220. super fructibus dictæ ecclesiæ S. Cæciliæ, decreto, & conditione tamen adiecta, quòd si contingeret D. Stellā præmori Bertazzolo, huiusmodi pensio accresceret non Rectori pro tempore, sed ipsi Bertazzolo reseruatario perindè, ac si nunquam dicta pensio reseruata fuisset. Verùm cum posteà idem D. Stella obtinuisset à San. mem. Gregorio XV. facultatem quandocumque etiam in articulo mortis dictam pensionē transferendi, illamq. transtulisset in R. P. D. Stellam iuniorem nepotem. Dubitaui, an huiusmodi translatio suffragaretur, & difficultatem faciebat, quòd vitio subreptionis laborare videtur dicta facultas, cum in ea mentio facta non fuerit de prædicto decreto in fauorem Bertazzoli, ad cuius vtilitatem pensio extinguebatur, nec illius præiudicium fortasse cogitauerit Papa, causaq. pluries super hoc discussa, hodiè tandem Domini affirmatiuè responderunt, scilicet translationem sustineri; quoniam aut asserimus facultatem transferendi dictam pensionem concessam D. Stellæ seniori esse actum de sui natura præiudicialem, aut negamus esse præiudicialē saltèm præiudicio considerabili, & neutro casu intrat subreptio prædicta.

1 Non primo casu, quia si Papa intellexit præiudicare, non cadit subreptio, nec opus est derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo Dec.cons.113.nu.7. vers. non obstat quod ex hoc. Cardin.Seraph.decis. 1445.nu.6. nihilq. refert quòd personas, quibus præiudicium inferebatur, non meminerit, siuè huiusmodi personis ex iure communi, siuè ex speciali dispositione ius competeret. Cassad. decis. 1. de priuil. & plenè Rota dec.48.nu.1.2. & 3.p.1. recent. in qua ab alijs decisionibus recessum fuit, & p.1.diuers.dec.240. nu. 21. & 22. vbi etiamsi Papa ius illud ignoraret, quia dùm facit actū præiudicialem de sui natura virtua-

liter declarat afficere omnes perso-
nas, ad quas præiudicium spectare
potest.

Amplius si subreptio eatenus vi-
tiat gratiam, quatenus aliquid fue-
tit prætermissum in petitione illius
gratiæ, quod si fuisset expressum, vel
Princeps non concessisset, vel diffi-
ciliùs concessisset ex causa à iure
approbata. c. super literis, vbi Felin.
nu. 8. de rescript. plenè Sanchez de
matrim. lib. 8. disput. 21. n. 11. & 17.
Cassad. dec. 12. nu. 14. de præbend.
Rota dec. 418. nu. 1. par. 1. recent. &
fusius in Conchen. beneficij. 10. Maij
1610. coram bo. me. Card. Sacrato,
quæ est 288. post secundum vol. cõs.
Farinac. sanè hæc ratio non appli-
catur casui nostro, sed retorquetur,
quoniam fuisset narratum Pontifici,
quòd extinctio pensionis ob dictam
conditionem, & decretum tendebat
in beneficium non Rectoris, sed ip-
sius reseruatarij, nedum hoc non re-
traxisset, vel difficiliorem reddidisset
ipsum Pontificem, sed imò procli-
uiorem effecisset, dum enim Papa
intellexit præiudicare Rectori, qui
præest curæ animarum, & sustinet
pondus æstus, & diei, illiusq. con-
sensui derogauit, multò magis cre-
dendum est, præiudicare voluisse
cuicumque alteri, & præsertim re-
seruatario, qui expectabat extinctio-
nem pẽsionis ex titulo lucratiuo suæ
reseruationis, cuius ius prouenlens
ex priuilegio est lõgè debilius, quàm
sit ius Rectoris competens de iure
communi, & ex debito ob seruitium,
quod præstat Altari; & propterea
huic iuri reseruatarij facilius fuisset
derogatum, arg. l. eius militis. §. mi-
litiæ missus. ff. de milit. testam. Rom.
cons. 327. nu. 6. Tiraq. de retract. lib.
1. §. 35. glos. 4. num. 42. in fin. & an
aliquid, quod fuit tacitum, retraxis-
set Principem, vel faciliorem illum
reddidisset coniecturis ex circum-
stantijs per iudicem deligendis in-
quirendum esse tradiderũt. Cassad.
d. dec. 12. nu. 14. de præbend. & alij
congesti à Sanchez. d. disput. 21. nu.
19. lib. 8. de matrim.

Vlterius Domini assequi posse exi
stimabant, Papam non penitùs igno-
rasse præiudicium, quod præter Re-
ctorem alteri inferebatur ex dicta fa-
cultate transferendi, dùm in fine ad-
didit clausulam, (quòd dicta facul-
tas non posset impugnari ex eo quod
dictam parochialem tunc, & pro tẽ-
pore obtinens, nempè Rectores, aut
alij quicumque interesse habentes
ad dictam gratiam non fuerint vo-
cati) quæ verba, & alij quicumque
interesse habentes, rectè referri pos-
2 sunt, & debent ad reseruatarium; &
ad euitandam subreptionem sufficit
in genere fuisse cogitatum, Felin. in
cap. nonnulli. nu. 18. de rescript. Rot.
dec. 38. nu. 3. & dec. 210. nu. 5. p. 1.
recent.

Si verò negamus facultatem trãs-
ferendi fuisse actum præiudicialem,
tùm quia Bertazzolus reseruatarius
ius non habebat, nisi incertum, &
pendens à futuro euentu, nempè à
purificatione illius conditionis, qua-
tenus D. Stella senior præmoreretur
Bertazzolo, & sic translatio præue-
nit antequam esset apertum ius ipsi
reseruatario, & propterea illius præ-
iudicium non fuit considerabile,
quemadmodum in retentione, quæ
datur in limine promotionis ad Epis
3 copatum non requiritur expressio
eorum, quæ fuissent exprimenda in
ipsa reseruatione pensionis, retentio
enim illa præuenit extinctionem pẽ-
sionis, nec indè infertur præiudiciũ
considerabile, vt sit necessaria noua
expressio, Felin. in tract. quand. lit.
apost. limit. 5. vers. considera. Lam-
4 bertin. de iurep. par. 3. lib. 2. quæst. 9.
art. 19. Rota d. dec. 240. nu. 26. p. 1.
diuers. & in Firmana Pensionis. 2.
Iunij. 1593. coram Illustriss. D. Car-
dinali Millino. & in Terulen. Pen-
sionis. 15. Decemb. 1600. coram bo.
me. Card. Sacrato; tùm quia quid-
quid antiquitùs senserit Rota; an fa-
cultas transferendi pensionem dica-
tur

tur noua gratia, & nouum contineat grauamen prorogando seruitutem beneficij, vt in Eugubina pensionis.
4 11.Decemb.1561.coram Rubeo, & in alijs certè hodie constans, & receptissima est sententia in hoc sacro Tribunali, quòd huiusmodi translatio licèt facta in articulo mortis, cũ & prius quandocumque fieri potuerit, non sit nouum grauamen, nec noua dicatur pensio, sed solùm quædam mutatio personæ, & vitæ transferentis in personam, & vitam translatarij, & delegatio solutionis alteri faciendæ; nec indè resultare præiudicium considerabile, sed euentuale dumtaxat, cum aliquando contingat, translatarios etiã iuniores præmori ipsis transferentibus, licèt senioribus, ita Rota apud Crescent. dec.1.nu.1.de reb.eccles. non alien. in Veronen. pensionis. 14.Ianuarij. 1613.coram R.P.D. meo Verospio. & in Mediolanen.pensionis.17.Iunij 1613. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Pamphilio, quæ est dec. 105.nu.4. par.1. recent. in Romana pensionis. 17. Iunij. 1621.coram R.P.D.meo Buratto.in Regien.pensionis.9.Februarij.& 17.Iunij.1624. coram R.P.D. meo Pirouano. & nuper in Firmana pensionis.26.Februarij.1625.coram bon. me. Remboldo. vers.& licèt translatio.semoto autem præiudicio non est opus aliqua expressione, nec cadit vitium subreptionis. Crauett. cons.68. nu. 12.vers.secus vbi. & dicitur in dicta Firmana pensionis.2.Iunij.1593.coram Illustriss. Millino. & de iure incerto,& euentuali, quod potest esse,
5 & non esse eo quod à conditionis purificatione pendeat, mentionem non esse faciendam, dixit Felin. in c. in nostra.nu.15.de rescript. Paris. cons.5.nu.96.lib.4 Sanchez.d.disp. 21.nu.26.lib.8.de matrim.Rota decis.25.de rescrip.in nou.Cassad.dec. 16.nu.2.de præb.Caputaq.dec.337 nu.2.& 3.p.1.
6 Nec obstat, quòd in reseruatione pensionis super beneficio facien. fit mentio de regressu, quem quis haberet ad illud beneficium. Cassad. dec.1.de pension. Put.dec.97.lib.2. Paris.de resignat.lib.6.q.5.nu.56.& 72. Mohed.dec.7. & 10. de renunc. quoniam vltra quòd non propterea pensio est subreptitia ob huiusmodi taciturnitatem regressus, sed quia Papa de consensu Titularis, tunc reseruat pensionem soluendam ab Ipso, & eius successoribus, & proindè iure merito quando beneficium peruenit ad regressarium, cum ille non sit successor Rectoris consentiẽtis, sed capiat beneficium ex suo primæuo iure, quamuis pensio fuerit à principio valida; attamen illa post purificatam regressum ipsi regressario non præiudicat, non autem quod adsit subreptio, & ita loquuntur, Cassad.d.decis.1.Gig.de pens.q. 79. & Put.d.dec.97.lib.2.

Respondebant Domini, veram esse decisionem Cassad. in ipsa reseruatione pensionis, ob quam tunc seruitus imponitur beneficio,& præiudicium indubitabile infertur, secus autem in translatione, quæ, vt iam dictum fuit, præiudicium non infert, vel nisi euentuale, & sic non considerabile, per illam enim translationem solùm mutatur casus extinctionis de vna persona in aliam, & fieri potest, quòd mediante huiusmodi mutatione citiùs libertatẽ assequatur beneficium, quàm si non fuisset pensio translata.

Neque etiam obstat, quòd non solùm reseruatario, in cuius fauorẽ appositum fuit decretum, quòd pensio illi accresceret, præiudicium videatur inferri, sed etiam ecclesiæ, hoc enim modo diutiùs pergrauabitur onere soluendi pensionem, nec libertatem assequetur, nisi defunctis duabus personis, pensionario scilicet, & reseruatario. Quoniam hoc incommodum, quòd & pensionarij, & reseruatarij mors sit expectan. pro libertate beneficij, non translationi,

sed

sed ipsi reseruationi adscribendum est, & idem erat etiam antequam pensio transferretur, hocq. solùm efficit translatio, quod loco obitus D. Stellæ senioris expectandus sit obitus D. Stellæ iunioris, quia, vt dictum est, translatio solùm operatur mutationem personæ, cui pensio sit soluenda, & propter incertum euentum non est huiusmodi præiudicium considerabile, licèt translatio fiat in iuniorem, vt in dictis decisionibus Veronen. pensionis coram D. meo Verospio, & Romana pensionis coram D. meo Buratto. & nuper in d. Regien. coram D. meo Pirouano fuit resolutum.

Nec ideò applicatur dec. Put. 288 lib. 3. quia ibi non agebatur de sola mutatione vnius personæ in aliam, quod est merè euentuale, sed præiudicium ibi erat cõsiderabile, & quasi certum, dum ius habentis expectatiuam suspendebatur quamdiù tres personæ viuerent, quibus defunctis probabiliter ille habens expectatiuam, non erat superuicturus, & ita d. decis. Put. 288. lib. 3. explicant Mandos. super reg. de iur. quæsit. nõ tollend. q. 9. & Rot. decis. 664. nu. 5. par. 2. recent.

Ad ea verò, quæ opponebantur de non expeditione literarum Apostolicarum placuerunt Dominis deducta per informantes pro D. Stella, & gratia sanatoria nuper obtenta à S. D. N. omnem visa est remouere difficultatem.

Et ita quinquies examinato articulo, & vtraque parte informante pro validitate translationis responsum fuit, &c.

ILLVSTRISS. D. CARD. SACRATO.

Monopolitana Pensionis. 10. April. 1606.

SVMMARIVM.

1 *Pensio anticipata non debetur hæredibus pensionarij.*

2 *Secus in posticipata.*

3 *Pensio an sit anticipata, vel posticipata, colligitur ex forma reseruationis.*

4 *Anticipata pensio dicitur, quæ soluitur ante fructuum recollectam.*

DECISIO XCVIII.

1 ET quæ dicuntur de pensione anticipata, quæ non debetur hæredibus pensionarij, vt in causa Faren. pensionis. 19. Iunij. 1583. coram bo. me. Clem. VIII. non applicantur, quia loquuntur de pensione, cuius solutionis dies non cesserat in vita pensionarij, prout cessit in casu de quo agitur.

2 Nihilominus ad tollendum etiam hoc motiuum, fuit dictum nos versari in pensione quæ soluitur posticipatæ, hoc est fructibus decursis, quod patet ex forma reseruationis,
3 ex qua colligitur, an pensio sit anticipata, vel posticipata, vt siquidem à die reseruationis vsque ad diem solutionis primi termini colliguntur
4 fructus, pensio dicatur posticipata, si minus anticipata, vt fuit consideratum in causa Cæsaraugustana pẽsionis. 13. Aprilis. 1592. coram Illustriss. D. Cardinali Pamphilio. & tenuit Rota in Salernitana pensionis. 9. Aprilis. 1601. coram R. P. D. Ortembergo. in casu verò proposito non fuit locus dubitationi quin à die 26. Martij, quo die fuit reseruata pensio vsque ad diem S. Io. Baptistæ, quo die fuit facienda prima solutio intercederet tempus actum immo aptissimum ad percipiendos fructus.

R. P. D. CORDVBA

Reatina Pensionis. 13. Maij. 1598.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij obligati sunt pro pensione.*

Pro-

3 *Prouisus de beneficio tenetur pensionem soluere.*

DECISIO XCIX.

Etiam quòd de mense Ianuarij fuerit Franciscus prouisus de Canonicatu tamquam reseruato per Sedem Apostolicam, non propterea liberatur à solutione termini Natiuitatis Domini præcedentis, quia cum reseruatio pensionis sit annua,
1 & incœperit de mense Nouembris, omnes fructus qui à d. mense anni 1597. vsque ad mensem Nouemb. 1598. percepti sunt, vel percipientur obligati sunt pro pensione. Rom. cons.388.nu.6.Felin.in c.ad audiẽtiam. il 2.nu.6. de rescriptis. Caccialup. de pens.q.9. Greg.eod.tract. q. 39. vnde etiam quod Franciscus per duos menses nullos fructus suos fecerit, sufficit quod faciat in decem sequentibus, vltra quòd obijcieba-
2 tur, quòd vigore prioris possessionis poterat percipere fructus & distributiones medij temporis.

R. P. D. VIRILI

Romana Pecuniaria.26.Maij.1627.

SVMMARIVM.

1 *Pensio extinguitur per contractum matrimonij.*
2 *Milites SS. Mauritij, & Lazari possunt ducere vnicam, & virginem.*
3 *Nisi fuerint dispensati.*
4 *Papa non dispensat super matrimonio nullo ad effectum retinendi pensiones.*
5 *Verba quando stent causatiuè, & demonstratiuè.*
6 *Dum in litera habetur, etiam cum tali explicat casum iam non dictũ.*
7 *Copula, &, comprehendit qualitates distinctas.*
8 *Copula, ac, apposita inter orationes perfectas non repetit qualitatem expressam in præcedenti.*
9 *Obseruantia interpratatiua declarat verba dispensationis.*
10 *Voluntas concedentis declaratur ex derogatione.*
11 *Contradictio vt euitetur, facienda est interpratatio.*
12 *Proprietati, & generalitati verborum est inhærendum.*
13 *Dictio, iuxta, quando stet comprabensiuè.*

DECISIO C.

1 Abbas Aymus sub prætextu, quòd ob contractum per Tarquinium Sanctacrucium de anno 1605. secundum matrimonium cum vidua, & ob incursam bigamiam, & ob tertium matrimonium de anno 1616. pensio esset extincta, petijt dubium, An esset locus repetitioni scut. 515. vel solutioni scut. 404. Quo disputato Domini non esse locum repetitioni, sed solutioni respõderunt, licèt enim Tarquinius susceperit habitum Militiæ sanctorum Mauritij, & Lazari, & virtute stabilimentorum dictæ Militiæ non po-
2 tuisset suscipere nisi vnicam, & virginem vxorem, tamen Gregorius XIII. dispensauit, vt liceret Tarquinio retinere pensionem post susceptionem habitus, ac post matrimoniũ iuxta statuta Militiæ, aut priuilegia Apostolica d. Militiæ concessa, etiã cum vidua, & pluries nupta, vel corrupta, ac etiamsi ad secunda, & plura alia matrimonia transire contigerit, vnde etiamsi Tarquinius contraxerit secundum matrimonium cum
3 vidua, & postea contraxerit tertium matrimonium potuit retinere pensionem virtute dispensationis Gregorianæ.

Non obstant verba dispẽsationis, ac matrimonium iuxta statuta, seu stabilimenta Militiæ, vnde inferunt informantes pro Abbate, quòd cum facultas suscipiendi habitum esset generalis in Religione sibi beneuisa, & in ter

& inter Ordines Militares adsint aliqui prohibentes matrimonium, prout Hierosolymitanus, aliqui permittentes cum vnica, & virgine, prout est militia Sanctorum Mauritij, & Lazari, aliqui permittentes reiteratas nuptias etiam cum Viduis, prout sunt militiæ sancti Stephani, & Hispanorum, sit facienda relatio singula singulis referendo, l. si negotium C. de negot. gest. Rot. dec. 756. num. 1. par. 1. diuers. vt si Tarquinius suscepisset, prout suscepit Ordinem Sanctorum Mauritij, & Lazari cum vnica, & Virgine contrahere posset, & retinere pensionem, si suscepisset Ordinem S. Stephani, vel Hispanorū potuisset contrahere matrimoniū cū Vidua, & reiterare nuptias, & retinere pensionē, nam tunc seruasset formam stabilimentorum, & matrimonium esset iuxta statuta; ideò cum Tarquinius contraxerit contra stabilimenta Religionis Sanctorum Mauritij, & Lazari, non potest retinere pensionem, cum Papa non dispenset super matrimonio nullo ad effe-
4 ctum retinendi pensiones. Seraphin. dec. 121. repetita diuers. 591. par. 1. Paris. de resignat. lib. 6. quæst. 2. num. 116.

Quia fuit responsum, sensum verborum dispensationis non esse, vt fieret restrictio ad numerū, & qualitatem mulierum, vel ipsa stabilimenta, sed esse, quòd si Tarquinius ingressus fuerit militiam, cuius statuta admittunt matrimonium, posset illud contrahere cum quauis muliere nullo iure sibi prohibita etiam Vidua, & pluries nupta, vel corrupta, & posset, etiam reiterata matrimonia contrahere.

5 Primò, quia illa verba, iuxta statuta, seu stabilimenta militiæ, non stant restrictiuè, & distributiuè, sed causatiuè, & demonstratiuè. l. fin. §. Titia, ff. de liber. leg. Bart. in l. Centurio, ff. de vulg. Aym. cons. 301. n. 5. Gregor. dec. 516. nu. 7. & 8. Mantic. decis. 59. num. 10.

Secundò quia dum Papa considerauit quamcunque mulierem etiam viduam nullo iure Tarquinio prohibitam, vtique voluit indistinctè dispensare, dummodo mulier non esset consanguinea, vt sensit Rota apud Gregor. d. decis. 516. nu. 6. & 7.

6 Tertio, quia dum subiungit, etiam cum vidua, implicat casum iam non dictum. Dec. cons. 542. num. 7. Mantic. decis. 392. num. 2. & implicat casum maiorem distinctum ab expressis vltra tenorem stabilimentorum. l. etiam. ff. solut. matrim. l. etiam inuitis C. de acquir. rer. domin. l. 2. de testib. Surd. decis. 8. nu. 12. Rot. dec. 711. num. 7. par. 2. recent.

Quartò quia dum addit, ac te ad secunda, & plura vota, &c. vtique ob dictionem, ac, Papa ampliat ad plura matrimonia distincta, & separata
7 vltra formam stabilimentorum cum copula (&) comprehendat qualitates distinctas, & separatas, quarum vna non insit alteri, nec ab illa dependat. l. ea tamen adiectio ff. de legat. 3. l. scire debemus. vbi Bart. ff. de verb. oblig. Roland. cons. 79. num. 22. lib. 3.

Vndè licèt tota periodus regatur à verbo, dispensamus, tamen orationes sunt ita perfectæ, vt intret dispēsatio, etiamsi transitus sit ad secunda, & plura matrimonia præter, vel contra formam stabilimentorum. l. falsa, §. fin. ff. de condit. & demonst. Ruin. d. cons. 41. num. 8. & seq. lib. 2. Cephal. cons. 87. nu. 5. copula enim (ac) apposita inter duas orationes
8 perfectas non repetit in sequēti qualitatem expressam in præcedēti. Bar. in l. Seiæ, §. Caio, num. 3. ff. de fund. instr. Paris. cons. 38. num. 25. & seq. lib. 2. & ideò propter dictiones ampliatiuas, & copulatiuas, cessat restrictio ad stabilimenta, & statuta Religionis.

Quintò, quia concurrit obseruantia interpretatiua, nam Tarquinius cōtraxit plura matrimonia etiam cum vidua, & retinuit pēsionem, quæ obser-

seruātia interpretatiua declarat ver-
9 ba dispensationis. l.si de interpretatione, ff. de legib. cap. cum dilectus de consuetud. Aym. cons. 101. nu. 3. Seraph. decis. 600. num. 3. Rot. diuers. decis. 574. num. 3. par. 1.

Sextò, quia in dispensatione Gregorij XIII. derogatur Constitutioni Pij Quinti, 73. quæ tollit facultates retinendi pensiones vltra primum matrimonium, ex qua derogatione
10 Constitutionis Pij Quinti etiam in executiuis declaratur voluntas Papæ. Bald. in l. eam quam, num. 36. C. de fideicom. Cagnol. in l. 1. num. 32. de reg. iur. Seraph. decis. 716. nu. 3. & 1321. num. 5. Gozad. cons. 3. & num. 14. Bart. cons. 56. nu. 49. Rot. diuers. decis. 532. num. 7. par. 1.

Septimò, quia derogatur stabilimentis militiarum etiam iuratis, & confirmatis à Sede Apostolica, & sic tantum abest, quòd dispensatio se restringat ad stabilimenta, quòd imò illis deroget quatenus obstarent; Rot. decis. 1. num. 2. de præbend. in nou. & decis. 192. num. 6. par. 1. rec.

Octauò, sufficiebat dicere, iuxta statuta, & stabilimenta Religionis, & sic tot verba etiam cum vidua plu ries nupta, vel corrupta, ad secunda, & plura alia vota, aut secundas, & plures nuptias matrimonio, vel successiuè matrimonijs constantibus, &c. essent superflua, quòd dici non debet etiam in dispensationibus. l. si quando, ff. de leg. primo. Gregor. d. dec. 516. num. 3. Calder. cons. 6. qui fil. sint legit. Surd. cons. 127. num. 9. ad fin. & sequeretur contradictio,
11 quod seruarentur stabilimenta, & illis derogaretur, quòd fieri non debet. cap. cum expediat, de elect. in 6. leg. 1. C. de inoff. dot. Alex. cons. 21. num. 7. lib. 7. & cons. 141. num. 5. lib. 2. derogatio enim stabilimentorum declarat dispensationem loqui contra formam, & tenorem illorum. l. derogatur, ff. de verb. signif. Bart. in l. vlt. C. si contra ius vel vtil. publ.

Ex quibus cessat, quòd relatio sit facienda distributiuè singula singulis, vt supra dictum fuit, quia singula singulis distributiuè tunc fit relatio, quando dispositio aliter non potest saluari secundùm rectitudinem sermonis, vel priuilegia concessa essent incompatibilia, aliàs non subsistente euidēti necessitate non fit ista relatio singula singulis, sed inhærendum est proprietati, & generalitati
12 verborum coniunctim, & vniuersaliter intelligendo, Corn. cons. 268. num. 22. & seq. lib. 4. Angel. in l. fin. num. 4. C. de fideicomm. Dec. cons. 186. col. 2. in fin. & cons. 384. nu. 6. vers. non obstant allegata Rot. diuer. decis. 54. num. 18. & 25. & seq. par. 2.

Nec applicatur decis. Seraph. 121 repetita par. 1. diuers. 591. nam illa loquitur in prætensione extinctionis pensionis ex eo quod non fuerit seruata forma Conc. Trid. de regul. sess. 25. cap. 15. in facienda professione post annum, & quia virtute statuti militiæ sancti Stephani eodem tempore datur habitus, & emittitur professio, & ex alijs deductis in decisione ibi firmatur, quòd Miles sancti Stephani quoad annuam probationem sub Concilij Decreto non comprehenditur, at in casu nostro non contingit disputari de validitate professionis, nec etiam de validitate matrimoniorum dubitari potest, cum adsit expressa dispensatio ex supra deductis.

Non obstat decisio in Palentina pensionis 21. Nouembris 1586. coram bon. mem. Card. Blanchetto, nã illa retorquetur, nam sicuti ibi dictio (iuxta) non stat comprehensiuè ad
13 omnia matrimonia permissa iuxta stabilimenta Religionis, ita non debet stare restrictiuè contra amplitudinem verborum, & vis in dicta decisione Placentina non stat in dictione (iuxta) sed in Constitutione Pij Quinti, cui & etiam statutis Religionis hic non solum fuit sufficienter dero-

derogatum, sed etiam dispensatio est concepta per verba, ac etiam cum vidua, ac etiam te ad secunda, & plura vota, &c. Vnde dispensatio suffragatur pro secundis, & tertijs matrimonijs, etiam cum vidua, vt supra deductum est, & ideò decisio in Palentina non applicatur, quia in illo casu non aderant supradicta verba prægnantia, & geminata cum supradictis derogationibus, &c.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. BVRATTO

Barchinon. Parochialis extra Rotã 29. Nouemb. 1613.

SVMMARIVM.

1 *Concursus factus narratur.*
2 *Appellatio ad vtrumque effectum à sententia Metropolitani datur.*
3 *Permissum dicitur quod non est prohibitum.*
4 *Constare quando dicatur de irrationabili iudicio.*
5 *Per sententiam in petitorio dicitur constare de dominio rei conuenti.*
6 *Si transiuit in iudicatum.*
7 *Facultas quando sit intelligenda, itaut appellatio censeatur permissa.*
8 *Absurdus intellectus est vitandus.*
9 *Electio Ordinarij celeritatem cupit, ideo ab ea non datur appellatio suspensiua.*
10 *Ita non datur appellatio ab immissione hæredis scripti.*
11 *Nisi Iudex deneget immissionem.*
12 *Mens legis est inspicienda non verba.*
13 *Ratio generalis reddit totam legem generalem.*
14 *Ratio celeris collationis parochialium consideratur etiam per canones.*
15 *Casus quando dicatur comprehensus ex identitate rationis.*
16 *Præsumptio est pro collatione Ordinarij, & num. 20.*
17 *Extensio quando licita sit in correctorijs.*
18 *Dignior quis dicatur ad parochiale.*
19 *Et præferendus est is, cuius mores noti sunt.*
20 *Duo vincula magis ligant.*
22 *Appellatio ad vtrumque effectum datur à sententia reuocatoria.*
23 *Casus similes non censentur exclusi.*
24 *Sententia lata in curia pro actore operatur effectum appositionis sequestri.*

DECISIO CI.

1 PRæuio concursu ad parochialem sancti Stephani Granullorum Barchinonen. Diœcesis de mense Augusti anni præteriti vacantem electus fuit ab Ordinario Balthasar Mir, & ad sanctissimum Dominum Nostrum pro collatione obtinenda remissus. Cùm verò Franciscus Domenech à dicta electione ad Metropolitanum Tarraconensem prouocasset, præuio nouo examine fuit electio primi Iudicis reuocata, & ipse habilis declaratus, Mir vero inhabilis, à qua pronunciatione Mir appellauit; & cum instaret eius supplicationem licèt post Metropolitani sententiam signatam expediri, Domenech verò aliam per eum porrectam ad sui fauorem signari vigore literarum Metropolitani, Reuerendissimus Dominus Datarius transmisit ad me dubium in Rota proponen. An esset relaxanda supplicatio signata ad fauorem Balthasaris, vel potius signanda porrecta per Franciscum. Quod resolutum fuit pro Balthasare.

2 Nam supplicationem Francisci non esse signandam Domini dixerunt, quia cum à sententia Metropolitani Tarraconen. sit expresse concessa appellatio ex constitutione

fœl.

fœl. record. Pij Quinti super collatione parochialium edita in vers. & siquis à sententia, quæ intelligitur tàm quoad effectum deuolutiuum, quàm suspensiuum. Grat. cons. vlt. nu.16.& 17.lib.2.Paris.cons.28.nu. 22. & seq. lib.4.Rot.dec.330.nu.4. par. 2. in nouiss. cum tamen sufficeret

3 ret illam non prohiberi ad hoc, vt diceretur permissa. can.omnis. can. ad Romanam. 2.q.6. l. & in maioribus.& ibi glo.C.de appell.glo.vulg. in l.qui restituere.ff.de rei vendicat. sequitur ea pendente nihil innouari posse.c.venientes.19.de iureiur.cap. pastoralis. 28. §. præterea.vers.nos autem. de offic. deleg. tot.tit. ff.nil. nou. app. pend.

Et si bulla voluisset tollere appellationem suspensiuam à sententia Metropolitani, id expressisset, prout fecit in appellatione ab electione Ordinarij in vers. hæc tamen appellatio.ad text.in l.vnic. §. sin autem ad deficientis.C.de caduc.tollend.

Nec sufficiunt illa verba, constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoq. reuocato parochialis per eundem Iudicem appellationis conferatur, seu conferenda remittatur, de quibus in vers. vt autem. Quia

4 clausula, constito, non refertur ad cognitionem, & reuocationẽ facieñ à Metropolitano, neque illi dirigitur; vnde intrat conclusio, non posse dici constare de irrationabili iudicio, nisi per rem iudicatam. Aegid. dec.103.Rot.dec.79.nu.6. & 7. p.2. diuers.facit tex.in l.furti.vbi glos. in vers.inter famosos.& Doct.ff.de his, qui not. infam. sicuti licèt dicatur

5 constare de non iure agentis, & de dominio rei conuenti ad excludeñ. spolium per sententiam in petitorio, vt post Ang.Imol.Alex.Socin.& Ias. Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.35.& 39.ff.de acquir.possess. qui de communi. Afflict. dec.303.n. 1. Cæs.de Grass.dec.141.alias 1.n.7.

6 de locat. tamen hoc non procedit, nisi vbi illa transiuit in iudicatum, quia tunc solum dicitur constare de non iure actoris, & iure rei conuēti. Bero.in c.in litteris.nu.4.vers.secundo quia.de restit.spol. Imol.in l.1.n. 8.ff.de nou.oper.nunc.Ias.cons.9.n. 1.vers.item cum. lib.3. Rota coram Robusterio in Cæsaraugustana parochialis. 16. Ianuarij. 1589. vnde

7 facultate Metropolitano concessa conferendi, vel remittendi pro institutione, post rem iudicatam est intelligēda, ne tollatur appellatio permissa ex eadem constitutione, iuxta not. per Cyn. Angel. & Salyc. in l. ita nobis. C.ad l.Iul. de adult. & ne contrarietas in eadem constitutione inducatur. Abb.in c.gratum.nu.2.& in c. super quæstionum.in 3. not. de off. deleg. ita vt operetur Metropolitanum vti Sedis Apostolicæ delegatum exequi posse suam sententiā reuocatoriam electionis Ordinarij in iudicatum transactā, cum aliàs executio spectaret ad iudicem, qui vltimam sententiam ferret. Bart. in l. à diuo Pio.nu.15.vers.quarto,& reuoco.ff.de re iudic. in l. præcipimus.§. officijs. nu.1.in 2.notab.& nu.2.C. de appellat. quem omnes sequūtur. Franc.in c.Romana.§.fin.n.31.vers. aliquando sententia diffinitiua, de appellat. Ei sufficere debet, constitutionem hoc operari contra ius cōmune, licèt posset etiam aliud. Grat. cons.13.nu.43.lib.2. Gozzad. cons. 19.nu.5. Eo magis, quia si aliter in-

8 telligeretur, resultaret hoc absurdū, executiones, & immissiones iuxta varietatem sententiarum variari debere, modo pro electo ab Ordinario, modo pro electo à Metropolitano, seù Iudice appellationis, & ideò intellectus iste vitandus est. l.Saluius Aristo. ff. de leg.præst. Rot.dec.70. nu.5.par.2.diuers.

9 Neque inconuenit, appellationē suspensiuam esse denegatam ab electione Ordinarij, & tamen concessam à sententia Metropolitani, seù Iudicis appellationis reuocatoria, cum electio Ordinarij celeritatem

desideret, & sic vigeat in ea ratio
tollendæ appellationis suspensiuæ.
l. fin. ff. de appellat. recip. l. quisquis. C. quorum appell. non recip.
quod non est in sententia reuocatoria Metropolitani, sicuti ra-
10 tione celeritatis non datur appellatio ab immissione hæredis scripti.
d. l. fin. ff. de appell. recip. d. l. quisquis. vbi Bart. Bald. Salycet. & Castrens. C. quor. app. glos. in l. fin. in
ver. missus. & ibi Barr. num. 21. C.
de edict. diu. Adr. tollen. & tamen
11 datur, quando Iudex pronunciat
denegando immissionem iuxta opinionem Angel. d. l. quisquis. num.
3. quam se in sacris audientijs practicasse testatur Iacob. de S. Georgio, d. l. fin. num. 56. C. de edict.
diu. Adr. tollen. vbi Zuccard. num.
443. cum alijs per Menoch. remed.
4. adipisc. poss. quæst. 100. nu. 876.
Lancellott. de attentat. par. 3. cap.
28. num. 89. Surd. de alimen. tit. 8.
priuil. 60. num. 26. in fin. & 27. quia
scilicet cessat ratio celeritatis. Menoch. vbi supra. vers. ea est ratio,
& eadem ratione fit eadem distinctio in sententia super alimentis ad
tradita per Surd. d. priuileg. 60. nu.
10. 25. & 33. vers. ideo non est curandum.

Supplicationem Balthasaris relaxan. dixerunt, moti ex d. constitutione. vers. hæc tamen appellatio.
cuius verba clarissima, & præcisa
sunt, quòd appellatio interposita ab
electione Ordinarij interim non impediat; aut suspendat, quominus
electio per illum facta debitæ demandetur executioni; Et vlterius,
quòd prouisus ab eadem ecclesia
causa huiusmodi appellationis pendente non amoueatur, non est itaque vlterius quærendum. l. Gallus.
§. si eius vbi not. Bald. in 2. not. ff. de
lib. & posthum.

Non obstat, quòd constitutio loquatur pendente causa appellationis
ab electione Ordinarij, ibi, hæc tamen appellatio, & ibi, causa huiusmodi appellationis pendente; ideoque secus dicendum videatur ea
finita, prout est per sententiam. l. 1.
vers. recepta autem appellatio. ff.
nil. nou. app. pend. vel casus iste
dicatur omissus, & sic in iuris communis dispositione relictus. ad vulgat. l. commodissimè. vbi Bart. ff. de
lib. & posthum. prout ita constitutionem intellexisse videtur Rota in
causa Derthusen. Parochialis coram
bo. mem. Gypsio. 30. Martij. 1584.

Nam Domini respiciendam esse
magis dixerunt mentem constitu-
12 tionis, quam verba, cum ex lege
veniat, quod sumitur ex mente.
l. nominis. & rei. §. verbum. & ibi
Alciat. ff. de verb. signific. l. cum mulier. la prima. ff. solut. matrim. Bart.
in l. contra. in princ. ff. de leg. quæ
est verbis præferenda. l. non dubium.
C. de leg. Bart. in d. l. contra. nu. 1.
etiam vbi est illis contraria. Dyn. in
cap. fin. de reg. iur. in 6. Oldrad. cons.
103. nu. 5.

Ratio autem, ob quàm Summus
Pontifex substulit suspēsionem executionis electionis Ordinarij, duplex reddi potest; vna secundum
informantes pro Balthasare, ne parochiales diu in suspenso maneant
in maximum animarum periculum,
de qua in vers. insuper. Quæ licèt
videatur apposita in capite distincto; negari tamen non potest huic
13 etiam conuenire; ratio enim generalis reddit totam legem generalem.
l. regula. §. cum quis. vbi Bart. in
2. notab. ff. de iur. & facti ignor. &
in quacumque parte sit, regulat totam dispositionem. Ioan. de Anan.
cons. 4. nu. 2.

Quæ ratio diutinæ vacationis tollendæ fuit maximè præ oculis habita, dum voluit Summus Pontifex
concursum, & alia iuxta formam
præscriptam ab Ordinario infra sex
menses expediri, aliàs collationes
ad ipsum deuolui; vnde non mirum, si ab electione tamquam celeritatem requirente, non detur ap-

pellatio

Digitized by Google

pellatio suspensiua ex præallegatis.
14 Et hæc ratio celeris collationis
parochialium consideratur etiam
per canones, vt in cap. si apostoli-
ca. 32. de præbend. damnosa est
enim ecclesiarum vacatio. c. quam
sit. de elect. in 6. Rebuff. in con-
cord. rubric. de collation. §. si quis
vero. verb. ad alium superiorem.
vers. nec refragatur. Et militat etiã
lata reuocatoria, ideo constitutio
disponens non retardari electionem
per appellationem habet locum, ne
dum in prima, sed in qualiber alia
appellatione ob hanc rationis iden-
titatem, ne vacatio protelletur. Com.
postell. in cap. 1. col. 2. vers. vnde
etiam dicimus. de elect. in 6. di-
cens ita seruasse Innoc. & ibi Archi-
diac. colum. 3. in fin. versic. propter
hoc. Ioan. Andr. col. 1. num. 4. versic.
plus dicit. Gemin. col. 2. nu. 4. post
med. versic. immo plus. Anchar. sub
num. 3. versic. & sic exponas. Franc.
sub num. 5. versic. ad hoc, dicens
quòd Doctores sequuntur. glos. in
clem. 3. in verb. occasione. eod. tit.
vbi Cardin. sub num. 5. versic. quin-
to quæro. Anchar. sub nu. 4. Imol.
num. 40. vers. quinimò plus dicit.
Vital. & Barbat. num. 90. & in hac
bulla. Modern. super reg. 8. glos. 6.
num. 216. & seq. cumque hæc ratio
15 scripta sit in constitutione, casus di-
citur compræhensus per illius iden-
titatem absque alia extensione. glos.
in cap. 1. de tempor. ordina. in 6.
Oldrad. consil. 185. in fin. Calder.
consil. 1. vt lit. pend. Bald. in l. il-
lud. post num. 6. C. de sacrósanct.
eccles.

Vel si secundum informantes pro
Francisco negetur rationem esse
prædictam, quæ expressa legitur,
16 sed dicatur esse præsumptionem pro
electione Ordinarij, cum ista tan-
tum reddi posset, habetur pro ex-
pressa, iuxta glos. in l. quamuis. vbi
Bald. in princ. vers. & cum vna sola.
C. de fideicomm. & ibi adden. Ca-
strens. nu. 4. Ias. nu. 6. adeo vt ab ea
17 tamquam vnica licita sit extensiò
etiam in correctorijs. Castren. in l. si
vero. §. de viro. num. 1. vers. idem si
ratio. ff. solut. matrim. adden. ad Bal.
in auth. quas actiones littera E. &
ibi Ias. num. 22. C. de sacros. eccles.
idem Ias. in d. l. quamuis. nu. 7. vers.
2. C. de fideicomm. cum concord. per
Surd. dec. 174. nu. 12. & 13. & dec.
192. nu. 15. & 16.

Et hæc præsumptio est adeo ve-
hemens, vt non tollatur ex sententia
reuocatoria Metropolitani, quia cũ
in electione ad parochiales ex dispo-
sitione sacri Concilij Tridentini sess.
24. de reform. cap. 18. vers. peracto
vltra doctrinam, sint etiam conside-
randi mores, prudentia, & alia ad
ecclesiam gubernandam opportuna,
qua ratione dignior non simpliciter
dicitur ille, qui doctior sit, vel san-
18 ctior, sed is, qui iuxta munus, cui
præficiendus est, aptior eius mini-
sterio apparet, & hic est præferen-
dus, vt ex sententia D. Thomæ tra-
dit Couar. in reg. peccatum. 2. par.
§. 7. sub num. 4. vers. dignior vero. &
dixit Rota in Beneuẽtana parochia-
lis. 13. Iunij. 1590. coram bon. mem.
Orano. & in Rauennateñ parochia-
lis. 2. Decemb. 1594. coram Illustriss.
Arigonio, in Nullius parochialis, seu
concursus. 4. Decembr. 1610. coram
Reuerendiss. D. Bononien. Ex quo
censuit sacra Congregat. Illustrissi-
19 morum Cardinalium Cõcilij Inter-
pretum præferendũ eum, cuius mo-
res noti, probatiq. sunt, ei, cuius vi-
ta ignoratur, licet doctiori. Ordina-
rius præsumitur instructus de vita,
& moribus concurrentium, & alijs
vltra doctrinam requisitis tamquam
eius diœcesanorum. Card. in clem. 1.
nu. 20. vers. sic autem. vbi Anch. nu.
7. vers. & hoc ideo. de sequestrat.
poss. & fruct. Verall. decis. 406. p. 2.
Put. decis. 395. num. 2. lib. 3. & con-
sideratum fuit in terminis huius bul-
læ in dictis Rauennaten. coram Illu-
strissimo Arigonio, & Nullius co-
ram Reuerendissimo Bononien. Me-

Digitized by Google

tropolitanus verò per nouum con-
cursum non potest certior fieri, nisi
de doctrina, & sic cessat in eo præ-
sumptio, vel saltem non æque vi-
get. Et adeò præsumitur pro iudicio
20 Ordinarij, vt debeat clarè doceri de
dolo, & irrationabilitate illius, vt
tenuit Rota in Camerinen. Concur-
sus. 19. Decembris. 1603. coram Re-
uerendissimo Attrebaten. & in Sabi-
nen. Concursus. 6. Aprilis. 1609. co-
ram Reuerendissimo D. meo Dama-
sceno. Et si quælibet ex prædictis
rationibus de per se sufficit, tantò
magis simul iunctæ, exemplo duo-
21 rum vinculorum, quæ magis strin-
gunt. cap. 1. de treg. & pac. cum
similibus.

Præterea etiam constitutio esset
restricta ad primam appellationem,
tamen cum à reuocatoria sententia
detur appellatio quo ad vtrumque
22 effectum, vt firmatum fuit, perinde
est illa interposita, ac si essemus in
casu verbis expresso, ante scilicet
latam reuocatoriam, quæ habetur
pro extincta inspecto præsenti statu,
iuxta tex. in l. 1. in fin. & ibi glos. ff.
ad turpill. l. 2. vers. cæterum. ff. de
poen. Bald. in rubr. C. de appell. nu.
2. & in l. ita demum. num. 2. C. de
procur. Roman. post Imol. in l. 1.
num. 30. vers. quoad secundum,
vbi Alex. num. 2. Ias. num. 9. Rip. nu.
10. ff. de re indic. de communi Fe-
lin. in rubric. de appellat. sub nu. 1.
col. 4. vers. & adde. & in cap. pasto-
ralis. 18. num. 14. vers. conclusio fit.
de offic. delegat. vbi adden. de com-
muni. dicit veram Alex. cons. 36.
nu. 6. lib. 4. & communem cons. 188.
nu. 10. lib. 2.

Et ideò licèt verba constitutionis
23 videantur restricta ad appellationē
ab electione Ordinarij, tamen non
excluderentur casus similes. glos. in
l. obesse. in ver. alienum. in princ. &
ibi Salyc. C. de præd. minor. & in l.
serui nomine. vbi Bart. num. 3. ff. de
vsucap. glos. vulg. in l. illud. in verb.
alia causa. & ibi Bart. in princ. C. de
sacros. Eccles. præsertim in hac ma-
teria fauorabili diutinæ vacationis
tollendæ. Bart. in d. l. illud. num. 5.
Bald. num. 6. in fin. Castr. nu. 4. vers.
hic est vna. Bart. in d. l. serui nomi-
ne. num. 3. vel qui veniunt in neces-
sariam expressorum consequentiam,
ex quibus cessant dicta de casu om-
misso.

Neque etiam potest dici sublata,
vel elisa præsumptio electionis Or-
dinarij per contrariam sententiam,
iuxta doctrin. Card. in clem. 1. q. 4.
num. 13. de sequestrat. poss. & fruct.
nam in quæstione ibi posita per Car-
dinalem non maior militabat præ-
sumptio pro secunda sententia,
quàm pro prima pro possessore lata;
sed eadem, cum vtraque esset lata
in Curia, vt ipse inquit; imò in
terminis d. clem. ipsa prima senten-
tia est, quæ parit sequestrum.
Cassad. decis. 1. eod. tit. sed in casu
nostro negari non potest, quin ma-
ior sit præsumptio pro electione Or-
dinarij, à qua non datur appellatio
suspensiua, quàm pro sententia
Metropolitani, à qua datur quo-
ad vtrumque effectum: Et ideò
sententia, quæ habet maiorem
præsumptionem, habet aliquem ef-
fectum executiuum non obstante
24 alia contraria, prout in terminis
eiusdem clement. primæ sententia
lata in Curia pro actore operatur ef-
fectum appositionis sequestri, quā-
uis adsint contrariæ in partibus pro
possessore; & hoc ratione maioris
præsumptionis pro ea, vt ibi expli-
cant Doctores.

Prædictis ergo non obstat allega-
ta decisio Dertusen. coram bo. me.
Gypsio vti simpliciter fundata in
verbis restrictiuis, non considera-
ta constitutionis ratione, & in qua
Domini prius substulerunt præsum-
ptionem pro electione Ordinarij,
quam resoluerunt fuisse gratificato-
riam, & iudicium Ordinarij fuisse sus-
pectū, vt in decis. præced. de mense
Decemb. 1581. & per sententiā re-
uoca-

Digitized by Google

uocarūt vnde considerarūt, quòd nisi apponeretur sequestrū, facilè aperiretur via fraudibus contra mentem, & verba dictæ constitutionis in vers. Nos, ad quorum ibi, personis minus dignis &c. Neque colligitur fuisse appellatum à secunda sententia lata in Curia, quæ omnia cessant in casu nostro, in quo præsumptio viget manifestè pro electione Ordinarij, adest eadem ratio exequendi, & sententia reuocatoria non potest haberi in aliqua consideratione tamquam extincta præsentaneo statu considerato per appellationem.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

REVERENDISS. D. COCCINO DECANO.

Mutinen. Plebis, seù Iurispatronat. 21. Febr. 1625.

SVMMARIVM.

1 *Immissio quandò sit danda vigore subrogationis gratiosa.*
2 *Clericatus probatur ex litteris patentibus.*
3 *Obitus possessoris quomodo probetur.*
4 *Reseruatio qualiter probetur.*
5 *Iuspatr. non dicitur probatum, donec contrarium probari potest.*
6 *Beneficia omnia præsumuntur libera.*
7 *Nisi adsit partis confessio, vel res iudicata.*
8 *Probationes per instrumenta dicuntur liquidissima.*
9 *Confessio facta in lit. Apost. non sufficit ad probandum iuspat.*
10 *Nisi in præiudicium confitentis.*
11 *Confessio prædicta quando reuocari possit.*
12 *Iuspat. probatur ex inscriptione in antiquis.*
13 *Instrumentum quando dicatur esse in forma probanti.*
14 *Iuspat. acquiritur ex readificatione ecclesia diruta.*
15 *Dummodo ecclesia sit totaliter diruta.*
16 *Immissio quando denegari nequeat.*
17 *Clausula, arbitrio Rota, quid importet.*
18 *Processus executiuus quando impediri non possit.*

DECISIO CII.

1 Fvit resolutum Com. Alexandro dandam esse immissionem, vigore subrogationis gratiosæ. Docet enim de suo clericatu, de obitu in possessione vltimo loco defuncti, in cuius locum ipse fuit subrogatus, & de reseruatione, quæ, aut lis requiritur ad hunc effectum. Put. decis. 484. lib. 2. in nouis, & passim seruat Rota. De clericatu constat ex litte-
2 ris patentibus iuxta dec. Gramm. 81. in princ. De obitu in possessione vl-
3 timi possessoris constat, ex quo per eiusdem obitum fuit præsentatus Balthassar, qui vtendo hac præsentatione illam magnificat, & propterea fatetur postremo loco defunctum obijsse in possessione ex deductis coram me in causa Cæsaraugustana de Maella. 21. Iunij. 1621. Reseruatio satis li-
4 quet ex eo, quòd ista parochialis vacauit de mense Ianuarij, qui est mēsis fixus, semper scilicet reseruatus ad fauorem Papæ, quod adeò clarè patet ex regula octaua, vt controuerti minimè possit.

Sola igitur difficultas in eo remanet, an scilicet probetur iuspatronatus laicorum, si enim probatur vtique cessat reseruatio, cum reg. 8. non comprehendat beneficia iurispatronatus laicorum. Et quicquid dicendum esset in iudicio ordinario, illud tamen aduertendum est, quod hic agitur in iudicio executiuo, nec probatur instrumentū fundationis,
5 vnde licèt deducantur aliæ probationes, cum tamen probatio probationem non excludat, iuspatronatus non potest dici iustificatum, donec

contrarium probari potest. Aegid. decis. 109. Itaut interim intret præ-
6 sumptio, quòd omnia beneficia præsumantur libera, & iuspatronatus est seruitus, quæ non debet præsumi. Verall. decis. 130. num. 2. par. 2. Mantic. decis. 358. num. 3. vbi allegat Innocent. Archidiaconus, & alios, & fuit sæpissimè resolutum.

7 Neque obstat, quòd hæc conclusio limitatur vbi adest confessio partis, vel res iudicata. Rota decis. 269. par. 3. & fuit dictum in causa Baren. Beneficiorum. 14. Maij. 1604. coram bo. mem. Cardinali Lancellotto iuniore; immo
8 non videntur excludi aliæ probationes per instrumenta, cum illæ dicantur liquidissimæ. Gemin. consil. 27. in princip. Oldrad. consil. 139. in fin. versic. decimo. fuit responsum huic motiuo difficultatem restringi ad confessionem Com. Alexandri cum enim aliæ probationes ab alijs possint excludi, de his in iudicio ordinario agendum erit ex supra deductis. Et quantum atti-
9 net ad confessionem respondebatur quod confessio facta in litteris Apostolicis non sufficit ad probandum iuspatronatus ad effectum canonizationis. Sarnen. de trien. quæst. 36. num. 3. Aegid. decis. 183. Verall. decis. 185. num. 5. par. prima, Mantic. decis. 318. num. 3. & ità censuit Congregatio Illustrissimorũ Interpretum super cap. 9. sess. 25. de reform.

Hæc tamen responsio non placuit, quia ordinarius non est in causa, sed agitur solum de pro-
10 bando iurepatronatus in præiudicium confitentis, quo casu ex illius confessione probatur maximè si concurrant etiam adminicula. Mantic. dicta decis. 318. num. 3. Achill. decis. 1. de confess. & fuit dictum in Regien. Prioratus. 9. Maij. 1586. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, vbi quod resolutio Congregationis loquitur de simplici confessione, & vbi quis sola confessione nititur, vt fuit sæpissimè resolutum. Vnde firmiter fuit responsum, quod ista confessio tacitè saltem fuit reuocata, ex quo Com. Alexander parochialem im-
11 petrauit vt liberam, quæ confessio in his terminis potuit reuocari etiam non docto de errore, siuè fuerit procuratoris, seù principalis, secundum stylum Palatij, de quo Bellam. decis. mihi 692. in fin. de rescript. in nou.

Non aduersatur inscriptio, quæ habetur in facie Ecclesiæ, videlicet 1385. Questa Chiesa di Massa S. Geminiano da Massa fece fare Aldobrandino, e Iacopino fratelli de Rangoni. Guicciardo de Agazzi è stato sopra à far questa spesa; quæ inscriptio adminiculum desumit ex alia huius tenoris. Templum hoc olim à maioribus suis erectum, nimia vetustate labans Vgo Comes Rangonus Episcopus Regiens, & Princeps, ob miram in D. Geminianum pietatem in ampliorem hanc, elegantioremq. formam restituit, quæ quidem prima
12 inscriptio cum versemur in antiquis probat iuspatronatus. Bart. in l. monumentorum. C. de relig. domib. Gloss. & DD. in cap. cum causam, de probat. Castrens. in l. sepulchrum. num. 6. C. de relig. domib. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 97. de caus. possess. & propriet. Purpurat. in l. prima. num. 155. ff. si cert. petat. Ferret. consil. 298. num. 9. & fuit multoties resolutum; Nam fuit responsum quòd ex instrumento concordiæ constat huiusmodi Ecclesiam ante dictam primam inscriptionem etiam extitisse, quod quidem quicquid dicatur est in forma probanti,
13 cum fuerit extractum à successore in officio. Dec. in auth. si quis in aliquo.

aliquo num.26.C.de eden.& cum excedat tempus 100. annorum alia recognitione non eget Put. decis. 9. de fid.instr. neque huiusmodi replicatio redditur æquiuoca, cum adsit alia etiam Terra Massæ, quia hoc non probatur, & quatenus probetur adhuc probatio inscriptionis æquiuoca remaneret, itaut in iudicio ordinario esset videñ, quæ probationes præualeant.

14 Neque est verùm, quòd responsio non officiat, ex quo iuspatronatus acquiritur etiam ex noua constructione, & reædificatione Ecclesiæ dirutæ, glos.1.in cap.3.vbi DD. præsertim Abb.num.8.de iurepat. Host. in summ. eod. tit. §. ex quibus vers. quid si reædificauit.

15 Nam fuit responsum, quòd ad hunc effectum requiritur, vt Ecclesia sit totaliter diruta, vel saltem ita vt indigeat noua consecratione, vel eius facies immutetur glos. in cap.3. vbi post alios Bero. num. 56. de iurep.Ias.in l.1.§. si quis ædificiũ num.4.de nou.oper.nunciat.Rocch. de iurepat.in verb.construxit nu.12. Lambert.de iurepat. quæst.6. art.6. par.1.lib.1.num. 16. Et ideò dum cognoscitur in iudicio ordinario, an versemur in casu isto per supradicta immissio non potest denegari.

16 Non obstat quòd ad effectum immissionis vigore subrogationis gratiosæ requiratur reseruatio clara, & indubitata, quia hæc est clara ex vacatione in mense Ianuarij, & offuscatio prouenit ex replicatione partis aduersæ, quæ cum plenè ad hunc effectum non probet intentionem suam, immissio non potest retardari; nec decisiones in contrarium allegatæ officiunt, distinguendũ enim est, quòd aut causa committitur simpliciter, & intrant prædicta, aut cum clausula, parito literis arbitrio Ro-

17 tæ, & tunc dato fumo iurispatronatus retardatur arbitrio Rotæ, vel donec fiant meliores probatio nes, vel vt procedatur in petitorio, & in his terminis loquuntur decisiones in contrarium allegatæ.

Denique non obstat, quòd Balthassar habeat, & ipse gratiam apostolicam, quia non propterea habet similem titulum, cum non habeat subrogationem gratiosam, nec sit in possessione, & ideò non potest impedire Processum executiuum ad fauorem Co. Alexandri habentis sub-

18 rogationem gratiosam, & probantis omnia incumbentia. Bart. in l. fin. num.21.C.de edict. D.adr.tollen.& sepè alij.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. D. COCCINO DECANO.

Florentina Iurispat. 1. Martij 1627.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatr. donatio probatur ex literis Apostolicis.*

2 *Præsentationes quando dicantur habuisse effectum.*

3 *Præsentatio ad beneficia aliqua contenta in donatione arguit quoad alia.*

4 *Vsurpatio an præsumatur in parochianis.*

DECISIO CIII.

1 AD probandum iuspatr. fuerunt exhibitæ literæ Alexandri VI. confirmatoriæ donationis iurispatr. de quo agitur, quæ videntur probare, cum in ipsis tenor donationis narretur, ex adductis per Rotam decis. 36.num.1.& seqq.par.2. & donatio habuit effectum, quia vacante hac ecclesia de anno 1552. fuit præsentatus quidam Saluaticus, qui de anno 1569. cessit dictam Ecclesiam, & per illius cessionem ad præsentationem patronorum fuit prouisus Iacobus, per cuius obitum de anno

1578.

1578. fuit prouisus Petrus Andreas, & ab hoc anno, vsque annum 1598. non dantur prouisiones, sed de dicto anno fuit præsentatus Ioannes de Lottis, per cuius obitum Ecclesia vaceuit de anno 1624. & patroni præsentarunt, & præsentatio dedit
2 causam liti; vnde negari non potest, quin prædictæ præsentationes non habuerint effectum, cum vnus per obitum, & cessionem alterius fuerit prouisus iuxta vulg. cons. Oldradi.
3 Neque obstat, quòd à dicto anno 1578. vsque ad annum 1598. non dentur præsentationes, quia dantur præsentationes ad alia beneficia cōtenta in eadem donatione; vnde bene arguitur, quòd ista deficientia non sit talis, quæ obstet, cum quoad alia beneficia adsit obseruantia per dictum tempus 20. annorum.
4 Fuit tamen reseruatum videre an constet de iurepat. illorum, qui donarunt; & an intret præsumptio vsurpationis in donationibus, cum sint parochiani; nam literæ Alexandri probant tantum donationem, an autem inde resultet probatio iurispar. illorum, qui donarunt erit videndum, & ita conclusum vna tantum parte informante.

Et in eadem coram eodem. 8. Nouemb. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatr. quando dicatur probatum.*
2 *Et quando sufficiant leuiores probationes.*
3 *Et quando non sit probandum secundum personas potentes.*
4 *Iuspat. spectans ad vniuersitatem non transit titulo hareditario.*
5 *Verba, filij, & heredes quando stent demonstratione.*
6 *Verbum respectiuè quid importet.*

DECISIO CIV.

STrictè ad dubium reseruatum in vltima decisione, an scilicet constet de dominio illorum, qui donarunt, & an illud debeat probari per immemorabilem cum præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum, quasi agatur de probatione iurispatr. vniuersitatis, in qua cadit præsumptio vsurpationis, & ideò non docto de titulo, requiritur præfata probatio ex dispositione Sacros. Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. de reform. & Domini censuerunt satis constare de dominio, cum in dona-
1 tione, & confirmatione Apostolica fuerit facta mentio, quòd iuspatron. spectabat ad donantes, quare cum huiusmodi donatio habuerit effectũ spatio 72. annorum, vtique narrata præsumuntur iustificata, & sic quòd iuspatr. spectaret ad donantes. Rot. decis. 739. num. 4. par. 2. Seraph. dec. 642. num. 3. & fuit dictum in causa Barbastren. pensionis 14. Ian. 1602. coram bo. mem. Horatio Card. Lancellotto, quæ est apud Marches. tom. 2. fol. 578. & præfata eo magis sunt admittenda, cum patronus non sit
2 in causa, ac ideò in probando iurep. sufficiunt leuiores probationes. Rot. decis. 229. nu. 1. p. 1. & ex hoc solo capite dixerunt Domini probari dominium, aliæ enim probationes licèt in iure possint sustineri, nihilominus non applicantur ad factum, vt statim dicetur, prout etiam in extensione primæ decisionis animaduersum fuit.
3 Quantum attinet ad secundum caput, dicebatur, quòd quando iusp. non spectat in vniuersum, sed vti ad singulos nō requiritur prædicta probatio Concilij. Gonzal. ad regul. 8. glos. 18. num. 69.

Et fuit dictum in causa Bracharẽ. parochialis 12. Iun. 1604. coram bo. me. Iusto apud Marchesan. par. 1. fol. 451. in fin. vers. nec prædicta patiuntur. Sed difficultas consistebat in applica-

818

plicatione, quod hoc iuspatr. spectaret ad singulos, & cum diceretur ex eo probari, ex quo inter alios donarunt Raimundus, & Ioannes frater,
4 & filij, & hæredes q. Francisci, nam si iuspatr. spectaret ad ipsos tanquam hæredes, cum hoc casu non haberet opus titulo hæreditario, cum & viuente patre filius sit patronus, & præsentet. Feder. de sen. cons. 111. nu. 9. vers. præterea. Rocch. de iurepatr. in verbo, competens. Lambert. eod. tract. lib. 2. par. 1. quæst. 2. art. 6. ista applicatio nullatenus placuit Dominis, quia in hac facti specie verba illa, filij, & hæredes stant demonstra-
5 tiuè ad personas, non autem, quòd vti tales donauerint, quòd manifestissimè apparet, quia donatio fuit facta à prædictis, & subditur vnà cũ maiori parte parochianorũ, ex quibus verbis clarè patet, quòd illa verba, filij, & hæredes stant demonstratiuè, & quod donarunt vti vniuersi, & cum fuerit dictum vnà cum maiori parte duarum partium parochianorum. Lapus allegat. 78. nu. 2. vbi adden. verbo, à maiori parte. Lambert. lib. 2. par. 2. quæst. 2. art. 8. sub num. 16. & fuit dictum in causa Firmana Altaris 12. Maij 1595. coram bo. me. Card. Blanchetto.

Secundò dicebatur, quòd in omnem euentum vnà cum vniuersitate donarũt Ioannes q. Matthæi Bitusci de Castro Florentino, &c. & subditur
6 respectiuè patroni, vnde inferebatur, quòd etiam dicti priuati essent patroni, quod denotant illa verba respectiuè, & sic quod in probando iurepatr. sufficiant ordinariæ probationes, cum & si iuspatr. non spectaret ad vniuersitatem, spectaret nihilominus ad dictos priuatos, vt in causa Pampilonen. iurispatr. de Ayn. 24. Maij 1613. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Antiocheno; sed neque huiusmodi motiuũ placuit, quia cum fuerint donatæ Ecclesiæ parochiales, illa verba respectiuè patroni, intelliguntur quoad Ecclesias, nõ autem quoad omnes insimul omnium Ecclesiarum essent patroni, vt patet ibi, post denominationem titulorum Ecclesiarum, dum dicitur Florentinæ, & Volaterranæ Diœcesum parochialium Ecclesiarum respectiuè patroni.

REVERENDISS. D. COCCINO DECANO.

Lucana Iurispatronatus. 27. Aprilis 1605.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus non comprehenditur in confiscatione bonorum facta à iudice laico.*

2 *Potest tamen iudex Ecclesiasticus declarare delictum, & applicare iuspatronatus fisco Ecclesiæ. Declara, vt num. 3.*

3 *Delictum patris non nocet filio in ijs quæ filius non consequitur ex persona patris.*

4 *Iuspatronatus regulatur secundum terminos feudi, & emphyteosis.*

DECISIO CV.

Domini in contumaciam alterius partis censuerunt, Ecclesiam sancti Stephani de Toffignano non acquisiuisse statum libertatis, quia licèt bona Bernardini fuerint
1 confiscata, tamen iuspatronatus (quicquid dicendum esset si spectaret ratione Villæ, vel Castri) sub illa confiscatione non comprehenditur, cum fuerit facta à iudice laico; secundum veriorem sententiam glos. in clem. pastoralis, verbo, sententiæ, vbi Imol. nu. 70. & 71. de re iud. & collect. in cap. quibusdam num. 10. vers. sed numquid, de pœnis, & in cap. fin. num. 4. vers. quid si patronatus, de iurepat. Et fuit resolutum in causa Agathen. iurispatronatus, 4. Martij 1602. coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio.

Nec

2 Nec obstaret si diceretur, quòd licèt iuspatronatus non veniat in confiscatione facta à iudice laico, nihilo minùs potest iudex ecclesiasticus declarare delictũ, & confiscare bona fisco Ecclesiæ; & effectus erit, quòd iuspatronatus extinguetur, & ecclesia remanebit libera sub Episcopi potestate. Imol. in clem. pastoralis. num. 72. in fin. de re iud. nam

3 respondetur, quòd cùm delictum nõ sit commissum in ecclesiam, nec iuspatronatus spectet ad Lucretiam ex persona patris, ei nocere non debet, secundùm distinctionem doctorum, de qua per igneum in repet. l. necessarios. §. non aliès, in prima par. num. 438. vers. vel meliùs, & nu. 482. vers. similiter, iuspatronatus. ff. ad Senat. consul. Syllan. & sentit Roch. de iurepat. in ver. ipse, vel is. num. 72. Syluest. licèt indistinctè loquatur, prout & alij Summistæ in ver. iuspatronatus, q. 5. vers. sextum. Ang. nu. 36. &

4 Tabien. nu. 25. Et his adstipulatur, quòd huiusmodi materia regulatur secundùm terminos feudi, & emphyteusis. Roch. loc. alleg. Card. in clem. plures. col. fin. nu. 8. de iurepat. & in feudo, & emphyteusi Domini admittunt prædictam distinctionem. Cyn. in l. 2. in fin. C. de lib. & cor. liber. Bart. in l. 1. nu. 2. C. de interd. & relegat. Ias. in l. 2. nu. 192. C. de iure emphyt. Molin. de primog. Hisp. lib. 4. c. 11. nu. 36.

Denique non officit cessio Reipublicæ, quia cùm ex confiscatione nihil haberet, non potuit aliquod ius transferre, iuxta vulgares conclusiones.

Et in eadem coram eodem 12. Iunij. 1606.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus non comprehenditur in confiscatione facta à iudice laico, nec ecclesia acquirit libertatem. num. 2.*

3 *Iudex Ecclesiasticus post confiscationem bonorum factam à iudice laico potest declarare delictum, post quam declarationem ecclesia acquirit libertatem.*

4 *Iuspatronatus gentilitium non venit in confiscatione bonorum facta ab Episcopo, secùs hereditarium.*

5 *In confiscatione bonorum non veniunt ea, quæ ad heredes extraneos transire non possunt.*

6 *Condemnato patre propter crimen læsæ maiestatis, filij sunt incapaces omnis successionis, & infames.*

7 *L. quisquis. §. filij. C. ad l. Iul. Maiest. quid, & quos comprahendat.*

8 *Statutum Lucanum cap. 61. declaratur.*

9 *Statutum laicorum super bonis non comprahendit iuspatronatus.*

DECISIO CVI.

Domini perstiterũt in resolutis, scilicet, ecclesiam de qua agitur non acquisiuisse statum liberta-

1 tis, quia iuspatronatus non venit in confiscatione facta à iudice laico, secundùm veriorem sententiam, de qua per glo. in clem. pastoralis, verb. subiectæ, vbi etiam DD. de re iudic. Mill. in repert. in verb. patronatus ius, & tenuit Andræas Ponus, Rotæ Auditor, vt refert Rocch. de iurep. in verb. ipsæ. quæst. 29. in fin. & ita fuisse iudicatum in dominio Venetorum. Et hanc sententiam esse communem, & ab ea in iudicando non esse recedendum dicit Gig. qui alios allegat, de crimine læsæ Maiestatis. lib. 2. tit. de pœn. com. crim. læs. maiest. q. 4. nu. 1. vers. contrarium. & nu. 2. & 3.

2 Neque facit, quòd licèt iuspatronatus non veniat in confiscatione, nihilominus ecclesia acquirit libertatem. Cardin. in clem. plures. nu. 8. vers. vel dic, eodem tit. cum alijs, quia Doctores qui tenent hanc sententiam, vel præsupponunt, confiscationem fuisse factam à iudice ecclesiastico

873

siastico, vel tenent contra verã opinionem, scilicet quòd in confiscatione facta à laico veniat etiam iuspatronatus, quod non est verum. Sed post confiscationem bonorum
3 factam à laico, potest iudex ecclesiasticus declarare delictum, & sic ecclesia acquiret libertatem, vt post Butr. in dicta clem. pastoralis. Imol. nu. 72. in fin. de re iudic. & in l. si insulam. in secũdo notab. in fin. vers. subdit tamen. ff. sol. matrim. Lamber. de iurepat. lib. 3. quæst. 8. art. 8. n. 15. Quam declarationem si faceret Episcopus, ei non suffragaretur. Cum præsupposito tamen, quòd iuspatronatus sit gentilitium, & non hæreditarium, quia hoc iuspatronatus gentilitium nec venit in confiscatione
4 facta ab Episcopo, licèt secus sit, si esset hæreditarium, secundum distinctionem Doct. vt per Igneum, in repet. l. necessarios. §. non aliàs, in prim. par. nu. 438. vers. vel melius, & num. 482. vers. similiter iuspatronatus. ff. de Senatusc. Syllan. Molin. de primog. Hisp. lib. 4. c. 11. nu. 2. Iul. Clar. recept. sent. l. 5. §. fin. quæst. 78. vers. quæro modo. in fine. & benè Socin. iun. cons. 51. nu. 2. & 3. vol. 2. Et regulare
5 est, quòd quando aliquid nõ potest transire in extraneum hæredem, non veniat in confiscatione bonorum. Alex. cons. 23. nu. 3. vers. secundo probatur. vol. 1. & cons. 89. in prin. lib. 4. Bart. in l. 3. ff. de interd. & releg. Angel. in d. l. in insulam. in princ. ff. solut. matr. Dec. cons. 442. nu. 27. & seqq.

6 Neque obstat, quòd pater Lucretiæ fuit condemnatus de crimine læsæ Maiestatis, & propterea eius filij sint incapaces omnis successionis, & sunt infames. l. quisquis. § filij. C. ad l. Iul. maiest. Et propterea incapaces
7 iurispatronatus, quia quicquid dicendum esset an dispositio illius tex. comprehendat id quòd debetur filio, vti filio, non vti hæredi, & sic etiam iuspatronatus gentilitia, ex alleg. per Molin. de primog. Hisp. lib. 4. c. 11. nu. 50. 51. & seqq. satis est, ad hunc effectum, quòd in casu prædictæ l. quisquis. non comprehendat fœminas, vt de communi testatur Clar. recept. sent. lib. 5. §. læsæ maiestatis. vers. hæ autem pœnæ. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 3. c. 14. nu. 15. qui pariter de communi. Et hoc suadetur ex verbis textus, quia in §. ad filias. determinat quæ sit pœna filiarum.

8 Nec officit statutum Lucanum c. 61. quia in eo non alteratur tex. in l. quisquis. respectu filiarum, sed solũ emanauit ad tollendas cõtrouersias, quæ oriri possent, an dispositio d. l. haberet locum etiam in machinantibus contra Rempublicam, & statuit, quòd sic. Et dum habetur mẽtio masculorum, fœminarũ, & vxoris, dicitur singula singulis referendo, & sic secundum dispositionem d. l. in qua distinctè apponitur pœna masculis, fœminis, & vxori, vt ex lectura textus apparet. Et in omnẽ euentum, quatenus statutum extenderet dispositã circa masculos, etiam
9 ad fœminas, extensio non procederet quoad iuspatronatus ex defectu potestatis statuentium. c. de iure. vbi glos. in verb. irritum. de iurepatr. iuncto c. cum laicis. de reb. Eccles. non alien. ibi, [necnon & alia quæ iuri spirituali annexa videntur.] Lamb. de iurep. lib. 3. q. 8. art. 8. nu. 15.

Reseruarunt tamen Domini videre, an iuspatronatus sit hæreditariũ, & quatenus sit, an ex quo non constat, Lucretiam fuisse citatam, sententia Reipublicæ ipsi noceat, ita ut Episcopus possit declarare delictum, ad effectum, quòd dicatur, Ecclesiam acquisiuisse libertatem.

Et in eadem coram eodem.
8. Iunij. 1607.

SVMMARIVM.

1 *Filia perduellionis priuatur tantùm a successione paterna, nec alijs [illegible] l. quis-*

l.quisquis. C.ad leg. Iul.mag. afficitur.

2 *Filius perduellionis est perpetuò infamis, & omnibus honoribus exclusus, nec est capax successionis paternæ.*

3 *Limita in Clerico.*

4 *Condemnatus de crimine læsæ maiestatis à laico, potest habere hæredem in iurepatronatus, quod nō venit in confiscatione bonorum facta à laico.*

5 *Adire qui non potest facto alterius, transmittit etiam ad extraneum hæreditatem.*

6 *Succedere volenti sufficit ostendere, se esse in gradu successibili, cùm nullus filius praetendit, esse proximiorem.*

7 *In confiscatione facta à iudice ecclesiastico venit etiam iuspatronatus.*

8 *Episcopus non potest venire ad actualem degradationem Clerici, vel illum tradere Curiæ sæculari, nisi in casibus in iure expressis, & ibi videri casus.*

DECISIO CVII.

ROta censuit, sententiam latam per Rempublicam Lucanā super crimine perduellionis cōtra Bernardinum patrem Lucretiæ, ei non nocere; quominus possit succedere in iurepatronatus, quia etiam quòd sit hæreditarium, ipsa non agit de succedendo Bernardino patri, sed Lælio fratri, cui potest succedere.

1 Nam excepta successione patris, alijs pœnis. l.quisquis. C. ad l.Iul. Maiest. filia perduellionis non afficitur, vt per Clar.in §.læsæ maiestatis,nu. 10.vers.hæ autem pœnæ. Et expressè, quòd possit alijs succedere, licet non patri, dicit Salyc. in d.l. quisquis.n.15. & incertus auctor.de crim. læsæ Maiestatis. q.5.nu.6. vbi quòd hæc opinio non habet contradictorem. Decia.tract.crim.2.lib.7. cap.41.nu.12. & 13. Et videtur de mente Bartoli in l.1.nu.1.in fin.ff.de verb. signif.

2 Neque facit quòd & ipse Lælius esset filius Bernardini, & sic propter delictum patris nulla bona habere posset, vel aliqua successione testati, vel intestati accipere, & perpetuò esset infamis, & ab omnibus honoribus exclusus, vt in d.l. quisquis.§.filijs verò. Quia hæc pœna, l.quisquis.non

3 afficiebat ipsum Lælium, qui iam de tempore latæ sententiæ contra patrem, erat clericus. Gem.in c.siquis. col. 3. vers. nec ad clericos. Archid. ibid.2.nu.Turrecr.n.7.Præpos.nu.3. Bellamer.nu.4.in princ.6.q.1. Io.de Anan.in c.vergentis.n.12. vers.quia lex.de hæret. Dec.tract.crim.tom.2. lib.7.c.41.nu.11. Gig.de crim.læsæ Maiest.tit.de pœnis quas filij incur. q.9.n.2.Aug.Arim.in addit.ad Ang. de malefic. in verb. & hai tradito la tua patria. nu.12.in fin.vers.tene tamen menti. Et ideò cùm dictus Lælius clericus non afficeretur pœnis dictæ l.quisquis. hinc sequitur, quòd esset capax successionis, & propterea successerit in iurepatronat., quod cū non veniret in confiscatione facta à principe laico, iuxta resolutiones fa-

4 ctas, Bernardinus eius pater in eo potuit hæredem habere. gl.in l.ea sola. 98. ff. de reg.iur. & not.ibid.Cagn. n.3.& singularem dicit Bald. in l.eā quam.n.19.in fin.C.de fideic.Iaf.in l.ex facto.§.Iulius.n.1.ff.de vulg. & in l.quoties.n.14.C.quando nō pet. par. Alex. in l.si quis ante.in fin. de leg.1. Nec ad hunc effectum requirebatur, quòd esset scriptus hæres, sed sufficit, quòd successio ab intestato ad ipsum spectaret. Lambert. de iurep.lib.1.p.2.q.2.principali.n.3.& seqq. etiam quòd non adessent alia bona. Lambert.d.loc.n.25. Et quatenus requireretur aditio, nō est opus de ea docere, quia cùm tunc detineretur in carceribus, facto alterius impediebatur. Vnde potuit transmittere etiam ad extraneum.Bart.in l.ventre.38.n.9.& 14.vers.2.reg.& nu.8. vers.2.reg.ff.de acq.hæred. Et propterea Lucretia potuit ei succedere,

6 cui sufficit ostendere, se esse sanguine coniunctam in gradu successibili,

non

non proximiorem cùm nullus alius se proximiorem prætendat. Tiraq. de retract. lignag. §. 11. glos. 1. n. 5. & 6. Et in his terminis fuit resolutum coram me in causa Tiburtina Capellaniæ. 16. Nouemb. 1605.

Neque etiam facit, quòd ipse Lælius per Vicarium Lucanum de anno 1597. fuerit iudicatus reus eiusdem criminis læsæ Maiestatis humanæ, & priuatus omni officio, & beneficio ecclesiastico, traditusq. curiæ sæculari, bona confiscata, & applicata curiæ Episcopali, in qua
7 confiscatione facta à iudice ecclesiastico venit etiam iuspatronat. Lambertin. de iurepat. lib. 3. quæst. 8. art. 8. nu. 10. Nam fuit firmiter responsum, sententiam tamquam nullam, & iniustam, non nocere Lucretiæ, ad effectum quòd dicatur non successisse fratri. Nam Episcopus non po-
8 test venire ad actualem degradationem clerici, neque eum tradere curiæ sæculari, nisi in casibus à iure Canonico expressis, videlicet; Pro crimine hæresis. cap. ad abolendam, §. præsenti. de hæret. & cap. 1. & cap. super eodem. de hæret. in 6. Pro falsificatione litterarum Apostolicarũ. cap. ad falsariorum. de crim. falsi. Pro crimine insidiarum contra Episcopum. cap. siquis sacerdotum. 11. quæst. 1. Pro incorrigibilitate, cap. cùm non ab homine. de iudic. Pro crimine assassinij. cap. 1. de homicid. lib. 6. Doctores communiter in dicto cap. at si clerici. de iudic. Clar. in prax. §. fin. quęst. 36. vers. sicut etiam. Boss. in prax. tit. de for. comp. n. 135. Et ex iure nouo, pro crimine nefando, ex constitutione S. M. Pij V. Et pro celebratione Missarum ab illis qui non sunt presbyteri, ex constitut. fœl. rec. Clement. VIII. Cùm igitur inter hos casus non sit iste de quo agitur, non modò fuit nulla ex defectu iurisdictionis, verùm etiam iniusta. Vnde, non nocet Lucretiæ.

R. P. D. MERLINO

Pistorien. Parochialis. 9. Februarij. 1624.

SVMMARIVM.

1 *Iuspat. in dubio præsumitur hæreditarium. & nu. 6.*
2 *Et quando ex mutatione fiat gentilitium.*
3 *Iuspatr. esse hæreditarium ex quibus verbis colligatur.*
4 *Iuspatr. gentilitium defertur in capita.*
5 *Præsentatio, quæ non habuit effectum non attenditur.*

DECISIO CVIII.

1 RESolutum fuit iuspatronatus esse hæreditarium, & transitorium ad quoscumque hæredes etiam extraneos, tale enim in dubio est præsumendum vbi ex fundatione vel aliunde de contrario non doceatur. c. 1. c. cum sæculum. & ibi Panor. nu. 3. & 4. de iurep. clem. plures. vbi Card. in 6. q. & Anch. n. 7. & 11. eod. tit. Lambertin. de iurepat. 2. par. 1. lib. quæst. 2. num. 15. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 6. Gabr. cons. 196. num. 5. lib. 2. Rota decis. 707. num. 8. par. 1. & decis. 756. num. 1. par. 2. recent. & fuit etiam dictum in Vrbinaten. Beneficij. 28. Iannarij. 1613. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Florentina Canonicatus. 25. Maij. 1616. coram R. P. D. meo Buratto.

Neque obstare videbatur, quòd de anno 1457. Iacobus de Cancellarijs patronus pro medietate dictũ iuspatronatus pro huiusmodi portione ipsum tangente iure legati transtulerit in Felicem eius ex fratre nepotem; & in omnes illius filios, & descendentes masculos; & postea de anno 1565. Domitius pariter de Cancellarijs pro

portione ad ipsum spectante similiter iure legati reliquerit familiæ, Domui, & Cippo de Cancellarijs masculis tantum legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & quòd vtrique dispositioni postea accesserit ordinarij cõsensus, & confirmatio. Vnde inferebant informantes, quòd etiam si dictum iuspatronatus ab initio fuerit hæreditarium, nihilominus ex post facto mutando qualitatem effectum fuerit gentilitium ad tradita per Paris. conf. 35. num. 8. l. 4. & Rota decis. 625. num. 2. in fine par. 1. recent.

Quoniam fuit responsum in legato Iacobi non videri posse fieri fundamentum, ex pluribus enim deducebatur iuspatronatus etiam post legatum, prædictum Iacobi qualitatem hæreditariam retinuisse, & præsertim ex Bulla Sixti Quarti de anno 1475. super illius confirmatione pro Antonio, & Felice de Cancellarijs, eorumque hæredibus, & successoribus, & ex sententia confirmatoria executoris de anno sequenti 1476. pariter pro hæredibus, & successoribus, nec non etiam ex instrumento concordiæ de an. 1550. in quo lite in Rota inter compatronos pendente fuit conuentum, quòd dictum iuspatronatus pro medietate spectare deberet ad d. Domitium vnũ ex ipsis cõtrahentibus eiusq. filios hæredes, & successores, eorumque cessionarios, vel ab ipsis causam habentes, pro alia verò medietate d. iuspatronatus spectaret ad ceteros in ipso instrumento concordiæ nominatos, illorumque pariter filios, hæredes, & successores, ac cessionarios, quæ verba concludunt iuspatronatus adhuc fuisse propriè,
3 ac verè hæreditarium, Rota decis. 707. num. 6. & 10. in recent. par. 1.

Pro quo etiam facit quòd in dicto instrumento de anno 1550. vnus interuenit pro integra medietate, alij verò plures pro alia, qui insimul pinguiorem vocem non habebant, quam vnus ipse Domitius, quod repugnat naturæ iurispatronatus gentilitij: cuius proprium est vt deferatur in capita, non autem in stirpes
4 iuxta clem. 1. plures de iurepat. Rot. decis. 251. num. 5. par. 2. recent. & fuit dictum in dicta Florentina canonicatus 24. Maij 1616. coram D. meo Buratto.

Quo verò ad legatum Domitij, non constat fuisse effectuatum, immo cum postea parochialis primo loco vacasset de anno 1599. apparet præsentationem per Braccium, & Paulum factam fuisse nulla habita ratione illius legati, vnde non videbatur habendum in consideratione ad effectum, de quo agitur, vt per Gonzal. sup. reg. 8. glos. 45. §. 8. nu. 4. & seqq. & glos. 55. num. 21. & 22.

5 Et eadem ratione fuit dictum nõ esse attendendas præsentationes factas ab ijs, qui patris hæreditatem repudiauerant, quia non patet aliquam ex ipsis fuisse effectuatum per subsequentem institutionem, & fieri etiã potest repudiantes alio iure, & titulo hereditario præsentasse quam illius, cuius hæreditatem repudiauerant.

Ex quibus cum habeamus d. iuspatronatus à principio fuisse hæreditarium, & allegata qualitatis mutatio non possit dici saltem concludenter probata, existimarunt Domini adhuc hæreditarium esse censendum, cum regulariter etiam in dubio
6 tale præsumatur iuxta tradita per Panorm. in d. cap. cum seculum num. 3. & 4. de iurepatr. Rota dec. 707. nu. 8. part. 1. recent. cum alijs super allegatis.

Et ita, &c.

R. P. D. DVRANO

Lunen. Sarnen. beneficij 13. Iunij 1625.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententia continens mixturam appellationem admittit.*
2 *Possessio capta intra terminum decem dierum ad appellandum vti attentata non est manutenibilis.*
3 *Possessio instrumentalis est manutenibilis possessione existente vacua.*
4 *Possessio præsumitur vacua, dum de contrario non constat.*
5 *Possessio attentata nullum habet effectum.*
6 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua.*
7 *Possessio capta lite pendente est attentata.*
8 *Capitulum non habet de iure iurisdictionem.*
9 *Possessio capta pendente termino ad instituendum non est attentata, si non fuit actum iudicialiter.*
10 *Attentata non includuntur ex actibus extraiudicialibus.*
11 *In manutentione non attenditur data literarum, sed possessio prouisorum.*

DECISIO CIX.

FVerunt à diuersis patronis præsentari ad Capellaniam S. Leonardi ecclesiæ Lunesi Sarzanesi quæ de iurepat. laicorũ esse asserebatur, Lancellottus Cataneus, & Hieronymus Furlanus, & cum ambo iura sua ad effectum obtinendi institutionem deduxisset corã Capitulo Sarzanen. ad quod illa pertinere dicebatur, nihilominus vterque eorum sub eadẽ data à Sede Apostolica prouisionem obtinuit cum derogatione patronatus pro dimidia, & literis Apostolicis directis vni, & eidem executori, Lancellottus præuenit in præsentatione earum, sicque a d. executore in possessionem immissus fuit. Hieronymus verò obtinuit nouas literas nouo executori directas, a quo præuia sententia fuit immissus in possessionem, a qua sententia fuit per Lancellottum legitimè appellatum, & causa mihi commissa, fuit datum dubium, cui dandum esset mandatum de manutenẽdo, & Domini ante omnia pro comperto habuerunt possessionem Hieronymi vigore sententiæ executoris literarum adeptã non esse manutenibilem, quia cum
1 in dicta sententia non solum fuisset pronunciatum super possessione, sed etiam super validitate gratiæ Hieronymi, erat admittenda appellatio ratione mixturæ, etiamsi aliàs non potuisset appellari, vt per Contard. de moment. possess. limit. 2. num. 1. & seqq. quo fit, vt possessio capta per Hieronymum intra tempus decem
2 dierum ad appellandum concessum, vt in actis, meritò dici debeat attentata, & consequenter non manutenibilis c. non solum de appell. in 6.

Solum igitur versatur difficultas circa possessionem Lancellotti, cui dixerunt Domini dandum esse man datum de manutenẽdo, ex quo prius possessionem adeptus fuit præuio decreto executoris, quæ licèt fuerit
3 instrumentalis, sufficit pro manutentione, possessione existente vacua
4 ad l. prædia. vbi Bart. ff. de acq. poss. l. non idcirco. vbi Bald. in princ. C. de fid. instrum. Rota dec. 21. de rest. spol. in antiq. & in recent. decis. 92. nu. 1. par. 1. prout vacua fuisse præsumitur hæc, de qua agitur, dum nõ constat de contrario. Seraf. dec. 322. num. 3.

5 Neque obstat alia possessio partis aduersæ, tum quia fuit attentata, & nulla, vt dictum est, & ideo nullum præstare debet impedimentum. c. nõ præstat de reg. iur. in 6. tum etiam, quia tanquam posterior præsumitur
6 clandestina, & turbatiua. c. licèt causam. vbi Doct. de probat. Bart. in l. si duo. sub num. 4. ff. vti possid. Couar. practic. quæst. c. 17. in fine. Rot. dec. 19. num. 2. par. 2. diuers.

7 Non obstat etiam, quòd possessio Lancellotti videatur attentata tanquam capta pendente lite coram

Capitulo Sarzanen. Seraf. dec. 1403. num. 2. quia omisso pro nunc, an d. Capitulo ex consuetudine, vel particulari priuilegio competat aliqua iurisdictio, quæ tamen de iure communi non competit. c. ex parte De-
7 cani, 3. de rescript. & ibi Felin. nu. 1.
8 Respondetur, quòd etiamsi Capitulo competeret iurisdictio, non per hoc fuit lis introducta coram eo, quia cum ad Capitulũ spectaret institutio, præsentationes, & alij actus
9 coram eo per partes hinc inde facti, videntur potius actus extraiudiciales, cum non appareat, quod Capitulum processerit tanquam iudex ad latè tradita per Gonzal. post glos. 9. in annot. null. & attentat. num. 14. & seqq. actus verò extraiudiciales non inducunt attentata. Lancel-
10 lott. de attentat. lit. pend. par. 2. c. 4. limit. 5. num. 29. & ideo non intrat decisio Seraf. supra relata.
11 Non obstant denique, quod ambo sint prouisi Apostolici sub eadem die, quia ad effectum manutentionis non attenditur data literarum, sed anterior possessio, quam prius apprehendit Lancellottus, sicut & prius etiam literas præsentauit. cap. si à Sede, vbi Doct. de præbend. in 6. & ita decisum vtraque parte informante.

Et in eadem coram eodem. 31. Maij 1627.

S V M M A R I V M.

1 *Ad institutionem obtinendam quæ requirantur.*
2 *Vacatio beneficij probatur ex confessione aduersarij.*
3 *Clericatus, & literatura præsentati probantur ex literis patentibus ordinarij.*
4 *Iuspatr. probatur ex pluribus institutionibus ad præsentationem continuatis, & effectum sortitis.*
5 *Capitulum Sarzanen. habet ius instituendi.*
6 *Capitulum habens ius instituendi non præsumitur instituere præsentatos, nisi prius sibi constito de iurepat.*
7 *Ad probandum iuspatr. leuiores sufficiunt probationes, vbi ordinarius nõ est in causa.*
8 *Vnica præsentatio effectum sortita sufficit ad acquirendam quasi possessionem præsentandi.*
9 *Constito de effectuatione vltimarum præsentationum, præsumitur effectuatio antecedentium.*
10 *Refertur casus ad probandum vnum ex patronis habere maiorem partem vocum.*
11 *Institutio debetur præsentato à maiori parte patronorum existentium in quasi possessione.*
12 *In dubio ex duobus præsentatis fauendum est pauperiori, & ei, qui est de familia testatoris.*
13 *Patronis sufficit esse in quasi possessione præsentandi, nec tenentur probare descendentiam à fundatore.*
14 *In donatione iurispatr. vt valeat, non sufficit confirmatio Vicarij, sed requiritur ipsius Episcopi.*
15 *Confirmatio, & auctoritas Episcopi non requiritur in donatione iurisp. facta inter compatronos.*
16 *Gratia apostolica est iustificanda.*
17 *Narrans, quod iuspatr. spectat ad aliquam familiam ex fundatione, & dotatione debet narratiuam iustificare.*
18 *Clausula, verificato iurepat. reddit gratiam conditionalem.*
19 *Gratia conditionalis requirit præcisam, & concludentem probationem.*
20 *Possessio præsentandi non transit in successorem sine nouo vsu, & exercitio iuris præsentandi.*
21 *Ex possessione iurispræsentandi centum annorum præsumitur melior titulus de mundo.*
22 *Præsentatio facta per procuratorem requirit exhibitionem mandati intra quadrimestre.*
23 *Sed sufficit productio verbalis intra terminum, vt sustineatur productio realis facta extra terminum.*

Si

24 *Si mandatum patroni est rogatum per notarium actuarium illius, ad quẽ spectat institutio, non est facienda illius productio.*

25 *Patronus si intra quadrimestre obtinet literas à Papa vulgo nuncupatas, pro præsentato censetur ratificasse præsentationem eius nomine factam.*

DECISIO CX.

Hieronymus Furlanus, & Lancellottus Cataneus obtinuerũt à Papa prouideri sub eadem data in forma dignum, de hoc beneficio vacante per obitum M. Antonij de Cataneis vltimi possessoris cum narratiua, quòd ipsi fuerunt præsentati a meditate patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, cum derogatione iurisp. pro alia medietate; sed Hieronymus narrauit simpliciter beneficium esse de iurep. laicorum, qui nihilominus suspenso petitorio, circũscripta d. gratia apostolica petit institui vti præsentatus a maiori parte patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, Lãcellottus verò innititur gratię, in qua in specie narrauit hoc beneficium esse de iurepat. familiæ de Caneis ex fundatione, & dotatione, & quia ipse præsentauit in executione suarum literarum fuit illi datum mandatum de manutenendo, vt in decis. sub die 13. Iunij 1625. coram me. Vnde hodie dubitaui, quis eorum sit instituendus, & Domini resoluerunt Hieronymum esse insti-
1 tuendum, quia iustificauit quatuor requisita ad obtinendam institutionem de iure necessaria, nempe vacationem beneficij, existentiam iurisp. eius habilitatem, & præsentationem intra legitima tempora factam a maiori parte patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, vnde ei debetur institutio. c. decernimus, & c. monasterium. 16. quæst. 7. Abb. in cap. cum Bertoldus num. 12. de re iud. Rot. dec. 337. nu. 1. par. 2. recent. vacatio beneficij per obitum
2 Marci Antonij probatur ex fide obitus, & ex confessione aduersarij facta in sua gratia, cuius vigore obtinuit manutentionem, qua nulla maior probatio, l. cum præsum. C. de liberali causa, habilitas etiam benè
3 probatur tam quoad clericatum ex literis patentibus ordinarij, quàm quoad literaturam ex eodem clericatu, & ex testibus desuper examinatis, existentia iurispat. vltra quod hinc inde admittitur, quia vterque
4 venit vti præsentatus, probatur in primis ex enunciatiua Capituli Sarzanen. facta in prima institutione ad præsentationẽ Ioannis Frãcisci de Figasecchis de anno 1457. vbi narratur, d. Ioannem Franciscum fuisse constitutum patronum huius beneficij à Francisco de Figasecchis fundatore patruo suo, vbi etiam expressè legitur, quòd de d. fundatione cõstabat ex publico testamẽto prædicti Francisci, deinde ex alia simili enunciatiua de anno 1460. & demũ ex alijs pluribus enunciatiuis eiusdẽ Capituli subsequentibus factis in institutionibus continuatis, & effectum sortitis per spatium centum annorum, & vltra ad præsentationem successorum prædicti Ioannis Francisci primi patroni, ex quibus sufficienter probatur iuspatr. iuxta vulg. cons. Oldrad. 229. Feder. de sen. cõs. 234. num. 3. ad fin. Ferrett. cons. 293. num. 6. Acchil. decis. 7. num. 1. de iurepat. Cassad. decis. 7. eod. tit. Rot. decis. 312. num. 4. par. 1. & dec. 541. & 674. nu. 2. par. 2. recen. cum enim
5 Capitulum Sarzanen. habeat ius cõferendi, vt dixit Rota in Lunen. Sarzanen. Cappellæ, 5. Decemb. 1601. coram Card. Sacrato, & in decis. in hac causa facta coram me, non insti-
6 tuisset ad præsentationem prædictorum, nisi clarè sibi constitisset de existentia iurispatr. ad eorum fauorẽ Put. dec. 237. lib. 2. Seraf. dec. 1232. num. 2. & Rota in d. decis. 674. n. 2.

& in Tuden. Parochialis. 21. Maiji 1610. coram bo.mem. Card. Sacrato apud Marchef. de commiss. p. 1. §. 2. fol. 477. & tanto magis, quia cum
7 non agatur contra Ordinarium, sed lis sit inter tertios, leuiores probationes admittuntur ad probandam existentiam iurispat. Cassad. decis. 1. in fine de probat. Gonzal. ad reg. 8. glo. 18. nu. 59. Mantic. dec. 244. n. 5. & Rota dec. 148. nu. 2. p. 2. recent.

Demùm quòd Hieronymus fuerit præsentatus à patronis existentibus in quasi possessione præsentandi clarè patet, quia fuit præsentatus à Maximiliano eius patre, & a Francisco de Garzolis, qui sunt in quasi possessione præsentandi, ex quo beneficium vacauit per mortem dicti Marci Antonij, qui fuit ab eis præsentatus cum institutione Capituli subsecuta. summ. num. 13. ad consti-
8 tuendum autem in quasi possessione sufficit vnica præsentatio effectum sortita. Ripa in c. cum ecclesia sutrina. nu. 53. de caus. poss. & prop. Rom. cons. 311. in fine. Rot. dec. 17. nu. 1. p. 2. diuers. Gonzal. glo. 45. §. 2. n. 29. & latè Garc. de benef. par. 5. cap. 5. num. 59.

Quòd autem Maximilianus, & Franciscus, qui præsentarunt M. Antonium, & nunc Hieronymum habeant nedum medietatem d. iurisp. narratam in literis Hieronymi, sed etiam maiorem partem requisitam ab obtinendam institutionem iuxta iuris dispositionem, videtur clarum, quia, vt dictum est, & partes cócordant, hoc beneficium fundatum fuit, & dotatum per Franciscum de Figasecchis in eius testamento de anno 1457. in quo instituit sibi hæredem Mariam eius filiam, cui decedenti sine liberis substituit præfatum Ioan. Franciscum de Figasecchis nepotem suum ex Petro fratre, cui Io. Francisco testator dedit facultatem priuandi Capellanos casu, quo non obseruauerint conditiones sibi appositas, & deinde idem Io. Franciscus dũ vixit, vti verus patronus fecit quinque præsentationes à d. anno 1457. vsque ad annum 1496. ex quibus
9 tres vltimæ probantur effectuatæ, vnde etiam duæ præcedentes tales censeri debent iuxta d. cons. Oldrad. 229. Menoch. præsumpt. 65. per tot. lib. 6. mortuo Io. Francisco relictis ex Ludouico filio prædefuncto Io. Baptista nepote, necnon quatuor
10 neptibus, nempè Augustina, Antonia, Francisca, & Lucretia, & vacante hoc beneficio de anno 1530. per obitum Antonij Gandulphij vltimi ex præsentatis à d. Io. Francisco, fuit de eo institutus d. Io. Baptista vti præsentatus per suum procuratorem, & cum de anno 1548. vacaret per eius obitum, Augustina, & Antonia sorores eiusdem, & neptes Io. Francisci fecerunt tres præsentationes continuatas, & effectuatas, vnã post aliam, primam de Dominico de Mercatoribus de d. anno 1548. per obitum prædicti Io. Baptistæ eorum fratris; secundam de Iosepho Cencio de anno 1552. per resignationẽ Dominici, & tertiam de Leonardo Martino per resignationem prædicti Iosephi, qui Leonardus Martinus vixit vsque ad annum 1561. & per eius obitum vacauit hoc beneficiũ, & propterea ab anno 1452. quo hoc beneficium fuit fundatum, vsque ad annum 1561. & sic per centum, & quatuor annos Io. Franciscus de Figasecchis primus patronus, & eius hæredes, & descendentes fuerunt in pacifica possessione præsentandi.

Vnde patet, quòd Hieronymus fuit præsentatus à maiori parte patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, quia d. iuspat. per mortem Io. Baptistæ fuit diuisum in quatuor voces iuxta numerũ dictarum quatuor sororum, ex quibus quatuor vocibus Maximilianus, qui præsentauit Hieronymum filium suum habet duas, nempè vnam vti nepos d. Antoniæ ex filia Catherina, & aliam ex persona d. Catherinæ

nae matris suae vti donatariae d. Augustinae suae amitae, quae donatio fuit facta 18. Octob. 1562. fuit etiam praesentatus à Francisco nepote ex filio Ambrosio praefatae Lucretiae alterius ex dictis quatuor sororibus, & ab alijs eiusdem Lucretiae descēdentibus; qui Franciscus est etiam in quasi possessione praesentandi, vt supra dictum est, prout etiam in quasi possessione praesentandi fuit Ambrosius eius pater. summ. nu. 8. & 11.
11 quo fit, vt etiam circumscriptis literis Apostolicis, Hieronymo vti praesentato à maiori parte patronorum existentium in quasi possessione praesentandi, debeatur de iure institutio. c. consultationibus. de iurepat. Ferret. cons. 33. nu. 4. cum seqq. lib. 1. & quando res esset dubia, dicebat vnus ex dominis, esse magis ad eius fauorem inclinandum, quia est pau-
12 per, de familia testatoris, maior ętate, & benè literis eruditus: Lancellottus autem diues, extraneus, & aetate minor.

Demùm descendentia Maximiliani, & Francisci ex praedictis duabus sororibus Antonia, & Lucretia, vltra quod non controuertitur, & benè probatur ex arbore, & testibus datis,
13 cum ipsi sint in quasi possessione praesentandi, non tenentur probare descendentiam à fundatore, sed solum, quòd sunt in quasi possessione praesentandi. Seraph. decis. 1334. in fine. Rot. dec. 224. p. 1. recent. & in Baren. beneficij. 1. Iunij. 1611. corā bo. mem. Vbaldo.
14 Non obstat, quòd in donatione facta per Augustinā Catharinae eius nepti, & matri Maximiliani de hoc iurepat. non adsit auctoritas Episcopi, sed Vicarij, quae non sufficit, vt saepius resoluit Rota, quia cum ver-
15 semur in donatione inter compatronos, Episcopi auctoritas non fuit necessaria. glos. in c. nemini. in princ. vers. sed potest dici. & ibi Bellam. 16. q. 2. Lambert. de iurepat. p. 2. lib. 1. q. 1. in princ. Paris. de confident. q. 28. nu. 184. Achil. dec. 10. nu. 2. de iurepat. Verall. dec. 284. nu. 1. p. 1. & Rota dec. 707. nu. 4. p. 1. recent. & quando validitas donationis esset dubia, adhuc Hieronymus esset praesentatus à patronis habentibus maiorem partem patronatus, & existentibus, vt sic in quasi possessione, quia Maximilianus ex quatuor vocibus habet vnam vti descendens ab Antonia, Franciscus, & alij descendentes à Lucretia habent aliam, remanent aliae duae voces, quarum vnam habet Lucas Contardus, qui praesentauit Lancellottum vti descēdens à Francisca; quarta vera vox, quae spectabat ad Augustinam fuit diuisa inter descendentes praedictarū aliarum trium sororum, & sic inter Maximilianum, Lucam, & Franciscum aequaliter, & per consequens semper est verum, quòd Hieronymus vti praesentatus à Maximiliano, & Francisco, praesentatus existit a maiori parte patronorum, & in omnem casum sat illi est, quòd sit absolutè praesentatus a maiori parte eorum, qui sunt in quasi possessione praesentandi.
16 Non obstat gratia apostolica Lācellotti, & quòd possideat, quia ipse quoad tria non iustificauit suam gratiam, vti debuit, nam in primis
17 narrauit, quod hoc iuspat. est familiae de Cataneis ex fundatione, & dotatione, quòd ideo debuit iustificari. Rot. dec. 531. nu. 1. p. 1. diuer.
18 & praesertim stante clausula, ibi, verificato d. iurepatr. quòd ex fundatione, vel dotatione d. familiae de Cataneis existat, quae facit gratiam conditionalem. arg. tex. in l. Lucius. 83. ff. de cond. & demon. quae prop-
19 terea requirit praecisam, & concludentem probationem. Alex. cons. 59. nu. 8. lib. 2. Roin. cons. 68. n. 14. lib. 1. Marta de clausul. p. 1. claus. 190. Rota dec. 573. nu. 1. & 701. nu. 5. p. 1. recent. quòd tantum abest, quòd Lancellottus probauerit, quod imò est improbabile, quia, vt supra demon-

monstratum est, hoc iuspatr. est familiæ de Figasecchis ex fundatione, & dotatione.

Præterea Lancellottus narrauit, quod ipse fuit præsentatus a patronis existentibus in quasi possessione præsentandi, quod non est verum, quia quamuis illi de Cattaneis quãdoque præsentauerint, tamen eorũ
20 possessio non fuit translata in eorum filios, & successores, qui Lancellottum præsentarunt, sine noua apprehensione, idest, sine nouo vsu, & exercitio iurispræsentandi. Menoch. de retinen. remed. 3. nu. 52. vers. extenditur. Gonzal. glo. 34. num. 108. Garz. de benef. p. 5. c. 5. nu. 35. cum seqq. & reprobato Lambertino, qui contrarium tenuit, Achil. dec. 5. de caus. poss. & prop. Caputaq. dec. 426 p. 2. Rota dec. 260. nu. 4. p. 2. recent. & in Florentina Subdecanatus. 27. Ianuarij, 1627. coram me. deinum exposuit, quòd fuit præsentatus a medietate patronorum, & tamen ex superius dictis constat non esse verum.

Non obstat, quòd Lancellottus prætendat totum iuspat. spectare ad dictos de Cataneis vti hæredes, & successores Lauræ, quæ fuit neptis Francisci fundatoris ex Maria filia eius hærede vniuersali, ad quã propterea cum vniuersa hæreditate prætenditur transijsse hoc iuspat, & non ad Io. Franciscum, a quo descendũt auctores Hieronymi, quamuis testator ei legauerit ius priuandi Capellanos, ex quo legato non infertur ad legatum iurispat. nam respondetur, quòd ex obseruantia subsecuta per plus 100. annorum, quæ habuit initium immediatum post mortem fundatoris, resultat clara probatio iurispat. ad fauorem Maximiliani, & Francisci, & aliorum descendentium a prædicto Io. Francisco primo patrono, itaut absque alia probatio-
21 ne præsumatur melior titulus de mundo non limitatus ad d. testamẽtum, sed aliunde iuxta iura, & decisiones supra allegatas, & quicquid sit, Hieronymo sufficit esse præsentatum a maiori parte eorum, qui sunt in quasi possessione præsentãdi.

Non obstat, quòd isti de Cataneis quandoque fuerint admissi ad præsentandum cum præfatis de Figasechis, & quòd de anno 1562. Capitulum Sarzanen. per suam sententiam declarauerit hoc iuspat. spectare pro medietate ad Figasecchos, & pro alia medietate ad Cataneos, quia quòd Catanei etiam præsentauerint cũ dictis de Figasecchis, fuit per vsurpationem, cum non appareat de aliquo eorum legitimo titulo, sed potius in contrarium, quòd totum iuspatr. per vltra centum annos fuit penes dictos de Figasecchis insolidum, & d. sententia cum non iustificetur ex actis, non est habenda in consideratione, vt sæpius Rota resoluit.

22 Non etiam releuat, quod præsentatio Maximiliani, & Francisci de Hieronymo fuit facta per procuratorem, cuius mandatum non fuit intra quadrimestre exhibitum, quæ ideo videtur non posse suffragari. Lap. alleg. 22. & Rota dec. 443. nu. 3. p. 2. recent. quia ex quo in ter-
23 mino fuit facta productio verbales cum clausula, animo exibendi, &c. potuit productio realis postea fieri extra terminum. Vestr. in prax. lib. 4. tit. de dolo & contum. nu. 6. versic. quòd si verbo tantum. Decian. resp. 41. nu. 14. cum seqq. lib. 3. & cessat
24 penitus difficultas, tùm quia mandatum fuit rogatum per Notarium actuarium Capituli, coram quo fuit facta præsentatio, & ideo productio non fuit necessaria. Fulgos. cõs. 195. vers. cum itaque, tùm etiam quia, vt dicitur, Maximilianus pater, &
25 apud quem residet dimidia pars iurispat. intra quadrimestre visus fuit ratificare, dum interim accessit ad Vrbem, & impetrauit literas Apostolicas, vulgò pro præsentato nuncupatas, ratificatio autem intra quadrime-

drime-

drimestre sufficit. Lambert. de iurep. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 21. nu. 7.

Demum non obstat defectus trãsportationis, quia tollitur ex facto; alia verò, quæ opponebantur, aut sunt nullius considerationis, aut ex præfatis fuerunt sublatæ; ex quibus Domini resoluerunt Hieronymum esse instituendum, siue veniat ex sua gratia Apostolica, quia illam iustificauit, non autem Lancellottus suã, siue ex possessorio circumscripta d. gratia, quia probauit requisita ad obtinendam institutionẽ necessaria. Et ita vtraque &c.

R. P. D. DVRANO

Lunen. Sarzanen. Capellaniæ. 24. Ian. 1628.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte patronorum institui debet.*
2 *Sententia sine actis non iustificatur.*
3 Etiamsi *sit antiqua.*
4 *Obseruantia quando non sufficiat ad iurispat. probationem.*
5 Præsentatio *pro qua rata facta censeatur.*
6 *Præsentatio quando dicatur de actis.*
7 Et *quando difformis dicatur.*
8 *Enunciatiua posita in præsentatione quid operetur.*

DECISIO CXI.

Domini hodie persistendo in decisis vltima Maij. 1627. coram me resoluerunt Hieronymum
1 Furlanum esse instituendum, ex quo fuit præsentatus à maiori parte patronorum existentium in quasi possessione præsentãdi, scilicet a Maximiliano eius patre qui habet duas ex quatuor vocibus, & a Frãcisco Garzola habente vnam, cum tamen Lancellottus pars altera solum præsentatus fuerit a Luca Contardo habẽte vnam solam vocem, vt latius in d. decisione comprobatur, & quia in ea status anterior iurispatronatus huius beneficij ab eius fundatione vsq; ad annum 1562. quo super d. iurepatronatus lata fuit sententia per Capitulum Sarzanen. iuxta consil. Colleg. Ferrarien. de qua hodie opponebatur, & sic vltra 100. annos continuatos est clarus ad fauorem prædictorum Maximiliani, & Francisci, qui præsentarunt Hieronymũ, ita quod attento dicto anteriori statu nõ potest dubitari, prout nec DD. dubitarunt, quòd ad eos non spectẽt tres voces ex dd. quatuor, & consequenter, quòd iuxta prædictum statum clarum videtur, quòd Hieronymus fuit præsentatus a maiori parte patronorum existentium in d. quasi possessione, cui præterea debetur institutio cap. ex frequentibus. de instit. cap. consultationibus. de iurepat. & cap. decernimus. 16. q. 7. Abb. in cap. cum Bertoldus. nu. 12. de re iud. Ferret. cons. 33. nu. 4. cum seq. lib. 1. Rota dec. 337. nu. 1. p. 1. recent. propterea solum superest respondere difficultatibus nouiter post dictam decisionem excitatis, quæ percutiũt statum a dicto anno 1562. quo lata fuit d. sententia vsque ad vacationẽ de qua nunc agitur.

2 Vnde primo non obstat d. sententia Capituli Sarzanen. lata ex voto Colleg. Ferrarien. quia cum nihil fuerit deductum, ex quo illa iustificetur iuxta Rotæ consuetudinem nõ debet attendi. Put. dec. 391. lib. 1. in nou. Seraph. dec. 1261. n. 5. nec facit quòd d. sententia sit antiqua nẽpe a
3 60. annis & vltra, quo casu præsumitur iusta, itaut probet etiam sine processu. Cassad. dec. 3. num. 1. cum seq. de procurat. Mantic. decis. 296. num. 6. & 7. & decis. 143. num. 8. par. 2. diuers. & dec. 343. num. 2. post cons. Farinac. quia præsumptio iustitiæ cessat in casu nostro cum fuerit exhibitus idem processus super quo Colleg. Ferrariense tulit votum & d. sententia emanauit, de cuius processus

cessus identitate, & integritate videtur sufficienter constare, dum contrarium non probatur, ex quo est in forma extractus siuè processus, & in eius principio, & alibi infra sic inscriptum reperitur, exemplatum à notario &c. l. si quis cum testamentum.ff.de testam. Bart. in rub.nu.8. ff.de nou.oper.nunciat. Gregor.XV. dec.59.in princ. vbi add. & Seraph. dec.1628. num.6. & præsertim quia fuit productus à parte altera. Verall. dec.188.n.4.p.1.Rota dec.144.n.1. post 2.vol.cons.Farinac.vnde cum in d.proc. non probetur, quòd hoc iuspatronatus pro medietate pertineat ad Cataneos, immo per negatiuam coarctatam in d. proc. constat de contrario, præterea d. sententia vti iniusta non est attendenda maximè contra d. statum primæuum, quod vltra 100. annos clarum, & indubitatum ad fauorem Maximiliani, & Francisci; qui Hieronymum præsentarunt ex deductis in d.decis. in hac causa facta.

4 Non obstat etiam prætensa obseruantia quadrigenaria Cataneorum, per quam iuspatronatus præscribitur aduersus compatronum etiam sine tit. Couar. in reg. possessor. p.2. art.5.Rota decis.229.nu.1. & decis. 407.nu.1.p.1.diuers. quia dicta obseruantia prætenditur ex tribus præsentationibus, prima de anno 1561. secunda de anno 1566., & 3. de anno 1689. quæ nullo modo suffragantur ad effectum dictæ quadragenariæ, vt ex particulari illarum discussione patebit.

5 Prima de anno 1565., & sic per annum ante dictam sententiam non dicit., quòd Catanei pro dimidia præsentauerint, ideo in dubio debet intelligi facta pro vna voce, quam solam illi habebant. Abb. in c. cum Vintonien.nu.3.de elect. Lambert. de iurep.lib.2.par.2.art.16.col.3. in fin. & quamuis in ea concorditer cũ Furlanis dictum fuerit, vt præsentatio intelligeretur facta iuxta declarationem faciendam cum voto Colleg. Ferrarieñ, tamen cum votum prædictum fuerit iniustum, & partes eis stare noluerint, vt infra dicetur, non est habenda in consideratione, sed præsentatio debet intelligi solũ facta pro iure cuique competenti.

6 Secunda præsentatio de an.1566. & sic post quatuor annos dictæ sententiæ, vltra quod non est de actis, quia licet Hieronymus fuerit citatus ad dicendum contra iura, tamen citatio non fuit reproducta, & ideò inhibitio remansit sine citatione, & consequẽter præsentatio dicitur esse in actis, sed non de actis, potius ex ea excluditur prætensa quadragenaria, quia est difformis ab alijs iuxta Doct.Bart.& Doct.in l.2.n.22.ff.sol. matrim. Decius cons.215.nu.2.vers. secundo hoc.idem Crauet.cons.949 num. 29. & in puncto idem Crauet. cons. 134. num. 20. vers. præterea illud.

7 Quòd autem hæc præsentatio fuerit difformis apparet, quia vacante tunc hoc beneficio Furlani, & alij authores Maximiliani, & Francisci, qui nunc Hieronymum præsentarũt comparuerunt coram Capitulo Sarzanen., & nulla facta mẽtione dictæ sententiæ, sed solùm narrata fundatione huius beneficij, necnon narrato dicto statu anteriori, & asserentes ad eos spectare iuspatronatus, & quòd erant in quasi possessione præsentandi ab annis 100. & citra, præsentarunt quendam Ioannem Antonium Bottinum, qui propterea visi fuerunt interrumpere quadragenariam, etiam Catanei comparuerunt separatim coram eod. Capitulo, & expressè impugnando prædictam præsentationem Furlanorũ, & asserentes ipsos solos esse patronos ad eosq. totum hoc iuspatronatus pertinere præsentarunt eundem Bottrinum, quem Capitulum Sarzanen., vt supra, per ambas partes separatim nominatum instituit, vnde patet, quod d. præsentatio fuit difformis,

formis, & quod nec vna, nec altera pars voluit stare dictæ sententiæ, cũ iuxta eã non præsentauerint,& quod Capitulum Sarzanen. Bottinum simpliciter instituit, & consequenter ad præsentationem eorum, qui potius, & melius ius præsentandi habebant, quales erant Furlani, & alij Autores maximiliani,& Francisci iuxta prædictum anteriorem statum,igitur dicta secunda presentatio non solum destruit prætensam quadragenariã, quinimo Furlani possunt ex ea iuuari ad probandam continuationẽ prioris status, priorisque possessionis, & quòd ex ea declaretur, quòd dicta prima præsentatio de anno 1561. fuit facta pro iure cuique in eo statu tunc competenti.

8 Tertia, & vltima præsentatio Cataneorũ de anno 1609. quæ cantat pro medietate fuit facta separatim à præsentatione Furlanorum, qui non restrictè pro medietate, sed simpliciter præsentarunt vnde dicta enunciatiua pro medietate Furlanis absentibus, & ignorantibus facta non nocet iuxta cons. Calder. 12. de iurepatr. sepius per Rotam canonizatum.Verall.dec.339.par.2.& Greg. XV.decis.417.num.2. & Rota in Ianuen. parochialis 19. Aprilis 1617. coram me.Nec in Furlanis in eorum præiudicium præsumitur scientia de eo tempore,quòd Cattanei præsentauerint pro medietate Ferret. cons. 132. num.3. Crauett. d. cons. 134. num.18.Rota decis.274.num.5.p.2. recent.& eo maxime,quia præsentarunt separatim, & in actu institutionis non legitur,quòd Capitulum admiserit præsentationem Cattaneorum pro medietate sed pro eorum voce.

Et ita vtraque, &c. Et Causa ab omnibus Dominis visa, &c.

REVERENDISS. D. COCCINO DECANO.

Toletana Iurispatronatus. 11.Febr. 1627.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta in praeiudicium vocatorum non sustinetur.*
2 *Et impugnari potest.*
3 *Alienationis appellatione venit transactio.*
4 *Patronatus non dicitur controuersus, cum pro illo adest res iudicata.*
5 *Fundator potest sibi, vel alijs reseruare iuspat.& conditiones apponere.*
6 *Etiam sine aliqua facultate sibi specialiter concessa.*
7 *Dos à patrono fundatore data in dubio sufficiens præsumitur.*
8 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*
9 *Ratificatio transactionis quando non præsumatur.*
10 *Transactio quando impugnari possit non restitutis receptis.*

DECISIO CXII. Et vltima.

1 DOmini recedentes in hac parte à resolutis coram me die 26. Februarij superioris anni,censuerunt transactionem non obstare; quia cum sit facta super bonis ad maioratum spectantibus, in præiudicium vocatorum non sustinetur ad tex. in cap.1.§.vassallus il 3. si de feud.fuer. controu. int.dom.& agnat.vbi Isern. & Afflict.num.47.Pinell.in l.1.num. 46.vers.igitur,& num.50. vers.8. limitatio C.de bon.matern. in 3.par. Bero.cons.68.num.61.lib.2. Molin. de primog.Hispan.lib.4.cap.9.nu.7. & seq.Peregr. de fideicomm.art.40. num. 123. & seq. Fusar. de substit. quæst.562.nu.1. & 14. Gregor. Lopez.in l.10.tit.26.par.4.in glos.in verbo vendendo col.2. vers.sed an possit quæst.45.Ant.Gomez.in l.40. Tauri nu.86. Melch. Palaez de maior.par.4.quæst.22.nu.1. & per tot Gam. decis.Lusit. 84. num.1. decis. 418.num.11. & ibi adden. num.16. apud sanct.mem. Greg. Et ideò Anna tamquam vocata iure proprio,& ex

2 ex persona, ac iudicio Roderici fundatoris dictam transactionem potest impugnare Tob.Non.cons.5.nu.11. & cons.39.num.7.Paris.cons.23.nu. 203.lib.1. Gramatic.decis.93.num. 12.& 13.Viu.decis.56.num.2.lib.1. Accedente præsertim voluntate, & mandato eiusdem Roderici; qui expressè prohibuit non solum quamcunque bonorũ dicti maioratus alienationem, cuius appellatione negari
3 non potest, quin veniat transactio, de qua agitur l. non solùm C. de prædijs min. Peregr. d. art. 40. num. 123. cum remittat bona ad maioratum deuoluta propter non adimpleras à monialibus cõditiones appositas in donatione, sed etiam voluit aduersus præfatas conditiones nullam competere dispensationem; Ac propterea tanto magis potest Anna venire contra factum defuncti, qui per viam trãsactionis rem expressè alienari prohibitam alienauit. Peregr. vbi sup. art. 22. num. 75. & dictas cõditiones contra voluntatem, & mandatum fundatoris remisit.

Non obstant igitur, quæ pro validitate dictæ trãsactionis fuerunt deducta. Et primò, quòd dicta transactio, tanquam vtilis, & sic facta ex iusta causa, & bona fide sustinetur etiam super bonis maioratui, fideicommisso, aut cuicunque prohibitioni de non alienãdo suppositis, quę vtilitas, & consequenter bona fides, & iusta causa ex eo apparent, primò, quia in dicta transactione fuit firmatus patronatus etiam ad fauorem successorum Roderici, qui videbatur posse controuerti stante prima donatione, in qua illum ad sui vitam tantùm reseruauerat; secundò, quia Matthæus transigens recepit pro se, & successoribus in patronatu medietatem cuiusdam Molendini. Tertiò, quia moniales se obligarunt ad receptionem vnius puellæ sine dote de familia ipsorum transigentium, & in patronatu successorum perpetuis futuris temporibus: quartò, & denique; quia exemit se, & successores ab onere supplendi redditus pro sufficientibus alimentis 20. monialium. Nam fuit responsum, quòd, cum moniales fundent suam intentionem in hac prætensa vtilitate, debent illam concludenter probare, l. qui accusare C. de eden. cum vulgar. quæ concludens probatio ex prædictis non resultat, immò euidenter constat de
4 læsione, quia quoad primum dici non potest, quòd patronatus esset controuersus, cum pro illo adesset res iudicata faciens rem claram, manifestam, & indubitabilem c. vestra, & cap. fin. de cohab. cleric. Bart. in l. 1. in prin. quæst. primæ ff. de nou. oper. nunc. quæ præsumitur iusta, & recta Alex. cons. 123. num. 4. & cons. 136. num. 14. lib. 2.

5 Nec poterat controuerti ex eo, quòd in prima donatione fundator illum sibi reseruauerat ad sui vitam, quia illum postea reseruauit etiam successoribus in cõditionibus appositis in secunda donatione, quas conditiones potuit illi apponere cap. verum, & ibi Canon. de condit. apposit cap. dilecti. vbi Abb. in 3. notab. de donat. Felin. in cap. cum venerabilis. num. 39. vers. not. 3. de except. Lambert. de iurepat. par. 1. lib. 1. quæst. 9. art. 4. num. 3. vers. 3. verò casu.

Nec obstat, quòd non constet de beneplacito Apostolico, sub quo fundator sibi reseruauerat facultatem apponendi dictas conditiones, quia non requirebatur, nisi quatenus de iure erat necessarium. Put. decis. 44. lib. 2. in correct. Gabr. cons. 92. num. 5. lib. 2. Rot. decis. 404. num. 6. par. 2. recent. Seraph. dec. 1017. n. 7. & 1319. num. 2. Et ex deductis constat, quòd non erat necessarium, vel quatenus fuisset necessarium ex cursu tanti temporis vltra 30. annos interuenisse præsumitur, glos. in cap. peruenit, & ibi Imol. num. 10. & 12. de empt. & vendit. Seraph. decis. 1228. num. 1. & apud sanctæ memoriæ Gregor. decis. 52. num. 2.

Quoad

Quoad secundum circa receptionem medietatis Molendini, cuius quinta pars solummodò antea debebatur patronis, aduertendum est, quòd Matthæus vltrà remissionem quæ prætenditur ab ipso facta monialibus de omnibus decimis bonorum donatorũ, accollauit in se onus celebrationis duarum Missarũ qualibet hebdomada, & in omnem casum dicta medietas non est correspe ctiua ad ius, quòd aliunde etiam fuit remissum in dicta transactione.

Quò verò ad receptionem vnius puellæ de familia sine dote, euidenter patet, quòd illa non erat correspectiua ad prælationem, quæ competebat xx. puellis de eadem familia quatenùs habiles adfuissent pro ingressu Monasterij.

Et tandem liberatio patronorum ab onere supplendi redditus pro alimentis monialium non est habenda in consideratione, quia quicquid sit an patroni tenerentur ad dictum sup plementum, certum est, quòd si con-
7 cludenter non probetur talis sufficientia redditũum dotis, illa ab initio fundationis sufficiens præsumitur cap. nemo 100. de consec. dist. 1. Calder. conf. 10. post med. vers. pro parte contraria de prob. sanct. mem. Greg. decis. 483. num. 5. Verall. decis. 62. p. 1. de qua probationem visum fuit Dominis, sufficienter non constare. Et in omnem euentum, quamuis fundator voluerit, quòd numerus monialium non excederet xx. nõ ideò tamen sequitur, quòd voluerit præcisè cogere moniales ad dictum numerum adimplendum, itaut propterea possit considerari talis insufficientia redditũum.

8 Non obstat secundò, quòd Anna sit filia, & hæres Ioannis filij Matthæi Aui respectiuè transigentium, & ideò non possit dictam transactionem tanquam illorum factum impugnare. l. cum à matre C. de rei vend. & in punct. Rot. apud sanct. mem. Greg. d. dec. 418. num. 5. quòd procedit etiam in hærede hæredis. Rot. decis. 265. num. 3. par. 1. recent. Quia quoad personam Matthæi transigentis cessat omnis difficultas, cum ex instrumento publico constet, Ioannem filium dicti Matthæi, & Annæ Patrem illius hæreditatem repudiasse, quo verò ad personam Ioannis Patris, qui dictam transactionem ratificauit, cum Anna neget se illius hæredem, talis non præsumitur nisi quoad ea, in quibus est fauor ipsius quod sit hæres, non in alijs, nisi cõstet, quòd expresè se immiscuerit, propter beneficium abstinendi, quòd filijs competit l. si filius, qui Patri, ff. de vulg. & pupill. l. nam nec emancipatus ff. de legat. 1. Alex. conf. 34. num. 5. lib. 1. Ideoque monialibus incumbit onus probandi, illam esse talem, cum sit fundamentum suæ intentionis. Innoc. in cap. super his nu. 10. vers. sed arg. conf. de accus. Bart. in l. illa. num. 5. de verb. oblig. cum alijs per Natt. conf. 199. nu. 9. vol. 1.

Nec officiunt prætensi actus hæreditarij, de quibus testes videntur deponere, quia cum sint circa bona, in quibus Anna succedit iure maioratus, vt deponunt alij testes in Summario num. 10. & sic ex iudicio, & vocatione Roderici fundatoris, nõ autem ex persona Patris, & transigẽtium, & tamquam illorum hæres, sũt æquiuoci, nec inferunt necessariò aditionem paternæ hæreditatis, quæ tamen per actus certos debet probari l. gerit, & l. pro hærede, & ibidem DD. ff. de acquir. hæred.

Non obstat tertiò, quòd Anna possidendo medietatem Molendini, de qua dictum est, tacitè approbauerit transactionem, quia cum pars fructuum eiusdem Molendini pertineret ad patronos, & successores in maioratu, habuit iustam causam credendi perceptionem fructuum dictæ medietatis ad se pertinere iure maioratus, non autem transactionis, &
9 ideo non potest ex hoc inferri ad trãsactionis ratificationem, quæ in hoc

casu non potuisset induci, nisi Anna sciuisset tenorem, & circumstantias transactionis, Aym. cons. 197. num. 14. Surd. cons. 49. num. 33. Rot. dec. 66. num. 3. par. 2. recent. Quæ tamen scientia non probatur, sed his accedit, quòd Anna intra legitimum tẽpus restitutionis de anno 1623. renunciauit expresśe omnibus, quæ sibi vigore dictæ trãsactionis obuenerant ad text. in l. 1. & 2. C. si maior. fact.

Non obstat quartò prætensa obseruatio 30. annorum, ex qua secundùm stylum Rotæ resultat præsumptio cõfirmationis Apostolicæ, quia primò de illa non constat, nec testes, qui dantur, percutiunt tempus post, sed ante transactionem.

Et in omnem euentum dicta præsumptio suffragaretur, si nullitas trãsactionis deduceretur ex defectu dictæ confirmationis, sed cum aliunde deducatur, vt patet, non tollit defectus, & nullitates aliunde prouenientes.

10 Non obstat denique, quòd non possit impugnari trãsactio nisi prius restitutis ex transactione receptis l. si diuersas C. de transact. Rot. in pñdapud sanctæ mem. Greg. d. dec. 418. num. 9. Quia secundum opinionem, quam passim sequitur Rota, vt videre est apud eundem san. mem. Greg. decis. 271. nu. 16. & ibi latè adden. num. 28. quibus potest addi decisio 111. num. 3. par. 1. diuers. dispositio dicti textus non habet locum quotiescunque agitur ad nullitatẽ transactionis, vt in hoc casu, quia tunc potest agi ad nullitatem transactionis, priusquam fiat restitutio accepti, quamuis postquam detecta est nullitas non potest agi ad exequutionem, nisi prius facta restitutione, vt bene declarauit Rota in Mediolanen. legati 15. Decembris 1593. coram Gyptio, quam restitutionem Anna est parata facere, quotiescunque constiterit ex alio iure sibi non competere retentionẽ eorum, quæ apud ipsam esse prætendunt iure transactionis, quæ retentio competit, quoties constat recepta ex transactione, deberi ex alia causa, vt in dicta decis. 111. num. 4. par. 1. diuers.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Finis Decisionum.

INDEX

587

INDEX
RERVM, ET MATERIARVM DECISIONVM,
Quæ in fine Praxis Iurispatronatus collocatæ sunt.

A

B

X 2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

G

H

I

Et

Iuspat.

L

Obser-

Digitized by Google

Præ-

Digitized by Google

Et

Digitized by Google

Digitized by Google

FINIS.

13-1-C-13

ERRATA.

fol. 11. nu. 67. *ibi*, comprehenditur, *lege*, comprehenduntur.
ibi nu. 70. annexorum, *lege*, annexum.
fol. 12. nu. 77. habentium, *lege*, habentia.
fol. 27. col. 1. in princ. *adde*, nu. 195.
fol. 28. col. 2. in fine, *adde*, nu. 205.
fol. 41. col. 1. post nu. 52. *adde*, nu. 53.
fol. 47. post nu. 14 *adde*, Hospitalis fundati cum: *dele*, seu approbatum.
fol. 48. ibidem. post nu. 81. ibi. iuspat. *adde*, iurispat.
ibidem post nu. 20. ibi, iuspat. *adde*. iurispat.
fol. 55. in 40. versu, *dele*, qudo, *dic*, quod.
ibidem fol. 56. versu 39. *dic*, rem mobilem.
post nu. 11. *dele*, summ. *dic*, suo.
post nu. 14 *adde*, 15. post nu. 21. *adde*, 22.
fol 65. ante nu. 28. *adde*, 27.
fol. 78. post nu. 15. ibi, si, *adde*, sicut.
fol. 81. post nu. 27. ibi, factum. *dic*, francum.
fol. 82. ante nu. 31. ibi, ennuuncietur, *dic*, enuncietur.
fol. 84. nu. 50 dici, *dic*, diei.
fol. 88. ante nu. 97. ante verbum, augumentum, *adde*, si.
fol. 89. nu. 116. ibi, ae, *dic*, ne.
fol. 90. post nu. 122. *adde*, nu. 123.
fol. 92. post nu. 149. *adde*, nu. 150.
fol. 95. versu 7. *dele*, primam, *dic*, octauam.
fol. 96. post nu. 13. *adde*, nu. 14.
fol. 111. ante nu. 7. *adde*, nu. 6. & col. 2. *adde*, nu. 10.
fol. 116. col. 2. versu 2. post nu. 21. *adde*, Octobris. & post *dele*, Aprilis, *dic*, Nouembris.
fol. 118. ante cap. 1. *dele*, basiclia, *dic*, basilica.
fol. 119. post nu. 10. *adde*, 11.
fol. 139. post nu. 59. ibi, apostolisuè, *dic*, apostolicæ.
fol. 151. circa princ. *dele*, septuagesimo vigesimo, *dic*, LXX....
fol. 165. post nu. 5. *dele*, castrorum, *dic*, castrum.
fol. 171. col. 2. circa fine, *dele*, adierunt, *dic*, adiuit, *dele*, Vincentio, *dic*, Vicario.
fol. 175. col. 2. circa finem, *dele*, clericum, *dic*, laicum.
fol. 195. ante nu. 9. *adde*, l. vt iusiurandi.
fol. 201. ante nu. 16. *adde*, 15.
fol. 229. post nu. 41. post, defecisse, *adde*, sed.
fol. 239. nu. 11. in summ. *dele*, naturali.
fol. 243. post nu. 8. *adde*, 9. post nu. 11. *adde*, 12. & 13.
fol. 245. col. 2. in fine. post Nouemb. *adde*, 1593.
fol. 259. post nu. 10. *dele*, canonicatus, *dic*, iurispat.
fol. 308. post nu. 21. ibi, Patmen, *adde*, beneficij.
fol. 312. post nu. 41. ibi, gulariter, *dic*, singulariter.
fol. 320. post nu. 27. ibi, sit, *adde*, fit.
fol. 359. nu. 3. post c. quamuis, *adde*, de decimis.
fol. 366. nu. 63. *dele*, locatione, *dic*, licentia.
fol. 419. post nu. 21. *adde*, 22. & 23.
fol. 471. post nu. 38. ibi, allegat. *adde*, 75.
fol. 485. ante nu. 3. ibi, 1992. *dic*, 1592.
fol. 525. post nu. 94. ibi, post 1619. *adde*, coram D. Dunozet.
fol. 542. ibi, post nu. 45. cappellanis, *dic*, appellationis.
fol. 546. ibi, nu. 6. manibus, *dic*, omnibus.

Digitized by Google

REGESTVM.

✠ a b c d e f g.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T
V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk
Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sff

a b c d e f g h i k l m n o p q r f t u x y

Omnes funt Terniones, præter ✠, quæ eft Quaternio,
& y, Duernio.

ROMÆ, Ex Typographia Reuer. Cameræ Apoftolicæ.
MDCXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

13_6.C.71

INDEX RERVM, ET MATERIARVM,

Quæ in hac Praxi Iurispatronatus continentur.

Digitized by Google

Appel-

Bene-

Digitized by Google

Bene-

Et

Digitized by Google

Et

Clau-

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

Con-

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

D

Fit

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

Digitized by Google

Donatio

E

Eccle-

Digitized by Google

Ele-

Digitized by Google

Epi-

Ex-

F

Fa-

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

Gra-

I

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

In-

Tem-

Nec

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

Tran.

Exi-

e Mixtum

Assumit

L

Digitized by Google

f Pa-

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

Et

Digitized by Google

Et

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

Et

Pro-

Q

Rector

g 2 Sacri-

Serui-

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

Taci-

T

Et

Vsu-

INDEX RERVM, ET MATERIARVM.

FINIS.

AVCTO-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

A. SALVAREZZA
RESTAURO
Via Val Sassina, 57
Tel. [illegible]
1975

Digitized by Google